D. THOMÆ DE AQVINO

ANGELICI, ET S. ECCLESIAE DOCTORIS,

TERTIA PARS SVMMAE THEOLOGIAE (De Saluatore nostro);

CVM ELVCIDATIONIBVS FORMALIBVS PER F. SERAPHINVM A' PORRECTA

Ordinis Prędicatorum, Sacræ Theologię Magistrum.

Editis; Deo Opt. Max. dicatis; S. R. E. correctioni submißis.

PROLOGVS.

QVIA Saluator noster Dominus Iesus Christus, teste angelo, populum suũ saluum faciens a peccatis eorũ, viã veritatis nobis in seipso demonstrauit, per quam ad beatitudinem immortalis vitæ resurgendo peruenire possimus, necesse est, vt ad consummationem totius theologici negotii, post considerationem vltimi finis humanæ vitę, & virtutum, ac vitiorum, de ipso omnium Saluatore, ac beneficiis eius humano generi præstitis, vestra consideratio subsequatur. Circa quam primò, considerandum occurrit de ipso Saluatore. Secundò, de sacramentis eius, quibus salutem consequimur. Tertiò, de fine immortalis vitæ, ad quam per ipsum resurgendo peruenimus. Circa primum duplex consideratio occurrit. Prima est, de ipso incarnationis mysterio, secundum q Deus pro nostra salute factus est homo. Secũda de his, quę per ipsum Saluatorem nostrum, id est Deum incarnatum sunt acta & passa.

QVAE-

Tex. NECESSE est; vt ad consummationẽ totius, &c. Hinc per ly consummationem, patet; q ista pars tertia Theologiæ, quã præ manibus habemus, est vltima pars totius theologici negocij: & consequenter, q nec quarta pars erat expectanda à D. Thoma, etiam si vixisset; quamuis aliquibus ad ly consummationẽ, oculos minùs figẽtibus oppositum visum quandoque fuerit.

Tex. ¶ Post considerationẽ vltimi finis, &c. Hoc est. Post primam secundæ partis, & post secũdam secundę partis. Nã prima secundæ de vltimo fine hominis tractat in prioribus quæstionibus (vt ibi patet) à qua priori parte Sanctus Doctor denominationem facit, intelligẽs tamen ceu per figuram synecdoche à parte designare totum, i. totam illam primam secundæ partis. Nisi forte malles dicere, q residuũ primæ secundæ insinuatur per ly virtutũ ac vitiorum exponẽdo. s. in cõi. Rursus. Dicebat, q in tex. illo non solum prima (vt ostensum est), sed & secunda secundæ importabatur: Et hoc per ly virtutum ac vitiorum, scilicet, (exponẽdo) in speciali. Quòd autem de virtutibus & vitiis duplex hæc consideratio fiat: vide in prologo voluminis, quod dicit 2.2.

Tex. ¶ De ipso omnium Saluatore, ac beneficiis eius, &c. Per hęc duo denotat summatim tota materia huius tertiæ partis Theologiæ. Nã de ipso Saluatore tractat vsq; ad q. 59. inclusiuè, & de bñficiis eius cæteris humano gñi præstitis tractat vsque ad finem totius libri.

Tex. ¶ Primò, considerandũ &c. Secũdò, de sacris, &c. Tertiò, de fine immortalis, &c. His verbis totius materiæ nunc pdictæ partem secũdã, s. de bñficiis, diuidit in duo, s. in sacra, & in finem immortalis vitæ. Per hoc igit diuidit totum residuum libri à q. 60. &c. Ac si dicat in vniuersum. Ista pars tertia theologiæ solum de tribus rebus tractabit. Primò de &c. Secundò de &c. Tertiò de &c. Prima est (vt iã tetigimus) à principio libri vsq; ad q. 59. inclusiuè. Secunda autem est à q. 60. vsque ad (connumerando Additiones) q. 158. inclusiue, q̃ in Additionib. solitarie sumptis est. q. 68. tractãs de filiis illegitime natis. Tertia verò est à q. 159. vsq; ad finẽ totius libri, q̃ ẽ q. 199. tractãs de iustitia & misericordia Dei respectu dãnatorũ.

Tex. ¶ Circa primum duplex consideratio, &c. Hoc est. Tractatus de Saluatore nostro diuidit summatim in duo. s. in mysterium incarnationis; & in acta atq; passa à Deo incarnato. Porrò horũ primũ. s. mysteriũ incarnationis ab hinc protendit vsq; ad q. 26. inclusiue: ita q oia, q̃ in toto hoc spacio tractant, ptinent ad ipsum mysteriũ aliquo modo. Secũdũ aũt, s. acta atq; passa à Deo incarnato protẽditur à q. 27. vsq; ad q. 59. inclusiue: ita q quæcumq; in toto hoc spacio tractant, pertinẽt aliquo mõ ad acta vel ad passa ab eo.

Rursus.

¶ Rursus. Primom. s. mysterium illud continet tres tractatulos: videlicet cõuenientiã incarnationis, seu (qđ idem est) vnionis Dei cũ humanitate, q. 1. Et modum huius vnionis, a qõ. 2. vsq. ad q. 15. inclusiue: & cõsequẽtia vnionẽ, a q. 16. vsq; ad q. 26. iclusiue. Scđm verò illorũ. s. acta atq. passa à Deo icarnato, cõtinet quatuor tractatulos: videlicet ingressũ ipsius in mũdũ, à q. 27. vsq; ad q. 39. inclusiuè: Et pgressum ipsius in mundo, à q. 40. vsq; ad q. 45. inclusiue: Et egressũ ipsius de mũdo, à q. 46. vsq; ad q. 52. inclusiue: Et exaltationẽ ipsius post vitã mortalẽ, à qõ. 53. vsq. ad q. 59. iclusiuè.

Epilogus particular. ¶ Ergo in hac tertia theologiæ, a q. 1. vsq; ad 59. inclusiue tractat de vno solo, tanq̃ subiecto. s. de Deo incarnato. i. Christo, sed tamẽ quò ad plura. Hoc est; Et quò ad statũ eius in vtero B. Virginis Matris, à q. 1. vsq; ad q. 26. inclusiuè (Hoc totũ spaciũ vocabat, Mysterium incarnationis: vt patet in tex. finaliter examinato): Et quo ad statũ visibilẽ eius in mũdo, a q. 27. vsq; ad q. 45. inclusiue (Hoc totũ spaciũ vocabat, Ingressus ac pgressus eius i mũdũ: vt patet in ly Rursus, post tex. final.): Et quo ad exitũ eius de mundo, tũ dolorosũ, a q. 46. vsq. ad q. 52. inclusiue; tũ gloriosũ, a q. 53. vsq; ad q. 59. inclusiue (Hoc totũ spaciũ vocabat, Egressus eius de mundo, ac exaltatio post vitã mortalẽ: vt patet in ly Rursus, post tex. fin.). Ergo totum hoc. s. status Christi visibilis in mũdo, & exitus eius de mũdo, tum dolorosus, tum gloriosus vocabatur, Acta atque passa a Deo incarnato: vt patet in text. fina. exam. Epilogus ergo hic est particularis, id est, primæ partis, tertiæ partis theologiæ.

Epilogus vniuersal. ¶ Cęterũ si volueris epilogũ, q dependeat ex tex. examinato supra in quarto loco, q iõ dicet Epilogus vniuersalis. i. totius tertiæ partis ibi diuisæ a D. Tho. dices. Ergo tota pars tertia theologiæ tractat de vno solo, tanq̃ subiecto. i. de Christo: quò ad plura tñ. Hoc est: Et quò ad incarnationẽ eius cũ suis circũstãtiis, a q. 1. vsq; ad qõ. 59. inclusiuè (vide Epilogũ particularẽ): Et quò ad sacrorũ institutionẽ ab eo, cũ suis circũstãtiis, a q. 60. vsq; ad q. 158. inclusiue: & quò ad corporũ nrorũ resuscitationẽ ab eo, cũ suis circumstãtiis, a q. 159. vsque ad finem libri (De his duobus videbis infra, in quodã quasi prologo voluminis sequẽtis. s. tertia pars Theol. de sacramentis, &c. D. Tho. de Aqno, Angelici, & S. Ecclesiæ Doct.)

Summa summarũ. ¶ Quid ergo hic. i. in tota tertia parte tractat? ℞. De Deo incarnato (per q. 59. priores sacramenta instituẽte, per q. 99. immediatè sequentes); Ad immortalitatẽ homines resuscitantẽ (per q. 31. immediatè subsequentes). Subiectum ergo (large loquendo) in tota hac tertia parte quid erit? ℞. Deus incarnatus, sacramenta instituens, ad immortalitatemque homines resuscitans.

Comm. Cardinalis Caietani.

QVIA Saluator noster &c. Debitũ D. Th. famulatũ psoluere cupiẽs, expeditis cõmẽtationibus triũ librorũ suæ summæ, ad vltimũ me cõfero, expositurus textũ moltatũ qõnũ scđm modũ in cõmen. 1. lib. inchoatũ (vt petẽtib. hoc, morẽ gerã) adducturus qđ rõnis, fideiq; lumini cõsonũ apparebit, firmãdo sp rõe, aut auctoritate nẽm sniam, vt nullius meę auctoritati referoẽt locus. Diuidit igit pñs liber (vt in illius apparet principio) in partes tres principales: quarũ prima de Dño nño Iesu Christo, vsq; ad q. 60. pcẽdit: scđa uerò de sacris ide inchoãs, imperfecta relicta ẽ ob immaturã Doctoris mortẽ: tertia ãt de immortali uita resurgẽtiũ, oino deficit. Nos aũt si eius upẽ Deus dederit, quasdã adiũgemus qõoes circa utilia ad animarũ salutẽ, q̃ opportunæ apparebũt, ne repetere aliorũ dicta contingat. Prima aũt pars de Iesu Christo, in sex partes distinguit: prima de vnione filii Dei, & humanæ naturæ, vsq; ad 15. q. inclusiue: scđa de his, q̃ cõsequunt vnionẽ, a 16. usq; ad 26. tertia de ingressu Saluatoris in mũdũ, a 27. usq; ad 39. quarta de pgressu Saluatoris in hoc mundo, a 40. usq; ad 45. quinta de exitu Saluatoris ex hoc mũdo, à 46. usq; ad 52. sexta demũ de exaltatione Saluatoris post hanc uitam, a 53. usq; ad 59. tractat. Secũda deinde principalis pars de sacris in octo distinguitur partes, quarũ prima de sacramentis in communi, reliquę septem de singulis septem sacramentis sigillatum tractant.

Ferr 1. cont. c. 40 49. Alb. Mag 3 dist. 1. art. 1. Medina ar. 1.

SVPER Q. I. Artic. I.

CONCLVSIO. Côueniés fuit Deum incarnari.

¶ PROBATIO. Quia illud est vnicuiq; rei côueniés, quod competit sibi secundum rônem propriæ naturæ (vt patet de ratiocinari respectu hominis): & ad rationem diuinæ naturæ pertinet, vt se summo modo communicet (cû ipsa sit summû bonum. Diony.)

¶ COROLLARIVM. Ex pbatione igit. quæ ex corpore (vt semper) sumitur clarum fit, qd intédatur in titulo per ly conueniens Deo incarnari. Intendit enim pro quanto inde colligitur, vtrum conueniat Deo ex proprijs naturæ diuinæ hoc, q sic summo modo creaturę se communicet. Et hæc est ratio quare titulorû declarationibus in tota ista Beati Thomę Summa non insudaui, ne scilicet eisdem S. Doctoris actum (vt aiunt) agerem, & vt studiosorum ingenia vires ad exsculpendum illum sensum e contextu tacendo remitterem. Quomodo autem Doctor noster actum istû declarationis egerit, quando opus erat, vide in primæ parte, q. 117. ar. 1. Ibi enim de hoc est summaria declaratio; quia & ibi de titulis non examinatis per formales Elucidationes apta adducitur excusatio. Hinc tamen labori aliorum circa titulorum explanationé impenso detrahere me velle (Absit) nemo credat; qui alia forsan rône, & bene pensata, ad hoc faciédû moti sunt. Et in huiusmodi vnusquisque in suo sensu abundet.

1 3. d. 1. q. 1. ar. 2. Et 1. cont. c. 40. 49. 53. 54. & 55. Et opu. 2. c. 5. & 6. & op. 3. c. 207. & 208.

1^m de maiori.

Ipsû esse. R. Immutatû in seipsû: non auté immutatû in effectib. §. i. nihil agenté circa creaturas. Tunc nihil, &c. Nam sicut ab æterno fuit Deus sine carne seipsum mutante in aliquo; ita nûc, & in posterum semper est sine carne mutante seipsum in aliquo, licet non sine carne a seipso mutata. Vnde q habeat nunc

carnem

QVÆSTIO PRIMA.

De conuenientia incarnationis, in sex articulos diuisa.

CIRCA primum tria considerâda occurrunt. Primo quidé, de conueniétia incarnationis Christi. Secûdò, de modo vnionis verbi incarnati. Tertiò, de his, quæ consequuntur ad hanc vnionem.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.

¶ Secûdò, Vtrû fuerit necessarium ad reparationé generis humani.

¶ Tertiò, Vtrum si non fuisset peccatum, seu homo peccator, Deus incarnatus fuisset.

¶ Quartò, Vtrum principalius sit incarnatus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.

¶ Quintò, Vtrû conueniens fuerit Deû incarnari a principio mûdi.

¶ Sextò, Vtrum eius incarnatio differri debuerit vsq; in finé mundi.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q nô fuerit côueniés Deum incarnari. Cum. n. Deus ab æterno sit ipsa essentia bonitatis, sic optimum est ipsum esse sicut ab ęterno fuit: sed Deus ab æterno fuit absque omni carne. ergo conuenientissimum est, ipsum non esse carni vnitum, Non ergo fuit côueniens, Deû incarnari.

¶ 2 Pręt. Quæ sunt in infinitum distantia, inconuenienter iunguntur: sicut inconueniens iunctura esset, si quis pingeret imaginem, in qua humano capiti ceruix iûgeretur equina: sed Deus & caro in infinitum distant, cû Deus sit simplicissimus, caro aût maximè composita, & præcipuè humana. ergo incôueniens fuit, qd Deus carni vniretur humanæ.

¶ 3 Præt. Sic distat corpus a summo spiritu, sicut malitia a summa bonitate, sed omnino incôueniens esset, q Deus, qui est summa bonitas, malitiam assumeret. ergo non fuit conueniens, q summus spiritus increatus corpus assumeret.

¶ 4 Præt. Incôueniens est, vt qui excedit magna, contineatur in minimo, & cui imminet cura magnorum, ad parua se transferat: sed Deum, qui totius mundi curam gerit, tota rerum vniuersitas capere non sufficit. ergo videtur inconueniens, quòd intra corpusculum vagientis infantiæ lateat, cui parum putatur vniuersitas, & tamdiu a sedibus suis absit ille regnator, atque ad vnum corpusculum totius mundi cura transferatur, vt Volusianus scribit ad Aug. †

SED CONTRA. Illud videtur esse conuenientissimum, vt per visibilia monstrentur inuisibilia Dei: ad hoc enim totus mûdus est factus, vt patet per illud Apost. Roman. 1. Inuisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sed sicut Dama. dicit I principio 3. lib.* per incarnationis mysterium monstratur simul bonitas, & sapientia, & iustitia: & potentia Dei, uel uirtus. Bonitas quidem, quoniam non despexit proprii plasmatis infirmitatem: iustitia uero, quoniam homine uicto non alio quam homine fecit vinci tyrannum, neque ui eripuit ex morte hominem: sapientia uero, quoniam inuenit difficillimi decentissimam solutionem: potentia uero siue uirtus infinita, quia nihil est maius, quàm Deum fieri hominem. ergo côueniens fuit Deum incarnari.

RESP. Dicendum, q unicuique rei conueniés est illud, quod competit sibi secundum rationem propriæ naturæ: sicut homini conueniens est ratiocinari, quia hoc conuenit sibi, inquantum est rationalis secundum naturam suam. Ipsa autem natura Dei est essentia bonitatis, vt patet per Dionysium, 1. capit. de diuinis nominibus. † Vnde quicquid pertinet ad rationem boni, conueniens est Deo: pertinet autem ad rationem boni, ut se aliis cômunicet, ut patet per Dionys. 4. cap. de diuinis nominibus.* Vnde ad rationem summi boni pertinet, q summo modo se creaturæ communicet, quod quidem maximè fit per hoc q naturam creatam sic sibi coniungit, ut una persona fiat ex tribus, verbo, anima, & carne, sicut dicit August. 13. † de Trin. Vnde manifestû est, qd conueniens fuit Deum incarnari.

AD PRIMVM ergo dicendû, q incarnationis mysterium nô est impletû per hoc, q Deus sit aliquo modo a suo statu immutatus, in quo ab æterno fuit: sed per hoc, q nouo modo se creaturæ uniuit, uel potius eã sibi. Est aût conueniés, ut creatura, q secundû rationem sui mutabilis est, nô semper eodem modo se habeat: & ideo sicut creatura incępit esse, cû prius non esset, ita conuenienter cû prius non esset vnita Deo in persona, postmodum ei fuit unita.

AD SECVNDVM dicendum, q vniri Deo in unitate psonæ, nô fuit côueniens carni humanæ fm conditionem suæ naturæ: quia hoc erat supra dignitatem, ipsius conueniés tamen fuit Deo secundum infinitam excellentiam bonitatis eius, ut sibi eam uniret pro salute humana.

tam, infert, Deum ipsû egisse circa creaturã aliqd, qđ prius effectualiter nô egerat, s. vnisse sibi in psona creaturã aliquã, quã sic ab æterno nô vnierat: non aût infert, Deû in seipso a suo statu aliqualiter mutatû. Absq. n. sui vel minima mutatione traxit carnê nostrã ad se i persona: & sine sui mutatione a proprio statu eam sic tractam retinebit in æternum.

Ep. 2. post medium illius to. 2. inter opa Aug.

*Lib. 3. Ortho. fid. c. 1. in med. illius.

¶ NOT. Ex textu collige, q si argm nude sûptû valeret, possemus à simili, inferre, q conueniens erat, Deum non creasse mundû, ex quo cû ab æterno non creauerat. Per creationé. n. fecit creaturã, & simul traxit eã ad eê: vnde vt mutatus, licèt nô tãtopere, sicut i incarnationis misterio. Cæterùm aliud est mutatione sui aliqd agere (qđ est corporû), aliud est simpliciter aliquid agere. Sed (inquis) habet carné in se personaliter p incarnationé; nô aût creaturam hêt in se p creationé. Vtique. Sed licet similitudo adducta (sicut nec vlla) non teneat in oibus, sufficit, q simile sit vtrobiq; in nô mutaris quia. s. vtrobiq; Deus absque sui mutatione fecit; quamuis nûc realiter creator ad creaturam referatur, qui ab æterno ad eã, ipsa non existête actualiter non referebatur.

3. d. 1. q. 1. art. 3. ad 3. & q. 2. a. 2. ad 1. Et di. 4. q. 1. a. 1. q. 1. c. & ad 2.

† cap. 1. a med. illius.

* cap. 4. circa prin.

2^m de maiori.

Iungunt. R. Per potentiã finitã non, p potentiã infinitam. §. Quæ. s. realiter sit idem, quod infinita excellentia bonitatis. Tunc nihil, &c. Nam illa in infinitû distantia, quæ adducûtur in argumento, sunt iuncta per potentiam infinitam realiter infinitæ excellentię bonitatis diuinæ idêtificatam. Consequenter ergo dic ex littera, q ratione potentiæ potuerunt coniungi, ratione bonitatis conuenienter coniuncta sunt; maximè si consideretur illa bonitas realiter esse idem cum sapientia naturæ diuinæ. Ex litera quoque sensum conclusionis agnoscas, q. s. itelligebat de côueniétia nô quocûq; sed ex parte Dei.

† Lib. 13. c. 17. nô procul a prin. to. 3. inf. q. 2. ar. 1. Et 3. d. 1. q. 1. ar. 1.

Tertium

AD

3^m de maiori. Sic. R. Quantum ad distantiam in infinitũ, non quantum ad rei taliter distantis institutionem, & ordinationem. §. Tunc nihil &c. Nam corpus etiã q in infinitum distet a summo spiritu, aliquam conuenientiam habet cum eo; cum ab ipso sit institutum, & ad ipsius bonitatem ordinatũ; quod nõ sic est de peccato, vt in textu.

AD TERTIVM dicendum, q quælibet alia conditio, sm quã creatura quæcumq; differt à creatore, a Dei sapientia est instituta, & ad Dei bonitatẽ ordinata. Deus.n. pp suam bonitatem, cum sit increatus, immobilis, & incorporeus, produxit creaturas mobiles, & corporeas. Et similiter malum pœnæ a Dei iustitia est introductum pp gloriã Dei: malum uero culpæ committitur per recessũ ab arte diuinæ sapiẽtiæ, & ab ordine diuinæ bonitatis, & ideo Deo conueniens esse potuit assumere naturam creatam, mutabilem, corpoream, & pœnalitati subiectam: non autem fuit ei conueniens assumere malum culpæ.

AD QVARTVM dicendum, quòd sicut August. respondet in epistola ad Volusianum, * non habet hoc Christiana doctrina, quòd ita sit Deus infusus carni humanæ, ut curam gubernandæ uniuersitatis, uel deseruerit, uel amiserit, uel ad illud corpusculum quasi contractam trãstulerit: hominum enim est iste sensus, nihil nisi corpora valentium cogitare. * Deus autem non mole, sed virtute magnus est: unde magnitudo uirtutis eius, nullas in angusto sentit angustias. Nõ est incredibile, si verbum hominis transiens, simul auditur a multis & a singulis totum quòd verbum Dei permanens, simul ubique sit totum. Vnde nullum inconueniens sequitur Deo incarnato.

AR-

* Ex epist. 3. aliquantulũ a prĩ. to. 2.

* In ea. epistola, ante med.

4^m de conclusione. Ergo videtur inconueniẽs. R. Hominibus, nil, nisi corpora, cogitare valentibus: non hominibus vere sapientibus. §. Tũc nihil, &c. Nam conclusio intelligitur, quòd Deũ incarnari fuit conueniens secũdum iudicium vere sapientium, non autẽ insipientium.

¶ NOT. 1. Ex textu dic, q deceptio insipientium in tam conuenienti mysterio, prouenit ex eo, q putant Deum esse magnum mole, non virtute solũ. Ex eadem quoque litera pro semper caueto a iudicio insipientiũ hominum sequendo, in rebus fidei maximè, ne quando insipientium illorũ errore traductus, à propria firmitate excidas: quoniam animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, imò stultitia sunt ei, & non potest intelligere. 1. Cor. 2. Cum autẽ spiritualis homo iudicet omnia, & ipse à nemine iudicetur, huius cõsilium sequere. Quis est iste homo, qui iudicat omnia, & a nullo hominum iudicatur? Summus Pontifex. Nemo enim iudicabit primam sedem, qm omnes sedes a prima iustitiam desiderant temperari. Neq; ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; a regibus, neq; a populo iudex iudicabitur. Hæc Concil. Roman. præsente B. Syluestro Papa, Canon. 20. Hunc ergo hominem qui omnia iudicat, & à nemine iudicatur, semper in rebus fidei sequamur; quoniam Christus pro Petro, & successoribus eius rogauit, vt nõ deficiat vera fides ipsorum. Extr. de baptis. & eius effec. cap. Maiores. De tali homine mirifico, & de necessitate sequendi eius iudicium sic inter omnia mundana eminens vide super primam partem nostras Elucidationes, quæst. 32. ar. 4. Appen. Ibi etiam multa scitu dignissima videbis.

¶ NOT. 2. Pro maiori propositione huius textualis responsionis aduertenda sunt uerba Concilii primi Ephesini, ex Epist. B. Cirilli ad Nestorium de incarnato verbo dicentis; Visus est autem & paruulus, positusque in cunabulis, & in sinibus genitricis virginis constitutus, qui vniuersam creaturam replebat, vt Deus genitori suo indiuisus existeret. Quod diuinum est enim sine quantitate, & sine mole cognoscitur, nec vllis terminis continetur. Hæc ibi. Illa ratio, Quod diuinum est, &c. de illo tam extra virgineũ vterum, quàm incluso in vtero æqualiter valet: & ideo proposito responsi satis fauet Concilium. Vide Papæ Anacleti, & Concilii Ephesini dicta hunc locum satis declarantia, infra Artic. 2.

¶ NOT. 3. Pro meliori notitia & formalizationis argumentorum cum responsionibus, & vtilitatis maximę inde prouenientis, vide 2. 2. q. 1. ar. 1. declarationem vniuersalissimam, post ad tertiũ, & ibi citata.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem conteras blasphemiam dicentium, Deum incarnari esse Deo indignũ. Hi, licet non nominentur, tamen sub persona cuiusdam recitantur in Concilio Chalcedonensi Actio. 1. ex Amphilochio Episcopo Iconii. Et sic. Nisi ille nasceretur carnaliter, nunquam tu natus fuisses spiritualiter. Nisi ille dignatus fuisset formam serui suscipere, nunquam tu gloriam adoptionis lucrareris. Propter hoc venit in terrã cęlestis, vt tu terrenus eleuareris in cęlum. Propter hoc Christus semetipsum exinaniuit, vt nos oẽs de plenitudine eius acciperemus. Illius mors nostra facta est immortalitas. Dñi passio seruo facta est exaltatio. Tu vero beneficiũ accipis in occasionem blasphemiæ. Hæc ibi. Horum blasphemiã fuisse, vt apparet ex contextu, affirmant quidam, q Deum incarnari (dicebant) non conuenire tam altæ Maiestati. Ad horum numerum quodammodo pertinere crediderim hæresim Proclianitarum dicentium: Christum non venisse in carne. Item Apellitarum; quibus ideo dictum hoc ex 1. Io. 4. Omnis spiritus qui non confitetur Christum in carne venisse, ex Deo non est, eraserũt, vt suum falsum dogma defenderẽt. Licet autem B. Io. dicat, Omnis spiritus, qui soluit Iesum; tamen sensus est, Omnis spiritus, qui non cõfitetur Iesum in carne venisse, vt patet apertissime ex contextu mox pręuio dicente; Omnis spiritus, qui cõfitetur Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo est. Item heresim Saturnini cuiusdam dicentis, Christũ vmbraliter tãtum in mũdo apparuisse. Cui & illa Manichęorum videtur cognata, qua dicunt; q Christus non fuit verus homo, sed phãtasma quoddã. Horum enim omnium cõiuratio aduersus Dominum, videtur fuisse in hoc, q Deum veraciter incarnari reputabãt aut impossibile, aut inconueniens, aut saltẽ non conueniens fuisse. Et pro tanto hic adducunt, pro quanto incarnationem Dei non esse conuenientẽ, innuebãt. Secũdo habes, quõ per rationem ostendas, has omnes eatenus dãnari meritò a Concil. Chalcedonensi actio. 1. ex monimentis sanctorum Patrum inibi post Nicenæ Synodi fidem immediate de mandato insertis, & sic: Si quem discerpit incarnatio vnigeniti, & partus virginis, & passionum communio, & crux, & passio, atque mors, discens cognoscat, prouisoria hæc vniuersalis salutis, sed non indigna diuinæ clementiæ. Si enim turpe est Deo habitare in virgine, turpius est omnino creare: si autem creans non sustinuit contumeliam, neque habitare in creatura dignum verecundia iudicauit. Hæc ibi. Vbi expone ly discerpit, id est offendit: vel aliquid simile. Quæ verba de directo ibi adducta sunt contra illum blasphemum, de quo in principio Appendicis. Non ergo est indignum secundum Concilium, neque turpe, neque verecundũ Deo ipsum incarnari. Item ab eodem ibidem apertius. Sicut artifices optimi non in pretiosis solum materiis artẽ ostendentes mirandi sunt; sed qui ex vili luto, & cera solubili sępe suæ disciplinæ operando demonstrãt virtutẽ, multò magis sunt laudabiles: ita oium optimus artifex viuus, & efficax Dei Verbũ, decorans conuenientia ordinis vniuersa, non quasi accepta corporis ptiosa materia ad nos puenit, sed ĩ luto Maiestatẽ suę artis ostẽdit; reformans hominẽ, qui de limo plasmatus est, modũ quidẽ natiuitatis immutans, ex virgine procedẽs; p oia uerò nostrã, scd̃m nos, absq; peccato, similitudinẽ non iudicans fugiendã. Hæc ibi. Multò igit magis scd̃m Concilium, mirandus, & laudabilis est Deus; quantò magis carnẽ nostrã tã infimã, nõ angelicam naturã p incarnationẽ assumpsit; Et quia carnẽ ipsam, imo nostrã p oia (dẽpto peccato) similitudinẽ, nõ iudicauit esse fugiẽdã; ideo patẽtissima veritas est, q ipsum Deũ incarnari, imò nobis p oia absq; peccato assimilari p talia dicta Conciliũ fuisse conueniẽs declarauit. Itẽ a Concilio Tolet. xi. in pronũciatione publica fidei catholicæ ante primum capitulũ. Hoc.n. Cõciliũ postq̃ ibi dixerat Sic, Filius Dei natura est filius, non adoptione, quẽ Deus pater nec uoluntate, nec necessitate genuisse credẽdus est: qa nec ulla in Deo necessitas cadit, nec uolũtas sapientiã puenit: post ista verba multis interiectis, inquit. De his tribus personis solam Filij personam pro liberatione humani generis verũ hominẽ sine peccato de sancta & immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse, &c. Nec tamẽ Spiritus sanctus Pater esse credẽdus est Filij pro eo, q Maria eodẽ Spiritu sancto obũbrante cõcepit; ne duos patres filij videamur asserere, qd̃ utiq; nefas est dici. In quo mirabili conceptu ędificãte sibi sapientia domũ. Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc ibi. Ex Cõcilio ergo dicente, q tũc sapientia ædificauit sibi domũ, patet apertissime q Deum incarnari nõ solum fuit conueniens, sed etiam conuenientissimũ opus, non tantum quacomque sapientia, sed infinita sapientia plenum. Id, quod de singulis quoque mysterijs humanitatis Christi (puta natiuitate in præsepio, &c. passione, in cruce, &c. resurrectione ab inferis tertia die, &c.) intelligendum est, secundum Concilium, eadem ratione; quoniam ædificante sibi sapientia domum, & Verbum caro factum est, quod fuit per conceptionem; & Verbum habitauit in nobis, quod fuit per conuersationem. Item à Leone primo Papa in epistola ad Flauianum inserta quinto Concilio Constantinopolitano collatio. 6. sic. Aedificante sibi sapientia domum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ex hac Leonis sententia dic, ut nunc suprà. Tertiò uides, quomodo ex his omnibus 3
unciãum Angelica hæc doctrina constabiliator.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. 1. ar. 1. q. nota duos terminos, s. ly incarnari, & ly, conueniens. Nam ly incarnari plus significat q̃ exprimat explicat si quidem nihil aliud, q̃ carnem assumere, vel carnem fieri: significat aũt hominẽ fieri ẽt secundũ carnem: ita q caro vt infimus terminus quicquid nobilius est in homine, concludit: & vt sic denoïat naturam humanã integrã: nam si Deus vsq; adeo semetipsũ exinaniuit, vt conuenienter caro fieret humana, multo magis conueniens est, q sit factus homo secundũ animam, & humanitatem integrã. Meritò aũt theologi hanc diuinã exinanitionẽ vocabulo incarnationis significant: quia Ioan. Euang. pp dictam rationem eodem docuit vocabulo, dicens, Et verbum caro factũ est. Ly conueniens cũ se habeat ad possibile, vt minus cõe ad magis cõe, claudit in se possibile, & addit super illud, oẽ siquidem conueniens est possibile, sed non econtra, vt patet de monstris. est. n. monstrum possibile, sed non est conueniens. Cũ cõclusum igit̃ fuerit, q Deũ incarnari est conueniens, monstratũ erit simul, q est possibile. Rursus si perspexeris q ly, conueniens, absq; quacumq, determinatione in hoc titulo ponit̃ (dũ non apponit̃ aliqua limitatio, puta, ad hoc, vel illud, secũdũ hanc vel illam rationẽ, aut aliquid huiusmodi) videbis, q qõ præsens de conuenientia incarnationis non ad hunc, vel illũ finẽ, aut effectum, sed absolutè est, & ppea ex propriis Dei, & incarnationis absolute decidẽda ẽ q. ista. Cuius sẽsus est an Deum fieri hoiem, etiã secundũ carnem fuerit conueniens.

¶ In eod. tit. 1. ar. dubium occurrit, quia auctor vr̃ incẽpisse saltãdo, nam ante istum artic. debebat inquiri, an Deum incarnari sit possibile, tum quia ista qõ non debet indiscussa relinqui, sed in ꝓprio loco tractari: cõstat aũt possibile esse naturaliter prius, quàm conueniens, cum sit cõius, & innata sit nobis via ex cõiorib. procedendi, vt dr̃ in 1. Phys. tum quia auctor ipse in principio 3. Sen. inchoat a possibilitate. cur ergo non inde incipit in hoc opere?

¶ Ad hoc dr̃, q quia nulla scientia probat suum subiectum, sed supponit illud, vt patet in 1. Post. & huius libri subiectum propriũ est Iesus Christus. hoc est Deus incarnatus: ideo ars ipsa exigit, vt non quæreretur hic, an possibile sit Deum incarnari: hoc. n. esset librum istum non præsupponere Deum incarnatum. Nec tñ oïno indiscussa dubitatio hæc relicta est, sed tractando conuenientiam incarnationis ex natura extremorum, s. Dei, & humanę naturę (vt in hac litera fit) excluditur impossibilitas incarnationis, & manifestatur simul, vt dictum est conuenientia eiusdem: ita q sub titulo conuenientiæ satisfactum est, & materiæ de possibilitate incarnationis, & arti procedendi. Quòd aũt in 3. Sent. auctor inchoauerit a possibilitate, non obstat proposito: quia in illo opere non erat ipse ordinator doctrinæ, sed vt commentator qõnes emergẽtes mouebat, hic aũt ipse auctor est ordinis doctrinæ, & iõ artificiose ꝓcedens supponit Deum incarnatum, & quærit de illius conueniẽtia.

¶ In corpore eiusdem 1. art. vnica est conclusio rñsiua q̃sito. Cõueniens fuit Deum incarnari. Probatur, Vnicuiq; rei conueniens est, quicquid competit illi secũdũ rationem suæ naturæ. ergo Deo cõueniens est quicquid pertinet ad rationem boni. ergo Deo conueniens est summo modo se cõicare creaturæ. ergo conueniẽs fuit Deum incarnari. Antecedens manifestatur ex hoc q ratiocinari conuenit homini: quia secundum rationem suæ rationalis naturæ competit. Prima vero cõsequentia probatur: quia ipsa natura Dei est essentia bonitatis, vt Dion. dicit. Secunda aũt consequentia probatur: quia ad rationem summi boni spectat summo se modo cõicare creaturæ. Quod probatur: quia ad rationem boni spectat se cõicare aliis. Tertia denique consequentia probatur: quia hoc, q est summum bonũ, seu Deum summo modo se cõicare creaturæ, maxime fit per hoc, q naturam creatam sic sibi coniungit, vt ex Verbo, anima, & carne, vna fiat persona, vt Aug. dicit, Hic est planus processus literæ.

¶ In antecedente huius processus hoc solum notandum occurrit, q propter sui claritatem in litera manifestatur in vna sola natura, cum potuisset inductiue manifestari in omnibus: sat enim fuit inchoasse inductionem in re tam manifesta.

¶ In primo consequente, s. Deo conueniens est quicquid pertinet ad rõnem boni, memento distinguere quod aliud est loqui de ratione boni, & aliud de ratione talis boni, puta, angelici, cœlestis, humani, leonini, & aliorum specialium bonorum. Multa namque sunt, quæ spectant ad rationem talis boni, quæ non spectant ad rationem boni absolute: latrare siquidem ad bonitatem canis, ratiocinari ad bonitatem hominis, moueri ad bonitatem cœli, & sic de aliis propriis bonis creaturarum spectant, & tamen nihil horũ spectat ad rationem boni simpliciter, & propterea nihil horum conuenit Deo: sed quicquid pertinet ad rationem boni non limitati ad hanc vel illam naturam creatam, sed absolute considerati, totũ conueniens est attribuere Deo: quia natura Dei est ipsa bonitas.

¶ Circa secundę consequentiæ, s. ergo Deo conueniens est summo modo se cõicare creaturæ probationem, s. quia ad rationem boni pertinet, vt se aliis communicet, &c. dubium primo occurrit: quia communicare se aliis, nullam perfectionem importat alioqn

Deo ab æterno, dum se non communicauit aliis defuisset aliqua perfectio, quod est impossibile, quòd autem nullam perfectionẽ importat, nõ spectat ad rationem boni, cui nihil præter aut extra boni latitudinem conuenire fas est, non recte igitur assumitur, q communicare se aliis pertinet ad rationem boni.

¶ Circa eiusdem sequelæ probationem eandem dubium secũdo occurrit, quia inefficax inuenitur, qm̃ transitur ex naturali conditione boni ad voluntariam boni conditionem. Quod non licere patet ex eo, q voluntaria libere à bono procedunt: non enim inferuntur ex naturalibus, vtpote necessariis, & alterius ordinis. nõ ergo ex quacumque Dei naturali conditione põt efficaciter inferri aliqđ opus ipsius liberum, vt patet. Manifestat̃ aũt, hunc errorem in hoc passu interuenire, quia ex spectantibus ad rationem boni infertur summum bonum, ac per hoc Deum communicare seipsũ creaturæ. Constat enim q pertinentia ad rationem boni conueniunt ipsi boni, & Deo naturaliter, & q communicare ipsum conuenit Deo summo bono libere: non recte igitur processum est in litera.

¶ Ad primum dubium dr̃, q licet posset distingui communicare se aliis secundum q importat actionem, quæ est perfectio agentis in actu (quæ in Deo est sua substantia) & secũdum q importat illationem effectus ad extra, vt in 1. lib. patuit: quia tamẽ nõ oportet in proposito ad hæc recurrere, scito q falsum simpliciter est, q communicare se aliis non importat perfectionem, & probatio eius non valet ex eo, quòd non ponit perfectionem in communicante, inferens, ergo non importat perfectionem: stat enim, q importet perfectionem, & non in communicante, sed in illis, quibus communicatur. Et vere sic est: nam bonum cõmunicare seipsum aliis, dato quòd nullam addat perfectionem bono communicanti seipsum: necessario tamen perfectionem ponit in illis aliis, quibus seipsum communicat, & ad naturam boni spectat cõicare seipsum aliis, non vt ipsum communicans sit melius, sed vt alia bonificentur per ipsum, & propterea ratio literæ verum assumit, & optimè procedit ad intentum.

¶ Ad secundum dubium dr̃, q cum bonum sit vnum transcendentium & comprehendat sub se non solum bonum secundum esse naturæ, sed etiam bonam voluntatem, ac per hoc abstrahat ab vtroq; essendi, & causandi modo, s. per modum naturæ, vel voluntatis: consequẽs est q id, quod pertinere dr̃ ad rationem boni, nõ minus quàm ipsum bonũ, & illius ratio abstrahat à modo naturæ vel libertatis, ac per hoc communicare seipsum pertinere ad boni rationem, intelligendum est nõ determinate per modum naturæ, aut liberè, sed communiter, & indeterminate, vt in vnoquoq; verificetur tantum illius modum, vnde, & in litera non concluditur aliquis dictorum modorum communicandi se, sed absolutè, quòd communicare seipsum creaturæ supremo modo (siue hoc fiat naturaliter, siue libere non exprimendo) spectat ad summum bonũ ea ratione, quia si bono conuenit communicare se, cõsequens est, q magis bono conuenit magis communicare se: & consequenter summo bono conuenit summe communicare se. vnde patet, quòd non infertur voluntarium, ex naturali, sed commune ex communi.

¶ In tertia consequentia memento primo formaliter intelligere terminos, distinguendo de creatura, vel de creatura tali, puta, hoïe, angelo, vel cœlo, &c. nã nõ est hic sermo de creatura tali, sed de creatura absolute, cum assumit, q summo bono conuenit summo modo se cõicare creaturæ. Notate secundo verba, & signate mysteria: ex summo modo cõicare se creaturę, infertur incarnationis conuenientia. Tribus namque modis plusquàm genere diuersis Deus, qui est ipsum summum bonum, intelligi potest communicare seipsum creaturę. Primò, quasi naturaliter cõicando seipsum, & sic communicauit seipsum vniuerso, creando, & conseruando libere vniuersum. Secundo, supernaturaliter communicando seipsum, & sic communicauit seipsum vniuerso, eleuando oẽs intellectuales, & rationales substantias in consortium diuinæ naturæ per gratiam, cuius non solum capaces gratuita benignitate effecit, sed etiam actualiter participes ab initio, vt in 1. lib. auctor ex Augustini auctoritate deduxit. Est autem inter hos duos modos tanta distantia, quòd iuxta primum modum distributæ sunt participationes, imitationes atque similitudines Dei, sicut constituerentur illis substantiæ rerum quas naturas entium dicimus, cum suis conditionibus naturalibus. Deus autem ipse extra, & supra totum vniuersum in sibi soli propria excellentissima natura remanet solus in suiipsius fruitione beatus. Iuxta secundum autem modum naturæ suæ propria Deus communicauit creaturæ, scilicet videre Deum, frui Deo viso per essentiam, esse consortem diuinæ naturæ per gratiam inchoatiuè, & per gloriam consummatè. Quæ quia non possunt sic communicari, vt naturalia, aut connaturalia sint creaturæ, ideo supernaturaliter, ac ex superabundantiori gratia Deus, quod sibi soli ex naturali ordine remãserat proprium, commune fecit creaturæ, vt conregnaret cum illo beata in illius quoque visione ac fruitione ita quod Dei cõio, quæ impossibilis est naturali ordine, concessa est secundum supernaturalẽ ordinem gratiæ. Tam excellens

uutem est amor summi boni erga creaturam, vt non sat fuerit illi cõicare se secundum naturalem ordinem creaturæ, creando vniuersum, nec etiam sat fuerit eidem communicare se creaturæ, secundum ordinem gratiæ eleuando ipsam ad consortium diuinæ naturæ: sed ad id vnum quod reliquum erat, & inexcogitabile, eleuauit creaturam ad personalitatem, s. diuinam, quod ad tertium, & supremum modum cõicandi se spectat: secũdum si quidẽ hunc tertium modum cõicat se Deus creaturæ, non tribuendo illi similitudinem aut donum aliquod creatum naturalis, vel supernaturalis ordinis: sed propriam personam secundum suam propriã subsistentiam, quam in semetipsa habet communicat creaturæ, sicque sibi Deo, & creatæ naturæ communem personam facit, vt creatura, hoc est homo fit secundum rem verbum Dei, qđ est Deus. hic proculdubio est summus modus, quo summum bonum cõicare se potest creaturæ non est. n. intelligibilis maior modus, quo possit communicari Deus creaturę. Hoc autem modo Deum communicasse se creaturæ, & non solum creaturæ tali, ex hoc, ꝙ incarnatus est, ex eo patet, ꝙ incarnatio est eleuatio totius vniuersi in diuinam personam, nam si pure spiritualis natura, vt est angelica, assumpta fuisset, creatura corporea eleuata non fuisset: & similiter si cœlestis natura fuisset assumpta, sensitiua, vegetatiuaque creatura, non fuisset huius eleuationis particeps: & similiter, si solam corpoream quamcunque naturam, aut vegetatiuam, aut sensitiuam assumpsisset intellectualis natura eleuata non fuisset. Assumendo autem naturam humanam, quod significatur per incarnationem, totius vniuersi natura eleuata est ad diuinam personam: ita quòd Deus verè creaturæ absolutè se summo modo communicauit, q a toti vniuerso se summo modo cõicauit, dum incarnatus est: quia, vt in littera ex Aug. dr̃, sic omnia coeũt in vnam personam caro, anima intellectiua, & verbum Dei: hæc enim ideo auctor attulit ad probandam vltimam sequelam. quia per hæc significatur totũ vniuersum, ac per hoc communio D i ad creaturam absolute. habet ergo hinc potissimam rationem incarnationis ex bonitate diuina erga vniuersum: ĩ potissima ratio est, quę ex communissimo bono, vtpote maxime diuino sumitur, quæ Dominus docuit Ioã. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli primi, nota duplicem modum loquendi de incarnatione, vel dicendo, Deus vniuit se creaturæ vel dicendo, Deus vniuit creaturam sibi, vterq; sanus, & catholicus, & ideo vterq; in littera ponitur, sed secundus melior, quia formalis, & ideo in litera primus corrigitur quodammodo per secundum. Et ratio est: quia secundus modus dicendi mutabilitatem significat in creatura, tamquam rem allatam ad Deum, & Deum significat vt terminum, ac per hoc Deus significatur vt immutatus: terminus enim absque sui mutatione terminare potest. In primo autem modo significatur econtra, quantum est ex modo dicendi, non quo ad rem dictam. Melius est ergo vti secundo modo loquendi, & dicere, Deus vniuit creaturam sibi.

¶ In responsione ad secundum eiusdem art. nota, in litera haberi negatiuam, scilicet, vniri Deo in persona, non fuit conueniens carni humanæ, secundum conditionem suæ naturæ, & non habetur affirmatiua inconuenientis. Et meritò, quia vere negatur de quacumque creatura conuenientia, & quæcumque naturalis potentia, ad vnionem personalem cum Deo: falso tamen affirmaretur repugnantia aut inconuenientia ad huiusmodi vnionem. quoniam neutram partem sibi creatura vendicat. Creatura enim secundum naturæ suæ conditionem non habet, vnde sibi vendicet conuenientiam ad talem vnionem, nec habet vnde sibi vendicet inconuenientiam ad eandem: sed totus ordo creaturæ ad huiusmodi vnionem, ad excellentiam bonitatis, & potestatis diuinæ spectat: sola logica, & obedientiæ potentia in creatura saluatur.

Cap. 4. d. 18. q. 1 con & 4 q. 15. 1 q. 1. con. Medina ar. 2.

SVPER Q. I. ART. II.

3. d. 4. q. 3. ar. 1. ad 3. Et 4. d. 10. ar. 1. ad 3. Et dist. 43. ar. 2. q6. 2. ad 2. Et 4. cont. c. 55. 2. Et Psal. 45. 1. p. q. 4. art. 1. & 2.

NOT. Hic terminus incarnari, q̃a sępius repetitur in articulis sequẽtibus, declaretur oportet in principio, ne per ignota procedatur, & idem inutiliter pro declaratione replicetur. Pro huius ergo irrefragabili declaratione, ecce verba Cõcilii Chalcedonensis actio. 1. ex Epistola Cyrilli ad Nestorium approbata cum cęteris à Synodo Constantinopol. 6. act. 17. & sic. Hæc etiam nos sequi oportet & verba, & doctrinas, cogitantes quid significet incarnari, & humanari Dei verbũ. Nõ enim dicimus, quia Dei Verbi natura transformata facta est caro; sed nec quia in totum hominẽ, qui est ex anima, & corpore, commutata est: sed illud potius sentiẽdum, quia carnẽ animatã, anima videlicet, rationali vniẽs sibimet, secundum subsistẽtiam Deus Verbũ inenarrabiliter, atque inscrutabiliter factus est homo. Hæc ibi. Quæ etiam dicuntur a Concil. 1. Ephesino, cap. 13.

¶ CONCL. 1. Deum incarnari ad reparationẽ generis humani nõ fuit necessarium, vt sine quo aliquid esse nõ potest.

¶ PROB. Quia Deus per suam magnam virtutem poterat naturã humanam multis aliis modis reparare.

¶ CONCL. 2. Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationem fuit necessarium, vt illud per quod melius, & conuenientius perueniatur ad finem.

¶ PROB. Quia sanandæ miseriæ nostræ conuenientior alio modus alius non fuit (patet tũ ex promotione hominis in bonũ quintupliciter; tum ex retractione hominis a malo quintupliciter).

ARTICVLVS II.

Vtrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani verbum Dei incarnari.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ non fuerit necessarium ad reparationem humani generis, verbum Dei incarnari. Verbo enim Dei, cũ sit Deus perfectus (vt in primo habitum est*) nihil virtutis per carnem assumptam accreuit. Si ergo uerbum Dei incarnatũ humanam naturam reparauit, etiam absque carnis assumptione eam potuit reparare.

¶ 2 Præt. Ad reparationem humanæ naturę, quę per peccatũ collapsa erat, nihil aliud requiri videbatur, q̃ quod homo satisfaceret ꝓ peccato: sed homo, vt vr̃, satisfacere potuit ꝓ peccato: nõ. n. Deus ab homine plus requirere dẽt, q̃ possit, & cũ pronior sit ad miserendum, q̃ ad puniẽdum, sicut homini imputat ad pęnã actũ peccati, ita imputare dẽt ad meritũ actum cõtrarium. Non ergo fuit necessariũ ad reparationem humanę naturæ, uerbum Dei incarnari.

¶ 3 Præt. Ad salutem hominis præcipue pertinet, vt Deum revereantur: vnde dr̃ Malach. 1. Si ego pater, ubi honor meus? si Dñs, vbi timor meus; sed ex hoc ipso homines Deum magis reuerentur, ꝙ eum considerant super omnia eleuatum, & ab hoium sensibus remotum: vnde in Ps. 112. dicitur, Excelsus super omnes gẽtes dominus, & super cęlos gloria eius, & postea subditur. Quis sicut dñs Deus noster? Quod ad reuerentiam pertinet. ergo videtur non conuenire humanæ saluti, quòd Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

SED CONTRA. Illud, per quod humanum genus liberatur a perditione est necessarium ad humanam salutem: sed mysterium diuinæ incarnationis est huiusmodi, secũdum illud Io. 3. Sic Deus dilexit mũdum, ut filium suũ unigenitum daret, ut oĩs, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitã æternam. ergo necessarium fuit ad humanam salutem, Deum incarnari.

RESP. Dicendũ, ꝙ ad finẽ aliquẽ dr̃ aliquid esse necessariũ † dupliciter. Vno mõ sine quo aliquid esse nõ põt: sicut cibus est necessarius ad cõseruationem humanæ vitæ. Alio mõ per quòd melius & conuenientius peruenitur ad finem: sicut equus necessarius est ad iter. Primo modo, Deum incarnari non fuit necessarium ad reparationem humanæ naturæ Deus enim per suam omnipotentem uirtutem poterat humanam naturam multis aliis modis reparare. Secundo autem modo necessarium fuit, Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationem. Vnde August. * dicit 13. de Trinit. cap decimo. Verum etiam ostendamus, non alium modum possibilem Deo defuisse (cuius potestati omnia æqualiter subiacent) sed sanandæ miseriæ nostræ conuenientiorem alium modum non fuisse. Et hoc quidem considerari potest, quantum ad promotionem hominis in bonum. Primo quidem, quantum ad fidem, quæ magis certificatur ex hoc, quod ipsi Deo loquenti credit. Vnde Augustinus dicit vndecimo de ciuit. Dei, * Vt homo fidentius ambularet ad ueritatem, ipsa ueritas Dei filius homine assumpto constituit, atque fundauit fidem. Secundo, quantum ad spem, quæ per hoc maximè erigitur. Vnde Augustinus dicit decimotertio, de Trinit. † Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, quàm ut demonstraretur nobis, quantum diligeret nos Deus. quid uerò huius rei isto iudicio manifestius, quàm quòd

† Ari. 5. metaph. tex. 6. to. 3.

* Lib. 13. c. 10. non lõge a prin. to. 3.

* Lib. 11. c. 2. a med. to. 5.

† Lib. 13. c. 10. non ꝓcul a prin. to. 3.

1m de consequentia. Potuit. R. Absolutè: non sic conuenienter. §. Tunc nihil cõtra, vt ex conclusionibus patet. Argumentum supplere potest pro conclusionis primæ, alia probatione.

2m de conseq. Non ergo fuit necessarium. R. Nisi omnis satisfactio hominis puri præsupponeret de necessitate satisfactionem Christi, pro habẽda, s. efficacia ad satisfaciendum Deo, §. Tũc &c. vt patet ex textu.

*Cap. 4. in prin. to. 4.

¶ Not. Duo sunt ꝓ faciliori huius capitis aduertenda. Primum est, ꝙ facilius est homini destruere, quàm construere. Secundum est, ꝙ peccatum originale, pro quo principaliter satisfactio debebatur, fuit peccatum capitis, in quo omnes peccauerunt. Ex primo illo deducitur, quòd si Adam vixisset adhuc, pro peccato suo, vt tangebat, omnes satisfacere non potuisset. Vt tangebat, inquam, omnes; quia ꝓ peccato illo suo, vt personale tantum erat, satisfecit; secundum illud Sap. 10. Illum, qui primus formatus est, eduxit a delicto suo. Ratio est; quia gratia collata Adamo post delictum suum, erat gratia habitualis non capitalis, id est non se extendebat vltra personam habentem illam ad merendum vel satisfaciendum. Nec obstat, quòd ante peccatum habebat gratiam, quæ dici poterat capitalis, inquantum illam sibi, & posteris custodisset, si in seipso illam custodisset; sicut non sibi soli, sed & nobis illam perdidit, teste Cõc. Trid. ses. 5. hoc, in quã nõ obstat, quia ipse iam illam perdiderat, eamque vt capitalem recuperare non poterat; quoniam caput salutis omnium oportet omnino fuisse, & esse sanum. Vnde catholicorum omniũ voce testatum est, quòd ideo Christum Dominum sine peccato oportuit esse, vt salutem omnium hominum operaretur. Ex secundo illo deducitur apertè, quòd satisfactio nũquam ęqualiter peccato, de quo agitur, correspondisset; nisi fuisset satisfactio capitis. Opus ergo erat dari unum hominem, qui reuera & ipse esset caput omnium hominũ ad hoc, vt satisfactio per æquiualentiam directam corresponderet peccato illi delendo, quod fuerat peccatum capitis. Hinc duo capita statuimus, immo statuit Apost. 1. Corin. 15. dicens, Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cęlo celestis; vt illud peccatum, quod primũ ca; ut in oẽs intulit, secundum caput ab omnibus explodat. Sed sicut primum caput non nisi a se per seminalẽ rõnem descendentes infecit peccato suo; ita secundũ caput non nisi ex se, saltem in noto baptismi, spiritualiter generatis, satisfactionẽ suam cõicat, secundũ Concil. Trid. sess. 6. c. 3. Ex his patet, ꝙ nullus hõ per adęquationem satisfacere poterat, vt ait textus nisi Christus: cuius, tanquam capitis nostri, gratia, per quam pro omnibus satisfecit, erat nõ tantum habitualis, sed etiam capitalis. quæst. 8. artic. 5.

† Eod. li. & c. 4. non ꝓcul a prin. to. 4.

* In ser. 1. circa prin. illius, & est ser. 13. in ordi. t. 10.

* li. 3. c. 17. circa prin. to. 3.

† Cap. 16. nõ procul a prin. t. t.

* In ser. 1. post med. illius, incipit hic ser. Saluator noster.

† Lib. 13. c. 13. in medium. t. 3.

*eod. lib. & c. habetur post med. illius.

† lib. 13. de Trin. c. 13. to. 3.

* In ser. 1. post med. illius.

Dei filius naturæ nostrę dignatus est inire consortium? Tertio, quantũ ad charitatem, quæ maximè per hoc excitatur. Vnde Aug. dicit in lib. de Catechizandis rudibus. Quæ maior est causa aduentus Domini: nisi ut ostẽderet Deus dilectionem suam in nobis? Et postea subdit.† Si amare pigebat, saltem reamare non pigeat. Quarto, quantum ad rectam operationem, in qua nobis exemplum se prębuit. Vnde Aug. dicit in quodam sermone de nati. Domini. Homo sequendus nõ erat qui uideri poterat, Deus sequendus erat, qui uideri non poterat: vt ergo exhiberetur homini, & qui uideretur ab homine, & quẽ homo sequeretur, Deus factus est homo. Quinto ad plenam participationem diuinitatis, quæ uera est hominis beatitudo, & finis humanæ uitæ, & hoc collatum est nobis per Christi humanitatem. Dicit enim Aug. in quodam sermone de nati. Domini.* Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus. Similiter & hoc utile fuit ad remotionẽ mali. Primo enim per hoc homo instruitur, ne sibi diabolũ præferat, & eum ueneretur, qui est actor peccati. Vnde Augu. dicit 13.* de Trin. Quandoquidem sic potuit Deo cõiungi humana natura, ut fieret una persona, superbi illi maligni spiritus non ideo se audeant homini præponere, quia non habent carnẽ. Secundo, per hoc instruimur quanta sit dignitas humanæ naturæ ne eã inquinemus peccando. Vnde Aug. dicit in lib. de Vera reli.† Demõstrauit nobis Deus quàm excelsum locũ inter creaturas habeat humana natura, in hoc ꝙ hominibus in uero homine apparuit. Et Leo Papa dicit in serm. de nat.* Agnosce o Christiane dignitatẽ tuam: & diuinæ consors factus naturæ, noli in ueterẽ uilitatẽ degeneri conuersatione redire. Tertio, quia ad præsumptionẽ hominis tollẽdam, gratia Dei nullius meritis præcedentib. in homine Christo in nobis commendatur, ut dr̃ in 13. de Tri.† Quarto, qa superbia hominis, quæ maxime impedimẽto est, ne inhæreat Deo, per tantam Dei humilitatẽ redargui põt atq; sanari, ut dicit Aug. ibidẽ.* Quinto, ad liberãdũ hominem a seruitute peccati, ꝙ quidẽ, ut Aug. dicit 13. de Tri.† fieri debuit sic, ut diabolus iustitia hominis Iesu Christi superaretur, quòd factum est Christo satisfaciente pro nobis. Homo autem purus satisfacere non poterat pro toto humano genere: Deus autem satisfacere nõ debebat: unde oportebat Deum & hominẽ esse Iesum Christum. Vnde & Leo Papa dicit in ser. de nat.* Suscipitur a uirtute infirmitas, a maiestate humilitas, ut ꝙ nostris remediis congruebat, unus atq; idem Dei, & hominum mediator, & mori ex uno, & resurgere posset ex altero. Nisi. n. esset uerus Deus, non afferret remedium, nisi esset uerus homo, non præberet exemplũ. Sunt autem, & aliæ plurimæ vtilitates, quæ consecutæ sunt, supra apprehensionem sensus humani.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit secundũ primum modum necessarii, sine quo ad finẽ perueniri non potest.

Ad secundum dicendum, ꝙ aliqua satisfactio põt dici dupliciter sufficiens. Vno modo perfecte, quia est condigna per quandam adæquationem ad recõpensationem culpæ commissæ, & sic hominis puri satisfactio sufficiens esse non potuit pro peccato: tum quia tota humana natura erat ꝑ peccatũ corrupta, nec bonũ alicuius personæ, uel ẽt plurium poterat per æquiparantiam totius naturæ detrimentum recompẽsare: tum ẽt, quia peccatum contra Deum cõmissum, quandam infinitatẽ hẽt ex infinitate diuinæ maiestatis: tanto. n. offensa est grauior, quanto maior est ille, in quem delinquitur. Vnde oportuit ad cõdignam satisfactionem, ut actus satisfacientis haberet efficaciã infinitã, utpote Dei, & hominis existens. Alio modo potest dici satisfactio hominis esse sufficiens imperfecte, s. secũdum acceptationem eius, qui est ea contentus, quamuis nõ sit condigna. Et hoc modo, satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum præsupponit aliquid perfectum, à quo sustentetur, inde est, ꝙ omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi.

Ad tertium dicendum, quòd Deus assumendo carnem, suam maiestatem non minuit, & per consequens non minuitur ratio reuerentiæ ad ipsum, quę augetur per augmentum cognitionis ipsius. Ex hoc autem, quòd nobis appropinquare uoluit per carnis assumptionem, magis nos ad cognoscendum attraxit.

3m de conseq. Per carnis assumptionẽ. R. Quæ assumptio diminueret diuinã maiestatẽ; non, ꝗ nullomodo illã maiestatem minueret. §. Tũc nihil cõtrã. Nam conclusio 2. Deũ absq; diminutione aliqua diuinæ maiestatis incarnari, accipit; nõ aliter, vt arguens ꝑ carnis assumptionem putabat. Vnde Papa Anacletus episto. 2. de fide ad ep̃os Italiæ. Filius est æqualis patri; quia licet fuerit verbum abbreuiatũ; non tñ minutio Deitatis in Dei filio per hoc significatur; sed dispẽsatio susceptæ carnis annũciatur. Hęc ille. Ex textu dic; ꝙ ꝑ talem, quam dixit rñsio, assumptionem, augetur in nobis fidelibus maior ratio reuerentiæ ad ipsum Deum humanatum, propter maiorem de ipso cognitionem. Consequenter ergo, quia ad salutem hominis præcipuè pertinet, vt Deum reuereatur (vt ait antecedens arguentis) saluti maxime hominum contulit etiam ex hac parte, quod Deus incarnaretur. Et sic argumentum glossatum, vt vidisti, est pro conclusione, tanquam vna probatio eius, non contra. Pro textus firmitate maiori, aduerte notationem sequentem.

¶ Not. Synodus Ephes. prima, cap. 13. ait sic. Verbum Dei carnem factum esse, est similiter ac nos, principiũ habuisse carnis, & sanguinis; & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse; non abiecta, vel deposita Deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre: sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat: Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. Hæc ibi.

AR- terra APPEN-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo quomodo per rationem interimas, & quidem à fortiori, hæresim Petri Abaylardi (ut refert Alfonsus Castr. aduer. hær. Christus) ingratissime dicentis, Christum Dei filium, non vt hominem liberaret, fuisse incarnatum. Dixi ly à fortiori: quia si per rationem ostendis, quòd illum propter nostram salutem necesse fuit incarnari, multo magis vtique illum propter liberandum hominem non fuisse incarnatum falsò dogmatizari demonstras. Item hæresim Theodoti Bizantini (Prateol. Bassus) dicentis, Christum non esse saluatorem. Hæc enim in sensu redit a ingratitudinem Abaylardi. Secundò habes, quomodo per rationé ostendas, has meritò fuisse damnatas à Christo ipso Luc. 19. Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Venit, scilicet, per incarnationem. Item ab eodem Luc. 15. Quis ex vobis homo habens centum oues &c. Aut quę mulier habens drachmas decem &c. Vbi Christus dicit se hominem illum, qui venit in hūc mūdum, omni bono ex se, desertum, ad quærendum ouem perditam: & se mulierem illam per affectus teneritudinem, quæ domū huius mundi, accensa lucerna per incarnationem, euertit; bona, quæ iam ex hominum memoria auolauerant, in hominum executionem introducendo; & mala, quibus iam olim homines assueuerant, in ipsorum nauseam addacendo. Item ab eodem Matth. 9. Venit, scilicet per incarnationem, vocare peccatores ad pęnitentiam. Item Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Item ab eodem, & à fortiori (expone, vt supra); exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioan. 3. Si oportet ipsum exaltari per crucifixionem, vt omnis &c. ergo non tantùm ad hunc finem incarnatus est, sed etiam ad hunc finem necessario incarnatus est. Hanc tamen necessitatem, vt & Luc. 24. Oportuit Christum pati &c. & plures huiusmodi intellige secūdum tenorem articuli pręsentis: & etiam præsupposita diuina prædestinatione sic, non absolutè. Item ab Angelo, Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: Hoc est. Nomen eius à te vocandum significat saluatorem; & saluatorem maximum omnium aliorum, quantò plus incomparabiliter est saluare à peccatis, quasi ex consuetudine innatis (Hoc importat ly eorum) quàm à quacunque alia miseria, etiam ab infernis mille, semoto peccato, liberare. A toto igitur Euangelio damnantur supradictæ hæreses; dum semper verbum incarnatum vocat Iesum. Idem est itaque dicere, quòd verbum Dei non est Saluator, aut quòd ad saluandum hominem non est incarnatum, quod est dicere, quòd Iesus non est Iesus. Vide, quàm insensati, nedùm ignorātes, nedùm ingratissimi illi. Item damnari hos merito per eādem rationem ostendes à symbolo Nicęnæ fidei, Constantinop. Ephe. primæ synodi, Chalcedonensis, & omnium Conciliorum; quoniā omnia sacra Concilia Nicænam fidem cum veneratione vnanimi amplectuntur. Sic enim habet primi Niceni Concilij fides, de filio Dei loquens. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, & passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cęlos, & inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Ecce ex hoc tàm magno Concilio, quòd non tantum amore nostri, & propter nostram salutem, passus, resurrexit, ascendit, iudicabit, sed etiam carnem assumpsit. Ex his omnibus, aliisque plurimis, quæ verbatis adduci possent, nisi passim scripturas, Conciliaque legentibus pro subiecta materia occurrerēt, patet euidentissime, quàm damnabilis, atque damnata sit hæresis Balsi (Alfonsus ibi supra) blasphemo ore euomentis, neque in Christi maiestate, neque in corporali eius præsentia sperandam esse salutem. Ideo enim propter nostram salutē incarnatus est &c. vt in ipso speremus, ab ipso tanquam homine meritorie primò, ab ipso tanquàm Deo principaliter, nostram salutem accepturi. Tertio vides, quomodo ex prædictis vicissim constabiliatur hæc a b Angelica doctrina.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. art. 2. nota, ꝙ in hoc ar. non quæritur absolute, an Deum incarnari fuerit necessarium, vt in 1. ar. fuit quæstio de incarnationis conuenientia absolute: sed quæritur hic de necessario ad certum finem, scilicet reparationem humanam: supponitur enim hic genus humanum lapsum perdidisse salutē suā, & quærit an ad reparationē ipsius necessariū fuerit Deū incarnari. Et scito, qđ qō ista tractat a Magist. sent. in 3. sen. d. 20. respectu sħ passionis Chri.

¶ In corp. ar. quatuor fiunt. Primo, ponit distinctio bimēbris de necessario ad aliquē finē. Scđo, iuxta primū mēbrū ponitur prima cōclusio negatiua, & probat ex rōne diuinæ potētiæ. Tertio, iuxta scđm membrū ponitur secunda cōclusio affirmatiua, & probatur simul cū prima auctoritate Aug. Quarto, probat sola scđa cōclusio tripliciter. Primo, de vtilitate ad ꝓmotionē ad bonū quintuplex. s. fidei, spei, & charitatis, opis recti, & diuini cōsortij. Scđo de vtilitate remotiua mali ēt q̄tuplicis, seruitutis diabolicę, deiectionis ꝓprię, ꝓsūptionis supbiæ, seruitutis peccati. Tertio, q̄a sūt plurimæ aliç incōprehēsibiles hoī vtilitates. Et cōtext' lrę clarus est valde.

¶ In responsione ad secundū eiusdē a. ar. dubia multa occurrūt circa multa ibi dicta: dhr siquidem ibi quatuor. Primo, ꝙ purus homo non potuit sufficienter adæquando culpā cōmissam satisfacere pro peccato. Secundo, ꝙ vna huius ratio est: quia peccatum contra Deum commissum habet quandam infinitatem ex offensa diuinæ maiestatis. Tertio, quòd satisfactio Christi est perfecta secūdum adæquationem ad culpam commissam. Quarto, quòd omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet à satisfactione Christi. Et horum singula suas habent obiectiones.

¶ Cōtra primū siquidem arguit Scotus in 4. sent. d. 15. q. 1. satisfactio est redditio ęquiualentis pro æquiualenti, sed quātū malū fuit auersio à Deo per peccatū, tm̄ bonū est cōuersio ad Deum per charitatē. ergo purus hō potuit æquiualēs reddere. Pręterea, quātū bonū natū fuit inesse actui meo, tm̄ bonū, & nō plus abstulit peccatū meū, & tm̄ bonū pōt inesse actui secundo. ergo per illū actum omnino ęquiualens redditur. Tertio, Deus de potētia absoluta potuisset dare peccatori post attritionem tanquam dispositionem & meritum de congruo gratiam, per quam motus eius fieret contritio, & sic per satisfactionem æquiualentem deleuisset peccatum: quia per illum actum redderetur Deo æquiualens illi bono, quod abstulit peccatum. Affert quoque Capreolus in li. 15. dist. 4. argumentum Aureoli: sed in idem redit cum dictis.

¶ Contra secundum dictum. s. quod infinitas offensæ causat impossibilitatem satisfaciendi puro homini, arguit Sco. ibidem. Si infinitas in peccato prohiberet satisfactionem possibilem, etiā prohiberet eam positam in passione Christi: quia passio Christi etiā accepta secundum totam rationem meriti in ea fuit bonū finitum quia non erat bonum increatum, nec per consequens acceptatur à Deo infinite ex parte obiecti: quia non fuit Deus beatus amādo illam passionem, sicut est beatus amādo essentiam suam. Arguitur etiam, quia infinitas offensæ non est infinitas simpliciter, sed secundum quid. ergo non satisfacientem infinitum simpliciter, vt est filius Dei, sed infinitum secundum quid exigit; quilibet autē homo amans Deum ex gratia seu charitate, est sic operans infinitum secūdū quid, vt patet. Nō ergo ex infinitate offensæ Dei inferri pōt efficaciter infinita efficacia satisfacientis, sic ꝙ sit suppositum diuinum, ac per infinitum simpliciter quod tamen in litera fit.

¶ Contra tertium, s. ꝙ satisfactio Christi est condigna scđm æqualitatē ad culpā cōmissam, occurrit Durandus in 3. Sen. d. 20. q. 2. Christus inquantum homo, vel rōne humanę naturę nō potuit reddere æquiualēs beneficiis omnibus ab ipso receptis. ergo non potuit reddere æquiualens pro peccatis humanæ naturæ, nec ipsiusmet si peccasset. Antecedens patet: quia Deo, & parentibus nō potest reddi æquiualens, vt dr. 8. Eth. Consequentia est nota: tum quia redditio æquiualentis oportet ꝙ sit de non aliàs debito illi, cui redditur: tū, quia, si actus Christi non sufficit ad adæquandum beneficia, constat, ꝙ nihil superest sibi, quo possit aliorum culpas adæquare. Et quia Duran. in verbis istis insinuat se loqui de Christo, secundū ꝙ hō, quasi abstrahendo a supposito diuino patet oppositū esse de mente eius, dū in 4. sen. d. 15. q. 1. tam tertiū q̄ quartū hic dictū impugnās dicit. Quidam dīt, ꝙ licet homo ex se non possit satisfacere reddendo æquiualens: potest tñ ex hoc ꝙ sibi cōtcatur meritū passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitū sed primum. s. ꝙ nullus possit reddere æquiualens simpliciter, vt melius dictum quia nec ipse Chrs scđm ꝙ homo, potuit Deo reddere æquiualēs beneficiis acceptis. cū ergo quicquid erat in Christo, scđm humanam naturam esset totum obligatum Deo, & ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocunque peccato, considerando naturam operis vel rei: sed solum secundū gratuitam acceptationē Dei. hæc ille. Vbi patet ex hoc ipso, quòd impugnat positionem dicentem, quòd satisfactio Christi est infinita, quòd nō loquitur de Christo scđm ꝙ homo, abstrahēdo a supposito diuino: quoniam positio illa tenet infinitatem esse in opere Christi humano quidem, sed ratione suppositi, cuius est operari: sed loquitur de Christi satisfactione, quam mediante natura assūpta effecit, tam gratias agendo, quàm adæquando peccata.

¶ Contra quartum dictum, scilicet, ꝙ omnis alia satisfactio efficax est ex satisfactione Christi, occurrit ipsemet auctor in 4. Sen. distin. 15. q. 1. artic. 2. ad primum, dicens. Alij dicunt, quòd etiam quantum ad auersionem, pro peccato satisfieri potest, virtute meriti Christi, quod quodammodo infinitum fuit. Et in hoc idem redit quod prius dictum est, scilicet, quòd non potest satisfacere secundum æqualitatem, sed secundum acceptationem diuinam: quia per fidem mediatoris gratia data est credentibus: si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. Vbi patet quòd auctor idem dat iudicium de satisfactione mea, siue habeam gratiam per fidem Iesu Christi, siue abunde haberem gratiam, ac per hoc non fit ex satisfactione CHRISTI satisfaciens simpliciter, sed solum secundum acceptationem, cuius oppositum hic docere videtur. Et similiter

militer non fit ex satisfactione Christi efficax, cuius oppositum expresse hic docet.

¶ Ad horum euidentiam aduertendum est, ꝙ quæstio de satisfactione pro peccato tria habet in hoc opere loca, primus est hic, vbi de necessitate incarnationis pro reparando humano genere tractatur. Secundus est inferius, vbi de necessitate passionis Christi tractatur. Tertius est in tractatu de sacramento pœnitentiæ, vbi de tertia illius parte, quæ satisfactio est tractandum est. Et in hoc vltimo loco de satisfactione pro peccato actuali directe tractandum est: in primis autem duobus communius tractatur: quia de satisfactione etiam pro peccato originali tractatur. Vnde in præsenti litera duas rationes auctor attulit, ad ostendendum, quod purus homo satisfacere non potuit pro peccato. quarum prima directe respicit peccatum originale: secunda autem communiter de peccato sub quo tam originale, quam actuale quòd est simpliciter peccatum (quod constat solum esse mortale) comprehenditur, loquitur. hinc fit, vt onus hoc in loco acceperim differendi de satisfactoris sufficientia: non enim rationem secundam literæ, & conclusionem illius pertransire potui sine huiusmodi discussione. Et nisi obiectiones argumentum exigerent conclusionem, vt ex illa secunda, quæ impugnatur, ratione tantum tractarem, nec immiscerem vinculum de debito gratitudinis vinculo satisfaciendi, sicut nec author hic miscet, sed reseruarem hæc tractatui de pœnitentia. Vnde, vt obiectionibus fiat satis, dicetur & de hoc, quantum oportet hic scire. Et quoniam in primo dubio author non videtur intellectus, ideo sensus literæ prædeclarandus est. Purus homo in hac quæstione intelligitur non solum exclusionem coniunctionis cum diuino supposito, sed etiam per exclusionem diuinæ misericordiæ gratificantis opus hominis ad hoc, quod Deo acceptum sit. Probo singula ex litera. Exclusio diuini suppositi patet, quia purus homo distinguitur cõtra Christum Deum, & hominem. Exclusio diuinæ misericordiæ gratificantis opus ad hoc, quod sit acceptum patet: quia satisfactio per æqualitatem distinguitur contra satisfactionem per gratiam acceptantis. Ex hac enim distinctione iuncta primæ patet, quòd cum dicitur, Petrus homo satisfacere non potest secundum æqualitatem pro peccato, & similiter quòd Christus satisfacere potest pro peccato secũdum æqualitatem: sensus est, quod seclusa misericordia Dei acceptantis opus alicuius pro satisfactione, loquendo de viribus puri hominis, & viribus Dei & hominis, purus homo non potest satisfacere: Deus, & homo potest satisfacere. Et licet hic sensus sit sufficienter probatus ex litera, & manifestus sit ex hoc, quod est vere formalis de puro homine, vt satisfactore ipsi Deo pro peccato, & de Deo & homine vt satisfactore Deo pro peccato amplius etiam manifestatur authoritate authoris in 4. sen. dist. 15. q. 1. art. 1. ad primum, vbi habet hęc verba sicut offensa habuit quãdã infinitatẽ diuinæ maiestatis: ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam Deo acceptum redditur quod homo reddere potest, hæc ille. Vbi clare vides, ꝙ diuina misericordia gratificans satisfactionem e regione ponitur contra id, quòd homo reddere potest, & quod constat per misericordem gratiam satisfactionis vim assequi, & satisfactionem etiam infinitam quodammodo esse. Confirmaturq; idem sensus ex diuino Theologiæ compendio ad Raynaldum in 2. par. in cap. 16. Vnde patet primo, ꝙ omnia argumenta inferentia, quod homo concurrente gratia, seu charitate potest satisfacere pro peccato, non sunt contra authorem intellectum: sed contra ipsum nõ vere, nec formaliter intellectum. Patet secundo differentia aliorum ab authore. nam alij doctores charitatem seu gratiam ad satisfactionem concurrentem, ex parte hominis satisfactoris posuerunt: & ideo dixerũt purum hominem posse pro peccato satisfacere. Author verò gratiam, & charitatem ex parte diuinæ misericordiæ gratificãtis, ac per hoc acceptantis opus humanum posuit, hominemque purum cũ suis viribus, & similiter Deum, & hominem cum suis viribus ex parte satisfactoris posuit: & ideo dixit illum non posse, Christum verò posse satisfacere. Ex salua illorum reuerentia, dupliciter reprehẽsibiles sunt: & quia contra positionem authoris apposuerunt suã vt contrariam in quo monstratur non penetrasse eos hanc positionem: & quia non formaliter de puro homine, & Deo homine vt satisfactoribus simpliciter, vel secundum acceptationem diuinæ misericordiæ locuti sunt, vt author fecit, & propterea tanquã claram sententiam non aliter probauit: quoniam clarissima vere est formaliter intellecta.

¶ Ad primi ergo dubij obiectionem ex Scoto dicitur, quòd antecedens est verum: vt patet ex allegatis verbis authoris ex 4. sent. sed consequentia negatur: quia quæstio est de puro homine, vt satisfactore per æqualitatem, excludendo diuinam gratificationem acceptantem: consequentia autem infert de homine, non excludendo, sed includendo diuinam misericordiam acceptantem per gratiam, vt patet. Ad secundum dicitur, quòd formaliter loquendo, actus meus, vt meus, natus est tollere longe maius bonum potens illi inesse, quàm possit secundo reponere in seipso, quia ut meus actus est peccatum mortale tollens charitatem,

tatem, & vt meus actus nunquam poterit charitate informari, iuxta illud Oseæ 13. Perditio tua ex te, salus autem ex me. Et propterea cum dicitur, tantum bonum potest inesse actui secundo, negetur loquendo de actu secundo, vt est hominis, vt distinguitur contra Deum gratificantemmnam loquendo de homine, vt includit actum gratificantem, satisfaceret quidem secundum acceptantis gratiam, & non secundum æqualitatem eius, quod reddit. Ad tertiam dicitur, admittendo casum, & subiungendo quòd in tali casu, quia gratia se teneret ex parte Dei, cui satisfactio fieri debet, ideo non esset satisfactio ex parte hominis: sed ex parte Dei acceptantis per suam gratiam, vt dictum est. Et ratio est: quia satisfactio peccatoris sufficiens simpliciter, habet non pro principio, sed pro termino recuperationem diuinæ placationis: quoniã ad hoc constat satisfactionem pro offensa illata alicui ordinari, alioquin non repararetur amicitia per satisfactionem. Est ergo charitas per satisfactionem acquirenda ab ipso Deo, & non præsupponenda, & si eius præuentionem misericordem præsupponis iam non est satisfactio, nisi ex misericordia præueniente vt sit sufficiens satisfactio, huiusmodi autem satisfactio distinguitur contra satisfactionem per æqualitatem. vnde idem est satisfactori concedere gratiam, qua actus suus fiat satisfactio, & satisfactionem illius insufficientem, ex misericordia acceptare. Et est implicatio in adiecto, dicere, ꝙ homo potest satisfacere simpliciter Deo pro commisso peccato, & quod hoc potest per charitatem ex diuina misericordia faciente de attrito contritum: quia ipsum informari charitate ex gratia Dei constituit, non præsupponit satisfactionem ac per hoc satisfactio talis non est sufficiens, nisi ex acceptatione diuina: quæ distinguitur contra satisfactionem simpliciter.

¶ Ad secundi quoque dubij obiecta, ex eadem radice patet responsio, quantum ad sensum literæ: nã infinitas offensæ ex hoc, quòd Deus est offensus, causat impossibilitatem satisfaciendi simpliciter in puro homine, vt dictum est, scilicet ut excludit diuinũ suppositum, & diuinam misericordiam gratificantem. Quantum autem ad id, quod obiectio Scoti tangit de infinitate meriti, seu satisfactionis Christi, in sequenti dubio explicabitur.

¶ Ad alteram verò obiectionem directe cõtra rationem literæ respondetur, quòd infinitas offensæ licet sit infinitas non simpliciter, hoc est in genere entis, sed quædam, hoc est in genere mali: est enim offensa Dei malum infinitum, sicut linea infinita esset quantitas infinita. Et huiusmodi infinita si appellantur infinita secundum quid, quia distinguuntur contra ens infinitum simpliciter, quod est solus Deus, conceditur, quod infinitas offensę est infinitas secundum quid: & quod ipsam adæquaret infinitas etiã secundum quid actus charitatis in Deum, si satisfactor aliquis ex proprijs viribus posset talem actum exhibere Deo offenso. Sed quoniam non solum purus homo, sed nec quæcumque pura creatura ad hoc se potest extendere: ideo oportet satisfactorem esse infinitum simpliciter, qui scilicet ex proprijs viribus posset actũ infinitum secundum quid adæquantem offensam infinitam secundum quid, exhibere Deo. Et ideo optime, & efficaciter in litera ex indefinitate offensæ Dei infertur, quòd oportet satisfactorem simpliciter esse non solum hominem sed etiam Deum, vt sic ex proprijs viribus exhibeat actum infinitæ efficacię.

¶ Ad tertium dubium respondetur, ꝙ actiones Christi humanę, scilicet amare Deum, voluntarie pati, & huiusmodi habent duas conditiones. Altera est, quòd sunt res quędam creatę, & sic sunt finita entia simpliciter: nõ. n. sunt Deitas. Altera est, quòd sunt tres personę diuinę, vt proprij suppositi cuius sunt, & sic sunt infinita entia personaliter, & sunt infinitę efficacię in tali genere, puta, meriti seu satisfactionis, ex hoc ipso, quòd sunt opera ipsius Dei. vt proprię personę exercentis opera illa. Et ex hoc patet primo solutio obiectionis Scoti in dubio pręcedenti: nã passio Christi licet fuerit bonum finitum essentialiter fuit, tamen bonum infinitum personaliter, & propterea fuit infinitę efficacię in satisfaciendo: nullum autem cuiuscumque purę creaturę meritum est infinitum personaliter. Patet deinde huius tertij dubij veritas. quoniam ex hoc ipso, quòd persona Christi soluit pro peccato satisfactio ipsa est infinita personaliter, ac per hoc adęquans offensam infinitam ex infinitate maiestatis offensę. Et sicut adęquat offensas totius mundi contra diuinam maiestatem: ita adęquat beneficia collata toti vniuerso à Deo glorioso ita ꝙ actio Christi ex hòc ipso, quòd est infinita personaliter, sufficiens est ad adęquandum, & excedendum omnia tam naturę assumptę, quàm reliquo uniuerso collata beneficia: & similiter ad excedendum offensas totius mundi in Deum: quoniam quanto maior est satisfactor, aut gratiarum actor, tanto efficacior est. Si ergo in infinitum excedit omnes peccatores, & omnes creatas res, consequens est quòd sufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Vnde Christus sufficiẽter gratias egit Deo pro omnibus beneficijs suę humanitati collatis, & satisfecit pro peccatis totius mundi ex hoc ipso, quòd persona diuina agebat gratias, & satisfaciebat: quia persona diuina excedit in infinitum hęc omnia. Et nihil obstat, quod persona diuina mediante humana natura hęc operabatur: nam humana opera, supra hominem operabatur, diuine, scilicet vt inferius

ferius clarè patebit, cum de infinitate operum Christi, & modo operandi eiusdem erit sermo. Et licet ad Deos, & parentes non possit reddi æquiualens à creatura: potest tamen reddi æquiualens à diuina persona incarnata. Et rursus licet quàto magis creatura gratias agit Deo, tanto magis Deo obligetur, quia ipsa gratiarum actio nouum est beneficium, quod tunc accrescit creaturæ ex diuina largitate: quia tamen in personam diuinam in se nullum reddundat beneficium ex gratiarum actione, sic nec vllum est sibi à principio incarnationis præstitum beneficium: ideo ex hoc ipso, quod humanos actus diuinos personaliter exhibet Deo omnem creata sufficienter adæquat, & excedit. Vbi scito, quòd quia verbum caro, ex proprijs viribus suæ personæ habet charitatem, & gratiam in anima informante, carnem assumptam (iuxta illud. Quasi vnigenitus à patre plenum gratiæ, & veritatis) charitas nõ se tenet in Christo ex parte Dei, vt cui satisfaciendum est, sicut in cæteris hominibus dictum est computatur: sed se tenet ex parte personæ satisfacientis, hoc est ipsius Dei, vt satisfactor est. Et propterea non potest de Christi satisfactione dici, quòd est æquiualens per acceptationem, & non per æqualitatem, sicut de aliorũm satisfactionibus dictum est.

¶ Ad quartum dubium prædeclaranda est veritas rei, & deinde ad verba authoris descendendum est. Christus dominus secundum veritatem dupliciter causat satisfactionem nostram: primo, vt causans charitatem, & gratiam in nobis, qua satisfactio nostra acceptatur: secundo, vt satisfactor perfectè pro peccatis totius mundi. Et ex hoc satisfactio mea habet ex duobus capitibus efficaciam, primo, ex charitate in me, qua fit, & est Deo accepta: secundo, ex hoc quòd innititur super satisfactione Christi. Et quoniã neutro modo satisfactio mea est sufficiens simpliciter, sed secundum acceptationẽ: quia charitas se tenet ex parte Dei acceptantis, & communicatio satisfactionis Christi misericorditer mihi fit, non transferendo æqualitatem simpliciter in meam satisfactionem, sed plus & minus, participantem Christi satisfactionem constituendo: ideo non est sensus huius literę, quòd satisfactio mea habeat efficaciã æqualitatis simpliciter ex satisfactione Christi, ut obiectũ est: sed est sensus, quod habet ex satisfactione Christi efficaciam, sicut imperfecta participatiue habet à perfectis esse & posse: sicut ignita habent ab igne efficaciam. Nec in 4. senten. author contrarium dicit: sed dicit hoc, quoniam docet, quòd quãtum ad hoc, quod est, satisfactionem meam non esse sufficientẽ simpliciter, sed per acceptionem diuinam, in idem redit, dicere, quod satisfactio mea est ex charitate, & ex communione passionis Christi. Et hoc uerum est: quia ex neutro capite redditur sufficiens in se simpliciter. Considerauit quoque ibidem author satisfactionem meam, ut est ex merito Christi per communionem gratiæ & charitatis: & ideo dixit, quòd si aliunde gratiam quis haberet, eodem modo, scilicet secundum acceptationem satisfaceret: hic autem altius, & formaliter contemplatus est satisfactionẽ Christi, ut perfectam simpliciter in ordine satisfactionum, & addidit priori doctrinæ, quod hinc omnis puri hominis satisfactio sustentatur super satisfactione Christi: ita quod si quis aliunde gratiam haberet, non vt membrum Christi, satisfactio eius esset secundum acceptationem ex diuina misericordia per charitatem gratificante illam: sed non haberet efficaciam ex satisfactione Christi: & ideo imperfectior esset. Mea autem satisfactio, quia membrum Christi sum, efficax est, & ex charitate, & ex satisfactione Christi. Et quia ex Christi capite, & nobis membris constituitur vna persona mystica, ideo satisfactio mea coniuncta satisfactioni Christi, fit æqualis simpliciter, ut est satisfactio mysticæ personæ: immò, & quandoque superexcedit, iuxta illud ad Coloss. 1. Adimpleo ea, quæ de sunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

Alens. 3. p. q. 2. mem 13.
Ca. 3. d. 1. q. 1. con. 1.
Alb. Mag. p. 3. d. 1. art. 8.
Sco. 3. s. d. 7. q. 3. dub. 1. d. 1 1.
Medina ar. 3.

3
3. d. 1. q. 1. ar. 3. & 4. d. 43. ar. 2. q. 1. 2. Et veri. q. 9. ar. 4. ad 3. & 1. Ti. 1. co. 1. fin.
*Lib. 13. c. 17. in prin c. tom. 3.
† ar. prec.

ARTICVLVS III.

Vtrum si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd si homo nõ peccasset, nihilominus Deus incarnatus fuisset. Manente enim causa, manet effectus: sed, sicut August. dicit 13. de Trin. *alia multa sunt cogitanda in Christi incarnatione pręter absolutionem à peccato, de quibus dictum est. † ergo etiam si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

¶ 2 Præt. Ad omnipotentiam diuinæ virtutis pertinet, vt opera sua perficiat, & se manifestet per aliquem infinitum effectum: sed nulla pura creatura potest dici infinitus effectus, cum sit finita per suam essentiam. In solo autem opere incarnationis videtur præcipuè manifestari infinitus effectus diuinæ potentiæ, per quam in infinitum distantia coniunguntur, inquantum factum est, quòd homo esset Deus, in quo etiam opere maximè videtur perfici vniuersum, per hoc quòd vltima creatura, scilicet homo primo principio coniungitur, scilicet Deo. ergo etiam si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

¶ 3 Præt. Humana natura per peccatum non est facta capacior gratię: sed post peccatum capax est gratiæ vnionis, quæ est maxima gratia. ergo si homo non peccasset, humana natura huius gratiæ capax fuisset, nec Deus subtraxisset humanæ naturæ bonum, cuius capax erat. ergo si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

¶ 4 Præt. Prædestinatiò Dei est æterna: sed dicitur. Rom. 1. de Christo, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. ergo etiam ante peccatum necessarium erat filium Dei incarnari, ad hoc quòd Dei prædestinatio impleretur.

¶ 5 Præt. Incarnationis mysterium est primo homini reuelatum, vt patet per hoc, quod dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. quod Apost. dicit esse magnum sacramentum in Christo, & in ecclesia, vt patet Eph. 5. Sed homo nõ potuit esse præscius sui casus, eadem ratione qua nec Angelus, vt Aug. probat super Gen. ad literam. † ergo etiam si homo nõ peccasset, Deus incarnatus fuisset.

SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in lib. de verbis Domini, * exponens illud quod habetur Luc. 19. Venit filius hominis quærere, & saluũ facere quod perierat. ergo si homo non peccasset, filius hominis non venisset. Et 1. ad Tim. 1. super illud verbum, Christus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret, dicit glo. * Nulla causa veniendi fuit Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tollę morbos, tolle vulnera, & nulla est medicinę causa.

RESPON. Dicendum, quòd aliqui circa hoc diuersimodè opinantur. Quidam enim dicunt, quòd etiã si homo non peccasset, Dei filius incarnatus fuisset. Alij verò contrariũ asserunt: quorum assertioni magis assentiendum videtur. Ea enim quæ ex sola Dei uoluntate proueniunt, supra omne debitum creaturæ, nobis

SVPER QV. I. ART. III.

COncl. Conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium peccati ita, quòd peccato non existente incarnatio non fuisset, quamuis potentia Dei ad hoc non limitetur.

¶ Prob. Quia ubiq; in sacra scriptura ratio incarnationis ex peccato primi hominis assignatur: & ea, quæ ex sola Dei voluntate supra omne debitum creaturæ proueniunt (cuiusmodi est icarnatio) nõ possunt nobis innotescere, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur. Secunda autẽ pars scilicet quãuis &c. probatur. Quia Deus potuisset, ...am non existente peccato, incarnari.

¶ Coroll. Speculam ergo nostrum in excedentibus est diuina scriptura rite intellecta. Nonne & ecclesia? Vtique. Vide appendicem. Et hoc sciuit D. Thomas, & multoties quidẽ dixit. Sed intelligit sic ly ex quę ex sola, &c. quòd, quando scriptura, tradendo nobis aliqua, assignat unã rationem, debemus credere, illam esse potissimam rationem illius rei, ita quòd cessante illa ratione, cessaret illa res. Alioquin videremus facere diminutam scripturam in tradendo illud, quod tradere aggressa est. Vnde tunc in hoc non debemus sapere, nisi ad rei ibi traditę sobrietatem, iuxta ecclesię Sanctę declarationem admissam, si tuta uia incedere volumus. Cum ergo de incarnatione scriptura rãtionem assignet, non debemus sapere, nisi ad sobrietatem, &c. & ne scripturam ibi mancã facere videamur.

¶ Not. Circa tamẽ pręmissam conclusionem, vt melius noueris mentem B. Thomę, attende sua uerba: quę super Epist. pri. ad Timoth. cap. 1. lect. 4. sunt hęc. Si nullus fuisset peccator, nunquid incarnatus fuisset? Videtur quòd non. Quia uenit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Itẽ glo. Tolle morbum, & medicinę opus nõ erit. Respondeo. Dicendũ: quòd ex uerbis sanctorum satis hoc patet. Sed hęc quæstio non est magnę authoritatis: quia Deus ordinauit fienda secundum quòd res fiẽdę erant. Et nescimus, quid ordinasset, si non prescinisset peccatum. Nihilominus tamẽ authoritates videntur expresse

†Li. 11. ca. 18. tom. 3.
*In ser. 36 & de uer. apos. ser. 8. tom. 10.
* Aug. ser. 9. de uer. aposto. in prin. to. 10

presè sonare; quòd nō fuisset incarnatus, si non peccasset homo. In quam partem ego magis declino. Hæc ibi.

1m ex Augustino. Alia multa. ℞. Pertinentia ad remedium peccati; non autem ad tale remedium non pertinentia. §. Peccato si quidem non existente, nō fuisset necessariū Deū incarnari ad hoc, vt homo perfunderetur lumine sapientiæ, & perficeret rectitudine iustitiæ; seu vt illustraretur à Deo incarnato ad omnia necessaria cognoscenda, & agenda: & consequenter, peccato remoto, non mansisset vlla causa positarum ab Augustino ad incarnationis necessitatem. Si enim homo non peccasset, perfusus fuisset lumine, &c. vt in litera. Vide pro huius maiori notitia. 1. par. q. 94. 95. 96. 97. Ibi. n. per totum, felicitatem homini innocenti cęlitus donatam conspiciens, facilius conspicies, & quod, peccato non existente, non affuisset priuatio necessariæ sapientiæ, & iustitię ad salutem, & quòd tunc non remansisset causa incarnationis, de qua argumentum in maiori. Tunc nihil, &c. vt patet.

* Ar. 1. & art. præc.

2m de maiori. Perficiat. ℞. Perfectione naturali; non semper perfectione sic supernaturali. §. Tunc nihil &c. Nam Dei opera fuissent naturali perfectione, cuius sunt capacia naturaliter, ab ipso perfecta, etiam quòd incarnatio non fuisset: & perfectio sufficit. In formali responso per ly perfectione sic supernaturali, intelligitur perfectio unionis diuinæ in persona propria ad humanitatem. Istam duplicem perfectionem creaturæ capacitati duplici correspondere dices, uidendo in ad tertium, scilicet naturalem naturali, & supernaturalem obedientiali. Et ex ipso ad tertium melius quoque hoc responsum penetrabis.

* Trac. 2. in Io. circa fi. to. 9.

Item de maiori. Per effectum infinitum. ℞. Vel per modum infinitum producendi effectum finitum. §. Tunc nihil &c. Nam sufficit creatio ad hoc vt ostendatur infinitas diuinæ potentiæ; quoniam modus producendi per creationem minimum quid, puta formicam, est modus infinitam potentiam in creante ipsam necessario inferens. Ex nihilo enim aliquid producere, quod creationis est, soli potentiæ infinitæ conuenit; cum inter ens & nihil, à quorum extremorum vno fertur creantis potentia, nulla sit proportio.

3m de consequentia prima. Capax. ℞. Capacitate obedientiali; non, naturali. §. Tunc nihil &c. Nam Deus non semper adimplet aliquam, neque vnquam adimplet omnem capacitatem obedientialem creaturæ. Alioquin non posset facere, nisi quæ facit, contra 1. par. q. 25. ar. 5.

¶Not. Vide, quàm cautè loquatur tex. Non enim dicit, quod natura humana sit post peccatum facta capacior, vt arguebatur, ne ex tali modo locutionis videatur, peccatum esse viam aliquā ad quippiam boni: sed dicit, quod post peccatum est à diuina bonitate ad aliquod maius bonum, quàm fuerat ante, perducta; ut sapientia Dei vicisse nostram malitiam, ex phrasi etiam verborum cognoscatur. Quod autem recepimus de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis nostris, vt olim in tali nostro proposito pro-

Rñsio tacitæ obiectionis notanda.

innotescere non possunt, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur, per quam diuina voluntas nobis innotescit. Vnde cum in sacra scriptura vbiq; incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum, ita quod peccato non existente, incarnatio nō fuisset, quamuis potentia Dei ad hoc non limitatur: potuisset enim etiam peccato non existente Deus incarnari.

Ad primvm ergo dicendum, quòd omnes aliæ causæ, quæ sunt assignatæ, * pertinent ad remedium peccati. Si enim homo non peccasset, perfusus fuisset lumine diuinæ sapientiæ, & iustitiæ rectitudine perfectus à Deo ad omnia necessaria cognoscenda, & agenda: sed quia homo deserto Deo collapsus erat ad corporalia, conueniens fuit, ut Deus carne assumpta etiam per corporalia ei salutis remedium exhiberet. Vnde dicit Aug. super illud Ioan. 1. c. * Verbum caro factum est, Caro te obcęcauerat, caro te sanat: quoniam sic venit Christus, vt de carne, carnis vitia extingueret.

Ad secvndvm dicendum, quod in ipso modo productionis rerum ex nihilo diuina virtus infinita ostenditur. Ad perfectionem etiam vniuersi sufficit, quòd naturali modo creatura ordinetur in Deum sicut in finem: hoc autem excedit limites pfectionis naturæ, vt creatura vniatur Deo in persona.

Ad tertivm dicendum, quod duplex capacitas attendi potest in humana natura. Vna quidem secundū ordinē potentiæ naturalis, quæ à Deo semp impletur, qui dat vnicuique rei secundum suam capacitatē naturalem. Alia verò secundum ordinem diuinæ potentiæ, cui omnis creatura obedit ad nutum, & ad hoc pertinet ista capacitas. Non autem Deus omnem talem capacitatem naturę implet, alioquin Deus non posset facere in creatura nisi quod facit, quod falsum est, vt in primo habitum est. * Nihil autem prohibet ad aliquid maius humanam naturam productam esse post peccatum: Deus enim permittit mala fieri, vt inde aliquid melius eliciat. Vnde dicitur Rom. 4. Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia. Vnde & in benedictione cerei paschalis dicitur. O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem.

Ad qvartvm dicendum, quod prædestinatio præsupponit præsciētiam futurorum: & ideo sicut Deus prædestinat salutem alicuius hominis per orationes aliorum implendam, ita etiā prædestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati.

Ad qvintvm dicendum, quod nihil prohibet alicui reuelari effectum, cui nō reuelatur causa, potuit igitur primo homini reuelari d incarnationis mysterium, sine hoc quod esset præscius sui casus. Non enim quicumque cognoscit effectum cognoscit, & causam.

AR-

propheтauit Isaias 40. non est occasio data ad magis peccandum sub spe facilis veniæ (ut argumentari quis posset); sed est occasio data ad magis dolendum de peccato commisso contra tam benignissimum patrem, cuius benignitatem infinitissimam esse certo nouimus tunc ex eo, quod infinitas offensas à nobis contra se factas adeo superauit, vt infinitum secundum se bonum, quod est gratia vnionis, nobis pro malis nostris in sempiternū extinguendis donauerit. Si enim pro malis extinguendis, nō autem pro malis prosequendis, vel adaugendis, donauit bonum illud: vtique non dedit ex hoc alicui homini occasionem malefaciēdi; sed ualde, & ex amore magno pœnitētiam grandem agendi, & benefaciendi: licèt ex hoc scelesti quidā propria malitia ducti recipiant occasionem peccandi, impunitatem sibi falsò promittētes. Ad illud, quod totum dubium fundat, facilitas veniæ est incentiuum delinquendi, respondetur, quod facilitas veniæ irrationabiliter data, non autem rōnabiliter, est &c. Similiter ad illud, donare aliquid peccanti est incentiuum ad peccandum, dr, quod donare peccanti, ut peccet, est &c. non aūt donare, vt non peccet. Imò quanto maius donatū fuerit, vt non peccet; tanto magis, quantū est ex dono illo, animabitur, imo & quasi cōstringetur ad non peccādum. Hanc. n. esse naturā doni quod nō peccando collati, ostēditur Gen. 39. vbi Ioseph à dño suo multis beneficijs introducitur mulieri tētatrici rñdisse: ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua; nec quicquā est, quod non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Hæc ibi. Nota tu ly ergo; quod ex superioribus deducitur. Quasi dicat. Constrictus sum, & vndique ligatus à magnis beneficijs mihi à domino meo factis, & ita, vt nullo modo, donorum ipsorum natura attenta, possim peccare in eum. Quid si fuisset tantopere infinitum, ut gratia unionis, seu incarnationis misterium? Data est itaque homini maxima occasio suauissimæ necessitatis, & ad non peccandum, & ad de peccato commisso pœnitendum, & ad peccatum quodcumque implacabiliter odiendum; & ad domino Deo incessanter amore vehementissimo inhærendum; & ad ipsi toto corde, tota anima, tota mente, totis viribus, totis medullis, totis neruis (quibuscunque in contrarium non obstantibus) perenniter seruiendum; etiam quod nulla alia pro seruitijs nostris præmissis merces vnquam expectaretur. Data est, inquam, tunc, quando pro nobis verbum caro factum est.

* p. p. q. 105. art. 6.

D. 67.

4m ex Apost. Prædestinatus est. ℞. In remediū peccati humani. §. Ab æterno. n. pſciuit Deus hōis peccatum: & pſupponendo hmōi cognitionem pdestinauit. i. præordinauit, ut filius suus incarnaretur. Tunc nihil, &c. Imò ex hoc, quod filius Dei sic est ad incarnationem prædestinatus, sequitur, quod nō fuisset incarnatus, si homo non peccasset. Quòd autem, & quomodo prædestinatio præsupponat præscientiam futurorum, vide pri. par. quæstio. 22. & 23. in diuersis locis.

5m illatio conclusionis. Ergo etiam si homo, &c. ℞. Negatur consequētia. §. Rationem huius negationis vide in litera.

APPEN-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò dictum fuisse ab Apostolo, 1.Cor.2. Quæ sunt hominum quis cognouit, nisi spiritus hominis, qui est in homine? Ita, & quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Quasi diceret. Sicut quæ dependent ex mera voluntate alicuius hominis, nullus homo cognoscit, nisi spiritus in illo homine existens; ita quæ dependent ex mera voluntate Dei nullus, nisi spiritus Dei cognoscit: Et sicut illa hominis intima alius homo per illius reuelationem cognoscere potest; ita nos ipsa Dei secreta per diuinam reuelationem cognoscere possumus. Item merito dictum à Sapien.9. Quis hominum poterit scire consilium Dei? Aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Item infra: Difficile æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in conspectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ in cœlis sunt autem quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis? Ex hoc scripturæ loco vides factum esse tale argumentum. Difficulter inuenimus ea, quæ nobis inuentu facilia esse deberét, vtpote quæ sint in terra, & in conspectu nostro: ergo multò magis difficulter, imò quasi impossibiliter de diuinis certum quid, adhibito etiam labore magno, inuenire poterimus; nisi Deus de altissimis suam nobis mittat sapientiam ad reuelandum spiritum suum, seu voluntatem suam circa huiusmodi. Minus ergo tutum videtur velle per inuestigationem humanam solam, non dico certum quid asserere, sed diuinare de his præmissis rebus; uel affirmatiue, vel negatiuè. Solam, dixi; quia si reuelationi diuinæ, aut infallibili assistentiæ Spiritus sancti talis humana inuestigatio inniteretur, secùs esset. Hinc verè dicimus, quòd de diuinis, etiam quod nulla adesset in sacra scriptura de tali re occurrente reuelatio, Ecclesia sancta certum quid potest determinare absque ambiguitate à fidelibus tenendum; quoniam de assistentia infallibili, & in his continua Spiritus sancti circa sanctam Ecclesiam ab Euāgelio (vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo &c.) & à sanctis patribus edocti, nullo modo dubitamus. Neque enim his solis, quæ in scriptura continentur, fides est adhibenda; cum multa alia arbitrio sanctæ Ecclesiæ declaranda filiis suis a Christo Domino de industria relicta sint. Vnde in prima par. quæstio. 29. artic. 3. phantasticum illum errorem Erasmi resecimus dicentem; nihil vltrà, quam sacris litteris proditum, esse definiendum; cætera omnia, esse problemata in illud tempus reiicienda, cum sublato speculo videbimus Deum de facie. Secundò habes, quo- 2
modo per rationem intelligas sensum verum sacrorum Cōciliorum, quando Deum dicunt fuisse incarnatum propter nostram salutem. Vide Concilia ipsa ar. 2. 5. Item tertiò vides, quomodo 3
ex his vicissim consolidetur præsens Angelica doctrina.

¶ Not. Habita ista appendice, & Corollario supra post conclusionis probationem posito ad subiectæ materiæ indagationem pro veritate clarius agnoscenda procedere poteris, & dicere; Si scriptura sacra absque vitio diminutionis tradit illa, quæ tractat; & Ecclesia sancta, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum, secundum Concilium Triden. sess. 4. aliquid vltrà sobrietatem in scriptura traditam circa res aliquas non manifestat: & quæ ex mera Dei volūtate supra omne debitum creaturæ dependent, non nisi hac duplici via cognoscere tutò possumus, minus tutum, imò periculosum videtur, de talibus ex mera Dei voluntate sic dependentibus aliquid asserere, vel negare, nisi secundum quòd ab vna illarum duarum viarum ducimur. At sacra scriptura de misterio incarnationis tractans, semper de peccato hominis delendo, tamquam de huius ratione, mentionem facit; Et Ecclesia sancta para legitima Concilia, hanc scripturam sequens, semper causam incarnationis a scriptura ipsa traditam nunquam incarnationem futurā sine huiusmodi causa innuendo, adducit. Oēs istę propositiones patēt ex prædictis, vel corollario. s. vel appēdice. Minus ergo tutū, imo periculo ꝓximū vř, his aliquid de nostro capite addere, puta dicendo, quòd homine non peccante, filius Dei incarnatus de facto fuisset.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 3. eiusdem quæstio. duo fiunt: primo referuntur diuersæ opiniones circa quæsitum: secundo, respondetur quæsito, præferendo secundam opinionem duabus conclusionibus, altera de facto, directè responsiua quæsito negatiue, altera de possibili asserente partem affirmatiuam. Prima conclusio est, peccato nō existente incarnatio non fuisset. Probatur in sacra scriptura, vbique incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignatur: ergo incarnationis opus ordinatum esse a Deo in remedium peccati, conuenientius dicitur. ergo peccato non existente, incarnatio nō fuisset. Antecedens pro euidenti assumitur. Prima consequentia probatur, quia ea, quæ ex sola Dei voluntate supra omne debitum creaturæ proueniunt, nobis non innotescunt, nisi quatenus in sacra scriptura (in qua diuina nobis voluntas manifestatur) traduntur. Secunda conclusio est, Deus potuisset peccato non existente incarnari. Probatur, quia potentia Dei non limitatur ad hoc. s. ꝙ incarnatio fit in remedium peccati.

¶ Circa verba litteræ nota duo: primo, quod ly, conuenientius, comparationem exercet respectu alterius opinionis contrariæ, ita quod ex reuelatis in sacra scriptura de diuina voluntate, conuenientius dicitur pars negatiua, quam affirmatiua: secundo qđ auctor loquitur de opere incarnationis vt sic, & non vt redemptiuo & liberatiuo, vt Scotus glossandas dicit auctoritates dicētes, quod sine peccato non fuisset incarnatio.

¶ In responsione ad tertium, nota distinctionem de potentia naturali, & de potentia obedientiali hinc sumi, & quomodo distinguuntur, quod naturalis infra ordinem naturalium sistit: obedientialis, vero secundum ordinem ad diuinam potentiam attenditur: illa semper impletur, ista quandoq; impletur, & quandoq; non impletur.

¶ In responsione ad quartum eiusdem arti. 3. dubium occurrit, primo circa illam propositionem prædestinatio præsupponit pręscientiam futurorū, quia falsa est. Nam prædestinatio Petri non præsupponit præscientiam Petri prædestinandi, aut saluandi: sed econtra, præscientia Petri saluandi præsupponit prædestinationē Petri, vt patet ex hoc, quod ideo scit Deus Petrum saluandum, quia prædestinauit eum, & non ideò prædestinauit Petrum, quia præuidit Petrum saluandum, vt patet ex prima parte, q. 23. art. 5. vbi determinatum est, quod præscientia meritorum non est causa prædestinationis.

¶ Dubium secundo occurrit, quia impertinens est solutioni argumenti de prædestinatione Christi, qđ supponatur præscientia futurorum, quia siue præsupponatur siue non, oportet ex voluntate diuina reddere rationem quare prędestinatus est per tale medium, vel sub tali ratione, vt in corpore huius articuli fit, & non ex parte intellectus præuidentis: præuisio enim non est ratio futuri effectus, vt patet.

¶ Dubium est tertio, ex Scoto in 3. Senten. distinc. 7. q. 3. ex ratione prædestinationis animæ Christi inferēte, sine pіudicio tamen, quod incarnatio etiam sine peccato fuisset. Probatque hoc multipliciter. Primo prædestinatio cuiuscumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti naturaliter præscientiam peccati, vel damnationis cuiuscumque. ergo multo magis hoc est verum de prædestinatione illius animæ ad summam gloriam. Secundò, ordinate volens, per prius vult finem, & post hoc, quod est fini propinquius. ergo sicut prius vult alicui gloriam, quàm gratiam, ita inter prædestinatos quibus vult gloriam ordinate, prius vult gloriā illi, quem vult esse proximum fini, ac per hoc prius animæ Christi, q̄ alteri vult gloriam, & prius cuilibet vult gloriam, & gratiā, quàm præuideat illi opposita istorum habituum, scilicet, gratiæ & gloriæ. ergo prius vult animæ Christi gloriam quàm pręuideat Adā casurum. Tertiò, redemptio, siue gloria animæ redimendæ nó est tantum bonum, quantum est gloria animæ Christi. ergo non propter solam istam causam, videtur Deus prædestinasse illam animam ad tantam gloriam. Quarto, quia non est verisimile tantum summum bonum in entibus esse tantum occasionatum, scilicet, propter minus bonum. Quinto, non est verisimile Deum prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quàm Christum, quod tamen sequeretur. Immo vlterius sequeretur absurdius, s. ꝙ Deus prędestinando Adam ad gloriam, prius pręuidisset ipsum casurū in peccatum, quàm prędestinasset Christum ad gloriam, si prędestinatio illius animæ tantum esset pro redemptione aliorum: qa redemptio non fuisset, nisi casus, & delictum præcessisset. Et hoc fit sextum Scoti argumentum. Ex quibus concludit Scotus, quòd prius natura, quum aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siue de pœna, Deus elegit ad cęlestem curiam omnes, quos habere voluit, siue angelos, siue homines in certis, & determinatis gradibus, & nullus est prædestinatus tantū, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. Et hoc pro septimo argumento.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd hæc propositio, prædestinatio supponit præscientiam futurorum, potest intelligi primo respectu omnium futurorum, & sic videtur non intelligibilis: nam prædestinatio Petri non præsupponit præscientiam futurę glorię Petri, quod patet sic. Præscientia futuri præsupponit futurum sub ratione futuri: quoniam, vt dicitur in 1. Post. quod non est, non potest sciri, gloria autem Petri est primo futura per prædestinationem, vt patet. est igitur secundum naturæ ordinem primo prædestinatio Petri ad gloriam, & ex hoc gloria Petri est futura, & sic pręuidetur a Deo, Supponit ergo præscientia alicuius futuri prædestinationem, ac per hoc prædestinatio non præsupponit præscientiam omnium futurorum. Secundo, potest intelligi

telligi de prędestinationū quo ad constituta per prędestinationē, & præscientiam respectu aliorum futurorum, ita ꝙ sensus est, prędestinatio, vt respicit prædestinata, præsupponit præscientiam futurorum non prædestinatorum, sed eorum, quæ præsupponūtur, vel ordinantur per prædestinationem. Et sic propositio est vera. Quam vt clarius intelligas distingue inter effectus prædestinationis, quoniam quidam sunt non solum ordinati, sed constituti per prædestinationem, vt gloria, & gratia, & vniuersaliter finis, & media vt sic: quidam autem sunt solum ordinati contra prædestinationem, vt anima illius hominis, qui est sanctus Petrus, & reliqua spectantia ad naturalem ordinem vniuersi: hæc enim futuri rationem habent ab æterno ex prouidentia diuina, & non ex prędestinatione diuina: sed prædestinatio quasi superueniens, sicut ordo gratiæ, superuenit ordini naturæ, ordinat animam. s. Petri in gloriam æternam mediante gratia, &c. Et quia inter psupposita a prędestinatione, non solum sunt res naturales constituentes vniuersum secundum naturalem ordinem, sed & defectus in pure naturalib. vt monstra, & in animalib. vt ęgritudines, & in rationalibus, vt ignorantia, & malum moris, qđ est peccatum: adeo sicut, simpliciter loquendo, prædestinatio præsupponit prouidētiam vniuersi naturalis, ita simpliciter loquendo præsupponit præscientiā futurorum pertinentium ad ordinem vniuersi naturalem, & defectuū in illo futurorū. Inter quæ constat contineri peccata hominū: quia non spectat nostrum peccare ad ordinem gratiæ, sed ad ordinem naturæ, quia ex nobis solis peccamus, vt patet, & auctoritate scripturæ firmat Oseę 13. Perditio tua ex te, Israel. Et hinc patet falsam esse Scoticam imaginationem, ꝙ prius Petrus prædestinetur ad gloriā, q̄ præuideatur peccaturus: quia sicut prius præuidet Petrus secundum ea, quæ secluso ordine gratiæ sibi conueniunt, q̄ prædestinetur (quia prius pręuidet secundum futura sibi secundū ordinem simplicis prouidentiæ diuinæ, q̄ secundum futura sibi secundum ordinem diuinæ prædestinationis) ita prius præuidetur peccaturus q̄ prædestinet, eadem rōne: quia. s. Petrū peccare spectat ad ordinem diuinæ prouidentiæ, & per superuenientem ordinem diuinæ prædestinationis æternam punitionem. Et si perspicacius tres, ꝙ de facto in vniuerso inuenimus, ordines considerauerimus, videlicet ordinē naturæ, ordinem gratiæ, & ordinem Dei, & creaturæ simul, videbimus, ꝙ secundus supponit primū, & tertius præsupponit vtrumq; & similiter præordinatio, & præuisio primi præsupponitur à præordinatione, & præuisione secundi, & similiter pordinatio, & præuisio tertii præsupponit pordinationem, & præuisionem vtriusque: ita quod Deus primo ordinauit vniuersum secundū ordinem naturæ, & quia vniuersum secundū talē ordinem non attingit ad fruitionem diuinam, superaddidit ordinem gratiæ: & quia talis ordo non pertingit ad vnionem summo modo possibilem cum Deo, præordinauit creaturam ad vnionem personalem cum Deo. Quocirca cum peccata pertineant partim ad ordinem naturæ, & partim ad ordinem gratiæ, vt opposita illi, cōsequens est, ꝙ prædestinatio Iesu Christi, vt sit filius Dei, præsupponat præuisionem futurorum peccatorum, vtpote spectantium ad præsuppositos ordines in genere causæ materialis.

¶ Vnde ad singula descendendo, ad primū dubium dī, ꝙ propositio illa est vera, vt declaratum est, & est ad propositum argumenti, quod pdestinationem Christi necessariam absq; peccato arguebat. Ratio namq; ad hoc non exigit, qđ pdestinatio Christi supponat pscientiam gloriæ Christi: sed requirebat, qđ psupponit pscientiam peccatorum, in quorum remedium Christus est prędestinatus: ordinatio namque medicinę presupponit notitiam morbi.

¶ Ad secundum vero dubium dī, ꝙ in hac respōsione ad quartum argumentum, quæ nunc discutitur, non erat reddenda rō pdestinationis incarnationis in remedium peccati; sed sustinendum erat, ꝙ cum prędestinatę incarnationis necessitate stat, ꝙ prædestinata sit in remedium peccati. Et hoc manifestatur ratione, quia prædestinatio presupponit præscientiam futurorum antecedentium, qualia sunt peccata, vt declaratum est. Et exemplo prædestinationis alicuius, puta Pauli mediante oratione alterius, puta, Stephani, quod exemplum, si etiam quoad præscientiam medii intelligendum creditur exponēdum est, ꝙ prædestinatio Pauli, quoad conuersionis effectum præsupponit pręscientiam orationis Stephani, & sic de aliis, vt sic sit simile etiam quoad hoc, ꝙ prędestinatio incarnationis præsupponit præscientiam peccati humani.

¶ Ad tertium ex Scoto dubium dr, quadruplici vtendo distinctione. Prima est inter volitum, & volibile, nam aliud est illud esse magis volitum: salus enim omnium hominum est magis volibilis secundum se, q̄ salus aliquorum tantum, vt patet, quia longe maius bonum est: nō tamen est magis volitū à Deo, qui licet velit voluntate antecedente, omnes homines saluos fieri, non tamen vult voluntate beneplaciti salutem omniū, sed quorūdam tm hominū, vt patet. Non potest ergo ex hoc, qđ aliquid ex parte obiecti secūdum se est maius bonū, & per hoc magis volibile, inferri: ergo est magis volitum à Deo. Secunda est inter magis, & prius natura volitum. Tertia est inter prius naturā vel a quo non conuertitur cōsequentia, vel prius causalitate. Quarta est, inter prius natura volitum, prout prius est a quo non cōuertitur consequentia, de facto, vel possibili accipiendo. n. prius natura, hoc est prius causalitate secundū aliqđ genus causæ, coincidunt prius & magis secundū illud genus causæ: uolumus n. prius & magis sanitatē, q̄ purgationē secundū genus causę finalis: econtra aūt secundū genus causę materialis locando dispositiones ex parte materię, & quia causa finalis est simpliciter, & absolute prior, iō uolumus simpliciter, & absolute prius, & magis sanitatem: sed si sumatur prius natura, a quo non cōuertit consequentia (ut Scot. sumit in proposito) utere 4. dist. inter sic prius uolitum de facto, uel prius uolitū de possibili: & dicito, quod multorū ordinate uolitorum, quorū unum se hēt ut finis, aliud ut mediū, aliud ut effectus; illud, quod est finis, constat esse magis prius natura, hoc est, causalitate uolitū, & respectu diuinæ uoluntatis loquendo, constat, ꝙ est prius natura de possibili uolitum, non aūt, ꝙ sit prius natura uolitum de facto, hoc est, constat, quod pōt esse uolitum illud sine medio, & effectu: non tñ constat, quod de facto sit a Deo uolitum illud, sine tali medio, effectu, & occasione. Et hoc est in quo deficiunt argumenta Scotica, quia ex magis, & prius causalitate, & prius natura secundum consequētiam uolito de possibili a Deo, infert uolitum esse a Deo de facto. At si affirmat, ꝙ finis est magis, & prius natura secundum cōsequentiam de facto a Deo uolitus, petitio principii cōmittitur: quia assumitur probandum, hoc. n. cum ratione probari non possit (quia nemo nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei) oportet ad scripturas sacras deuenire, si nosce uolumus, quod de facto Deus ordinauit incarnationem futuram, siue Adam peccet, siue non. Nos. n. quia ex scriptura non habemus incarnationem nisi redemptiuam, dicimus quod licet potuisset Deus uelle incarnationem, & sine redemptione futura de facto tñ noluit eam nisi sic, quia ipse non aliter reuelauit suam uoluntatem, q̄ ex sola ipsius reuelatione cognosci pōt. Cum ergo primo arguitur. Prædestinatio cuiuscumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti &c. dicitur, ꝙ propositio est simpliciter falsa loquēdo de præuisione peccati (ut patet ex dictis) quia prædestinatio ad gloriam pręsupponit ordinem prouidentiæ, in quo pręuidentur peccata.

¶ Ad secundū dī, ꝙ ordinate uolens prius natura, hoc est causalitate finali, & prius natura, hoc est secundū non consequentiā, de possibili tñ uult finem, & propinquius fini: non aūt de facto: quia stat cum illo ordine, ꝙ simul de facto uelit cōnexionem illorum, ita ꝙ non uelit finem sine tali medio, & occasione, quia sic ei complacet. Et ideo nihil ualent illationes de facto, inferentes, ꝙ prius natura Deus gloriam uelit sine peccati remedio.

¶ Ad tertium etiam patet ex dictis, ꝙ stat Deum nolle de facto maximum bonum, nisi connexum tali minori bono.

¶ Et similiter ad quartum dī, quod non dedecet diuinā sapientiam disposuisse tam excelsum bonum se facturam, non nisi occasionaliter peccato suam misericordiam ad id prouocante.

¶ Ad quintum negatur sequela: quoniam, ut Apostolus dicit, prædestinauit alios cōformes fieri imaginis filii sui. Christus est ergo primus prędestinatus de facto.

¶ Ad sextū dī, qđ nō est absurdū Deū prius præuidisse casum Adæ, q̄ pdestinasse Christū sicut non est absurdū, Deum prius pręuidisse leporem cursurum, & monstra futura, & reliqua ad naturæ ordinem spectantia, quàm prædestinasse Christum.

¶ Ad septimū restat dicēdū, ꝙ cum dī, Nullus est pdestinatus, quia alius præuisus est casurus, propositio est uera, quia præuisio futuri casus Adæ non est sufficiens causa pdestinationis Christi: sed si supra præuisionē futuri casus Adæ apponat misericordia Dei uolentis casum illum, ut suum computare, & per seipsum satisfacere, iam habebitur, quod ideo Christus est prædestinatus filius Dei quia Deus uult satisfacere pro casu humano. Nec ex hoc oportet gaudere de lapsu alterius, sed de misericordia Dei, qui alterius lapsum præuisum conuertit in alterius bonum.

Cap. 2. d. 13 q. 1 tom. 1. Medina ar. 8.

SVPER Q. I. ART. IIII.

4 3. di. 1. q. 1. ar. 2. ad 6. CONCL. Christus in hunc mundum uenit ad delēdum, quā tum est ex se, omne peccatum, tum originale, tum actuale: principalius tamen uenit ad tollendum originale, inquantum bonum gētis est diuinius, & eminentius, quam bonum unius.

¶ Not.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum principalius Christi incarnatio facta fuerit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus principalius incarnatus fuerit in remedium actualium peccatorum, quàm in remedium originalis peccati. Quanto enim peccatum est grauius tanto magis humanæ saluti aduersatur, propter quam Deus est incarnatus: sed peccatum actuale est gra-

Et opusc. 10. art. 28. & opusc. 11. art. 23. Et opusc. 33. ar. 21.

* ¶ Not. Dicitur in conclusione ly, quantum est ex se; quia q aliqua peccata non debeantur est ex defectu hominum, non Christi. Sic intellige illud Psal. 144. Allevat Dominus omnes, qui corruunt; & erigit omnes elisos. Dicitur ly inquantum bonum gentis &c. quia secundum aliquam aliam considerationem, puta inquantum peccatum est magis voluntarium, principalius venit ad tollendum actuale.

¶ Prob. Quia Christus in hunc mundum venit ad exhibendum illud quod est de se sufficiens pro deletione omnium peccatorum (ex Rom. 5.) Quia (ly principalius tñ &c.) venit tanto principalius ad alicuius peccati deletionem, quanto peccatum illud est maius: & peccatum originale, inquantum bonum generis eminet bono partis, est maius, quam actuale; cum ex originali inficiatur totũ genus humanũ, ex vno actuali non.

1m de maiori. Grauius. R. Secundum quod grauius; non secũdum quod minus graue. §. Tunc nihil &c. Non enim dicit conclusio, quod originale, inquantum non grauius aduersetur magis naturæ humanæ: sed dicit, quòd inquantum grauius, idest inquantum inficit totum genus humanum: & in hoc sensu est minus graue peccatum actuale. Ex textu dic, quòd cum hac limitatione, puta inquantum grauitas attendit, secundum intẽsionem, possumus concedere, q principalius venit ad deletionẽ actualis. Sed absolute loquendo, venit in remedium originalis principalius, propter rationem dictam in probatione. Vnde & ad illam maiorem, quãto peccatũ est grauius, tãto magis aduersatur humanæ saluti, potes dicere, quod aduersari humanæ saluti contingit dupliciter, vel simpliciter, vel secundum quid: & q cõclusio articuli intelligit de aduersari humanæ saluti simpliciter; argm aũt procedit de aduersari humanæ saluti secdm qd. Id aduersat humanæ saluti simpliciter, qđ omnib. hominib. nocet; id vero scđm quid, quod huic, vel illi hoi. Conclusio itaque loquit de principalius simpliciter, non de principalius secundum quid.

2m de maiori. Non debetur. R. In futura retributione; non in præsenti vita. §. Tunc nihil &c. In præsenti n. vita Christus pœnalitates illas, vt originalis primi hominis pœnam cum illius culpa deleret, sustinuit.

3m illatio conclusionis. Ergo hunc effectum &c. R. Negatur consequentia.

ria. §. Nam ex hoc, quòd fidelis seruus beneficia Christi communiter omnibus data reputare debet sibi quasi soli præstita, non sequitur, quod debeat hoc falsum existimare, quod videlicet illa ipsa non sint omnibus præstita, vt patet in litera.

uius, quàm originale peccatum: minima enim pœna debetur originali peccato, ut August. dicit contra Iulianum.† ergo principalius incarnatio Christi ordinatur ad deletionem actualium peccatorũ, quàm ad deletionem originalis peccati.

¶ 2 Præt. Peccato originali non debetur pœna sensus, sed solum pœna damni, vt in secundo habitum est: * sed Christus venit pro satisfactione peccatorum, pœnam sensus pati in cruce, non autem pœnam damni, quia nullum defectum habuit diuinæ uisionis, aut fruitionis. ergo principalius venit ad deletionem peccati actualis, quàm originalis.

¶ 3 Præt. Sicut Chrys. dicit in 2. de compunctione cordis.† Hic est affectus serui fidelis, ut beneficia Domini sui, quæ communiter omnibus data sunt, quasi sibi soli præstita reputet: quasi enim de se solo loquẽs Paulus ita scribit ad Gal. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: sed propria peccata nostra sunt actualia: originale enim est commune peccatum. ergo hunc affectũ debemus habere, ut existimemus eum principaliter propter actualia peccata uenisse.

Sed contra est, q Ioã. 1. dicitur Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccatum mundi, quod exponẽs Beda dicit,† Peccatum mundi dicitur originale peccatum, quod est cõmune totius mundi.

Resp. Dicendum, q certum est, Christum venisse in hunc mundum non solum ad delendum illud peccatum, quod traductum est originaliter in posteros: sed etiam ad deletionem omnium peccatorum, quæ postmodum superaddita sunt. Non quòd omnia deleantur (quod est ꝓpter defectum hominum, qui Christo non inhærent, secundum illud Ioan. 3. Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem) sed quia ipse exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Vnde dicitur Roma. 5. Non sicut delictum, ita & donum: nam iudicium ex vno in cõdemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Tanto autem principalius ad alicuius peccati deletionem Christus uenit, quãto illud peccatum maius est. Dicitur autẽ aliquid maius dupliciter. Vno modo intensiuè: sicut est maior albedo, quæ est intensior. Et per hunc modum maius est peccatum actuale, quàm originale, quia plus habet de ratione voluntarii, vt in secundo habitum est. * Alio modo dicitur aliquid maius extensiuè: sicut dicitur maior albedo, quæ est in maiori superficie. Et hoc modo peccatum originale (per quod totum genus humanum inficitur) est maius peccato actuali, quod est proprium singularis personæ. Et quantum ad hoc Christus principalius venit ad tollẽdum originale peccatum, inquantũ bonum generis diuinius, & eminentius est, quàm bonum unius, ut dicitur 1. Ethic.†

Ad primum ergo dicendũ, q ratio illa procedit de intensiua magnitudine peccati.

Ad secundum dicendum, q peccato originali in futura retributione non debetur pœna sensus: pœnalitates tamen, quas sensibiliter in hac uita patimur, sicut famen, sitim, mortem, & alia huiusmodi, ex peccato originali procedunt; & ideo Christus, ut plenè pro peccato originali satisfaceret, sensibilem dolorem pati uoluit, ut mortem, & alia huiusmodi in seipso consumeret.

Ad tertium dicendum, q sicut Chrys. ibidem * dicit, verba illa dicebat Apostolus non quasi diminuere volens amplissima, & per orbem terrarum diffusa Christi munera: sed ut pro omnibus se solum indicaret obnoxiũ. Quid enim interest, si, & aliis præstitit, cũ quæ tibi sunt præstita, ita integra sunt, & ita perfecta, quasi nulli alii ex his aliquid fuerit præstitum? Ex hoc ergo, quòd aliquis debet reputare sibi beneficia Christi præstita esse, non debet existimare, quòd non sint aliis præstita: & ideo non excluditur, quin principalius uenerit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum unius personæ: sed illud peccatum naturæ ita perfectè curatum est in vnoquoque ac si in vno solo esset curatum: & ideo propter unionẽ charitatis, totum quod omnibus est impensum unusquisque debet sibi ascribere.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, à scripturis sanctis, & à Conciliis meritò insinuatum, quòd Christus venit principalius ad remedium originalis, quã actualis peccati. Insinuarunt autem scripturæ hoc ipsum tunc; quãdo Rom. 5. dixerunt; Sicut per vnũ hominem peccatum intrauit in mundum &c. Si vnius delicto multi mortui sunt; multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Item; sicut per vnius inobedientiã peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti constituentur multi. Discurre per totum capitulũ; & Christum ad abolitionem peccati Adæ, quod intrauit in mundum per vitiatam originem, venisse, videbis ex Apostolo. Vt quid de peccato originali magis mentionem & facit, & duplicat, & reduplicat, & quadruplicat, q de actuali; quãdo Christi beneficium ex apposito commemorat: nisi vt per hoc apertè significet, quod Christus principalius venit in mundum pro remedio originalis peccati, quã actualis? Quòd autem actualia quoque deleuerit, ne ad originale tollendum videatur solum sufficere Christi aduentus, monstrat ibi dicens; Sed non sicut delictum, ita & donum: nam iudicium quidem ex vno in cõdemnationem; gratia autem ex multis in iustificationem. Hoc est. Adam vno peccato condemnauit totum genus humanum: Christi gratia non solum ad illud Adæ peccatum vnũ tollendum valuit, (ad qđ sufficiebat ad ostendendam paritatem delicti, & doni, seu destructionis, & reparationis) sed etiam ad tollendũ multa alia peccata, quorum multitudo est infinita, quæ actualiter peccando illi vni homines superaddiderunt. Item insinuarunt 1. Cor. 15. Sicut in Adã omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Item Papa Leo primus in sancta Synodo, quæ Romæ conuenit, in epistola in corpore Conciliorum 22. ad Clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis, idem insinuat sic. Talis erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, vt originali peccato trãsiecta

AR- per

Marginal notes: † Li. 5. c. 8. cont. Iul. to. 7. — * Li. 2. Sen. dist. 33. q. 2. ar. 2. — † li. 2. inter fin. & me. to. 5. — Habetur in glo. ord. in hoc loco. — Vtilitas pro Eccle. S. Dei. — * 1. 2. q. 81. ar. 1. — † Li. 1. Eth. ca. 2. circa fi. to. 5. — * Loco in argum. citato.

per posteros nullus pœnam damnationis euaderet, nisi Verbum caro fieret, & habitaret in nobis; in ea scilicet natura, quæ nostri & sanguinis esset, & generis. Propter quod dicit Apostolus; Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vitæ. Et iterum: Quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Hæc ibi. Item Leo idem in Epistola ad Palestinos Monachos, & est in corpore Conciliorum epistola 83. Quia captiuitatis nostræ resolui originalia vincula non poterant, & ab hostis imperio relaxari, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quem veteris debiti præiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chyrographũ læthale dilueret; sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, & prophetarum oraculis prænunciatum; ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, vt multis modis significata promissio in diu expectatũ veniret effectum; nec posset esse ambiguum, qđ continuis significationib. semper fuerat nunciatum. Hęc ibi. Secundò habes, quõ per rõnẽ huiusmodi omnia dicta, pro quanto principalius ad originalis remediũ dicunt incarnatum esse Deum, quàm ad actualis, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides, quomodo ex his cum similibus vicissim consolidetur articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 4. eiusdem primæ q. corpore tria sunt. Primo manifestatur id, quod quęstio hæc supponit. s. Christum deleuisse oĩa peccata mundi. Cum enim hæc quæstio sit comparatiua (. s. an principalius pro originali, quam ꝓ actualibus peccatis Deus incarnatus sit) præsupponit positiuam certam. s. quod pro vtrisque peccatis incarnatus sit, & hoc est quod primo in litera dicitur. Vbi nota, quod nõ est sermo de omnibus peccatis simpliciter, sed de omnibus peccatis hominum: quoniam non venit Christus pro peccatis angelorum: & hoc denotat litera cum dicit, sed ad deletionem omnium peccatorum, quæ postmodum. s. post originale superaddita sunt. Secundo, mõstratur modus, quo Deus incarnatus deleuit omnia peccata, scilicet non secundum effectum, sed secundum sufficientiam remedii, ita quod duæ ponuntur hic conclusiones. Prima negatiua, Non omnia peccata hominum delentur per Christum. Et ratio huius est defectus hominum. Probatur auctoritate Domini Ioan. 3. Secunda affirmatiua, Christus exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Probatur ex Apostolo. Vbi nota quod quia actus actiuorum sunt in patiente disposito, & non in his, quæ agentis actionem non suscipiunt: ideo quantumcunque ignis sit sufficiens causa calefaciendi aliquem, nisi ille proximus sit igni non calefit, non ex defectu ignis, sed hominis, qui non accedit ad ignem. Attulit Christus medicinam sufficientissimam pro omnibus, & nisi iũgamur Christo per fidem, & obedientiam, in peccatis nostris remanemus, non ex defectu remedii, sed ex defectu nostro, dum magis amamus tenebras sensibilium bonorum, quam lucem intelligibilis diuinique boni. Tertio in litera respondetur quæsito duabus conclusionibus, altera implicitè, altera explicite. Prima quæ non explicatur, est; Quantum ad magnitudinem peccati intensiuam, Christus principalius venit ad tollendum peccatum actuale, quam originale. Secunda quæ explicatur, est. Quantum ad magnitudinem extẽsiuam peccati, Christus principalius venit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale. Vtraque conclusio assumit vnam, & eandem maiorem. s. Tanto principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit, quanto illud peccatum maius est: sed subsumit diuersam minorem: nam pro prima subsumitur, peccatum actuale esse maius intensiue: pro secunda vero, peccatum originale esse maius extensiue.

¶ Vbi duæ statim occurrunt dubitationes. Prima est, quia falsum est, quod regulariter loquendo, peccatum originale sit maius extensiue, quam actuale: quoniam oẽs infecti originali sunt etiam infecti actuali peccato regulariter loquẽdo, & sublatis impedimentis, quod dico, propter beatã virginem, & infantes mortuos antequàm possent, actualiter peccare.

¶ Secunda dubitatio est, quia ex litera non habetur conclusio simpliciter responsiua quæsito, sed solum secundũ quid: non enim habetur an absolute dicendum sit, quòd Christus principalius pro originali venit, & similiter non habetur, an dicendum sit, quod Christus principalius pro actuali peccato venit vt patet, sed habetur, quod secundum hoc, id est, intensiuam, & secundum illud, id est extensiuam magnitudinem venit principalius pro hoc vel illo.

¶ Ad primũ dicitur, quòd per se loquendo inter originale peccatum hæc est differentia, quòd actuale, vt in litera dicitur, est peccatum proprium singularis personæ, quæ fecit illud; originale autem est peccatum proprium naturæ humanæ, ab Adã seminaliter procedentis, & ideo loquendo est cõmune infinitis hominibus, pro quanto natura humana põt sic infinitis communicari, & ideo tollit bonum generis humani per se loquendo, tollendo bonũ in natura communi generi humano. Peccatum autem actuale non nisi bonum huius personæ tollit, & accidit peccato meo, quod alter etiam peccet, & sic de aliis. Stando igitur infra latitudinem sermonis per se [illegible] sonat differẽtia posita, non enim accidit peccato naturæ esse in toto genere, sicut accidit peccato personæ.

¶ Ad secundum dicitur, quòd Auctor explicando secundam conclusionem, & non primam, & addendo secundæ conclusioni rationem, s. quia bonum gentis diuinius, & eminentius est, quam bonum vnius, insinuauit conclusionem responsiuam quæsito simpliciter, & absolutè illam esse, quàm expressit in responsione ad tertium, principalius venit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius personæ.

¶ In rñsione ad tertiũ aduertè, quod illorum verborũ, s. sed vt qui pro omnibus, se solũ indicaret obnoxium, sensus vnica subaudita coniunctione (dicendo se etiam solum indicaret obnoxium) clarus adeo est, vt nihil restet obscuritatis. Paulus enim ita se obligatum omnibus Christi beneficiis aiebat, vt non solum vna cum aliis, sed etiam ipse teneretur pro omnibus, tũ propter perfectam illorum adeptionem in seipso, ac si pro ipso solo concessa fuissent, tum propter charitatis vnionem cum aliis, qua omnium bona sua putabat. Hæc enim duo in litera tanguntur, vt patet.

Fer. 4 cont c. 55.
Medina, ar. 1.

ARTICVLVS V.

SVPER Q. I. ART. V.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.

5
s. 2. q. 98. CONCL. 1. Non fuit conueniens, à prin
art. 6. cor. cipio generis humani
Et 3. di. 1. ante peccatum Deũ in
q. 1. art. 4. carnatum fuisse.
Et 4. cont. ¶ PROB. Quia incar
c. 55. ad o. natio ordinatur ad de-
Et Isa. 2. & lendum peccatũ (ar. 2.)
Gal. 4. fin. & medicina non datur, nisi iam infirmis, ex Matth. 9.

¶ CONCL. 2. Non fuit conueniens, Deum incarnari statim post peccatum.

¶ PROB. 1. Quia homo debuit cognoscere se liberatore indigere, antequam liberaretur (patet ex opposito ad radicem peccati homani, iũcta glossa, Gala. 3.) Et hoc non statim cognouit post peccatum (ad faciente superbia) Secundò, quia ordo ꝓmotionis in bonũ, exigebat, vt ab imperfecto ad perfectum procederetur (ex 1. Corin. 15.) Tertiò, quia dignitas verbi incarnandi id, qđ s. statim non incarnaretur, postulabat (ex glos. Galat. 4.) Quia fidei perseuerantia vsque in finem mũdi hoc ipsum volebat (ex Luc. 17.).

¶ NOT. Prima probatio ostendit, quod superbia hominis impedit sępius, ne beneficiũ homini ipsi a Deo veniat, vel citò veniat, qđ aliàs eidem veniret, vel citò veniret: secunda præsupponit primam. Nam etiam si post

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd conueniens fuisset Deum incarnari a principio humani generis. Incarnationis enim opus ex immensitate diuinæ charitatis processit, secundum illud Eph. 2. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiã charitatem suam, qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo: sed charitas non tardat subuenire amico necessitatem patienti, secundum illud Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo: vade, & reuertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. ergo Deus incarnationis opus differre non debuit, sed statim a principio per suam incarnationem humano generi subuenire.

¶ 2 Præt. 1. Tim. 1. dicitur Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere: sed plures saluati fuissent, si à principio humani generis Deus incarnatus fuisset: plurimi enim ignorantes Deum, in suo peccato perierunt in diuersis sceleribus. ergo conuenientius fuisset, quòd a principio humani generis Deus incarnatus fuisset.

¶ 3 Pręt. Opus gratiæ non est minus ordinatum, quàm opus naturę; sed natura initiũ sumit a perfectis, ut dicit Boet. in lib. de consol.* ergo opus gratiæ a principio debuit esse perfectum: sed in opere incarnationis consideratur perfectio gratiæ secundum illud, Verbum caro factum est, & postea subditur, Plenũ gratiæ, & ueritatis. ergo Christus

* Li. 3. prosa 10. parũ a princ.

post 20. annos à peccato commisso venisset in carnē, quasi statim fuisset incarnatus; & tamen ab imperfecto factus fuisset progressus ad perfectum, sed non tantus, quantus pro humiliando vniuersaliter homine, ad hoc, vt se liberatore indigere cognosceret, requirebatur. Hoc dixerim, si ly statim accipiatᷣ large, vt. s. dicit tēpus vel naturę, vel legis Mosaycę; ita q̄ sit sensus conclusionis, q̄ Deū incarnari tēpore legis naturæ, non fuit conueniēs: & itē, q̄ ipsum incarnari tpe primęuo, vel circa, non fuit cōueniens.

† Est glo. Ambro. in hunc locū ca. 5.

Si verò ly statim accipiatᷣ strictè. i. p tpu immediatū post peccatum primi parentis; tunc secūda ratio absq; suppositione primæ valet. Vtroq; aūt modo potest sumi ly statim. Tertia. n. rō de dignitate verbi ostendit ex longiore præconum serie, q̄ sumitᷣ large; alioqn si immediatè post peccatum veniret, non posset aduētum eius præcedere series illa lōgior. Quarta aūt rō de ꝓlixitate tēporis mōstrat, q̄ sumitᷣ conuenientius strictè; qꝛ à tpe immediato post peccatū vsq; in finē mundi est maior ꝓlixitas, q̄ tpe intermedio legis vel naturę vel Mosaycę. Pro vtroque igiᷣ sensu de ly statim D. Tho. rōnes adduxit: & hoc, vt ēt videas, q̄ Deū incarnari ante præfiau tēpus, quo incarnatus est, non fuisse cōueniēs, insinuaret. Vnde ex his rationibus iunctis illis de articulo immediatē sequēti, vult affirmatiuam istā conclusionem demōstrasse, firmiter tenendam; q̄. s. Deus est conuenienti tēpore incarnatus. Negādo. n. tēpus ante, & post fuisse cōueniens, aperte relinquitᷣ probatū per uiam negationis, q̄ Deus illo tempore, quo incarnatus est, cōuenienter est incarnatus. Quod autē hoc voluerit principaliter concludere ex his duobus articulis S. Doctor, patere pōt cōsideranti modū eius in procedendo. Videmus. n. q̄ infra q. 35. ar. 8. quærit, an congruo tpe fuerit natus, & qō. 39. ar. 3. an cōgruo tpe baptizatus; & 41. art. 3. an congruo tempore tētari permissus; & 46. art. 9. an congruo tpe passus, & qō. 51. ar. 4. an congruo tēporis spacio māserit sepulcro; & q. 53. ar. 2. an congruo tempore sit resuscitatus: Ex quo ordine datur intelligi, q̄ & hic in principio intēdebat q̄rere, an cōgruo tēpore sit incarnatus, ut & principiū de Christo sequentibus de ipso quæsitis correspōdeat; & non tm̄ in progressu, atque egressu de mundo, sed etiam in ingressu per conceptionem,

Inf. q. 4. ar. 1. c. Et qō. 45. ar. 3. ad 2. Et q. 44. ar. 3. ca. Et neri. q. 29. art. 4. ad 5.

* Gl. ordi. ibidem.

* Aug. tra. 31. in Ioā. ante med. to. 9.

à principio humani generis debuit incarnari.

Sed contra est, q̄ dr̄ Gal. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Vbi dicit gl. † q̄ plenitudo temporis est, quod præfinitum fuit à Deo patre, quādo mitteret filium suum: sed Deus sua sapientia omnia definiuit. ergo conuenientissimo tēpore Deus est incarnatus. Et sic cōueniēs nō fuit, q̄ à prīcipio humani gn̄is Deus incarnaretᷣ.

Resp. Dicēdum, q̄ cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad reparationem humanæ naturæ p peccati abolitionem, manifestū est, q̄ non fuit conueniens a principio humani generis ante peccatū Deū incarnatum fuisse: non enim datur medicina nisi iam infirmis. Vnde ipse Dn̄s, Math. 9. dicit, Non est opus valentibus medico; sed malè habentibus, non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Sed nec ēt statī post peccatum conueniens fuit Deū incarnari. Primò quidem, ꝓp conditionem humani peccati, quod ex superbia prouenerat. Vnde eo modo erat homo liberandus, ut humiliatus recognosceret, se liberatore indigere. Vnde super illud Galat. 3. Ordinata p angelos in manu mediatoris, dicit glo.* Magno Dei cōsilio factum est, vt post hominis casum nō illico Dei filius mitteretur. Reliquit. n. Deus prius hominem in libertate arbitrii in lege naturali, ut sic vires naturæ sitæ cognosceret, vbi cum deficeret, legē accepit, qua data, inualuit morbus non legis, sed naturę uitio, ut ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum, & gratiæ quæreret auxilium. Secundò, propter ordinē promotionis in bonum, secundū quem ab imperfecto ad perfectum procedittur. Vnde Aposto. dicit 1. Corin. 15. Non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Tertiò, propter dignitatem uerbi incarnati, quia super illud Galat. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, dicit glo.* Quāto maior iudex ueniebat, tanto præconum series longior præcedere debebat. Quartò, ne feruor fidei temporis prolixitate tepesceret: quia circa finem mundi frigescet charitas multorum. Vnde Luc. 18. dicitur, cū filius hominis ueniet, putas inueniet fidē in terra?

Ad primvm ergo dicendū, q̄ Charitas non differt amico subuenire salua tamen negotiorum opportunitate, & personarum cōditione. Si enim medicus statim a principio ægritudinis medicinam daret infirmo, minus proficeret, uel magis læderet, quàm iuuaret. Et ideo etiam Dominus nō statim a principio incarnationis remedium humano generi exhibuit, ne illud cōtemneret, ex superbia, si prius suam infirmitatem non cognosceret.

Ad secvndvm dicēdum, q̄ Aug. ad hoc respondet in lib. de sex quæstionibus Paganorum,* dicens, q. 2. q̄ tunc noluit Christus hominibus apparere, & apud eos prędicari suam doctrinam, quādo, & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri: his enim temporibus, & his in locis tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali presentia fuerūt, qui nec in eum, suscitatis ab eo mortuis credere uoluerunt. sed hanc responsionem reprobans idem Aug.* in lib. de Perseuerantia, dicit: Nunquid possumus dicere Tyrios, & Sidonios talibus apud se uirtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent, cum ipse Deus attestetur eis, quod acturi essent magnæ humilitatis pęnitētiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa uirtutum? proinde, ut ipse soluens subdit, sicut Apost. ait, Non est uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei, qui his quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros: quibus uoluit subuenit: aliis autem nō subuenit de quibus in sua prædestinatione occultè quidē, sed aliud iustè iudicauit: itaq; misericordiam eius in his, qui liberātur, & ueritatē in his, qui puniūtur, sine dubitatione credamus.

Ad tertivm dicendum, q̄ perfectum quidem est prius imperfecto, in diuersis quidem tempore, & natura (oportet enim q̄ perfectū sit, quod alia ad perfectionem adducit) sed in uno & eodem imperfectū est prius tēpore, etsi sit posterius natura. Sic ergo imperfectionem naturæ humanæ duratione præcedit æterna Dei perfectio: sed sequitur ipsam consummata perfectio eius in unione ad Deum.

* In Epist. 49. qō. 2. me. 10. 2.

* Cap. 9. nō procul à fi. to. 7.

D. 1021.

ceptionem, Christū fuisse sapientissimum (quod est ibi intentum auctoris) cognoscamus ex eo, q̄ de sapiente dictum est; Omni negotio tempus est, & opportunitas, Eccles. 8.

1m de minori. Charitas non tardat. R. Considerata negotiorum opportunitate, & personarū conditione: non aliter, §. Charitas. n. nō sine prudētia, cuius est obseruare illa, operatᷣ; cū uirtutes oēs charitas secum trahat, 12. qō. 65. art. 3. Tunc nihil &c. vt patet in litera, & ex probationibus scdæ cōclusionis.

2m minor. Sed plures saluati fuissent, si à principio humani generis Deus incarnatus fuisset. R. Negatur ista propositio. §. Ad probationē dr̄, q̄ non infert propositum, q̄. s. illi plurimi saluati fuissent, si Deus prius fuisset incarnatus. Nā in presentia ēt corporali ipsi* Christi cū miraculorū attestationibus prædicātis, plurimi hoīes ipsum, & ista vidētes credere noluerunt; imò & magis obdurauerunt, vt in Euāgelio patet. Soli. n. ꝓdestinati, quorū numerus tū formalis, tum materialis est certissime notus apud Deum, 1. p. q. 23. ar. 7. ab initio mūdi ad finē vsq; saluati sūt, saluani, & saluabuntur; ita q̄ nec plures, si pri* fuisset De* incarnatus, nec pauciores, si tardi*, q̄ fecit, aduenisset, licēt nullus unquam ullo tēpore saluari posit absque fide in Christū, vel incarnandū, vel iam incarnatum. Vide art. 6. & Papam Gaium ibi.

In lra ultrà cætera, notabis, ꝓ semp dictū in calce licet misericordiā eius ī his, qui liberanᷣ, & veritatē in his, q̄ puniunᷣ, sine dubitatione credimus. Quare autē his misericordiā, illis veritatē hmōi Deus custodiat, rōnem nobis hanc esse insolubilem. unde nec inquirendam, dixit Ps. 60. Misericordiā, & veritatē eius q̄s requiret? Sufficit nobis certo scire, q̄ Deus licēt his sit taliter misericors, illis iustus, seu verax, nulli tn̄ est iniustus, immo nec pōt, cū ipsemet sit sūma iustitia, & seip͂sum negare nō posit. 2. Timo. 2. Cōsequēter ergo in oīb. uenerāda cū uera humilitate sūt a nobis iudicia eius, & ipse Deus utpote uerissimè sanct*, atq; iustus ī oīb. uпib. ac viis suis, Ps. 144. vbiq; laudādus ī æternū & ultra, Exo. 15. faciūt hæc ēt ad q. 68. ar. 11. in nota. post R. ad 1m.

3m ex Boetio. Natura. R. in diuersis considerata: non in eod. §. Tunc nihil, &c. Imo argumentum sic

AR-

sic glossatum stat pro conclusione secunda, & ex auctoritate illa Boetii cõficitur alia probatio eius, vt patet in littera à ly, sic ergo imperfectionem naturæ humanæ duratione, &c. Melius intelligetur Boetius ex art. 6. c. princ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum ab Apostolo, quòd Deum à principio humani generis incarnari, non fuit conueniens. Hoc autem insinuauit Galat. 4. sic. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Nota ly At. Quasi dixerit per hoc. Ante illam temporis plenitudinem, quæ in similitudine in eodem cap. præposita dicebatur, præfinitum tempus à patre, non erat condecens, quòd Deus mitteret filium suum concipiendum ex muliere: sed tantum in præsenti tempore ab ipso præfixo, non à stellis, (Absit enim vt stellæ creatori suo tempus aliquod præfigant) fuit conueniens. Ergo per ly At, Apostolus ostendere vult consequenter etiam, quòd nec post illud tempus differre debuit incarnationem. Conuictus enim fuerat homo in lege naturæ, quòd non sciebat sine diuino auxilio viam salutis, & vtiq; conuictus ex magna sua circa salutem ignorantia vsque ad idolorum vilissimorum culturam, de qua ignorantia, Roma. 1. Conuictus etiam fuerat in lege scripta, quòd non poterat sine Dei auxilio speciali, & hoc ex multitudine transgressionum legis datæ. Ablata igitur duplici hac radice superbiæ, quæ semper pro toto illo temporis decursu impediuit hominem à suscipiendo liberatorem suum carne indutum, tempus immediatè sequens vocatur tempus miserendi, Psal. 101. tali, scilicet miseratione; & plenitudo temporis, transacta scilicet vacuitate superbæ vanitatis. Id ipsum quoque dictum in principio insinuauit Papa Leo primus in Epistola Decretali ad episcopos vniuersos per Siciliam cõstitutos, sic. Semper quidem in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per Iesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum in incarnatione Verbi sumpsit exordium. Vnde aliud tempus est, quo annunciante Angelo, B. Virg. Maria fecundandam se per Spiritum sanctum credidit, & concepit. Et infra. Notum sit dilectioni vestræ, dies vniuersos Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus, & in cunctis eius actionibus sacramentorum miracula coruscasse. Et infra. Omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Hæc ille. Vbi incarnationis tempus non solum dicit esse ordinatum, sed etiã præordinatum, & hoc ab æterno Dei consilio: & quòd ab incarnatione Domini sumpsit exordium ordo rerum per Christum gerendarum; & quòd omnia sunt plena virtutibus, sacramentis, miraculis. Absit autem, vt id, à quo ordo rerum incipit, sit inordinatum; vt plenum virtutibus, atque miraculis sit aliqua inordinatione notatum, maximè cum quæcumque a Deo sunt, inter quæ numerantur præcipuè virtutes, & miracula, ordinata sint. Hanc igitur ordinatissimam temporis incarnationem per verba sua præmissa significare voluit Leo.

2 Secundo habes, quomodo per rationem prædictas auctoritates, pro quanto Deũ à principio mundi dicunt non fuisse conueniens incarnari, & intelligas, & probes, & defendas; sicut easdem pro quanto Deum non debuisse dicũt differre incarnationem vsque in finem mundi, & intelliges, & probabis, & defendes ex articulo sequenti.

3 Tertiò habes, quomodo per rationem interimas horrẽdissimam hæresim Hermanni Riss. (Prateol. Hermanus Rissuich.) impie blasphemantis, quòd gesta omnia Christi humano generi, & rectæ rationi fuerunt contraria. Ab hinc ergo comprehendendo etiam articulum secũdum, supra, vsque ad finem tertiæ partis discurrendo per articulos de aliqua actione Christi tractantes, demonstrare sigillatim per rationem poteris, & obstruere os tam irrationabiliter de Christo loquentis. 4

Quartò habes, quomodo per rationem demonstres, hanc iustissime damnatã a Leone Papa in supradicta Decretali. Dies, inquit, vniuersos Christi innumeris cõsecratos fuisse virtutibus, & in cunctis eius actionibus sacramentorum miracula coruscasse. Per rationem, inquam, nunc huius articuli, & successiue aliorum sequentium, demonstrabis id; pro quanto de gestis Domini talibus, vel talibus tunc tractarẽ occurret. Item iustissimè damnatam ab Isa. 11. Flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini; spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Quasi dicat. Cum super Christum florem hunc requiescat spiritus sapientiæ, intellectus, consilii, scientiæ; omnia Christi gesta non tantum non contraria, sed summè erant consona rectę rationi: Et cum super eum requiescat spiritus pietatis, timoris Domini; omnia Christi gesta erant pietatem, & timorẽ Dei redolentia, & consequenter humano generi non solum non contraria, sed maximè proficua erunt. Item ab Apostolo 1. Corin. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudęis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Nota ly sapientiam. Abstractum enim nihil penitus de extraneo admittere potest. Ecce ex Apostolo Christus non tantum sapiens, cuius est agere singula consona & rectæ rationi, & proximorum saluti; sed etiam ipsa sapientia, & sapiẽtia Dei veraciter appellatur. Vbi & ab eodem Apostolo apertissime damnatur alia ipsius Rissuich gentibus conformis infidelitas (Prat. vbi supra), qua ore insanissimo euomere temere præsumpsit; quòd Christus fuit stultus, simplex, phãtasticus, & seductor hominum simplicium, atque damnauit vniuersum mundum. O præsumendam linguam, & in partes, & in frusta lacerandam. Quis tanta iniuriam blasphemiis plus quam infernalibus vndique refertam cõtra Deum ipsum, qui Christus est, sufferre queat? O vocem plenam omni dolo, & omni fallacia diaboli; inimicam omni iustitiæ; indesinenter annitentem subuertere uias Domini rectas; hominis, qui meritò ad perpetuos carceres, etiam post palinodiam recantatam, à sapientissimo Magistratu tempore Alexandri VI. Papæ 1499. misericorditer damnatus est; & post in eandem suam dementiam relapsus curiæ sęculari iustissimè traditus, viuus exustus est. Damnatam quoque ostendes meritò ab illis omnibus supradictis Conciliis, Nicęno, &c. ar. 1. tum pro salute nostra mysteria omnia humanitatis peregisse testantibus; tum Deum etiam perfectum post incarnationem ipsum Christum remansisse profitentibus. Adde id Leonis Papæ ad Flauianum episcopum, sic. Aequalis est periculi, Dominum Iesum Christum aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Et infra. Catholica Ecclesia hac fide uiuit, ac proficit, ut in Christo Iesu nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine verã credatur humanitate diuinitas. Hæc ille; cuius tomum ad eundem Flauianum Synodus 6. Generalis Constantinopolit. actione 17. recipit, quem & ipsa Synodus titulum rectæ fidei appellat. Nunquid non & postquam Verbum caro factum est, de illo dicitur; Plenum gratiæ, & veritatis? Quatenus ergo etiam homo nulla ignorantia laborabat; sed tanta sapientia, atque veritate pollebat, quanta decebat eum, qui personaliter Deus erat.

Quintò uides, quomodo ex suprapositis uicissim Angelica doctrina præsens consolidetur. 5

Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 5. eiusdem 1. quæst. corpore duæ sunt conclusiones, iuxta duplicem statum humani generis in sui principio, scilicet innocentiæ, & lapsus. Vertitur enim in quæstionem, an in principio humani generis debuerit incarnatio esse, & propterea iuxta duplicem statum in principio, duplici respondetur conclusione, vtraque negatiua prima est, Non fuit conueniens a principio humani generis ante peccatum Deum incarnatum fuisse. Probatur. Opus incarnationis principaliter ordinatur ad reparationẽ naturæ per abolitionem peccati. ergo non fuit conueniens ante peccatũ Deũ incarnari. Probatur sequela, ratione, quia medicina non datur nisi infirmis, & auctoritate Domini duplici. Secunda est: Non fuit conueniens Deum incarnari statim post peccatum. Probatur qua dupliciter. Primò ex conditione peccati, Humanum peccatum prouenerat ex superbia hominis. ergo eo erat modo liberandus, ut humiliatus cognosceret se liberatore indigere: sed hoc conuenienter fit relinquendo hominem, primo in statu naturæ, deinde sub iugo legis, vt expertus secundum utriusque vires defectum suum, clamaret pro gratia, ergo, &c. Omnia clara sunt in litera. Et confirmatur magis ex responsione ad primum, ducendo ad inconueniens, superbiæ, scilicet contemptum, si statim incarnatio post peccatum fuisset. Secundò, ex ordine promotionis in bonum, quæ ratio in responsione ad tertium magis explicatur, ita quod sic est formanda. Humanam naturam lapsam conuenit procedere de imperfecto ad perfectum. ergo consummata eius perfectio in vnione ad Deum, non statim habenda erat. Antecedens probatur Apostoli auctoritate in litera. Consequentia autem, ut manifesta relinquitur, & meritò, quia nõ procederet de imperfecto ad perfectum, quasi progrediendo per media, & appropinquãdo ad diuinam vnionem: si statim incarnatio fuisset, nam defuisset vnio secundum intellectum magis, ac magis illustratum, secundum successionem temporum: & similiter media unio per charitatem Patriarcharum, ac Prophetarum, & similiter media vnio per diuturnum famulatum, unius populi exhibitum Deo in sacrificiis, quibus initiabatur humanum genus futurum illud Iesu Christi in ara crucis sacrificium. Tertio ex dignitate uerbi incarnati, ut patet, & similiter quarto ex nitãdo tempore fidei. Et tu adde quintum ex soliditate fidei; nam si statim fuisset incarnatus, fictio putaretur antiquorum. Nunc autem ex quo Christi incarnationem tot non solum uerba, sed scripturæ Prophetarum præcesserunt, tanta expectatio tot sęculorum fuit de Messia, mens nostra in fide soluitur. Quam fidei securitatẽ tetigit Apost. 1. ad Cor. 13. bis de Christo replicans, secundum scripturas.

scripturas. Et propterea Ecclesia in Symbolo post articulum resurrectionis Christi apposuit ly, secundū scripturas, quod refertur ad omnes præcedentes de incarnatione articulos: ita quod sensus est. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cęlis, incarnatus, homo factus, crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit secundum scripturas, ne uideantur incarnationis mysteria omnem humanam capacitatem excedentia, nouiter conficta.

¶ In responsione ad secundum perspice quòd responsio consistit in hoc, quod ratio ex pluralitate saluandorum non est efficax: quia saluandi ex diuina prædestinatione sunt misericorditer saluandi, prout ipse magis hos, quam illos elegit. Cuius nulla est ratio, nisi diuina uoluntas.

ARTICVLVS VI.

Vtrum incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt, q incarnationis opus differri debuerit vsque in finem mundi. Dicitur enim in Ps. Senectus mea in misericordia vberi, i. in nouissimo, vt glo.* dicit. Sed tempus incarnationis est maximè tempus misericordiæ, scdm illud Psal. Quoniam venit tempus miserendi eius. Ergo incarnatio differri debuit usque in finem sæculi.

¶ 2 Præt. Sicut dictum * est, pfectū in eodem tpe est posterius imperfecto. ergo illud quod est maximè perfectum, dēt esse omnino vltimum in tēpore: sed summa perfectio humanæ naturę est in unione ad verbum: quia in Christo cōplacuit, omnē plenitudinem diuinitatis inhabitare, vt Apost. dicit Col. 1. Ergo incarnatio differri debuit usque in finem mūdi.

¶ 3 Præt. Non est conueniens fieri per duo, quod per unum fieri potest: sed unus Christi aduentus sufficere poterat ad salutem humanæ naturę, qui erit in fine mundi. ergo nō oportuit, quòd antea ueniret per incarnationem. Et ita incarnatio differri debuit usque in finem mundi.

SED CONTRA est, quod dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies. Non ergo debuit incarnationis mysterium, per quod mundo innotuit, usq; in finem mundi differri.

RESP. Dicendum, q sicut non fuit conueniens Deum incarnari à principio mundi: ita non fuit conueniens, q incarnatio differretur usq; in finem mundi. Quod quidem apparet, primo ex unione diuinæ, & humanæ naturæ. Sicut enim dictum est, * perfectum uno modo tempore præcedit imperfectum, alio modo econuerso, imperfectum tempore, præcedit perfectum. In eo enim, q de imperfecto fit perfectum, imperfectum tpe pręcedit perfectū: in eo uero qd est causa perfectionis efficiēs, perfectum tpe præcedit imperfectum. In opere autem incarnationis utrumque concurrit: quia natura humana in ipsa incarnatione est perducta ad summam perfectionem. Et ideo non decuit, quòd à principio humani generis incarnatio facta fuisset: sed ipsum verbum incarnatum est perfectionis humanæ naturæ causa efficiens secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: & ideo non debuit incarnationis opus usque in finem mundi differri: sed perfectio gloriæ, ad quam perducenda est ultima natura humana per verbum incarnatum, erit in fine mundi. Secundò ex affectu humanę salutis: ut enim dicitur in lib. de qq. ue. & no. Testa. * in potestate dantis est, quando uel quātum uelit misereri. Venit ergo quando, & subueniri debere sciuit, & gratum futurum beneficium: cū enim languore quoddam humani generis, abolescere cœpisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitiæ Dei, & morum, & cum adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem literis dedit. Et quia eam gentes spreuerunt, non se subiicientes ei neque hi, qui acceperunt, eam seruauerunt; motus misericordia dominus, misit filium suum, qui data omnibus remissione peccatorum, Deo patri illos iustificatos offerret. Si autem hoc remedium differretur usque in finem mundi totaliter Dei notitia, & reuerentia, & morum honestas abolita fuisset in terris. Tertio apparet hoc fuisse conueniens ad manifestationem diuinæ uirtutis, quæ pluribus modis homines saluauit, non solum per fidem futuri, sed etiam per fidem pręsentis, & pręteriti.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q glo. illa exponit de misericordia perducente ad gloriam: si tamen referatur ad misericordiam exhibitam humano generi per incarnationē Christi, sciendum est, q sicut Aug. dicit in lib. † retractat. tēpus incarnationis pōt comparari iuuentuti humani generis, propter uigorem, feruoremq; fidei, quę per dilectionem operatur: senectuti autem, quæ est sexta ętas, pp numerum tēporū, quia Christus uenit in sexta ętate. Et quamuis in corpore non possit simul esse iuuentus, & senectus, potest tamen simul esse in aīa, illa pp alacritatem, ista pp grauitatem. Et ideo in lib. 83. qq. alicubi dicit Aug.* q non oportuit diuinitus uenire magistrum, cuius imitatione humanum genus in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Alibi autē dicit † Christum in sexta ętate humani generis, tanquam in senectute uenisse.

AD SECVNDVM dicēdū, q opus incarnationis nō solū est cōsiderādū, vt terminus motus de impfecto ad pfectū: sed ēt vt principium pfectionis in humana natura, ut dictū est.

Medina, ar. 6.

SVPER Q. I. ART. VI.

6 Locis sup. art. 5. citatis.

COncl. Non fuit conueniens, q incarnatio differretur vsque ad finem mundi.

¶ PROB. 1. Quia causa perfectionis efficiens præcedit tempore imperfectum (patet ex Boet. ar. 5. quartum.) & verbum incarnatum est efficiēs causa perfectionis humanæ naturæ (patet ex Io. 1.) Secundò, quia si incarnationis misterū differretur usque ad finem mundi, aboleretur in terris totaliter tum notitia de Deo, tum reuerētia ad Deū, tum honestas morum (patet ex præteritis subuentionibus; de Abraam ad subueniendum prædictæ notitiæ, & moribus ferme abolitis; de Moysi lege ad subueniendū præmissæ reuerentiæ defectui nimio). Tertiò, quia cōueniens erat, vt manifestaretur diuina uirtus, nō tm in saluādo homines sed etiā in saluando pluribus modis illos; & plures salutis modi sūt, saluāri per fidem futuri, præsentis, præteriti; .i. Verbi incarnādi, Verbi in carne uisibiliter præsentis, Verbi tum quò ad incarnationem, tum quo ad uisibilem in terris cōuersationem prę teriti.

* Gl. ordi. super illud ab insurgē tib. in me.

Art. præc. ad 3. arg.

¶ NOT. Hinc Papa Gaius, episto. ad Fęlic. episc. Mundum Deo in Christo reconciliatum ita, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla caro posset saluari. Hęc ibi. Vide ar. 5. ad 2.

*Ar. præc. ad 3.

1m de psal. Senectus. R. Idest, sexta ætas mundi: non aūt finis sextæ ætatis, §. Sumendo. s. ly misericordia vberi pro incarnatione filii Dei, nō pro perductione hominū ad gloriā patriæ cōsummatam. Tunc nihil, &c. Nam sexta ętas, si computētur tempora est senectus mūdi, & in primordio huius sextæ ætatis Deus fuit incarnatus, id, quod fuit misericordia anthonomaticè uber. Anthonomaticè, inq, quia ab incarnatione Dñi sumpsit exordium & ordo rerum per ipsum Dñm temporaliter gerendarum (vt patet ex Leone sup. ar. 5. appē. Vide pulchram eius epistolā ibi citatam), & salus hominum omnium, tum pręteritorū, tū præsentiū, tum futurorum. Cætera in textu circa glosā, & August. dicta uide per te. Nodum enim argumenti breuibus enodasse, hic, & ubique nobis sufficit, ut operis titul⁹, s. Elucidationes formales, satis demōstrat. Idē etiam fac circa corpora (ut aiunt) S. Doctoris, propter eandem tituli rationem.

D. 1021.

*Aug. li. 2. qq. ex nouo testam. quæst. 83. circa prin. to. 4.

2m conclusio.

Incarnatio differri debuit usq; ad finē mūdi. R. Si op⁹ incarnationis solum esset considerandū, ut terminus motus de imperfecto ad perfectum. §. Tunc nihil, &c. Nam opus incarnationis consideratur etiam vt principium perfectionis in natura humana: Vnde fit, ut neq; à principio mundi debuerit fieri, neq; ad finem mūdi debuerit differri. Vide in corpore probationē primā conclusionis.

¶ COROLL. Ex his omnibus visis infertur ad illam argumenti maiorē limitatio, atque dicetur. Ergo perfectum est imperfecto posteri⁹ in eodem per se solum considerato, nō autem considerato, ut simul cum aliquo principio suæ perfectionis, cōcurrit ad opus aliquod faciendum. Nam ex parte illius alterius, uidelicet principii prædicti, poterit esse, q perfectū erit prius imperfecto in eodem sic cōcurrente, ut nunc per exemplum de incarnatione Verbi in eadem natura humana notificatum est.

†Li. 1. c. 26 non multū ante med. to. 1.

†Li. 83. qq. q. 44. i medio, to. 4.

† Lib. 1. de Gen. cont. Manic. ca. 23. tom. 1.

† In corp. art.

3^m minor. Vnus Christi aduentus sufficere poterat ad salutem humanæ naturæ, qui erit in fine mundi. ℞. Negatur ista. §. Omnes enim homines simul perditi essent, si ille solum vltimus daretur Christi aduentus; tantum abest, ut ille unus sufficeisset ad salutem humanæ naturæ.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicit Chrys. super illud Io.† Non misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, Duo sunt Christi aduentus, primus quidem, ut remittat peccata: secundus, ut iudicet mundum: si enim hoc non fecisset, vniuersi simul perditi essent, omnes. n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde patet, quòd non debuit aduentum misericordiæ differre usque in finem mundi.

AD

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei. †Hom. 27. in Io. inter med. & fi. to. 3.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas meritò ab Abachuch Propheta, cap. 3. dictũ. Domine opus tuum in medio annorũ notum facies. Per hoc enim aperte monstratur, quod incarnatio, quæ anthonomatice dicitur opus Dei, non debuit differri usque ad finẽ mundi. Alioquin illud singulare opus Dei notum factum fuisset in fine annorum, non in medio, ut patet. Nota pro intelligentia huius, & consonantia cum dictis in responsione ad primum, quòd medium non accipitur hic pro medio geometrico, uel arithmetico; sed pro medio exclusiuo principii, & finis, etiam quòd magis vni illorum extremorum esset propinquum. Hoc modo sumere solent homines medium dicentes, quòd quicquid est inter Romam, & Bononiam, est in medio earum. In hoc ergo sensu Propheta loquens, per authoritatem præmissam significat, quòd incarnationis diuinæ opus non fiet in principio mundi, nec in fine; sed in tempore intermedio non exprimendo interim punctaliter tempus illud, utrum magis ad principium annorum mundi, uel ad finem declinet. Quod autem ad literam loquatur ibi Abachuch de Christi primo aduentu, patet uidenti secundum capitulum, & consideranti, hoc tertium uocari canticum, ac intelligenti ly Deus ab austro ueniet, &c. cum sequentibus, esse dicta Prophetice de diebus Messiæ. In secundo enim cap. uidebit ly, Visus adhuc procul; apparebit in finem, & non mentietur; si moram fecerit expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso, iustus autem in fide uiuet. Hæc autem tanquam de Christo prophetata canuntur ab Ecclesia etiam in solemnibus officiis; quorum emendationi authenticæ insudarunt, & Sanctum Concilium Tridentinum, & Sanctissimus Papa Pius Quintus, vt patet in Bulla eiusdem Pontificis Breuiariis, atque Missalibus præfixa. Quantæ uero authoritatis sint non tantum dogmata, & dicta sed etiam probatæ consuetudines Ecclesiæ, vide infra quæstione sexagesimaoctaua, articulo decimo, in notatione ante argumenta. In tertiò demum capitulo, gratias agens Propheta de reuelatione sibi in secundo facta, in spiritu exultat; & ideò illud uocatur, Canticum: magis explicat quasi per gradus de Christo habitam reuelationem, secundum duos aduentus, per modum deprecatiuum quandoque procedens, & ideò prætitulatur Oratio Prophetæ Abachuch. Cæterum pro expositione horum, si uis, consule sanctos Doctores. Nam sufficit hæc tetigisse, & quasi digito demonstrasse, prout utilitatem ex præsenti articulo concernebant. Vide articuli quinti, Appendic. Secundò uides, quomodo ex his similibusque uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN arti. 6. eiusdem primæ quæst. vnica est conclusio negatiuè respondens quæsito: Non fuit conueniens incarnationem differri in finem mundi. Probatur triplici ratione in litera. Vbi pro clariori intelligentia primæ rationis, nota, quod duplex est motus humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum, vnus respectu ipsius naturæ, vt distinguitur contra suppositum: alter respectu naturæ in suppositis propriis. Secundum primum motum incarnatio se habet vt terminus: quoniam in opere incarnationis natura humana in Deũ assumpta est, Iuxta autem secundum motum gloria animę, & corporis in futuro mundo se habet vt terminus, quando homines glorificabuntur consummatè. Et in hoc secundo motu mysterium incarnationis nõ se habet vt terminus, sed vt principium effectiuum: quoniam Christus dux omnium hominum ad gloriam consummatam per suam resurrectionẽ, &c. est, propter primum motum non decuit incarnari Deum in principio mundi, ut prædictum est: propter secundum motum nõ decuit differri incarnationem in finem mundi. Ex ipsa igitur vnione duarum naturarum, diuinæ, scilicet & humanæ in Christo, neutrũ conueniens esse, patet; quia primum aduersatur progressui humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum: secundum aduersatur auctoritati diuini verbi incarnati ad deducendum de potentia ad actum consummatũ naturam humanam, propriis suppositis innata secundum motum. Cætera sunt clara.

Ferr. 4. cont. c. 35. 38. Capr. 3. d. 4. q. 2. con. 2. Medina ar. 1.

QVÆSTIO II.

De modo vnionis verbi incarnati, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo vnionis verbi incarnati. Et primò, quantum ad ipsam vnionem. Secundò, quantum ad personam assumentem. Tertiò, quantum ad naturam assumptam.

CIRCA primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in natura.
¶ Secundò, Vtrum sit facta in persona.
¶ Tertiò, Vtrum sit facta in supposito, uel hypostasi.
¶ Quartò, Vtrum persona, uel hypostasis Christi post incarnationẽ sit composita.
¶ Quintò, Vtrum sit facta aliqua vnio animæ, & corporis in Christo.
¶ Sextò, Vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.
¶ Septimò, Vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum.
¶ Octauò, Vtrum sit idem, quod assumptio.
¶ Nonò, Vtrum sit maxima vnionum.
¶ Decimò, Vtrum vnio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam.
¶ Vndecimò, Vtrum eam aliqua merita præcesserint.
¶ Duodecimò, Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

SVPER Q. II. ARTIC. I.

CONCL. Impossibile est, vnionem verbi incarnati factam esse in natura.

¶ PROB. Quia, si vnio illa fieret in natura, fieret vel per modum confusionis, aut commassationis; vel per modum complexionis; vel per modum tertii resultantis ex aliquibus imperfectis simul existentibus (patet à sufficienti diuisione): Et vnumquodque istorum est impossibile (vt patet per tres rationes de vnoquoque singillatim allatas in textu).

Primum

ARTICVLVS I.

Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in natura.

223 Iof. ar. 2. & 6. cor. & 12. ad 1. & q. 50. ar. 2. Et 3. dist. 1. q. 2. ar. 1. & d. 5. q. 1. a. 2. & 3. Et 4. cõ. c. 35. 37. & 41. Et verit. q. 20. ar. 1. c. Et unio. a. 1. Et opu. 3. ca. 211. 212. & 225. ẽ Actio. 1. post epist. Cyrilli ad Io. episto. Anth. non multum ꝓcul. †In symbolo fid. suæ. *Nazanzeo* i epi. 1. ad Clidonium ante medium. L. 3. orth. fid. c. 6. 7. a med. In symbolo fidei ibi posito, repertes, id to. 1. Cõc. Gener. Coloniæ impressorum anno Dñi 1530.

AD PRIMVM sic proceditur. Videt quod vnio verbi incarnati sit facta in natura. Dicit enim Cyrillus, & inducitur in gestis Concilii Chalced.* Nõ oportet intelligere duas naturas, sed unam naturã Dei uerbi incarnatã. Quod quidem non esset, nisi unio fieret in natura. Ergo unio uerbi incarnati facta est in natura.

¶ 2 Præt. Atha.† dicit, Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo, unus est Christus: sed anima rationalis, & caro conueniunt in constitutione unius naturæ humanæ. Sic ergo Deus, & homo conueniunt in constitutione alicuius naturæ. ergo unio facta est in natura.

¶ 3 Præt. Duarum naturarum una nõ denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicem transmutentur: sed diuina natura, & humana in Christo ab inuicẽ denominantur. dicit. n. Cyrillus diuinam naturam esse incarnatam, & Gre. Nazianzenus * dicit humanam naturam esse deificatam, ut patet p Damas.† ergo ex duab. natu. uidetur esse facta una natura.

SED CONTRA est, quod dicitur in determinatione Cõcilii Chalcedon. * Confitemur in nouissimis diebus filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfusè immutabiliter,

1m ex Cyrillo. Non oportet intelligere duas naturas. ℞. Adunatas per modum confusionis, aut cõmassationis, vel complexionis, vel ex imperfectis resultationis: non autẽ adunatas per modũ assumptionis. §. Tunc nihil &c. vt patet intelligenti, q̃d fit vnionẽ fieri in natura. Aliud est.n. duas naturas coexistere i aliquo vnitas; aliud est, naturarũ ipsarũ sic vnitarum vnionẽ factã esse in natura. Possunt namq; vnire in natura aliquæ naturæ adinuicẽ unitæ: & p̃at vnirs non in natura, sed in aliquo alio, vt de oĩbus his patet in corpore.

¶ Nota. Præmissum responsum datũ est, supponendo, q̃ illa prima verba authoritatis in 1. argum. allegatæ sint vere Cyrilli, & ñ ei ab aliquib. falsò attributa. De hac re i Côc. Chalced. actio. 1. post lectã Cyrilli epistolã ad Ioannem Antiochiæ epm, quę incipit, Exultẽt cęli, & lętẽt terra; solutus est.n. medius paries, &cæt. & post acceptationẽ ipsius epistolæ a Synodo tota dicente: Nos sicut Cyrillus credimus, vniuersi sic credim⁹: Anathema, qui sic non credit: post ista, inquam inducitur Eustathius epũs Beryti, qui ait, q̃ Cyrillus quasi seipsum interpretans in epistola p̃lecta scripsit ad quosdã epos, vbi inter alia ad illos data adiacent verba hæc. Nõ oportet igit̃ intelligere duas naturas, sed vnam naturam Verbi Dei incarnatã. Et hanc (inq̃t Eustathius) suã vocẽ testimonio Beatissimi viri Athanasij confirmatur. His auditis orientales, & qui cum ipsis erãt Episcopi clamauerunt: ista Eutiches dixit, hæc Dioscorus dicit. Post multa circa finẽ illius interlocutionis ait Dioscorus. Ego testimonia habeo sanctorũ Patrum Athanasij, Gregorij, Cyrilli, in multis locis; quia non oportet dicere post adunationem duas naturas, sed unam naturam Verbi Dei incarnata. Ex his ibi narratis concludendum vĩ, q̃ illa verba, Non oportet intelligere duas naturas, sunt quidem Cyrillo attributa, sed falsò. Nam Synodus tota approbat ep̃lam p̃dictã Cyrilli, q̃ñ verba hæc, Nõ oportet intelligere duas naturas, tãq̃ ab Euthichete, & Dioscoro hæreticis dicta reiecit. Nec te moueat, q̃ Dioscorus, talia à SS. Doctorib. p̃missis se iactat hausisse; Primo qñ hæreticis ut sic nulla fides habenda est. Secundò, q̃ a si ea dixissent Sancti illi sensum cõformẽ S. Ecclesiæ catholicæ in ijs dictis habuissent, quẽ in formali rñso ad primũ arg. supra retulimus; non aũt sensũ hæreticũ Eutichetis, & Dioscori, s. post adunationẽ non remansisse in Christo duas naturas distinctas. Contra.n. hunc sensũ apertissime reclamat in p̃dicta epist. ad Ioã. Antioch. Cyrill⁹ i hęc verba; Cõfitemur dñm nrm Iesũ Christũ filiũ Dei vnigenitũ, deũ p̃fectum, & hominẽ p̃fectũ, ex anima rõnali, & corpore, ante sęcula quidẽ ex patre natũ s̃m deitatẽ, in nouissimis vero tpib. eundẽ pp nos, & pp nostrã salutẽ ex Maria Virg. s̃m humanitatẽ, cõsubstãtialẽ patri s̃m deitatẽ, & cõsubstãtialẽ nobis s̃m humanitatẽ. Duarũ.n. naturarũ vnitio facta est. Propter qđ vnũ Christum, vnũ filiũ, vnũ dñm cõfitemur. Scđm hunc incõfuse unitionis itellectũ cõfitemur, S. Virginem Dei genitricẽ. Et infra. Euãgelicas verò, & Apl̃icas voces scimus Deiloquos uiros quasdã quidẽ cões faciẽtes, tanq̃ i vna p̃sona; quasdã verò diuidẽtes, tanq̃ i duab⁹ naturis; & diuinitatẽ quidẽ decẽtes, s̃m deitatẽ Christi, humiles ãt, s̃m humanitatẽ ei⁹, tradentes. Hæc ibi. Quæ p̃cul dubio ẽ diametro pugnãt cũ sensu a Dioscoro supra cõficto, de quo forsan Dioscoro spectanti itẽdebat ille ipse Cyrillus; dũ post plurima ibi circa finẽ sic vniuersaliter annectit. Quãdo aũt quidã eorũ, q recta puertere solent, meas voces in sibimet placitũ uertũt, nõ admiret hoc tua sãctitas; sciẽs, qm̃ & oẽs hr̃tici de scriptura diuinit⁹ inspirata sui colligũt erroris occasiones ea, q̃ à S. spũ recte dicta sunt, sua malitia corrũpẽtes, & sup̃ sua capita flãmã inextiugnibilem hauriẽtes. Hæc ibi. Ecce, quõ Cyrill⁹ de fide sua, de dictis suis, de sibi ab alijs ĩpositis se recte iustificat, ex qua iustificatione, & patrũ bonũ sensũ, quẽ supra habuerũt in reiciẽdo Eustathiũ, & rñsũ formale nostrũ ad uerba, q̃ arguẽs tanquam Cyrilli adduxerat, implicite aperiũ, atque confirmat.

¶ Itẽ (ex Cyrillo) sed vnã naturã Verbi Dei icarnatã. ℞. Per modũ assũptionis carnis ad vnã Verbi p̃sonã: non, p̃ modũ alicuius versionis in carnẽ. §. puta, q̃ una sit natura deitatis, & carnis. Tũc nihil, &c. Nã dicere, naturã Verbi Dei incarnatã, p̃ modũ assũptionis (ut Cyrill⁹ intẽdit, teste Synodo q̃nta eius intentum declarante) non est dicere, quòd unio Verbi ad carnem sit facta in natura;

liter, indiuisè, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata differẽtia naturarum propter vnionẽ. ergo vnio non est facta in natura.

Resp. Dicendum, q̃ ad huius q̃õnis euidentiam oportet considerare quid sit natura. Sciendum est ergo, q̃ nomen naturæ a nascendo est dictum, vel sumptum. vnde primo est impositum hoc nomen ad significandum generationem uiuentium, quæ natiuitas vel pullulatio dr̃, vt dicatur natura quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturæ ad significãdũ principiũ huius g̃nonis. Et quia principium g̃nonis in reb. viuẽtibus est intrinsecum, ulterius deriuatum est nomen naturæ, ad significandũ, quodlibet principium intrinsecum motus, s̃m q̃ Phil. dicit in 2. Phys.* q̃ natura est principiũ motus in eo, in quo est per se, & nõ s̃m accidens. Hoc autem principiũ, uel forma est, vel materia: vnde q̃ñq; natura dicit̃ forma, q̃ñq; verò materia. Et q̃a finis generationis naturalis est in eo, q̃ generat̃, s. essentia spẽi, q̃ significat definitio, inde est, q̃ hmõi essentia spẽi uocat̃ ẽt natura. Et hoc modo Boeti⁹ naturã definit in lib.* de dua. na. dicẽs, Natura est unamquamq; rẽ informans specifica dr̃ia, s. cõplet definitionẽ speciei. Sic ergo nunc loquimur de natura, s̃m quod natura significat essentiã, uel qđ quid est, siue quidditatem speciei. Hoc autem modo accipiendo naturam, impossibile est vnionem uerbi incarnati esse factam in natura.

¶ Tripliciter enim aliquid vnũ ex duobus, vel plurib. constituit̃. Vno modo ex duob. integris, perfectis remanentib. Quod quidem fieri non potest nisi in his, quorũ forma est cõpositio, uel ordo, uel figura: sicut ex multis lapidibus absque aliquo ordine adunatis, per solam compositionẽ fit aceruus: ex lapidibus aũt, & lignis s̃m aliquẽ ordinem dispositis, & ẽt ad aliquam figuram redactis, fit domus. Et s̃m hoc posuerunt aliqui vnionẽ esse per modũ confusionis, quę. s. est sine ordine, vel per modum commẽsurationis, quæ. s. est cum ordine. Sed hoc non potest esse. Primò quidem: quia cõpositio, uel ordo, uel figura nõ est forma substantialis, sed accidentalis. Et sic sequeretur, q̃ unio incarnationis non esset per se, sed per accidens, qđ infra improbabitur. Secundò, quia ex hmõi non fit vnum simpliciter, sed s̃m quid: remanent.n. plura actu. Tertiò, quia forma taliũ nõ est natura, sed magis ars: sicut forma domus. Et sic nõ constitueret̃ una natura in Christo, ut ipsi volunt. Alio mõ fit unũ ex p̃fectis, sed transmutatis: sicut ex elemẽtis fit mistũ. Et sic aliqui dixerunt unionẽ incarnationis esse factã p̃ modũ cõmistionis. Sed hoc non põt esse. Primò quidẽ, quia natura diuina est oĩno imutabilis, ut in 1. parte dictum est.† vñ nec ipsa põt cõuerti i n aliud cũ sit incorruptibilis, nec aliud in ipsam, cũ ipsa sit iregenerabilis. Scđò, quia id, qđ est cõmistum, nulli miscibilium est idem spẽ: differt.n. caro a quolibet elementorum specie. Et sic Christus non esset eiusdẽ naturæ cũ patre, nec cum mr̃e. Tertiò, quia ex his q̃ plurimũ distant, non põt fieri cõmistio: soluit̃.n. species unius eorum, puta si quis guttã aq̃ amphoræ uini apponat̃. Et s̃m hoc cũ natura diuina in infinitũ excedat humanã naturam, non põt esse mistio: sed remanebit sola natura diuina. Tertiò mõ fit aliquid ex aliquib. non permistis, uel p̃mutatis, sed imperfectis: sicut ex aĩa, & corpore fit hõ, & similiter ex diuersis mẽbris unum corpus constituit̃. Sed hoc dici nõ potest de incarnationis mysterio. Primò quidẽ, quia utraq; natura est s̃m rationẽ suã p̃fecta, diuina. s. & humana. Secũdò, quia natura diuina, & humana non p̃nt constituere aliquid p̃ modũ partium q̃titatiuarum, sicut mẽbra constituunt corpus: quia natura diuina est incorporea. Neq; p̃ modũ formæ, & materiæ: quia diuina natura non potest esse forma alicuius, p̃sertim corporei. Sequeretur.n. q̃ spẽs resultans esset cõicabilis plurib. & ita essent plures Christi. Tertiò, quia Christus non esset humanæ naturæ, neque diuinæ naturæ. Differentia enim addita uariat speciem, sicut unitas numerum, sicut dicitur in 8. Metaphys.†

Ad primum ergo dicendum, q̃ auctoritas Cyrilli exponitur in 5. Synodo* sic. Si quis unam naturam uerbi Dei incarnatã dicens, non sic accipiat sicut patres docuerunt quia ex diuina natura, & humana, unione secundum subsistẽtiam facta: sed ex talibus uocibus naturam unam, siue substantiam diuinitatis, & carnis Christi introducere conetur, talis anathema sit. Non ergo sensus est, quod in incarnatione ex duab. naturis sit una natura constituta: sed q̃ natura uerbi Dei carnem uniuit sibi in persona.

AD

*Li. 2. Phys. tex. 3.
*In 2. pag. a prin. lib.
*Ar. 6. huius quæst.
Hunc sensum diffũctiuum habuisse vidẽtur Patres in reiciendo verba Eustathij supra.
†p. p. q. 9. ar. 1.
†Li. 8. tex. 10.
In Côcil. Côstantin. can. 8. fuit istud Côc. 5. Genera.

licet dicere idipsum, naturam vnam videlicet Verbi incarnatā per modum confusionis, seu alicuius versionis in carnem (vt intendebant falsarij, voces Cyrilli in sibimet placitum erroneum peruertentes) sit dicere, quòd vnio facta sit in natura.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ex anima, & corpore constituitur in unoquoque nostro duplex vnitas naturæ, & personę. Naturę quidem, secundum quòd anima vnitur corpori, formaliter perficiens ipsum, ut ex duobus fiat una natura, sicut ex actu, & potentia, uel materia, & forma. Et quantum ad hoc non attenditur similitudo: quia natura diuina nō potest esse corporis forma, ut in primo probatum est. † Vnitas uero personę constituitur ex eis, inquantum est unus aliquis subsistens in carne, & anima. Et quantum ad hoc attēditur similitudo: vnus enim Christus subsistit in diuina natura, & humana.

AD

¶ COROLL. 1. Patet ergo ex hoc secundo responso è textu formalizato, quòd D. Thom. simul cum Synodo quinta acceptae illa verba, Vnam naturam Verbi Dei incarnatam, pro verbis Cyrilli. Videtur ergo consequenter per hoc & illa prima, nō oportere intelligere duas naturas, pro verbis eiusdem Cyrilli acceptasse. Qđ ostenditur ex coniunctione aduersatiua apposita, sed. Dicens enim, sed vnam naturam, necessario præintelligit aliquid prius dictum de natura huic aduersum, puta non duas naturas: & consequenter ille, qui acceptat aduersatiuam hanc, sed vnam naturam, pro verbis alicuius, videtur per hoc & acceptare illud necessario præintellectum, scilicet non duas naturas, pro verbis eiusdem. Ergo, vt arguebatur, erit in Christo vna natura, & non duæ. Fallitur arguens: sed assumat omnia verba Patrum, vt non fallatur, & dicat sic. Ergo in Christo erit vna natura incarnata: & non duæ, scilicet, incarnatæ. Duæ quidem naturæ (absolutè loquendo) ibi sunt: alioquin non esset ibi vna natura incarnata. Quomodo enim natura diuina incarnaretur: si natura carnis deesset, in qua incarnaretur? Sunt ergo ibi duæ naturæ per incarnationem; ex cōsequenti non sunt ibi duæ per non incarnationem, id est per modum alium. Ecce, quòd Patres semper ponunt duas naturas in Christo; & simul negant, duas naturas ibi poni, sed diuersimode. Ponunt ibi duas modo catholico; negant ibi duas modo hæretico. Primū intendit Cyrillus per ly vnam naturam incarnatam: Secundum negat per ly, Non oportet intelligere duas naturas. Vt sic concludamus, quod sunt ibi duæ naturæ per incarnationem, idest per assumptionem adunatæ; vna, diuina, scilicet, assumens, altera, scilicet caro assumpta, ad vnionem Verbi, idest in vnionem personæ diuinæ, quæ dicitur Verbum. Hic sane sensus, vt breuius notificaretur, à patribus datus est sub his verbis, Oportet intelligere vnam naturam Verbi Dei incarnatam. Quid mox naturali quodam intellectu ad præmissum sensum consequitur? Quod non sunt ibi duæ naturæ per modum appositum, idest per non incarnationem, id est per non assumptionem præfato modo explanatam. Hic sensus consecutorius à Cyrillo breuioribus sic redditus est; Non oportet intelligere duas naturas. Veruntamen aduersatiua, scilicet ly sed, mox supposita, eius orthodoxum sensum his breuibus quasi inuolutum optime declarat, vt supra. Hinc factum est, ꝙ D. Thomas verba hæc, non oportet, &c. à se argumentante tanquam Cyrilli adducta non negauit in responso esse Cyrilli; imò ex hoc, quòd ibi acceptauit pro Cyrillo verba illa, Vnam naturam Dei incarnatam, acceptasse cointelligitur & prima illa, Non oportet, &c. (vt ex supra declaratis patet); Et ex hoc similiter, quòd per Synodum aperuit rectum sensum Cyrilli in ly Vnam naturam, &c. cointelligitur aperuisse, & rectum sensum eiusdem in ly non oportet, &c. cum vnum verborum illorum ad aliud sequatur, ut supra declaratum est. Alioquin D. Thomas, vt semper fidissimus, dixisset, Auctoritas illa; quoad primam suam partem, non est Cyrilli, ne videretur allegasse vnum pro alio, quod falsitatis est crimen. Ergo, inquies, D. Thomas est contra Synodum Chalcedonensem, quę, reiiciendo Eustathium, dixit, prædicta verba esse non Cyrilli, sed Eutichetis, & Dioscori, vt habetur supra in notatione. Negatur consequentia: imò dicitur, quòd Sanctus Thomas præmisso facto suo declarat intentum Synodi illius Chalcedonensis, & consequenter stat pro Synodo, non contra. Quasi facto illo suo diceret. Synodus Chalcedonensis, quando verba Cyrilli in argumento adducta dicit esse verba Eutichetis, & Dioscori, loqui intendit de uerbis illis, vt inductis falso sensu eorum, qui ea adducebant; non de uerbis illis, ut sic, neque de illis, vt inductis recto sensu Cyrilli. Ac si dixisset ad Eustathium, Verba, quæ tu adducis, tanquam Cyrilli, non seruiunt tuo proposito, quod concludere intendis, nisi pro quanto accipiantur extra sensum Cyrilli, & in sensu Eutichetis, & Dioscori; adeò quòd formaliter loquendo, idest in sensu peruerso apicibus Cyrilli abutentium, sunt uerba illorum hæreticorum, licet materialiter de eisdem loquendo, possint esse Cyrilli. Sapientissime igitur locuta est Synodus, quoniam ad intentum formale, pro quo adducebantur talia verba, respexit, & sic de uerbis iudicauit. Sciebat enim, quòd de intelligentia hæresis, non de scriptura est, & sensus, non sermo, sit crimen: ut olim Hilarius in lib. 2. de Trinit. dixit.

¶ COROLL. 2. His ergo præhabitis stantibus, omnia consona fiunt, quod secundum Philosophum, est signum magnum ueritatis. Primò D. Thomas à falsitatis in allegando, & diminutionis in respondendo, nota, optime vindicatur. Secundò Synodus quinta Cyrilli verba glossans: & cōsequenter per hoc illa pro Cyrilli verbis se habere ostendens, & rectè dicit, & tamen Concilio Chalcedonensi idipsum negati (ut dictū est) nō contrariatur. Tertiò Concilii huius Chalcedonēsis patres, quamuis in superficie uerborum diuersa dicant, non dissentire inter se in sēsu verborum demonstrātur. Pro cuius notitia fusiori sciendum, quòd in Concilio Chalcedonēsi aderant patres orientales cum suis, aderant & patres Aegiptij cum suis. Ad interlocutionem Eustathii in notatione post primū responsum, supra positam responderunt quidem orientales cum suis, ut ibi recitatum est, sed non sic Aegiptii. Quod ut uideatur clarius, & ut securius patres patribus iuxta prædicta non dissonare monstretur, ecce uerba formalia ibi in Concilio sequentia. Gloriosissimi iudices, & amplissimus Senatus dixerunt. Dicat sancta Synodus, si canonicis epistolis sanctæ memoriæ Cyrilli, quæ in Synodo publicatæ, & hic lectæ sunt, consonat interlocutio Eustathii Reuerendi episcopi. Et antequam responderet sancta Synodus, Eustathius Reuerendus episcopus Beryti, transiens in medium, & gestans librum, dixit. Si male dixi, ecce Codex; liber Cyrilli anathematizetur, & anathimatizer. Aegiptii, & qui cum ipsis Reuerendi episcopi clamauerunt. Eustathius bene dixit, Orthodoxus bene dixit. Probatissimi venerabilis Cyrilli æterna memoria. Eustathius Reuerendus episcopus Beryti dixit. Epistolæ sanctæ memoriæ Cyrilli sic habent. Et memoriter recitauit tenorem epistolæ inter cætera sic continentem: Non oportet igitur intelligere duas naturas, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam. Hæc ibi. Potuit forsan recte dici, quod illud dictum Aegiptiorum non est responsio ad iudices, & senatum, qui interrogauerat Synodum; sed est responsio ad immediate prolata ab Eustathio, id est ad ostensionem Codicis, &c.

ſp.p.q6.3 art.8.

¶ NOT. Vt textus responsalis clarior euadat, & consequēter intentum Cyrilli in auctoritate ab argumento adducta, ecce uerba omnia Concilii 5. Constantinop. confess. 8. c. 8. Si quis ex duabus naturis deitatis, & humanitatis confitens unitionem factam esse, uel unam naturā Dei uerbi incarnatam dicens, nō sic has uoces intelligit, sicut Patres docuerunt, quod ex diuina natura, & humana vnitione secundum subsistentiam facta, unus Christus factus est; sed ex talibus uocibus unam naturam, siue substantiam deitatis, & carnis Christi, conatur introducere, talis anathema sit. Secundum subsistentiam enim dicentes, unigenitum Deum Verbum carni unitum esse, non confusionem aliquam naturarum in seinuicem factā esse dicimus: sed magis, permanente utraq; hoc, quod est, unitum esse carni Deum Verbum intelligimus. Propter quod & unus est Christus Deus, & homo, idem ipse consubstantialis Patri ſm deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse ſm humanitatem. Aequaliter enim & eos, qui per partem diuidunt, uel incidunt, & eos, qui confundunt diuinæ dispēsationis mysterium Christi, reiicit, & anathematizat catholica Dei Ecclesia. Hæc ibi. In huius canonis principio per ly, vel, patet, ꝙ dicere, unam naturam Dei Verbi incarnatā, est dicere, ꝙ ex duabꝰ naturis deitatis, & humanitatis unitio facta est. Patet ergo, ꝙ in Cyrilli dicto illo, Vnam naturam Dei Verbi incarnatā duæ naturæ includebantur, ut supra in Coroll. 1. declarabatur. Patet etiam, ꝙ dictum Cyrilli duos sensus habere potest, unum catholicum à Cyrillo intentum, & à Concilio receptū, alterum hæreticum à Cyrillo alienum, & à Concilio anathematizatū. Ex his firmantur, ea quæ supra sparsim, à primo rñso ad primum, & infra dicebantur. Ex Concilio, ly consubstantialis nobis, &c. damnatur Valentinus, dicens, ꝙ Christus uerus quidem homo, at non eiusdem naturæ nobiscum.

2m ex Athanasio. Ita. B. Quātum ad unitatē personę, non quantū ad unitatem naturę. §. Tunc nihil &c. Nam unā tm̄ ꝑsonā, seu subsistentiā, & hāc diuinā, ponimus in Christo; ꝗuis duas naturas, ut nunc ꝑ Cōciliū claruit.

¶ NOT. Quod Athanasius habuerit hanc mētē ibi, patet ex suo contextu sic. Qui licet Deus sit, & homo; non duo tm̄, sed unus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino nō confusione substantiæ, sed unitate personæ. Nā sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita Deus & homo unus est Christus. Hæc in symbolo Athanasii. Quod quia ab Eugenio IIII. in suo decreto sacro, approbante Concilio Florent. uocatur compendiosa regula fidei, ad supradicta multa, maximè ad probandam articuli cōclusionem, tanquam diffinitio Ecclesiæ ualebit.

Tertium

3^m maior. Duarum naturarum vna non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicem transmutentur. R. Vel in persona vniant. §. Tūc nihil, &c. Nam diuina, & humana natura in vna persona, seu subsistentia vniunē; licet inconfuse, immutabiliter, indiuisē, inseparabiliter; i. sine confusione adinuicem, sine mutatione aliqua vnius in alteram, sine diuisione naturarum in partes ad hoc, vt naturæ ipsæ possint adinuicē vniri; sine separatione tamen vnius ab altera. Hæc patent, & ex Concilio Calcedonensi in argumento sed contra, & ex Concil. 5. Constantinop. in notat. supra ante secundum, & ex symbolo Athanasij in notatione post secundum. Ex tex. habes declaratum illud supra sępius ventilatum, s. naturam diuinam esse incarnatā; contra sensum Appollinaris de quo Papa Fęlix in epist. de Trisagio in Synod. 5. Dicere vnigenitum Dñm nostrum Iesum Christum, non esse in Deitate, & humanitate perfectum; sed vnam verbi Dei naturam incarnatam, corpusque domini sine anima, & mente; Appollinaris hæresim roborat. Hæc ibi. Sensus istæ est sensus reprobatus hic in texto.

*Lib. 3. orth. fidei c. 6.

AD TERTIVM dicendum, q sicut Dam.* dicit, Natura diuina dr̃ incarnata: quia est vnita carni personaliter, nō q sit in naturā carnis cōuersa. Silr, & caro dr̃ deificata (ut ipse dicit) non per cōuersionē, sed per vnionē ad uerbum saluis suis ꝓprietatibus naturalib. vt intelligat̃ caro deificata: quia facta est Dei verbi caro, non quia facta sit Deus.

A R-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Appollinaris dicentis, q in ipso incarnationis opere aliquid Verbi in carnē fuit conuersum. Item Eutychetis (Alfons. Castr. ad hæ. Christus) dicētis, q licet Christus fuerit incarnatus, in ipso tamē incarnationis momento caro in diuinitatem fuit conuersa. Item eiusdem per consequentiā expressam ex priori, dicentis, q Christus cum vna persona vnam tantum habuit naturam, s. diuinam. Item Arrianorum, & Prochanitarum (Alfons. ibidem) dicentium: Christus solam humanam habuit naturam. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has rite damnatas à Concil. quinto Constantinop. supra ante secundum adducto. Item à Concil. Chalcedon. actio. 5. in diffinitione sua, sic. Alij confusionem, & commixtionem introducentes, vnamque esse naturam carnis, & Deitatis insensate fingentes, passibilem vnigeniti naturam diuinam confusione monstruantur. Propter hoc omnem ipsis claudi contra veritatem machinam volens, præsens nunc sancta magna, & ęcumenica Synodus, &c. Excogitantibus cognitionem, vel confusionem in duabus naturis Christi obsistit; & confabulantes duas quidem ante vnionem naturas Domini; vnam autem post vnionem autumantes anathematizat. Sequentes igitur sanctos Patres, vnum, & eundem confiteri filium dominum nostrum Iesum Christum, consonanter omnes docemus; perfectum ipsum in Deitate, & perfectum ipsum in humanitate, Deum verē, & vere hominem, &c. in duabus naturis inconfusibiliter, inconuertibiliter, indiuisibiliter, inseparabiliter cognoscendum; nulla naturarum differentia sublata propter vnionē. Hæc ibi. Item ab eodem actio. 1. Nam cum inter cętera multa ex actis Ephesinæ Synodi secundæ, legeretur sic. Consentimus, & confitemur ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post vero adunationem, vnam naturam confitemur. Orientales, & qui cum ipsis erāt episcopi dixerūt: Ista nemo dixit. Anathema ei, qui dixit ista. Homicida dixit, Aegiptij dixerūt. Ista Pharaonis sunt. Anathema, qui ista dixerunt. Hæc Dioscori sunt, &c. Hæc ibi ex summa Conciliorū. Vnde patet, ab hac Generali Synodo, quæ est de quatuor principalibus, & 630. Patrum, damnari Ephesinam secūdam Synodum, veluti reuera profanam. Damnatur & prædicta Synodus Ephesina secunda, à Leone I. Papa in epist. Synodali ad Constantinopolitanos; quæ incipit, Leo Episcopus, & sancta Synodus, &c. Et est a 1. in ordine epistolarū in primo tomo Conciliorum. Item alias hæreses damnari à Leone I. Papa in epist. ad Flauianum, quę est decima in ordine, sic: Cum ad interlocutionem examinis vestri Eutyches, responderit dicens; Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post adunationem verò vnam naturam confiteor; miror tam absurdam, tanq; peruersam eius professionem nulla iudicantium increpatione reprę̄hensam, & sermonem nimis insipientem, nimisq; blasphemum, ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum; cū tam impiè duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Dei filius fuisse dicat̃, quam nefarie, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Hæc ibi. Item ab eadem Synodo Chalcedonensi actio. 2. Post lectionem namque prædictæ Leonis epistolæ, Reuerendi episcopi clamauerūt. Hæc Patrum fides. Hæc Apostolorum fides. Omnes ita credimus. Orthodoxi ita credimus; Anathema, qui ita non credit. Petrus per Leonem ita locutus est. Apostoli ita docuerunt. Piè, & vere Leo docuit. Leo, & Cyrillus similiter docuerunt. Anathema, qui non sic credit. Hæc vera fides. Catholici ita sapimus. Hæc Patrum fides. Hucusque illud Concilium. Vbi & de Cyrilli doctrina, quàm supra in ad primum vidisti, bonum testimonium perhibetur. Item à quinta Synodo Constantinop. confess. 6. immediate post recitatum symbolum 150. Patrum; quæ ibi sub eisdem ferme syllabis, quibus usa est Chalcedonensis supra in diffinitione sua, & falsa circa hoc dogmata anathematizat, & vera complectens determinat. Item à Concilio Toletano undecimo. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nec tamen Verbum ipsum in carnē conuersum, atq; mutatum est, ut desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset: sed ita Verbum caro factum est, vt non tantum sit ibi Verbum Dei, & hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima, atque hoc totum, & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei filio duas credimus esse naturas; vnam diuinitatis, alteram humanitatis: quas ita in se vna Christi persona vniuit, vt nec diuinitas ab humanitate, nec humanitas à diuinitate possit aliquando seiungi. Hæc illud Concilium in confessione fidei ante omnia publicata. Ex cuius vltimis verbis intellige sensum supra Concilii Chalcedonēsis, quando dixit, Dominum Christum in duabus naturis esse indiuisibiliter, inseparabiliter agnoscendum. Nota in Toletano, quòd per ly hoc totum, intelligit personam. Persona enim eadem, & Deus est propter Deum, & homo est propter hominem, idest naturam humanā. Item à Concilio Ephesino primo, ex epistola synodica Cyrilli. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conuersam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei Verbi essentiam commutatam. Inconuertibilis est enim & incommutabilis, idemque ipse, iuxta scripturas iugiter permanens. Hæc ibi. Item a Concilio Toletano primo, confirmato authoritate Leonis I Papæ, cap. 21. de regulis fidei catholicæ. Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatem Christi conuertibilem fuisse, vel passibilem, Anathema sit. Item à Concilio Syrmiensi pro parte, qua erat sacrum, cap. 11. Si quis audiens, Verbum caro factum est, Verbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta suscepisse carnem, Anathema sit. Aduertendum pro semper, q Concilium Syrmiense partim fuit sacrum, partim profanum. Nam hæreticis omissis, catholici tradiderunt in eo fidei propositiones orthodoxas contra Arrium, ut legitur in summa Conciliorum. Vide pri. par. quæstio. 42. Appendix illorum articulorum; ubi de hoc ipso Cōcilio plura narrantur, ex eadem summa: & vbi protestatio fit, sicut etiam nunc, quòd nunq̃ Concilium illud pro parte, qua profanum est, adductū uolo alicubi, neq; intelligi. Hilarius, & Athanasius (si credimus Francisco Feuardentio adu. hæres. lib. 3.) laudant Syrmiensis Concilii ista decreta; s. Si quis quod scriptum est, Faciamus hominem, non patrem ad filium, sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse Deum; Anathema sit. Item si quis illud, quod scriptum est, Pluit Dñus à Dño, non de patre, & filio perceperit; sed ipsum à semetipso pluere dixerit, Anathema sit. Non est igitur, et sm istos sanctos Doctores Concilium Syrmiense ex omni parte profanum. Quapropter pro parte illa, qua sacrum est, potest ad roboranda fidei dogmata, oppositaq; reuicienda, adduci. Item hæreses illas damnari à Concilio Niceno 2. actio. 7. in definitione fidei, sic. Ad hæc duas naturas Verbi incarnati ꝓpter nos ex immaculata Virgine Maria confitemur; perfectum Deum, & perfectum hominē cognoscētes, quemadmodū Synodus in Chalcedone habita declarauit; Eutychemq;, & Dioscorum blaspemantes in illius diuinitatem exterminamus. Hæc ibi. Item a Papa Leone II. in Bulla scripta ad Constantinum Augustum, sic. Cognouimus, q sancta, & vniuersalis, & magna sexta Synodus, quæ per Dei gratiam Imperiali decreto in regia urbe noper congregata est, decreuerit sub orthodoxæ fidei integritate, unū esse de sancta, & inseparabili Trinitate Dominum nostrum Iesum Christum ex duabus, & in duabus naturis inconfuse inseparabiliter, indiuise consistentē; ut uere Deum perfectū, & hominē perfectū eundē ipsum, saluaq; proprietate uniuscuiusque in eo conuenientiū naturarū, eundē ipsum diuina operatū, vt Deū, & humana inseparabiliter operatū ut hoiem absq. solo peccato. Et infrà. Icirco & nos, & p nr̃m officiū hæc ueneráda sedes Ap̃lica, cōcorditer, ac unanimiter his, q̃ diffinita sunt ab ea cōsentit; & B. Petri authoritate cōfirmat: sicut supra solidatā petrā, q Christus est, ab ipso Dño adeptus firmitatē. Et infra. Anathematizamus ꝓinde, atq; execramur oēs hæreses, oēsq; earū authores, atq; fautores, &c. i. Arriū, Sabelliū, Appollinarē, Eutychē, Dioscorū, Origenē, q & Adamantius, &c. Hucusq; Leo II. Item à Concil. Tole. 6. can. 1. Et cū tota cooperata sit Trinitas formationē suscepti hominis; qm̃ inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tñ filius suscepit humanitatē in singularitate ꝑsonæ, nō in unitate diuinæ naturę, .i. in eo, quod propriū est filii, non quod cōe est Trinitati. Tertiò 3
habes, quomodo per rationem supradicta omnia, pro quanto vnionem incarnationis decernunt non fuisse factam in natura, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò uides, quomodo ex his uicis- 4
sim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN art. 1. q. 2. declarandus esset titulus, nisi in corpore articuli declararetur.

¶ In corpore articuli sunt duæ partes principales: in prima declaratur titulus, declarando quid significet in proposito ly natura. Vbi nota, quod Auctor discurrendo per diuersas significationes, ordine quodam conuenientes nomini naturæ, decernit in hac quæstione naturam significare essentiam rei, & ex hac determinatione, vt clarificatum reliquit titulum articuli. Et vere sic est: quoniam ex hoc ipso, quòd Naturæ nomine essentiam intelligimus, claré constat, quid est vniri in natura, scilicet vniri ad essentiæ integritatem, vt expresse Auctor deduxit ex eodem præsupposito, in 4. contra Gen. cap. 41. Quærere igitur an vnio verbi incarnati sit facta in natura, est quærere an verbum, & humana natura sint vnita in vna essentia, an conuenerint ad integrandam vnam essentiam. In secunda parte corporis respondetur quæsito negatiue vnica cóclusione: Impossibile, est, vnionem Verbi incarnati esse factam in natura. Hæc aũt conclusio tali modo, & ordine in littera probatur. Primò ponitur distinctio trimembris de modo, quo aliquid vnum ex pluribus constitui potest: primus modus est, q̃ aliquid vnum fiat ex plurib. perfectis, remanentibus in sua integritate: secundus modus est, quod aliquid vnum fiat, ex pluribus perfectis quidem, sed non permanentibus, sed transmutatis: tertius est, quod aliquid vnũ fiat ex pluribus permanentibus quidem, sed imperfectis. Et iuxta singulos modos seruato ordine quo recitati sunt, probat conclusioné propositam tripliciter, vt patet claré in litera.

¶ Circa illam literæ rationem, qua probatur, non posse aliquid conuerti in diuinam naturam, quia est ingenerabilis, aduerte, quòd dupliciter põt intelligi aliquid cõuerti in aliud. Primò p̃ transubstantiationẽ: sicut panis in sacro altaris conuertit̃ in corpus Christi. Secundò p̃ transmutationẽ: sicut alimentum cõuertitur in corpus animalis, quod nutrit̃: & similiter elementa conuertunt̃ in mistum, ſm opinionem tenentium elementa non remanere, secundũ suas substantias in misto. Non est in præsenti ratione sermo de conuersione primo modo: qm̃ nõ valeret ratio: quia ex hoc, q̃ aliquid est ingenerabile, non sequitur quod non possit diuina virtute transubstãtiari in ipsum: quin potius de facto in corpus Christi gloriosum, qđ est incorruptibile, cõuertitur panis in Eucharistia: sed est sermo de cõuersione secundo modo: quia de tali disputat̃ in scđo modo, quo ex pluribus perfectis transmutatis fit vnum, vt patet in litera.

¶ Circa rationem illam, quia diuina natura, & humana non possunt cõstituere aliquid per modũ formæ, & materiæ, nota duo. Primum est ly præsertim corpore: dixit. n. hoc Auctor ad præseruandum sermonem suum ab informatione secundum esse intelligibile. Dictum est enim in 1. lib. q. 12. q̃ diuina essentia potest esse forma intelligibilis intellectus creati: sed alterius rationis, ac ordinis esse formam in esse intelligibili intellectus creati, & conuenire cum aliquo corporeo per modum formæ, & materiæ ad constituẽdum aliquam naturam. hoc enim maximã imperfectionem, & informationem rei secũdum esse materiale poneret in diuina natura: illud autem nullam imperfectionem, aut informationem secundum esse ponit in diuina essentia, vt ibi patuit. Secundum est, q̃ sequela, in litera subiuncta, s. sequeret̃. n. quod species resultans esset cõicabilis pluribus, fundatur super illa propositione. Omnis natura composita ex materia & forma, est cõis plurib. quæ ex primo cæli sumitur. Quæ propositio vera dr̃, quantum est ex se: potest. n. aliunde, puta ex hoc, quod constat ex tota sua materia non inueniri, nisi in vno natura illa, vt de mundo ibidem dr̃. Est igitur omnis natura ex materia, & forma composita ſm se communis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus, nisi cõiter ex tota sua materia. Et quia natura illa resultans in Christo ex diuina natura, vt materia, nõ constaret ex tota sua materia (vt patet: quia multæ naturæ humanæ singulares inueniuntur vltra illam, quæ est in Christo) sequitur q̃ defacto posset natura illa resultans plurificari: ac per hoc possent esse plures, immo infiniti Christi eiusdem speciei specialissimæ.

¶ In eodem primo articulo, in responsione ad secundum circa similitudinem ab Athanasio datam, perspice quod similitudo dicitur tenere quantum ad hoc, id est quantum ad vnitatem suppositi vtrobique. Nec aliud sonant verba Athanasij, nisi similitudinem quo ad vnitatem suppositi; dicendo, sicut anima rationalis, & caro vnus est homo. nam vnus homo, vnum suppositum manifeste significat, & non ponit similitudinem quo ad vnitatem naturæ, nec quo ad modum constituendi vnum suppositum: neque enim illo modo vnum suppositum Christi constat ex diuina, & humana natura, sicut vnus homo constituitur ex anima, & corpore: quoniam vnus homo, puta Petrus, constituitur ex anima, & corpore, vt ex veris partibus componentibus ipsum Petrum: est enim persona Petri composita ex hac anima, & corpore, vt partibus suis. Christus autem non constituitur in suo esse personali per vtramq; naturam, diuinam, s. & humanam, vt infra patebit. Intellige igitur similitudinem quantum ad ipsam vnitatem suppositi, vtrobiq; subsistentis in duobus: ibi in natura animæ rationalis, & carnis, hic in natura Dei, & hominis: diuersimode tamen iuxta diuersas conditiones eorumdem. Diligenter autem pensato illa verba literæ: Vnitas vero personæ constituitur ex eis, scilicet anima, & corpore vnitis, inquantum est vnus aliquis subsistens in carne, & anima, oportet namque hæc scrutari, in quæst. 4. articu. 2. vbi inquiretur, & definiendum est quid persona humana, puta Petrus, addit supra suam, hoc est singularem humanitatem, qua est hic homo.

Cap. 9. d. 5. q. 3. con. 2. & 1. d. 4. q 2. con. 9. Medina. ar. 2.

SVPER Q. II.

8 Locis sup. ar. 1. inductis. 1. p. q. 3. ar. 8. † p. p. q. 29. art. 11.

Artic. II.

CONCL. Vnio ista facta est in Verbi persona.

¶ PROB. 1. Quia omne, quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona: Et humana natura per istam vnionẽ inest personæ Verbi (idest Verbi persona habet naturam humanã sibe vnitam); quamuis ad eius naturam diuinam non petineat. Secundò, quia si humana natura Verbo Dei non vnitur in persona, nullo modo ei vnitur (patet à sufficienti diuisione apud catholicos; Aut in natura, inquiunt, aut in persona); Et sic totaliter tollitur incarnationis fides, quod est tollere totam fidem Christianam.

Aliquantulũ a pei. videlicet 1 3. pag.

† Lib. 3. c. 11. & li. 1. c. 11. ad sẽsum saltẽ.

Primum

ARTICVLVS II.

Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in persona.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ vnio verbi incarnati non sit facta in persona. Persona enim Dei non est aliud a natura ipsius, vt habitum est in primo. † Si ergo vnio non est facta in natura, sequitur, q̃ non sit facta in persona.

¶ 2 Præt. Natura humana non est minoris dignitatis in Christo, quàm in nobis: personalitas autem ad dignitatem pertinet. vt in primo habitum est. † Cum ergo natura humana in nobis propriam personalitatem habeat, multo magis habuit propriam personalitatem in Christo.

¶ 3 Præt. Sicut Boet. dicit in lib. de dua. na. * Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia: sed verbũ Dei assumpsit naturã humanam indiuiduam. natura. n. vniuersalis non subsistit secũdum se, sed in nuda contemplatione consideratur, vt Dama. dicit. † ergo humana natura habet suam personalitatem. Non ergo videtur, quòd sit facta vnio in persona.

SED CONTRA, quòd est in Chalcedo. * Synodo legitur, Non in duas personas partitum aut diuisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum, Deum verbum, Dominum nostrum Iesum Christum confitemur. ergo facta est vnio uerbi in persona.

* Habet̃ in Concil. 1. Ephes. in epi. Synodi ad Nestorium: & ẽt in loco citato art. prę. in arg. Sed cõtra. Art. præc.

RESP. Dicendum, quòd persona aliud significat, quàm natura. Natura enim vt dictum est, * significat essentiam speciei, quam significat definitio. Et si quidem his, quæ ad rationem speciei pertinent. nihil aliud adiunctum inueniri posset, nulla necessitas esset distinguendi naturam à supposito naturæ, quòd est indiuiduum subsistens in natura illa, quia vnumquodque indiuiduum subsistens in natura aliqua, esset omnino idem cum sua natura. Contingit autem in quibusdam rebus subsistentibus inueniri aliquid, quod non pertinet ad rationem speciei, scilicet accidentia, & principia indiuiduantia (sicut maximè apparet in his quæ sunt ex materia, & forma composita, & ideo in talibus etiam secundum rem differt natura, & suppositum, non quasi omnino aliqua separata: sed quia in supposito includitur ipsa natura speciei, & superadduntur quædam alia, quæ sunt præter rationem speciei. vnde suppositum significatur vt totum, habens naturam sicut partem formalem, & perfectiuam sui, & propter hoc in compositis ex materia & forma natura non prædicatur de supposito: non enim dicimus, quòd hic homo sit sua humanitas. Si qua vero res est, in qua omnino nihil aliud est præter rationem speciei, uel naturæ suæ (sicut est in Deo) ibi non est aliud secundum rem suppositum, & natura, sed solum secũdum rõnem intelligendi: quia natura dr̃ ſm q̃ est essentia quædam, eadẽ vero dicitur suppositum, ſm q̃ est subsistens. Et quod est di-

ctum *

1m de antecedente. Non est aliud. R. Secũdum rem: non, secundum rationem. §. Tũc nihil, &c. Nam sufficit earum distinctio tñ secundum rationem, siue secundum modum significandi, ad hoc, vt vnio fiat in psona, non in natura. Ex textu patet declarari egregie, quid sit, vnionẽ esse factam in persona, non autem in natura. Ideo vide illic, & bene commenda memoriæ, pro multis occurrẽtiis.

* In istomet ar.

2m de conclusione. Habuit propriam psonalitatem in Christo. R. Nisi natura ipsa humana habuisset psonalitatem increatã sibimet cõicatam. §. Tunc nihil, &c. Nam dignius est alicui, vt patet, quod existat in aliquo se digniori, q̃ quod existat per se, vt exemplo monstratur in text. Ex quo exemplo infer tu è vestigio; q̧ maius & nobilius est esse seruũ Dei, quàm esse dominũ totius mundi. Vide artic. 3. ad tertium.

† In lib. de duab. naturis aliquãtulum a principio.

3m ex Boetio. Indiuidua substãtia. R. Per se separatim existens: non, existens in aliquo perfectiori. §. Vt patet in textu, de manu Socratis. Tũc nihil, &c. Nam filius Dei assumpsit naturã humanam indiuiduã quidem, sed non per se separatim existentem. Consequenter ergo Verbũ non assumpsit humanã psonam, cũ natura humana; licet naturam humanam traxerit ad existere in persona sua diuina. Et hoc est vnionẽ factam esse in persona.

In cor. ar.

ctum * de supposito, intelligendum est de persona in creatura rationali, vel intellectuali: quia nihil aliud est persona, quàm rationalis naturæ indiuidua substantia, secundum Boetium. † Omne igitur quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius siue non unitur ei in persona. Si ergo humana natura verbo Dei vnitur in persona, nullo modo ei unitur, & sic totaliter tollitur incarnationis fides, quòd est subruere totam fidem Christianam. Quia ergo Verbum habet naturam humanam sibi vnitã, non autem ad suã naturã diuinam pertinentem, cõsequens est quod vnio sit facta in Verbi persona, nõ autem in natura.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licèt in Deo non sit aliud secundum rem natura & persona, differt tamen secũdum modum significandi, sicut dictum est, quia persona significat per modum subsistentis. Et quia natura humana sic unitur verbo, vt verbum in ea subsistat, non autem vt aliquid addat ei ad rationem suæ naturæ, vel vt eius natura in aliud transmutetur, ideo unio humanæ naturæ ad verbum Dei facta est in persona non in natura.

AD SECVNDVM dicendum, q̧ personalitas intantum pertinet ad dignitatem alicuius rei & perfectionem, inquantum ad dignitatem alicuius rei, & perfectionem eius pertinet, quòd per se existat, quod in nomine personæ intelligitur. Dignius autem est alicui, quòd existat in aliquo se digniori, quàm quòd existat per se. Et ideo ex hoc ipso humana natura dignior est in Christo, quàm in nobis, quòd in nobis quasi per se existens propriam personalitatem habet, in Christo autem existit in persona uerbi. Sicut et esse completiuum speciei pertinet ad dignitatem formę, tamen sensitiuum nobilius est in nomine propter coniunctionem ad nobiliorem formam completiuam, quàm sit in bruto animali, in quo est forma completiua.

AD TERTIVM dicendum, q̧ uerbum Dei non assumpsit humanam naturam in uniuersali, sed in atomo, id est in indiuiduo (sicut Dama. dicit †) alioquin oporteret, quòd cuilibet homini conueniret esse Dei verbum, sicut conuenit Christo. Sciendum est tamen, quòd nõ quodlibet indiuiduum in genere substantiæ etiam in rationali natura habet rationem personæ, sed solum illud, quòd per se existit, non autem quòd existit in alio perfectiori. vnde manus Socratis quãuis sit quoddam indiuiduum, non tamen est persona, quia non per se existit: sed in quodã perfectiori, s. in suo toto. Et hoc et põt significari in hoc q̧ persona dicitur substantia indiuidua: non enim manus est substantia, sed pars substantiæ. Licèt ergo hæc humana natura sit quoddam indiuiduum in genere substantiæ, quia tamen no per se separatũ existit, sed in quodam perfectiori, s. in persona Dei verbi, cõsequens est, q̧ non habeat personalitatem propriam. Et ideo facta est unio in persona.

† Li. 3. orth. fid. cap. 21.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem (quæ & valebit ad profligãdos errores recensẽndos, & recensibiles in append. ar. 3. pp causam in illius articuli corpore dicendam) interimas hæresim Nestorij dicentis; Christum duas habuisse personas, alteram diuinitatis naturæ, alteram humanitatis. Item eiusdem sub his verbis: Christus non vnus in Deitate, & humanitate fuit; sed separatim alter filius Dei, alter filius hominis. Item hæresim Seueri Antiocheni dicentis, in Christo fuisse vnionem non personalem in duabus naturis vere subsistentem; sed tantum habitualem, id est secundum habitum, proprietatem, conditionemque quandam diuinam; qua, cum solus esset homo, diuina tamen assistente per quandam participationem virtute, miracula operaretur. Item Io. Hus (Prat. Hussitæ) dicentis: Duæ naturæ diuinitas, & humanitas sunt vnus Christus; Vel sic, Duas naturas in Christo diuinitatem, s. & humanitatem vnũ efficere Christum. Non enim diuinitas, & humanitas vnus est Christus, vel vnũ efficiunt Christum, nisi inquantum vniuntur in vna persona diuina; de qua tamen persona, ac si illarum naturarum vnio non sit facta in persona, nullam facit mentionem ipse Huss. Item eiusdem Augustini de Roma Archiepi Nazareni (vt refert Cardinalis Turrecremata lib. 1. de Ecclesia, cap. 68.) dicentis; In Christo humana natura uere est Christus, & eadem est persona Christi: item, In Christo humana natura est persona Verbi. Ergo, secundum huius verba, vnio non videtur facta in persona, modo catholico per articulum præsentem exposito. Non. n. natura humana est Christus, neque persona Christi, neque persona Verbi: sed natura humana simul cum diuina vniuntur in vna persona, quæ est persona Verbi, & eadem numero persona est nũc post incarnationem persona Christi, seu Christus, ar. 3. ad secundum. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, has prã suæ cuiusque portione merito damnari à Christo Io. 8. vbi interrogatus Dominus quis esset, respõdit, Ego principium, qui & loquor vobis. Patentissimum. n. est, q̧ Iudęi interrogabant de psona, cum ly tu, ly quis, significent personã: & pe psona quidem humana, cũ diuinã in Christo nõ crederẽt, imò negarẽt. Rñsio igit Dñi, tanq̃ prudentissimi: cointelligitur esse de psona, & de humana qdẽ: alioquin ad interrogata minime conquadraret. Rñdens ergo dicit, Ego sum principiũ. Persona igit humana in Christo est principiũ, si principiũ; ergo Deus. Nam persona humana creata nõ est principiũ: sed est principiatũ, & dupliciter quidẽ, vt in nobis apparet. Est. n. quid principiatũ a Deo, cum sit ab ipso creata: & est quid principiatũ a principiis speciei, cũ ex ipsis coniunctis adinuicẽ resultet. Dixisset ergo Christus de psona sua humana rñdẽs, Ego principiatũ; si psona sua humana esset qd creatũ. Dicendo igit, q̧ illa est pricipiũ, patẽter demõstrat, q̧ vnio incarnationis, qua mediãte ipse loquit nobis, est facta in psona diuina, & consequenter oẽs hæreses cõtrarium dicentes, vel inferentes, condẽnat. Itẽ a Concil. Constantiensi sess. 15. postq̃ inter 30. errores Io. Huss, viderat hunc. s. duæ naturæ, diuinitas, & humanitas vnus est Christus, dicẽre sic. Hęc sacrosancta Cõstantiensis Synodus declarat, & definit, articulos, quos idem Io. Huss in publica audientia corã patrib. & plati hui9 sacri Cõcilii confessus fuit, contineri in suis libris, & opusculis, non esse catholicos, nec tanq̃ tales esse dogmatizandos: sed ex eis plures esse erroneos, alios scandalosos, aliquos piarum aurium offensiuos, pluresq; eorum esse temerarios, & seditiosos, & nonnullos eorundẽ esse notorie hæreticos, & iamdudũ a sacris patribus, & generalibus Cõciliis reprobatos: & damnatos, ipsosque prædicare, dogmatizare, aut quomodolibet approbare districte inhibendo. Sed cum infrascripti articuli expresse contineantur in libris, seu tractatibus suis, videlicet in libro, quem intitulat de Ecclesia, & aliis suis opusculis; ideo libros prædictos, & doctrinam, & singulos alios tractatus, & opuscula in latino, siue vulgari Bohemico per ipsum editos, aut in quocumque alio idiomate per alium, vel per alios translatos, hæc sacrosancta Synodus reprobat, atque condemnat; comburendos publicè, & solemniter in præsentia cleri, & populi in ciuitate Constantiensi, & alibi decernit, & definit; adiciens propter præmissa omnem eius doctrinam meritò esse, & fore suspectam de fide, & ab omnibus Christi fidelibus euitandam. Et vt de medio Ecclesiæ illa perniciosa doctrina eliminetur, hæc sacrosancta Synodus prorsus iubet, per locorum Ordinarios tractatus, & opuscula huiusmodi per censuram Ecclesiasticam, etiam si opus fuerit, cũ adiectione poenæ & fautoriæ hæresis, diligenter inquiri, & repertos publicè concremari. Si quis autem huius sui æ, ac decreto violator, aut cõtemptor extiterit, statuit eadẽ sancta Synodus, p locorũ Ordinarios, & Inquisitentes hereticæ prauitatis cõtra talẽ, vel tales, veluti suspectũ, uel suspectos de hæresi pcedendũ. Hucusq; Cõciliũ. Isẽ à Concilio Constantinop. 5. consess. 8. c. 5. Si quis subsistentiã Dñi nostri Iesu Christi sic intelligit, tanquam suscipientẽ multarum

a

A R-

subsistentiarum significationem, & per hoc introducere conatur in mysterio Christi duas subsistentias, vel personas; & duarum personarum, quas introducit, vnam personam dicit secundum dignitatem, honorem, & adorationem (sicut Theodorus, & Nestorius insanientes cõscripserunt; & calumniãtur sanctam Synodum Calcedonensem, tanquam secundum hunc impijssimum intellectum vsam vnius subsistentiæ vocabulo) & non confitetur, Dei Verbum carni secundum subsistentiam vnitum esse, & propter hoc vnam eius subsistentiam, seu vnam personam; & sic sanctum Concilium Chalcedonense subsistentiam vnam Domini nostri Iesu Christi confessum fuisse: talis anathema sit. Neque enim adiectionem personæ vel subsistẽtiæ, sancta Trinitas suscepit ex incarnato vno de eadem Trinitate Deo Verbo. Hæc ibi. Nota, quòd Concilium hoc pro diuersis suis verbis & huic, & alijs quibusdam patrocinatur articulis: & ideo, etiamsi non repeteretur in illis scito te

Notãdum p semper. hunc canonicum pro illis petere suffragium. Quod autem de hoc Concilio dixi, intelligas quoque de multis dictis alijs, siue Pontificum Romanorum, siue Conciliorum, siue scripturarum, quæ hactenus à principio Angelicæ huius summę allegata sunt, vel in futurum allegabuntur. Item ab eodem Constantinop. ibid. cap. 7. Si quis in duabus naturis dicens, non vt in Deitate, & humanitate Dominum nostrum Iesum Christum cognosci confitetur, vt per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusa, & ineffabilis vnitio facta est, neque Verbo in naturam carnis transfigurato, neque carne ad Verbi naturam translata (manet enim vtrumq; quod est secundum naturam, etiam facta vnitate secundum subsistentiam); sed propterea numero duarum naturarum vtitur, tanquam separatim vnaquæq; natura propriã habeat subsistentiam;

talis

talis anathema sit. Item à Concilio Toletano primo, Can. 21. de regulis fidei catholicæ sic. Credimus filium Dei Deum natum à patre ante omne omninò principium, sanctificasse vterum Virginis Mariæ, atque ex ea verum hominem sine virili semine generatum suscepisse, duabus dumtaxat naturis, id est Deitatis, & carnis in vnam conuenientibus omnino personam, idest Dominum nostrum Iesum Christum. Hæc ibi. Per ly hominem intelligit humanitatem, vt ouuc ex Toletano 6. & 11. videbis. Item à Concilio Toletano 6. in principio facta confessione fidei catholicæ sic. Ex his tribus personis solum filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiã Adę originaliter, & nostro libero arbitrio contraxeramus, resoluenda, à secreto patris prodijsse, & humanitatẽ sine peccato de sancta semper Virgine Maria assumpsisse, vt idem filius Dei patris, esset filius hominis, Deus perfectus, & homo perfectus; vt homo perfectus, & Deus esset vnus Christus, naturis vna persona, ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo esset geminata persona. Hæc ibi. Itẽ clarius adhuc à Concilio Toletano 11. in pronunciatione principio posita, & declaratione dogmatũ fidei catholicæ. Nec tamen, quia duas in filio diximus esse naturas, duas causabimus in eo esse personas: ne Trinitati (quod absit) accedere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturã; & in ęternum psona diuinitatis tẽporalem accepit substãtiam carnis. Hæc ibi. Item à &c. vt ar. 3. appen. propter rationem di-
cendam tunc. Tertio habes, quõ per rationẽ prædicta omnia Con- 3
cilia, scripturas, pro quanto vnionem statuunt esse factam in persona, & intelligas, & probes, & defendas. Quartò vides, quomodo ex 4
his vicissim Angelica hæc doctrina firmetur.

Pro supra q. 1. art. 2. & 4.

Pro infrà q. 4. ar. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN artic. 2. eiusdem 2. q. prædeclarandus esset titulus, nisi in corpore articuli declararetur.

¶ In corpore igitur articuli tria fiunt. Primò declaratur ly persona. Secundò ly vniri in persona: per hæc enim duo titulus patet. Tertiò respondetur quæsito vnica conclusione affirmatiua. Vnio verbi incarnati est facta in persona, ita quod non in natura.

¶ Primum fit declarando differentiam inter personam, & naturam, ex diuersa significatione nominum naturæ, & personæ. Vbi scito, quòd personæ, & naturæ nominibus nõ intelligimus hæc vocabula, natura, & persona, quæ importãt naturam, & personam in actu signato, sed nomina, quæ significant naturam, & personam in actu exercito, vt humanitas, & hic hõ, seu Socrates, & sic de alijs: ita quod ex eo, quòd aliud significat humanitas, & similia nomina naturarũ, & aliud significat Socrates, & alia nomina personarum, monstrantur differentia in rebus significatis, s. natura, & persona. Procedit autem litera ex differentia inter naturam, & suppositum, ad differentiam inter naturam & personam: à communioribus tradẽs doctrinam. Soppositum enim cum idem sit quod prima substantia commune est omni naturæ generis substantiæ, persona autem in sola rationali, seu intellectuali natura inuenitur: ita quod sicut suppositum significat primam substantiam, in quacumque specie substantiæ sit, ita persona significat primam substantiam in genere intellectualis substantiæ. Et propterea in litera dicitur, quod differentia assignata inter naturam, & suppositum, intelligenda est etiam inter naturam & personam: contrahitur enim per ly persona, ly natura ad irrationalem, & perinde est ac si diceretur suppositum naturæ rationalis.

¶ Et quoniã diuersimode in diuersis inuenitur aliud, & aliud, quod significatur nominibus, naturæ, & personæ quia in quibusdam inuenitur aliud secundum rem, in quibusdam aliud secundum rationem tantum: Deo in litera post propositam differentiam significati per naturam à significato per personam, quatuor facit. Primò ostendit quare in quibusdam secundum rem distinguuntur natura, & suppositum dicens hoc ideo esse, quia naturæ potest inueniri aliquid coniunctum, præter id, quod de ratione sua formali est. Et rationem ita ponderat Auctor, vt ex affirmatione affirmationẽ, ex negatione negationem inferat, hoc est, quod in illis substantiis, in quibus inoenitur aliquid vltra naturam specificam, suppositum, & natura distinguuntur secundum rem, & in illis, in quibus nil inuenitur præter naturam specificam, suppositum, & natura non distinguuntur secundum rem. Secundò explanat in quibus substantiis manifeste subsumi potest distinctio talis secundum rem, vel non distinctio, & dicit, quod in substantiis compositis ex materia, & forma, quibus inueniuntur, & accidentia, & principia indiuiduantia præter naturam specificam, suppositum, & natura distinguuntur secundum rem. Tertiò declarat, qualiter distinguuntur secundum rem, & dicit. Distinguunt non tanquã duæ res separatæ, sed tanquam eadem superaddens aliqua alia. Vbi oouerit distinguaot, qood distingui secundum rem contingit dupliciter: primo, sicut duæ res, quarũ una nihil est alteri, ut albedo, & dulcedo, vt Socrates, & Plato, &c. alio modo sic, vt vna res includat totam aliam, & superad-

dat

dat ei aliud, & hoc modo suppositum distinguitur a natura secundũ rem, quia, s. includit naturam, & addit aliqua alia. Et ne hoc voluntarie dici videatur, ex duobus effectibus hoc probat, primo ex modo significãdi, quia hinc prouenit, quod significatur suppositum per modum totius, & natura per modum partis formalis perspectiue suppositi. Secũdò ex negatiua prędicatione: quia hic homo non est sua humanitas. ex hoc enim quòd Socrates est vt totũ quoddã respectu naturæ, & aliorum superadditorum, prouenit vtrumque, & quod sic significetur ut totum, & natura vt pars, consõtutiua tamẽ ipsius, & falsa sit affirmatio naturę de Socrate, utpote partis de toto. Quartò sub alio membro subsumit substantiam diuinam, in qua natura, & suppositum sola ratione distingnuntur, quia nihil in Deo vltra suam naturam inuenitur.

¶ Sed occurrunt circa hæc multa dubia. Primum est, an differentia realis posita hic inter suppositum, & naturam, habeat locum in angelis. Et est ratio dubij, quia in prima parte, q. 3. articu. 3. dixit Auctor in substantiis separatis suppositum esse idem secundũ rem qood natura: ita quod Gabriel est sua Gabrielitas, cuius oppositũ dr hic de Socrate, quod. s. non est sua humanitas. In oppositum autem est: quia hic dicitur, quod in quibus inuenitur aliquid præter naturam speciei, suppositum differt secũdum rem à natura, quia in supposito includitur natura speciei, & quædam alia quæ sunt præter naturam speciei. Constat autem in angelis inueniri multa præter naturam speciei vt existentia actualis, & alia accidentia quãuis non inueniantur in eis principia indiuiduantia. ergo, &c.

¶ Secundum dubium est an illud, quod suppositum dicitur addere supra naturam, oporteat esse ens reale, an sufficiat qnod sit negatio aliqua secnodum doctrinam Auctoris.

¶ Tertium dubium est, an illud, quod addit suppositum sopra naturam, oporteat esse intrinsecum supposito, an sufficiat quod sit intrinsecum. Et est sermo de supposito: & natura singulari: hoc est de Socrate, & hac sua humanitate. Et est ratio dubij difficultas vidẽdi quid est illud intrinsecum, & diuersitas opinionum, & nostrum etiam dictum in Commentariis primæ partis in loco allegato, ubi diximus quod non differunt intrinsece.

¶ Quartum dubium est, quid sit illud, quod suppositum creatum, addit intrinsecum sibi supra hanc naturam suam, Et est ratio dubij: quia hinc noo apparet quid sit illud, & propter rei obscuritatem & propter varias opiniones. inde autem cogimur aliquid dicere: quoniam dicimus, & affirmamus verbum Dei non assumpsisse personam humanam, sed assumpsisse hanc humanitatem, & dicimus quod persona humana est inassumptibilis: hæc autem natura assumpta est.

¶ Quintum dubium est circa illud, quod in Deo nihil inuenitur præter rationem suæ speciei, quãm in Deo confitemur personales proprietates realiter inter se distantes, præter vnicam, absolutã, ac communem omnibus diuinis personis essentiam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd sententia literæ istius procuuldubio locum habet in angelis, ut patet inferius in q. 4. artic. primo ad tertium, vbi natura angeli absq; angeli personalitate assumptibilis à diuina ponitur persona (quod constat non esse intelligibile si suppositum, & natura essent omnino idem secundum rem) & quòd in angelis propter hanc literæ rationem, quam Auctor etiam in Quodl. 2. q. 2. art. 2. tractat, suppositum differt secundum

rem

tem à natura non tamen omni modo quo differunt hæc in compositis ex materia,& forma,vt ibidem dicitur: quia suppositum in substantiis materialib. differt à natura etiã,q̃a includit singularitatem naturæ, quam non includit natura. Talis autem differentia non saluatur inter suppositum,& naturam in substantiis separatis: sed illa differentia,quæ ponitur hic,communis est substantiis creatis,scilicet quod suppositum includit naturam etiam, & quædam alia:natura autem etiam hæc non includit illa. Nec obstat doctrina habita in prima parte:quoniam ibi est sermo de identitate reali,& intrinseco reali designatiuo naturę,ita quod cũ pluribus modis posset contingere distinctio suppositi à natura, ibi non est sermo,nisi de illo modo, quo differunt penes aliquid reale intrinsecum designatiuum naturæ: quomodo clare patet suppositum differre ab essentia per definitionem significatam in substantijs materialib. Socrates enim manifeste differt ab humanitate: quia includit principia indiuiduãtia,quę determinant naturã,s.humanitatem constituendo humanitatem esse hanc: quamuis non differat per hoc solũ Socrates ab humanitate:sic enim in Angelis non differunt suppositum, & natura. Nec propterea Auctor fuit ibĩ diminutus, aut falsus excluso illo modo distinctionis suppositi à natura,concludens identitatem suppositi, & naturæ, in substantiis immaterialibus,& consequenter in Deo:quoniam etsi processus iste solus reprehendi posset, iunctus tamen articulis sequentibus irreprehensibilis fuit: quoniam ex sequentibus, in illamet q. articuli excluduntur à Deo (de quo est principalis quæstio) alii modi,quibus potest suppositum secundum rem distingui à natura excludendo enim compositionem ex essentia, & esse, & quocunque accidente, & quacumque componibilitate, satis clare patet, quod essentiæ illi nihil præter rationem speciei iunctum est, ac per hoc omnes modi, quibus suppositum potest distingui à natura, exclusi ibi inueniuntur à Deo, non ãſt ab angelis, de quibus nõ erat tunc quæstio. Sensus ergo doctrinæ illius est,quod in substantiis immaterialibus suppositum, & natura sunt idem secũdum rem intrinsece, ita quod ly intrinsece, referatur ad naturam etiã hanc: an autem referatur etiam ad suppositum, sub dubio relinquatur: quoniam inferius discutiendum est.

¶ Ad secũdum dubiũ dicitur, q̃d proculdubio oportet esse ens reale quod suppositum addit supra naturam: quia est illud, quo differt secundum rem à natura. Constat enim,quod differentia secundum rem inter aliqua non est nisi ratione alicuius entis realis:in hac autem litera dicit, quòd est differentia secundum rem. igitur oportet quod sit secundum aliquam realitatem.

¶ Ad tertium,& quartum dubium respondẽdum est in q. 2. a. 2. vbi melius intelligi poterunt dicenda,postquam tot de persona interim discussa apertaque fuerint.

¶ Ad quintum dubium dicitur,quod in Deo præter rationem suæ naturæ nihil aliud inuenitur:aliud autem dico nõ solum realiter,sed formaliter loquẽdo de formalitate diuinæ naturæ prout ipsa in se ex se est. Deitas namq; si definiretur secũdum sua merita, clauderet in ratione sua formalissima, & simplicissima non solum quid est sapientiæ, intellectus, voluntatis, & reliquarum absolutarum perfectionum: sed quid est paternitatis, filiationis, ac processionis. Sed quia noster intellectus non potest illius celsitudinem capere,more nostro distinctas rationes formales essentiæ, & personalis proprietatis formamus, fultas in re unica, excedenti re,& quidditate, uirtualiter continente has distinctas rationes, quas formamus.

¶ Secundum autem,quid.s.est uniri in persona, declaratur ponendo vnam vniuersalem, Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona. Vbi scito, latitudinem vnionis in persona habere triplicem gradum. Ad cuius clarificationem recolendum est, quòd alicui personæ quattuor attribuuntur,primo extrinseca, vt vestis,& locus:secundo accidentia inhærentia,vt albedo, & huiusmodi: tertiò, partes, vt manus, & reliqua membra: quarto essentia, ipsa etiam singularis, vt hæc humanitas:habet enim Socrates vestem,albedinẽ,manum, & hanc suam humanitatem. Sed primum horum non est vnitum Socrati in persona,quia constat aliud esse suppositũ vestis, & aliud suppositum personæ vestitæ illa veste: suppositum enim vestis est substantia panni,non homo qui vestitur. Reliqua vero tria vniuntur Socrati, in persona: nam subiectũ accidentiũ Socratis est ipse Socrates: & similiter Socrates est,qui integratˀ ex suis membris,& qui constituitur in esse suo specifico indiuiduato per hanc suam humanitatem. Est autem inter istos tres modos vnionis in persona diuersitas magna: quoniam accidentia vniuntur quidẽ Socrati in persona,sed non vt pertinentia ad integritatem personæ,vt patet:partes vero vniuntur in persona Socratis, vt integrantes ipsius personã. Natura autem singularis vnitur personæ Socratis,vt constitutiua ipsius Socratis,ita quod tam partes, quàm natura vniunt̃ Socrati in persona substantialiter, sed partes secundũ esse substantiale partiale:natura vero secundum esse substantiale totius naturæ. Et quia in hoc articulo sola quæstio de vnione in persona tractat̃,& inferius discutienda est in ar. 6. an huiusmodi vnio in Christo sit substantialis vel accidentalis,ideo præsenti proposito suffi-
cit

cit indistinctè determinare, quod vnio est in persona, non curando de modo seu gradu vnionis personalis. Et propterea in litera dicitur, quòd Omne quod inest alicui personæ,siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona. Et per hæc patet titulus articuli.

¶ Conclusio responsiua probatur sic, Verbum habet naturam humanam sibi unitam,& non ad suam naturam, diuinam pertinentem.ergo vnio est facta in sit. Verbi persona,& non in natura,Antecedens patet ex fide: Consequentia probatur: quia si non vnitur ei in persona,nullo modo vnitur ei, ac per hoc tota fides subuertitur:Assumptum fundatur super illa maxima. Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non vnitur illi in persona. Ex hoc enim patet,quod negare vnionem naturæ humanæ in persona verbi Dei est negare naturam humanam inesse verbo Dei,quòd est negare incarnationem.

¶ Sed est circa processum hunc quæstio, quoniam maxima illa. Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue nõ, vnitur ei in persona,aut intelligitur, q̃ ly inest,verificetur pro quocumq; modo inessendi, aut de aliquo, seu aliquibus modis inessendi. Si intelligitur latissime pro quocumque modo inessendi,falsa comprobatur: cum etiam vestis dicatur esse in persona vestita,quam constat non vniri in persona. Si intelligitur restricta ad aliquem,vel ad aliquos essendi modos (puta vt forma in subiecto, aut pars in toto, aut secundum esse substantiale vel accidentale) probanda esset. Minor, s.quòd verbum Dei habeat naturam humanam vnitam sibi tali modo. Processus ergo iste aut deficit in illa maxima, aut in probatione subsumptorum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in illa maxima. Omne,quòd inest alicui personæ, &c. sumitur inesse p̃sonæ propriè, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere: quemadmodum vestis,locus,tempus,& alia huiusmodi adiacent nobis, & non sunt secundum veritatem in nobis. Vnde non oportet descendere ad determinatos modos essendi in persona: sed sufficit, quod vere insit personæ quocumque modo illud verificetur. Et quia secundum fidei doctrinam verbum Dei, factus est homo secundum rem, ideo non oportet probare, sed supponere veritatem subsumpti, scilicet quod natura humana inest verbo Dei secundum rem: existit si quidem humanitas Christi non per seipsam: sed in verbo Dei: quamuis modus, quo existit in illo, non sit manifestus. Procedit igitur ratio literæ, efficaciter ad conclusionem intentam.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli dubium occurrit, quoniam quæstio, & argumentum est de rebus, scilicet de vnione naturæ humanæ ad diuinam personam, vel naturam: responsio autem recurrit ad distinctionem rationis secundum modos significandi. Hoc autem non licere, patet ex eo,quod abstrahendo ab omnibus modis significandi,qui ad voces spectant,& cõtemplando intellectualiter mysterium incarnationis sicut angeli, constat quod unio secundum rem intelligitur facta in persona,& nõ in natura verbi. Nõ erat igitur ad modos significandi recurrendum pro ratione, quare vnio est facta in persona verbi, & non in illius natura.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor altissimam reddit rationẽ quare vnio est in persona, & non in natura: & est adeo profunda, ac formalis, vt non solum comprehendat quare vnio est in persona Verbi,& non in illius natura,sed etiam comprehendat quare vnio est in persona Dei, & non in Dei natura:ita quod daro q̃ Deus non esset trinitas,sed deitas ipsa,per seipsam persona esset (vt philosophi intelligunt Deum subsistere.) respõsio ista inuenitur satisfactiua argumento,cum non satisfaciunt responsiones recurrentium ad distinctionem inter essentiam diuinã, & formale constitutiuum personæ,& alia huiusmodi dicentium,vt patet. Meritò autem Auctor hoc fecit, quia argumentum ex identitate naturæ Dei, cum Dei persona procedit, quocumq; modo persona in Deo ponatur, siue secundum Philosophos, siue secundum veritatem reuelatam. Stat igitur responsio in hoc, quod quia natura diuina haberet rationem naturæ,& persona diuina habet rationem subsistentis in natura, & hanc differentiam manifestat diuersus modus significandi, & vnio naturæ humanę in mysterio incarnationis nõ addit aliquid rationi naturæ, sed bene addit aliquid rationi personæ, quia addit subsistere in natura humana: ideo unio facta est non in natura,sed in persona. Et quod nõ adiunctum fuerit aliquid ad naturam Dei, probatur in litera,quia nec per appositionẽ,nec transmutationem. Quod verò adiunctum fuerit aliquid personæ Dei, probatur,quia humana natura vnitur personæ Dei, vt persona Dei in natura humana subsistat, ex eo enim quòd personæ, vt distinguitur contra naturam, est subsistere in natura, sequitur manifeste,quòd apponendo personæ,quòd in aliqua alia natura subsistit,unio fit in persona. vnde patet quòd passiones nominum secundum modos significandi non pro ratione, sed pro manifestatione differentiæ inter naturam,& personam Dei secundum rationẽ,allatæ sunt. Et ratio realis altissima ad realem conclusionem allata, est manifestans, q̃ etiam cum omnimoda identitate formaliter naturæ, & personæ diuinæ,stat quod unio est facta in persona & non in natura Dei.

¶ In

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit circa similitudinem in litera assignatam inter sensitiuum in homine, & bruto, & humanam naturam in propria, & aliena persona: nam falsum assumitur, quod sensitiuum in bruto est forma completiua: est enim velut forma generica tam in homine, quàm in bruto, vt patet. Et propterea non est mirum si est nobilius in homine, ad quem trahitur per nobilissimam differentiam sui generis, scilicet rationale.

¶ Ad hoc dicitur, quod similitudo literæ optima est, & optimè declarat propositum, sed supponit inter animā intellectiuam, & animas aliorum animalium tantam esse diuersitatem, quòd istæ sunt in genere formarum materialium, illa vero est in genere formarum immaterialium. Ac per hoc sensitiuum ad formas brutorum se habet, vt ad res infra latitudinem sui generis, ad animam vero intellectiuam, quæ est hominis forma, & ex qua radicaliter sumitur propria hominis differentia, se hēt vt ad formam nobilioris ordinis. Hoc enim supposito, quod constat esse verum, patet quod sensitiuum in bruto, quia per propriam sui generis formam est. habet infra sui generis latitudinem, hanc dignitatem, quæ est esse completiuum in specie. In homine vero, quia non per propriam sui ordinis formam est, non habet infra sui ordinis latitudinem, hanc dignitatem, quæ est esse completiuum in specie. Et similiter natura humana in cæteris hominibus habet infra propriæ speciei latitudinem dignitatem propriæ personalitatis, in Christo vero non habet propriæ personalitatis dignitatem. Sed sicut sensitiuo dignius est habere esse specificum completum per formam nobilioris ordinis, scilicet per animam intellectiuam. ita natura humana in Christo maiori donata est dignitate ex hoc, quòd ad personalitatem diuinam assumpta est. Ex quibus clare patet sensus literæ & similitudinis sine vlla dissonantia.

¶ In responsione ad tertium nota ly separatim, apposuit siquidem Auctor ly separatim, vt sciant nouitii discernere inter per se existere, & p se separatim existere cuilibet namque substātiæ siue completæ, siue incompletæ conuenit per se existere, nam per hoc distinguitur contra accidens, cui conuenit non per se, sed in subiecto existere, accidentis enim esse est inesse, substantia autem est ens per se. Sed per se separatim existere, nulli substantiæ quæ est pars alterius conuenit: quia non existit separatim a suo toto. Et similiter non conuenit humanitati Christi, quia non sit pars, quia non existit separatim a verbo Dei, sed in verbo Dei, sed si separaretur à verbo Dei, per se separatim existeret: sicut si pars aliqua separaretur à suo toto, per se separatum existeret.

¶ Occurrit hoc in loco, vbi primò distinguimus vnionem in persona ab vnione in natura, transeūdo cum communi causa Doctorum, quòd vnio incarnationis aut est in natura, aut in persona seu hypostasi, vt patet in 3. Sentent. occurrit inquam quæstio non facilis de sufficientia distinctionis dictæ, scilicet aut in natura, aut in persona, & consequenter de processu huius articuli, & aliorum. Est autem ratio dubii, quia aliter in communi loquendo de natura, & supposito, & aliter in speciali loquendo in diuinis secundum fidem reuelatā inuenimus: nam in communi loquendo substantia non dicitur nisi de duobus, scilicet natura, & habente naturam, hoc est prima substantia, vt patet ex quinto Met. & in hoc articu. In diuinis autem inuenimus tria, scilicet naturam, habentem naturam, vt indiuiduum naturæ, & habentem naturam vt hypostasim, ita quod inter Deum, & creaturas hæc est differentia in proposito, quod in creatis substantiis indiuiduum naturæ, & hypostasis solo nomine distinguitur, & idem est inueniri, aut deesse indiuiduum naturæ, & hypostasim, vt patet in natura humana assumpta à verbo Dei. Est enim assumpta natura hæc, scilicet hæc humanitas, & quia non est ibi propria hypostasis humanæ naturæ (nam humanitas illa non habet propriam personalitatem) deficit quoque ibi proprium indiuiduum naturæ humanæ: nullus enim hic homo ibi inuenitur nisi filius Dei, sicut nulla persona, nulla hypostasis ibi inuenitur, nisi filij Dei. Solo igitur nomine distinguuntur hic homo, & hypostasis, suppositum seu persona humana, puta Socrates, & propterea in creaturis duo tantum inueniuntur, natura, scilicet & suppositum. In Deo autem magna inuenitur differentia inter indiuiduum naturæ diuinæ, hoc est hunc Deum, & hypostasim, nam hic Deus communis est secundum rem Patri, & Filio, & Spirituisancto, & consequenter non significat hypostasim, de cuius ratione constat esse incommunicabilitatem, tàm Pater autem, quàm Filius, quàm Spiritus sanctus personam seu hypostasim diuinam significat. Et propterea tria cum inueniantur in Deo, scilicet hæc Deitas, hic Deus, & persona, puta verbum Dei, insufficientiæ primo arguitur distinctio facta, aut unio est facta in natura, aut in persona: nam posset dici, quòd est facta nec in natura, nec in persona, sed in indiuiduo naturæ diuinæ, scilicet in hoc Deo. Ruit quoque processus literæ, quod si vnio verbi incarnati non est facta in persona, nullo modo natura humana vnitur ei. Ruit & illa maxima, Omne, quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona, quoniam si natura humana assumpta esset

esset ab hoc Deo, non vniretur in persona, sed in indiuiduo naturæ, & tamen inesset personæ verbi, quia verbum est hic Deus.

¶ Ad hoc dubium quadrupliciter respondetur. Primò, negando quòd inueniatur in diuinis præter hypostases indiuiduum naturæ, scilicet hic Deus, licet inueniatur hæc deitas, quoniam hoc esset ponere quaternitatem in diuinis. Sed hæc responsio falsa est, tum quia in diuinis omne abstractū habet suum proprium concretum, nec inuenitur differentia ibi inter abstractum, & concretum nisi in modo significandi: constat autem quòd ibi inuenitur non solum deitas, sed deitas hæc, igitur non solum inuenitur Deus, sed Deus hic, & quum hoc quod significo, dicendo Deus hic, sit commune secundum rem Patri, & Filio, & Spirituisancto, sequitur quod præter hypostases inueniatur ibi hic Deus significans indiuiduum naturæ diuinæ commune tribus personis: tum quoniam in diuinis inuenitur Deus vnus numero, communis Patri, & Filio, & Spirituisancto, ergo inuenitur Deus hic communis Patri, & Filio, & Spirituisancto. Consequentia patet, quia idem addit ly vnus numero supra ly Deus, quod addit ly hic, supra ly Deus. Antecedens patet ex fidei sententia, qua confitemur Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse vnum numero Deum, dum dicimus, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres Dii, sed vnus est Deus: est enim proculdubio sermo de vnitate numerali. Nec hoc est ponere quaternitatem, sicut nec ponendo hoc concretum Deus, ponitur quaternitas: significat enim habentem deitatem; sicut hic Deus, vtroque siquidem nomine ponitur vnus numero habens deitatē, communis tribus personis, quamuis ly Deus non explicet vnitatem numeralem, quam explicat ly hic Deus. Secundò respondetur, quòd quamuis ponatur in diuinis indiuiduum naturæ, scilicet hic Deus: quia tamen nullus est hic Deus nisi Pater, aut Filius, aut Spiritus sanctus, & assumptio oportet, quod fiat ad hunc Deum determinatè, scilicet vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, ideo hic Deus non posset assumere naturam nisi vt est persona, & ideo vnio aut est in natura aut in persona. Sed hæc responsio ambigua, vel falsa est, & eius dicta examinanda sunt in quæst. 3. articu. 3. vbi tractabitur, an abstracta per intellectum personalitate in Deo possit fieri assumptio naturæ humanæ. Tertio respondetur distinguendo ly vnio, dicendo quod æquiuocatur de vnione: quoniam alterius rationis est vnio verbi incarnati, ab vnione, qua hic Deus esset incarnatus. In hoc autem articulo, quæstio est de vnione Verbi incarnati, vt patet in illius titulo: ita quod supponitur hic vnio verbi incarnati, & quæritur qualitas vnionis, supponitur, personam filii Dei. quàm verbum significat, esse incarnatam, esse vnitam carni, & quæritur modus, quo est facta hæc vnio, an scilicet in persona. Vbi autem hic Deus incarnatus esset, non supponeretur verbum incarnatum: sed supponeretur hunc Deum incarnatum, & quæreretur modus vnionis, an in natura, an in persona, an in solo indiuiduo naturæ. Patet aūt vniones has esse diuersarum rationum ex eo, quòd vnio verbi incarnati est ad incommunicabilem terminum, verbum enim incommunicabile est cuique supposito vnio autem huius Dei incarnati si esset, ad communicabilem esset terminum: est enim hic Deus communis omnibus personis diuinis. Sed hæc responsio licet veritatem dicat quo ad id, quod de facto inuenitur in vnione verbi incarnati, quia secundum veritatem vnio terminatur ad incommunicabilem terminum vt sic, nō satisfacit tamen difficultati motę, formaliter, quoniam in hoc artic. etsi supponitur verbum incarnatum, non tamen supponitur, vnionem hanc esse in persona, ac per hoc non supponitur vnionem esse ad terminum incommunicabilem, immo cum verbum incarnatum sit secundum se, & naturæ diuinæ, & subsistens in natura diuina, & persona (est enim ipsa deitas, & Deus, & est hic Deus, & est verbum) sicut in primo articulo quæsitum est, an vnio verbi incarnati sit facta in natura, ita deinde debebat inquiri, an sit facta in indiuiduo naturę, & demum quæri an sit facta in persona, vt sic discussus esset omnis modus vnionis, quo verbum incarnatum vnitum intelligi potest carni. etenim sicut si verbum incarnatum vnitum esset carni in natura, vnitum diceretur ipsum verbum carni, ita si verbum incarnatum vnitum esset carni, quatenus est indiuiduum naturæ, quatenus est hic Deus, diceretur verbum incarnatum vnitum carni. Vnde quarto respondetur, distinguendo ly persona quòd persona sumitur dupliciter, primò secundum completam rationem personæ, seu hypostasis, & sic significat singulare habens naturam substātialem incommunicabiliter, ita quòd incommunicabilitatem denotauerit Boetius in definitione personæ per ly indiuidua substantia: quoniam æquiualet ad ly substantia prima, quæ alio nomine dicitur hypostasis. Alio modo sumitur secundum rationem quidem personæ, sed imperfectam, & sic significat singulare habens substantialem naturam, ita quòd sola incommunicabilitas illi deest ad perfectam rationem personæ. Et hac distinctione stante dicitur, quòd nomen personæ, seu hypostasis, aut suppositi potest sumi dupliciter, primò simpliciter, & sic appellatione personæ in diuinis nō uenit hic Deus, quia nō habet completam rationē ꝑsonæ: sed solum

Pater

Pater aut Filius vel Spiritussanctus: alio modo in persona distinguitur contra naturam, ita ꝙ ex uno extremo ponatur natura ut sic, & ex alio extremo ponatur persona, sicut cum distinguimus naturam, contra habentem naturam, & sic appellatione personæ venit nõ solum persona complete, sed persona incomplete, venit non solum Pater, aut Filius aut Spiritussanctus: sed etiã hic De⁹. Et quia in hoc articulo sermo est de persona, ut distinguitur contra naturam ut sic, ut patet in processu articuli ex cõibus Deo, & reliquis substantiis, ideo persona hic sumitur ut cõprehendit etiã hunc Deum, & propterea optime dictum est, quòd si non uniretur in persona, nullo modo uniretur. Et reliqua dicta solida sunt. Patet autem hanc esse intentionem Auctoris, ex eo, ꝙ in litera in corpore articuli, pro eodem habetur indiuiduum subsistens in natura, & suppositum, constat autem hunc Deum esse indiuiduum subsistens in natura, & non habere completam rationẽ suppositi. Et rursus dicitur in corpore articuli loquendo de Deo ꝙ natura diuina dicitur suppositum secundum quod est subsistens. Quid latius? Constat enim hunc Deum significare naturam diuinam, secundum ꝙ est subsistens est enim hic Deus subsistens in natura diuina, ut patet ex modo significandi. Communiter igitur suppositi, seu personæ ratio hic sumitur, ut scilicet significat hoc subsistens in natura. Et ideo hæc quarta responsio amplectenda est, utpote literæ consona, & omnem ambiguitatem tollens.

Ferr. 4. cont. c. 34 38.
Scot. 3. s. d. 1 q. 1
Duran. 3. s. d. 1 q. 1.
Capr. 3. d. 1. q. 3. conc. 2.
S. Bona 3. s. d. 1. q. 2.
Richar. 3 s. d. 1. q. 2.
Bacca. 3. s. d. 1. q. 1.
Medina ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum unio verbi incarnati facta sit in supposito uel hypostasi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ unio uerbi incarnati non sit facta in supposito, siue in hypostasi. Dicit enim Aug. in Ench. †Diuina substantia, & humana, utraque est unus Dei filius: sed aliud propter uerbũ, & aliud propter hominem. Leo Papa etiã dicit in epist. ad Flauianum:* vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniuriis. sed aliud, & aliud differt supposito. ergo unio uerbi incarnati nõ est facta in supposito.

¶ 2 Præt. Hypostasis nihil aliud est, quam substãtia particularis ut Boet. dicit in li. de Dua. na. † Manifestum est autem, ꝙ in Christo est quædam alia substantia particularis præter hypostasim uerbi, s. corpus, & anima, & compositum ex eis. ergo in ipso est alia hypostasis præter hypostasim uerbi.

¶ 3 Præt. hypostasis uerbi non cõtinetur in aliquo genere, neque sub specie, ut patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt.* sed Christus, secundum ꝙ est factus homo, continetur sub specie humana, dicit enĩ Dion. 1. c. de Diui. no. † Intra naturæ nostræ terminos uenit, qui omne totius naturæ ordinem supereminẽter excedit. Non autem continetur sub specie humana, nisi sicut hypostasis quædam humanæ speciei. ergo in Christo *est alia hypostasis p̃ter hypostasim uerbi Dei: & sic idẽ quod prius.

SED CONTRA est, quòd Dam. dicit in 3. lib. In domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus unã autem hypostasim.

RESPON. Dicendum quòd quidam ignorãtes habitudinem hypostasis ad personam, licet concederẽt in Christo unam solam personam, posuerunt tamen aliam hypostasim †Dei, & aliam hominis, ac si unio sit facta in persona, non in hypostasi.

QVOD quidem apparet erroneũ, tripliciter. Primo, ex hoc, ꝙ persona super hypostasim non addit nisi determinatam naturam, s. rationalem, secundum ꝙ Boet. dicit in lib. de Dua. na.* ꝙ persona est rationalis naturæ indiuidua substãtia, & ideo idem est attribuere propriam hypostasim humanæ naturæ in Christo, & propriam personam. Quod intelligentes sancti Patres, utrũque in cõcilio quinto apud Constantinopolim †celebrato damnauerũt, dicẽtes: Si quis introducere conetur in mysterio Christi duas subsistentias, seu duas personas, anathema sit: nec. n. abiectionem personæ, uel subsistẽtiæ suscepit sancta Trinitas, incarnato uno de sancta Trinitate Deo uerbo. Subsistentia autem idem est quod res subsistens, qđ est proprium hypostasis, ut patet per Boet. in lib. de Dua. na. †Secundo, quia si detur, ꝙ persona aliquid addat super hypostasim, in quo possit unio fieri, hoc nihil aliud est quàm proprietas ad dignitatem pertinens, secundum ꝙ a quibusdam dicitur, ꝙ persona est hypostasis proprietate distincta, ad dignitatem pertinente. Si ergo facta sit unio in persona, & non in hypostasi, cõsequẽs erit, ꝙ non facta sit unio, nisi secundum dignitatem quandam: Et hoc est approbante synodo Ephesina, damnatum a Cyrillo †sub his uerbis: Si quis in uno Christo diuidit subsistentias post adunationem sola copulans eas coniunctione, quæ secundum dignitatẽ quãdam, uel auctoritatem est, uel secundum potentiam, & nõ magis concursu secundum adunationem naturalem, anathema sit. Tertio, quia tantum hypostasis est cui attribuuntur operationes, & proprietates naturæ, & ea etiam, quæ ad naturæ rationem pertinent in concreto: dicimus enim ꝙ hic homo ratiocinatur, & est risibilis, & est animal rationale. Et hac ratione hic homo dicitur esse suppositum: quia. s. supponitur his, quæ ad hominem pertinent, eorum prædicationem recipiens. Si ergo sit alia hypostasis in Christo præter hypostasim uerbi, sequitur quòd de aliquo alio, quàm de uerbo uerificentur ea, quæ sunt hominis, puta esse natũ de Virgine, passum, crucifixum, & sepultum. Et hoc etiam damnatũ est approbãte concilio Ephesi. sub his uerbis: †Si quis personis duabus, uel subsistentiis eas, quæ sunt in Euãgelicis & apostolicis scripturis, impartit uoces, aut de Christo a Sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quasdam quidem uelut homini præter illud ex Deo uerbum specialiter intellecto applicat, quasdam uero uelut Deo dicibiles soli ex Deo patre uerbo, anathema sit. Sic ergo patet esse hæresim olim ab ecclesia damnatam, dicere ꝙ in Christo sunt duæ hypostases, uel duo supposita, siue ꝙ unio non sit facta in hypostasi, uel supposito. Vnde in eadem synodo legitur: †Si quis non confitetur carni secundum subsistentiã unitum ex Deo patre uerbum, unumque esse Christum cum sua carne, eũdem, s. Deum, & hominem, anathema sit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut accidentalis differentia facit alterum, ita differentia essentialis facit aliud. Manifestum est autem ꝙ alteritas, quæ prouenit ex differẽtia accidentali, potest ad eandem hypostasim, uel suppositũ pertinere in reb. creatis, eo quòd idem numero potest diuersis accidentibus subesse, non autem contingit in rebus creatis, ꝙ idem numero subsistere possit diuersis essentiis, uel naturis, sed unus, & idem Christus subsistit in duab. naturis,

rum dictis; & etiam ex dicto Concilij vnius illorum in fine corporis.

1m de minori.

Supposito. B. uel natura tantum. §. Tunc nihil, &c. Nam alia, & alia natura in Christo non trahit secum multiplica-

* In 3. pag. a prin. lib.
† In eõc. 5. Cõstãt. q̃d est 5. generale. can. 5. to. 2. cõc. D. 706.
† In 3. pag. a prin. lib.
† In Ephe. Syn. 1. can. 3. to. 2. concil.
† In Ephe. syn. 1. can. 4. to. 1. concil.
† In can. 2. Eph. 2. Synodi quæ fuit una ex 4. prin.

SVPER Q. II. ART. III.

COncl. 1. Quidam ignorantes habitudinem hypostasis ad personam, licet cõcederẽt in Christo unam solã personam; posuerunt tamen aliam hypostasim Dei, & aliam hominis, ac si unio sit facta in persona non in hypostasi, quod quidem apparet. i. patet esse erroneum.

¶ PROB. Primò, Quia p̃supponitur, tales ignorantes fuisse repertos ex Conciliis in præsenti recitatis. Secundò, Quia hypostasis, & persona sunt omnino idẽ in natura intellectuali, (ut patet ex Boetio, & quinto Concilio Constãtinopolitano, in quo Concilio sumit ly subsistentia pro ly hypostasis.) Tertiò, Quia si unio facta esset in persona non in hypostasi, sequeretur, ꝙ facta solũ esset secundũ quandam dignitatem (contra Concilium Ephesinum primum.) Quartò. Quia si esset i Christo alia hypostasis hominis, aliaq; hypostasis verbi Dei, hoc est si nõ esset facta unio in hypostasi, sequeretur, ꝙ prædicata hominis nõ uere dicerẽtur de uerbo Dei, nec prædicata verbi Dei dicerentur de illo homine (contra idem Concilium Ephesinum.)

¶ CONCL. 2. Hæresis est olim damnata, dicere, quòd in Christo sint duæ hypostases, siue duo supposita; uel (quod idem est) ꝙ unio incarnationis non sit facta in hypostasi, seu supposito.

¶ PROB. Quia patet ex prædictis Conciliorum

3. d. 6. q. 1 a. 1. & d. 7. q. 1. ar. 1. c. & d. 10. q. 1. a. 2. q. 3. & 4. cõt. c. 34. 38. & 39. Et vni. a. 1. a. & 3. ad 4. & 5. ad 9. Et quol. 4. ar. 8 & quol. 9. q. 2. ar. 1. & 3. cor. Et op. 1. c. 21. & 22. & op. 3. cap. 217. 218. 219. & 220.
† cap. 36. a me. to. 3.
* Est epist. 10. c. 4. paulo a princ.
† Aliquantulũ a pri. lib. s. in tertia pagina.
* P. p. q. 3. ar. 5.
† c. 1. non multũ ante medium.
* li. 3. orth. fid. c. 3. 4 & 5.
Infra, 6. c. & q. 16. a. 1. c.
† Inf. ar. 6. c. & q. 16. ar. 1. c.

tiplicationem suppositorum, ut habetur art. 2. appen. licet natura diuersa in creaturis diuersitatem suppositorum secum necessario trahat. Consequenter ergo quamuis aliud, & aliud in creaturis differat supposito, & natura simul; tamen in Christo cum non sit creatura, aliud, & aliud dicit differentiam naturarũ solummodo.

¶ Not. Ex prima par. q. 31. ar. 2. patet, ꝙ genus neutrum significat naturam rei; masculinum uero & foemininum significat suppositum, & personam. Idcirco & Aug. & Leo recte per aliud, & aliud naturas in Christo significasse dicuntur; nõ supposita, seu ꝑsonas. Ideo ad illam minorẽ adductam in argumento, scilicet aliud, & aliud differt supposito, dicendum (si magis resolute loquamur) ꝙ falsa est. Immo aliud, & aliud differt natura. Cęterum, quia in creaturis differre natura, & differre supposito se inuicem consequuntur, licet non in his, quę creaturæ non sunt: propterea absque negatione eius responsum est per distinctionem, ut uidisti.

† In epist. 1. ad Cledonium inter principium & med. incipit Honorãdissimo.

turis. Vnde sicut quod dicitur alterum, & alterum in creaturis, non significat diuersitatem suppositi, sed solum diuersitatem formarum accidentalium, ita ꝙ dicitur Christus aliud, & aliud, non importat diuersitatem suppositi, uel hypostasis, sed diuersitatem naturarum. Vnde Gregor. Nazianzenus dicit in epist. ad Didymum, † Aliud, & aliud sunt ea, ex quib. Saluator est, non autẽ alius, & alius, dico uero aliud, & aliud ecõtrario, quam in Trinitate habet, ibi enim. Alius, & alius dicimus, ut nõ subsistentias confundamus, non autem, Aliud, & aliud.

Ad secundum dicendum, ꝙ hypostasis significat substantiam particularem, non quocunque modo, sed prout est in suo complemento. Secundum uero ꝙ uenit in unionẽ alicuius magis completi, non dicitur hypostasis, sicut manus, uel pes. Et similiter humana natura in Christo quamuis sit substantia particularis: quia tamẽ uenit in unionem cuiusdam completi, s. totius Christi, prout est Deus, & homo, non põt dici hypostasis, uel suppositum. Sed illud completum, ad quod concurrit, dicitur esse hypostasis, uel suppositum.

Ad tertium dicendum, ꝙ in rebus creatis res aliqua singularis non ponitur in genere, uel in specie ratione eius, quod pertinet ad eius indiuiduationem, sed ratione naturæ, quæ secundum formam determinatur, cum indiuiduatio magis sit secundum materiam in rebus cõpositis. Sic ergo dicendum est, ꝙ Christus est in specie humana ratione naturæ assumptę, non ratione ipsius hypostasis.

2m Ex Boetio. Substantia particularis. R. prout est in suo complementu existens: non aliter. §. Tunc nihil, &c. Nam corpus, & anima simul unita præter hypostasim verbi, in Christo existentia non sunt in proprio creato complemento, quod alias esset (sicut in nobis est) creata persona; quoniam illa ipsa ueniunt in unionem cuiusdam magis completi. Et ideo hoc magis completum, ad quod cõcurrunt, est hypostasis; ipsis, anima scilicet & corpore, absque creata personalitate remanentibus; sed per hypostasim illam, ad cuius unionem ueniunt in rerũ natura existentibus. Vide articulum secundum ad secundum.

3m de minori. Christus. R. ratione humanæ naturæ consideratus: non ratione hypostasis, siue suppositi. §. Tunc nihil, &c. Stat enim simul, ꝙ Christus homo ratione hypostasis, quæ est Deus verbum, non sit in genere, neque in specie, & tamen ipsemet numero ratione naturæ humanæ, sit in genere animalis, & in specie hominis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationẽ interimas hæresim Felicianam dicentem, in Christo duas messe hypostases. Item supradictas ar. 2. Cum enim persona, & hypostasis in natura intellectuali sint idem, patet, quod contra illas hæreses de persona pugnat etiam præsens articulus. Secundo habes, quomodo ꝑ rationem ostendas, hanc merito damnari a &c. vt sup. ar. 2. appẽd. per totum; propter rationem dictam nunc. Item a Leone primo, Papa ad Iulianum cõtra Eutychenæ impietatis errorem; & est epistola 12. in ordine tomi primi Conciliorũ. Cur autẽ inconueniẽs, aut impossibile uideatur, ut verbum, & caro, atque anima unus Iesus Christus, & unus Dei, hominisque sit filius; si caro, & anima, quæ dissimilium naturarum sunt, unam faciunt, etiam sine verbi incarnatione, personã: cum multo facilius sit, ut hanc unitatem sui, atque hominis pręstet Deitatis potestas, quã ut eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Hæc ibi. Item a scripturis, 1. Cor. 2. Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ cruci fixissent. Hic enim ostẽditur Dei uerbi incarnati, & hominis una hypostasis, idemque suppositum. Vnitas quippe hypostasis facit, ut quod homo patitur, Deus impassibilis pertulisse credatur; & ut homo cruci appensus Dominus gloriæ crucifixus ueraciter prædicetur. Item a Christo Io. 3. Nemo ascẽdit in celum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Quomodo enim filium hominis ante ascensionis diem in cœlo asserit permanere, dum adhuc loqueretur in terris; nisi una, & eadem numero hypostasis verbi, & hominis post incarnationem esset? Item a Rom. 9. Patres nostri, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in sæcula. Vide, quam expresse humana diuinis, & humanis diuina, propter hypostasis unitatem absque confusione naturarum miscentur. Deus gloriæ crucifigitur; homo de cœlo descendere, & in cœlo permanere memoratur; Christus est ex patribus, & ante patres existit. Item a synodo quinta Constantinop. cap. 10. Si quis non confitetur, crucifixum carne Dominum nostrum Iesum Christum esse Deum verum, & Dominum gloriæ, & unum sanctæ Trinitatis, talis anathema sit. Tertio habes, quõ per rationem præmissas authoritates cum similibus, pro quãto unionẽ statuunt in hypostasi factam esse, & intelligas, & probes, & defendas. 3 Quarto uides, quomodo ex his nuestum Angelica hæc doctrina consolidetur. 4

q. 16. ar. 4. & 5.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo articuli tertij duo declaranda sunt, quæ tñ in corpore articuli habentur. Primo declarãdi sunt termini. s. suppositũ, & hypostasis: secundo declarãda est rõ nõnis. Suppositũ, ut in hac ra dr ea rõne uocatum est, quia supponit uniuersis, quæ in aliquo sunt, siue sint substãtialia, siue accidentalia: supponit autẽ per hoc, quod illorũ prædicationẽ recipit. Vnde suppositũ hois est hic homo, puta Socrates, qa hic homo est, de quo ꝑdicat tã esse hoiem, ꝙ esse albũ, quãtũ, filiũ, locatũ, agens, &c. Et quia suppositum est nomen secundæ intentionis sicut genus, ideo suppositum significat ꝓpriã denominationẽ primæ substãtiæ. puta huius hois, seu Socratis, & ꝓpterea nõ inuenit suppositũ in alijs ꝑdicamentis: sed in solo prædicamento substantiæ. Hypostasis aũt Græcũ est uocabulum, & idem significat, ꝙ apud nos substantia, loquendo de substantia, quæ proprie, principaliter, & maxime dr, ut hr in prædicamentis, hoc est significat primam substantiam. Ratio huius nõnis non hẽt ortũ a re, sed ab opinione: qm̃ fm rem in qõne ꝑcedentis articuli de vnione in persona, tractatum est de unione in hypostasi, seu supposito, qm̃ in natura rõnali, seu intellectuali loquendo, synonyma sunt persona, hypostasis, & suppositũ: quodlibet. n. horum nihil aliud importat, quã primã substantiam in natura rõnali: sed ignorantia (ut in litera [illegible]) quorundã propriam uocem ignotãtiũ distinguendo intellectũ hæc, & dicendo, ꝙ unio est facta in persona, & non in hypostasi, obtinuit, ut post articulum de unione in ꝑsona, inquireretur de unione, in hypostasi.

¶ In corpore articuli non opus est distinctione, sed annotatione, quod in determinatione huius articuli patet, tam primam, quam tertiam opinionẽ relatam a magist. Sent. in 6. dist. tertij sent. esse hæresim olim ab ecclesia damnatam. Nam prima ponit duas in Christo hypostases: tertia autem non solum duas ponit hypostases, sed etiam negat unionem in persona, proprie loquendo, ut patet ibi.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundũ sunt illa uerba de humanitate Christi notanda, s. quia tñ uenit in unionem cuiusdam completi, s. totius Christi, prout est Deus, & homo, &c. Ingerunt si quidem hæc verba difficultatem de compositione Christi, de qua quia sequens tractat articulus, transeamus.

Medina ar. 4

10 3. d. 6. q. 2. art. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ persona, vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ persona Christi non sit composita. Persona enim Christi non est aliud, quam persona, vel hypostasis verbi, vt ex dictis patet: sed in verbo non est aliud persona, & natura, ut patet ex dictis in

SVPER Q. II. Art. IIII.

COncl. 1. Persona Christi secundum illud, quod in se est, est omnino simplex.

¶ Prob. Quia Christi persona fm illud, quod est in se, est realiter idẽ, quod natura uerbi.

Con-

¶CONCL. 2. Persona Christi secundum rationem personæ est composita.

¶PROB. Quia persona Christi secundum rationem personæ subsistit in duabus naturis, (cum ad rationem personæ pertineat subsistere in aliqua natura) & sibi sic subsistendi est alia, & alia ratio.

† p. p. q. 3. a. 7. & per totā quæſt.

Prima par. † cum ergo natura verbi sit simplex (vt in primo ostēsum est) impossibile est ꝙ persona Christi sit composita.

¶ 2 Præt. Omnis compositio videt esse ex partibus: sed diuina natura non potest habere rationem partis: quia omnis pars habet rationē imperfecti. Ergo impossibile est, quod persona Christi sit cōposita ex duabus naturis.

¶ 3 Præt. Quod componitur ex aliquibus, videtur esse homogeneum eis, sicut ex corporib. non cōponitur nisi corpus. Si ergo ex duabus naturis aliquid sit in Christo compositū, consequēs erit, quod illud non erit persona, sed natura, & sic in Christo erit facta unio in natura, quod est contra prædicta.*

* art. 2. lib. 3. orth. fi. c. 3. 4. & 5.

SED CONTRA est, ꝙ Dama. dicit 3. lib.* In dño Iesu Christo duas naturas cognoscimus, unam autem hypostasim ex utraq; positam.

RESP. Dicendum, ꝙ persona siue hypostasis Christi dupliciter potest considerari, uno modo secundū illud, quod est in se, & sic est omnino simplex, sicut, & natura Verbi: alio modo secundum rationem personæ uel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura, & secundum hoc persona Christi subsistit in duabus naturis. Vnde licet sit ibi unum subsistens, est tamen ibi alia, & alia ratio subsistendi, & sic dicitur persona composita, inquantū unum duobus subsistit.

Et per hoc patet respōsio ad primū.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa compositio personæ ex naturis, non dicitur esse ratione partiū, sed potius ratione numeri: sicut omne illud, in quo duo conueniunt, potest dici ex eis compositum.

AD TERTIVM dicendum, quòd non in omni compositione hoc uerificatur, ꝙ illud quòd componitur, sit homogeneum componentibus, sed solum in partib. continui. Nā cōtinuum non componitur nisi ex cōtinuis: animal uero componitur ex anima, & corpore, quorum neutrū, est animal.

AR-

1m de conclusione. Impossibile est, quòd persona Christi. R. considerata secundū illud, quod in se est; non, cōsiderata secundum rationē person æ. §. Tunc nihil, &c. Nam & conclusio prima dicit, ꝙ persona Christi secundum ꝙ ens, est omnino simplex. Sic ergo argumentum sic glossatū est tanquam probatio aperta primæ conclusionis.

¶ NOT. Persona & est persona, & est ens. Quatenus ens, est aut creator, aut creatura; uel aut increatū quid, aut creatū. Quatenus persona subsistit in aliqua natura. Nec ista duo cōfundēda sūt; quia nisi formaliter de re aliqua tractantes loquamur, continget etiā sapientes quādoque decipi secundum philosophum. De persona igitur, ut ens est, aliud iudicium dandum erit, & aliud de persona, ut psonæ: Nec iudicium de persona, ut ens, præiudicabit sententię de psona, ut persona; neq; econuerso. Et merito quidem. Nam multum differunt rationes istæ, scilicet non entis, & ratio personæ. Entis enim ratio est esse uel per se, uel per aliud, adeo ꝙ audito de aliquo, ꝙ sit ens, statim dicendum occurrit; igitur est aut substantia, aut accidens: personæ autem ratio est (ut ita dicam) personare, idest subsistere in aliqua natura; adeo ꝙ audito de aliquo, quòd est persona, subito occurrit cogitandum, quid personat, idest cui naturæ, uel in qua natura subsistit. Cum ergo diuersa sit ratio entis & personæ; licet aliquod ens sit persona, & omnis persona sit ens; potest contingere, ꝙ personæ ratione personæ conueniet unum prædicatum, quod eidem ratione entis disconueniet. Hinc dicitur, & est uerum, quod persona rōne, qua persona, personat; & ratione, qua ens, non personat: & ens aliquod ratione, qua persona, personat; & ratione, qua ens, non personat. Alioquin omne ens personaret, quod est falsum, cum natura sit ens, quæ tamen ut natura non personat, idest nō subsistit in aliqua natura; aliter procederetur in infinitum, ut patet. Cum ergo quæritur de aliqua persona hoc prędicatum, scilicet compositum, uel simplex; de illa, quoniam est ens simul & persona, oportet distinguere in quo sensu quæraī; utrū uidelicet in sensu, quo est ens, uel in sensu, quo est psona. Alioquin, si istę duę cōsiderationes, vt quid unū cōfundanī, ac ꝓpterea una simplici determinatione rñdeaī; committitur fallacia secundum plures interrogationes ut unam; & consequenter est simile, ac si ad interrogationem, quid est canis, respondeatur, quòd est animal quadrupes latrabile. Denique D. Thom. vt effugeret istam fallaciam in respondendo, acumine sui intellectus unum re in persona, scilicet entitatem & personalitatē, diuisit in duo ratione, idest secundum duas considerationes. Vnde sic faciens non tantum effugit fallaciosam illam confusionem; sed etiam formaliter locutus est. De persona enim interrogatus, non de persona secundum quamcunque considerationem; sed de persona, secundum quod persona respondit, ꝙ est composita: eius responsioni & formalem rationem adduxit; quia duas naturas personat, idest in duabus naturis subsistit. Et, ut nihil ad formalem locutionem deesset, addidit; ꝙ subsistendi huius est alia, & alia ratio. Ac si dixisset. Persona verbi subsistit in natura diuina, secundum natiuitatem æternam, qua a solo patre est; & ipsamet persona subsistit in natura humana, secundum natiuitatem temporalē, qua a matre sine patre est. Persona ergo verbi, secundum rationem & entis, & personę, est omnino simplex, si ante incarnationem consideretur: si autem post incarnationem, tunc eadem penitus uerbi persona, secundum rationē entis, est simplex, sicut ab æterno erat: & secundum rationem personandi, seu personæ, est cōposita. Alioquin si post incarnationem esset in ratione entis aliquo modo composita: tunc illa esset aliqualiter in se alterata, quod est impossibile, cum ipsa secundum se sit Deus, & Deus sit in se omnino inalterabilis prima par. q. 9. ar. 1. & 2. Similiter si post incarnationē non esset in ratione personandi, seu personæ composita; tunc illamet non subsisteret in natura humana, quod est hęresis Nestoriana; uel non subsisteret in diuina, & humana incōfusibiliter distinctis, quod est hæresis Eutychiana. Vide ar. 2. & artic. 6. Consule appēdicem sequentem.

2m maior. Omnis cōpositio uidetur esse ex partibus. R. vel ex numeris. §. Tūc nihil, &c. Nam illa compositio personę ex naturis, &c. vt in textu.

3m de antecedente. Ex aliquib. R. Partib' continui: non aliter. §. Vt patet in textu. Tūc nihil, &c. Nam illa cōpositio personę Christi ex naturis, neque est tanquā ex partibus, neque tanquam ex continuis; sed tanquam ex numeris, ut in ad 2m dictum fuit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò dictum fuisse a quinta synodo Constantinopolitana. cap. 4. Si quis dicit secundum gratiam, uel operationem, &c. & non (sicut sancti patres docuerunt) unitatem Dei verbi ad carnem animatam anima rationali secundum compositionem, idest secundum subsistentiam, factam; & propterea non confitetur unam eius subsistētiam, qui est Dominus noster Iesus Christus unus de Sancta Trinitate; talis anathema sit. Cum enim multis modis unitas intelligatur, aliqui quidem, qui impietatē Apollinaris, & Eutychetis sequuntur, interemptionem eorum, quæ conuenerunt colentes, unionem secundum confusionem prædicant. Theodori autem, & Nestorii sequaces diuisione gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta uerò Dei Ecclesia utriusq; perfidiæ impietatem eiiciens, unitionem Dei uerbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Vnitio enim per compositionem in Christi mysterio non solum inconfusa ea, quæ conuenere conseruat; sed neque diuisionem suscipit. Hæc ibi. Ex quibus patet; quòd negare, vnionem in Christo factam esse, secundum compositionem subsistentię, quod est personam Christi esse compositam modo declarato, est sapere uel Apollinaris, & Eutychetis, uel Theodori, & Nestorij impiam hęresim; quę proculdubio canone pręmisso, atque sequentibus damnatur. Item meritò esse ab eodem Concil. dictū cap. 7. Si quis in duabus naturis, &c. vnum Dominum nostrum Iesum Christum, ex quibus & cōpositus est, &c. talis anathema sit. Ecce verbaliter quoque ab Ecclesia determinatum, quod vnus Dominus noster Iesus Christus non tantum existit in duabus naturis, sed etiam quòd ex illis duabus est compositus. Item meritò dictū à Synodo Lateranensi sub Martino Primo Papa, consultatione quinta immediatè ante 20. suos canones. Consonanter, & absque vlla nouitate, sicut a venerabilium Patrum nostrorum sanis decretis, & definitionibus, quas posuerunt pro conseruatione orthodoxe fidei, accepimus, ita intransgressibiliter credimus, unum eundēque filium dominum nostrum, & Deum Iesum Christum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter agnoscendum; nusquā sublata differētia naturarum propter unionem, sed salua indiminute proprietate utriusq; naturæ, & in unam personam, atque subsistentiam concurrente, &c. Hæc ibi. Concurrunt ergo duæ naturæ integræ in vnam personam Christi, & per consequens persona illa dicitur, secundum hoc Concilium ex his cōposita. Item meritò ab eodem cap. 8. dictum. Si quis non confitetur, proprie, & vere secundum compositionem, idest secundum subsistentiam, naturarum vnitionē, ex quibus unus, & solus existit Christus, inconfuse, & indiuise in eo cognitam; sit condemnatus. Hæc ibi in summa Conciliorum. En diffinit, vnitionem naturarum in

Christo

Christo esse factam secundum compositionem, non naturarum ad inuicem, cum remanserint inconfusę, sed subsistentiæ, idest personæ. Item meritò dictum a sexta Synodo, & epistola Sophronij ibi lecta actio. 11. & approbata actio. 13. omnem uocem, & operationem, siue diuina quædam sit, & cœlestis, siue humana, atque terrena, ex uno eodemque Christo, & filio edocemus procedere, ex vnaque eius composita, & singulari subsistentia incarnatum Dei Verbum extabat, quod & utramque inseparabiliter, & inconfuse operationem secundum naturas suas a seipso naturaliter proferebat. Hæc ibi. Vbi uides, Synodum expresse dicere, quod subsistentia, idest persona Christi est & composita, & singularis, idest simplex. Quod utrumq; dictum quomodo stet, ex articulo isto patet.
Secundo habes, quomodo per rationem hæc, & similia Concilio- a
rum dicta, pro quanto personam, seu subsistentiam Christi decernũt esse cõpositã 1 sensu recto intelligas, pbes, & defendas. Tertiò b
uides, quõ, ex his uicissim Angelica hæc doctrina piens cõstabiliat.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo 4. artic. difficillimi hoc solum aduertendum occurrit, ꝙ ratio huius quæstionis est multiplex antiquorũ Doctorum auctoritas, exprimens Christi personam compositam, vt hic, & in 3. Sent. a Magistro in dist. 6. habes.

¶ In corpore artic. ponitur vna distinctio bimembris de persona Christi, & iuxta singula membra, singulæ apponuntur conclusiones. Distinctio est. Persona dicitur dupliciter, primo secundum id, quod in se est, secundo, secundum rationem hypostasis. Prima conclusio est, persona Christi, secundum illud quod in se est, est oĩnu simplex. Probatur, quia natura verbi Dei est omnino simplex. Secunda conclusio est, Persona Christi secundum rationem hypostasis est composita. Probatur, persona Christi secundum rationem personæ, seu hypostasis subsistit in duabus naturis. ergo est ibi vnum subsistens, & duæ rationes subsistendi. ergo sic persona est composita. Antecedens probatur: quia ratio hypostasis consistit in hoc, quod est subsistere in aliqua natura, ex hoc enim manifeste habetur, quòd verbum Dei, secundum personæ, seu hypostasis rationem subsistit in duabus naturis. Prima verò consequentia quo ad primam partem, euidens est ex dictis; quo ad secundam, ex vi antecedentis apertè sequitur, quòd si subsistit in duabus naturis, oportet quamlibet naturam esse rationem subsistendi in illa; secunda vero sequela probatur: quia vnum duobus subsistit: ex hoc namque quòd duæ subsistendi rationes sic coeunt in vnam personam, vt vnum duobus subsistat, consequens est, quòd persona sic, hoc est secũdum rationem hypostasis, est composita.

¶ Circa dicta hic, multa occurrunt dubia. Primum est circa distinctionem in litera positam: nam non apparet sensus illius, tum quia membra distinctionis coincidũt quoniam persona Christi secundum id, quod in se est, habet rationem personæ, implicat enim dicere oppositum, (& rursus persona Christi secundum rationem personæ est illud, quod in se est, cum personaliter, formaliter, & realiter sit vnum uerbum Dei) tum quia in prima distinctione distinguitur verbum Dei, aut contra suam personalitatem, vt vnita est humanæ naturæ, aut contra personalitatem in communi. Non potest dici primum: quia æque simplex est verbum Dei, vt sua personalitas, vt patet. Nec secundum: quia hic sensus non consonat verbis, quibus distinctionis membra significantur in litera: nam secundum membrum explicatur in litera per rationem hypostasis simpliciter, & absolute, & non per rationem hypostasis contractæ, seu determinatæ, quatenus subsistit in natura humana, vt patet in litera: iuxta hunc autem sensum oportet dicere, quod secundum membrum, est persona Christi, quatenus hypostasis humana. Neque tertium: quia sic etiam secũdum in litera membrum clauderetur in primo, & afferret implicationem contradictoriorum: nam quod de facto in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum id, quod in se est, vt patet inductiue, quicquid enim de facto in re conuenit Socrati secundum rationem animalis, conuenit Socrati, secundum id, quod in se est, vt sentire, moueri, & huiusmodi. Socrates enim secundum illud, quod in se est mouetur, & sentit ac per hoc quicquid conuenit personæ Christi, seu Verbi secundum communem rationem personæ, de facto, & in re conuenit illi secundum, quod in se est. Persona enim seu hypostasis in communi prædicatum superius est respectu Christi, seu Verbi, vt patet. Et hinc vlterius inferuntur duo contradictoria, scilicet, ꝙ persona Christi secundum quod in se, est omnino simplex, & est composita.

¶ Secundum dubium est circa illas literæ propositiones, scilicet est ibi, hoc est in persona Christi, alia, & alia ratio subsistendi, & similiter vnum duobus subsistit. Videntur enim ambæ falsæ, & contra doctrinam Auctoris. Falsæ quidem; quia in persona Christi non est secundum fidem catholicam nisi vna subsistentia, quæ scilicet est ex natura diuina, ad quam trahitur per assumptionem natura humana, sola ergo diuina natura est personæ Christi ratio subsistendi, ac per hoc falsum est, quod habeat aliam, & aliam rationem subsistendi. Et eadem ratione falsum est, quòd vnum subsistat duobus: quia ly duobus: denotat duas rationes subsistendi, quamuis verum sit, quòd vnum subsistat in duobus. Contra Auctorem vero: quia in quarto contra Gent. cap. 49. in solutione secundæ obiectionis dicit, Verbum Dei nõ habet subsistentiam ex natura humana, sed magis natura humana ad suam subsistentiam trahit, non enim per illam, sed in illa subsistit. Hæc ibi. Quæ sub aliis verbis repetit ibidem in solutione quintæ obiection. 5. Non possunt enim hæc simul stare, nam si natura humana, ut hic dicitur, est ratio subsistendi personæ Christi, sequitur quòd persona Christi per naturã humanam, & ex natura humana, subsistat, & si non subsistit per naturam humanam, neque ex natura humana, sequitur quòd natura humana non sit illi ratio subsistendi.

¶ Tertium dubium est, an sit simpliciter, & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Et quidem, quòd sit formaliter verum apparet ex eo, quòd compositio cõuenit personæ Christi, secundum ipsam rationem personæ, vt in litera hac dicitur, quod autem conuenit alicui secundum aliquam rationem formalem, cõuenit illi sub nomine illius rationis formaliter. (Verbi gratia, quia congregare uisum conuenit substantiæ secundum rationem nigri, si substantia sub nomine nigri significetur propositio enuncians congregare visum de illa, erit uera formaliter, quamuis denominatiue: vt si dicatur, Aethiops est congregatiuus uisus. Est ergo formaliter vera ista enunciatio, persona Christi est composita, ex quo esse compositum attribuitur Christo ratione personæ, vt dictum est. Et ex hoc ulterius sequitur, quòd sit simpliciter vera, retenta identitate subiecti.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ distinctionis membra contra se inuicem distinguuntur, per hoc, quod ly in se est, denotat verbum Dei secundum illud quod conuenit sibi ad intra, sub quo cõstat comprehendi esse Deum, esse filium Dei, esse substantiam, sapientiam, & reliqua, quæ conueniunt ei ex natura, uel proprietate personali, ita ꝙ loqui de persona Christi secundum illud, quòd in se est, est loqui de persona Christi, secundum illud, quod conuenit sibi ad intra: loqui verò de persona Christi, secundum rationem hypostasis, est loqui de persona Christi indefinite secundum illud, quod conuenit illi ad intra, & secundum illud, quod conuenit eidem ad extra: nam persona Christi est persona naturæ diuinæ, & est persona naturæ humanæ, ita quod vbi in primo membro indistincte continentur quæcumque conueniunt verbo Dei ad intra, in secundo membro distincte vnum entium sumitur, scilicet esse personam, seu hypostasim. Et quoniam esse hypostasim, seu personam de facto comprehendit indistincte, & esse hypostasim ad intra respectu diuinæ naturæ, & esse hypostasim ad extra respectu humanæ naturæ, ideo distinctio cum suis membris solida inuenitur, nec vnum mẽbrum includit distincte aliud. Et simile est, ac si distingueretur diuina sapientia dupliciter, secundum quòd est in se, & secundum rationem sapientiæ: & similiter diuina paternitas secundum, quòd in se est, & secundum rationem paternitatis, & sic de similibus. Manifeste namque apparet ex his, quòd membra non coincidunt: quia licet esse sapientiam conueniat sapientiæ secundum quòd est in se; alia tamen est consideratio sapientiæ, secundum rationem sapientiæ, vt sic, & alia consideratio eius secundum quod in se; vt esse ipsa deitas, & cætera. Et sic est in proposito, quod licet esse personam, seu hypostasim conueniat verbo Dei, secundum illud, quod in se est, alia tamen est consideratio eius, cum in eo consideratur illud, quod est ad intra, & alia consideratio eius, quum consideratur in eo ratio hypostasis, quæ non solum ad intra, sed ad extra, extendit se. Non est ergo distinctio ista in membra totaliter separata, sed in primo includitur aliquid secundi, & in secundo aliquid primi, vt patet ex dictis, & in exemplis allatis.

Vnde ad quæsitum secundæ obiectionis, dicendum est tertium, scilicet, quòd in hac distinctione uerbum Dei distinguitur contra personalitatem in communi, hoc est absolutè sumptam, ut ipsa textus verba sonant, dicendo alio modo secundum rationẽ personæ, vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura. Vbi perspicere potes, secundum membrum consistere in ratione hypostasis sine additione ulla. Et cum contra hoc obiicitur primò, quia secundum in litera membrum clauderetur in primum, respondetur quòd hoc non est uerum simpliciter, hoc est totaliter, sed secundum aliquid, ut patet ex dictis, quod non esse inconueniens monstratum est. Et cum obiicitur secundò, quia hic inferuntur duo contradictoria simul, scilicet quòd persona Christi secundum illud, quod in se est, non est composita, & est composita: quia quod de facto, & in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris,

rioris; conuenit illi secundum illud, quod in se est, &c. respondetur quòd quasi in æquiuoco laboramus: aliud si quidem est conuenire aliquid Socrati secundum illud, quod in se est, hoc est conuenire illi, quod in se est Socrates, & aliud est aliquid conuenire Socrati secũdum illud, quod in se est, hoc est, esse de numero eorum, quæ conueniunt Socrati secundum suam substantiam. Currere enim conuenit Socrati secundum illud, quod in se est in primo sensu, & non conuenit Socrati secundum illud quod in se est in secundo sensu: quia currere conuenit illi rei, quæ est Socrates, sed non est de numero intrinsecorum Socrati. Simile quid accidit in proposito: quoniam esse personam tam ad intra, quàm ad extra, conuenit verbo Dei, secundum illud, quod in se est, hoc est illi rei, quæ vere est iure verbum Dei. ipsa enim persona filij Dei Deus uerus, est persona diuinæ, & humanæ naturæ. Et non conuenit verbo Dei secundum illud, quod in se est in secundo sensu, hoc est non est de numero eorum, quæ conueniunt uerbo Dei ad intra, vt patet, iuxta hunc namque sensum conuenit verbo Dei, secundum id, quod in se est, esse personam ad intra, scilicet in diuina natura. Illa ergo maior assumpta si in primo sensu sumatur, vera est, sed vt patet, nõ obstat huic doctrinæ: quia in litera uerbum Dei, secundum, quòd in se est, sumitur in secundo sensu. Nec infert contradictoria, sed infert, verbum Dei esse secundum id, quod in se est, hoc est illam rem, quæ est verbum Dei esse, & omnino simplicem, & esse compositam, quod secundum diuersa est verum, ut in litera patet: si verò sumatur in primo sensu falsa est, vt patet in exemplis de currere, & moueri.

¶Ad secundum dubium, dicitur, distinguendo simpliciter, vel in tali natura. Vbi nota, quod licet proprie loquendo non possit fieri distinctio ista nisi in naturis partialibus, considerando naturalem ordinem uniuersi, quia non inuenitur vna hypostasis subsistens in pluribus naturis simpliciter, sed solum in pluribus naturis partialibus, ut Socrates subsistit in natura animæ rationalis, & in natura carnis: quia singularissimum tamen est incarnati uerbi mysterium, distinctione dicta opus est: uerbum si quidem Dei subsistit simpliciter, & in natura diuina, & in natura humana, sed subsistere simpliciter, & in natura diuina, ex vno, & eodem habet, scilicet ex hoc, quòd est esse verbum Dei. nam ex hoc dicitur, & subsistens in diuina natura, & dicitur sine additione aliqua, subsistens. Subsistere autem in humana natura aliunde habet, nam hoc conuenit ei ex tempore, & non constituit ipsum in subsistere simpliciter: quia præsupponit ipsum subsistere. Si loquamur ergo de subsistere simpliciter una est ratio subsistendi in persona Christi: quia vnum est ibi subsistere simpliciter, sicut unica subsistentia, & unicum subsistens. Sed si sit sermo de subsistere in tali natura, duæ sunt in persona Christi rationes subsistendi tam in fieri, quàm in facto esse; altera subsistendi in natura diuina, altera subsistendi in natura humana. Et ratio quidem subsistendi in natura diuina est in fieri generatio æterna, in facto esse autem, esse Deum. Ratio vero subsistendi in natura humana in fieri, est assumptio humanæ naturæ, in facto esse autem, esse hominem: ex hoc enim quod Verbum factum est caro, hoc est homo, ita quod vere est homo, subsistit verbum in humana natura, in qua prius non subsistebat. Sunt ergo in persona Christi duæ rationes subsistendi in duabus naturis, diuina scilicet, & humana, licet sit ibi vnum subsistens simpliciter, & vna ratio subsistendi simpliciter. Et similiter vnum subsistit duobus, vt rationibus subsistendi in duobus, scilicet in esse diuino, & esse humano. Et per hæc patet quo pacto non dissonent à se inuicem diuersa dicta Authoris: quoniam dicta hic, vera sunt de subsistere in tali natura, dicta alibi, vera sunt de subsistere simpliciter. Et si instetur, quòd Author hic ponit duas rationes subsistendi sine additione aliqua, & non dicit quòd est alia, & alia ratio subsistendi in tali, & tali natura, respondetur, quod quia iam præmiserat ibidem pro fundamento, ad hypostasim spectare subsistere in aliqua natura, ideo absque repetitione subintelligi voluit, quod de ratione subsistendi in aliqua natura sermo suus est.

¶Ad tertium dubium habita ratione eorum, quæ Author in tertio Sentent. distinct. 6. dicit (quamuis non tam alta sint, ut hæc) respondetur, quodquia apud nos compositio absque imperfectione componentium intelligi non potest, salua suæ ratione formali, ideo non simpliciter, neque formaliter admittenda videtur in persona Christi, sed cum determinatione aliqua tollente imperfectionem vnius componentis admitti potest, & admissa est simpliciter, & formaliter ab antiquis, & ab Authore. Ad cuius aliqualem cognitionem (quoniam, ut Diony. dixit, est ineffabilis) considerandum est multos esse compositionis modos, vt in quæstio. 3. primæ par. habitum est, compositio namque alia est ex partibus quantitatiuis, alia ex materia, & forma, alia ex natura, & supposito, alia ex essentia, & esse, alia ex genere, & differentia, alia ex sobiecto, & accidente, & oẽs important imperfectionem vtriusque componentis, ut patet discurrendo. Sed si ab vna istarum, hoc est à compositione ex natura, & supposito, auferatur, quòd est imperfectionis ex parte suppositi, saluari potest in persona Christi compositio ex natura humana, & supposito, & secundum hoc persona Christi esset composita. Et quoniam ille modus compositionis conuenit personæ Christi secundum rationem personę, seu hypostasis, inquantum, scilicet persona Christi subsistit in natura humana, ideo hoc modo persona Christi põt dici composita. Et intantum inuenitur huiusmodi compositio in persona Christi, vt dicat Author in lib. 4. contra Gent. c. 49. in solutione sextæ obiectionis, quod natura humana est simplicior, quam Verbum, inquantum verbum est hic homo. Et postea in solutione decimæ obiectionis declarat quid significatur, & supponitur per ly hic homo dicens, id, quod natura humana subsistit, est hic homo, & hoc quo ad significationem. vnde ipsum Verbum supponitur cum dicitur, hic homo, & hoc quo ad suppositionem. Et in quæstio. de vnione Verbi incarnati, artic. primo, ad 15. dicit, quod natura humana est simplicior, & formalior illo homine, qui est Verbum caro factum, & non verbum secundum se. Sed quoniam talis compositio est compositio vnius cum alio, seu aliis, & unius ex alio, seu aliis, (& in litera solum tractari videtur compositio ex his, quoniam tractatur compositio personæ Christi, quasi subsistat ex duabus naturis, ut patet in literę processu) ideo vtroque compositionis modo persona Christi secundum personæ rationem composita inuenitur, scilicet & compositione ex his, inquantum in duobus esse, diuino, scilicet & humano ex duabus subsistit naturis (de diuina quidem natura patet, quòd ex illa subsistit, de humana autem in symbolo Athanasij habetur, dum dicitur. Perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens, vbi expresse Christus, ut perfectus homo dicitur subsistens ex anima rationali, & humana carne, & non solum in anima rationali, & humana carne. Magister quoque Senten. in 3. distin. 6. & 7. pluries affirmat Christi personam ex duabus subsistere naturis, exponendo secundum opinionem, quæ est determinatio, quam hic docemur, quam omnes catholici amplectuntur: in professione quoque Episcoporum. quando ordinantur, dicitur. Credis vnicum, & vnum filium Dei in duabus & ex duabus naturis? & respondetur. Credo, ut patet in Pontificali ecclesiæ Romanæ), & compositione cum his inquantum persona Verbi coniungitur cum hoc, quòd est esse hunc hominem, non quòd assumpserit hunc hominem, sed quia facta est hic homo assumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc fit, excedit humanam mentem, sat sit nobis nosse, quia est, dum reuelatum est, quod Verbum est ille homo, qui vocatur Christus: quo homine ut sic, natura humana ideo simplicior dicitur, quia ad hunc hominem spectant, & principia indiuiduantia, & accidentia, quæ habet, quæ vniuntur illi non in natura, sed in persona, quæ non clauduntur in natura humana. Ad quæsitum ergo dicitur, quod duo obstant compositioni personæ Christi simpliciter, & formaliter enunciandæ, alterum est ratio compositionis, quæ quia imperfectionem componentium formaliter importat, non potest formaliter, & simpliciter attribui personę Christi: alterum est, generalis regula seruãda in attributis Christo, si sunt communia naturæ, & personæ, & oppositum conuenit personæ, vt inferius patebit de hoc, quod est esse creaturam, & incipere esse, ne denotetur, quòd persona Christi in se sit composita, sit creatura, incęperit esse, & huiusmodi. Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd defectus prædicationis formalis hic est ex parte prædicati, quod formaliter sumptum non conuenit personæ. Defectus autem prædicationis simpliciter est ex parte communitatis prædicati respectu talis subiecti, scilicet personæ Christi uendicantis sibi in se oppositum, scilicet omnimodam simplicitatem, & propterea merito Author illas duas conditiones, quæ arguendo ad alteram partem tanguntur, apposuisse uidetur: & doctores posteriores non vtuntur compositionis nomine in mysterio incarnationis: quo tamen vtendum puto cum aliquo adiectiuo, puta, quòd est compositio ineffabilis, quòd sine quacumque imperfectione alterius componentis, vel aliquo huiusmodi. Et hoc ad denotandum, quod coniunctio ista intima est substantialis, quia in veritate est talis. quamuis supra intellectum nostrum. Propter hoc enim antiqui doctores Diony. August. Damasce. & Author cum sexta Synodo (vt in corpore articuli sexti inferius recitatur) compositionis nomine vsi sunt: quamuis explicare eam non potuerint.

¶In chsione ad fin eiusdem quarti articuli, aduerte, ꝙ Author non dicit, ꝙ compositio personæ Christi ex naturis est ratione numeri, ut prima facie apparet, sed comparatiuam dicit, quòd potius est ratione numeri, quàm ratione partium. Quod est dicere, ꝙ naturæ potius habent rationem duorum conuenientium in vnũ, quàm rationem partium conuenientium in vnum. Hoc autem constat esse uerissimum: quia ratio partis repugnat diuinitati, & quodammodo humanitati, ratio autem duorum conuenientiũ in vnum non repugnat eisdem. Cum quo instat quòd compositio ista longe maior sit quàm duorum conuenientium in unam personam, ut patet ex dictis, & dicendis specialiter in hac quæstione secunda.

Ferr 4. cont.c.37 41.
Capr.3 d.1.q.3 con.1.
Medina ar.1.

ARTICVLVS V.

Vtrum sit facta aliqua unio animæ, & Corporis in Christo.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ in Christo nō fuerit unio animæ, & corporis. Ex unione enim animæ, & corporis in nobis causatur persona, uel hypostasis hominis. Si ergo anima, & corpus fuerunt in Christo unita, sequitur, ꝙ fuerit ex unione eorum aliqua hypostasis constituta: non autem hypostasis uerbi Dei, quæ est æterna. Ergo in Christo erit aliqua persona, uel hypostasis pter hypostasim. Verbi, quod est contra prædicta*.

¶ 2 Præt. Ex unione animæ, & corporis constituitur natura humanæ speciei. Dam. autem dicit in 3. lib.* ꝙ in Domino Iesu Christo non est communem speciē accipere. Ergo in eo non est facta animæ, & corporis vnio.

¶ 3 Præt. Anima non coniungitur corpori, nisi ut uiuificet ipsum: sed corpus Christi poterat uiuificari ab ipso uerbo Dei, quòd est fons, & principium uitæ. Ergo in Christo non fuit unio animæ, & corporis.

SED CONTRA est, quod corpus non dicitur animatum, nisi ex unione animæ: sed corpus Christi dicitur animatum, secundum illud, ꝙ Ecclesia cantat, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est. Ergo in Christo fuit unio animæ, & corporis.

RESP. dicendum, ꝙ Christus dicitur homo uniuocè cum alijs hominibus, utpote eiusdem speciei existens, secundum illud Apostoli Phil. 2. in similitudinem hominū factus. Pertinet autem ad rationem speciei humanæ, ꝙ anima corpori uniatur: non enim forma constituit speciē, nisi per hoc, quòd fit actus materię, & hoc est, ad ꝙ generatio terminatur, per quam natura speciem intēdit. Vnde necesse est dicere, quòd in Christo fuerit anima corpori unita, & contrarium est hæreticum, utpote derogans ueritati humanitatis Christi.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ex hac ratione moti uidentur illi, q negauerunt unionē animæ, & corporis in Christo: ne per hoc scilicet cogerentur personā nouā vel hypostasim in Christo inducere, quia uidebant, ꝙ in puris hominibus ex unione animę ad corpus constituitur persona. Sed hoc ideo in puris hominibus accidit, quia anima, & corpus sic in eis coniunguntur, ut per se existant. Sed in Christo uniuntur ad inuicem, ut adiuncta alteri principaliori, ꝙ subsistit in natura ex eis cōposita, & propter hoc ex unione animæ, & corporis in Christo non constituitur in noua hypostasis, seu persona: sed aduenit ipsum cō iunctum personæ, seu hypostasi præexistenti. Nec propter hoc sequitur, ꝙ sit minoris efficaciæ unio animę, & corporis in Christo, quā in nobis: quia ipsa coniunctio ad nobilius, non adimit uirtutem, aut dignitatē, sed auget, sicut anima sensitiua in animalibus constituit speciem, quia consideratur ut ultima forma, non autem in hominibus, quamuis in nobis sit uirtuosior, & nobilior: & hoc propter adiunctionem ulterioris, & nobilioris perfectionis, s. animæ rationalis, ut etiam supra dictum est.*

*Ar. 1. huius q. ad 2.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ uerbū Dam.* potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut referatur ad humanam naturam, quæ quidem nō habet rationem cōis speciei, secūdū ꝙ est in uno solo indiuiduo, sed secūdum ꝙ est abstracta ab omni indiuiduo, prout in nuda contemplatione consideratur, uel secundum ꝙ est in omnibus indiuiduis. Filius autē Dei non assumpsit humanam naturam, prout est in sola consideratione intellectus: quia sic non assumpsisset ipsam rē humanæ naturæ, nisi forte diceretur, ꝙ humana natura est quædam idea separata, sicut Platonici* posuerunt hominem sine materia: sed tunc filius Dei non assumpsit carnem, contra illud ꝙ dicitur Luc. vlt. Spiritus carnem, & ossa nō habet, sicut me uidetis habere. Similiter etiā nō potest dici, ꝙ filius Dei assumpserit humanā naturā, prout est in oībus indiuiduis eiusdem speciei. quia sic oēs hoīes assumpsisset. Relinquitur ergo, ut Dam.* postea dicit in eodem li. ꝙ assumpserit naturā humanā in atomo. i. in indiuiduo. non quidem in alio indiuiduo, ꝙ sit suppositum, uel hypostasis illius naturæ, quam in persona filii Dei. Alio modo potest intelligi dictum Dam.* ut non referatur ad naturā humanam, quasi ex unione animę, & corporis non resultet una communis natura, quę est humana: sed est referendum ad unionem duarum naturarum, diuinæ, scilicet & humanæ, ex quibus non componitur aliquid tertium, quod sit quædam natura communis: quia sic illud esset natum prædicari de pluribus, & hoc ibi intendit. Vnde subdit,* Neque enim generatus est, neque umquam generabitur alius Christus, ex deitate, & humanitate, in deitate, & humanitate Deus perfectus, idem, & homo perfectus.

*Citatū in arg.
* vt patet 1 Ari. 1. metaph. text. 6. & 25. p multos tex.
* li. 3. c. 11.
* li. 3. c. 11.
* Li. 3. c. 3 in med.

AD TERTIVM dicendum, quòd duplex est principium uitæ corporalis. Vnum quidem effectiuum, & hoc modo uerbum Dei est principium omnis uitæ. Alio modo est aliquid principium uitæ formaliter: cum enim uiuere, uiuentibus sit esse (ut dicit Philosophus, secundo de anima*) sicut unumquodque formaliter est per formam suam: ita corpus uiuit per animam. & hoc modo non ponitur corpus uiuere per uerbum, quod non potest esse corporis forma.

* Li. 2. tex. 37. tom. 2.

AR-

SVPER Q. II. ART. V.

11
¶ Inf. q. 16. ar. 1. c. Et 3. d. 6. q. 3. ar. 1. Et 4. cō. gēt. 37. & 41. Et op. 3. c. 215.

CONCL. Necesse est dicere, ꝙ in Christo aīa fuit unita corpori: & contrarium est hæreticum.

¶ PROB. Quia Christ* est homo uniuoce cum alijs hominibus (ut patet: cū sit eiusdem speciei, Philip. 2.) Et ad rationem humanæ speciei pertinet, ꝙ anima corpori uniatur, tāquā forma actuās materiā; alioquin generatio, p quam natura speciem intendit, non terminaretur ad hoc, quod forma sit actus materiæ, secunda autem pars. s. & contrarium, &c. probatur. Quia contrariū derogat ueritati humanitatis Christi.

* Art. 2. & 3. præce.
† lib. 3. orr. fid. c. circa med.

1m de maiori.

Ex vnione animæ & corporis. R. Sic facta, ut per se existant: non autem sic facta, ut existant in aliquo digniori. §. Tunc nihil, &c. Nam in Christo uniuntur anima, & corpus ad inuicem, non ut per se existant; ut supra p cō cilia uisum est art. 2. & 3. appen. sed ut adiuncta alicui seipsis digniori existant in illo, sup. ar. 2. ad secundum. Aliter est de nobis, ut in tex. Quia ly. Nec propter hoc sequitur, ꝙ sit minoris efficaciæ, &cæt. occurrit tacitæ obiectioni; quæ scilicet mox posset in mentib. legentium nasci, soluēs eam perpulchre.

* In festo circūc. dñi. in laudib.
†3. dis. 2. q. 1. a. 3. q. 3. et d. 7. q. 1. a. 1. c. princ.

2m Ex Damasceno.

Communē speciem. R. resultantem ex unione diuinæ naturæ, & humanæ; non resultantem ex plurib. indiuiduis hominum. §. Tunc nihil, &c. Nam ex unione corporis, & animæ constituitur natura speciei humanæ; non autē natura spēi diuinæ & humanæ; quod uidelicet sit quoddam tertiū, tanquam natura cōmunis de pluribus prædicabilis, compositū ex vnione ipsarum duarū naturarum. Sic igitur in Christo ex vnione animæ huius & corporis constituitur natura speciei humanæ, sicut & in nobis; non autem illud quoddam tertiū, tanquam natura communis de pluribus prædicabilis. Neque enim generatus est, neq; generabitur unquā alius Christus (ut subdit Damascenus suam intentionem in prædicta sua sententia ab argumento adducta declarans) & per consequens hoc nomen Christus non est communis speciei, sicut hoc nomē homo de pluribus hominibus uniuocè prædicatum. Nec obstant hęc prædicta in artic. 4. de persona una Christi ex duabus naturis composita, ut patet uel mediocriter erudito, & utriusque articuli loca inspicienti.

3m de maiori.

Vt viuificet. R. formaliter, non effectiue tātū. §. Tunc nihil, &c. Nam licet verbū, & corpus Christi, & omnia uiuificet effectiue, non tamē potest esse quid imperfectum; ideo nec pars, ideo nec forma corporis. Et per consequens nec pōt uiuificare formaliter. Iccirco ad hoc necessaria est anima creata, etiam ꝙ adsit verbum: alioquin Christus non fuisset, nec esset homo uiu*, sed corpus mortuum, ut patet per exemplum de corporibus nostris pro tēpore, quo non uiuificātur ab anima; quamuis adsit illis verbum uniuersa replens, & uiuificans. Nec tamen quia hypostatice coniungit corpori Christi, quod nō est in alijs, fit, quod uiuificet illud formaliter: aloquin uerbū in Christo esset minus pfectum, quā in nobis, ut ex prædicta ratione patet; quod, ultra quod impossibile, est absurdissimum.

A P-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito insinuatũ a Concilijs, a scripturis, a symbolo fidei, ꝙ unio animæ & corporis fuit in Christo. A Concilijs quidẽ, Toletano XI. in pronunciatione fidei catholicę. Idem Christus in his duabus naturis tribus extat substantijs; Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est; corporis, & animæ, quod ad uerum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiã, Diuinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hæc ibi. Si tres substantias habet, vt prius dixit, quomodo tantum geminam: nisi quia anima corpori iuncta vnam plenam facit substantiam, scilicet humanitatem. Si enim anima & corpus in Christo essent, sed disiunctim, ita ꝙ anima non informaret actualiter corpus; tunc Christus posset quidem dici habere tres substantias, sed non geminam substantiam; tum quia corpus disiunctum, & anima sunt duæ substantiæ, non vna; tum quia corpus disiunctum ab anima non facit humanitatem, quæ sola reputantur pro una perfecta substantia. Neque enim anima seorsum, neque corpus seorsum est humanitas, sed pars; illa quidem formalis, hoc autem materialis. Item a Concil. Calcedonensi, Ephesino primo, & omnibus supradictis art. 1. & 2. immo & ab omnibus alijs, quæ Christum esse hominem, vel habere naturã humanam, seu humanitatem dicunt. Nam anima & corpus nisi vniantur, ut forma materiam actu informans, neque homo, neque natura humana, neque humanitas dici ueraciter umquam poterunt. Propterea & conclusio dixit, contrarium, negans unionem præmissam animæ & corporis in Christo, esse hæreticum; quia scilicet per hoc negat, Christum esse uerum hominem, habere ueram humanam naturam, seu humanitatem. Quod quidem dogma hæreticum supra per omnium ferè articulorum appendices est canonice damnatum. Item expressè a Concil. quinto Constantinopolitano consess. 8. cap. 4. Si quis non confitetur (sicut Sancti patres docuerunt) unitatem Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali, & intellectuali esse factam; anathema sit. Hæc ibi abbreuiando, sed tamen expressa uerba adducendo. Hoc Concilio consonat Ecclesiæ canens in festo Circuncisionis Domini. O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est. Ecce, quod creator omniũ rerum assumpsit corpus humani generis animatum, non inanimatum. Item expressè a synodo 6. actio. 17. Sanctissima, atque immaculata anima eius caro Deificata est; non est perempta; sed in proprio sui statu, & ratione permansit. Hæc ibi. Ergo ly caro Deificata glossat bene artic. 1. ad 3. A scripturis autem fuit insinuatum Philip. 2. vt adducit in corpore. Item ab omnibus, quæ uocant Christum hominem, vel similem nobis; vt Hebr. 2. Semen Abrahæ appræhendit. Vnde & per omnia (absque peccato) debuit fratribus assimulari. A Symbolo demum fidei Patrum omnium orthodoxorum, ibi, Incarnatus, & homo factus est. Quasi apertè dixerit. Deus filius carnem nostram assumpsit, non qualitercunq; se habentem; sed unitam animæ humanæ; unde posset post assũptionem uere dici homo. Item a Papa Leone I. in epistola 10. in ordine, ad Flauianum, decreto 2. sic. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; hoc est in ea carne, quam assumpsit ex homine, & quam Spiritus uitæ rationalis animauit. Secũdò habes, quomodo per rõnem omnia præmissa dicta, pro quanto unionẽ animę & corporis formalem esse in Christo factã statuunt, & intelligas, & probes, & defendas. Tertiò uides, quomodo ex his præsens doctrina Angelica vicissim stabiliatur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus artic. 5. clarus est in se. Et oritur qõ hæc cum ex difficultate rei in se, quia in Christo nõ est propria hypostasis, quę coosurgere deberet ex unione animę, & corporis, tum ex erroribus eorum, qui negauerunt in Christo talem unionem.

¶In corpore 5. articuli vnica est conclusio responsiua quæsitò affirmatiue, cum suo corollario. Conclusio est ista. Necesse est dicere, ꝙ in Christo fuerit, anima unita corpori. Probatur: Ad rationem speciei humanæ pertinet, ꝙ anima corpori unitur ergo necesse est quòd Christo anima fuerit unita corpori. Antecedens probatur dupliciter. Primo: quia forma non constituit speciem; nisi per hoc ꝙ est actus materiæ, ex hoc enim patet quòd non est species humana nisi anima sit actus corporis, ꝙ est esse unitum corpori. actus enim est unitus materiæ, cuius est actus. Secundò, quia hoc, scilicet animã esse in corpore est terminus generationis ordinatæ a natura ad speciem, ex hoc namque, ꝙ natura per generationem tendit ad speciem, & terminatur ad unionem animæ, & corporis, manifeste patet, ꝙ species constituitur ex coniunctione animæ, & corporis. Et sic patet antecedens. Consequentia uerò probatur: quia Chrs dr homo vniuoce cum alijs hominibus. Probatur: quia est eiusdem speciei. Probatur: quia est in similitudinẽ hominum factus. Et est proculdubio sermo de similitudine substantiali: quia est sermo de similitudine hominum non de similitudine hominũ quantorũ, aut qualium, aut quolibet aliter se habentium, homo enim substantiæ speciei humanæ & non quantitatis, aut qualitatis nomen est. Ex hoc namq;, ꝙ eiusdem est speciei Christus, quatenus homo, cum alijs hominib. sequitur manifestè ꝙ si species humanæ naturæ in alijs constituitur ex unione animę, & corporis, in Christo quoque talis vnio exigatur. Corollarium est, quòd contrarium dicere est hæreticum. Probatur: quia derogat ueritati humanitatis Christi, ut patet ex dictis.

¶In responsione ad primum eiusdem articuli, disce hunc optimum ac clarum loquendi, modum in hoc mysterio, scilicet qđ ex unione animæ, & corporis in Christo non constituitur noua persona: sed ad præexistentem personam Dei, composita natura singularis ex anima, & corpore adiuncta est. Oportet ergo ex hac animę, & hoc corpore unitis, aut constitui nouam personam humanam, aut antiquam personam constitui in hoc, quòd sit persona humana. Et hoc secundum uerificatur in Christo, hypostasis enim verbi Dei inquantum est hic homo, per naturam humanam hanc constituitur, ut Auctor in quarto contra Gent. cap. 47. in solutione septimę obiectioni dicit. Quod est dicere personam Verbi constitui in hoc quod est esse personam humanam per hanc naturam humanam, hic enim homo personam humanam significat.

¶In responsione ad secundum eiusdem art. aduerte, quod Damasceni verbum, tã tritum, s. verbum assumpsit naturã humanam in atomo, dupliciter exponitur. Primo, ꝙ ly in atomo importet ly in indiuiduo, & sic exponitur in litera pręsenti. Et quia proprie loquendo, natura humana in indiuiduo est idem quod natura humana in hoc homine, nam hic homo est indiuiduum naturæ humanæ, & hic homo est hypostasis naturæ humanę, & consequenter hæc verba insinuant, ꝙ Verbum assumpserit naturam humanam, iam in hoc hoie, iam in hypostasi, iam personatam: quia quod assumitur præsupponitur assumptioni secundum naturæ ordinẽ, ideo Auctor ad excludendum talem sensum addidit. Non in alio indiuiduo, quod sit suppositum, vel hypostasis illius naturæ, quã in persona filij Dei. Iuxta quem modum exponuntur similes locutiones in 6. & 7. d. 3. Sent. vt patet ibi. Secundo exponitur facilius, ita quòd ly in atomo, importet ly singularem, & sic clarus sensus est, ꝙ Verbum assumpsit naturã humanam singularẽ: quia assumpsit naturam humanam hanc, Et iuxta hunc sensum est ualde tritum, nec eget glossa.

¶In eadem responsione ad ſm circa verba. Neque enim generatus est, neque umquam generabitur alius Christus, &c. aduerte ꝙ si Christus esset naturæ compositæ ex deitate & humanitate, natura illa esset cõis Christo & filijs suis, quos naturaliter virtute illius naturæ generasset, ita ꝙ genuisset filium eiusdẽ naturæ, scilicet compositæ ex deitate, & humanitate, & sic genuisset aliũ Christum. Sed quia hoc est impossibile, arguit Damascenus a destructione consequentis ad destructionem antecedentis, s. ex hoc quod non potest generari alius Christus ex deitate, & humanitate compositus, ꝙ in Christo non est natura composita ex deitate, & humanitate. Nunc autem, quia persona tñ Christi ponitur composita modo prius dicto si Christus naturali generatione aliquẽ produxisset, quum uirtute humanę naturę innocentis generasset, purum hominem produxisset generans enim generat sibi simile, non in persona, sed in natura.

¶In rñsione ad tertiũ eiusdẽ art. nota illa uerba, vnumquodq; formaliter est, p formã suã: qm in q. 17. cũ tractabitr, an i Chro sint plura esse, discutiẽda sunt, & quo stat doctrina illic, data cum ista.

12 1. q. 17. a. 1 6. Et 3. d. 6 q. 3. a. 2. Et 4. cõ. c. 37. 41. & 49. & mo. ar. 1. cor. & ad 13. Et op. 3. c. 215. Et Phil. 2. col. 5.

Ferr. 4. cont. c. 37. 41. Palud. 3. d. 5. q. 1. Medina. ar. 6.

SVPER Q. II. ART. VI.

COnnel. Fides catholica tenet, ꝙ vnio est facta non accidentaliter, seu (quod idem est) secundum accidens; sed substãtialiter, non quidẽ ſm essẽtiam, vel naturam; sed secundum subsistentiã, seu personam.

¶Corull. Ergo Sãcta Ecclesia tenet me-

ARTICVLVS VI.

Vtrum natura humana fuerit vnita verbo Dei accidentaliter.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod humana natura fuerit vnita uerbo Dei accidentaliter. Dicit enim Apost. Philip. 2. de filio Dei, ꝙ habitu inuentus est ut homo: sed habitus accidentaliter aduenit ei, cuius est, siue accipiatur habitus, prout est vnum de decem prædicamẽtis, siue prout est species qualitatis. Ergo humana natura accidẽtaliter unita est filio Dei.

Tertio S. Tho. C dium

¶ 2 Pręt. Omne, qđ aduenit alicui post esse completum, aduenit ei accidentaliter: hoc enim dicimus accidens, q pōt, & adesse, & abesse alicui pręter subiecti corruptionem. Sed natura humana aduenit ex tēpore filio Dei, habenti esse perfectū ab ęterno. Ergo aduenit ei accidentaliter.

¶ 3 Pręt. Quicquid non pertinet ad naturam, seu essentiam alicuius rei, est accidens eius, quia omne, quod est, aut est substantia, aut accidens: sed humana natura non pertinet ad essentiam, uel naturam diuinam filii Dei: quia non est facta unio in natura, ut sup. dictum est.* Ergo oportet, q natura humana accidentaliter filio Dei aduenerit.

¶ 4 Pręt. Instrumentum accidentaliter aduenit: sed humana natura in Christo fuit diuinitatis instrumentum. Dicit enim Damasc. *in 3. lib. q caro Christi instrumentum diuinitatis existit. Ergo uidetur, q humana natura fuerit filio Dei unita accidentaliter.

SED CONTRA est, q illud, quod accidentaliter pręedicatur, non prędicatur quid, sed quantum, uel quale, uel aliquo alio modo se habens. Si ergo humana natura accidentaliter adueniret, cum dicitur, Christus est homo, non prędicaretur qd, sed quale, aut quantum, aut aliquo alio modo se habens, quod est contra Decretalem Alex. Papę dicentis, cū Christus sit perfectus Deus, & perfectus homo, qua temeritate audent quidam dicere, quòd Christus secundum quòd est homo, non est quid.

RESP. Dicendum, q ad huius quęstionis euidentiam sciendū est, q circa mysterium vnionis duarū naturarum in Christo, duplex hęresis insurrexit. Vna quidem confundentium naturas: sicut Euichetis, & Dioscori, qui posuerunt, quòd ex duabus naturis est constituta una natura, ita quod confitentur Christum esse ex duabus naturis, quasi ante unionem distinctis: non autem in duabus naturis, quasi post vnionem naturarum distinctione cessante.

Alia uerò fuit heresis Nestorii, & Theodori Mosuesteni, separantium personas, posuerunt enim aliam esse personam filii Dei, & filii hominis. Quas dicebant sibi inuicē esse unitas, primo quidem secundū inhabitationem: inquantum. s. uerbum Dei habitauit in illo homine sicut in templo. Secundo per unitatem affectus, inquantum, scilicet uoluntas illius hominis est semper conformis uoluntati uerbi Dei. Tertio secundum operationem, prout, scilicet dicebāt hominem illum esse uerbi Dei instrm. Quarto sm dignitatem honoris, prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, coexhibetur filio hominis propter coniunctionē ad filiū Dei. Quinto secundum ęquiuocationem, i. communicationem nominum, prout scilicet dicimus illum hominē esse Deum, & fi-

dum inter duas hæreses. Sic dicendo enim extremum, quod erat ponentium unam naturam in Christo ex duabus factam, habet ex vna parte; & extremum aliud, quod erat ponentium duas personas in Christo, habet ex alia parte, quorum extremorum vtrumque condemnat. Nam per ly Vnio est facta substantialiter, damnat secūdum extremū, quod erat Nestoriu, per ly. Non secundum naturam, damnat primū, quod erat Dioscori. Primum nanque unionem huiusmodi factam ponit substantialiter, secundum naturam; cum ex duab. naturis prius distinctis conflatam dicat post unionem unā naturam: secundum uerò unionem huiusmodi contendit esse factā accidentaliter, inquantum scilicet diuina psona inhabitabat aliam, operabatur per aliam, communicabat & suū honorem, & suam nominum prædicationem huic alij; itaque alia, scilicet humana, semper conformabatur in sua voluntate uoluntati psonæ diuinæ. Cæterū per ly unio est facta secundum subsistentiam, Ecclesia exprimit medium catholicū, quod tenet. Huic autem dicto eius, si addideris ly tantum, & medium expressisti, & hęretica extrema sufficienter exclusisti. Si enim est facta secundum subsistētiam; ergo substantialiter; ergo non accidentaliter: si secundum subsistentiam tantum; ergo non substantialiter sm naturam. Conclusio ergo breuissima complectens illa oia sit. Vnio verbi incarnati est facta secundum subsistentiam tantum. Nam ly secundum subsistentiam, liberat te a Nestorio, ly tantum, præseruat a Dioscoro.

*Ar. 2. huius quęst.

* Li. 3. ort. fidei c. 15. post med.

PROB. Quia quinta Synodus Constantinopolitana fidē catholicam explicans, hoc ipsum fatetur, (vt patet in textu Synodum 6. allegante.

¶ NOT. Pro notitia pleniori dictorum in hac probatione, & consequenter etiam quorundam præmissorum, occurrit primò Concilium quintum Constantinopolitanum confessione 8. cap. 4. Si quis dicit; secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum honoris æqualitatem, vel secundum authoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem, vnitionem Dei uerbi ad hominem factam esse, aut secundum bonam uoluntatem, quasi quid humo placuit Dei Verbo, eo quod bene uisum est ei de ipso (sicut Theodorus dicit); vel secundum solam nominis similitudinem, quam Græci homonymiam uocant, per quam Nestoriani Deum Verbum uocantes filium, & Christum, & duas personas manifestè dicentes, per solam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, unam personam, & unum filium, & unum Christum confingunt dicere; sed non confitentur (sicut Sancti patres docuerunt) vnitatem, &cæt. secundum subsistentiam factam; & propterea unam eius subsistentiam, &cæt. vt sup. art. 4. append. Reliquum enim totum huius capituli ibi est. Occur-
2 rit secundò Concilium idem ibi cap. 5. Si quis unam subsistentiam Domini nostri Iesu Christi ita intelligit, &c. vt sup. artic. 2. append. Ibi enim reliquum huius est. Vbi & per Chalcedonensem Synodum, quæ est una de quatuor principalibus, recte intellectam declaratur, quod vnio facta est secundum subsistentiā vnam. Ergo substantialiter, vt conclusio habet, non accidentaliter.
3 Occurrit tertiò, pro concordia textus allegantis Synodum sub nomine sextæ, cum tamen sit quinta, dicendum esse, ut sequitur. Aut littera textus scriptorum uitio corrupta est, ponens numerum 6. pro numero 5. Aut per Synodum sextam intelligitur non illa, quæ communiter inscribitur sexta sub Papa Agathone; sed illa, quæ sub Vigilio Papa tempore Patriarchæ Constantinopolis Eutychii celebrata est. Pro quo sciendum, quod Synodus quinta Constantinopoli habita primò fuit tempore Mennæ, secundo tempore Eutychij eiusdem ciuitatis successiue Patriarcharum. Et tanta ponitur in his describendis styli diuersitas, vt licet una eademque dicatur esse, tamen duæ uideantur. Quæ enim tempore Mennæ fuit, per actiones quatuor, sic dicendo, actio prima, actio secunda, actio tertia, actio quarta, distribuitur: quę uerò tēpore Eutychij per confessiones, seu collationes octo, sic dicendo, confessio, seu collatio prima confessio, seu collatio secūda, confes. &c. Hæc styli diuersitas patet in 2. tomo Conciliorum impressorum Coloniæ Agrippinæ apud Geruuinum Calenii, & hæredes Ioan. Quentelij 1567. Ex diuersitate igitur hac alicui potest forsan uideri dicenda quinta uiuente Menna coacta; & sexta Eutychio. In hac autē sub Eutychio iacēt uerba ipsa loco supra citato, quæ in præsenti articulo ponuntur, scilicet, cum multis modis vnitas intelligatur, &c. Aut denique si sextam sub Agathone per Synodum sextam accipiat textus; sensum uerborum, non uerba adducta sumamus, oportet. Quod si fecerimus, occurrit locus huius sextæ Synodi actione decima octaua, præ aliis apertus. In actione siquidem hac post subscriptiones Patrum, & Constantini, habentur explicatæ hæreses circa humanitatem Christi exortæ. Quidam enim personas in Christo diuidunt: alij contra, naturas permiscent, & confundunt, &cæt. Nos autem altrinsecus positam voraginem diuisionisque, & confusionis declinantes periculum, tanquam iter regale pergentes, duas in Christo naturas, & harum pari numero naturarum operationes confitemur; & in vnam indiuiduam concurrentes subsistentiam, & quę suæ sunt alterutrum in commune proprietates conferentes. Hæc ibi, ex summa Conciliorum. Ecce, quod sexta Synodus tanquam inter Nestorium personas diuidentem, & Dioscorum naturas confundentem, medium iter agens unam indiuiduam subsistentiam duarum naturarum in Christo confitetur: quod erat intentum conclusionis textualis. Ex his tribus, Aut, pro textus concordia prætacta narratis, idest ex hac præmissa triplici disiunctione, primum, scilicet quod vitio scriptorum corrupta sit littera ipsa, uidetur verum; non alia duo. Non enim credibile est, tantum Doctorem toti Ecclesiæ tum in sapientia, tum in sanctitate mirabilem (vt in principio primæ partis in, De altitudine doctrinæ Thomisticæ, &cæt. per summos Pontifices, vniuersitatemque Parisinam, patuit) nescuisse distinguere sextam vere synodum sub Agathone ab illa sub tempore Eutychij apparenter ex stylo sexta, quæ tamen vere est quinta: Nec etiā de sensu tantum verborum, quæ de actione 18. sextæ adduximus, locutum fuisse, uel loqui intendisse; cum verba formalia Synodi quintæ attulerit. Quartò, pro vniuersali omnium cau- 4
tela, quando de aliquibus credibilibus, postquam a Synodo

quapiam

quapiam definita sunt, loquuntur, occurrit diligentissimè annotanda esse ea; quæ maiores Ecclesiæ proceres nobis ad salutem in tali materia, tanquam hæreditario iure possidenda, reliquerunt: Sancta Synodus quinta Constantinopolitana confessio. 8. quomodo sit in his procedendum sic docet. Non aliter oportet suscipi, quæ ab aliquo scribuntur: nisi prius re & fidei Sanctorum patrum consonare demōstrentur. Hęc ibi. Ec hoc documentum dicit se accepisse ex recitatione eorum, quæ apud Sanctas Synodos Ephesinam primam, & Chalcedonensem pro epistolis Cyrilli, & Papæ Leonis, mota sunt. Item Papa Martinus primus, consultatione quinta Concil. Lateranensis, in epistola sua, cum synodo ad omnes catholicos. Nulla communia hæreticis existunt cum sanctis patribus; sed quantum distat oriens ab occasu, tantum distant impij hæretici verbo, & mente ab a Deo inspiratis viris. Propterea sanctos quidem patres sententialiter confirmauimus cum omnibus sacris prædicationib. eorum; nec non eos, qui nobiscum syncere ipsos & easdem suscipiunt. Impios autem hæreticos cum omnibus prauissimis dogmatibus eorum, & omnes, qui eos, vel quicquam de his, quæ exposita sunt in eis, suscipiunt, aut defendunt, seu verba pro eis faciunt, in scriptis anathematizamus; ut & uos omnes, qui per orbem terrarum inhabitare noscimini, pij, & orthodoxi, hæc pie a nobis gesta cognoscentes, pro tuitione catholicæ Ecclesiæ, consonanter nobiscum similia exequamini; & omnes quidem Sāctos Patres confirmetis in scripto, consonantes illis, nobisque in orthodoxa fide; anathematizetis autem omnes hæreticos. Et infra. State ergo vos dilectissimi super uias; & videte, quæ est via bona Sanctorum Patrum, & ambulate in ea; & inuenietis requiem animabus vestris. Hæc ibi. Item Concil. Aquileiense in epistola ad G.V.T. Imperatores. A maiorum præscriptis impium est, & sacrilegum deuiare. Hæc ibi, de rebus fidei loquendo. Item synodus quinta Constantinopolitana confess. 6. ex epistola Cyrilli ad Nestorium approbata. Sanctorum Patrum legentes libros, magni eos æstimare festinemus, & probantes nosmetipsos, si sumus in fide, secundum quod scriptum est, illorum rectis & irreprehensibilibus institutis nostros intellectus optime coniungamus. Hæc ibi. Optime (inquit) idest recte, & indeclinabiliter, vt supra confess. 5. ex eodem Cyrillo declarauerat. Item sexta Synodus Constantinop. actione 12. Omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi Sanctorum Patrum dogmata, sed & eisdem vocibus vti cum illis, nihilque penitus innouari. Hæc ibi, ex summa Conciliorum. Pro huius postremæ citationis notitia, quoniam & alibi hæc super 1. par. D. Thom. adducta fuit, sciendum, quòd diuersitas nunc primum se mihi offerens apparet inter summam, & tomos magnos

Memorādæ sniç, & seruandæ: vbilibet a bonis doctoris dicta, vel èt scripta, occurrerint.

*dis. 6. q. 2. lib. 3. sent.

In lit. d. 1.

D. 706.

Art. 3. huius q.

* habet in Syno. 2. Constant. can. 4.

& filium Dei. Manifestum est autē istos omnes modos accidentalem vnionem importare. Quidam autē posteriores magistri, putantes se has hæreses declinare, in eas per ignorantiam inciderunt. Quidam enim eorum concesserunt vnam Christi personā, sed posuerunt duas hypostases siue duo supposita, dicentes hominem quendam compositum ex corpore, & anima a principio suæ conceptionis esse assumptū a Dei verbo. Et hæc est prima opinio quam Magister ponit in 5. dist. 3. lib. Sentent.* Alij verò volentes seruare unitatem personæ, posuerunt Christi animam non esse corpori unitam: sed hæc duo separata ab inuicem, esse unita verbo accidentaliter, vt sic non cresceret numerus personarū. Et hæc est tertia opinio, quam magister ibidem * ponit. Vtraque autem harum opin. incidit in hæresim Nestorii. Prima quidem: quia idem est ponere duas hypostases, vel duo supposita in Christo; quod ponere duas personas, vt supra dictum est. * Et si fiat uis in nomine personæ, considerandum est, quod etiam Nestorius utebatur unitate personæ propter unitatem dignitatis, & honoris. Vnde etiam quinta Synodus definit anathema eum * qui dicit vnam personam secundum dignitatem, & honorem, & adorationem, sicut Theodorus, & Nestorius insanientes conscripserunt. Alia vero opinio incidit in errorem Nestorii, quantum ad hoc, quòd posuit unionem accidentalem: non enim differt dicere, quòd verbum Dei unitum est homini Christo secundum inhabitationem, sicut in tēplo suo (sicut dicebat Nestorius), & dicere, quod unitum fuit verbum Dei homini secundum indutionem, sicut vestimento: sicut dicit tertia opinio, quæ etiam peius dicit aliquid, quā Nestorius, scilicet quod anima, & corpus nō sunt unita. Fides autem catholica medium inter prædictas positiones tenens, non dicit unionem factam Dei, & hominis secundum essentiā, vel naturam, neq; etiam secundum accidens: sed medio modo secundū substantiam, seu hypostasim. *Vnde in quinta Synodo* dicitur, Cū multis modis unitas intelligatur, qui iniquitatem Apollinaris, & Eutychetis sequuntur, interemptionem eorum, quæ conuenerunt colentes, id est interimentes vtramque naturā, vnionem secundum confusionem dicunt: Theodori autem, & Nestorii sequaces, diuisione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt: sancta uero Dei Ecclesia, utriusq; perfidiæ impietatem reiiciens, unionem verbi Dei ad carnem secundum cōpositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Sic ergo patet, quod secūda trium opinionem, quas Magister ponit, quæ asserit unam hypostasim Dei, & hominis, non est dicenda opinio, sed sententia catholicæ fidei: similiter etiam prima opinio, quæ ponit duas hypostases, & tertia, quæ ponit vnionem accidentalem, non sunt dicendæ opiniones, sed hæreses in conciliis ab Ecclesia damnatę.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod sicut Damasc.* dicit in 3. lib. non necesse est omnifariam, & indefectiuè assimilari exēpla: quod enim est omnibus simile, idē utique erit, & non exemplum, & maximè in diuinis: impossibile.n. est simile exemplum inuenire in omnibus, & in Theologia, i. in Deitate personarum, & in dispensatione, idest in mysterio incarnationis. Humana ergo natura in Christo assimilatur habitui, idest uestimento, non quidē quantum ad accidentalem unionem: sed quantum ad hoc quòd Verbum videtur per humanam naturā, sicut homo per vesti-

* habetur Concil. 1. Constant. can. 4.

lib. 3. sent. dist. 6.

D. 250.

*li. 3. orth. fid. ca. 26. in fine.

gnos Conciliorum. Nam secundus tomus Coloniæ (vt sup.) impressus, affert ibi epistolam Sergij quondam Patriarchæ Constātinopol. ad Cyrum Phasidis, circa cuius epistolæ finem præmissa authoritas uerbaliter iacet. Summa vero Conciliorum Venetijs apud Iacobum Vitalem 1573. impressa eandem auctoritatem Sancto Concilio ascribit, sic in actione 12. dicens. Rursus disputatum est cum hæreticis, si ex scripturis Sanctorum Patrum possent demonstrare vnā uoluntatem, & unam operationem in Domino nostro Iesu Christo: & non ualentibus illud ostendere, prolata est a catholicis & lecta epistola Leonis Papæ decima, & luce clarius demonstrauerunt duas uoluntates, & duas operationes in Christo Iesu. Et dixit Sancta Synodus. Omnino necesse est, non solum, &cæt. vt supra. Hæc ibi. Summa hæc ex Concilijs forsan plura habentibus, quam Coloniæ habent, summata est, quæ lectum illud in epistola Sergij narrabant, fuisse reassumptū a Synodo, atq; firmatum, non tanquā Sergij dictum, sed tanquam contra Sergium, aliosque hæreticos (dictum ipsum intelligendo de patribus vere Sāctis, & orthodoxis) pro ueritate firmiter inuenienda plurimum ualens. Nec mirum, si unam, eandemque sententiam quandoq; mali, & boni afferant ad diuersa tendentes: quoniam & diabolus ad malum sensum protulit ly Angelis suis Deus mandauit de te, &cæte. quod Ecclesia Sancta post in officio quadragesimali ad bonum sensum frequentat. Potuit ergo fieri vtrumque; & quod Sergius præmissa uerba dixerit, secundum tomos; & quod Synodus ea ipsa pronuntiauerit, secundum summam. Hæc dixerim, ne quis me credat Sergiū pro Synodo allegare, vel Sergiū pro Synodo uelit acceptare. Absit.n. & in æternū absit, quod hæreticis quibuslibet, contra quos pro iustitia vsque ad mortem Deo duce semper victuri agonizamus, vel tenuiter aliquando communicemus.

1m ex Apostolo. Habitu. R. considerato quantū ad hoc, quod & per habitum vr indutus illo, & quod habitus mutat' sm figurā induētis illū: nō autē considerato quātū ad hoc, quod habitus accidentalr unit' induēti illū. §. Tūc nihil, &c. Nā conclusio dicit quod humana natura non unit' accidentalr verbo; non aūt dicit, quod per illā Verbum non videatur, sicut hō per uestimentum; neq; quod illa non melioretur p unionē ad Verbum, sicut vestimentum ad figurā ipsum induentis aptatum clarescit magis. In capsa enim positum uestimentum non sic apparet, sicut quando ad formam illud induentis aptissimè extenditur, ut patet. Taceo, quod uestimentum melioratur tunc, quando induitur ex eo, quod fini suo coniungitur, ad quem factum fuit, etiam quod nullam aliam meliorationem inde consequeretur. Sic & natura humana fini suo primo maxima coniunctione tunc unita est, quando ad hy-

ad hypostasim diuinam est assumpta. Vnde nulli dubium est, q in melius natura humana maxime fuerit commutata.

2m maior. Quod aduenit alicui post esse completum, aduenit ei accidentaliter. ℞. Nisi trahatur in communionẽ illius esse completi. §. Vt patet exemplo resurrectionis uniuersalis. Tũc nihil, &c.

Natura.n. humana adueniens Verbo, tracta est in communionẽ ipsius esse diuini, quatenus personale erat, licet non quatenus naturale. Vnde Concil. Toletan. 6. in cap. de plenitudine fidei catholicæ dicit. Solus filius suscepit *li.83.q.q.73. nõ longe à fine. to.4. humanitatem in singularitate personæ, nõ in vnitate diuinæ naturæ, idest in eo, quod proprium est filij, nõ quod commune Trinitati. Hæc ibi.

3m de maiori.

Quicquid non pertinet ad naturam, seu essentiam. ℞ Nec ad personam. §. Vt hi quinto Metaph. qñ diuidit D.ta. substantia. Tunc nihil, &c. Licẽt enim humanitas Christi non pertineat ad naturam, seu essentiam diuinã, inquantum nõ est facta huius vnio in natura, seu essẽtia diuina; pertinet tamẽ sic ad personam diuinam. Vnde proculdubio nõ accidentalis, sed substantialis est etiam ſm Philosophũ (præsupposita hac fidei ueritate. q unio facta sit in persona) iuxta fundamenta diuisionis substantiæ ab eo in prædicto libro metaph.

vestimentum. Et etiam quantum ad hoc, q vestimentum mutatur: quia scilicet formatur secundum figurã eius, qui induit ipsum quia sua forma non mutatur propter uestimentum. Et similiter humana natura assumpta a verbo Dei est meliorata, ipsum autem uerbum Dei non est mutatum: vt Aug. exponit in lib. * 83. quæstio.

AD SECVNDVM dicendum, q illud quod aduenit post esse completum, accidentaliter aduenit, nisi trahatur in communionem illius esse completi: sicut in resurrectione, corpus aduenuet animæ præexistenti: non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur, vt scilicet corpus habet esse uitale per animam. non est autem sic de albedine: quia aliud est esse albi, & aliud est esse hominis, cui aduenit albedo. Verbum autem Dei ab ęterno esse completum habuit secundum hypostasim, siue personam: ex tempore autem aduenit ei natura humana nõ quasi sumpta ad vnum esse, prout est naturæ, sicut corpus assumitur ad esse animæ: sed ad unum esse, prout est hypostasis uel personæ. Et ideo humana natura non vnitur accidentaliter filio Dei.

AD TERTIVM dicendum, q accidens diuiditur * contra substantiã. Substantia autem (ut patet 5. Met.) dupliciter dicitur. Vno modo pro essentia siue natura: alio modo ꝓ supposito siue hypostasi. Vnde sufficit ad hoc, quòd non sit vnio accidentalis, quòd sit facta secundum hypostasim, licet non sit facta unio secundum naturam.

AD QVARTVM dicendũ, q nõ omne, quod assumitur, ut instrumẽtum, pertinet ad hypostasim assumẽtis, sicut patet de securi, & gladio: nihil tamen prohibet, illud, quod assumitur ad unitatem hypostasis, se habere vt instrumentum: sicut corpus hominis uel membra eius. Nestorius ergo posuit, quod natura humana est assumpta a Verbo solum per modum instrumenti: non autem ad unitatem hypostasis. Et ideo non cõcedebat, q homo ille uere esset filiꝰ Dei, sed instrumentum eius. Vnde Cyrillus dicit in Epistola ad Monachos Aegypti, Huic Emmanuelem idest Christum, non tanquam instrumenti officio assumptum dicit Scriptura, sed tanquam Deum uerè humanatum, idest hominem factũ. Damascenus autem posuit naturã humanam in Christo esse: sicut instrumentum ad unitatem hypostasis pertinens.

AR-

4m de maiori. Instrm. ℞. non pertinens ad unitatẽ hypostasis; non aũt, ad talem unitatẽ pertinens. §. Tunc nihil, &c. Nam humanitas Christi est instrumentũ Verbi hypostatice ei coniunctum; non autem instrumentum eius, sicut nos, hypostatice ab eo disiunctum, ut uolebat Nestorius.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. EX articulo habes primo, qñ per rõnẽ ostendas, meritò a sancta synodo Lateran. sub Papa Martino primo cõsultatione quarta, esse dictum. Orthodoxi patres (& uerba eorum super oẽm radium solis nitescunt) tradiderũt nobis in primis, quod & accepisse noscũtur; vnũ, eundẽq; confiteri Dñm Deũ nostrũ Iesum Chrm ex duabus, & in duab. existentem naturis substantialr vnitis inconfusè, & indiuise. Hæc ibi. Item merito dictũ a Concil. quinto Constantinop. consultationeq; 4. adductũ a Concil. Lateran. sub Martino, I. confessione 8.c.13. Si quis recipit Theodorũ, & Nestoriũ impiissimos, uel recipit impietatẽ eorũ; atq; propterea impios uocat Ecclesiæ doctores, qui substantialr vnionẽ Dei verbi ad carnem confitenti: anathema sit. Hæc ibi. Item meritò dictũ a Cõcil. I. Ephesino, c.13. Dicimus, q verbum substantialr, ineffabiliter, & incõpræhensibilr factũ est hõ; non euacuata, nec sublata diuersitate naturarũ per cõiunctionẽ. Itẽ meritò dictum ab eodẽ, ex ca.2. anathematismorũ Cyrilli ab ipsa Ecclesia approbatorũ. Si quis nõ confiteẽ, carnẽ ſm subsistentiam unitã esse, qđ ex Deo est Verbũ, atq; vnum esse Chrm cum carne sua; eundẽ uidelicet Deũ simul, & hominẽ; anathema sit. Itẽ ab eodẽ, ex ca.3. vt sup. Si quis in uno Christo subsistentias post factã naturarũ unionẽ diuidit; coniunctione tñ illas, quæ fit ſm dignitatẽ, uel anthoritatem, & nõ magis coitionẽ ſm naturalem unionẽ connectens; anathema sit. Hæc ibi. En à Cõcilijs verbalr ẽt dictum, q naturæ sunt unitæ substantialr; q ſm subsistẽtiam (hæc proculdubio substantia est, ut dr in præsenti artic. ad tertium); q ſm unionem naturalẽ (hæc proculdubio nõ est accidentalis, ut patet). Item meritò a Concilio Chalcedonensi dictũ, ut sup. Nã ibi relecta Cyrilli ꝑdicta, ab eodẽ acceptanẽ. *li.5.met. tex.15.t.3 *li.3.or.fidei c.15.a medio.

Secundò habes, qũo ꝑ rõnẽ & confundas Nestorij hæresim, & ostendas, hanc fuisse iuste dãnatam à Concilijs præmissis. Dicebat.n. Nestorius (ut recitatur in Synodi Chalcedonensis actione 1.) Si quis Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat; anathema sit. Hoc dicens Nestorius respondebat contra Cyrillum cap. 1. quo fit, vt facilè quisque uideat; quod Nestorius per hoc dictum intendebat destruere, quòd unio illa sit substantialis; & per consequens dogmatizare, quod est accidentalis. Quapropter iustè damnatur ab omnibus supradictis: ideoque maxime cauendum est, ne communicemus Nestoriano errori, nec etiam in uocabulis: sed vt in his, & huiusmodi alijs fidem concernentibus, dicta Sanctorum Patrum orthodoxorum recte, & indefectibiliter, tam in sensu, quã in verbis, fortiter teneamus, nouitates penitus euitando. Vide notationem supra loco quarto, post probationem conclusionis; memoria semper, & ubique retinens, & seruans ea, quæ hic, & illic pro regula tibi data sunt, etiam q nunquam replicarentur. 2

Tertio uides, quomodo ex his vicissim Angelica, etiam in uerbis, doctrina consolidetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo artic 6. ly accidentaliter sumitur, ut distinguitur cõtra substantialiter, ita quod modus coniunctionis in quæstionẽ uertitur, an substantialis, an accidentalis sit. Vbi aduerte quod postquam determinatum est, quod humana natura est coniuncta filio Dei in persona, quæritur an sit coniuncta ei substantialiter, uel accidentaliter. Et hoc, quia, vt patet ex superius assignata latitudine unitorum alicui in persona, aliquid unitur Socrati in persona accidentaliter, ut albedo, & reliqua accidentia, quę sunt in Socrate, & aliquid unitur Socrati in persona substantialiter, ut membra sua, & natura sua. Hæc autem quæ dicimus patent ex eo, quod dicendo, Socrates est albus, aut magnus, enuntiamus esse accidentale Socratis, dicendo autem, Socrates est capitatus aut homo, enunciamus vtrobique esse substantiale Socratis. Quia igiẽ personæ potest aliquid in persona uniri tam substantialiter, quam accidentaliter, ideo meritò postquam conclusum est, naturam humanam esse unitam filio Dei in persona, quæritur an sit illi unita substantialiter, an accidentaliter. Hic est sensus tituli.

¶ In corpore articuli tres sunt principales partes, in prima narrantur duæ hęreses extremę circa quæsitum. In secunda ad alterã earum reducuntur duę opiniones extremę positę à Magist. Sent. in 6. dist. 3. Sent. In tertia ponitur sententia fidei.

¶ Quoad primum, clare constat, allatas hęreses esse extremas, dum Euticheris error coniunctionem in Christo intantum substãtialem esse dicit, quod ex substantijs duabus composita est una natura. Nestorij autem error coniunctionem istam in tantũ accidentalem posuit, q separauit personam filij Dei a persona filij hominis. Ille confundit naturas, & unã, tam naturã, quã ꝑsonã posuit esse in Christo: iste separauit, & naturas, & ꝑsonas, dicẽs in Chro duas esse, & naturas, & personas, coniunxit autem eas accidentali vnione penes quinque, vt in litera clare habes. Hęc de primo.

¶ Quo ad ſm posteriorũ magistrorũ errores tractanẽ, q putãtes se catholice dicere, opiniones duas introduxerunt extremas, apud Mag. Sẽt. s. primã, & tertiã, cũ ambę ex parte uniꝰ extremi, hoc est Nestoriani erroris se teneãt: nã utriq; cõueniũt in hoc, q ponũt in Christo

Christo diuersas hypostases, ita quòd alia est hypostasis filii Dei, & alia hypostasis filij hominis, ac per hoc vtrique separãt in Christo, & naturas, & hypostases, seu supposita. Et accidẽtalem pro inde vnionem ponunt humanæ naturæ ad personam filij Dei, quamuis diuersimode: quia primi ponunt sub nomine personæ, dicendo hypostases duas vniri in persona, quod monstratum est non esse intelligibile, nisi personæ nomen accidens significet. Alij verò ponunt vniri per modum vestis, constat namque, quòd esse uestitum, accidentale tantum esse ponit in persona, quæ uestita est. Et omnia clare patent in litera.

¶ Quo ad tertiũ primo ponitur sñia fidei, quę vere est media. s. ꝙ vnio est secundum substantiam, vt substantia importatur ꝑ personam, hypostasim, uel suppositũ, & hoc contra Nestorium, & posteriores magistros, & ꝙ non est ſm substantiam, ut substantia importatur per essentiam, naturam, seu quidditatẽ, & hoc contra Eutichetem, & Dioscorum. Probaturque auctoritate sextæ Synodi, vbi patet, Vnionem carnis ad verbum Dei secundũ compositionem, quæ est secundum substantiã, confessam esse. Secundo modum loquendi docet circa recitatas sñias tres a Magist. Sent. in 6. dist. tertia, ꝙ, s. nulla earum uocanda est opinio, sed secunda dicenda est sententia, doctrinaq; fidei, tam prima autem ꝙ̃ tertia hæresis a cõcilio damnata appellanda est. Vbi scito, ꝙ licet tẽpore Magist. Sen. & illorum magistrorum, quorum hic Auctor meminit, iã essent damnatæ ambæ istæ hæreses; quia tñ occultum erat comprehendi positiones istas sub illis damnatis, & putabatur istas ab illis tantum distare, vt separatæ essent ab illis, ideo excusati fuerunt, & auctores, & sequaces earum, & qui tanquam opiniones illas habuerunt. Sed ex quo tanta concessa est posterioribus perspicacitas, ut viderent, & discernerent inter illas, & unicuique locum suum darent, non amplius excusarentur qui hmõi positiones, vt opiniones astruerent.

¶ In rñsione ad primum, & ad secundũ aduerte primo, ꝙ cõe est vtrique. s. habitui, & accidenti vniri, accidentaliter Socrati. nam indumentũ non nisi accidentale esse ponit in Socrate, esse. n. uestitum accidentale esse est, & albedo accidentale esse ponit in Socrate: dña autem inter ipsa est, ꝙ indumentũ est in se substantia quædam, puta pãnus laneus, albedo autẽ est in se accidens, ita quod albedo, & est in se accidens, & accidentaliter coniungitur Socrati. Indumentum aũt est in se substantia, sed accidentale tantũ esse cõfert Socrati. s. esse uestitum. Et quia natura humana est in se substantia & aduenit uerbo Dei post eius esse completum, ideo accidentaliter coniuncta uero Dei æstimata est: quemadmodum habitus, seu indumentum accidentaliter iungitur Socrati.

¶ Sed æstimationę hanc esse falsam non solum manifestatur ex antedictis, quia, s. vnio vestis ad Socratem, nõ est in persona, quia alia est hypostasis vestis, & alia hypostasis Socratis vestitirsed etiã, quia talis unio, vt terminatur ad Socratẽ, est secundũ esse accidentale, qm̃ non ponit in Socrate nisi esse vestitum, quod constat esse de genere accidentis. Natura autem humana sic est coniuncta uerbo Dei, vt enuferat verbo Dei esse substantiale, quoniam confert illi esse hominem: constat antẽ ꝙ esse hominem, est in genere substantiæ, & non in genere accidentis: filius siquidem Dei, sic homo factus est, vt verissime sit homõ. Vnde fingendo, quod uestis sit nomen substantiæ, pro claritate doctrinæ, coniunctio vestis ad ꝑsonam vestitam est ſm esse accidentale: quia non confert vestitæ ꝑsonæ, quòd sit uestis, sed quod sit uestita, sed humana natura cõiungitur ꝑsonæ diuinæ ſm esse substantiale: quia confert uerbo Dei, quod sit homo secũdũ rei veritatẽ simpliciter, & non in intellectu, aut in imaginatione, aut repræsentatione, aut secundum quid. Et hoc est quod Auctor in quarto cont. Gen. c. 49. in solutione vltimæ obiectionis explicuit: hoc est, quod extra, de hær. in c. cum Christus, Alexander III. explicauit, vbi sub anathemate inhibens, ne quis audeat dicere, quod Christus, ſm ꝙ homo, non est aliquid, quia est uerus homo, contra eos loquitur, qui dicebãt ꝙ Christus ſm, quod homo, nõ est aliquid, sed ad aliquid, seu aliqualis: hoc. n. sequitur ad oẽs ponentes unionem naturæ humanę ad hypostasim filij Dei esse accidentalem. Nam ſm hmõi positiones, sicut Socratem esse uestitum, aut esse magnum, aut honorabilem, & super alios, non est Socratem esse aliquid, sed ad aliquid, aut aliqualem, &c. ita filium Dei esse hoiem, non esset esse aliqd, sed ad aliquid, aut aliqualem, &c. Vnde Auctor optime in hoc articulo induxit Decretalem illam ad probãdam unionem humanę naturæ ad Verbum esse substantialem. Et Scotus in vlt. q. 6. d. 3. Sen. dicit ꝙ per istam decretalem condemnata est tertia opinio illic a Mag. sen. recitata, s. ꝙ humana natura unita est Verbo ut habitus, ꝑ hæc manifestans, ꝙ ly aliquid, sumit in dicta Decretali vt distinguit contra ad aliquid, aliquale, aliquantũ, & reliqua accidẽtium genera. Quæ solum cõuenire Chrõ ſm ꝙ hõ, dicebat positio illa, & quæcunq; alia ponens vnionem istam accidentalem.

¶ Aduerte secundo, propter exemplum quod in litera datur, de vnione animæ ad corpus, ꝙ dicentes unioni Verbi, & naturæ humanæ maxime similem esse unionem substantiæ & accidentis sublato hoc, ꝙ substantia informatur per accidens, sicut potentiale per actuale, aberrant isti ualde, qm̃ sublata informatione non remanet inter substantiam, & accidens nisi unio accidentalis, ut patet ex hoc quod de facto sunt ibi duo, primum, quòd substantia iungitur accidenti sustentando, illud, secundum quod informatur per illud. Constat autem ꝙ de facto nũc ratione neutrius inter accidens, & substantiam est coniunctio substantialis, sed solũ accidentalis. ergo si tollatur secundum. s. informatio, non nisi accidentalis unio remanet. Non ergo simillimum exemplum hoc, sed abducens ab unione substantiali inter uerbum, & naturam humanam. Quod autem quidam dicunt, huic vnioni maxime similẽ esse insitionem, eo ꝙ ramus insitus cum ramo naturali arboris unitur in unitatem suppositi, quia eadem utriusque rami arbor est, & non unitur ei in vnitatem naturæ, quando ramus insitus alterius naturæ est (nec obstat ꝙ insitio fiat per contactum, seu continuationem, quoniam, quod facit in corporibus situs, hoc facit in spũalibus ordo secundum Aug. consonat autem hæc similitudo doctrinæ sacræ scripturæ, Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, & 12. Ego radix Dauid, per hæc enim patet, filium Dei se habere ad Dauid, hoc est ad naturam suam ex Dauid, ut radix, hoc inquam magis ad metaphoricam, quam ad propriam theologiam spectat: nam falsum est ꝙ ramus naturalis, & ramus insitus sint uniti in uno supposito secundum ueritatẽ. Quod ex 5. Metaph. patet, cum dicitur, quod quæcunque sunt unum numero, sunt unũ specie, quamuis non econtra, constat autem ad sensum, quod ramus insitus, & ramus naturalis, distinguuntur specie, vt patet ex fructibus: sunt igitur distincti numero in genere substantiæ, quod est distingui suppositaliter secundum ueritatem. quamuis secundum apparẽtiam unum appareat suppositum arboris, habet enim se arbor suscipiens insitionem quasi terrã, alimentum ex se præstans ramo insito: ita quod inter ramum insitum, & plantatum differentia consistit in primo alimento. Nam ramus plantatus in terra unde primum habet alimentum impurum, & digerit illud: ramus uero insitus ex arbore habet primum alimentum, iam depuratum in trunco arboris habile ad sui nutritionem, augmentationem, & fructificationem. Vnde ramus insitus ponit quasi radices in arbore, unde nutritur, sicut plantatus ponit radices in terra unde alitur: & propterea non cuiuscunque naturæ ramus potest cuilibet arbori inseri: sed oportet proportionem esse inter alimentũ decoctum pro arbore, & alimentum rami talis naturæ: At si quispiam dixerit, maximam positam esse similitudinem insitionis ad incarnationem, quando ramus insitus est eiusdem speciei cum trũco, quia tunc fit unum suppositum utriusque, quia continuatur ramus insitus arbori, aduertat hæc dicens, quod iam exit ab unione insitionis, quatenus insitio est: quoniam insitio ad ramos alterius speciei extenditur, & declinat ad insitionem talem, scilicet per unitatem continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud est dicere, quàm dicere, unitatem aduenientis partis alicui toti continuo, maximè esse similem vnioni incarnationis, quod est ridiculum. Revereantur ergo antiquos Doctores, & dicant cum Auctore in quarto contra Gent. cap. 41. nihil in omnibus creatis inueniri huic unioni tam simile, sicut est unio animæ intellectiuæ ad corpus: quod etiam hic confirmatur, dum similitudo ista assertur, & explanatur. Vbi aduerte, quod similitudo ista quantum ad vnum, non tenet, quantum scilicet ad hoc, quod anima unitur corpori, ut forma materiæ, ac per hoc ut pars comparti unius humanæ naturæ ex eis cõpositæ, ut tam hic q̃ ibi expresse dr̃, sub alijs tñ verbis: sed tene, quantum ad hoc, quod aĩa unitur corpori ut instrũo coniuncto, ut ibi dr̃: vel, & in idem redit, quantum ad hoc, quod corpus assumitur ad esse propriũ aĩæ prout est personę, seu subsistẽtis. Et de vnione quidẽ ꝑ modũ instrũi in loco proprio, hoc est in rñsione ad quartum erit sermo: hic autem declaranda utcunque est unio ad esse, ut est personæ. Ad cuius aliqualem ꝑceptionem fingamus animam rationalem per se subsistere ante corpus, sicut de facto ita est in animabus defunctorum ante resurrectionem: subsistant enim interim per seipsas absque corpore aliquo: hoc stante, considera, quod anima per se subsistens aduenientis sibi duo communicat corpori, scilicet esse, & subsistere, uel dupliciter communicat suum esse corpori. Primo per modum naturæ, & hoc facit informando corpus: ex hoc enim quod informat ipsum, dat ei esse specificum, quod natura significat. Secundo per modum personæ, & hoc facit communicando suum subsistere corpori, ita quod non solum ipsa anima per suum subsistere subsistat, sed corpus subsistat per illudmet subsistere: subsistit enim corpus adueniens non per nouum subsistere, sed per antiquam animæ subsistentiam. Quocirca si in vnione rationalis animæ, & corporis, consideretur secundus tantum modus abstrahendo a primo, habebitur exemplum in rerum natura inter reliqua simillimum, quo modo unio est humanæ naturæ ad Verbum secundum esse substantiale ipsius Verbi: non ut est naturæ, sed ut est personæ, ut in litera dicitur. Nam sicut anima rationalis corpus sibi unitum in resurrectione trahit seclusa informatione ad esse suum, prout est personæ, hoc est prout est subsistere, & non trahit ad esse suum, prout est naturæ, hoc est, prout est conferẽs esse specificum: ita uerbum Dei, naturã humanã sibi unitã trahit ad esse suum, ut est personæ, hoc est vt est subsistere: quia natura huma-

humana in Christo non per se separatim existit, sed in verbo Dei, ac per hoc subsistere Verbi, est subsistere humanæ naturæ: ille eni homo qui vocatur Iesus Christus, vere est subsistens, & non alia subsistentia, quam increata, & æterna subsistentia filii Dei, & non trahit ad esse suum, vt est naturæ, hoc est vt confert naturam deitatis, non enim humana natura in Christo ad naturam deitatis transit, aut aliquã aliam naturam ex illa acquisiuit, sicut corpus ex vnione ad esse animæ ut est naturæ nouam ex illa naturam, ac speciem acquirit. Et hæc non solum pro exempli similitudine, sed pro expositione responsionis ad secundum sufficiant pro nunc.

¶ In responsione ad tertium caute, & perspicaciter considera, quod proprie, seu proprissime loquendo, vniri alicui in hypostasi, communius est, quam uniri secundum hypostasim: nam quicquid pertinet ad hypostasim, siue substantiale, siue accidentale fit vnitur Socrati in hypostasi, seu persona, vt in artic. 2. huius quæstio. Auctor dixit, sed non omne tale unitur Socrati secũdum hypostasim. Et hoc dico sumendo ly in: vt denotat solum inesse personæ, & ly secundum, vt addit modum coniunctionis inter personam, & illud; quod unitum est illi secundum personam, s. per modum subsistentis. Est enim uidere in Socrate esse album, & esse capitatum, & utrumque est unum Socrati in persona: quia ut patet in 5. Meta. c. de vno, quæcumq; sunt in aliquo indiuisa, sunt vnum in illo. Socrates autem, & sua albedo non sunt diuisi subiecto, sed hypostasi: quoniam una, & eadem est substantia prima, quæ est Socrates, & alba, & similiter quæ est Socrates, & quæ est capitata. Sed esse album non est unum Socrati secundum hypostasim: quia, nec Socrates subsistit ex albedine aut in albedine, nec esse album, subsistit per subsistere Socratis. hoc enim album, quod est in Socrate, non subsistit, quia natura accidentis, neque per seipsam, neque per aliud nata est subsistere. Sed esse capitatum est unum Socrati secundum hypostasim quamuis partialiter, quia caput pars est Socratis: quia, & Socrates subsistit secũdũ esse capitatum, vtpote substantiale, & esse capitatum subsistit per Socratem: quia hoc capitatum subsistit Socratis subsistentia. Quia igitur natura humana unita est filio Dei, vt non solum insit illi, & prædicetur de illo, (sicut esse album inest filio Dei, & prædicatur de eo, dum dicitur, Christus seu filius Dei est albus) sed ut filius Dei subsistat ex humana natura, & in humana natura, quãuis diuersimode, vt prædeclaratum est: quoniam subsistere ex humana natura intelligitur, inquantum est persona: subsistere uero in humana natura absolute admittitur de uerbo Dei. Et similiter humana natura constituit verbum Dei: in hoc, quod est esse personam humanã: in hoc est, quod est esse hypostasim humanæ naturæ. in hoc, quod est esse hunc hominem. Et sic natura humana loco propriæ subsistentiæ sortitur subsistentiam propriam filij Dei, & per illam subsistit, non per seipsam. Quia inquam per modum subsistentiæ vnio est inter personam filij Dei, & naturam humanã, ideo dicitur quod est vnio secundũ hypostasim; & dicitur in litera hac, ꝙ vnio secundum hypostasim sufficit ad hoc, quòd non sit unio accidentalis: Vbi clare uidere potes quod diximus, nam si vnio secundum hypostasim excludit unionem esse accidentalem, consequens clare est, ꝙ vniri secundum hypostasim, non est tantum coniungi hypostasi per inesse hypostasi: quoniam coniungi hypostasi per inesse tantum, non excludit unionem esse accidentalem, vt patet de albedine coniuncta hypostasi Socratis per inesse tantum. Plus ergo exigit vnio secundum hypostasim. Et cum proprium hypostasis sit subsistere in natura, consequens est quòd vnio secundum hypostasim, exigat communionem secundum subsistere, quam in proposito inueniri declaratum est.

¶ In responsione ad quartum eiusdem 6. articuli, aduerte duo, primo veritatem rei, deinde processum Auctoris. Quo ad primum: quia instrumentum est nomen causæ, uniri alicui vt instrumentum, non transcendit vnionem comprehensam infra genus, seu latitudinem causarum, & ideo est talis vnio, in causando. Et quia unio humanæ naturæ ad Verbum (de qua est sermo) non est in causando, sed in essendo secundum esse substantiale subsistentiæ: ideo Cyrillus in litera allatus reprobat Christum tamquam instrumenti officio assumptum. Si enim prima, seu summa unio humanæ naturæ ad Verbum, esset vnio instrumenti, iã non esset unio in persona, nec secundum personam, nec in essendo, sed in causando, quod maximi erroris est. Inter verbum siquidem Dei, & naturam humanam vnio est hypostatica, & non secundum aliquod genus, vel modum causæ, sed secundum aliquod genus, seu modum entis per se, quod est substantia, quia est secundum subsistentiam, quæ non dicit causam, seu causalitatem, sed substantiam. Pateat autem hoc nouitijs ex hoc, quod unio filij Dei cum natura humana propria est filio, ita quod nec Patri, nec Spiritusancto conuenit: omnis autem causalitas filij Dei respectu naturæ assumptæ communis est toti trinitati: quoniam indiuisa sunt trinitatis opera ad extra. non est ergo definienda unio naturæ humanæ ad Verbum per unionem instrumenti: si tamen non firmetur sententia super ratione instrumenti, vt sic. sed super ratione instrumentalis, hoc est coniuncti, hoc est spectantis ad hypostasim, iam ab ordine causandi ad ordinem essendi, & ab unione in causando ad vnionem in essendo uenitur: & ad iam dictam vnionem secundum substantiam recursus, & resolutio fit, & patet, quod prima & maxima ratio vnionis non ponitur in unione instrumenti, sed in unione coniunctionis, quia instrumentum spectat ad hypostasim. Quocirca licet sententia ista de unione per modum instrumenti coniuncti sit vera, minus tamen formalis est: quia non attenditur ratio instrumenti vt sic, sed coniunctionis personalis, in qua pendent lex, & prophetæ, hæc quo ad ueritatem. In processu uero Auctoris video ipsum seipso altiorem: nam in quarto contra Gen. cap. 41. vnionem Verbi incarnati declarauit secundum vnionem instrumenti coniuncti, & hoc fecit, quasi a posterioribus, & notioribus nobis, manu ducens ad tam excelsam vnionem. In hoc autem loco altius contemplatus instrumenti ut sic, rationem, & unionem hypostaticam, statim in principio responsionis instrumenti vnionem ab unione hypostatica separauit, dicens, Non omne, quod assumitur ut instrumentum, &c. & ad vnionem personalem reducendam dixit. Et Nestorium inde confundit, atque Damascenum exponit. Processus siquidem hic non a posterioribus, sed a priori ex unione hypostatica, saluans vnionem instrumenti talis, dum ex hoc, ꝙ instrumentum aliquod pertinet ad esse hypostasis, saluat naturam humanam posse dici unitam Verbo, ut instrumentum coniunctum. Tu ergo vtrinq; proficе, hinc resolutionem, inde manuductionem sumens.

Ferr. 4 cont. c. 39. 4. 1.
Capr 3. d. 5 q. 1. con. 1.
Medina. a. 7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum vnio naturæ diuinæ, & humanæ sit aliquid creatum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ vnio naturę diuinę, & humanæ, non sit aliquid creatũ. Nil enim creatum in Deo: potest esse: quia quicquid est in Deo, Deus est: sed unio est in Deo: quia ipse Deus est humanæ naturæ unitus. Ergo uidetur, quod vnio non sit aliquid creatum.

¶ 2 Præt. Finis est potissimum in vnoquoque: sed finis vnionis est diuina hypostasis, siue persona, ad quam terminata est vnio. ergo videtur, quòd huiusmodi vnio maximè debeat iudicari secundum conditionem diuinæ hypostasis, quæ non est aliquid creatum. Ergo, nec ipsa unio est aliquid creatum.

¶ 3 Præt. Propter quod vnumquodque, & illud magis, vt dicit Phil. sed homo dicitur esse creator, propter vnionem. Ergo multo magis ipsa vnio non est aliquid creatum, sed creator.

SED CONTRA. Oẽ quod incipit esse ex tempore, est creatum: sed unio illa ab æterno non fuit, sed incępit esse ex tempore. Ergo unio est aliquid creatum.

RESP. Dicendum, ꝙ vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quæ consideratur inter diuinam naturam, & humanam, secundum ꝙ conueniunt in una persona filii Dei. Sicut autem in prima parte dictum est, * omnis relatio, quę consideratur inter Deum, & creaturam; realiter quidẽ est in creatura (per cuius mutationem talis relatio innascitur) non autem est realiter in Deo, sed secundum rationẽ tantum: quia non innascitur secundum mutationem Dei. Sic ergo dicendum est, ꝙ hæc unio, de qua loquimur, non est in Deo realiter, sed secundum rationẽ tantum: in humana autem natura, quæ creatura quędam est, realiter est, & ideo oportet dicere, quòd sit quiddam creatum. * p. p. q. 13. ar. 7. D. 1089. D. 1190.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ hęc vnio nõ est in Deo realiter, sed

* Post. tex. 5. nõ lõge a fine to. 1.

SVPER Q. II.
ART. VII.

13 CONCL. Oportet dicere, ꝙ vnio ista, prout de ipsa loquimur, sit quid creatum.

Inf. ar. 8. c. & 3. d. 3. q. 2. ar. 2. q. 3. ad 21. & d. 5. q. ar. 1. q. 1. & d. 7. q. 2. ar. 1. c. & 4. cont. ca. 39. & 41.

¶ PROB. Quia vnio hæc, secundum ꝙ de ea loquimur, est relatio considerata inter diuinam, humanamq; naturam, prout in una persona conueniunt, & huiusmodi relationes sũt quid creatum, cum sint realiter in creatura, in Deo autem secundum rationem tantum. 1. q. 13. art. 7.

1[m] de maiori. Potest esse. B. realiter nõ, secundum rationẽ. §. Tunc nihil, &c. Nam vnio fm ꝙ de ea nunc loquimur, non est realiter in Deo, sed solũ secundum rationem. Licet autem quicquid est realiter in Deo, sit Deus; nõ tamen quicquid est secundum rationẽ ibi. NOT.

¶ Not. Sicut Deus est realiter dominus, & tñ relatio dominij est in Deo tantum secundum rationem; ita Deus est realiter vnitus humanitati; & tamen relatio unionis huius est in Deo tantum secundum rationem. Esse nãque dominum conuenit Deo ex eo, quòd substantia sua est dignissima, & eminentissima: referri autem tanquam dñm (quod est relatio dominij) cõpetit Deo ex eo, quòd habet seruum pro correlatiuo. Ponatur ergo seruus; tunc primũ relatio dominij conueniet Deo. Quomodo enim sibi conueniat, cũ seruum tunc, ad quem referatur, non habeat? Dominum igitur esse competit Deo ab æterno, cum substantialiter dicatur: relatio autem in actu exercito ipsius dominij conuenit Deo ex tempore, cum talis relatio non substantialiter, sed relatiue, de ipso ad seruum temporalem dicatur. Vtrumque ergo, scilicet substantialitas dominij, seu dominum, & relatio dominij; seu referri tanquam dominum, est in Deo; sed diuersimodè; quæ diuersitas non ex parte Dei, sed ex parte creaturæ oritur. Si enim ex parte Dei vtrumque attenderetur, vtrumque esset realiter in Deo; & consequenter vtrumque diceretur de Deo æternaliter, & non alterum temporaliter. Nam Deus, vt in se, eodem semper modo se habet, ita vt sit omnino impossibile oppositum. Ex parte verò creaturæ sic relatio illa oritur secundum rem; quia creatura realiter habet esse post non esse a Deo immobiliter in se ipso manente. Consequenter ergo & creatura ad Deum illius esse datorem, & Deus ad creaturam eiusdem esse receptiuam, refertur: sed creatura cum sui mutatione, cum ipsa per sui mutationem receperit esse (ut nunc tetigimus;) Deus autem absque sui mutatione, cũ ipse immotus in se permanens creaturæ esse donauerit. Creatura itaque & realiter subijcitur Deo, & realiter refertur ad Deũ; Deus verò realiter quidem est dominus creaturæ, sed non refertur realiter ad illam. Referri enim realiter ad creaturam est, cum sui mutatione referri ad illam, & non est solum referri ad ipsam. Hoc siquidem est referri secundum solam rationem, inquantum ratio appræhendit rem penitus immutatam esse quid relatiuum ex eo, quod relationem alterius realem ad se terminat. Exemplum sit de columna. Non enim per aliquam sui mutationem dicitur dextra, uel sinistra de nouo, sed per mutationem alterius extrinseci: & consequenter, esse dextrum, vel sinistrum, ut sunt relationes, non sunt realiter in columna, sed tantum secundum rationem; licet columna sit realiter dextra vel sinistra. Sic in proposito illo primo. Deus est realiter vnitus humanitati: vnio tamen ista, secundum ꝙ est relatio, non est realiter in Deo; sed in humanitate vnita. Quod auditum vt facile capias, ex præmissis compendiosè dic; Creauit Deus creaturam realiter, dominatur creaturæ Deus realiter, dextera est, vel sinistra de nouo columna animali realiter: & tamen neque creationis, neque dominij, neque dextri, vel sinistri relatio est realiter in Deo, aut in columna. Quare? Quia & Deus ad creaturam, & columna ad animal sic, vel sic refertur absque sui propria mutatione. Non sufficit ergo, quod Deus realiter vniatur humanitati, ad hoc, quòd relatio unionis, seu vnio, prout relatio, sit in Deo; sed requireretur, quòd Deus per sui aliquam mutationem vniretur ipsi humanitati, id quod est omnino impossibile. Relinquitur ergo ex his omnibus manifeste concludendum, & quod relatio talis unionis, seu (quod idẽ est) vnio prout relatio, non potest realiter esse in Deo, sed tantum secundum rationem; & quod relatio talis est realiter in humanitate. Sola enim humanitas mutatur, cum vnitur, hoc est, per sui mutationem Deo verbo vnitur. Ex his tandem habitis argumentum in arguentem aperte reflectas, pro conclusione tua, dicens; Quicquid est in creatura est creatum: sed vnio, prout relatio, est in creatura, idest in humanitate Christi: ergo unio, secundum quod de ea nunc loquimur, est quoddam creatum.

*Incor. ar.

ter, sed secundum rationẽ tãtum: dicitur enim Deus unitus creaturæ, ex hoc ꝙ creatura est unita Deo absque eius mutatione.

Ad secundum dicendum, ꝙ ratio relationis, sicut & motus, dependet ex fine uel termino: sed esse eius dependet a subiecto. Et quia vnio talis non habet esse reale nisi in natura creata (ut dictum est*) consequens est quod habeat esse creatum.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ homo dicitur creator, & est Deus propter vnionem inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: non tamen sequitur ꝙ ipsa unio sit creator vel Deus: quia quòd aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quàm rationem.

2m de maiori. Finis. ꝶ. vel subiectum. §. Nam si consideretur res, quantum ad rationem suam, finis præeminet; si consideretur autem, quãtum ad esse suum ab alio dependens subiectum præcellit. Tunc nihil, &cæt. Conclusio enim considerat unionem relationem, quantum ad esse unionis, non quantum ad rationem ejus: & ideo iudicat de ipsa unione secundum conditionem subiecti; non autem iudicat de ea secundum conditionem finis. Alioquin diceret, quòd vnio hæc est aliquid increatum; cum hypostasis, ad quam veluti finem terminatur, sit quid increatum, & non dixisset, quòd est quoddam creatum, sicuti & subiectum suum, idest humanitas Christi, in quo habet esse realiter, est quid creatum.

3m maior. Propter quod vnumquodque, & illud magis. ꝶ. Si illud attendatur secundum eundem respectum, secundum quem vnumquodque dicitur tale ab illo. §. Tunc nihil, &cæt. vt patet ex textu. Nam unio attenditur, secundum terminum, seu sumitur terminatiue, quando homo dicitur creator propter vnionem: attenditur autem vnio essentialiter, idest secundum esse suum, quando ipsa dicitur aliquod creatum: & conclusio (vt in ad secundum) considerat vnionem, quantum ad esse suum, non quantum ad terminum.

¶ Coroll. Ergo unio hæc, secundum esse suum considerata, est quid creatum; considerata uerò secundum terminum suum, est quid increatum. Terminatur enim ad personam verbi, quę procul dubio increata est. Simpliciter tamen, idest nihil addendo, ad quæsitum hoc, vtrum vnio hæc sit creata, vel increata, respondendum est, quod est creata, & non increata. Ratio in calce responsi est; quia quod aliquid dicatur creatum (supple tu) vel increatum, hoc magis respicit esse, quam rationem: & consequenter, quam terminum ex quo relationis dependet ratio. Dixit textus ly magis; quia quòd aliquid dicatur creatum, vel increatum, simpliciter attenditur secundum esse; secundum autem rationem non nisi secundum quid. Vnio igitur simpliciter est quid creatum, & sic loquitur conclusio; secundũ quid uerò est quoddam increatum, & sic argumentum secundum concessum quo ad hoc a rñdente loquebatur. Ex illo enim patet, quod unio, si consideraretur secundum conditionem termini, deberet dici aliquid increatum ratione ibi dicta.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, scripturas oẽs, Pontifices omnes, Concilia omnia, meritò innuisse, ꝙ unio hæc est aliquid creatum. Hoc aũt vnanimiter innuerunt, qñ talem unionem non ante sæcula, sed in tempore factam fuisse concorditer determinauerunt. Nihil enim increatum est in tempore; sicut nihil creatum est ab æterno; quoniam solus Deus, qui omnia alia creauit est ęternus. Vide de hoc 1. par. q. 10. artic. secundo & 3. & quæstio. 61. artic. 2. appen. Solum ergo illi unionem hanc, vt relatio est, dicere possent esse quid increatum, qui hanc ab æterno non in tempore factam fuisse ponerent; quam stultitiam nullus vnquam (quod uiderim vel audierim) tenuit. Secũdo uides, quomodo ex his vicissim Angelica hęc doctrina consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus art. 7. eiusdem 2. quæstio. in corpore articuli statim declaratur.

¶ In corpore articuli duo facit, primò declarat quid sit Vnio, de qua est quæstio, secundo respondet quæsito conclusione affirmatiua. Quo ad primum dicit, quòd unio de qua est quæstio, est relatio quædam inter duas naturas coniunctas in vna persona filij Dei: ita quòd tria de unione dicit: primo, quod quid est, dicendo, quod est relatio quædã: secundo extrema dictæ relationis, dicendo inter diuinam naturam, & humanam: tertio fundamentum dictæ relationis: dicendo secundum quòd conuenerit in una persona filij Dei. Vbi nota, quòd est hic quæstio de unione, quantum ad relationem, quam significat, & non de unione quantum ad fundamentum, ad quod consequitur, quod est coniunctio naturarum in persona filij Dei, quam conclusum est esse unionem substantialem, & secundum esse relatiuum. Et sic patet titulus articuli.

¶ Quo ad secundum conclusio est, Vnio pro relatione est aliquid creatum. Probatur: Omnis relatio inter Deũ, & creaturã est realiter in creatura, & non in Deo. ergo ista unionis relatio non est in Deo realiter, sed in natura humana est realiter. ergo est aliquid creatum. Antecedens & ex dictis in prima parte assumitur, & probatur: quia innascitur per mutationem creaturæ, & non per mutationem Dei. Consequentia prima ex declaratione tituli patet, secunda autem relinquitur per se nota: quia quicquid realiter est in creatura, est creatum.

¶ In hoc articulo cautissimè aduerte distinctionem prædictam de vnione, uel quantum ad relationem, quam significat, uel quantum ad coniunctionem in persona, ad quam consequitur:

quoniam plus differunt hæc duo, quam cœlum, & terra. Vnio.n. pro relatione est in genere relationis, & ens reale creatum, ut in litera dicitur. Vnio autem pro coniunctione naturæ humanæ in persona diuina cum consistat in vnitate, quæ est inter naturam humanam, & personam filij Dei, est in genere, seu ordine substantiæ, & non est aliquid creatum, sed creator. Quod ex eo constat, quòd unum non addit supra eos naturam aliquam, & unumquodque per illudmet, quod est ens, est, & unum, quod enim est ens accidentale per aliquam formam, est vnum accidentale per illam, & quod est ens relatiuum, habet unitatem secundum esse relatiuum, & quod est ens per formam substantialem, habet vnitatem secundum esse substantiæ. Ac per hoc natura humana in Christo, quia per esse substantiale substantiæ personæ filij Dei est iuncta naturæ diuinæ, oportet quod illud unum esse, in quo indiuisæ sunt natura diuina, & humana in Christo sit esse unum substantiale, & diuinum. Et uere sic est, quia esse subsistentiæ, filij Dei, in quo non distinguuntur ambæ naturæ substantia est, Deus est; quia verbum Dei est, una, & eadem quippe subsistentia subsistit filius Dei in natura diuina, & in natura humana; & consequēter diuina & humana natura Christi, sunt indiuisæ in illa subsistentia vtrique communi, quamuis inter se valde distinguantur. Et si contra hanc doctrinam obijciatur, quòd huiusmodi coniunctio incœpit esse ex tempore, & consequenter est aliquid creatū, respondendum est, quod hæc coniunctio, quantum ad illud, quod ponit in ipso esse secundum se, non incœpit esse ex tempore, sed est ab æterno, sed quantum ad hoc, quòd natura humana sortita sit illud subsistere, incœpit esse ex tempore. Verbi gratia. Si anima rationalis fuisset ab æterno sine corpore, quando fuisset in tempore iuncta corpori, nec esse corporis incœpisset in tempore: quia non est aliud esse corporis, quam illud æternum esse animæ. Nec vnum esse substantiale corporis cum anima, incœpisset ex tempore, quantum ad illud, quod ponit illa vnitas in esse secundum se: quia ens, & vnum cum multipliciter dicatur, quod proprie est, actus est, vt dicitur in secundo de anima. Sed bene incœpisset ex tempore illud unum esse quantum ad hoc, quod corpori illud æternum esse communicaretur, quod fieret per generationem, qua corpus traheretur ad esse animæ. Ita enim accidit in proposito, dum per assumptionem natura humana trahitur ad esse subsistentiæ filij Dei, ex hac enim assumptione subsistentia, qua filius Dei in sola subsistebat natura diuina, communicatur naturæ humanæ, ita ut etiam ipsa natura humana per illam subsistat, & filius Dei in humana natura subsistat, hoc autem est vnum esse in persona ambas naturas. Vbi patet, nihil creatum inuenire, nisi passionem, qua natura humana trahitur ad esse Verbi. Super hanc autem coniunctionem, & super hoc vnum esse fundatur consecutiue vnio pro relatione, sicut super coniunctionem substantialem corporis, & animæ fundatur relatio unionis inter animam, & corpus. Est igitur, (vt unico uerbo dicatur) unio naturarum in Christo relatio creata quædam, hoc est, consequens eorundem vnitatem personalem increatam. Et quia argumenta Aureoli a Capreolo allata in 5. distinct. tertij sentent. quæst. prima, procedunt contra dicentes non esse aliam unionem, quam relatiuam inter humanam naturam in Christo, & Deum (quod longe est a doctrina Auctoris, expresse ponentis, vnionem, quo ad relationem, consequi vnionem secundum vnitatem personalem, ita quòd vnio significat relationem non qualemcunque, sed consequentem naturarum vnitatem personalem, ideo non censui ipsa aliter asserenda, & soluenda vtpote non contra doctrinam Auctoris in veritate, & quæ ex hac unica dicta responsione confutantur.

¶ In responsione ad tertium eiusdem 7. articuli dubium occurrit circa illius principium. Homo dicitur. & est Deus propter vnionem, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: cum quia falsum est, quod vnum extremum, vnionis sit reliquū, quia vnio terminatur ad reliquum extremum, non enim corpus est anima, propterea quia vnio corporis terminatur ad animam. (vnde male dicitur, quod homo est Deus propter vnionem, quia vnio terminatur ad hypostasim diuinam) tum quia dato, quod esset verum, sequeretur quod homo non esset Deus substantialiter, sed relatiue, quod iam reprobatum est. Et tenet sequela: quia esse aliquid propter terminum relationis non est esse illud substantialiter, sed relatiuè, vt patet. Et si ad hæc dicatur, quod Auctor loquitur de vnione quantum ad fundamentum, non quātum ad relationem, contra hanc responsionem litera clamat, aperte subdens, non tamen sequitur q ipsa unio sit creator, vel Deus: quia quod aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quàm relationem. Constat enim hæc verba de vnione quantum ad relationem dici; de qua responsione ad secundum dixit, quod rationem habet ex termino, esse vero habet ex subiecto, sicut motus.

¶ Ad hoc dicitur, quod secundum rem homo est Deus propter vnionem secundum vnitatem personalē, quam importat, ad quam consequitur relatio vnionis, & hoc non est uertendum in dubium. Sed quoniam in idem redit dicere, homo est Deus propter unitatem personalem duarum naturarum, quam consequitur vnionis relatio, & dicere, homo est Deus, propter unionem, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: ideo verba Auctoris calumnianda non sunt. Manifestatur autem, quod dicimus aduertendo, quod relatio unionis est non solum inter naturas duas, diuinam scilicet, & humanam, sed etiam est inter naturam humanam, & hypostasim diuinam. nam, & vna natura vnita est alteri, & humana natura vnita est personæ diuinæ, & econtra diuina persona vnita est humanæ naturæ. Seruatur autem differentia in loquendo, dum de unione, inter naturas, aut inter personam, & humanam naturam est sermo: quia quando de vnione inter naturas est sermo, exprimimus naturas pro terminis vnionis, & unitatem personalem vtriusque naturæ ponimus non pro termino: sed causa, seu fundamento relationis, vt clare videre potes in principio corporis huius articuli, vbi declarando titulum dicitur quod unio de qua loquimur, est relatio quædam, quæ consideratur inter diuinam naturam, & humanam, secundum quod conueniunt in vna persona filij Dei: Quando vero loquimur de eadem relatione unionis inter naturam humanam, & personam filij Dei, ponimus ex parte termini vnitatem personalem filij Dei in utraque natura: quoniam relatio ista vnionis non est quæcumque vnionis relatio, nec ad hypostasim diuinam quomodolibet, sed ad hypostasim filij vnam personaliter in vtraque natura. Sicut enim unionis relatio inter corpus, & animam non est ad animam quomodolibet se habentem, sed ad animam communicantem substantiale suum esse corpori, ita relatio vnionis humanæ naturæ ad hypostasim diuinam, nō est ad hypostasim filij Dei qualitercumque se habentem, sed ad filij Dei hypostasim vnam personaliter secum, hoc est cum humana natura. Et quia auctor in hac responsione ad tertium loquitur de relatione vnionis inter naturam humanam, & personam filij Dei (vt clare sonant verba literæ, dicentis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam non dixit naturam diuinam, vt prius dixerat, sed dixit ad hypostasim diuinam ideo coniunctionem personalem, seu, (quod idem est) vnitatem personalem ex parte termini relationis unionis posuit. Et perinde valet, ac si dixisset, Homo est Deus propter unionem, inquantum in illa inuenitur secundum rem unitas personalis diuinæ hypostasis cum humana natura. Et si expositionem ad uerbum desideras, dicito, Homo est Deus propter vnionem, hoc est, relationem unionis, non simpliciter, sed cum ista conditione explanante quomodo apponimus ly propter, ad relationem unionis, scilicet inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, ita quòd ly inquantum terminatur ad hypostasim, diminuit causalitatem relationis, immo adimit causalitatem a relatione, & transfert causalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quòd generationis motus, inquantum terminatur ad substantiam, est in genere substantiæ, intendimus quòd generatio ratione termini sortitur, & dat esse substantiale: ita dum dicitur, quòd relatio vnionis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, hoc est ratione hypostasis diuinæ, ad quam terminatur, dat quod homo est Deus. Et est sermo de hypostasi diuina, non qualitercumque se habente, sed terminante in rerum natura relationem vnionis naturæ humanæ ad ipsam: hypostasis siquidem diuina terminans relationem realem vnionis ad ipsam, est hypostasis diuina, (vt dictum est) non qualitercumque se habens, sed vna personaliter cum humana natura. Constat autem euidentissimè, quod ratione talis termini homo est Deus, ac per hoc admitti potuit, quod relatio vnionis ratione talis termini dat, quòd homo est Deus, & consequenter dici verè potuit, quod Deus est homo propter vnionem, inquantum terminatur ad diuinam hypostasim.

¶ Ad primam igitur obiectionem dicitur, quòd falsum supponit: quod scilicet ideo homo propter vnionem sit Deus, quia verum est in communi loquendo, vnum extremum vnionis est reliquum: quia vnio terminatur ad reliquum, hanc enim uniuersalem, nec somniauimus: sed vt declaratum est, fundatur ueritas dicti in litera super hoc, quia hoc extremum vnionis huius est tale, scilicet hypostasis diuina vna personaliter cum natura humana.

¶ Ad secundam quoque dicitur, quòd homo est Deus secundum substantiam: esse namque Deum, quod communicatur homini, non est esse relatiuum: sed in genere, seu ordine substantiæ. Et quamuis esse aliquid in communi loquendo propter terminum relationis præcisè, sit esse relatiuum, esse tamen aliquid ratione talis termini, scilicet personæ diuinæ, vnius personaliter cum natura humana, non est esse relatiuum, sed esse diuinum. Et sic patet, quòd non extorquendo literam, sed de vnione quo ad relationem loquendo, vera est litera.

Capr. 3. d. 5. q. 2. cont. 2. *Medina ar. 8.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrū vnio Verbi incarnati sit idem quod assumptio.

AD OCTAVVM sic pceditur. Videtur, q idem sit unio, qd assūptio. Relationes enim sicut motus specificantur secundum terminum, sed idem est terminus assumptionis, & vnionis, s. diuina hypostasis. Ergò videtur, quòd non differant vnio, & assumptio.

¶ 2 Præt. In misterio incarnationis idem videtur esse uniēs, & assumēs, vnitum, & assumptum: sed vnio, & assumptio vīr sequi actionē, & passionem unientis, & uniti, vel assumētis, & assumpti. Ergo videtur idem esse vnio, quod assumptio.

¶ 3 Pręt. Damas. * dicit in 3. lib. Aliud est vnio, aliud incarnatio: nam vnio solam demōstrat copulationē, ad quem autem facta est non adhuc: humanatio autem, & incarnatio determinant, ad quem sit facta copulatio. Sed similiter assumptio non determinat, ad quem facta sit copulatio. Ergo videtur unio idem esse, quod assumptio.

SED CONTRA est, q diuina natura dicitur unita, non autem assumpta.

RESP. Dicendum, quòd sicut dictum est, * vnio importat relationē quandam diuinæ naturæ, & humanæ, secundum q conueniunt in vna persona. Omnis autem relatio, quæ incipit esse ex tēpore, ex reliqua mutatione causatur, mutatio autem consistit in actione, & passione. Sic ergo dicendum est, q prima, & principalis differētia inter assumptionem, & vnionem est, q vnio importat ipsam relationem, assumptio autem actionem, secūdum quam dicitur aliquis assumens, uel passionem, secundum quā dicitur aliquid assumptum. Ex hac autem differentia accipitur secūdo alia differentia, nam assumptio dicitur sicut ī fieri, vnio autem sicut in facto esse, & ideo vniēs dicitur esse unitum, assumens autem nō dicit esse assumptum. Natura. n. humana significatur, vt in termino assumptionis ad hypostasim diuinam, per hoc, q dr homo: vnde uerè dicimus, q filius Dei, qui est uniens sibi humanā naturam, est homo. Sed humana natura in se cōsiderata, i. in abstracto, significatur, ut assumpta, non aūt dicimus, q filius Dei sit humana natura. Ex eadem & sequitur tertia differentia, q relatio præcipuè æquiparātiæ non magis se habet ad unum extremum, quàm ad aliud: actio autem, & passio diuersimodè se habent ad agens, & patiens, & ad diuersos terminos. Et ideo assumptio determinat terminum a quo, & ad quem, dr enim assumptio quasi ab alio ad se sumptio: vnio autem nihil horū determinat: vnde indifferēter dicitur, q humana natura est unita diuinæ, & econuerso. Non autē dicitur diuina natura assumpta ab humana, sed econuerso: quia humana natura adiuncta est ad personalitatē diuinam, ut scilicet persona diuina in humana natura subsistat.

AD PRIMVM ergo dicendum, q unio, & assumptio non eodē modo se habent ad terminum, sed diuersimodè, sicut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, q uniens, & assumens non oīno sunt idem: nam omnis persona assumēs est uniens, non autem econuerso. Nam persona Patris uniuit naturā humanam Filio, non autem sibi, & ideo dicitur uniens, non assumens, quasi ad se sumens. Persona autem filii, quæ sibi humanam naturam vniuit, est uniens, & assumens. Et similiter non est idem unitum, & assumptum: nam diuina natura dicitur unita, & non assumpta.

AD TERTIVM dicēdū, q assumptio determinat, cui facta est copulatio ex parte assumentis, inquātum assumptio dicit quasi ad se sumptio: sed incarnatio, & humanatio, ex parte assūpti, quod est caro, uel natura humana. Et ideo assumptio differt ratione, & ab unione, & ab incarnatione, seu humanatione.

A R-

SVPER QVAEST. II. ARTIC. VIII.

CONCL. 1. Prima & principalis differentia; inter assumptionem, & vnionem est, q vnio importat relationem inter res vnitas; assumptio autē actionē, secundū quam aliquid dr assumēs, vel passionē, sm quam aliquid dr assumptum.

¶ PROB. Quia patet ar. 7. secunda autē pars scilicet assumptio autem, &c. Probatur, quia oīs relatio temporalis causatur ex aliqua mutatione, & mutatio consistit in actione, & passione.

14 3. dist. q. 5. art. 1. q. 3.

¶ COROLL. Ergo assumptio est tanquā fundamentum unionis. Ex eo enim, q Deus assūpsit, & natura humana assumpta est in vnitatē personæ diuinæ, pullulat relatio naturarū sic vnitarum adinuicem, & hæc relatio dicit vnio, de qua nunc loquimur.

* Li. 3. ort. fid. c. 11.

¶ CONCL. 2. Secunda differentia inter illas est, q assumptio dicitur sicut in fieri; vnio autem in facto esse.

¶ PROB. Quia ista dfia sequitur ex illa prima conclusionis primæ.

¶ NOT. 1. Actio, passioque tendentiam, seu viam quādam ex vi vocabulorū importāt: relatio verò aliquorum adinuicē, præsupponit fundamentum suū iam stabilitum reperiri; vt benè consideranti patet vtrumque. Ideò in re nunc dicitur, q differentia in secunda conclusione explicata, depēdet ex prima. Assumptio enim ex eo, quòd actionem importat, vel passionem, habet, quòd dicatur, sicut in fieri: & vnio ex eo, quod relationem ipsam duarum naturarum in una persona iā vnitarum significat, habet, q dicatur, sicut in facto esse.

* At. præc.

¶ NOT. 2. Interroget qs, & dicat. Ex quo vnio dr, sicut in facto esse; quid per illam vnionem factum est? Quod natura humana terminaretē ad psonā diuinā, & ex hoc diceretur hō; sicut abstractū, puta albedo, ex hoc, q terminat ad rem subsistētem, dr album. Vnde licèt abstractum sm se nō sit concretum, tñ per huiusmodi terminationē fit concretum. Interroget quis iterū, & dicat. Ex quo assumptio dr, sicut in fieri; dum assumebat natura humana, quid tunc sm hāc præcisam considerationem fiebat? Natura humana sic in se, in abstracto, s. considerata, trahebatur ad personalitatem diuinam; sed nondū accipiebatur vt terminata; & cōsequenter nō poterat dici homo. Si. n. tunc acciperet, vt terminata ad psonā illā; nō cōsideraret tunc, vt in assumi, uel in fieri; sed ut in assumpto, vel in facto esse. & sic assumi nō esset assumi, sed assumptū esse, & fieri non esset fieri, sed factum esse. Dixi ly sm considerationem, ly consideraret, ly acciperetur; quia non loquor de realitate facti, sm realitatem facti, cum omnia facta sint in vno instanti, q. 6. ar. 1. &c. maxime 4. & 5. sed loquor de eiusdem facti realitate secundum nostrum modum intelligendi; quo abstractum distinguitur a cōcreto, & ipsum fieri, a facto esse.

¶ NOT. 3. Ex prædictis clarè sequitur, & q natura humana, ut consideratur in unione, prædicatur de filio Dei eam sibi uniēte; & q illamet natura humana, ut cōsideratur in assumptione, nō pōt prędicari de filio Dei ad se illam assumente. Verè etenim dicimus, q filius Dei est homo: falsò aūt diceremus, q filius Dei est humana natura. Ex præmissis sic annotatis patere iā pōt; quid uoluerit S. Doctor intelligere per illa verba, Et ideò uniens dr esse unitum; assumēs aūt nō dr esse assumptum; natura enim humana, &c. vsq; ad ly non aūt dicimus, q filius Dei sit natura humana.

¶ CONCL. 3. Differētia tertia inter illas est, q assumptio determinat terminum a quo, & ad quem, vnio aūt nihil horum determinat.

¶ PROB. Quia actio, atq; passio diuersimode se hīt ad agēs, ac patiēs, atq; ad diuersos terminos: Et assumptio īportat actionē ac passionē (ut patet ex cōclusione prima). Secunda vero pars. s. vnio aūt, &c. probatur. Quia relatio, præcipue æquiparantiæ, nō magis se hēt ad unum extremum, q̃ ad aliud: & vnio est relatio æquiparantię (in cuius signū indifferenter dr, q humana natura est unita diuinæ, & quòd diuina est unita humanæ.) *In corpo. art.

1m de minori. Idem ℞. Diuerso modo respectus ab vnione, & assumptione: non eodē; §. Tunc &c. Non. n. sufficit, q sit idē terminus aliquorū, ad hoc, q illa aliqua sint idem; sed vltra hoc requiritur, q ille termin9 sit respectus .i. respiciat eodē modo ab illis aliquib9. Quod autē vnio, & assumptio diuersimode se habeāt ad eundem terminum, patet ex dictis ī corpore, maximè circa tertiā cōclusionē. Nā indifferenter dicimus has ppositiones, s. diuina hypostasis est vnita naturæ humanę, & humana natura est vnita diuinæ hypostasi; nō aūt dicimus indifferenter, q natura humana sit assūpta à diuina hypostasi, & diuina hypostasis sit assūpta a natura humana.

2m de maiori. Videtur. ℞. Falsò; non aūt, vere. §. Vniens. n. & assumens non omnino sunt idē. Nam omnis persona assumens est uniens, non aūt ecōuerso, &c. vt in tex. Tunc nihil &c. vt patet. Imo argumentū sic glossatū facit pro. Si. n. non sunt idē, uniēs, & assumēs, vnitum, & assumptum, apte sequit, q vnio, & assumptio non sunt idē; id, quod cōclusiones intēdebāt.

3m de minori. Non determinat. ℞. Ex parte assumpti; nō ex parte assumētis. §. Tunc &c. Nā vnio, neq; ex parte assumpti, neq; ex parte assumentis determinat, sed indifferēter se ad utrumq; terminorū habet, ut in 3. conclusione.

APPEN

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito à Concilio Toletano 6. insinuatum fuisse, quòd vnio, & assumptio differunt. Id autem insinuatum est his verbis. Cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis; solus tamen filius suscepit humanitatem in singularitate personæ. Hæc illud in cap. 1. de plenitudine fidei catholicæ. Vbi ly inseparabilia sunt opera Trinitatis intelligitur de operibus ad extra: vt patet per contextũ. Quid verò per ly suscepit, intelligat, monstrat parum supra sic. Ex his tribus Diuinitatis personis solum filium fatemur, humanitatem sine peccato de sancta semper Virgine Maria assumpsisse. Et quid per ly suscepti hominis, intelligat, declarat contra Nestorium ibi, sic. A Patre, & Spiritu sancto filius inseparabiliter discretus persona; ab homine autem assumpto natura, idem cum eodẽ homine vnus extat persona; cum Patre autem, & Spiritu sancto natura. Ecce, q̃ Concilium per ly suscepti hominis intelligit humanitatem assumptam, quatenus ad Verbi personam per vnionem terminata vocatur homo, vt etiam in declaratione secundæ conclusionis textua-

liter

liter habet articulus præsens cum notatione, & q. 4. ar. 3. ad primũ. Dicit quoque ipsum Concilium, quòd tota Trinitas cooperata est formationem humanitatis, intelligens per hoc, quòd tota Trinitas vniuit illam, licet non tota illam assumpserit; siue quòd tota fuit vniens, licet non tota fuerit assumens, vt in ad secundum, in textu. Item à Concilio Toletano 11. in publica confessione fidei catholicæ. Incarnationem quoque huius filii Dei tota Trinitas operata esse credenda est; quia inseparabilia sunt opera Trinitatis: solus tamẽ filius formam serui accepit in singularitate personæ, id est, (vt ibi mox ante dicitur) solus filius naturam nostram in vnitatem personæ suæ assumpsit. Hæc ibi. Quod si vnionem, & assumptionem pro eodem accepisset Concilium, dixisset; aut non solum filium, sed totam Trinitatem assumpsisse humanitatem, aut non totam Trinitatem, sed solum filium incarnationem operatum fuisse, seu carnis vnionem causasse, seu carnem vniuisse. Secundò habes, quomodo per rationem præmissorum Con- 2 ciliorum, similiumque dicta, pro quanto vnionem ab assumptione statuunt secerni, & probes, & intelligas, & declares. Tertiò 3 vides, quomodo ex his vicissim Angelica doctrina præsentis articuli consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo articuli 8. sunt tres termini, Vnio, & Assumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus est in præcedenti articulo, secundus in corpore declarabitur, tertius autem absolute sumendus est, sicut iacet. In calce autem articuli soluendo exprimetur qua diuersitate, seu differentia sunt nõ idem, puta reali, uel rationis, uel utraque.

¶ In corpore articuli respondetur quæsito vnica conclusione. Inter vnionem, & assumptionem triplex est differentia. Declaratur manifestando singula membra sigillatim, & ordinate, ita ut processus clarus sit in litera.

¶ Et prima quidem, ac principalis differentia est in re formaliter significata, nã vnio significat relationem, assumptio actionem, uel passionem, & sic sunt in diuerso genere, sicut relatio diuersum est genus ab actione, & passione. Et quod vnio significet relationem, in litera non probatur, sed assumitur ex præcedenti articulo. Ex quò ad manifestandam dictam differentiam, primo probatur, in hoc mysterio inueniri secundum rem duo, scilicet ipsam relationem vnionis, & actionem, & passionem, quia omnis relatio recipiens esse reale ex tempore, causatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione, & passione consistit. Relatio igitur vnionis inter naturam humanam, & diuinam in Christo, cum incœperit esse secundum rem in natura humana ex tempore, oportet quòd ex aliqua causata sit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione fit. Duobus igitur inuentis in hoc mysterio, scilicet relatione vnionis, & actione, & passione, cum vnio significet relationem, cõsequens est quod assumptio significat actionem, vel passionem. Et manifestatur cõsequentia: quia assumptione aliquis dicitur assumens tanquam agens, & aliquid dicitur assumptum tamquam patiens.

¶ Secunda autem differentia est: quia assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse. Probatur eo signo, seu effectu: quia vniens dicitur esse unitum, assumens autem non dicitur esse assumptum, hoc est, vnitum prædicatur de vniente, dicendo, hoc est illud: assumptum autem non sic prædicatur de assumente. Et quod hoc deriuetur ex dicta differentia, manifestatur, quia inter ly homo, & ly natura humana, hæc est differentia in mysterio incarnationis, quod homo significat naturam humanam, ut in termino assumptionis, constat autem terminum assumptionis spectare ad incarnationem, ut in facto esse, natura uero humana significat naturam humanam, vt quæ assumitur, quod constat spectare ad incarnationem, vt in fieri. Dicimus autẽ, quòd vniens, scilicet, filius Dei, est homo, & non dicimus, quod idem assumens est natura assumpta.

¶ Tertia verò differentia est, quod assumptio determinat terminum à quo, & ad quem, vnio autem nihil horum determinat. Huius differẽtiæ primo redditur ratio ex prima: quia relatio æquiparantiæ non magis se habet ad unum extremum, quam ad aliud, actio autem, & passio diuersimode se habent ad agens, & patiens, & ad diuersos terminos. Ex hoc enim sequitur, quòd cum vnio sit relatio æquiparantiæ, nullum extremorum determinet, assumptio autem, quia est actio, uel passio, determinare potest sibi terminos à quo, & ad quẽ. Secunda manifestatur de assumptione ex etymologia nominis. Tertiò manifestatur ex signo, scilicet quòd indifferenter unum extremum dicitur unitum alteri, non autem assumptum, ut patet in litera clare.

¶ Circa hæc, dubium primò occurrit de prima differẽtia. Nam non solum assumptio, sed etiam unio significat actionem: quod et ex litera probatur, dum dicitur, quòd uniens dicitur esse unitum, & filius est uniens sibi naturam humanam, & in responsione ad secundum,

cundum, quod persona Patris uniuit naturam humanam Filio. Certum est enim, quòd unire est agere, & ideo commune est Patri, & Filio, & Spirituisancto, & similiter quod uniẽs est agens. Ruit igitur differentia prima.

¶ Dubium secundò occurrit de secunda differentia: quia, aut intelligitur quo ad rem significatam, aut quo ad modum significandi. Non quo ad modum significandi: quia tam vnire quàm assumere significat per modum verbi, omne autem verbum significat per modum fluxus, & fieri. Nec quo ad rem significatam: quia natura humana, de qua verificatur, quod est vnita, non prædicatur de quocumque vniente, quia nec Deus, nec filius est natura humana.

¶ Dubium tertiò occurrit de eo, quod in tertia differentia dicitur, vnionem hanc esse relationem æquiparantiæ, quia constat ex præcedenti articulo esse relationem in, & ex altero tantum extremo: quoniam in sola natura humana habet esse: relatio autem æquiparantiæ (vt ipsum nomen sonat) æque se habet ad vtrumque extremum.

¶ Dubium quarto occurrit, qualis sit differentia inter unionẽ, & assumptionem, an rationis tantum, an etiam realis. Et est ratio dubii, quia in litera in calce responsionis ad tertium concluditur, quòd assumptio differt ratione ab vnione, & incarnatione, clarũq; videtur, quod assumptio non differt realiter, sed ratione tantum ab incarnatione, cum ergo simul contraponantur assumptioni, sola rationis differentia apparet. In oppositum autem est: quia actio, & passio distinguuntur realiter a relatione consequente coniunctum, quod per actionem, & passionem fit: sed assumptio, & vnio sic se habent. ergo.

¶ Dubium quinto est de termino assumptionis, ad quid scilicet terminatur, ac quis est proprius terminus assumptionis, an absolutorum aliquod, vel relatiuum. Et est ratio dubii ex parte rei: quia per istam actionem nullum absolutum fit in persona diuina, & similiter nullum absolutum ponitur in natura humana, sed nec etiam in persona diuina realis relatio acquiritur, sed in sola natura humana, fit de nouo solummodo relatio realis vnionis ad personam Filii: constat autem quod terminus actionis proprius est illud ens, quod fit per actionem illam. sola igitur relatio realis vnionis huius naturæ humanæ ad personam Filii, est terminus proprius actionis, & passionis, assumptionis nomine importatæ.

¶ Ratio uerò dubii ex parte nostra est, quia Doctores aliqui hoc dicunt. Scotus enim in 3. Sent. dist. 1. q. 1. tenet huiusmodi assumptionem terminari ad relationem vnionis: quia nullum est ibi absolutum nouum, tã in natura, quàm in persona, ponens hanc relationem non spectare ad genus relationis, sed esse de genere respectuum extrinsecus aduenientium, qui scilicet non necessario sequuntur fundamentum, etiam posito termino, quales dicit esse vnionis respectus inter animam, & corpus, si præexistentia seorsum vnirentur de nouo, & panis, & quantitas Sacramenti vnirentur, nullum enim absolutũ in huiusmodi vnionibus acquireretur, fundans vnionis relationem, sed ad solam vnionis relationem terminaretur actio vnitiua.

¶ Durandus quoque in 3. Sen. dist 5. q. 2. tenet actionis, quæ assumptionis nomine significatur, proprie loquendo, terminum intrinsecum esse respectum vnionis, quem dicit esse, non relationis genericæ, sed modum quendam realem, sicut inhærere est modus realis consequens naturam accidentis. Ad huiusmodi namq; respectus, dicit, posse esse motum, & actionem naturalem: quamuis ad vnionẽ naturæ humanæ in persona diuina, sola diuina actio potuerit terminari.

¶ In oppositum autem, est quòd Auctor hoc dicit in calce corporis articuli, quod assumptio determinat pro termino ad

quem

quem, personalitatem diuinam, ut scilicet persona diuina in humana natura subsistat. Constat autem hoc non esse respectum, sed esse absolutum utpote de genere, seu ordine substantiæ. ergo.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd prima differentia optima est, quantum ad formale significatum. Ad cuius euidentiam considerandum est fundamentum in litera positum, s. quòd in mysterio incarnationis (quantum ad propositum spectat) duo tãtum inueniuntur, scilicet actio, & passio, & relatio vnionis, & quòd relatio vnionis non sit alia actione, & passione ab illa actione, & passione, quam significat assumptio, sed illa actio, quæ est assumere, factio est vnionis, nõ curando pro nunc de modo, quo fit vnionis relatio per actionem illam, hoc enim ad qvintum dubium spectat. Huic enim fundamento si supponas, quod ly vnio, est, & nomen dum declinatur, hæc Vnio, vnionis, est, & verbum, dum dicimus, Vnio, vnis, & vniui, vnitum, & quòd idem formaliter significat vt nomen, & vt verbum, sicut similitudo, & assimilare videbis quòd quia nomen vnionis formaliter significat relationem, ét verbum vniendi significat formaliter relationem: significat enim vnire, vnionem facere, sicut assimilare, similitudinem facere. Si namque diligentius ad positum fundamentum retuleris significatum hoc, scilicet facere vnionem, clare perspicies, quod quum ly facere, illam supponat actionem, quam assumptio significat, inter vnionem, & assumptionẽ hanc primò inuenies differentiam, quòd assumptio actionem, & passionem formaliter explicat, quæ in incarnatione inuenitur: vnio vero, & vnire inde deriuatum, formaliter relationem explicat, quamuis vnire per modum actiuis significet illam relationem. Conceditur ergo, quòd in communi vnio verbum, significat actionem, hoc est vnionem facere: sed quia in proposito ly facere non dicit actionem propriam ipsius relationis distinctam contra actionem significatam per ly assumere, ideo, & vera est differentia prima assignata in proposita materia, quod vnio significat formaliter relationem, assumptio actionem, vel passionem, & verum simul est, ꝙ vnire significat actionem eandem, vt terminatur ad relationem, significat enim vnionem facere, & propterea toti Trinitati attribuitur Vnire, & esse vnientem, vt in litera dicitur.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd differentia secunda intelligitur, quo ad rem significatam, quia scilicet res significata per Vnire, hoc est facere relationem vnionis, non est nisi vt in facto esse quia non est nisi in termino assumptionis. intelligi enim oportet prius natura terminari assumptionem, quàm consurgat assumpti relatio unionis, quoniam non vnitur nisi per assumptionem: sicut oportet prius natura terminari dealbationem, quam cõsurgat vnio albedinis cum subiecto, quia igitur assumere, vt assumere, est efficax sicut via, & assumere vt est facere unionem, efficax, non nisi in termino inuenitur, ideo ex parte rei differentia secunda posita est, quòd assumens dicitur, ut in fieri, unire autem, ut in facto esse. Nec effectus allatus hic in litera, intelligendus est uniuersaliter, vt obiectio opponit, quoniam constat ex litera non esse uerum vniuersaliter, quod uniens est vnitum. Pater enim est vniens; & non est unitum: quia non est homo. Sed est intelligendus permissiue, hoc est, quòd hinc prouenit, quòd permittitur aliquod uniẽs esse vnitum, si tamen significatur ut in facto esse, vt in termino, & propterea in litera caute dicitur. Vnde vere dicimus, quòd filius Dei, quia est uniens sibi naturam humanam, est homo. Assumens autẽ, nec vniuersaliter, nec particulariter est assumptum; quoniã assumptum oportet ordine naturæ præexistere, nulla autem persona diuina, aut natura, est id, quod præexistit assumptioni, quod per naturam in abstracto significatur.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd relatio vnionis dupliciter considerari potest, scilicet realiter, & formaliter. Et si consideretur secundum esse formale, hoc est, secundum suam rationem formalem, sic proculdubio est relatio æquiparantiæ, sicut similitudo, æqualitas, & identitas. Si verò consideretur secundum esse reale, sic non est relatio æquiparantiæ, vt obiectio probat. Vnde secundum diuersas considerationes, diuersimode contingit loqui de huiusmodi relationibus inter creaturam, & Deum: quia quandoque negantur esse relationes æquiparantiæ, & uerum est realiter, & quandoque affirmantur, & uerũ est formaliter. Sanè igitur, ac discrere intellige diuersa, quæ contraria apparent dicta, ut non sint contraria.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quod assumptio differt, & re, & ratione, ab vnione, & vnire, quamuis sola ratione differat ab incarnatione, & humanatione. Et quidem, quòd distinguatur realiter ab unione, patet ex hoc, quòd tam actio, quàm passio significata assumptionis nomine distinguitur realiter a relatione vnionis, consequente. Et ne ambiguitas aliqua restet de assumptione passiua, probatur: quia assumptio passiua importat relationem causalitatis passiuæ, & denotat; ut ita dixerim, hominem Deum fieri, ut ab hoc, ita quod relatio importata per assumptionem passiuam est ly ab hoc: quoniam secundum rem, est relatio, qua natura humana à tota Trinitate, eleuata est ad esse diuinum. Relatio autem vnionis est naturæ humanæ ad filium Dei primo, & ad naturam diuinam consequenter, & non est relatio causalitatis passiuæ, alioquin communiter esset ad totam Trinitatem. Quòd vero distinguatur realiter ab unire, ideo dixi, & verificatur non secũdum ipsas actiones, sed secundum terminos, quoniã proprius terminus eius actionis, qui est assumere realiter, differt a proprio termino actionis, quæ est facere relationem unionis ut sic, ut in sequenti patebit dubio; quamuis unum, & idem sit facere, quod per assumere, & unire importatur (vt prædictum est) quod per se primo terminatur ad proprium terminum assumptionis, & ex consequenti ad vnionis relationem, vt nunc patebit. Quòd uerò sola ratione differat ab humanatione, & incarnatione, patet, quia eadẽ est actio, idem terminus diuersimode, ut in litera dicitur explicatus. Ex hoc autem ꝙ in litera dicitur, ꝙ unio differt ratione ab assumptione, aut ecõuerso, non habetur ꝙ differant sola ratione sicut reliqua, quibus connumeratur. Ad ueritatem si quidem literæ sufficit, ꝙ differant ratione, & non exigitur quòd sola.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd assumptio habet pro termino suo, proprissime loquendo ens absolutum, super quod fundatur relatio vnionis, est autem illud ens absolutum non persona filii Dei sola, non hæc natura humana sola, sed filium Dei esse hominem: quoniam nec persona diuina, nec hæc natura humana fit per assumptionem, quamuis fuerit simul facta cum assumptione. Sed filium Dei esse hominem fit per assumptionem, & ita fit, quòd est primum esse, quod per assumptionem fit, & ad quod assumptio primo tendit: acquisiuit enim filius Dei per assumptionem esse hominem, quod est esse in genere substantiæ, & non in genere relationis, aut cuiusuis respectus. Et ad hoc esse, per se primo incarnationem ordinari, patet ex Symbolo fidei, dum dicitur de filio Dei. Et incarnatus est de Spiritusancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Hinc enim clare patet, ꝙ tam actio, quàm passio, quæ in incarnatione interuenit, ad hoc per se primo ordinata, & terminata est, quòd filius Dei factus est homo, proculdubio non relatiuè, sed substantialiter, alioquin non esset homo, nõ enim est uere homo, qui non est substantialiter homo, cum esse hominem, sit esse substantiam animatam, sensibilem, rationalem, & non sit relatiuè tantum se habere ad substantiam, sensibilem, rationalem. Et quia constat præsupposito hoc esse absoluto, relationem vnionis fundari super hoc esse, ideo dicendũ est, quòd ad relationem vnionis in hoc mysterio, nulla actio, aut passio, nulla mutatio per se primo terminatur, vt Auctor expresse dicit in 3. Sent. dist. 2. quæst. 2. arti. 2. quæst. 3. sed est uera relatio, more aliarum relationum, non producta per seipsam, iuxta doctrinam 5. Physico. sed consurgens ex nouo esse absoluto facto ex assumptione. Vnde negare relationem vnionis habere fundamẽtum absolutum, ita quòd per incarnationem nullum ens absolutum factum est, & cum hoc dicere, quòd filius Dei est factus homo, & est uere homo secundum rem, est ignorare propriam vocem, & confiteri cum sententia, fidei verbis solis, quòd Deus est homo substantialiter, cum Nestorio autem consentire secundum rem, quod Deus est homo accidentaliter, & secundum esse relatiuum. Est, & amplecti secundum uerba Decretalem damnantem dicentes Christum, secundum quòd homo, non esse aliquid, & refutare eam secundum rem: quia si solum esse relatiuum fit de nouo in mysterio incarnationis, filius Dei, secundum quòd homo, non aliquid, sed ad aliquid est.

¶ Vt autem negantium unionis relationem habere nouum esse absolutum factum per incarnationem pro fundamento, & similiter assumptionem terminari ad nouum esse absolutum substantiæ, scilicet filium Dei esse hominem, error conuincatur, ex fundamentis eorum in philosophia monstratur. Manifestum siquidem est, quòd si albedo, & subiectum seorsum præexisterent, & similiter panis, & quantitas, & similiter materia, & corpus, & postea uniretur, relatio unionis inter ea super nouo esse absoluto consurgeret, cuius oppositum ab aduersariis assumitur ad propositum. Nec hoc, quod dicimus, eget probatione, sed manifestatione: constat enim quod subiectum in primò exemplo acquireret de nouo esse album, & in secundo esse quantum, & in tertio esse uinum, nec potest inficiari quin quodlibet horum esse fit, & esse absolutum, & de nouo per actionem unituam factum. Patet igitur, ꝙ relatio unionis est uere relatio de genere relationis, conueniens cum illis in modo essendi, & fiendi. Ex his patet solutio omnium obiectorum.

¶ Et si contra prædictam sententiam afferantur duæ rationes, Scoti ibidem contra absolutum fundans relationem unionis, primo, quia illud absolutum necessariò esset unitum uerbo si est, nulla enim uidetur talis entitas in creatura, secundo, quia talis entitas, aut esset substantialis, aut accidentalis, non accidentalis, ut patet, nec substantialis, quia esset eadem materiæ aut formæ aut cõpositæ substantiæ: sed quicquid est idem alicui substantiæ, manet manente illa, natura igitur assumpta, si dimitteretur a uerbo, retineret illud, ac per hoc esset fundamentum unionis absq; unione: respondendum ex dictis est, quòd ut dicitur 7. Metaph. nõ fit sphæra, non fit æs, sed fit sphæra ænea, & similiter in proposito non fit filius Dei, nõ fit humana natura, sed fit filius Dei homo. Et similiter

sicut,

sicut, si albedo, & Socrates unirentur acquireret de nouo Socrates esse album, & si postea separarentur, tam Socrate, quam albedine seorsum conseruatis, amitteret Socrates esse album, ita quòd licet non corrumperetur albedo, corrumperetur tamen esse album, sicut in vnione nõ generaretur albedo, sed esse album. Esse enim album significat esse absolutum in compositione consistens, quod generatur, & corrumpitur per vnionem, & separationem. Et similiter si corpus, & anima separatim existentia vnirentur, acquireret corpus esse viuum, & si postea separarentur, vtroque seorsum conseruato, amitteret corpus esse viuum, quod est esse substantiale in compositione consistens. Ita in proposito: quia filius Dei acquisiuit per assumptionem, esse hominem proportionaliter loquendo, si separaretur natura humana a Filio, amitteret filius Dei esse hominem, quod acquisierat, quod constat esse absolutum ens substantiale in compositione consistens. Et loquor non de compositione animæ, & corporis, quam esse præsupponit, sed de compositione naturæ, & suppositi, in qua consistit esse hominem: oportet enim aliquem hominem esse hominem, & impossibile est etiam fingere esse hominem in rerum natura, nisi aliquem hominem. Ita igitur, quantum ad propositum spectat, se habet esse hominem ad filium Dei, qui vere est homo, sicut se habet esse viuum ad corpus, seu esse album ad subiectum: & similiter ita se habet natura humana ad eundem Dei filium, sicut anima ad corpus, & albedo ad subiectum. Et propterea, vt iam dictum est, quemadmodum generatur ex vnione, & corrumpitur ex separatione non albedo ad subiectũ, sed esse album, & similiter non anima, nec corpus, sed esse animatum, & esse uiuum, ita ex ui assumptionis non fit filius Dei, non fit natura humana, sed fit esse hominem, non in communi, seu hunc similiter si separaretur natura humana, corrumperetur non natura humana, sed esse hominem hunc. Nam si sibi relinqueretur natura humana, non esset idem homo, sed alius homo fieret, qui in natura illa subsisteret: nõ enim Christus subsisteret in illa natura, sed alius homo. Vnde si verbaliter etiam desideras respondere, habes quod esse hominem, est illa entitas absoluta, quæ fundat relationem vnionis in mysterio incarnationis, & quòd ista entitas si est necessario est vnita Verbo. Impossibile est siquidem inueniri idem esse hominẽ separatum à Verbo quãuis possit inueniri eadẽ natura humana separata a verbo: quia esse hominem, numeratur ad numerationem indiuiduorum hominum. Si enim natura humana separaretur a verbo, eo ipso, quòd fieret, & esset alius homo, esset aliud numero esse hominem, quo ille alius esset homo, & aliud quo nunc verbum Dei est homo: quoniam vt iam dictum est, esse hominem in compositione naturæ & suppositi consistit, ac per hoc variato supposito, variabitur numeraliter. Sicut si albedo migraret de subiecto in subiectum, esset aliud, & aliud numero esse album, iuxta numerum subiectorum: & similiter si anima migraret de corpore in corpus, esset aliud, & aliud numero esse uiuum iuxta numerationem corporum: eadem ratione, quia in compositione hæc omnia consistunt, & diuersitas numeralis diuersitatem subiectorum, seu suppositorum comitatur. Et sic patet, quod est aliqua entitas absoluta, quæ quodammodo est in natura creata, s. humana natura Christi, s. esse hominem, quæ si est eadem numero, necessario est unita personæ diuinæ.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, quòd ista entitas est substantialis, & identificatur substantiæ compositæ, hoc est, huic homini, non autem huic naturæ humanæ. Et ideo si hæc natura assumpta dimitteretur, non remaneret relatio unionis, quia non remaneret hic homo idem numero. Et sicut stat, quòd remaneret hæc eadem numero natura humana, & non remaneret idem hic homo, sed esset alius numero homo, alia numero substãtia composita, de prima substantia, non de quidditate loquendo: ita stat, quòd natura assumpta posset dimitti non remanente eodem hoc homine: immò implicat contradictoria remanere eundem hunc hominem, & naturam assumptam dimitti: quia tunc in natura dimissa subsisteret alius homo, & non Christus, & subsisteret Christus, & non alius homo. Et error processus Scotici est ex eo, quod substantia composita est duplex, scilicet natura, & indiuiduum, scilicet hæc humanitas, & hic homo. Nec oportet illud, quod est idem substantiæ compositæ, hoc est, huic homini, esse idẽ huic humanitati: & ideo nõ oportet remanente humanitate hac, si dimitteretur, remanere id, quod est idem huic homini, quale est esse hominem inuentum in hoc homine, qui est Christus. Et hæc dicta sint, loquendo de termino assumptionis secundum rem, hoc est, actionis, & passionis intellectæ per nomen assumptionis; nam loquendo de termino assumptionis vt importatur in uocabulo assumendi, remitto te ad literam, quòd natura humana est ut terminus à quo, & persona diuina est ut terminus ad quem. Quæ ideo pro nouitiis diximus, vt non putent doctrinam datam a uerbis Auctoris discrepare: sed attendant, quod secundum varias considerationes, uarie assignari potest terminus. Nos autem ad rem spectauimus, ut actioni reali, & effectui tam excellenti suum proprium, ac primo terminum, in se, realem assignaremus. Et licet non manifestauerimus, quomodo, quod dictum est, sit: manifestauimus tamen ex fidei doctrina, quod ita est, & hoc sufficere debet in tanto mysterio quod, vt Aug. dicit, si rationẽ haberet non esset admirabile, & si exemplum haberet, non esset singulare: Et ideò caute exempla accipienda sunt, ut, s. utcũq; perspiciamus mysterii altitudinẽ, nec metiamur illud viribus ingenioli humani.

Ferr. 4 cont. c. 41.
Capr. 3. d. 5. q. 2. conc. 3.
Palud. 3. d. 5. q. 3.
Medina, ar. 9.

ARTICVLVS IX.

Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit maxima vnionum.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quòd unio duarum naturarum in Christo non sit maxima unionum. Vnitum enim deficit in ratione unitatis ab eo, qđ est unum, eo quòd unitum dicitur per participationem, unum autem per essentiam: sed in rebus creatis aliquid dicitur simpliciter esse unum, sicut præcipuè patet de unitate ipsa, quæ est principium numeri. ergo huiusmodi unio, de qua loquimur, non importat maximam vnitatem.

¶ 2 Præt. Quanto ea, quæ uniuntur magis distant, tanto minor est unio: sed ea, quę secũdum hanc unionem uniuntur, maximè distant, scilicet natura diuina, & humana: distãt enim in infinitum. ergo huiusmodi est minima unio.

¶ 3 Præt. Per unionem fit aliquid vnum; sed ex unione animæ, & corporis in nobis fit aliquid unũ in persona, & natura: ex unione autem diuinæ & humanæ naturę fit aliquid unum solum in persona. ergo maior est unio animę ad corpus, quàm diuinæ naturæ ad humanam: & sic vnio de qua loquimur, non importat maximam unitatem.

SED CONTRA est, quod Augustin. dicit 1. Trinit. * quòd homo potius est in Filio Dei, quàm Filius in Patre: Filius autem est in Patre per unitatem essentiæ, homo uero est in Filio per unionem incarnationis. ergo maior est unio incarnationis, quàm unitas diuinæ essentiæ, quæ tamen est maxima vnionum: & sic per consequens unio incarnationis importat maximam vnitatem.

RESP. Dicendum, quòd unio importat coniunctionem aliquorum in aliquo uno. Potest ergo vnio incarnationis dupliciter accipi, vno modo, ex parte eorum, quæ coniunguntur: alio modo, ex parte eius, in quo coniunguntur, & ex hac parte, huiusmodi unio habet præeminentiam inter alias uniones: nam unitas personæ diuinæ, in qua uniuntur duæ naturæ, est maxima. Non autem habet præeminentiam ex parte eorum, quæ coniunguntur.

* li. 1. c. 10. ante medio. 3.

SVPER Q. II. ART. IX.

25 3. di. 5. q. 6. 1. ar. 1. q. 2. & 4. cõt. c. 41. CONCL. 1. Vnio incarnationis Verbi Dei considerata ex parte eius, in quo duæ naturæ illæ coniunguntur habet præeminentiam inter alias vnitates, idest est maxima vnionum.

¶ NOT. Non intelligas per ly unionum, vnionem Trinitatis, sed alias. Nam loquitur conclusio de esse maximo simpliciter & respectu unionis Trinitatis non saluatur, nisi secundum quid, vt in fine articuli.

¶ PROB. Quia unitas diuinæ personæ, in qua naturæ duæ illæ vniuntur, est maxima unitas.

¶ NOT. Cum persona illa diuina sit Deus; primæ partis quæstio de unitate Dei, & præsertim articulus de eo, utrũ sit maxime unus, ad huius rei declarationẽ ualebit. Vide igitur ibi, q. 11. ar. 3. & 4.

¶ CONCL. 2. Vnio incarnationis Verbi Dei considerata ex parte eorum, quę cõiunguntur, non habet præeminentiam, idest non est maxima unionum.

¶ PROB. Quia, tanquam clara de se, præsupponitur.

¶ NOT. Claritas hęc præsupposita in corpore apparet in responsis explanata. Nam cum responsio ad primũ ostendat, quòd natura humana nõ est maxime vna; & responsio ad secundum concedat, quod naturæ illæ distant maximè secundum naturalem distantiam; & responsio ad tertium admittat, quòd ex unione illarum naturarum non fit unum in natura; ex his patet manifeste conclusio, videlicet, quòd vnio incarnationis ex parte eorũ, quæ coniunguntur, attenta non est maxima unionum.

Primum

AD

1m de conclusione. Maximam vnitatem. ℞. Ex parte humanæ naturæ vnitæ diuinæ personæ: non, ex parte diuinæ personæ, in qua vnio naturarum facta est. §. Tunc nihil, &c. vt patet per conclusiones. Iam enim concessum est, quod hæc vnio ex parte personæ solum habet maximam vnitatem. Imò istud argumentum est probatio quædam, saltem quoad naturam, humanã secundæ conclus.

2m de maiori. Minor est vnio. ℞. Considerata ex parte naturarum vnitarum: non semper, considerata ex parte personæ i qua fit illarum vnio. §. Sicuti est in proposito. Tunc nihil &c. vt patet ex cõclusionibus.

3m conclusio. Maior est vnio animæ ad corpus, quàm diuinæ naturæ ad humanã. ℞. Nisi vnitas diuinæ personæ, in qua illarum naturarum fit vnio, esset maior, quàm vnitas personæ, & naturæ in nobis. §. Tunc nihil &c. Nã vnitas diuinæ personæ est maior vnitas, q̃ &c. vt in textu. Dicit ly maior, idest perfectior; nõ maior, idest ad plura extensior. Extenditur namque magis vnitas causata ex vnione corporis, & animæ, quoniam ad personam, atque naturam simul attingit (vt patet in textu), sed non est perfectior in ratione vnitatis, vt patet 1. par. q. & ar. supra adductis, not. post prob. cõclus. primæ.

4m contra. ex Augustino. Homo. ℞. Non autẽ, humana natura. §. Tunc nihil &c. Aliud enim est dicere, quòd persona hominis, & persona filij Dei sint una, & eadem in Verbo incarnato; aliud est dicere, quod vnio incarnationis propter hoc sit simpliciter maior, quàm vnio personarum in essentia diuina. Primum dicit ibi Augustinus, secundum non; nisi secundum quid, inquantum scilicet persona Dei Verbi, & hominis est una prorsus post incarnationem; persona verò patris, & Verbi non est una, sed duæ realiter. Cæterum, vt dictum est, non facit, quòd unio illarum personarum in essentia diuina, & diuinæ essentiæ in suis personis non sit maior simpliciter, quàm vnio incarnationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd unitas diuinę personæ est maior, quàm unitas numeralis, quę scilicet est principium numeri. Nam vnitas diuinæ personę, est unitas increata, per se subsistens, non recepta in aliquo p participationẽ, est etiam in se completa, habẽs in se quicquid pertinet ad rationẽ vnitatis: & ideò non competit sibi ratio partis, sicut vnitati numerali, quæ est pars numeri, & quæ participatur in rebus numeratis. Et ideò quantum ad hoc, vnio incarnationis præeminet vnitati numerali, ratione, scilicet unitatis diuinæ personæ, non autem ratione naturæ humanæ, quæ non est ipsa unitas diuinæ personę, sed est ei unita.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte coniunctorum, non autem ex parte personę, in qua facta est unio.

AD TERTIVM dicendum, q unitas diuinæ personæ est maior unitas, quàm unitas, & personę, & naturę in nobis. Et ideò unio incarnationis est maior, quàm unio animę, & corporis in nobis.

Quia uerò illud, quod in contrarium obiicitur falsum supponit, scilicèt quòd maior sit unio incarnationis, quàm unitas personarum diuinarum in essentia, dicendum est ad auctoritatẽ Aug. q humana natura nõ est magis in filio Dei, q̃ filius Dei in patre, sed multò minus: sed ipse homo quãtum ad aliquid est in filio magis, q̃ filius in patre, inquantum scilicet idem supponitur in hoc, qđ dico homo, prout sumitur pro Christo, & in hoc quod dico, filius Dei, non autem est idem suppositum patris, & filii.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse a Papa Agathone, quòd vnio incarnationis est, & non est maxima vnionum. Insinuatum autem est hoc ab eo in epistolæ sua ad Augustos, quæ ponitur in 6. Synodo actio. 4. & sic. Vnum quippe, eundemque Dominum nostrum Ie- sunt sum Christum filium Dei vnigenitum ex duabus, & in duabus substantiis inconfuse, incommutabiliter, indiuise, inseparabiliter, subsistere, cognoscimus; nusquam sublata differentia naturarum propter vnitatem; sed potius salua proprietate utriusque naturæ in unam personam vnam subsistentiam concurrentem, non in dualitatẽ personarum dispertitum, uel diuisum, neque unam compositam naturam confusam; sed vnum, eundemq; filium vnigenitũ Deũ verbum dñm nr̃m Iesum Christum; neq; aliũ in alio; neque aliũ, & alium; sed eundẽ ipsum in duabus naturis, id est Deitate, & humanitate post substantialem adunationẽ cognoscimus. Quia neq; Verbum in carnis naturam * cõuersum est, neq; caro in verbi natura trãsformata est. Permansit. n. vtrumq; quod naturaliter erat. Differentiam quippe adunatarum in eo naturarum sola contemplatione discernimus, ex quibus inconfuse, inseparabiliter, & incommutabiliter est compositus. Vnus enim ex, in, vtrisque. Et per vtraque; quia simul sunt & altitudo Deitatis, & humilitas carnis; seruante utraque natura etiam post adunationem sine defectu proprietatem suam, & operante vtraque forma cum alterius communione quod proprium habet, Verbo operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est; quorum vnum coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs. Hæc ibi. Cum enim dicat Papa, quòd vnio naturarum in persona diuina facta est, & quòd duæ naturæ inconfusę remanserunt; patet ex prædictis, quod dicit per hoc, vnionem huiusmodi, & maximam inter vniones existere, & non maximam inter illas nihilo minus esse. Insinuatum est etiam idipsum à Concilijs, & ab omnibus citatis supra articulo 1. 2. 3. & 6. Nam ibi illis ostenditur, quòd vnio facta est non in natura, sed in persona diuina: quod est ostẽdi (ut patet ex conclusionib. his) vnionem incarnationis & fuisse, & non fuisse, maximam vnionum. Secundò habes, quomodo 2
per rationem ostendas, articulum præsentem oppugnare omnes hæreses contra illos articulos ibi singillatim in appendicibus allatas, & vice versa, quod illæ hæreses contraponuntur præsenti articulo. Hæresim ergo sapit negare, vnionem incarnationis esse maximam vnionem eo modo, quo declaratur hic; quoniam hoc radicaliter esset negare, vnionem huiusmodi factam esse in persona diuina: ac propterea ibi damnatum canonicè intelligitur, quicquid oppositum decisionis huius sic diceret. Tertio habes, quomodo 3
per rationem & Papæ, & Conciliorum &c. dicta præmissa pro quãto vnionem huiusmodi maximam fuisse statuunt, & non fuisse, declares, probes, & tuearis. Quartò uides; quomodo ex his vicissim 4
Angelica hæc doctrina consolidetur.

* Positã in arg. sed cõtra.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN articulo nono, aduerte primò, quòd cum iam distinctum sit de vnione, uel pro relatione vnionis, uel pro coniunctione, ad quam consequitur relatio vnionis, hoc in loco non sumitur vnio p relatione, sed pro coniunctione ipsa, (vt patet in principio corporis articuli,) & ex conditione, quæ de ipsa inquiritur, scilicet de excellentia eius respectu reliquarum coniunctionum. Ridiculum enim hoc est, quærere de relatione, nisi ratione fundamenti: nam seclusa ratione fundamenti, nulla vnionis relatio est maior altera: sed ideò vnio materiæ & formæ est maior vnione substantiæ, & accidentis, quia fundamentum est magis indiuisum, ut patet.

¶ Aduerte secundò, quòd non quæritur explicitè de unione naturæ, & personæ utrum sit maxima: sed de unione naturarum in persona, verumtamen, hoc in responsione ad vltimum tractabitur.

¶ In corpore articuli duo fiunt; primo, ponitur distinctio bimẽbris: deinde respondetur quæsito cum distinctione iuxta membra propositæ distinctionis. Est autem distinctio ista: Vnio incarnationis duplicitur consideratur, vel ex parte naturarum coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur distinctio, quia unio claudit in se duo, primo, extrema, quæ iunguntur: secundo, vnum in quo coniunguntur: est enim unio coniunctio aliquorum in aliquo uno. Principalis conclusio responsiua quæsito est, Vnio naturarum in Christo ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima. Probatur, quia unitas diuinæ personæ, in qua vniuntur, est maxima. Secundaria conclusio est, Huiusmodi vnio ex parte naturarum, quæ coniunguntur non est maxima, nec aliter probatur.

¶ Circa distinctionem in litera assignatam, dubium non dissimulandum occurrit: quoniam uidetur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo uno, potest accipi non solum ex parte eorũ, quæ coniunguntur, uel ex parte eius, in quo coniunguntur: sed etiam ex parte coniunctionis extremorum in illo vno. v. g. coniunctio corporis, & animæ in Socrate, potest accipi ex parte animæ, & corporis, vel ex parte Socratis, vel ex parte coniunctionis illorum in Socrate. Et in litera hoc tertium membrum deficit, & tamen hoc est principalius membrum in proposito considerandum: quoniam non dicitur propriè loquendo, unio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, sed ex parte coniunctionis extremorum in ter-

in termino. Contingit si quidem in Socrate coniungi multa accidentia, quæ licet ex parte eius in quo coniunguntur, scilicet persona Socratis, habeant maximam vnitatem: non tamen propterea sunt maxime vnum, quia coniunctio ipsa in Socrate non est maxima, sed minima.

¶ Dubium secundò oritur hinc circa cõclusionem principalem, quoniam non nisi abusiue saluatur, ex illa vnionem incarnationis esse maximam post vnionem Trinitatis diuinæ, quod tamen, & Auctor saluare nititur in litera, & Bernar. in lib. de consideratione asserit. Et probatur sequela; quoniam non nisi abusiue diceretur, quòd vnio creaturarum vniuersi est maxima, quia ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima: quia vnitas Dei in quo vniuntur est maxima vnitas. ita enim dicitur in litera, quod diuinæ, humanæq; naturæ vnio in Christo est maxima, ex parte eius, in quo vniuntur, quia vnitas diuinæ personæ, in qua uniuntur, est maxima. Et similiter non solum vnitas naturarum diuinæ, & humanę esset maxima, sed etiam vnio accidentium Christi, puta, visus, & auditus, esse albi, & crispi, esset maxima ex parte eius, in quo vniũtur, quia vniuntur in persona diuina, cuius vnitas est maxima: hoc enim non est saluare vnionem incarnationis esse maximam nisi abusiuè, vt patet. Et multiplicatur dubium ex Durando in 3. distin. 3. Senten. quæst. 1. dicente vnionẽm incarnationis esse maximam, quantum ad dignitatem, & nõ quantum ad intrinsecam rationem unionis. Et hoc secundum probat, quia illa vnio est, quantum ad rationem vnionis maxima, cuius extrema magis & intimius efficiunt, uel efficiuntur vnum: sed extrema multarum vnionum, & non incarnationis sunt talia. ergo. Maior probatur, quia vnione, vt sic, aliqua sunt unum, ratio autem vnius est ratio indiuisi. Minor vero, quia materia, & forma constituunt vnum per essentiam, & unum est inseparabile ab alio manente consistentia: non sic autem constat esse extrema incarnationis. Vnde glossat Duran. Bernardum, q intelligitur de maxima unione quãtum ad dignitatem.

¶ Ad hanc quæstionem respondetur, quod distinctio male intelligitur: nam neutrum distinctionis membrum accipiendum est secundum se, ita quòd cum distinguitur, coniunctionem posse accipi ex parte extremorum, uel ex parte termini, non intelligitur ex parte extremorum secundum se, & similiter non intelligitur ex parte termini secundum se: sed quemadmodum primum membrum intelligitur ex parte extremorum inter se, ita secundum intelligitur ex parte termini, ut coniungentis. Et sic non deficit tertium membrum: sed tertium membrum est id, quod distinguitur in primum, & secundum. Nam coniunctio ipsa duorum in aliquo uno, distinguitur, quia accipi potest ex parte extremorum inter se, uel ex parte eius, in quo coniunguntur, ut sic, uerbi gratia. Coniunctio animæ, & corporis in homine potest dupliciter accipi, primo, ex parte animæ, & corporis, non secundum se (sic enim ualde distant) sed inter se, quia inter se iunguntur, ut actus substantialis, & potentia: alio modo, ex parte eius, in quo iunguntur, inquantum iunguntur in illo, puta, inquantum sunt in una natura composita, puta, humanitate, uel inquantum sunt in una persona, puta, Socrate. Et hic est uerus sensus distinctionis literę: obiectiones autem procedunt contra alium sensum, quo sumuntur extrema, quæ iunguntur secũdum se, & id, in quo iunguntur secundum se. Et ideo non est mirum si deficit, si deducit ad inconuenientia, & si non saluat intentum nisi abusiue.

¶ Ex his patet solutio secundi dubij. nam sensus literæ est, q naturæ diuinæ, & humanæ, quæ in mysterio incarnationis uniuntur, coniunctio dupliciter potest accipi: vel ex parte naturarum inter se, (& sic per se nota relinquitur pars negatiua, sicut uere est per se nota, quia inter se non uniuntur, nisi sicut causa, & instrumentũ causæ, ubi constat non esse maximam unionem,) uel ex parte eius, in quo uniuntur, hoc est ex parte personalis coniunctionis, quam obtinent in una persona diuina: hoc enim idem est, ac dicere, ex parte personæ diuinæ, in qua coniunguntur ut sic, ac dicere ex parte personæ diuinæ inquantum est persona, utriusque naturæ: hoc enim est accipere coniunctionem ex parte eius, in quo iunguntur ut sic, hoc est, formaliter loquendo. Quocirca quia, ut patet ex prius dictis, uniuntur in persona diuina substantialiter, & non accidentaliter, ut accidentia Christi, & uniuntur substantialiter, non ut partes (ut manus, & caput) sed ut totum, ut natura ipsa, ut hæc humanitas unitur Socrati, & non uniuntur non solum substantialiter absque partium imperfectione, sed sic substantialiter uniũtur in una simplicissima, & indiuisibilissima, ac incomponibili unitate substantiali personali communi utrique naturæ, ut superet merito omnem aliam unionem quorumcunque in alio ut sic, ita quòd licet anima, & corpus Socratis uniantur substantialiter, & in una natura humanitatis, & in una persona Socratis, non tamen magis, sed pluribus modis uniuntur, quam natura diuina, & humana in Christo: quia uniuntur, & in natura, & in persona, istæ autem uniuntur tantum uno modo, scilicet, in persona: sed unio hæc in isto uno modo, est maior, quàm sit illa in utroque: quia in mysterio incarnationis unitas communis extremis, secundum quam proprissime, & formaliter quantificatur coniunctio, in tertio est unitas personalis simplicissima, & incomponibilis, & indiuisibilissima, ad quã constat, quod nec unitas personalis Socratis, nec unitas essentialis humanitatis, nec ambæ simul ascendunt, ut patet. Notanter autẽ dixi, unionẽ in alio, dixi enim hoc ad præseruandam doctrinã hanc ab unione aliquorum inter se: quoniam ut in litera patet, non ex hac parte, sed solum ex parte unionis in aliquo uno, unio naturarum in Christo est maxima. Si tamen unio hæc incarnationis perspiciatur, ut est duorum inter se, scilicet, personæ diuinæ, & humanæ naturæ, sic etiam inuenitur maxima, & excedẽs omnes alias uniones, propter dictam rationem. Et secundum quid excedit unionem Trinitatis, ut dicitur in responsione ad ultimum ex Augustino, quia homo potius est in filio Dei, quàm Filius in Patre, quia scilicet, idem est suppositum hominis, & Filii Dei, non est autem idem suppositum Patris, & Filii: appellatur autem secũdum quid maior hinc ista unitas, quia homo importat utrumque, naturam. s. humanam, & suppositum. & non quo ad naturam significatam, sed quo ad suppositum tantum est magis in Filio, quam Filius in Patre. merito autem, quod secundum aliquid sui est magis unum, & secundum aliquid minus unum appellatur secundũ quid, & non simpliciter magis unum. Et per hæc patet expositio literæ totius articuli.

¶ Ad Durandum autem dicitur, quòd extorquet Bernardi sententiam, & uilificat eam: de unione enim inquantum unio, secundum ipsam rationẽ unionis loquitur Bernardus, præponens unionem Trinitatis, quæ non esset præponenda quò ad dignitatẽ, quia tota Trinitas non est dignior persona filii. formaliter igitur Bernardus, formaliter, & Auctor loquitur, formaliter & nos intelligimus, atq; saluamus, unionem incarnationis esse post unitatem Trinitatis maximam simpliciter. Et cum dicitur, illa sunt magis unum quorum extrema magis, & intimius constituunt unum, dicitur, q addendum est huic propositioni, uel sunt unum inter se, uel in tertio, alioquin negetur: quia uoluntaria est. Nam ex intrinseca ratione unionis, & unius, nihil aliud habetur, quàm quòd unita, aut fiunt, aut sunt unum, hoc est indiuisa inter se, uel in tertio: personæ enim diuinæ non fiunt, sed sunt unum in tertiò, hoc est in diuina essentia. Et similiter in proposito duæ naturæ sunt unum in persona diuina, & natura humana est una personaliter cũ persona diuina. Et sic negatur, Minor, scilicet quòd materia, & forma magis, & intimius sunt unum in essentia humanitatis: non enim est minus unum, unum in persona substancialiter, & simplicissima, quã unum in substantia, & persona composita. Et cum probatur ex inseparabilitate, respondetur, quòd etiam hic non potest fieri separatio, salua consistentia omnium extremorum, quoniam si humana natura separetur à uerbo, non esset idem, sed alius homo, & similiter persona diuina amitteret esse hominem. Constat autem, quod tam esse hominem, est esse substantiale, quam esse alium hominem, est esse aliam substantiam. Etsi hæc apparent mirabilia, & incomprehensibilia nobis, non propterea sunt reiicienda, sed credenda, & ueneranda.

ARTICVLVS X.

Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd unio incarnationis non sit facta per gratiam. Gratia enim est accidens quoddam. ut in secunda parte habitum est. * sed humanę naturę unio ad diuinam non est facta per accidens, ut supra ostẽsum est. † ergo videtur, q unio incarnationis non sit facta per gratiam.

¶ 2 Præt. Gratię subiectum est anima, sed sicut dicitur Colo. 2. in Christo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo uidetur, quod illa vnio non sit facta per gratiam.

¶ 3 Præt. Quilibet sanctus Deo unitur per gratiam, si igitur unio incarnationis fuit per gratiam, uidetur, quòd non aliter dicatur Christus esse Deus, quàm alii sancti homines.

Medina ar. 10.

SVPER Q. II. ART. X.

16 CONCL. 1. Si gratia accipiatur ipsa Dei uoluntas gratis aliquid faciens, uel gratũ, seu acceptum aliquid habens, unio incarnationis facta est per gratiã; sicut & unio sanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem.

¶ PROB. Quia natura humana indiget gratuita Dei uoluntate ad hoc, ut in Deum, siue p esse personale, siue per operationem eleuetur, (cum hoc sit supra facultatem naturæ humanæ).

¶ CONCL. 2. Si gratia dicatur donum Dei gratuitum, ipsum quod est humanam naturam esse unitam personæ diuinæ, pôt dici gfa, inq̃tũ hoc nullis pcedentibus meritis est factum.

¶ NOT.

Inf. q. 6. ar. 6. Et uerit. q. 29. ar. 2. Et 3. d. 13. q. 5. ar. 1.
* p 2 q. 100 ar. 2. & 3.
† Ar. 6. huius quæ.

SED CONTRA est, quod Augustin. dicit in libro secundo, de Prædestin.* sanctorum, ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: sed homo ille factus est Christus per vnionem ad diuinam naturã. ergo vnio illa fuit per gratiam.

* ca. 15. ad inc. to. 7.

RESP. Dicendum, quòd sicut in secunda parte dictum est,* gratia dupliciter dicitur, uno modo uoluntas Dei gratis aliquid dantis: alio modo ipsum gratuitum donũ Dei. Indiget autem humana natura gratuita Dei voluntate ad hoc, quòd eleuetur in Deum, cum hoc sit supra facultatem suæ naturæ. Eleuatur autem humana natura in Deum dupliciter, uno modo per operationem, qua scilicet sancti cognoscunt, & amant Deum: alio modo per esse personale, qui quidem modus est singularis Christo, in quo humana natura assumpta est ad hoc, quòd sit, in persona filii Dei. Manifestum est autem, quòd ad perfectionem operationis requiritur, quòd potentia sit perfecta per habitum: sed quòd natura habeat esse in supposito suo, non fit mediante aliquo habitu.

*3. dist. 13. q. 3. ar. 1. *p. 2. q. 110. ar. 1.

SIC ergo dicendum est, quòd si gratia accipiatur ipsa Dei voluntas gratis aliquid faciẽs, uel gratum, seu acceptum aliquem habens, vnio incarnationis facta est per gratiam, sicut, & vnio sanctorum ad Deum per cognitionem, & amorẽ: si verò gratia dicatur ipsum gratuitum Dei donum, sic ipsum, quod est, humanam naturam esse vnitam personæ diuinæ, potest dici quędam gratia, inquãtum nullis præcedentibus meritis hoc est factum, non autem ita, quòd sit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis unio fiat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia, quæ est accidens, est quædam similitudo diuinitatis participata in homine. Per incarnationem autem humana natura non dicitur participasse similitudinem aliquam diuinæ naturæ, sed dicitur esse coniuncta ipsi diuinæ naturæ in persona filii: maius autem est ipsa res, quam similitudo ei participata.

AD SECVNDVM dicendum, quòd gratia habitualis est solum in anima: sed gratia, id est gratuitum Dei donum, quod est uniri diuinæ personæ, pertinet ad totam naturam humanam, quę componitur ex anima, & corpore. Et per hunc modum dicitur plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter habitasse: quia est vnita diuina natura non solum animæ, sed etiam corpori: quamuis etiam possit dici, quòd dicitur habitasse in Christo corporaliter, idest nõ umbraliter, sicut habitauit in sacramentis ueteris legis, de quibus ibidem subditur, quòd sunt umbra futurorum, corpus autem est Christus: prout, scilicet corpus contra umbrã diuiditur. Dicunt etiam quidã, quòd diuinitas dicitur in Christo habitasse corporaliter, idest tribus modis, sicut corpus habet tres dimensiones, vno modo per essentiam, præsentiã, & potentiam, sicut in cęteris creaturis: alio modo per gratiam gratum facientem, sicut in sanctis: tertiò per vnionem personalem, quod est proprium sibi.

Vnde patet responsio ad tertium, quia. s. unio incarnationis non est facta solum per gratiam habitualem, sicut alii sancti uniuntur Deo, sed secundum subsistentiam, siue personam.

AR-

¶ Not. Hoc, scilicet humanam naturam esse vnitam personę diuinæ, solet vocari passim a sanctis Doctorib. gratia vnionis; tum quia hoc fuit gratum Deo, tum quia gratis, idest nullis præcedentibus meritis factum est.

¶ Prob. Quia tanquam de se patens pręsupponitur.

¶ Concl. 3. Vnio sanctorum ad Deum per cognitionẽ & amorem fit per gratiam, i. mediãte gratia habituali: sed vnio incarnationis non est facta per gratiam, id est mediante gratia habituali.

¶ Prob. Quia ad perfectionem operationis requiritur, quòd potentia sit perfecta per habitum, secunda autem pars, s. sed vnio, &c. probatur. Quia hoc, quòd natura habeat esse in supposito, non fit mediãte aliquo habitu (vt patet; cum suppositum præsupponatur omnibus accidentibus, de quorũ numero est gratia habitualis).

¶ Coroll. Ergo vnio incarnationis est facta per gratiam in sensu primarum duarum cõclusionum, & non est facta per gratiam in sensu tertiæ conclusionis. Ergo vnio sanctorum per operationem ad Deum fit per gratiam in sensu primæ, & tertiæ cõclusionum; fit autẽ, & non fit, in sensu secundæ cõclusionis. Si enim loquamur de primò prima vnione ista sanctorum; hæc fit per gratiã, idest nullis pręcedentibus ipsorum meritis. Nam talis prima unio per primã gratiam fit: primam autem gratiam nemo meretur, 1. 2. qõ. 114. ar. 5. in quo sensu dicit Apost. Roma. 11. Si autem gratia, iam nõ ex operibus; alioquin gratia non est gratia. Si verò loquamur de sanctorum unione sequente primam, siue sit augmentum gratiæ, siue cõsummatio gratiæ, id est uita æterna; hæc non fit pure per gratiam. Nam ad gratiæ & augmentũ, & consummationem concurrunt merita sanctorum, 1. 2. q. 114. art. 8. Licet illa merita sint dona Dei. Quod totum declarans Concilium Tridentinum ait sess. 6. cap. 8. Gratis autem iustificamur; quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si enim gratia est, iam non ex operibus; alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. Hæc ibi. Et idem ibi Can. 32. Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, ut nõ sint etiam bona ipsius iustificati merita; aut ipsum iustificatũ bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius membrum viuum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius uitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: Anathema sit. Hæc ibi.

1m de maiori. Gratia. R. Habitualis: non unionis personalis. §. Tunc nihil, &c. Nam vnio incarnationis non est facta per gratiam habitualem; in quo sensu sequeretur, ipsam esse factã per accidens (qđ est hæresis Nestoriana dãnata ar. 6.); sed est facta per gratiam, secundum quòd primæ duæ cõclusiones explicauerunt. Propositio ergo illa argumenti, gratia est accidens, adducitur extra propositum.

¶ Not.

¶ Not. Ex textuali responso patet diffinitio gratiæ & habitualis, & vnionis personalis. Habitualis enim est similitudo diuinitatis participata: vnionis autem personalis, est ipsa res, diuina, scilicet natura humanæ vnita in persona Verbi. Vnde etiam patet, quòd & gratia habitualis est accidẽs, & gratia vnionis personalis est substantia. In responso igitur formali sumitur diffinitum pro diffinitione, vt strictius, hoc est, formaliter, procedatur: idipsum tamen vtrobique, scilicet in textuali, & formali responso realiter dicitur. Hoc & in similibus obseruandum est. Pro clariori notitia, quòd vnio illa dicatur gratia vnionis personalis, vide conclusionem secundam cum sua notatione. *8. dist. 4. q. 3. arti. 2. & q. 2. Et Colo. 2. li. 2. co. 3.

2m de maiori. Gratia. R. Habitualis: non, vnionis personalis. §. Tunc &c. Nam Apostolus ibi, Col. 2. Loquitur de gratia vnionis personalis, qua scilicet tota natura humana est vnita diuinæ personæ: non autẽ de gratia habituali, secundum primã huius expositionem. Reliquas expositiones eiusdem auctoritatis, vide in textu: notando, quòd tertia facit mentionem de gratia habituali absque præiudicio conclusionis; quoniam eam in anima solum ponit, & accipit ly corporaliter in sensu ab intentione duarum primarum conclusionum vnionem factam per gratiam dicentium remoto.

3m de conclusione. Fuit per gratiam. R. Habitualem solum: nõ autem, secũdum subsistentiam. §. Tunc &c. Nam alii sancti Deo uniũtur per gratiam habitualẽ tãtum; Christus autem secundum naturam humanam consideratus vnitur sibi Deo, & secundum gratiã habitualẽ, & secundum subsistentiã: & ideò non sequitur, quod Christus non aliter dicatur Deus, quàm alii sancti homines. Obserua tamen, quòd gratia habitualis in Christo est tantum in anima, vt in ad secundum, non autem est medium vnionis incarnationis, idest mediante, qua fiat ista vnio: imò est quoddam consequens ipsam vnionem, q. 7. art. 13.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse à scripturis, incarnationem esse factam per gratiam, idest nullis præcedentibus meritis. Insinuatum autem fuit hoc ab Esa. 65. in persona Domini dicẽte sic. Inuentus sum à non quærentibus me; palàm apparui his, qui me non interrogabant. Quam auctoritatem, & Apostolus Rom. 10. adducit: & consequenter idipsum indicat. Item à Concilio Arausicano sub Papa Leone Primo sic. Si quis inuocationem humanam gratiæ Dei dicit conferri; non autem ipsam gratiam facere, ut inuocetur à nobis, contradicit Esaiæ Prophetæ, vel Apostolo idem dicenti; Inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui his, qui me non interrogabant. Hæc ibi cap. 3. Ac si apertius dixisset, quod ad inuocationem humanam quasi priorem, non confertur Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

gratia

gratia Dei, sed gratia ipsa prius pronocat nos ad inuocandum Deum. His stantibus, ab iis iudicatur propositum, & quidem à fortiori. Pro comperto namque apud omnes vel mediocriter Theologiam intelligentes veritas hæc habetur, quòd multo maior est gratia vnionis personalis, quàm quælibet gratia habitualis; cum per gratiam vnionis personalis vniatur homo Deo in persona; per habitualem verò tantum secundum operationem. Et consequenter quantò maior est substantia diuina, quàm accidens supernaturale creatum, siue(quod in idem redit) quanto maior est vnio substantialis cum Deo, quàm vnio accidentalis, idest per accidēs tale facta: tantò maior est gratia unionis personalis, quàm habitualis. Cum igitur prædictæ tùm scripturæ, tùm Concilij auctoritates affirment, gratiam primam habitualem nullis præcedentibus nostris meritis dari, patet, quòd a fortiori per hoc iudicant, gratiam vnionis personalis homini datam sine vllis præcedentibus meritis; idest gratis à Deo humanæ naturæ illi absque aliquo meritò donatum, quòd vniretur sibi in persona sua diuina. Hoc consequēns, scilicet gratiam vnionis personalis homini datam sine meritis præcedentibus, probabitur etiam articulo vndecimo, conclusione prima, & secunda. Item insinuatum meritò esse idem ab Apostolo Roma. 11. Si gratia, iam non est ex operibus: alioquin gratia non est gratia. Hoc dixit de gratia habituali, vt colligitur ex Concil. Trideo. sessio. 6. cap. 8. Et consequenter de gratia vnionis multò magis hoc intellexit. Gratia ergò vnionis non esset gratia (quod est maxime blasphemum, cum sit omnium gratiarum maxima) si daretur ex operibus. Item ab eodem Concilio Arausicano capitulo 14. meritò indicatum vniuersaliter sic. Nullus miser de quantacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur: sicut dicit Psalmista. Citò anticipet nos misericordia tua Domine. Et illud: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Hæc ibi. Et capitu. 25. Hoc etiam salubriter profitemur, & credimus; quòd in omni opere bono nos non incipimus, & postea per Dei misericordiam adiuuamur; sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui prius inspirat, vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus; & post baptismum (cum ipsius Dei adiutorio) ea, quæ sibi sunt placita, implere possimus. Hęc ibi. Ex quibus constat, quod si aliquibus nostris meritis præcedentibus facta esset incarnatio; nos miseri de tanta miseria absque præuentione misericordiæ diuinæ liberati essemus, & continue liberaremur, insuper & nos in omni opere bono inciperemus, & post per Dei misericordiam adiuuaremur. Clarum enim est, quod omnis boni nostri dimanatio ex incarnatione Dei originaliter procedit, ut ex Concil. Triden. sessione 6. capitu. primo, secundo, tertio, septimo, colligitur. Vnde si meritis aliquibus nostris præcedentibus, facta fuisset Dei incarnatio; quis non videat, nos esse primam originem & liberationis nostræ ab omni miseria, & operationis omnis bonæ, tanquam præuenientes misericordiam diuinam? Hęc autem sunt Pelagiana hæresis à Concilio illo Arausicano ibi damnata. Item indicatum specialiter, & maximè à fortiori, ab Esa. 7. sic. Nunquid parum est nobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse nobis signum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Ecce Propheta dicit expresiè, quod conceptus Emanuelis in vtero Virginis factus est propter hoc, idest propter peccata hominum molestantia Deum, idest displicentia Deo. Sic enim intelligendum esse ly propter hoc, ostendit contextus immediatè pręmissus, scilicet molesti estis & Deo meo. Tantum ergo abest, vt præcedentibus nostris aliquibus meritis facta sit incarnatio, quod (secundum Prophetam) promissa, & facta est, multis nostris demeritis præcedentibus. Vnde ex Propheta ibi colligitur, & quod Deus, si secundum nostra merita voluisset regulare incarnationem: idest si voluisset incarnari, si nos hoc merebamur, uel non incarnari, si demerebamur: tunc ipse numquam incarnatus fuisset: & quòd ex mera bonitatis suæ infinita abundantia, quæ tanta nostra demerita excellentissime superauit, incarnatus est. Secundò habes, quomodo per rationem prædictas omnium illorum sententias, pro quanto vnionem incarnationis asserunt esse per gratiam, & intelligas in bono sensu & declares, & probes, atque defendas. Tertio uides, quomodo ex his omnibus vicissim Angelica hæc doctrina in primis duabus conclusionibus habita consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus articuli decimi clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primò ponitur distinctio bimembris de gratia, secundo respondetur quæsito tribus conclusionibus. Distinctio est, Gratia, pro uoluntate Dei gratuita, vel pro gratuito dono.

¶ Vbi nota duo, primum est, quod in vtroque membro fit mentio de gratuito: quia uoluntas quandoque est debita, quandoque gratuita: voluntas enim iustitiam ministrantis est uoluntas ex debito dantis unicuique, quod suum est: uoluntas autem non ex debito, nec mercenariè, nec vi, aut metu dantis, sed amore beneuolentiæ gratuita est: & similiter donum gratuitum est, quod ex tali voluntate datur. Secundum est, quod appellatione doni gratuiti non solum uenit habitualis gratia, sed etiam quodcumque donum gratis concessum, siue illud sit actuale aliquod auxilium, siue quæcumque alia res. Vnde quia hoc membrum subdiuiditur in litera, quamuis non sub forma subdiuisionis, ideo numerus conclusionum excedere uidetur membra diuisionis, cum tamen in veritate iuxta tria membra in litera posita, s. gratuitam uoluntatem Dei, & gratuitum donum habitualis gratiæ, gratuitum donum ipsius vnionis, tres sint conclusiones.

¶ Prima igitur conclusio est, sumendo gratiā pro gratuita Dei volūtate, vnio incarnationis facta est per gratiam, sicut, & vnio sanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem. Probatur, quia ad hoc, ꝙ natura humana eleuetur in Deum, siue per esse personale, siue per operationem, eget Dei voluntate gratuita: quia utrumq; est supra facultatem naturæ suæ. Secunda conclusio est sumendo gratiam pro gratuito Dei dono, hoc est, gratia habituali, vnio incarnationis non est facta per gratiam, vnio vero sanctorum ad Deum fit per gratiam. Probatur, quia in communi loquēdo formaliter ad perfectionem operationis requiritur, ꝙ potentia sit perfecta ꝑ habitum: ad hoc autem, ꝙ natura sit in suo supposito, nō exigitur habitus aliquis. Differentia autem inter has duas uniones in hoc consistit, ꝙ vnio sanctorum ad Deum est per eleuationem ad operationes cognitionis, & amoris: vnio autem Christi est per eleuationem naturæ humanæ, ad esse personale filii Dei. nulla ergo gratia hic mediat, sed ibi.

¶ Vbi nota primò, ꝙ hinc habes apud Auctorē, eodē se habere modo naturam humanam Christi ad personā filii Dei, sicut se haberet ad personam propriā, & sicut se hēt natura Socratis ad personam Socratis. nā hinc habes, ꝙ ex eo ꝙ formaliter loquendo inter naturam, & proprium suppositum nullus exigitur habitus, ideo inter naturam humanam, & personam filii Dei in Christo nullus exigitur habitus. fundatur enim hic processus super illa ꝓportionalitate, ut patet. Nota secundò, ꝙ gratiæ habitualis in proposito nomen nō restringitur ad gratiam, quæ ponitur in essentia animę, vt distinguitur à charitate, & aliis habitib. infusis: sed cōiter sumit, vt compręhendit sub se quemcumq; infusum habitum. Et hoc habes in litera ex eo, quod habitus ad perfectionem operationis requisitus, in potentia operatiua ponitur, quod nō uerificatur de gratia restricta ad habitum in essentia, ut patet.

¶ Tertia conclusio est, sumendo gratiā pro gratuito Dei dono, quicquid sit illud, vnio incarnationis est gratia. Probatur: quia est donū Dei concessum humanitati Christi, nullis præcedentib. meritis.

¶ Vbi nota primo: ꝙ hoc modo loquendo de gratia, ipsa vnio appellaī gratia modaliter: quia. s. gratuite facta est, s. absq; vllo merito, & hinc fit ut in Christo ponatur vltra habitualem gratiā, gratia vnionis est, ꝙ est ipsa unio gratuito concessa. Nota secundo, ꝙ cautè Auctor locutus, nō dixit, ꝙ hoc modo sumendo gratiā, vnio sit facta per gratiam, sicut dixit in præcedentibus conclusionibus, & sicut quæsitum est in titu. art. sed dixit quod ipsa vnio est gratia. Et ratio est: quia li per, denotat causalitatē gratiæ super vnione: eiusdem autem ad seipsum non est causalitas.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, nota ex supradictis in artic. 7. eiusdem quæstio. quòd coniunctio humanæ naturæ cum persona filii Dei (quæ nihil aliud est, quàm utriusque indiuisio in esse personali ipsius filii Dei) potest dupliciter accipi. s. uel secundum illam entitatem positiuam, quæ est illud esse personale istius naturæ creatæ, uel secūdum mutationem, & relationem, qua vnitur, & unita relatiue dicitur humana natura personæ illi: nullum si quidem aliud ens reale apparet interuenisse, aut inueniri in hoc mysterio, ultra extrema. Et siquidem vnionis gratia pro gratuito dono sumatur secundo modo, sic est donum creatum: quoniam tam mutatio passiua, qua natura humana eleuata est ad esse personale Dei, quàm relatio vnionis, inter creatas res est. Si uerò unionis gratia similiter pro dono gratuito sumatur primo modo, sic quo ad rem datam increatum donum est, quia data est personalitas diuina naturæ creatæ: quo ad substantialem uero compositionem, seu coniunctionem personalitatis cum natura, donum creatum est, ut patet. Et quia unionis gratia, hæc omnia concludit, ideo quandoque res increata ponitur, ut in hac litera, dum dicitur, maius autem est ipsa res, quàm ipsa similitudo eius participata, & est sermo de re diuinæ naturæ & personæ, in qua unionis gratia consistit. Quandoque autem ponitur res creata, dum ex uoluntate Dei gratuita facta dicitur in hac litera, & diffuse inferius articu. 12. huiusmet quæst. & uerum est quantum ad communionem illius esse diuini ad naturam humanam, quæ per assumptionem facta est, & ad quam relatio unionis cobsequitur.

Medina

Medina artic. 11.

ARTICVLVS XI.

Vtrum vnionem verbi incarnati aliqua merita præcesserint.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnio incarnationis fuerit aliqua merita subsecuta: quia super illud Psal. 32. Fiat misericordia tua super nos, quémadmodum, &c. dicit gloss.* Hic insinuatur desiderium Prophetæ de incarnatione, & meritum impletionis. ergo incarnatio cadit sub merito.

* Innuitur in gl. interlinea.ubi.

¶ 2 Præter. Quicumque meretur aliquid, meretur illud, sine quo illud haberi non potest. sed antiqui Patres merebantur vitam ęternam, ad quam peruenire non poterant, nisi per incarnationem. dicit enim Gregor. * in lib. 13. mor. Hi, qui ante Christi aduentum in hunc mũdum uenerunt, quantamlibet iustitiæ uirtutem haberent, ex corporibus educti, in sinum cœlestis patriæ statim recipi nullo modo poterant: quia nondum ille venerat, qui iustorum animas in perpetua sede collocaret. ergo uidetur quòd meruerint incarnationem.

*lib. 13. c. 30. circa finem.

¶ 3 Præter. * De beata Virgine cantatur, quòd Dominum omnium meruit portare, quòd quidem factum est per incarnationem. ergo incarnatio cadit sub merito.

In of. illi ad matu.

SED CONTRA est, quod August. dicit in libro * de Prædestin. Sanct. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis præcedentia merita multiplicatæ regenerationis inquirat. sed nulla merita præcesserunt regenerationem nostram secundum illud Tim. 3. Non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. ergo nec illam Christi generationem aliqua merita præcesserunt.

*c. 15. non procul a fine. to. 7.

RESPON. Dicendum, quòd quantum ad ipsum Christum, manifestum est * ex præmissis, quòd nulla eius merita potuerunt præcedere unionem. Non enim ponimus, quòd ante fuerit purus homo, & postea per meritum bonæ vitæ obtinuerit esse filius Dei, sicut posuit Photinus: sed ponimus, quòd a principio suæ conceptionis ille homo verè fuerit filius Dei, utpote non habens aliam hypostasim, quàm filii Dei, secundum illud Luc. primo. Quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Et ideo omnis operatio illius hominis subsecuta est unionem. ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis: sed neque etiam opera alterius cuiuscumque hominis potuerunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Primò quidem; quia opera meritoria hominis, propriè ordinantur ad beatitudinem, quæ est uirtutis præmium, & consistit in plena Dei fruitione. Vnio autem incarnationis, cum sit in esse personali, transcendit unionem beatæ mentis ad Deum, quæ est per actum fruentis: & ideo non potest cadere sub merito. Secundo, quia gratia non potest cadere sub merito, quia est merendi principium. Vnde multo minus incarnatio cadit sub merito, quæ est principium gratiæ, secundum illud Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Tertiò, quia incarnatio Christi est reformatiua totius humanę naturæ: & ideo non cadit sub merito alicuius hominis singularis, quia bonum alicuius puri hominis non potest esse causa boni totius naturę, ex congruo tamen meruerunt sancti Patres incarnationem, desiderando, & petendo: congruum enim erat ut Deus exaudiret eos, qui ei obediebant.

* Ar. prec.

Ex

SVPER QVAEST. II. ARTIC. XI.

CONCL. 1. Nulla merita Christi potuerunt præcedere vnionem.

¶ COROLL. Ergo Christus, nec meruit, nec mereri potuit hanc suam vnionem; hoc est, quòd sua humana natura vniretur diuinæ in persona.

17 ¶ EXAMEN. Ly præcedere; scilicet nec tempore (quod manifestũ est) nec natura (quod declarabitur); ita videlicet, vt mereri possent vnionem. Tunc aliquid præcedit natura solum aliud, quando sunt simul tempore; sed tamen, comparando naturam unius, ad naturã alterius, inuenitur, ꝙ naturaliter unum ordinatur ad aliud, & consequenter, ꝙ hoc sic præcedit aliud. Vt si dicamus, quòd homo iam iustificatus meretur aliquo suo actu augmentũ gratiæ, quod tanquam præmium in eodem instanti, quo meretur, datur sibi. Nam ex eo, ꝙ meritum suapte natura ordinatur ad præmiũ, uerum est, quod etiam tunc meritum præcedit natura illud augmẽtum gratiæ. Licet autẽ in eodem instanti vnionis anima Christi produxerit actum dilectionis, q. 34. infinitè meritorium; non tamen iste actus pręcedere natura potuit ipsam vnionem; quoniã naturaliter præsupponebat eam, à qua fluebat; & non ordinabatur ad eam habendã, & multò minus promerendam, vt patebit ex probatione secunda cõclusionis secundæ.

1.2. q. 98. ar. 4. c. & 3. dist. 4. q. 3. ar. 1. & Ro. 3. l. 3. col. 2. fi. & Heb. 1. l. 4. col. 3.

¶ LY vnionem. Non dicit textus conclusionis, reunionem. Intendit ergo per hoc loqui de vnione primo facta, ad differentiam vnionis factæ post mortis triduum cum humanitate. Licet enim vnio hypostatica remanserit in triduo cum singulis partibus humanitatis seiunctis, idest cum anima, & corpore; non tamen remansit cum humanitate proprie dicta, idest cum toto coniuncto, cum per separationem realem partium humanitatis ab inuicem, desierit esse humanitas. Denuò igitur tertia die facta est reunio cum humanitate, quia humanitatis per realem coniunctionem partium suarum redintegratę suppositum fuit persona diuina, sicut & ante mortem erat: hanc autem vnionem, quę potius per modum declaratum dicenda est reunio, Christus meruerat. Propterea textus signanter dixit ly vnionem, ne à similibus angustiis infestaretur.

¶ LY vnionem. Scilicet formaliter sumptam, non consecutiuè, idest loquendo de vnione secundum seipsam, non secundum aliquid consequens ad eam, puta manifestationem unionis. Quasi per ly vnionem sic intellectam, textus diceret, ꝙ Christus meruerit vnionem manifestãdam. i. vnionis manifestationem, uel alia huiusmodi unionem consequentia, non est contra cõclusionem; quoniam non attingit sensum eius.

¶ PROB. Quia Christus nõ fuit homo ante ipsam unionem, sed simul cum ipsa vnione (patet ex fide cathol. Luc. 1. contra hęresim Photini): & Christus non potest mereri aliquid, nisi secundum quod homo.

¶ COROL. Ergo omnis operatio meritoria Christi hominis subsecuta ẽ illã unionem. Pręmiũ ergo præcederet meritum, si Christus homo meruisset ipsam vnionem; quod est inconueniens, maxime loquẽdo formaliter, idest de præmio sub rõne præmii, & de merito sub ratione meriti. Ergo fidei catholicæ est sentire, ꝙ Christus in eodẽ penitus instanti, in quo fuit homo, fuerit personaliter Deus; vt uitetur hæresis Photini. Contra hanc hæresim, vide D. Tho. 4. cont. gen. c. 28.

¶ NOT. Basis fundamentalis prædictæ probationis est hoc; ꝙ meritum fit per operari; vt patet ex 1. 2. q. 114. a. 1. & ex Hier. 31. Est merces operi tuo. Clarissimũ uerò prorsus est cuilibet uel mediocriter terminos intelligenti, ꝙ impossibile ẽ, ꝙ aliquis ualeat operari antequã sit. Christus autem (vt sub aliis uerbis dixit prima pars ꝓbationis) nõ fuit Christus, nisi ꝑ illã vnionẽ hypostaticam.

¶ CONCL. 2. Opera alterius hominis cuiuscumq; non potuerunt esse meritoria huius vnionis ex condigno.

¶ PROB. Quia unio hæc icarnationis, & trãscẽdit opera meritoria hoĩs; & est merẽdi principiũ; & est reformatiua totius humanę naturę.

¶ NOT. Ecce tria media, quæ faciliter ꝑ te, logica mediãte, extẽdere potes, ꝓbationes ex textu desũptas interponẽdo ad propositiones singulas, ꝓut opus erit; & sic. Opera meritoria hominis nõ pñt attingere id, qđ trãscẽdit suas uires (patet ex terminis); sed unio icarnationis trãscendit uires operum meritoriorũ hoĩs (cũ ista unio, vtpotẽ ꝑsonalis, transcendat beatitudinẽ consistentẽ in actu fruitionis Dei, q̃ est ultimũ, in qđ possunt ꝓprie merita humana): ergo opera hominis cuiuscũq; non potuerunt &c. ut in cõclusione 2. Item. Opera hominis non pñt mereri principium merẽdi (patet ex terminis cõsideranti, ꝙ nullus potest mereri sine principio merendi. i. antequã habeat principium merendi); sed unio incarnationis est principiũ merendi (patet à fortiori, cũ ista unio, ſm Io. 1. sit principium principii merẽdi. i. gratiæ): ergo opera hominis, &c. Item. Opera hominis non possunt mereri reformationem totius naturæ (cũ homo singularis, purus, non possit esse causa boni uniuersalis naturæ humanæ); sed unio incarnationis est reformatiua totius naturæ (præsupponitur ex quæstio. 1. artic. 4. ubi dicitur, quod est facta ad originale delendum): ergo, &c. Similli modo extendes per te, quã oportuerit, media a nobis breuiter formalizata: quoniam intentio nostra est, non tã te docere; sed

etiam, quasi aperiendo viam, te prouocare ad currendum, idest discurrendum, in studio.

¶ Examen. Ly propriè. Vocula hæc textus, quæ pertinet ad primam conclusionis probationem, æquiualet huic, scilicet ordinatio cursus. Quasi apertius diceret. Beatitudo consistens in operatione (1.2.q6.3.ar.2.4.5.) est, secundum ordinarium cursum, illud supremum, ad quod ordinantur opera meritoria hominum, 1.2.q.1.ar.6.& q.2.art.8.& q.3.ar.2.& 8. Per hanc igitur voculam monstrat S.Doctor, non esse suæ intentionis conclusionē extendere ad respondendum quæstioni de omnipotentia absoluta Dei; hoc est, an Deus de potentia absoluta potuisset facere, q aliquis homo purus in gratia existens posset mereri de condigno incarnationem: sed tantum sistere in genere condigne merendi de ordinario cursu. Potest etiam exponi sic ly propriè, idest secundum omnia requisita ad meritum de cōdigno. Hęc autem sunt & gratia Spiritussancti, mouēs liberum arbitrium ad opus, & æqualitas operis huiusmodi ad beatitudinem, 1.2.q6.114. ar.3. Horum verò vltimum nunquam sic propriè saluari posset respectu incarnationis, sicut respectu uitæ æternæ. Non enim sic æqualitatem habet accidens cum substantia, sicut accidens cum accidente, ut patet: & opus hominis etiam gratia informatum est accidens; quandoquidem tum operatio, tum gratia est de genere accidentis: vnio autem personalis est substantia, quæst. 2. articu.6. beatitudo verò accidens, idest de genere eius, 1.2. quæstio. 3. artic. 2.

¶ Ly gratia est merendi principium, scilicet secundarium, vel (quod idem est) secundò primum. Nam merendi principium primò primum incarnatio, ut ex textu habetur. Vult itaque per hanc sententiam dicere textus. Sicut nullus potest mereri gratiam (Concil. Tridentin. sessione sexta, capitu. 8.) alioquin gratia iam non est gratia, Roma. decimo, ita, & multo magis, nullus potest mereri incarnationem; alioquin incarnatio iam non est incarnatio. Quasi apertius dicat. Si dicere, quod aliquis homo purus possit mereri gratiam, est (secundum Apostolum) ignorare propriam vocem huius nominis, Gratia: vtique, & à fortiori, quidem dicere, quòd aliquis homo possit mereri incarnationem, est (secundum eundem) ignorare propriam uocem, idest significatum huius nominis, Incarnatio.

¶ Ly bonum alicuius puri hominis. Idest hominis, qui sit homo tantum: non autem homo, & Deus. Vnde etiam homo in gratia constitutus, non potest esse causa boni totius humanæ naturæ. Ratio est, quia oportet, vt gratia ad tantum bonum sufficiens sit gratia capitalis; & nullius hominis singularis, dummodo sit homo purus, idest homo, non etiam Deus, gratia est gratia capitalis. Nullus enim homo purus est caput hominum, sed tantum Christus, qui non homo purus, sed & homo, & Deus est. Christus ergo solus est homo ita singularis, vt etiam sit caput aliorum à Deo constitutus: & ideo soli Christo gratia collata est sic, vt non tantum habeat rationem gratiæ singularis, sed etiam rationem gratiæ capitalis: singularis quidem, inquantum gratificat humanitatem Christi Deo; capitalis verò, inquantum alios homines per ipsum. Vnde ad differentiam Christi dixit textus; quod hoc, scilicet esse reformatiuum totius humanæ naturæ, non cadit sub merito alicuius hominis singularis: & quasi exponens semetipsum, quid intelligat per hominem singularem subiunxit ly puri hominis. Ac si apertius, vtrumque simul connectendo dixisset. Tale esse reformatiuum, non potest conuenire alicui homini singulari purè.i.singulari, & non capitali simul. Quod vt melius intelligas, aduerte, singulas has tres rationes aliud præsupponere, & aliud probare. Præsupponunt enim, quod opera hominis, de quo loquuntur, sint meritoria; & probant, quod adhuc non essent meritoria incarnationis: quorum vtrumque patet consideranti conclusionem, ut iacet. Si ergo singulæ illud præsupponunt (vt verum est) iam de homine constituto in gratia loquuntur: quoniam sine gratia opera hominis meritoria esse non possunt: & consequenter tertia ratio, per hominem purum non intendit hominem in puris naturalibus existentem, idest hominem sine gratia; alioquin ratio hæc tertia non esset ad propositum conclusionis, quam vult probare: sed intendit aliquid aliud. Quid autem sit istud aliud, supra dictum est.

¶ Concl. 3. Ex congruo meruerunt sancti Patres incarnationem: desiderando, & petendo.

¶ Probatio. Quia congruum erat; ut Deus exaudiret eos, qui ei obediebant.

¶ Examen. Ly congruum. Quid sit meritum de congruo, & quomodo differat à merito de condigno, vide 1.2. quæst. 114. art. 3. 6. Stat herū in fauorem probationis textualis, tanquam eius probatio Ps. 144. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Et hoc admirationis undique plenum esse demonstrat scriptura, per hoc; quòd obedienter homine utitur Deus ad homines, quando uoluntatem eorum adimplet: ut Iosue cap. 10. Non fuit antea, & postea tām longa dies, OBEDIENTE DOMINO VOCI HOMINIS.

Et per hoc patet responsio ad PRIMVM.

Ad secundum dicendum, q hoc est falsum, quòd sub merito cadit omne illud, sine quo præmiū esse non potest: quædam enim, sunt quę non solum requiruntur ad præmiū, sed etiam præexigūtur ad meritum, sicut diuina bonitas, & eius gratia, & ipsa hominis natura. Et similiter incarnationis mysterium est principium merendi: quia de plenitudine Christi omnes accepimus, ut dicitur Ioan. 1.

Ad tertium dicendum, quòd beata Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium. non quia meruerit ipsum incarnari: sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, ut congruè posset esse mater Dei.

AR-

1m ex Glossa. Et meritum. B. De congruo. §. Tunc nihil, &c. Vt patet ex conclusionibus 2. & 3. Negatur enim solum ibi meritum de cōdigno; quod quidem Glossa adducta non affirmat. Tertiæ conclusioni, etiam argum. hoc fauet, uelut declaratio eius, atque probatio.

2m maior. Quicumque meretur aliquid, meretur illud, sine quo illud haberi non potest. B. Negatur. §. Ratio autem negationis huius est: quod præcedētia omne meritum, non possunt cadere sub merito; cum tamen talia meritum præcedentia (ut diuina bonitas, &c. in tex.) sint de numero illorum, sine quibus uita æterna, quam quis meretur, non potest ullo modo haberi. Pro textu, scilicet quòd nullus potest sibi mereri Dei gratiam, idest primam, ad differentiam augmenti gratiæ, uide primam secundæ, quæstio. 114. articu. 5. Et contra gentes, lib. 3. c. 149. item cap. 155. 157.

3m illatio conclusionis. Ergo incarnatio, &c. B. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falsa intelligentia veritatis illius, scilicet Deum omnium meruisti portare. Nam hoc cantatur de B. Virgine, nō quia meruit ipsum incarnari, &c. ut in tex. Ex quo dic: quod aliud est, mereri Deum incarnari; aliud est, mereri, ipsum ex mera bonitate sua incarnandum, recipere in utero proprio virginali, portare, parere, lactare, fouere, more matris debito. De illo secundo mereri, non autem de primo loquitur, & intelligit Ecclesia; quotiescumque B. Virginem in tali re sic laudat, laudandamque prædicat: id quod (ut consideranti patet) non attingit, tantum abest ut infringat, sensum conclusionis secundæ.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito esse à scripturis, Concilio, & Augustino insinuatum: quod unionem incarnationis nullus meruit, à S. Augustino quidem: ut cum discursu ponitur in argumen. contr. à Concilio autem Constantinopolitano primo, Cano. 1. Custodiendam esse fidem 318. Patrum qui apud Nicęam Bithyniæ conuenerunt ad anathematizandam omnem hæresim, specialiter Eunomianorum, Arrianorum, Macedonianorum, Photinianorum, & Appollinianorum. Hæc ibi, Ex hoc enim quod hæresis Photini à Concilio damnatur, necessario condemnatum comtelligimus dogma illud, scilicet quòd homo Christus per merita sublimatus fuerit ad illam cum Deo hypostaticam vnionem. Nam dogma hoc fuit eius: & damnato authore suæ quoque adinuentiones comtelliguntur damnari: iuxta doctrinam vniuersalem, sub quorundam persona datam à B. Aug. de fid. cathol. dicente. Cum Cęlestius atque Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati: quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur authores? Hæc ille. Immo & in Concilio ipso Ephesino specialiter hæresis Photiniana damnatur. capit. decimotertio. Is, qui ante sęcula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tempore. Nec enim primum natus est homo communis de sancta Virgine, & tunc demum inhabitauit in eo Verbum: sed in ipso vtero virginali secum carnem coniunxit. Hæc ibi. A scripturis uerò insinuatur, & quidem à fortiori, per illud, quod dicitur Isaię septimo. Propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. His enim verbis promittitur illa superbenedicta vnio: in cuius euidens signum allegata ista Prophetia exponitur, Matthęi primo, Emanuel, quod est, nobiscum Deus. Vt autem videas, quòd unionem hanc demeruerunt, & consequenter à fortiori homines non meruerunt, nota ly propter hoc. Pro quo dicendum; q in- Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

contextu

contextu præmittitur ibi increpatoriè. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus:quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit,&c. Patet igitur ad literam:quòd ly propter hoc, refertur ad molestias à domo Dauid factas hominibus & Deo. i.ad peccata facta contra proximum & cōtra Deum. Ac si aperte dicatur. Propter peccata vestra,quibus & proximo, & Deo molesti estis vos, in quibus minus uidebatur, cum sitis de domo Dauid: propter has, inquam, molestias vestras Dominus ipse dabit vobis signum, id est faciet filium suum in Virgine conceptum esse Emanuel, id est vnione hypostatica Deum

Deum esse & hominem. Voluit ergo Dominus,secundum planam literam, demonstrare: quòd ex sua ineffabili bonitate vnio hæc facta est ad superandas hominum malitias; quæ quantum ex se ipsis erat, non merebantur præmissam vnionem fieri, sed valde merebantur, ipsam non fieri. Cæterùm de simili pugna, qua Deus vincit in bono malum nostrum, diffusius uide ueritates aureas super totam legem ueterem, Exod. decimosexto, conclusione prima, quinta. Tertiò vides: quomodo ex iis bene 3
pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm.Cardinalis Caietani.

IN titulo articuli 12. vide, quòd in præcedenti,& hoc,atque sequenti articulo quæstio est de causa vnionis. Et quoniam triplex illius causa assignatur, scilicet gratia, merita, & natura, ideo expedito decimo articulo de gratia in hoc 11. quæritur de meritis, an scilicet vnio hæc ex meritis fuerit:& demum in 12.quæritur an sit naturalis Christo,&c.hoc est a natura.

¶ In corpore articuli sunt tres conclusiones. Prima est: Nulla Christi opera fuerunt meritoria vnionis. Probatur: Ille homo, qui est Christus,a principio suæ conceptionis,fuit filius Dei hypostatice. ergo omnis illius hominis operatio subsequuta est vnionē, ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis. Antecedens declaratur primo, & differentia inter sententiam fidei, & hæresim Photini. Et probatur secundò auctoritate angeli Luc.primo. Consequentiæ autem relinquuntur, ut per se notæ,& vere sic est:quoniam prima patet ex hoc ipso, quòd omnis operatio cuiuscumque hominis præsupponit illum hominem:oppositum enim non est intelligibile. Idē autem est dicere, quòd omnis operatio Christi præsupponit vnionem,& dicere, q̄ præsupponit personam illius hominis: quoniam non nisi per unionem habetur persona illius hominis: quoniam est ipsa persona filii Dei. Ex hoc igitur,q̄ persona illius hominis est persona filii Dei per vnionem naturæ humanæ ad personam filii Dei,optimè, & euidenter sequitur, quòd omnis operatio illius hominis præsupponit vnionem,qua præsupponit illum hominem. Secunda quoque patet ex hoc,quòd meritum præcedit saltem naturæ ordine præmium,ut patet.

¶ Dubium hoc in loco nonnullum occurrit: quia licet hinc habeatur, quòd omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionem, non tamen hinc habetur, quòd omnis operatio illius naturæ humanæ subsecuta sit unionem. Et diceret quispiam quòd illa natura humana sicut secundum se præsupponitur naturæ ordine vnioni (quia assumptio præsupponit quod assumitur) ita secundum aliquod opus eius, puta intelligere, & uelle, quæ sunt instantanea, præsupponitur ordine naturæ assumptioni · & per illud velle informatum charitate natura illa meruit assumi in

in eodem instanti temporis, & prius natura.

¶ Ad hoc dubium non oportet aliunde, quam ex literæ fundamento respondere, ita tamen,vt non sit sermo de potentia diuina absolute cum dicitur, quod non potuit aliqua operatio procedere vnionem: sed de potentia, quam ordo rerum habet simpliciter, & in mysterio incarnationis. Cum enim natura humana in Christo assumatur ad esse personale Dei, idem est ordo naturæ humanæ Christi ad personam filii Dei, qui est naturæ humanæ Socratis, ad personam Socratis. Et ideo sicut natura Socratis prius natura personatur per Socratē,quam operetur;tum quia esse personale, utpotè substantiale, est prius, quam operari, tum quia primus terminus, vt quod generationis, est ipse Socrates, & deinde naturæ ordine consequuntur operationes etiam naturalissimæ, ut si sol fieret,primo fieret suppositum solis, & deinde luceret, quamuis in eodem instanti: ita prius natura, humanitas Christi personatur per verbum Dei, quàm operetur, propter vtramque dictam rationem: quia, scilicet personari spectat ad esse substantiale (confert enim subsistere, quod primæ substantiæ solius est) & quia primus terminus generationis Christi, ut quod, fuit persona filii Dei, dicente Angelo, Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur proculdubio cum rei veritate filius Dei. Non potest ergo poni, quòd anima Christi prius natura, quàm uniretur,intelligeret, aut amaret.

¶ Secunda conclusio est, Nulla opera cuiuscumque alterius hominis potuerunt esse meritoria huius unionis ex condigno. Probatur tripliciter. Primò, quia unio ista superat vnionem beatitudinis, quæ proprie cadit sub meritò. Secundò, quia vnio ista est principium gratiæ, quæ non pōt cadere sub meritò. Tertiò, quia unio ista est reformatiua totius humanæ naturæ, cuius totius bonum constat non posse à singulari puro homine causari.

¶ Tertia conclusio est, Sancti Patres meruerunt incarnationem de congruo, desiderando, & petendo. Probatur, quia congruum est Deum exaudire sibi obedientes: Et hoc etiam modo exponi potest, quòd beata Virgo meruit Christum portare,scilicet merito congrui.

Medina ar. 11.
SVPER Q. II.
ART. XII.

COncl. 1. Gratia siuè vnionis, siuè
18 habitualis i Christo nō pōt dici naturalis; quasi causata ex principiis humanæ naturæ in ipso: quamuis possit dici naturalis, quasi proueniēs in naturā Christi humanam causante diuina natura ipsius.

Inf. q. 7. ar. 13. ad 2. & q. 34. ar. 3. ad 2. & 3. d. 4. q. 3. 2.2. q. 1. ar. 1. & 2. huius quæst.

¶Prob. Quia supponitur clara. Secūda autē pars. s. quamuis,&c. probatur, Quia de se patet.

¶Not. Pro capite probationis quo ad primā partē, vide dicta in 1.2. q. 112. ar. 1. & albis visis recole, q̄ gratia vnionis est maior. i. magis excedens uires cuiuscumq; naturæ createæ, q̄ gratia habitualis. Pro eadē verò quo ad secundā partem, vide Ps. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Hoc est, Natura tua diuina causante promanauit oleū lætitiæ, .i. gratia, in tuam naturam humanam, ò Christe. Rursum nota, q̄ ly quasi, dicit hic expressionem, vt de aliquo rege ad exprimendum cōcedētem sibi dignitatē dicimus: Ambulat, cibat, ornatur, &c. quasi Rex. Et Io. 1. Vidimus gloriā eius, Gloriam quasi vnigeniti à Patre.

¶Concl. 2. Gratia siuè vnionis, siue habitualis i Chro dr̄ naturalis, inquātum utramq; habuit à natiuitate.

¶Prob. Quia ab initio conceptionis, & fuit natura humana, &c. ut in tex. fin.

Primum

ARTICVLVS XII.

Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videt̄, q̄ gratia vnionis nō fuerit homini Christo naturalis. Vnio enim incarnationis non est facta in natura, sed in persona, ut dictum est: * sed unumquodq; denominatur a termino. * ergo gratia illa magis debet dici personalis, quàm naturalis.

¶ 2 Præt. Gratia diuiditur contra naturā, sicut gratuita, quæ sunt a Deo, distinguuntur contra naturalia, quæ sunt à principio intrinseco: sed eorū, quæ ex opposito diuiduntur, ut unū non denominatur ab alio. ergo gratia Christi non est ei naturalis.

¶ 3 Præt. Naturale dr̄, q̄ est s̄m naturam: sed gratia unionis non est naturalis Christo s̄m naturam diuinam (quia sic conueniret aliis personis) nec etiam naturalis est ei secundum naturā humanā: quia sic conueniret oib. hominib. qui sunt eiusdē naturæ cum ipso. Igitur vr̄, q̄ nullo modo gratia unionis sit Christo naturalis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Ench. * In humanæ naturæ susceptione fit quodāmodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullū possit admittere peccatum.

* c. 40. post med. to. 3.

RESP. Dicendum, q̄ s̄m Philos. in 5. Metaph. * natura uno modo dr̄ ipsa natiuitas, alio modo essentia rei. Vnde naturale pōt aliquid dici dupliciter, uno modo, quod est tm̄ ex principiis essentialib' rei: sicut igni naturale est sursum ferri: alio modo dr̄ esse homini naturale, quod ab ipsa natiuitate hēt, s̄m illud Eph. 2. Eramus natura filii iræ. Et Sap. 12. Neq̄ est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum. Gratia igitur Christi siue vnionis, siuè habitualis non potest dici naturalis quasi causata ex principiis humanæ naturæ in Christo: quamuis possit dici naturalis, quasi proueniens in naturam humanam Christi, causante diuina natura ipsius. Dicitur autem naturalis utraque gratia in Christo, inquantum eam à natiuitate habuit: quia ab initio conceptionis fuit a natura humana diuinæ personæ unita, & anima eius fuit munere gratiæ repleta.

* li. 5. Met. tex. 5. 10. 5

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet unio non sit facta in natura, est tamen causata ex uirtute diuinæ naturæ, quæ est uerè natura Christi: & etiam conuenit Christo a principio suæ natiuitatis.

Ad secvndvm dicendum, quòd non secundum idem dicitur gratia, & naturalis: sed gratia quidem dicitur, inquantum non est ex merito: naturalis autem dicitur, inquantū est ex uirtute diuinæ naturæ in humanitate Christi ab eius natiuitate.

Ad tertivm dicendum, quòd gratia vnionis non est naturalis Christo secundum humanam naturam, quasi ex principiis humanæ naturæ causata: & ideò non oportet, quòd conueniat omnibus hominibus: est tamen naturalis ei secundum humanam naturam propter proprietatem natiuitatis ipsius, prout sic conceptus est ex Spiritusancto, vt esset idem naturalis filius Dei, & hominis. Secundum vero diuinam naturam est ei naturalis, inquantum diuina natura est principium actiuum huius gratiæ, & hoc conuenit toti Trinitati, scilicet huius gratiæ esse actiuum principium.

QVAE-

1m de minori. A termino. R. Vel à causa, cuius virtute aliquid fit in illo termino. §. Tunc &c. Licet enim vnio non sit facta in natura, sed in persona: tamen est causata ex uirtute diuinæ naturæ, ut fieret in ipsa persona, tanquam in suo termino ad quem terminata fuit.

2m de minori. Vnum non denominat ab alio. R. Potest tamen vnū denominare aliud, secundum diuersas considerationes vtriusq;. §. Tunc nihil, &c. Nam secundum considerationes gratiæ, & naturæ diuersas, non autem secūdum eādem, gratia & dicitur gratia, & denominat naturalis: sed gratia quidē dr, &c. vt in tex.

3m de minori. Gratia vnionis non est naturalis Christo secūdum diuinam naturam. R. Quasi quòd natura diuina illius vnionis sit terminus. §. Non enim vnio facta est in natura, ar. 1. Tunc nihil &c. Ad hoc enim, quod sit naturalis ei secundum naturam diuinā, sufficit: quod natura diuina illius vnionis sit principium. Et sic non sequitur, quod tota Trinitas sit incarnata; sicut secutum fuisset, si natura diuina poneretur terminus prędictę uniono: sed solum sequitur, quod tota Trinitas sit principium actiuum huius vnionis. quæst. 3. ar. 4.

Item de minori. Nec etiam naturalis est ei secūdum naturam humanam. R. Idest non est causata ex principiis naturæ humanæ. §. In quo sensu sequeretur probatio argumenti adiuncta. Tunc nihil, &c. Nam cum hoc negatiuæ stat; quòd unio hæc sit naturalis ei secundum humanam, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtilitas p.n Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse à scripturis, & August. insinuatum, q gratia vnionis est homini Christo naturalis. A scripturis quidem, per id, quòd dicitur Luc. 1. Ideoque quòd nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Nam ly ideo, declarat ex illatione à textu immediate pręcedenti, q Christus sic conceptus est in vtero virginali ex virtute superuenientis Spiritussancti, vt esset idē natu-

ralis

ralis fili' Dei, & hominis. Totū.n. hoc sanctū.i. antonomaticè res sancta, qd̄ nascetur ex te.i. (vt expositio fiat ſm prædicta ab Angelo) qd̄ ex sāguine tuo purissimo cōcipiet, & ex utero tuo postea pariet, uocabit fili' Dei. Certe, quid clarius, ad ostēdēdū unionē hāc esse naturalē Christo (vt pmissū est) afferri, aut dici potuit? à B. August. aūt insinuat idipsū vt adducit in arg. cont. Ex quo dic, q impeccabilitas, qua s. Christus nullo mō neq; ēt in potētia peccare potuit, ex vnione illa pcessit: & ppterea fuit ei cōueniēs ex pprietate natiuitatis. Vnde Christus naturaliter erat impeccabilis tū in actu tū in potētia: & hoc designatur p ly qua nullū possit admittere peccatū. Talis ergo impeccabilitas, sicut & talis unio, fuit soli Christo ppria. Vnde ad hoc denotandum Christ' p oib. aliis hoibus tāq̄ peccata omniū tollēs, mortuus est. Pro se aūt minime. Hāc ipsam igit impeccabilitatē agnouit Christo soli semp fuisse propriā, & p dogmate fidei catholicę sanxit, Cōnc. Ephes. t. dū ait Can. 10. Qui dicit: Pōtif. nostrū Christū pro se ēt obtulisse semetipsū oblationē, & nō potius pro nobis solis, (non.n. eguit oblatione, qui peccatū oīno nesciuit) anathema sit. Hæc ibi. Vbi Cyrill. i 6. Syn. Can. 2. approbatus, p declaratione inquit. Pontificē cōfessionis nſæ pro seipso semetipsum Deo & Patri obtulisse, oīno à recta est & inculpata fide alienum. Peccatū.n. non fecit. Qui uero superior est oī delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Hæc ille. Nā, cum Christus semetipsum obtulerit non tm̄ pro his, qui de facto aut iā peccauerāt, aut peccaturi erāt, sed ēt pro his qui peccare poterāt, licet de facto p ipsius gratiā nunq̄ peccaturi essent, & nō obtulerit pro seipso: patet, q & Conc. pdictū p illum anathematismū significauit, q solus Christus suapte natura peccare nō potuit; & Cyrillus ei subscribēs, hoc eē de fide tenēdū, cōnotauit. Ex pmissis itaq; apta est uia ad rectè intelligendas de Christo scripturas Isa. 53. Iniquitatem nō fecit, neque dolus inuentus est in ore eius, & 2. Cor. 5. Pro oibus mortuus est, & 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit, & Ioan. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? & alias similes. Secundò vides: quomodo ex iis bene pēsatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. articuli duodecimi, nota q ideo in titulo apponitur ly homini, ita q non quæritur vtrum gratia vnionis sit Christo naturalis, sed an sit naturalis Christo homini, vt denotaretur, q difficultas huius dubii ex parte eius, quod est esse hominem, se tenet. Nō enim est quæstio de Christo, secundum q Deus: sed secundum quòd est homo, an gratia vnionis sit illi naturalis.

¶ In corpore arti. duo sunt, primo ponitur vna distinctio de ly naturalis: secundo respōdetur quęsito tripliciter. Distinctio est ſm naturale dupliciter, vel quod causat ex principiis essentialib. rei, sicut passio ex principiis subiecti, sicut moueri deorsum ex prīcipiis corporis grauis, uel quod ab ipsa natiuitate habetur. Probatur primo distinctio: quia natura dicitur dupliciter, 5. Metaph. s. de essentia: & de natiuitate. Probatur secundo, secundum membrum auctoritate duplici sacræ scripturæ.

¶ Nota hic, q secundum membrum, s. naturale a natiuitate, dupliciter intelligi potest, vno modo vt denotetur sola coæuitas, quia s. inceperūt simul tēpore, sicut de cæco à natiuitate dicimus, quia cæcitas simul incępit cū hoie, qui est cęcus: alio modo, vt denotet non sola coduratio, sed et causalitas, ita q ex vi natiuitatis habeat illud: sicut dicimus, q sextus digitus est naturalis, ex natiuitate in vtero, quia s. ex vi talis natiuitatis abundantis in materia, &c. ille sortitus est sextum digitum. In proposito intelligitur ſm membrū vtroq; modo: & ad ſm membrum spectat auctoritas Apostoli, Eramus natura filii iræ, quoniam ex ui natiuitatis nostræ per propagationem ex Adā sumus filii iræ, dum ex vi natiuitatis nostræ in vtero inficimur peccato originali. Ad primū aūt modū spectat auctoritas Sapientiæ: qui Chananęi, de quibus loquitur, non ex ui natiuitatis contrahebant peccata parentum, sed malitia illorum ita citò incipiebat, ut dicatur in vtero incępisse, iuxta consuetum modum loquendi sermone emphatico.

¶ Prima conclusio est. Gratia, siue unionis, siue habitualis, nō est natu-

naturalis Christo, vt causata, ex principiis humanæ naturæ. Secūda conclusio est: Gratia utraq; potest dici naturalis Christo, quasi proueniēs ex natura diuina Christi in naturam humanam eiusdē. Tertia conclusio est. Gratia vtraq; est naturalis Christo, sumēdo naturale a natiuitate. Probat in primo sensu, hoc est ſm coęuitatē: quia ab initio cōceptionis fuit natura humana diuinæ psonæ unita, & hoc quo ad gratiā vnionis, & aīa eius fuit munere gratię repleta, & hoc quo ad gratiā habitualē. In scđo aūt sensu, hoc ex ui natiuitatis, probat in rōsione ad tertiū ex proprietate natiuitatis Christi: q sic cōceptus est ex Spūsancto, vt esset idē naturalis filius Dei, & hois, testante hanc natiuitatis vim angelo dicēte, Spūsanctus superueniet i te, & virtus altissimi obūbrabit tibi, dū subdit, ideoq; & qd̄ nasceē ex te sanctū, vocabit filius Dei. Illa.n. causalis, ideoq; & qd̄ nasceē ex te, erit filius Dei, manifestat ad hoc esse ordinatā actionē Spūsancti, ut ex ui talis natiuitatis natū, eēt filius Dei, qd̄ in ipsa gra unionis cōsistit. Gra aūt habitualis, ut i pprio tractatu patebit ē i Chro velut pprietas, cōsequēs grām unionis, sicut splēdor solē.

¶ Nota hic tria, primo, q quamuis in litera diuisæ sint explanationes, & probationes tertiæ conclusionis ſm duos assignatos in secundo membro sensus, quia tamen ueri sunt, in litera ponuntur, & breuius uniti clarent notitiis, ideo adunaui dicta in rōsione ad tertiū, & iunxi corpori articuli. Secundò, q Auctor plus donauit, q̄ promisit, dum quæsiuit de gra vnionis, & rńdit de gratia vnionis, & habituali. Tertio, q dū in secunda cōclusione dr, q gratia Christi pōt dici naturalis ex diuina natura, Auctor caute apposuit duo vocabula, primò pōt dici: scđo, quasi proueniens. Est n. quidem considerandum, quod ad hoc, vt aliquid dicatur proprie naturale a natura pro essentia, duo concurrunt: primum est causalitas: ſm modus causandi, oportet enim, vt causetur à natura, & quòd naturali modo non libere causetur a natura: sic enim passio a principiis naturę, sic ferri sursum à leuitate causatur, sic naturale distinguitur contra liberum. In proposito aūt, quia omnis causalitas Dei, ad extra est libera, & nulla est naturalis, ideo gratia in Christo ex diuina natura causata deficit à naturali in mō quo fit, & pōt dici natura-

lis,

lis, quo ad primum, quia ex diuina causatur natura. Qnn ad secundum verò potest dici naturalis non formaliter: quia in veritate nõ naturaliter, sed libere causatur, sed quasi uirtualiter, seu conditionaliter, hoc est, quia si diuinæ naturæ competeret ad extra, uterq; modus causandi, scilicet naturaliter, uel libere, utraque gratia in Christo naturaliter causaretur: quia gratia unionis spectat ad esse personale ipsius diuinæ naturæ, ac per hoc ad causalitatem naturalem pertineret, si ibi inueniretur: gratia uerò habitualis in Christo spectaret ad proprietatem humanæ naturæ iunctæ, iam secundum esse diuinę naturę. Et propterea Auctor dixit, Dici põt naturalis quasi prouenienss, significãs per hoc quasi naturalem modum, quo gratia in Christo fieri dici potest, quamuis in ueritate non sit modus naturalis: hoc autem singulariter de gratia Christi dici potest quia reliquis hominibus, & etiam Angelis constat, & non solũ dat, sed daret Deus gratiam suam prout vult, utpote non cõmunicans suum esse personale, nec iunctus sibi secundum esse influens.

Scot. 3. s. d. 1. q. 4.
Duran. 3 s. d. 1. q. 5.
Capr. 3. d. 1. q. 1. con. 4.
Medina, ar. 1.
Alb. Mag. 3. d. 4. ar. 1. & dist. 5 ar 3.

QVÆSTIO III.

De modo vnionis ex parte personæ assumentis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnione ex parte personę assumentis.

ET circa hoc quęruntur octo.

¶ Primò, Vtrum assumere conueniat personę diuinæ.

¶ Secundò, Vtrum conueniat naturę diuinę.

¶ Tertiò, Vtrum natura possit assumere abstracta personalitate.

¶ Quartò, Vtrum vna persona possit assumere sine alia.

¶ Quintò, Vtrum quælibet persona possit assumere.

¶ Sextò, Vtrum plures personæ possint assumere vnam numero naturam.

¶ Septimò, Vtrum una persona possit assumere duas numero naturas.

¶ Octauò, Vtrum magis fuerit conueniens de persona filii Dei, quòd assumpserit humanam naturam, quàm de alia persona diuina.

ARTICVLVS I.

Vtrum personæ diuinę conueniat assumere naturam creatam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd personę diuinæ, non conueniat assumere naturam creatam. Persona enim diuina significat aliquid maximè perfectum: perfectum autem est, cui non potest fieri additio. Cum igitur assumere sit quasi ad se sumere, ita quòd assumptum addatur assumenti, uidetur quòd personæ diuinæ non conueniat assumere naturam creatam.

¶ 2 Prętet. Illud, ad quod aliquid assumitur, communicatur quodammodo ei, quòd in ipsum assumitur: sicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem assumitur: sed de ratione personę est, quòd sit incommunicabilis, ut in prima parte dictum est. * ergo personæ diuinæ non conuenit assumere, quod est ad se sumere.

¶ 3 Prætet. Persona constituitur per naturam: sed inconueniens est, quòd constitutũ assumat constituẽs: quia effectus non agit in suam causam. Ergo personæ non conuenit assumere naturam.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit de fide ad Petrum, * Formam, id est naturam serui in suam accepit Deus, ille, scilicet vnigenitus, personam: sed Deus vnigenitus est persona. ergo personæ competit accipere naturam, quòd est assumere.

RESPON. Dicendum, quòd in uerbo assumptionis duo importantur, videlicet principium actus, & terminus: dicitur enim assumere, quasi ad se sumere. Huius autem sumptionis, persona est, & principium, & terminus. Principium quidem, quia personæ propriè competit agere: huiusmodi autem sumptio carnis per actionem diuinam facta est. Similiter etiam persona est huius sumptionis terminus (quia sicut supra dictum est.) * Vnio facta est in persona non in natura. Et sic patet, quòd propriissimè competit personæ assumere nãturam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum persona diuina sit infinita, non potest ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in Episto. Synodali Ephe. * Concil. Non secundum appositionem coniũctionis intelligimus modum, sicut etiam in vnione hominis ad Deum, quæ est per gratiam adoptionis, nõ additur aliquid Deo: sed illud, quod diuinum est, apponitur homini. Vnde non Deus, sed homo perficitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd persona dicitur incommunicabilis, inquantum non potest de pluribus suppositis prędicari: nihil tamen prohibet plura de persona prædicari. Vnde non est contra rationem personæ sic communicari, vt subsistat in pluribus naturis: quia etiam in personam creatam possunt plures naturæ concurrere accidentaliter: sicut in persona vnius hominis inuenitur quantitas, & qualitas. Hoc autem est proprium diuinæ personæ, propter eius infinitatem, ut fiat in ea concursus naturarum, non quidem accidentaliter, sed secundum subsistentiam.

SVPER Q. III.
ART. I.

CONCL. Propriissime competit personæ diuinæ assumere naturam creatam.

¶ PROB. Quia persona est & principiũ assumptionis (cum personæ conueniat agere; assumptioque per actionem fiat); & terminus assumptionis (cum vnio hæc facta sit in persona, q. 2. ar. 2.)

1^m de conclusione. Ita q assumptum addat assumenti. R. Vel ita, quòd assumptum perficiatur ab assumente. S. Tunc nihil, &c. Nam hæc secunda interpretatio, s. ita q &c. quam attulit responsum formale, est vera in proposito; prima autem interpretatio, quam afferebat argumentum, in tali proposito est falsa. Cum enim persona diuina assumens sit infinita, non potest &c. vt in tex. In quo vigilanter nota illud exemplũ, pro quanto adducitur, & non aliter. Adducitur. n. solum ad ostendendum tanquam à notioribus nobis; q ex assumptione hominis à Deo, siue fiat

19 per gratiã (vt Rom. 14. Deus. n. illũ assumpsit) siue fiat per vnionẽ personalẽ, nihil prorsus pfectionis accrescit Deo, sed tñ homini. Gratia quidem Dei, & Deus ipse per gratiam, est realiter in homine: Et tamẽ inde solus homo perficitur: sic à quodãmodo simili, Deus realiter vnitur hypostatice carni eã assumẽdo, & caro assumpta realiter vnitur Deo; nec tñ inde nisi sola caro. i. quicquid assumitur, perficitur. Ex his quoq; patet, q textus argumenti per ly additio, intelligit aliquid pfectionis; non autem aliquid solum realitatis. In cuius signum est: q ibi sit hæc minor. s. pfectũ est, cui nõ põt fieri additio. Hoc est: cui non põt addi noua pfectio. Videbat. n. sibi, q realitas aliqua nõ possit addi Deo, & non addat inde ei aliqua pfectio. Vnde ex eo, q nulla pfectio ei põt addi, cũ sit infinite pfectus, argumẽtabat cõuersim, q nulla res possit ei addi; ppea que pro inconuenienti hẽbat, q assumptũ adderetur assumenti. Ex hoc namq;, q res addita dicit in seipsa aliquã perfectionẽ, non poterat intelligere; q eadẽ non diceret pfectionẽ in ipso, ad quẽ assumit. Textus verò rñsalis sũmatim demonstrat, q ista argumenti imaginatio fallit. Aliud. n. est aliquam rem, q in seipsa dicit perfectionẽ, addi Deo; Aliud aũt est, illã rem dicere perfectionẽ in eo, cui additur: qm si adderetur infinite pfecto, neq; adderet, neq; ẽt per imaginationẽ sapientis addere ei posset, aliquid quantumcunq; minimũ pfectionis. Sic in proposito. Quia persona diuina (inquit textus) est infinita, nõ põt fieri ei additio, ipsam. s. aliquo modo perficiẽs. Res qdẽ aliqua, quę in seipsa dicit perfectionẽ, addit de nouo realiter psonæ illi diuinæ, alioquin Deus nõ esset realiter homo nouus: sed illa eadẽ res nihil oino vl minimæ perfectionis affert Deo; l cui⁹ signũ ille ipse Deus post realẽ incarnationem non est Deus nouus, sed, q semper fuit, æternus. Argumẽtũ ergo vr fauere Iudeis: qui ex eo, q Deũ realiter incarnatũ dicim⁹, seipsos excusant de nõ accedẽdo ad fidẽ nostrã p illud ps. 80. Israel si me audieris, nõ erit i te Deus recẽs. E cõtra verò rñsum veritate sua fallacias argumẽtatoris detegẽs (vt semp & vbique solet) fauet nobis catholicis, simulq; Iudęos accusat, p hoc: q demõstrat ex illa additione nõ fieri, q Deus sit Deus recens, sed tñ q sit homo recens.

2^m de minori. Quod sit incommunicabilis.

*p. p. q. 29. art. 1.

*In li. de fi. ad Pet. c. 2. a me. to. 3.

* q. præce. ar. 1. & 2.

*In Epi. in Syn. Ephesi. ad Nestor. circa med. ill.

nicabilis. R. Idest, quòd non possit prædicari de pluribus suppositis. §. Tunc nihil, &c. Nam cum hoc stat simul, q plura possint prædicari de vna persona: vnde non est contra rationem personæ, q &c. vt in tex. Ex quo formaliter dic: q aliud est; personam esse incommunicabilem pluribus suppositis; aliud uero, ipsam esse incommunicabilem pluribus accidentibus: aliud autem, ipsam esse incõicabilem pluribus naturis sm subsistentiam. Et q de hoc ultimo loquatur tantum conclusio articuli: ideoque argumentum cum loquatur de primo, est extra propositum.

AD TERTIVM dicendum, q sicut supra dictum est, * natura humana non constituit personam diuinam simpliciter: sed constituit eam sm q denominatur à tali natura. Nõ enim ex natura humana habet filius Dei, q sit simpliciter, cum fuerit ab æterno: sed solum q sit homo: sed sm naturam diuinam constituitur persona diuina simpliciter. Vnde persona diuina non dicitur assumere diuinam naturam, sed humanam.

AR·

3m de minori. Constituens. R. Simpliciter. §. Tunc &c. Natura enim humana non constituit simpliciter personam diuinam: ideoque non est inconueniens, q assumatur à persona ipsa. Argumentum verò procedit de natura diuina, q scilicet à persona diuina non posset assumi: eo quòd natura diuina est constituens simpliciter respectu personæ ipsius, scilicet idest eo quòd constituit simpliciter personam diuinam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis, Concilio, & August. insinuatum, q personæ diuinæ conuenit assumere naturam creatam. à D. Augustino quidem: vt cum applicatione est in argumen. contr. à Concilio autem Toletano sexto, Can. 1. Ex tribus personis diuinis solum filium fatemur ad redemptionem humani generis humanitatem sine peccato de sancta Virgine assumpsisse: ut idem filius Dei Patris esset filius hominis; Deus perfectus, & homo perfectus; in duabus naturis una persona, né quaternitas Trinitati accederet, si in Christo gemina persona esset. Hæc ibi. Per humanitatem enim intelligitur naturam humanam: secundum quod explicatius in collecta de festiuit. Sanctæ Annæ ab Ecclesia dicitur ad filium. Ex cuius salutari puerperio pro salute mundi humanam naturam assumere dignatus es. A scripturis verò, per illud de filio dictum, Hebr. secundo, Semen Abrahæ apprehendit. Hoc est. Naturam humanam ex linea Abrahæ descendentem assumpsit. Secundò vides: quomodo ex iis bene pẽsatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus art. 1. q. 3. clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito. Personæ competit propriissime assumere naturam. Probatur, Persona est principium, & terminus assumptionis. ergo sibi conuenit propriissime assumere. Antecedens quò ad primam partẽ probatur: quia assumere est actio diuina: agere autem proprie est personæ. Quo ad secundam verò: quia vnio facta est non in natura, sed in persona, vt patet ex supradictis. Consequẽtia autem probatur: quia in verbo assumptionis importantur tria, principium, actus, & terminus: quoniam assumere dicitur quasi ad se sumere. Ex hoc namque, q assumere importat hæc tria, & hæc omnia competunt personæ, quia ipsa est principium, & terminus actus talis, vt in antecedente dicitur, consequens manifeste est, quod assumere propriissime competat personæ.

¶ Vbi nota tria: primo, qđ exponendo assumere quasi ad se sumere, quia ly se, est pronomen reciprocum, dupliciter, seu bis denotat illud, pro quo stat concurrere ad actionem illam, vno modo, seu semel, vt principium, & semel, seu alio modo vt terminum. Et propterea Auctor ex hoc, q assumere dicitur quasi ad se sumere, dixit, quòd importat principium, & terminum actus. nisi enim ly se, vtrumque denotaret: non esset ad se sumere, sed esset sumere ad alium. Secundò, quòd in litera in conclusione additur ly propriissime: quia, vt infra patebit, non soli personæ conuenit assumere, sed soli personæ conuenit propriissime. Tertiò, quod hic est sermo de persona diuina vt sic, non curando, vtrum sit vna sola persona diuina, vel plures, vtrum absoluta, vel relatiua, eius siquidem est propriæ agere, vt quod agit, & eius est terminare vnionem personalem, vt quod subsistit in vtraque natura.

¶ In responsione ad primum eiusdem primi articuli; aduertè quod tam mirabilis est hæc incarnationis connectio, vt cum hoc, quod fatemur Deum vere acquisiuisse esse hominem, quia verè factus est homo: quia tamen huiusmodi substantiale esse acquisiuit sine quacumque ipsius Dei mutatione, ac per hoc sine quacumque sui perfectione, ideo hic vere quoque dicitur, quòd nihil est per incarnationem additum Deo, & quod non Deus, sed homo per incarnationem perficitur. Et hoc tantum allatum esse exemplum de vnione filiorum adoptionis nostræ intellige, quia sicut in unione adoptiuorum non additur aliquid Deo, sed quod diuinum est, apponitur homini, ita proportionaliter in vnione naturalis Filii nihil apponitur Deo, sed Deus iungitur homini, vt homo perfectus sit hoc est, ut homo sit Deus, quod infinitam perfectionem apponit naturæ humanæ.

¶ In responsione ad secundum dubium occurrit, circa incommunicabilitatem personæ, ut in litera describitur, scilicet penes hoc quod non potest de pluribus suppositis prædicari. Videtur siquidem satis rudis huiusmodi assignatio incommunicabilitatis: quoniam talis incommunicabilitas conuenit cuilibet singulari creato, tam in genere accidentis, quàm in genere substantiæ: nam hoc album, & similiter hæc albedo, & hæc humanitas, non potest de pluribus suppositis prædicari: quia ut in antepradicamentis dicitur, cuilibet singulari conuenit non dici de subiecto.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in Theologia non potuit forte breuius, clarius, & formalius describi incommunicabilitas personæ, quàm descripta est in litera, quia apud Thologos omnis natura est communicabilis pluribus suppositis, quamuis diuersimode: quia natura diuina communis est per identitatem Patri, & Filio, & Spirituisancto. Et hæc natura creata potest esse communis per assumptionem (ut infra patebit) Patri, & Filio, & Spirituisancto: persona quoque communis est pluribus naturis, vt patet de persona filii Dei subsistente in duabus naturis diuina, & humana, & de persona Socratis communi pluribus, accidentalibus tamen naturis, vt in litera dicitur. Restat ergo, ut propria incommunicabilitas personæ consistat in hoc, quod non possit esse communis pluribus suppositis, hoc est sibiipsi, & alteri supposito, & hoc est quod in litera exprimitur, per non posse prædicari de pluribus suppositis. Vnde doctrina est subtilissima: sed obiectio errat in hoc, quòd pro eodem accipit non prædicari de pluribus, de quo Aristotelis loquitur in antepradicamentis: & non prædicari de pluribus suppositis, de quo Auctor in litera loquitur, quum hæc distent valde: quoniam non posse prædicari de aliquo, uel aliquibus, ut superius de inferiori, conuenit omni singulari, ut obiciendo bene dicitur: sed non posse prædicari de pluribus suppositis, soli personæ conuenit: quia soli personæ repugnat. Nam, & hæc humanitas, & quæ illi inest, hæc albedo potest de pluribus suppositis prædicari, vt patet, si à pluribus diuinis personis assumeretur.

¶ In eadem responsione ad secundum dubium occurrit circa illud: hoc autem est proprium diuinæ personæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum non accidentaliter, sed secundum subsistentiam, & de conclusione, & de ratione eius. Duo siquidem hic dicuntur, primò affirmatur hæc conclusio, scilicet, quòd sola diuina persona potest subsistere in duabus naturis: secundò assignatur ratio istius conclusionis: infinitas diuinæ personæ. Vbi duæ quæstiones determinantur: prima est, an aliqua persona creata possit subsistere in duabus naturis, asseritur siquidem hic pars negatiua; dum dicitur quod proprium est diuinæ personæ, vt fiat in ea concursus naturarum secundum subsistentiam: secunda est, an hæc proprietas conueniat diuinæ personæ propter infinitatem ipsius: asseritur namque in litera pars affirmatiua. Et primam quidem quæstio. Scot. 3. Sentent. distinctio. prima, quæstione quarta, disputat, & dubiam relinquit; secundam autem ibidem tractans, oppositum tenet, arguitque dicens. Ista ratio non uidetur concludere: quia verbum non est infinitum secundum rationem personalitatis suæ, secundum quam substantificat naturam assumptam. igitur non requiritur infinitas in illo supposito, quod sic substantificat. Antecedens patet: quia tunc aliqua perfectio formaliter deesset Patri, quæ est in Filio.

¶ Ad horum euidentiam prima soluendo est obiectio Scoti: & exinde soliditas utriusque dicti in litera monstranda. Ad obiectionem ergo Scoti negandum est antecedens: quamuis possit distingui, dicendo, quòd verbum esse infinitum secundum rationem personalitatis suæ, potest dupliciter intelligi, scilicet radicaliter, uel formaliter, & quod verbum est infinitum secundum rationem Deitatis radicaliter, quia ex Deitate quicquid est in Deo, infinitatem habet: sed secundum suam personalitatem est formaliter infinitum, quoniam personalitas diuina non est constitutiua personæ nisi infinitæ. Et quemadmodum personalitas uerbi, scilicet filiatio diuina est forma-

liter

liter subsistens, alioquin non esset constitutiua personæ, quæ formaliter est subsistens, ita est formaliter infinita, quia subsistentia formaliter inclusa in personalitate verbi, nec est finita, nec abstrahens a finito, & infinito, sicut relatio, inquantum relatio, quia subsistentia perfectionem sonat simpliciter, vt patet. Nec propterea sequitur vt Scotus arguit, probando antecedens, quòd aliqua perfectio formaliter deesset Patri, quæ est in Filio; quoniam eandem perfectionem, quam personalitas verbi formaliter dicit in Filio, personalitas Patris, dicit in Patre, vt patet de perfectionem subsistentiæ. Sed contingit hic errare, si personalitates diuinas sic formaliter metimur, vt eas nihil aliud formaliter esse putemus, quàm quod relationi reali formaliter conuenit, quod alienum est à celsitudine personalitatis diuinæ formaliter sumptæ: quoniam, vt dictum est, conuenit illi formaliter subsistentia, alioquin non esset personalitas: quia non esset constitutiua se tota personæ. Constat autem quod filius Dei, quatenus subsistēs, naturam humanam substantificat. Vnde patet, quòd verbum secundum illam suæ personalitatis rationem, qua est subsistēs, ac per hoc infinitæ subsistentiæ, vices humanæ personæ formaliter, & eminenter in mysterio incarnationis supplet: est enim verbum, persona humanæ naturæ. Et confirmatur, quia per illud idem, quo verbum subsistit in duabus naturis, diuina, scilicet, & humana, potest subsistere, quantum est ex parte sua in infinitis naturis, quoniam, vbi pluralitas non facit differentiam, nec infinitas faceret differentiam, si infinitas impossibilis esset. Sed verbum per suam personalitatem, quatenus est constitutiua personæ (quod est dicere, quatenus est constitutiua subsistentis in diuina natura) habet quòd possit in duabus naturis subsistere. ergo per suam personalitatem, vt subsistentem in diuina natura, potest subsistere in infinitis naturis, sed posse subsistere in infinitis naturis, est subsistentiæ infinitæ. igitur subsistātia, qua Verbum de facto substantificat humanam naturā, exigit infinitatem: Eadem enim est conditio eius, qua nunc subsistit in duabus, & qua subsisteret in infinitis.

¶ Præterea, Verbi personalitas in sua formali ratione claudit subsistentiam. ergo perfectionem simpliciter. ergo est infinita formaliter. Antecedens probatum est. Prima consequentia probatur. Primò, quia subsistentia non solum est perfectio, sed maxima perfectio: nullum namq; diuinum esset perfectum nisi subsistēs. Secundò, ex definitione perfectionis simpliciter, scilicet, quòd in quolibet, melior est ipsa, quàm non ipsa, arguitur sic. In quolibet ente, vt sic, melior est subsistentia, quàm quodlibet sibi incompossibile. ergo est perfectio simpliciter. Tertia cōsequētia est euidens etiam apud Scotum: quoniam omnis perfectio simpliciter, est in Deo infinita formaliter. Ex dictis igitur si bene considerentur, fidelitas literæ tam in conclusione quam illius ratione apparet. nam ex hoc quod persona diuina ex sui personalitatis perfectione, quam illius subsistentia ponit, habet quod possit in pluribus naturis subsistere, manifeste habetur, quod quum illa perfectio sit infinita, proprium erit diuinæ personæ ob eius infinitatem, quod in ea fiat concursus naturarum, secundum subsistentiam. Et per hoc solutio vtriusque quæstionis apparet.

¶ Nec ex his sequitur, vt Scotus ibidem quæstione quinta, conatur deducere, diuinam naturam esse per se primo terminum vnionis, propterea quia infinitas primo est naturæ, quoniam infinitas Dei, vt est naturæ, dat perfectionem infinitam in essendo, & in causando, ut autem est personæ, dat perfectionem infinitam in terminando. Quo fit, vt quia terminare naturam assumptam, nullam causalitatem dicit, consequenter infinitas in terminando, nullam causalitatem det: & tamen constat, quod exigitur ad hoc, quod vna persona subsistat in infinitis naturis, si essent. Quando ergo obiicit Scotus, quod continentia virtualis in termino, quæ æquiualere potest tot personis, pertinet ad dependentiam inter causam, & causatum, ut sic, simpliciter negandum est, & dicendum est, quod quia terminare naturam alienam subsistendo in illa ex infinitate personæ, non in causando, sed in terminando prouenit, ideoque vocatur quasi continentia virtualis personalitatum in persona diuina, non spectat ad dependentiam causæ, & causati vt sic: sed ad dependentiam personæ finitæ in terminando ad personam infinitam in terminando, Et quia hoc conuenit cuilibet diuinæ personæ ratione suæ propriæ personalitatis. ideò, vt infra patebit, propria personalitas Verbi, scilicet filiatio, est de facto per se primo terminus incarnationis.

¶ In eodem primò articulo in responsione ad tertium, aduerte, ut caute uerbum denominationis intelligas, quum legis, quòd natura humana non constituit diuinam personam simpliciter, sed constituit eam, secundum quod denominatur à tali natura. Non enim sumitur hic denominatio pro quacumque denominatione, quum denominentur aliqua ab extrinseco, ut Socrates dicitur locatus, aut vestitus. Aliqua, ab accidente, vt Socrates dicitur albus. Et aliqua, à substantia, vt Socrates dicitur animatus, uel corporeus: sed sumitur pro denominatione substantiali, neque restringitur hic denominatio ad denominationem in anteprædicamentis definitā: quamuis; & de illa litera hæc verificetur, de denominatione substantiali loquendo. Nam persona filii Dei est uerè persona humana: & inquantū est persona humana, constituitur per naturam humanam; ita quod natura humana in Christo non constituit filii Dei personam, quatenus est persona, sed quatenus est persona humana. Et hoc intēdit litera quā ly humana, denominationem substantialem a natura hominis importat. Et quoniam filii Dei persona sic facta, est persona humana, ut ipse filius Dei uere sit homo: idō dixi, quòd denominatio ista non sic restringitur, quin verificetur etiam substantialis vniuocatio: persona si quidem uerbi, ita est humana, quod est etiam homo uniuoce cum reliquis hominibus. Tanta est autem excellentia incarnationis, vt non possit vnica via aut ratione dici, sed oporteat multis viis, ac modis mysterij illius cognitionem qualemcumque inuestigare: & ideo nunc per denominationem, nunc per vniuocationem incedimus.

Medina ar. 8.

SVPER Q. III. ART. II.

20

3.d.5.q.2.ar.2.

COncl. Primò, & proprissimè, persona dicitur assumere. Secundario autem potest dici, quòd etiam natura assumit naturam ad sui personam.

*Ar. præc.

¶ Prob. Quia patet ex arti. 1. secunda verò pars, scilicet secundariò autem, &c. Probatur; Quia naturæ diuinæ, ratione tantum personæ, cōuenit esse assumptionis terminum; licet naturæ eidem, secūdū seipsam, conueniat esse assumptionis principium.

*q.2.ar.1.& 2.

1^m de minori.

Non assumit ad se. R. Ratione sui. §. Sic enī, ut probatio subiuncta innuit, facta esset vnio in natura. Tunc nihil, &c. Nam cum illa negatione stat simul: quod naturam humanam

ARTICVLVS II.

Vtrum diuinę naturæ conueniat assumere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd naturæ diuinæ non conueniat assumere: quia, sicut dictum est, assumere dicitur quasi ad se sumere: sed natura diuina non sumpsit ad se humanam naturam, quia non est facta vnio in natura, sed in persona: sicut supra dictum est. Ergo naturæ diuinæ non competit assumere naturam humanam.

¶ 2 Præter. Natura diuina communis est tribus personis. Si ergo naturæ conuenit assumere, sequitur quòd conueniat tribus personis. Et ita Pater assumpsit naturā humanam, sicut & Filius, quod est erroneum.

¶ 3 Præter. Assumere est agere, agere autem conuenit personæ, non naturæ, quę magis significatur ut principium, quo agens agit. Ergo assumere non conuenit naturæ.

SED CONTRA est, quòd August. dicit in lib. de Fide ad Petr.* illa natura, quæ semper genita manet ex Patre, idest quæ est per generationem æternam accepta a Patre, naturam nostram a matre sine peccato suscepit.

*c.2. inter prin. & medium, to. 3.

RESP. Dicendum, quòd sicut dictum est,* in uerbo assumptionis duo significantur, scilicet principium actionis, & terminus eius. Esse autem assumptionis principiū, conuenit naturæ diuinæ secundū seipsam, quia eius uirtute assumptio facta est, sed esse terminum assumptionis non conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam: sed ratione personæ, in qua consideratur. Et ideo primo quidē, & proprissime persona dr̄ assumere: secūdariò aūt pōt dici, quòd ēt natura assumpsit naturā ad sui psonā. Et s̄m ēt hunc modū dr̄ natura incarnata, non quasi sit in carnē cōuersa, sed quia naturā carnis assumpsit. vnde Dam. dicit,* Dicimus naturā Dei incarnatam esse, s̄m beatos Athanasiū, † & Cyrillum.*

*Lib. 3. orth. fid. c. 6. ad fi.
† Athan. in symb. suo fidei.
* Cyrill. in Cōc. Chalced. act. 1. post epist. Cyr. ad Io. epi. Antio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ly se, est reciprocum, & refert idem suppositum. Natura autem diuina non differt supposito à persona uerbi: & ideò inquantum natura

Regula solita.

*c. 2. inter prin. & medium, to. 3.

nam diuina natura assumpsit ad se, ratione personę in qua consideratur: Et hoc intendit conclusio articuli. Vnde dixit, quòd naturę diuinę secundariò cōuenit assumere, eiusque probatio expositū voluit ly secundariò, id est ratione personę assumptionem in se terminantis. Hęc omnia, quātum ad sensum (more solito) ex responsali textu desumpta sunt: licet sub aliis uerbis vtrobique uariata legantur.

Secun-

2m de conclusione. Si ergo naturæ. ℞. Secundũ seipsam. §. Tunc nihil, &c. Nam assumere conuenit naturæ, ratione personæ: non autem secundum seipsam naturam. Ad id verò, quod argumentũ implicite subintelligit, scilicet quod naturæ conuenit, conuenit & trib. personis, patet in tex. quid dicendum: Ex quo &t responsum, s. assumere cõuenit naturæ non secundum seipsam, confirmatur esse catholicum; quia ad oppositũ sequeretur error ĩ fide.

3m de minori. Agere conuenit psonę, nõ naturæ. ℞. Negatur: pro quanto dicit, ꝙ agere non cõuenit naturæ. §. Ad id autem, qđ quasi pro probatione adducitur. s. ꝙ significatur vt principium quo agens agit, respondetur: ꝙ ex hoc non fit, ꝙ natura diuina non sit etiam principium quod agit. Sicut enim in Deo idem est, quod est, &c. vt in tex. Pro quo vide 1.q.3.ar.3.4.

natura diuina sumit naturam humanam ad personã verbi, dicitur eam ad se sumere. Sed quamuis Pater sumat naturam humanam ad personã verbi, non tamen propter hoc sumit eam ad se, quia non est idem suppositum Patris, & Verbi, & ideo non potest dici propriè, quod Pater assumat naturam humanam.

Ad secundum dicendum, ꝙ illud, quod conuenit naturæ diuinæ secundum se, conuenit tribus personis: sicut bonitas, sapientia, & huiusmodi. Sed assumere conuenit ei ratione personæ verbi, sicut dictũ est.* Et ideo soli illi personæ conuenit.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut in Deo, d idẽ est quod est, & quo est: ita etiam in eo idẽ est quod agit, & quo agit: quia vnumquodq; agit, inquantum est ens: Vnde natura diuina est illud, quo Deus agit, & est ipse Deus agens.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas meritò esse à scripturis, Concilio, & Aug. insinuatũ, ꝙ naturæ diuinæ conuenit assumere. à B. Augustino quidem: vt in argum. contr. à Concilio autem Tolet. 6. per hoc, ꝙ dicit Can. 2. Cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis (qm inseparabilia sunt opera Trinitatis): solus tñ filius suscepit humanitatem in singularitate personæ, non in vnitate diuinæ naturæ. i. in eo, qđ est proprium filij, non quod est cõe Trinitati: quoniam constat naturam Trinitatis esse, non tamen personam. Hæc ibi. Ex quibus, & totus præsentis articuli, & præcedentis sensus aperitur. A scripturis verò per hoc; quòd dicitur Prouerb. 3. Dominus sapientia fundauit terram. Et Sapien. 7. Omnium artifex est sapientia. Et cap. 8. Sapiẽtia operatur omnia. Ex eo enim quòd scriptura attribuit ipsum agere non tantum Deo, sed etiam sapientiæ diuinæ monstrat, quòd in Deo idem realiter est id, quod est, & id quo est, i. suppositum, & natura: quoniam sicut ad sapientem Deum se habet sua sapientia, ita ad esse Deum, se habet deitas. Consequenter igitur ex illis dictis, tanquam à simili demonstrat, quòd hoc operari, scilicet assumere, non tantum conuenit personæ, sed etiam naturæ diuinæ. Secundò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur atque confirmetur. a

*In corpo. art.

D.ioan.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo articuli secundi, nota omnes tres terminos: nam ly naturæ diuinæ, in hoc articulo sumitur non vt sumitur per modum naturæ tantum, vt significatur nomine deitatis: sed etiam ut sumitur per modum subsistentis in natura, ut sic, vt significatur nomine Dei, seu Dei huius: ita quod appellatione naturæ diuinæ, venit hoc in loco non solum deitas, sed Deus, & Deus hic. Nec ego somnio, sed ex responsione ad tertium clare habeo, vt ibi declarabitur, & nũc supponatur; ita ꝙ natura diuina sumitur hic, vt distinguitur contra personam simpliciter, hoc est secundum completam rationem personæ.

¶ Ly conueniat, sumitur non de possibili, sed de facto: quoniam an natura possit assumere, in sequenti tractabitur articulo, sed an de facto verum sit, quod deitas, Deus, hic Deus, assumpserit naturam, quæritur, vt patet ex responsione ad secundum, vbi dicitur, quod assumere, conuenit naturæ diuinæ ratione personæ verbi.

¶ Ly assumere, vniuoce sumitur, vt. s. terminatur ad vnionem personalem verbi, qualis descripta iam in antedictis est, vt ex responsione ad secundum allegata, patet.

¶ Rursus aduerte, quòd cum quæritur hic an naturæ diuinæ conueniat assumere, intentio quæstionis est, an sic conueniat, quod possit verè dici, quod natura diuina assumpsit naturam humanam. Et in hoc clauditur, an naturæ diuinæ conueniat assumere, vt quod assumit, ita quod non sufficit quæstioni dicere, quod natura diuina est, qua, seu quo facta est assumptio; sed inquirimus an sit quod, seu quæ assumpsit naturam humanam. Hæc de titulo.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio principalis. Naturæ conuenit secundario assumere naturam. Probatur. Assumens est principium, & terminus assumptionis: sed natura diuina est secundum se principium, & non secundum se, sed ratione personæ est terminus assumptionis. ergo natura diuina est secundario assumens, scilicet ad sui personam. Maior probatur ex eo, quòd in verbo assumptionis importatur vtrumque, scilicet principium, & terminum assumptionis esse idem. Minor quo ad primam partem probatur: quia uirtute naturæ diuinæ assumptio facta est: quo ad secundam vero: quia esse terminum assumptionis, conuenit primo personæ; vt patet ex præcedenti articulo. Vbi quia etiam dictum est, quòd persona est etiam principium assumptionis, vt qđ ideo hic repetitur, quod propriissimè, & additur quod primò conuenit personæ assumere. Secunda autem conclusio adiuncta propter clarificanda similia est, quòd natura diuina per hunc modum, scilicet secundario est incarnata, quia scilicet carnem ad sui personam assumpsit.

¶ In responsione ad secundum, quo ad omnes eius partes, nota pro sequenti articulo. Tria enim hic dicuntur, primum est de communitate conuenientium naturæ diuinæ secundum se, vt distinguitur contra personam. Secundum de assumere, quod de facto ei conuenit ratione verbi. Tertium de illa subiuncta causali, scilicet, & ideò illi soli personæ conuenit. Ad hæc enim in sequenti articulo recursus erit.

¶ In responsione ad tertium eiusdem secũdo articulo, aduerte, quod quia argumentum ad hoc tendebat, quod naturæ diuinæ non conueniebat assumere, etiam vt principio assumptionis, hoc est, vt principio, quod assumere dicitur: quia natura habet rationem principii, vt quo, non vt quod, & Auctor intendit quod naturæ diuinæ conuenit assumere in ratione principii non solũ quo: sed quod: ideo in hac responsione dicit, sicut quo ad esse, idem est in Deo quo, & quod, ita quo ad agere. Et ideo natura diuina est quo Deus agit assumptionem, & quòd agit illam: quia est ipse Deus, agens, quo nihil aliud est, quam dicere, quia deitas hæc, est hic Deus: hæc enim sunt abstracta, & concreta naturæ diuinæ singulariter significatæ. Vbi clare videre potes bene expositum fuisse titulum articuli. Habes quoque hinc sensum dictorum in corpore articuli de termino assumptionis, quum dicitur quod naturæ diuinæ non conuenit, esse assumptionis terminum secundum se, sed ratione personæ. Nam hinc patet, & ex responsione ad secundum, quod appellatione personæ hic intelligitur sola persona simpliciter, & perfecte habens rationem personæ, vt est verbum Dei, & appellatione. Naturæ intelligitur, tam natura in abstracto, quàm in concreto, tam deitas, quàm Deus, tam hæc deitas, quàm hic Deus. Habes enim hinc, quod ipse, seu hic Deus, concurrit ad assumere, vt principium quod, & non, vt terminus, habes ex responsione ad secundum, quod ideo soli personæ verbi conuenit assumere vt termino: quia esse terminum assumptionis conuenit deitati ratione personæ verbi. Quid clarius? Restat igitur indubitata apud Auctorem conclusio, quod per se primo terminus assumptionis in mysterio incarnationis est persona Verbi vt sic, vt distinguitur contra naturam, & indiuiduum naturæ, & alias personas, hoc est, est verbum vt distinguitur à deitate hac, & hoc Deo, & Patre, & Spiritusancto.

¶ Quæstio non dissimulanda ex Durand. in 3. Senten. dist. 1. quæst. 2. occurrit, probante quod personæ diuinæ conuenit primo ratione essentiæ diuinæ assumere terminatiuè, ita qđ ad vnionem personalem verbi cum natura humana non consequitur: sed præexigitur vnio naturæ diuinæ cum natura humana. Premittit autem suppositionem vnam, scilicet subsistere in diuinis, est vnicum, & absolutum, ac per hoc competit omnibus personis diuinis ratione essentiæ, sicut cætera essentialia. Hanc autem suppositionem probat dupliciter. Primo ratione, quia persona diuina, per aliud formaliter est subsistens, & per aliud formaliter est suppositum; quia per essentiam, & non per proprietatem relatiuam est subsistens, & per proprietatem relatiuam est suppositum: quia subsistere dicit esse, secundum perfectissimum modum essendi, perfectissimus autem modus essendi est in se existere, non ad aliud esse: essentia autem facit formaliter in se existere, proprietas autem relatiua ad aliud esse, igitur subsistere in diuinis est per essentiam, & non per proprietatem relatiuam. Secundò auctoritate August. in quinto, de Trin. Omnis res ad seipsam subsistit, quanto magis Deus? Probari quoque potest tertio ad hominem, scilicet ad

uet ad S. Thomam, quia apud ipsum in quæstio. de poten. q. 9. art. 5. ad 3. essentia diuina non habet subsistere à proprietatibus personalibus: sed ecõtra proprietates personales habent, quòd subsistãt ab essentia diuina. Hac igitur suppositione stante probat Durandus intentum sic. Persona diuina per illud, quo subsistit, primo terminat dependentiam naturæ assumptæ. ergo ratione essentiæ diuinæ primo terminat. antecedens est, per se notum. Consequentia autem ex suppositione probata patet: quia per essentiam diuinam, & non per proprietatem personalem subsistit. Et sic patet, q̃d terminare assumptionem, & unionem primo conuenit naturæ diuinæ. Et directe sunt hæc contra doctrinam præsentis articuli, vbi expresse dicitur, quod esse terminum assumptionis, non conuenit naturæ diuinæ secundum se, sed ratione personæ.

¶ Ad hanc quæstionem sic procedendum est, quod primo ostẽdendum est, quod subsistere in diuinis est essentiale, & personale sicut res: ita quod sicut tam essentia, quàm persona quælibet est secundũ seipsam formaliter res, & simul non quatuor, sed tres res sunt, ita tam essentia, quam persona quælibet est secundum seipsam formaliter subsistens, & simul non sunt quatuor, sed tres subsistentiæ. Deinde ad quæsitum deueniendum est. Ad euidentiam autem primi non est procedendum ex significatione subsistentiæ, quam iste, vel ille assignat: sed ex his, quæ ab omnibus acceptantur. Et propterea, hinc inchoandum reor, quòd infra latitudinem substantiarum semper sermonem hunc intelligendo, differentia manifesta inuenitur inter naturam etiam singularem, & subsistens in natura, in hoc, quod ratio naturæ etiam huius est pura ratio naturæ singularis: ratio vero subsistentis in natura, est ratio habentis naturam illam, quod sub aliis verbis dicitur, natura est, ut quo, subsistens est, vt quod. Manifestatur differentia hæc inductiue in hac humanitate, & hoc homine, hac deitate, & hoc Deo, &c. Probaturque sic esse in re, ex ipso incarnationis mysterio: in quo fatemur inueniri hanc humanitatem sine hoc homine proprio illi humanitati: quoniam non est ibi hic homo, nisi filius Dei. Ex hoc enim, quod huic humanitati nihil deest, nisi propria subsistentia, & nisi proprium subsistens in hac humanitate, & constat quod nõ deest, nisi proprium habens illam humanitatem, manifestè patet, quod ratio subsistentis in natura, & ratio habentis naturam, vna, & eadem est. Inter substantiam autem diuinam, & creatas hæc est in proposito differentia, quod in creatis unica tantum ratione, unico tantum modo inuenitur habens naturam, scilicet, ut hypostasis, seu ut prima substantia, quoniam in creaturis non est differentia inter indiuiduum naturæ, & primam substantiam, seu hypostasim. In Deo autem inuenitur duplici ratione, & modo, habens naturam, scilicet habens naturam communiter, ut hic Deus: & habens naturam incommunicabiliter, vt pater: ac per hoc inuenitur subsistens in natura communiter ut hic Deus: & subsistens in natura incommunicabiliter: vt quælibet diuina persona. Constat enim, quod hic Deus, vt sic subsistit essentialiter, tam Pater autem, quàm Filius, & quàm Spiritussanctus, ut sic, subsistit personaliter: hic Deus subsistit formaliter deitate. Filius autem subsistit formaliter sua personalitate, quæ est ipsa filiatio. Alia ergo est ratio subsistendi huic Deo: & alia filio, sicut alia est ratio deitatis, & personalitatis, & similiter alius est modus subsistendi, quo hic Deus subsistit, quoniam subsistit essentialiter, & communiter: & quo filius subsistit, quoniam subsistit personaliter, & incommunicabiliter.

¶ Et ne quis me putet noua cudere, probatur ratione, & authoritate, subsistere esse etiam personale in diuinis, & esse formaliter magis personale, quam essentiale: quamuis radicaliter sit essentiale. Probantur singula, Quod subsistere sit personale, patet sic. Personalitas diuina est formaliter personale. ergo subsistentia. Tenet sequela, alioquin personalitas non constitueret personam, sed relatiuum tantum: si enim paternitas non constituit ipsum quasi subiectum relationis paternæ, constat, quod non constituit personam Patris, & si constituit personam Patris, constituit quasi subiectum paternæ relationis: ipsum autem quasi subiectum paternæ relationis, constat esse substantiam indiuiduam, subsistentiam, hypostasim. Idem est ergo dicere, quod subsistentia non est personalis, & dicere quod personalitas non est personalis, quum personalitas subsistentia sit: quia constituere personam, est constituere substantiam indiuiduam in natura intellectuali. Et confirmatur: quia etiam fingendi data licentia, impossibile est intelligere substantiam indiuiduam in natura intellectuali, & non intelligere subsistens in natura intellectuali. Constat autem luce clarius, quod ly substantia indiuidua, loco cuius ponimus subsistens, importat formaliter personalitatem, claudit ergo personalitas in se formaliter subsistentiam, nec oppositum est intelligibile. Et confirmatur: quia nisi esset Trinitas subsistentium, non esset Trinitas personarum: sed esset sola Trinitas relationũ, vt sic, hoc est secundum esse, & non secundum personalitates, q̃d a fidei doctrina alienum est, confitente, quod alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritussancti. Auctoritas ad hoc Auctoris est in prima parte, q. 40. vbi dicit art. 3. in cor. proprietates personales non intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis, quasi formæ subiecto præexistenti, sed ferunt secum ipsas hypostases: & in responsione ad secundum dicit, paternitate non solum est Pater: sed q̃s, seu hypostasis. Quid clarius? Et in q. 9. de pot. Dei art. 4. dicit, persona diuina formali significatione significat distinctum subsistens in natura diuina.

biecta

¶ Quod autem subsistentia magis sit formaliter personale, quã essentiale, ex duobus patet, primo, quia persona in communi formali suo significato includit subsistens, vt Auctor expresse dicit in dicto articulo dictæ q. de potentia Dei, & patet ex definitione Boe. quia in recto significat substantiam indiuiduam, hoc est substantiam primam quam constat esse subsistens primum: natura autem in communi non significat subsistens. Secondo, ex eo quod subsistens in natura diuina ut subsistens, habet rationem personæ, quamuis incomplete: ex eo namque quod etiam in natura diuina subsistens, quamuis communiter, induit quandam rationem personæ appropinquãdo ad rõnem personæ, & habendo rationẽ psonæ incomplete, signum habetur, quòd subsistere, quod habere rationem subsistentis magis conuenit formaliter personæ, quam naturæ: magis ergo est formaliter personale, quam essentiale. Notãter autem dixi, formaliter: quia radicaliter constat diuinam essentiam habere primo rationem subsistentis: ita quòd (si sic loqui licet) personæ diuinæ mendicant subsistentiam ab essentia, & non econtra. Et secundum hoc saluatur differentia inter Deum, & creaturas, quod in creaturis natura mendicat subsistere ab hypostasi: non enim subsistit hæc humanitas nisi per hypostasim: in diuinis vero deitas seipsa subsistit. Et ideo paternitas constituit hypostasim paternam, quia est eadem deitati: ita quod ex deitate habet quasi originaliter, seu radicaliter, ex ipsa autem formaliter, q̃ subsistat, quod constituat hypostasim, quod est constituere subsistens hypostaticè.

¶ Ex his autem patet, quid dicendum ad Durand. quod suppositio, s. quodammodo est uera, & quodammodo salsa: quoniã subsistere, non uno modo dicitur, sed essentialiter, uel personaliter: & si referatur ad subsistere essentiale, vera est: si autem ad personale, falsa est: sunt enim in diuinis tres subsistentiæ personales, sicut tres primæ substantiæ, sicut tres personæ.

¶ Ad rationẽ autem Durandi dicitur distinguendo, quòd persona diuina per aliud est subsistens essentialiter, quia per essentiã: & per aliud suppositum, quia per proprietatem personalem, sed per hoc idem, & subsistens personaliter, subsistit enim in persona. & essentialiter, quia est hic Deus, & personaliter, quia est hæc persona. Et quum dicitur, subsistere, dicit esse secundum perfectissimum modum essendi, transeat: sed non ualet, ergo non est per relationem diuinam, inquantum est forma personalis, sed bene ualet, ergo non est per eam, inquantum est relatio, & similiter valet, ergo non per ad aliud se habere vt sic, cum quo stat, quod sic per ad aliud se habere, ut est forma hypostatica: Similiter nihil obstat quòd subsumitur, sed perfectissimus modus essendi est in se, non ad aliud: conceditur siquidem totum formaliter loquendo. Et dicitur, quod subsistere non dicit modum essendi ad aliud, formaliter loquendo: cum quo stat, quod dicat modum essendi constitutum per ad aliud, non inquantum ad aliud, sed inquantum est forma hypostatica; ut latius in commentariis primæ partis tractatum est.

¶ Ad authoritatẽm Aug. dicitur, quòd sicut substantia indiuidua formaliter loquendo, non est ad aliud, sed ad se, & similiter persona non est ad aliud, sed ad se (nullus enim est persona, aut substantia indiuidua ad aliud) ita subsistens est ad se, & non ad aliud. Et hoc solum intendit Augustinus, ut patet ex discursu ipsius ex communibus Deo, & creaturis. Et hoc est verissimum, ut patet exercendo hæc: nulla enim res dicitur substantia indiuidua, aut hypostasis, aut persona, aut subsistens, ad aliud. Sed sicut cum his stat, quòd gratia materiæ, substantia indiuidua, & hypostasis, & persona in diuinis significat relationem non ad aliud, sed ut rem hypostaticam, ita stat quòd subsistens, & subsistentia significat relationem, ut rem hypostaticam. Ad probationem ad hominẽ tertio allatam ex auctoritate Auctoris, iam dictum est.

¶ Ex his quoque patet, quid dicendum sit ad rationem Duran. contra propositum: nam tota ratio consistit in hoc: per illud primo persona terminat dependentiam naturæ assumptæ per quod subsistit. Et ad hoc dicendum est iuxta dicta, quod si subsistit, stat pro subsistere personaliter, verum dicitur: sed arguens in primo sensu loquitur, & probat minorem eius: & ideo nihil contra Auctoris solidam doctrinam concludit: Et hæc responsio data est nõ faciendo difficultatem in verbo dependentiæ. quum arguens dixit terminat dependentiam naturæ assumptæ, quod ideo dico: q̃a dependentia non nisi inter causam, & effectum ut sic, proprie saluari videtur: terminus autem assumptionis, vt sic nullam causalitatem ad naturam assumptam habet: alioquin tota Trinitas necessario esset terminus assumptionis: quia indiuisa est causalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifestant, quòd persona diuina ratione proprietatis personalis (cuius non est secundum se causare) primo terminat assumptionem, & non ratione naturæ, cuius est secundum se causare. Nam, & personæ diuinæ ratione pro-

prietatis

prietatis personalis conuenit per se primo terminare naturam vique adeo, ut et natura diuina interminata quodammodo sit secundum se, & ad proprietatem personalem vltimo terminetur, intelligimus enim hunc Deum quasi interminatum, donec determinemus Patrem, aut Filium, aut Spiritumsanctum. Ex hoc igitur, quod personalitas diuina ipsam naturam diuinam terminat, ostenditur quod Verbum ratione suæ personalitatis, primo terminat naturam assumptam: ut sic, vna Verbi persona terminet duas naturas, diuinam, s. & humanam, sicut subsistit in duabus naturis, diuina, s. & humana, quamuis diuersimode. Omnia igitur consonant ueritati doctrinæ articuli huius, dicentis q assumere terminatiue conuenit primo personæ, ita quod naturæ non conuenit nisi ratione personæ.

Capr. 3. d. 1. q. 1. conc. 3. Medina art. 3. Alb. Mag. q. 3. d. 5. art. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum abstracta personalitate per intellectum natura possit assumere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q abstracta personalitate per intellectum, natura non possit assumere. Dictum est* enim, quod naturæ conuenit assumere ratione personæ: sed quod conuenit alicui ratione alicuius, remoto eo, non potest ei conuenire: sicut corpus, q est visibile ratione coloris, sine colore videri non potest: ergo abstracta personalitate per intellectum, natura assumere non potest.

¶ 2. Præt. Assumptio importat terminum vnionis, vt dictum est:* sed vnio non potest fieri in natura, sed solum in persona. ergo abstracta personalitate, natura diuina non potest assumere.

¶ 3. Præt. In prima parte dictum est.* quod in diuinis abstracta personalitate, nihil manet: sed assumens est aliquid. ergo abstracta personalitate, non potest diuina natura assumere.

SED CONTRA, est q in diuinis personalitas dicitur proprietas personalis, quæ triplex est, s. paternitas, filiatio, & processio, ut in prima parte dictum est: sed remotis his per intellectum, adhuc remanet Dei omnipotentia, per quam est facta incarnatio: sicut angelus dicit Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. ergo videtur, quod remota personalitate, natura diuina possit assumere.

RESP. Dicendum, quod intellectus dupliciter se habet ad diuina. Vno modo, vt cognoscat Deum sicuti est, & sic impossibile est, quod circumscribatur per intellectum aliquid a Deo, & q aliud remaneat: quia totum, quod est in Deo, est unum, salua distinctione personarum. Quarum tamen, una tollitur sublata alia: quia distinguuntur solum relationibus, quas oportet esse simul. Alio modo se habet intellectus ad diuina, non quidem quasi cognoscens Deum ut est: sed per modum suum, s. multipliciter, & diuisim, id quod in Deo est unum. Et per hunc modum potest intellectus noster intelligere bonitatem, & sapientiam diuinam, & alia huiusmodi, quæ dicuntur essentialia attributa, non intellecta paternitate, uel filiatione, quæ dicuntur personalitates. Et secundum hoc abstracta personalitate per intellectum, possumus adhuc intelligere naturam assumentem.*

AD PRIMVM ergo dicendum, q quia in diuinis idem est quo est, & quod est, quicquid eorum, quæ attribuuntur Deo in abstracto, secundum se consideretur aliis circumscriptis, erit aliquid subsistens, & p consequens persona, cum sit in natura intellectuali. Sicut igitur nunc positis proprietatibus personalib. in Deo dicimus tres personas: ita exclusis per intellectum proprietatibus personalibus, remanebit in consideratione nostra, natura diuina, ut subsistens & ut persona. Et per hunc modum potest intelligi, q assumat naturam humanam ratione suæ subsistentiæ, uel personalitatis.

AD SECVNDVM dicendum, q etiam circumscriptis per intellectum personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu una personalitas Dei, ut iudæi intelligunt, ad quam poterit terminari assumptio, sicut nunc dicimus eam terminari ad personam verbi.

AD TERTIVM dicendum, quod abstracta personalitate per intellectum, dicitur nihil remanere p modum resolutionis, quasi aliud sit quod subiicitur relationi, & aliud ipsa relatio, quia quicquid consideratur in Deo, consideratur vt suppositum subsistens. Potest tamen aliquid eorum, quæ dicuntur de Deo, intelligi sine alio, non per modum resolutionis, sed per modum iam dictum.*

SVPER Q. III. ART. III.

21 3. d. 5. q. 2. ar. 3. CONCL. Secundum q intellectus noster se habet ad diuina: per modum sibiipsi proprium; Art. præc. abstracta personalitate per intellectum possumus adhuc intelligere naturam assumentem.

¶ PROB. Quia intellectus noster per modum suum intelligens Deum, potest intelligere essentialia, non intelligendo personalia. vide 1. q. 40. artic. 3.

Art. 1. huius quæst. 1^m^ minor. Quod conuenit alicui ratione alterius, remoto eo non potest ei conuenire. R. Nisi remoto eo per intel- p.p. q. 40. art. 3. lectum, hoc aliud remanens suppleret vices illius. §. Tunc nihil, &c. Nam personalitate trium personarum remota p modum intelligendi nostrum, natura diuina remanens supplebit vicem personæ. Quia enim in diuinis idem est quo &cæt. vt in tex. Ex quo dic; q assumere nunc p.p. q. 30. art. 2. conuenit naturæ ratione personæ vnius illarum trium: tunc autem conueniret naturæ ratione personæ suæ, id est ratione, qua ipsa natura esset persona. Tunc ergo, sublatis tribus personis, remaneret adhuc ratio personæ, ut personæ; quamuis non, ut personæ Trinitatis. Vnde quando dictum fuit in artic. 2. quod assumere conuenit naturæ ratione personæ; hoc si formaliter pro quocunque casu loquamur, exponi debet sic. i. ratione personæ, vt persona est: si autem formaliter, put nunc vere de facto est, exponi debet sic, i. ratione personæ, vt persona Trinitatis est. Sufficit ergo, q remaneat ratio personæ, ad hoc: q assumere conueniat naturæ, ratione alterius: quæ quidem personæ ratio remanet propter rationem dictam in texto, abstracta etiam per intellectum ratione personæ Trinitatis. Rursum dic ex textu: quòd, data ista abstractione, proportionaliter, mox sequeretur intellectus personalitatis propriæ in natura diuina: sicut dicimus, q remota (per casum impossibilem) personalitate verbi a natura humana, sequeretur mox personalitas propria creata in ipsamet natura. Si enim (quod nunquam fiet) verbum desineret personare humanam naturam, i. desineret esse persona naturæ assomptæ, tunc immediate humana illa natura produceret personam suam creatam: quam tamen nunc ipsa, cum sit personata a persona verbi, non producet, nec vnquam producet. Sic igitur, per locum a proportione, si per intellectus abstractionem desineret personalitas Trinitatis in natura diuina; tunc immediate sequeretur intellectus personalitatis cuiusdam in ipsa natura: quam tamen personalitatem ipsa, cum in tribus personis nunc existat, veluti distinctam nec habet, nec habere intelligitur. Alioquin quaternitas esset, vel esse intelligeretur, in diuina natura: quod est omnino a catholica fide alienum. D. 1081.

2^m^ de minori. Solum in persona. R. vt persona est. §. Tunc nihil, &c. Nam abstracta personalitate Trinitatis (de hac enim solam intelligit articuli conclusio) remanere mox intelligeretur personalitas quædam in natura diuina: Et ad hanc personam, in tali casu, terminaretur assumptio. Vide ad primum.

3^m^ de maiori. In diuinis abstracta personalitate. R. Abstractione per modum resolutionis. §. Tunc nihil, &cæt. Abstractio. n. de qua conclusio articuli loquitur, non est p modum resolutionis facta; sed per modum dictum in tex. corp. ly alio modo se habet intellectus ad diuina non quidem, &c. Et consequenter, facta personarum abstractione hoc modo potest aliquid remanere. Cum igitur abstractio in diuerso sensu ponatur in maiori, & in conclusione argumenti, patet: q argumentum ipsum inualidat semetipsum, tanquam In cor. ar. ex quatuor terminis existens.

¶ EXAMI. Ly per modum resolutionis; quasi aliud sit, &c. Hoc assimilari videtur ei; quod sub aliis verbis dicitur in 1. q. 40. art. 3. abstractio secundum quòd forma, abstrahitur a materia. Nam ibi, abstractione proprietatum personalium facta, secundum modum abstractionis formæ a materia, nihil manet de intellectu hypostasum: sicut strictum hoc dictum primæ partis adducitur ab argumento in maiori propositione.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo, per rationem ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis insinuatum; q abstracta personalitate per intellectum natura adhuc potest assumere. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Vt

Vt Luc. 1. secundum q cum applicatione, & discursu, ponitur in argu. contr. Pro quo nota dictum in 1.q.40.ar.3.q, abstractione p modum vniuersalis à particulari in diuinis facta personarum, remanet adhuc essentia communis. Si essentia: ergo omnipotentia, cum aliis etiam essentialibus attributis. Pro ly per quam facta est incarnatio, nota: quòd loquitur anthonomatice, ac si dicat. Nihil maius est, quam Deum fieri hominem: & ideo per omnipotentiam excellentissimè sumptam facta est incarnatio. Quod autem nihil maius sit, quam Deum fieri hominem, testatur, & consequenter hunc textum fauet, Diuus Chrysostomus, homil. super Matth. capit. 3. his verbis. Illud est quippe admirationis omnimodo plenũ: q ille, qui erat Deus, hõ fieri voluit. Iá verò alia iuxta rationis ordinẽ consequunt. Secũdo vides, quõ ex ijs bene pẽsatis & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur atq; cõfirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli, quia in corpore articuli declaratur, pertranseundus est; eo tamen pacto, qui post declarationem literæ amplius declaretur.

¶In corpore articuli duo fiunt. Primò distinguitur, ac declaratur vnus terminus quæstionis, s. ly, abstracta. Secundo, respondetur quæsito unica conclusione. Distinctio duplex in litera ponitur. Vna explicite de duplici modo, quo se habere potest intellectus ad diuina, vel cognoscendo Deum, sicuti est, vel cognoscendo Deum per modum ipsius intellectus, s. multipliciter, & diuisim. Altera implicite de duplici abstractione, vel ex parte rei, vnde fit abstractio, vel ex parte intellectus tantum: prima enim abstractio spectat ad primum modum cognoscendi rem, s. sicuti est: secunda autem abstractio spectat ad secundum modum cognoscendi rem, scilicet multipliciter, & diuisim, quod in re unum est. Iuxta primum membrum, tam modi cognoscendi, quàm abstractionis dicitur, quod est impossibile aliquid abstrahi in Deo. quoniam omnia sunt ibi unum, salua distinctione personarum, &c. Iuxta secundum modum, tam cognitionis, quam abstractionis dicitur, quòd possibile est aliquid abstrahi in Deo: quia potest cognosci vnum, non cognoscendo aliud: ut patet de attributis & proprietatibus personalibus.

¶Nota, hic quòd primus modus cognitionis, & abstractionis perspicieẽ impossibilis in diuinis, si uidebis quare habet locum in creaturis, & in quibus. Quando enim in re inuenitur aliud, & aliud esse, siue in potentia, tunc inuenitur abstractio ex parte rei: nam album ab homine, & econtra, abstrahere possum ex parte rei: quia aliud est esse album, & aliud esse hominem. Formam quoque a materia, & econtra abstraho: quia aliud est materia aliud forma, aliud enim est corpus, aliud anima. Animal quoque a rationali, & econtra abstraho ex parte rei: quia aliud est esse animal, aliud est esse rationale quamuis in aliquo coincidant in unam rem, & simile est de alijs huiusmodi iudicium. Et per oppositum si aliqua, quę dicuntur plura, ita simpliciter coeant, vt nec potentia distinctionẽ aliquam habeant, sed vna simplicissima res sit altioris ordinis, æqualens omnibus, non habet ibi locum abstractio ex parte rei: quoniam abstractio ex parte rei, disiunctionem aliquam ex parte rei pro fundamento ipsius exigit: alioquin ex parte rei non se tenet, cum abstractio distinctionem quandam ita includat, vt sine distinctione non sit intelligibilis. Eo namque ipso quod abstraho, distinguo, vel distinctionem suppono, & propterea si ex parte rei est abstractio, ex parte rei supponitur distinctio. Vnde, quia Deus est simplicissima res altissimi ordinis, omnia præhabens in sua unica reali, & formali, ideo nulla ibi ex parte rei potest fieri abstractio, salua tamen personarum distinctione. Nec propterea censenda est fictitia abstractio ex parte intellectus tantum, quoniam talis abstractio licet non habeat in re distinctionem sibi correspondentem, habet tamen alterius rationis fundamentum in re, s. celsitudinem rei uirtualiter præhabentis huiusmodi distinctionem. Et vt vnico uerbo dicatur, abstractio ex parte rei, & abstractio ex parte intellectus tantum differunt sicut effectus ex causa uniuoca, & ex causa æquiuoca, quoniam in prima, distinctio abstractionis est ex distinctione inuenta in re: in secunda vero distinctio abstractionis est, non ex distinctione inuenta in re, sed ex re virtualiter continente huiusmodi distinctionem. In nulla igitur huiusmodi abstractionum est mendacium, sed utraque uero fulta, quamuis difformiter ex parte rei.

¶Et per hoc patet titulus articuli, sub quali abstractione uertitur in dubium, cum quæritur, an abstracta personalitate, &c. Patet enim, quod de abstractione ex parte intellectus tantũ est quæstio, quoniam personalitas, & deitas nullo modo distinguuntur ex natura rei, sed est ibi vna simplicissima res, vnius in se simplicissimæ ad eo ecelesiæ rationis formalis, vt habeat formaliter, & propria deitatis, & propria personalitatis, & propria substantiæ, & propria relationis: & propterea uirtualiter dicitur continere talem distinctionem, quod abusiue ab alijs uocatur distingui formaliter ex natura rei. Sed his omissis, & sobrie intellecta abstractione psonalitatis, quouis modo exprimatur, dupliciter potest titulus articuli huius intelligi. Primo, vt abstractio personalitatis fiat a Deo. Secundo, vt abstractio personalitatis non fiat a Deo, sed ab actu incarnationis etiam terminatiue. Si enim personalitas abstrahi intelligitur a Deo, sensus est, an si Deus non haberet personalitatẽ, quam de facto habet, posset assumere, & præcipue terminatiue. Si verò abstractio fiat solũ ab actu incarnationis, sensus est, an existẽte Deo, sicuti est, s. vno in substantia, & trino in personis, possit hic Deus, inquantum hic Deus, secundum se non ratione Patris, aut Filij, aut Spiritussancti assumere, hoc est, & facere, & terminare assumptionem. Et in primo quidem sensu communiter a Doctoribus tractari videtur, & ab authore hic tractatur: in secundo autem tangi quidem inuenio ab Authore aliqualiter, sed ordinatè discuti, minime. Absoluenda igitur est quæstio hæc, primum in primo sensu, prosequendo expositionem literæ: deinde in secundo tractanda est sensu. Hæc de primo.

¶Quò ad secundum, conclusio responsiua quæsito affirmatiuè est. Abstracta secundo modo personalitate, possumus intelligere naturam diuinam assumentem. Hæc conclusio non aliter probaẽ in litera: quia soluendo obiectiones in responsionibus argumentorum sufficienter manifestatur.

¶In responsione ad primum, dubium nouitiorum occurrit, circa illud. Erit aliquid subsistens, & per consequens personas: quia non ualet consequentia, in natura intellectuali est subsistens, ergo persona, vt patet ex antedictis: nam hic Deus est subsistens in natura intellectuali: & tamen non est persona.

¶Ad hoc dicitur, quod in litera non infertur ex subsistentia psonalitas: sed ex subsistentia, circumscriptis alijs, infertur personalitas. Hæc autẽ illatio optima est: qm circũscriptis aliis, subsistens in natura intellectuali est incommunicabile, ac per hoc persona: ita quod circumscriptio sic accipienda est, vt apponat incommunicabilitatem. Et hoc clarius in responsione ad secundum patebit nunc ennoc.

¶In responsione ad secundum, dubium simile præcedenti occurrit circa illud, circumscriptis per intellectum personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu una personalitas Dei, vt Iudæi intelligunt. Quoniam videtur hoc esse falsum: quia abstrahentium non est mendacium, constat autem in Deo non esse quatuor personalitates, vnam scilicet absolutam, & tres relatiuas, vt abstractis tribus personalitatibus, remaneat quarta: sed esse tres tantum, quibus abstractis, nulla remanet personalitas, nisi chimerica. Falsum ergo est, q abstractis per intellectum personalitatib. Patris, & Filij, & Spiritussancti, remaneat una personalitas: sed remanet tantum hic Deus subsistens, vt patet.

¶Ad hoc dicitur, quòd dupliciter contingit abstrahere sine mẽdacio. Vno modo considerando id, quod de facto est: aut intelligitur in re post abstractionem, sicut abstrahendo naturalitatem a quanto, consideramus quid conuenit quanto, & hoc modo abstractis personalitatibus trium personarum a Deo, non remanet intelligenda in Deo personalitas, sed subsistentia: quia solum remanet hic Deus, ut optime argumentum concludit. Alio modo considerando id, quod consequenter esset, aut intelligeretur ex abstractione: sicut in exemplo dato dicimus, quòd sphæra tangeret secundum rem planum in puncto, quod nunc de facto nõ uidetur possibile, cum hęc in re non inueniatur, & quòd quantumcunque, quantum diuideretur, actualiter semper remaneret idem numero, quod modo constat esse impossibile: quia saltem resolueretur in continuens. Et hoc modo abstractis personalitatibus trium personarum a Deo, remaneret vna personalitas: quia, s. si non essent in Deo personalitates trium personarum, essentia diuina esset una tantum persona absoluta, vt Iudæi, & philosophi intelligũt, & hoc intendit auctor in litera. Et ad euitandum mendacium, in talibus abstractionibus non oportet respicere ad ueritatem eius quod in re est: sed ad veritatem eius quod esset, hoc est ad veritatem conditionalis super abstractione fundatæ, puta, si quantum esset sine naturalitate, &cæt. si diuina natura esset sine Trinitate personarum, &c. & sic de similibus. Veritas enim huiusmodi conditionalis fugat mendacium ab abstractione. Et diligentius si contemplatus fueris verba literæ in responsione ad primum, inuenies ob dictũ, duplicem modum remanendi post abstractionem, s. de facto, vel cõsequenter, dictum esse sub disiunctione, his remanere in diuinis subsistens, vel personam abstractis personalitatibus: de facto enim remanet subsistens: consequenter autem remaneret persona vna.

¶In responsione ad tertium dubium occurrit, quid intelligit author nomine abstractionis per modum resolutionis. Et est ratio dubij hincinde ex hacmet respõsione: quoniam ex principio huius responsionis apparet, q abstractio per modum resolutionis est abstractio, qua aut vniuersale a particularibus, aut forma a materia abstrahitur: quoniam hæc abstractio est de qua locutus est author in 1. par. q. 40. art. 3. cum dixit, abstracta personalitate nihil manere, quam

re, quam hic arguendo explicite asserit, & respondendo exponit, quod verum dictum est, loquendo de abstractione per modum resolutionis. Ex calce autem huiusmet responsionis apparet oppositum dum dicitur, potest tamen aliquid eorum, quæ dicuntur de Deo, intelligi sine alio, non per modum resolutionis. Ex his enim verbis clare habetur, quod abstractio per modum resolutionis non habet locum in Deo. Tunc sic. Abstractio per modum vniuersalis, & particularis, & similiter per modum formæ: & materiæ, habet locum in Deo: sed abstractio per modum resolutionis non est abstractio, qua vniuersale a particularibus, aut forma a materia abstrahitur. Assumptum probatur: quia secundum abstractionem vniuersalis a particularibus, Deus abstrahit à Patre, à Filio, & Spiritusancto, vt ibidem author dicit, & secundum abstractionem formæ a materia, communis spiratio abstrahit a patre. Vnde abstractis personis, remanet Deus, & abstractu communi spiratione, remanet persona patris, quàmuis secundum neutram abstractionem abstractis personalibus proprietatib. remaneat hypostasis, vt ibi dicitur.

¶ Ad hoc dr, quòd sermo literæ huius formaliter est intelligendus de abstractione resolutiua, & non de hac, vel illa specie abstractionis resolutiuæ. Pro cuius intellectu considerandum est, quòd quia resolutio compositioni opponitur cuius signum est, quòd vnaquæque res in ea resoluitur, ex quibus composita est, & quod vltimum in resolutione primum in compositione dicitur: ideo vbi nulla est compositio rerum, vel intellectuum, ibi nulla resolutio formaliter, & propria loquendo, locum habet. Compositionem autem intellectuum, dico, non ex parte intellectus tantum multipliciter intelligentis simplicissimum, sed ex parte rei, qualis est compositio ex genere, & differentia, vbi non rerum, sed rationum compositio est, ex parte tamen rei: natura siquidem generis alia est a natura differentiæ, vnde, & separatæ inueniuntur, quamuis in unam rem coeant, & propterea ex natura rei oritur distinctio, & compositio intellectuum generis, & differentiæ, & consequenter resolutio, ita quod abstractio resolutiua continet sub se abstractionem generis a differentijs, & vniuersalis a particularibus, & formæ a materia: quoniam in omnibus his proprie sumptis inuenitur compositio, & resolutio rerum, vel intellectuum ex parte rei. Et quoniam in Deo nulla est compositio, siue secundum rem, siue secundum rationem ex parte rei: ideo optimè in litera dicitur, quòd in Deo non habet locum abstractio resolutiua: ita quòd hoc, quòd in calce huius responsionis dicitur, est illudmet, quod dictum est in principio corporis huius articuli, quod intelligendo Deum, sicuti est, non habet in eo locum abstractio. In cuius signum in calce huius responsionis contraponitur id, quod in corpore articuli contrapositum est, scilicet abstrahere ex parte intellectus tantum, multipliciter, & diuisim intelligentis, quod simplex est.

¶ Ad id autem, quòd obijcitur ex prima parte, dicitur quòd author hic loquitur de illa abstractione, de qua ibi locutus est: sed aliter, quia ibi locutus est de speciebus abstractionis resolutiuæ, s. vniuersalis a particularibus, & formæ a materia, hic loquitur de ipsis in suo genere, scilicet abstractione resolutiua. Rursus ibi negat remanere personas admittendo in illa materia abstractionem non resolutiuam, sed quasi ad modum resolutiuarum: quoniam expresse ibi dicitur, quod ibi nec vniuersale, nec particulare, nec forma, nec materia inuenitur, &c. hic negat non solum in illa materia, sed totaliter in diuinis habere locum abstractionem resolutiuam proprie, & formaliter sumptam. Quæ constat non obstare, si non resolutiua abstractio proprie, & formaliter, sed ad modum, ad imitationem resolutiuæ abstractionis, in diuinis admittitur abstractio, & vniuersalis a particularibus, & formæ a materia: vtraque enim sic admissa, continetur sub abstractione non resolutiua, sed ex parte intellectus tantum. Vnde omnia consonant, & hæc de quæstione hac in primo sensu.

¶ In secundo autem sensu; an scilicet abstractis personalitatibus ab actu incarnationis posset natura diuina assumere humanam, prænotanda sunt duo. Primum est quòd ista abstractio intelligitur quo ad hoc tantum, quòd est esse per se primo terminum assumptionis, ita quòd quemadmodum in causando abstrahimus de facto a personis, non simpliciter, sed tamquàm a per se, primo ratione causandi (quoniam indiuisa sunt opera Trinitatis, & diuinæ personæ causant per se primo, inquantum sunt hic Deus, quia causant per se primo ratione naturæ) ita stando in ista hypothesi, abstractio fieret a per se primo terminare assumptionem, vt scilicet personæ non secundum se, sed ratione subsistentis naturæ, hoc est inquantum sunt hic Deus, per se primo terminarent assumptionem: sicut de facto per se primo illam causant, inquantum sunt hic Deus.

¶ Secundum est, quod disputatio, & decisio quæstionis iuxta hunc sensum, non debet egredi ad aliquam conditionem, quæ de facto non remanet in Deo stante huiusmodi abstractione, sed consequenter esset, vt in priori sensu concessum est, & debet stare infra limites earum conditionum, quæ in Deo remanere de facto intelliguntur, stante huiusmodi abstractione. Et propterea quia abstrahendo personalitates a per se primo terminare assumptionē, non remanet personalitas per se primo terminans, sed remanet subsistentia naturæ per se primo terminans, remanet hic Deus, se primo terminans: sicut modo de facto, hic Deus est per se primo causans, & rursus quia personalitates non abstrahunt a secundario terminare assumptionem, sicut, nec modo abstrahunt a secundario, hoc est per naturam causare: quoniam oporteret personas per naturam terminare, sicut oportet modo per naturam causare: ideo secundum hoc procedendum est. Et dicendum est, quòd Deus posset assumere naturam humanam, & terminaretur tunc ista assumptio per se primo non ad naturam diuinam, ut sic: sed ad indiuiduum naturæ diuinæ, hoc est ad subsistens in diuina natura, hoc est ad hunc Deum. Constat enim tantam esse differentiam inter diuinam naturam, vt naturam, & subsistens in natura diuina, vt deitas, nec genita, nec generans sit in mysterio Trinitatis, Deus autem sit generans, & genitus, & a fortiori in mysterio incarnationis subsistens, vt subsistens terminaret, & non natura ut natura. Et quoniam subsistens in natura diuina habet rationem hypostasis, seu personæ, incomplete tamen, vt patet ex superius dictis: ideo si hic Deus primo terminasset assumptionem, esset unio non in natura, sed in persona, seu hypostasi, complete tamen quo ad per se primum terminum. Quod ideo addo, quia quo ad secundarium terminum esset etiam unio in persona complete. nam sicut hic Deus non inuenitur nisi Pater, & Filius, & Spiritussanctus: ita tunc hic Deus homo non inueniretur nisi Pater, & Filius, & Spiritussanctus. Sicut enim nunc quicquid conuenit huic Deo secundum se, conuenit Patri, & Filio, & Spirituisancto: ita tunc esse hominem, quia conueniret huic Deo secundum se hoc est non ratione trium personarum, conueniret cuilibet personæ diuinæ. Vt utendo hac ratione habere hoc potes ab auctore in artic. 3. huius quæst. in responsione ad secundum, & sic unio terminata per se primo ad hunc Deum, terminaretur secundario ad omnes, & singulas personas diuinas, ac per hoc considerato vtroque termino, scilicet primario, & secundario humanæ naturæ assumptæ personalitas propria, qua careret suppleretur perfecte quo ad perfectam rationem personalitatis, qualem suppletionem non faceret primarius terminus assumptionis secundum se. Quo circa tam assumptio, quam unio huiusmodi si fieret, non esset omnino eiusdem rationis cum assumptione, & unione, quæ facta est: esset enim per se primo ad subsistens commune, quæ verò facta est per se primo ad subsistens incommunicabile esset per se primo ad personam incomplete, quamuis excellentiorem omni persona creata, quæ facta est per se primo ad personam complete, & iam excellentiorem omni persona creata esset secundario ad omnes personas Trinitatis, quæ facta est ita per se primo ad unam illarum, scilicet verbum, quod nullo modo ad alias duas. Esset tamen eiusdem rationis aliqualiter, hoc est quo ad hoc, quod esset unio similis unioni in persona, & iudicanda secundum dicta de vnione in persona incomplete tamen. Et ad ostendendam hanc identitatem rationis in vtraque unione, scilicet, si fiat ad subsistens in natura diuina, & si fiat per se primo ad personam. Auctor in litera præsentis artic. disiunctiue bis dixit subsistentiam, vel personalitatem, & superius in quæstio. 2. vt ibi expositum est, usus est hypostasis, suppositi, & personæ nomine communiter ad personam complete, & incomplete. Vnde nullam uideo in hac materia dissensionem inter auctoris doctrinam, & Scot. in 3. Sentent. distinc. quæstio. 2. Cauendus tamen uidetur in re hac Duran. ibidem, quæstio. 4. non ut contrarius nobis: sed ut contrarius veritati, & ignorans propriam uocem, aut abutens vocabulis. Veritati quidem contrarius pro quanto negat sequi, stante hac hypothesi omnes personas, scilicet Patrem, & Filium & Spiritumsanctum incarnatas: quia erroneum est unam personam non posse incarnari sine alia. Nescio vnde iste somniauit errorem hunc, stante illa hypothesi, cum euidenter pateat, quòd stante positione ista, oporteret personas diuinas, ita concurrere ad incarnationem terminando, mediante natura, sicut modo concurrunt causando illam mediante natura. Sed constat modo uerum simpliciter & absolute esse, quòd Pater causauit assumptionem illam, & similiter Filius causauit: & similiter Spiritussanctus causauit: quia causant illam inquantum sunt hic Deus. ergo tunc esset similiter uerum simpliciter, quod Pater, & Filius, & Spiritussanctus terminarent assumptionem illam, & consequenter quia causarent, & terminarent, vere ac necessario dicerentur incarnati. Quomodo autem uocabulis abutatur, aut propriam vocem ignoret, non est præsentis propositi ostendere, vbi non arguendi alios, sed exponendi D. Tho. prouincia assumpta est, ad veritatis notitiam capescendam, sat sit cautum reddidisse lectorem.

S. Bon:

S.Bon. 3. ſ.d. 1 q. 2. Scot 3 ſ.d 1 q. 2.
Bacca. A. 3 ſ.d. 1 q. 2. Pet. de Pal. 3 ſ.d. 1. q. 2. Medina a. 4.

SVPER QVAEST. III. ART. IIII.

CONCL. Illud, quod eſt actionis in aſſumptione, commune eſt tribus perſonis: ſed illud quod pertinet ad rationem termini, conuenit ita, vni perſonæ, ꝙ non alij.

¶ PROB. Primò, quia actus aſſumentis procedit ex diuina uirtute, quæ eſt communis tribus perſonis. Secunda autem pars, ſcilicet, ſed illud, &c. probatur; qa terminus aſſumptionis eſt perſona & perſonarum vna non eſt alia. 1. q. 30. ar. 2. Secundò, tota ſimul concluſio probatur; quia tres perſonæ fecerunt; vt humana natura vniretur uni perſonæ, ſcilicet filio.

22 3. d. 1. q. 2. ar. 1.

* Enchi. c. 38. a med. to. 3.

1m de concluſione. Ergo nō poteſt, ſ. aſſumere. R. vt ipſum aſſumere eſt operatio; non aliter. §. Tūc nihil, &c. vt patet ex concluſione articuli. Cū hoc ſiquidem, quòd aſſumere quatenus dicit operationem, non poteſt non conuenire omnibus, dum cōuenit uni; ſtat ſimul; quòd aſſumere, vt importat terminum, poteſt conuenire uni, ita quòd non alii.

Li. 3. Ort. fidei. ca. 6.

Ca. 2. p. 1. a med. & ante med.

2m maior. Sicut dicimus, perſonam filij incarnatam, ita & naturā. R. Cum differenti tamen intelligentia. §. Videlicet: ꝙ natura dicitur incarnata, ſicut & aſſumens, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt de ſe patet.

Art. huius quæſt.

3m maior. Sicut humana natura in Chriſto aſſumpta eſt a Deo; ita etiam & homines per gratiam aſſumuntur ab ipſo. R. Differenter tamen ex parte termini. §. Nam aſſumptio quæ fit per gratiam, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Non enim ſequitur; ꝙ ſi illa per gratiam eſt abſolute communis toti trinitati, ſit etiam iſta per carnem abſolute. i. rōne quoq; termini, cōis ei. Similitudines (vt aliàs diximus) non tenent in omnibus: Et ideo faciliter poſſunt inducere deceptionem. Sit ergo maxime tūc cautus, & ingenio uigilans lector; quando audit ab argumentis adduci ſimilitudines: vt ibi ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

Regula ſimilium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum una perſona poſſit ſine alia naturam creatam aſſumere.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd una perſona nō poſſit aſſumere naturam creatam, alia non aſſumente. Indiuiſa enim ſunt opera Trinitatis, vt dicit Aug.* in Enchir. ſicut autem trium perſonarum eſt una eſſentia, ita & vna operatio: ſed aſſumere eſt operatio quædam. ergo non poteſt conuenire uni perſonæ diuinæ, quin conueniat alii.

¶ 2 Præt. Sicut dicimus perſonam filii incarnatam, ita & naturam tota enim diuina natura in una ſuarum hypoſtaſum incarnata eſt, ut dicit Damaſc. in 3. lib.* ſed natura communis eſt tribus perſonis, ergo & aſſumptio.

¶ 3 Præt. Sicut humana natura in Chriſto aſſumpta eſt a Deo, ita etiā & homines per gratiam aſſumuntur ab ipſo, ſecundum illud Ro. 14. Deus illum aſſumpſit: ſed hęc aſſumptio communiter pertinet ad omnes perſonas. ergo, & prima.

SED CONTRA eſt quod Dion. 2. c. de diui. no.* incarnationis myſterium dicit pertinere ad diſcretam theologiam, ſecundum quam, ſcilicet aliquid diſtinctum dicitur de diuinis perſonis.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut dictū eſt,* aſſumptio duo importat, ſcilicet actum aſſumentis, & terminum aſſumptionis. Actus autem aſſumētis procedit ex diuina uirtute, quæ communis eſt tribus perſonis: ſed terminus aſſumptionis eſt perſona, ſicut dictum eſt:* & ideo id quod eſt actionis in aſſumptione, commune eſt tribus perſonis: ſed id, quod pertinet ad rationem termini conuenit ita uni perſonæ, quòd nō alii. Tres enim perſonæ fecerunt, ut humana natura vniretur uni perſonæ filii.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit ex parte operationis. Et ſequeretur concluſio, ſi ſolam illam operationem importaret abſq; termino, qui eſt perſona.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ natura dicitur incarnata, ſicut, & aſſumens ratione perſonæ: ad quam terminata eſt unio, ſicut dictū eſt,* non autem prout eſt communis tribus perſonis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata: non quia ſit incarnata in omnibus perſonis, ſed quia nihil deeſt de perfectione diuinę naturæ, perſonæ incarnatæ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ aſſumptio quæ fit per gratiam adoptionis, terminatur ad quandā participationem diuinæ naturæ ſecundum aſſimilationem ad bonitatem illius, ſecundum illud 2. Pet. 1. Vt diuinæ conſortes naturę, &c. Et ideo huiuſmodi aſſumptio cōmunis eſt tribus perſonis, & ex parte principii, & ex parte termini: ſed aſſūptio quæ eſt per gratiam unionis, eſt cōmunis ex parte principii, non autē ex parte termini, ut dictum eſt.*

Art. 1 huius quæſt.

Ar. 1. huius quæſt.

* Ar. 2. huius quæſt.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo, per rationem oſtendas, meritò eſſe a ſcripturis, concilio, & Dionyſio inſinuatū: quòd una perſona poteſt aſſumere naturam creatam, alia non aſſumente. A S. Dionyſio quidem: vt eſt in arg. cōtr. A concilio autem generali primo, ideſt concilio Nicæno, in ſymbolo fidei, quod ſemper cum magna reuerentia a ſubſequentibus omnibus conciliis, Et a tota ſucceſſiuè Eccleſia catholica acceptatum eſt, ſic dicente. Credimus in vnum Deū: Patrem omnipotentē omnium viſibilium, inuiſibiliumq; factorem. Et in unum Dn̄m Ieſum Chriſtum filium Dei; Natum ex patre vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris; Deum ex Deo, lumē ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non factū; Homouſion, hoc eſt, conſubſtantialem patri; Per quem omnia facta ſunt, & quæ in cęlo, & quæ in terra. Qui deſcendit & incarnatus, & homo factus eſt. Et in ſpiritumſanctum. Hæc ibi. Vbi uides; perſonam filij tot proprietatibus ſingillatim enumeratis ab aliis duab. perſonis, ſcilicet patre, & ſpirituſancto fuiſſe ita a concilio ipſo diſtincte deſignatam: ut nullus dubitandi locus de intentione Concilij penitus relinquatur, ꝙ ſcilicet quando filiū dicit incarnatum atq; hominem factū, hoc ſię de filio intelligat, ut non de patre, nec de ſpirituſancto. Item a Concilio Toletano 6. can. 1. ſecundum quod adductum fuit artic. 1. 2. appen. A ſcripturis verò, per hoc quod dicitur Luc. 1. Miſſus eſt Gabriel a Deo, &c. Spirituſſanctus ſuperueniet in te. Quod naſcetur ex te ſanctum uocabitur filius Dei. Ecce tota trinitas operatur carnis aſſumptionem, Deus pater mittens Galat. 4. Spirituſſanctus ſuperueniēs, filius ſemetipſum exinaniens Philippen. 2. Et tñ ſolus filius ex virgine naſcitur. Ac ſi per illa uerba Euangeliſta ſcholaſtice dixerit. Non una perſona diuina, ſine aliis, cauſauit incarnationem: ſed vna ſola, ſ. filij, ſine aliis incarnata eſt. Secūdò, uides: quō ex iis bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Art. 1 huius quæſt.

Ar. 1. huius quæſt.

2

Cardinalis Comm. Caetani.

TItulus intelligendus eſt ut ſonat, ſcilicet ut de perſona verificetur aſſumere, & de alia non.

¶ In corpore articuli non ponitur formaliter, ſed elicitiuè concluſio reſponſiua: nam in corpore non habetur niſi iſta concluſio. Vna pſona poteſt aſſumere, ſine alia, non quo ad operationē, ſed quo ad terminum. Ex qua tñ habetur, iſta uera ſimpliciter, una perſona poteſt aſſumere ſine alia aſſumente. Et hanc principaliter intendit auctor. Pro hac ergo in litera concluſio poſita primo manifeſtatur quare duas partes habet: quia aſſumptio importat duo, ſ. operationem, & terminum. Secundo probatur, quo ad partē negatiuam, ſ. non quo ad operationem: quia actus aſſumentis fit virtute diuina communi tribus perſonis. Tertio probatur, quo ad partem affirmatiuam, ſ. quo ad terminum: quia terminus eſt perſona. Quarto manifeſtatur tota concluſio: quia tres perſonæ fecerunt naturam uniri uni perſonæ. Ex hac autem concluſione, & eius probatione manifeſte ſequitur principaliter intenta concluſio tacita. nam ex eo quod aſſumere importat vtrumq; ſ. operationem, & terminū, oportet vtrūq; inueniri in illo, de quo uere enuntiandum eſt aſſumere, & non alterum tantum. Et quia in nulla pſona diuina inuenitur vtrūque, niſi in una tantum; ideo uni perſonę conuenit aſſumere ſine alia aſſumente.

¶ In rñſione ad primū pſpice doctrinā datā in pcedenti artic. de qōne nouiter mota, conſonā eſſe auctori hic dicēti ꝙ rō illa, ſ. ſicut eſſentia eſt cōis, &c. procedit ex parte operationis, & ſubiungēti, & ſequeretur concluſio, ſi ſolā illā operationē importaret aſſumptio abſq; termino, qui eſt pſona. Vnde habes, qđ ſi aſſumptio nō iportaret pſonā pro termino, qđ ſi aſſumptio eſſet cōis tribus perſonis: ſed in hypotheſi, ſeu abſtractione poſita, aſſumptio nō importaret pſonam pro per ſe primo termino (de tali enim termino ſermo eſt) ſed hunc Deū. igitur in tali caſu aſſumptio cōis eſſet tribus perſonis ſecundum auctoris doctrinam.

S.Bon.3.f.d.1.q.1.a.3. *Sco.3.f.d 1 q.1.*
Ricca.3 f.d 1.q.1. *Duran.3.f.d 1.q 1.*
Mairo 3 f.d. 1 q.1. *Barco.3.d 1 q.unic.*

SVPER QVAEST. III. ART. V.

COONCL. Pater,& Spiritussanctus,potuit carnē assumere, sicut & filius.

¶PROB. Quia virtus diuina, quæ est principium actus assumptionis, se habet indifferenter ad omnes personas: Et communis rō personalitatis,quæ est terminus assumptionis,est eadem in tribus perso-
23 3.d.1.q.2. ar.3. nis.

1^m minor. Inconueniēs est; ꝙ esse filium hominis,cōueniret patri, uel spiritulancto. ℞. Si ipsum esse filium hominis.i.ipsa filiatio temporalis,constitueret ꝑsonam diuinam. §. Tūc nihil, &c. Nam filiatio temporalis, qua Christus, &c. vt in tex. Qui declaratur, simulq; cōfirmatur, ex concilio Ephesino primo ca.13. Natus ante omnia sæcula ex patre,procreatus est etiam in tempore ex muliere. Non q̄a diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium; nec quia ꝑpter seipsum opus habuit,secundo nasci post illam natiuitatem,quā habebat ex patre (est enim ineptum & stultum hoc dicere: ꝙ is, qui ante omnia sęcula est, & consempiternus patri, secundæ generationis eguerit; vt esse inciperet):sed quia ꝑpter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit
*p.p.q.43. ar.4. & q. 32.ar.3. ex muliere; iccirco dicitur esse natus carnaliter. Et infra. Sustinuit generationem carnalē; carnis suę natiuitatem, suam faciens. Et infra. Dicit scriptura, verbū Dei carnem factum esse. Id autem est,ostendere: Dei verbū, similiter ac nos,principium
* Ar.1.huius quæst. habuisse carnis, & sanguinis; & corpus nr̄m, proprie suum fecisse;& hominē ex muliere ꝓcessisse,non abiecta uel deposita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre: sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque recte fidei ratio protestatur. Hæc ibi.

2^m minor. Filiatio adoptiua est participata similitudo filiationis naturalis. ℞. Et fit in nobis appropriate a patre,qui est principium filiationis naturalis; & per donum spiritussancti, qui est amor patris & filii. §. Tunc nihil, &c. Nam sicut,filio incarnato,adoptiuam filiationem accepimus, &cæt. vt in textu.

3^m de minori. Secundum ꝙ incarnatus est. ℞. Et in diuinis ab alio est. §. Si enim in diuinis ab alio non esset filius:incarnatio non sufficeret ad rationem missionis. Tunc nihil,&c.vt patet. Nam necesse non esset dicere patrem,etiā post incarnationē,mitti aut esse missum: q̄a in diuinis pater a nullo est. Hæc est vera huius causa: non autem illa de innascibilitate, quæ affertur. Adhuc enim pater, si incarnaretur, esset innascibilis, quia temporalis natiuitas non tolleret hoc quod æternum est: nec tamen pater tunc posset dici missus. Vide ad primum, cum Concilio ibi.

ARTICVLVS V.

Vtrum qualibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd nulla alia persona diuina potuerit humanam naturam assumere, præter personam Filii. Per huiusmodi enī assumptionem factum est,ꝙ Deus sit filius hominis:sed inconueniens esset, quod esse filium hominis conueniret Patri,vel Spiritui Sāncto:hoc enim uergeret in confusionē diuinarum personarum.ergo Pater, vel Spiritussanctus carnem assumere non potuit.

¶ 2 Præt. per incarnationem diuinam homines assecuti sunt adoptionem filiorum, secūdum illud Rom. 8.Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, spiritum adoptionis filiorum: sed filiatio adoptiua est participata similitudo filiationis naturalis, quæ nō conuenit,nec Patri,nec Spirituisancto:vnde dicitur Rom.8.Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui.ergo videtur,quòd nulla alia persona potuerit incarnari, præter personam filii.

¶ 3 Pręt. Filius dicitur missus,& genitus natiuitate temporali secundū quòd incarnatus est: sed patri non conuenit mitti, qui etiam est innascibilis, vt in prima parte habitum est. * ergo saltem persona patris nō potuit incarnari.

SED CONTRA est, quod quicquid potest Filius, potest pater, & Spiritussanctus, alioquin non esset eadem potentia trium personarū, sed Filius potuit incarnari. ergo similiter Pater,& Spiritussanctus.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dictū est, * assumptio duo importat, scilicet ipsum actum assumentis,& terminum assumptionis: principium autem actus est uirtus diuina: terminus autem est persona. Virtus autem diuina communiter & indifferenter se habet ad omnes personas: eadem etiam communis ratio personalitatis in tribus personis, licet proprietates personales sint differentes. Quandocumque aut uirtus aliqua indifferenter se habet ad plura, potest quodlibet eorum suam actionem terminare: sicut patet in potentiis rationalibus,quę se habēt ad opposita,quorum vtrumq; agere possunt. Sic ergo diuina virtus potuit naturam humanam vnire personæ Patris, vel Spiritussancti sicut vniuit eam personæ Filii:& ideo dicendum,quòd Pater vel Spiritussanctus potuit carnem assumere,sicut, & Filius.

AD PRIMVM ergo dicendū ꝙ filiatio temporalis, qua Christus dicitur filius hominis,non constituit personam ipsius sicut filiatio ęterna:sed est quiddam consequens natiuitatem temporalem. Vnde si per hunc modum nomen filiationis ad Patrem, vel Spiritumsanctū transferretur, nulla sequeretur confusio diuinarum personarum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ filiatio adoptiua est quædam participata similitudo filiationis naturalis, sed fit in nobis appropriate a patre, qui est principium naturalis filiationis, & per donum Spiritussancti,qui est amor Patris, & Filii, secundum illud Galat. 4. misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra clamātem,Abba, pater: & ideo sicut filio incarnato, adoptiuam filiationem accipimus ad similitudinem filiationis naturalis eius, ita Patre incarnato adoptiuam filiationem reciperemus, ab eo, tanquam a principio naturalis filiationis, & a Spiritusancto tanquam a nexu cōmuni Patris,& Filii.

AD TERTIVM dicendū,ꝙ patri cōuenit esse innascibile sm̄ natiuitatē ęternā,quod non excluderet natiuitas temporalis. Mitti aūt dicitur secundum incarnationem, eo ꝙ est ab alio, sine quo incarnatio non sufficeret ad rationem missionis.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; q̄ꝰ per rationem ostendas, meritò esse a scripturis, & symbolo Athanasii insinuatum:quòd Pater, & Spiritussanctus potuerunt carnem assumere, sicut & filius. Vtilitas pro Eccle. S. Dei. A scripturis quidem coniunctim sumptis: ut Luc.1. Non est impossibile apud Deum omne verbum. & Exod. 15. Dominus, quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Per illud enim Lucæ ostēditur ex intento contextus, quod incarnatio facta est per Dei omnipotentiam: per hoc autem Exodi ostenditur, quòd omnes personæ diuinæ, cum sint ille vnus Deus, de quo ibi fit sermo, sunt eiusdem omnipotentiæ. Vnamquamq; ergo illarum posse incarnari; scripturæ illæ scholasticis ex hoc relinquunt pro indubitabili concludendum. A symbolo autem Athanasij insinuatur per ly omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritussanctus, stante enim illo fundamento ex Beato Luca posito; sequitur mox apertè intentum articuli. Cæterum quanti valeat in rebus fidei symbolum illud euidenter apparet tum ex nomine symbolum, tum ex Concilio Florentino. De nomine siquidem ait D. Thomas 2.2.quæst.1.articu. decimo, ad tertium. Athanasius non composuit manifestationem fidei per modum symboli; sed magis per modum cuiusdam doctrinæ, vt ex ipso modo loquendi apparet. Sed quia integram fidei veritatem eius doctrina breuiter continebat; authoritate summi Pontificis est recepta, vt quasi regula fidei habeatur. De Concilio autem Florentino habetur sic in Eugenij IIII. decreto super vnione Armenorum. Sacro hoc approbante Concilio Florentino compendiosam illam fidei regulam per beatissimum Athanasium editam ipsis præbemus oratoribus: cuius tenor talis est. Quicunque vult saluus esse, &cæt. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & a
applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, nihil aliud apponendo, quam titulus sonet, quod dico, quia non quæritur, an simul potuerit alia persona eandem naturam assumere, sed simpliciter, an potuerit assumere ad quod verificandum non requiritur si multas: sed sufficit qđ sicut solus filius est incarnatus, ita solus Pater fuisset incarnatus, aut solus Spiritussanctus.

¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Pater, vel Spiritussanctus potuit carnem assumere, sicut & Filius. Probatur, diuina uirtus potuit naturam humanam vnire personæ Patris, vel Spiritussancti, sicut vniuit eam personæ Filii. ergo Pater, uel Spiritussanctus potuit carnem assumere. Antecedens probatur syllogistice. Virtus indifferenter se habens ad plura potest ad quodlibet eorum suam actionem terminare, sed uirtus diuina indifferenter se habet ad omnes personas. ergo. Maior manifestatur ex potentia rationali: Minor vero & ex parte uirtutis, quia uirtus diuina communiter, & indifferenter se habet ad omnes personas, & ex parte personarum, quia communis ratio personalitatis omnium personarum eadem est, hoc est vnius rationis: quoniam quælibet diuina persona est persona diuina hac ratione, quia subsistit incommunicabiliter in diuina natura: licet proprietates personales, quibus subsistunt, sint distinctæ: sicut quilibet homo una, & eadem ratione est persona: quia, scilicet subsistit in natura humana, quamuis alia sit personalitas mea, & alia illius. Consequentia autem probatur: quia cum assumptio duo importet, scilicet actum, & terminum, principium actus est uirtus diuina, terminus uero persona: ex hoc enim quod vtrūq; concurrere posset in qualibet persona, vt antecedens dicit, consequens est quod quælibet persona potest assumere, quod conclusio dicit. Vbi nota, ꝙ hoc, quod pro probatione consequentiæ ex principio corporis articuli allatum est, potest aliter introduci, vt scilicet uelut suppositiua quædam monstrans requisita ad posse assumere, & ad quæ resolui oportet potentem assumere, scilicet in uirtutem diuinam & personalitatem. Et sic formatur syllogismus, vt supra, ad probandum antecedens, & consequentia relinquitur per se nota.

ARTICVLVS VI.

Vtrum plures personæ diuinæ possint assumere unam numero naturam.

14 [3.d.1.q.2. ar.4.] AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ duæ personæ diuinæ nō possint assumere unā, & eādem numero naturā. Hoc.n. supposito, aut essent unus hō, vel plures: sed non plures, sicut enim una natura diuina in personis pluribus, non patitur esse plures Deos, ita vna natura humana in plurib. personis non patitur esse plures hoīes. Similiter et non possent esse unus hō: quia vnus hō est iste homo, qui demōstrat vnam personā, & sic tolleretur distinctio trium personarum diuinarum, quod est incōueniēs. Nō ergo duæ, aut tres personæ possint accipere unā naturā humanam.

¶2 Præt. Assumptio terminatᷣ ad unitatē personæ, vt dictū est. * [Ar.2. huius quæst.] sed nō est una psona Patris, & Filii, & Spūssancti. ergo non possunt tres personæ assumere unam naturā humanā.

¶3 Præt. Dam. † [Damasc. lib. 3. ca. 3. & 4.] dicit in 3. li. & Aug. in 1. de Trin. * [li. 1. ex c. 11. & 12. & 13. colli. tom. 3.] ꝙ ex incarnatione filii Dei cōsequitur, ꝙ quicquid dᷣ de filio Dei, dᷣ de filio hoīs, & econuerso. Si ergo tres personæ assumerent unā naturā humanā sequeretur ꝙ quicquid dᷣ de qualibet trium personarum, diceretᷣ de illo hoīe: & econuerso, quæ dicerentᷣ de illo hoīe, possent dici de qualibet triū personarum. Sic ergo id, qđ est propriū patris, s. generare filiū ab æterno, diceretᷣ de illo hoīe & per consequens diceretur de filio Dei, quod est inconueniens. Non ergo est possibile, ꝙ tres personæ diuinæ assumant unam naturā humanam.

SED CONTRA, Persona incarnata subsistit in duab. naturis, diuina, s. & humana: sed tres personæ possunt subsistere in una natura diuina. ergo et pñt subsistere in una natura humana, ita. s. ꝙ sit una nā humana a trib. psonis assumpta.

RESP. Dicendū, ꝙ sicut s̄. dictum est, * [q. 2. ar. 5. ad 1.] ex vnione aīæ, & corporis in Christo, non fit neq; noua persona, neq; noua hypostasis, sed fit una natura assumpta in personam, vel hypostasim diuinam, quod quidē non fit per potentiam naturæ humanæ, sed per potentiā diuinæ personæ. Est aūt talis diuinarum personarū conditio, ꝙ una earum non excludit aliam a cōione eiusdem naturæ, sed solum a cōione eiusdē personæ. Quia igitur in mysterio incarnationis tota rō facti, est potentia facientis, vt Aug. dicit in Epist. * [est epist. 3. nō multum ante med. to. 2.] ad Volusianum, magis circa hoc est iudicandū sm condōnem diuinæ personæ assumentis, q̄ sm condōnē naturæ humanæ assūptæ. Sic ergo non est impossibile diuinis psonis, ut duę uel tres assumāt unā naturā humanā. Esset tñ impossibile, ut assumerēt unā hypostasim, uel unā psonā humanam. sicut, & Ansel. * [lib. 2. cur Deus hō, ca. 9. circa princ.] dicit in li. Cur Deus hō, ꝙ plures psonę non pñt assumere unum eundemq; hominem, s. in unitatē personæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hac positione facta, s. ꝙ tres personę assumerent unam humanam naturā, uerum esset dicere ꝙ tres personę essent unus hō, propter unā naturam humanam. Sicut.n. nunc verum est dicere, ꝙ tres personę sunt vnus Deus propter unam diuinam naturam, sic verum esset dicere, ꝙ essent unus hō propter unā naturā humanam. Nec ly unus, importaret unitatem personę, sed unitatē in natura humana. Nō.n. posset argui ex hoc, ꝙ tres personæ sunt unus hō, ꝙ essent unꝰ simpliciter: nihil.n. prohibet dicere, ꝙ homines, qui sunt plures simpliciter, sint unus quantum ad aliquid, puta, unus populus. Et sicut Aug. * [lib. 6. c. 3. ante med. tom. 3.] dicit 6. de Tri. diuersum est, natura spiritus Dei, & spiritus hominis, sed inhærendo fit unus spiritus, secundum illud 1. Corint. 6. Qui adhęret Deo unus spiritus est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa positione facta, humana natura esset assumpta in unitate, nō unius personæ, sed in unitatē singularum personarū, ita. s. ꝙ sicut diuina natura habet naturalē unitatem cū singulis personis, ita natura humana haberet unitatem cum singulis per assumptionem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ circa mysterium incarnationis fit cōicatio proprietatum pertinentium ad naturam: quia quęcunque conueniunt naturę, possūt pdicari de psona subsistente in natura illa, cuiuscunq; naturę noīe significetur. Prędicta igitur positione facta, de persona patris potuerunt prędicari, & ea, quę sunt humanę naturę, & ea quę sunt diuinę: & similiter de persona Filii, & Spiritussancti. Non autem id, quod cōueniret personę Patris ratione proprię personę, posset attribui personę Filii, aut Spiritussancti, propter distinctionem personarum, quę remaneret. Posset ergo dici, ꝙ sicut pᷣ est ingenitus, ita hō esset ingenitꝰ, sm qđ ly hō supponeretᷣ p psona pr̄is. Si quis aūt ulterius pcederet, Hō est ingenitꝰ, filius est hō, ergo filius est ingenitus, esset fallacia figurę dictionis, uel accidentis: sicut, & nunc dicimus Deum esse ingenitum, quia pater est ingenitus: nec tamen possumus concludere, quòd filius sit ingenitus, quamuis sit Deus.

S. Bon. 3 s. d. 1 q. 3. a. 1.
Scot. 3. s. d. 1. q. 2.
Richar. 3. s. d. 1. q. 4.
Duran 3. s. d. 1. q. 3.
Capr. 3. d. 1. q. 1. con. 2.
Pet de Pal. 3. d. 1 q 3.
Medina ar 6.

SVPER Q. III. ART. VI.

COncl. Non est impossibile diuinis personis, quod duæ vel tres assumant unā naturam humanam. Esset tamen impossibile, ꝙ assumerent unā personam humanam.

¶PROB. Primo, quia vna persona non excludit aliam a communione eiusdem naturæ, sed solum a communione eiusdem personæ. Secundò, quo ad secundam partem, s. esset tamen, &c. probatur, quia Anselmus hoc dicit, p ly plures personæ, &c. hominem, idest personam hominis.

1^m de minori.

Non posset esse unus homo. R. Simpliciter idest vt ly unus importat unitatem personæ. §. Et sic procedit adducta probatio in argumēto. Tunc nihil, &c. Hac enim positione facta, s. ꝙ tres, &c. vt in tex.

2^m de maiori.

Ad unitatem personæ. R. Vel personarum. §. loquendo. s. non tantū de facto, vt fit. q. 2. ar. 2. Sed etiam de possibili. Tunc nihil, &c. Nam illa positione facta, humana natura, &c. vt in textu.

3^m illatio conclusionis secundæ. Sic ergo id, quod est, &c. R. Negatur illatio; pro quanto dicit ly & per consequēs de filio

filio Dei.§.Nam,quando proprium patris,scilicet generare,diceretur de illo homine;tunc ly homo, supponeret tantum pro persona patris. Similiter quando proprium filij,scilicet generari, diceretur de illo homine;tunc ly homo, supponeret tantum pro persona filij. Sicut & quando proprium spūsſancti, s.spirari, diceretur de homine illo;tunc ly homo,supponeret tantum ꝑ persona spūſsancti. Nec his obstat id,quod in principio argumentum adducit ex Damasc.& Aug.quoniam circa mysterium incarnationis fit communicatio proprietatum pertinentium, non ad personas formaliter, sed ad naturam;quia quæcunque,&c.vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò : quomodo, per rationem ostendas, meritò esse a scripturis & Papa insinuatum: ꝙ non est impossibile,quòd omnes personæ diuinæ assumant vnam naturā creatam. A scripturis quidem,per hoc,ꝙ dr Matth.28. In nomine patris,& filij,& spiritusſancti. Quia.n.non dicit,in nominib. sed in nomine,monstrat : ꝙ pr̃, & filius,& spūſsanctus, sunt unius virtutis, seu essentiæ,seu naturæ. Iuxta et illud. 1. Ioan.5. Pater & filius,& spūſsanctus,hi tres vnū sunt. Item per hoc, quod dicitur Ioan. 3. Exaltari oportet filium hominis;vt omnis,qui credit in ipsum, nō pereat,sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum daret:vt omnis,qui credit in eum,non pereat,sed habeat vitam æternam. Nam ex hoc, quod eadem de filio Dei unigenito replicat, quæ de filio hominis in cruce exaltando præmiserat,dicens ly ut omnis qui credit in ipsum ꝙ non pereat,sed habeat vitam æternam,demonstrat utique: ꝙ idem conditor ac redemptor noster filius Dei ante sæcula existēs filius hominis factus est in fine sæculorum. Dum igitur per Matthæū scripturæ ostendunt, quòd tres personę subsistunt in una natura diuina; & per Ioannem quod una persona diuina,scilicet filius post incarnationem subsistit in duabus naturis,s.diuina & humana : tunc eodem tenore coostendere intelligunturt,(ut perspicacibus Theologis patet),quod plures personæ diuinæ , sicut nunc in una natura diuina subsistunt per naturalem unionem, possunt per voluntariā assumptionem subsistere in una humana natura, nō deposita æterna subsistentia in natura priori. A Papa autem sacro approbante Concilio Florent.insinuatur sic. Sacrosancta Romana Eccl. Dei, & Saluatoris nostri voce fundata,firmiter credit,profitetur,& ꝑdicat, vnum verum Deū omnipotentem,Patrem,& Filium,& Spūm sanctum,vnum in essentia,trinum in personis. Patrē non esse filiū, aut spiritumsanctum;Filium non esse patrē,aut spūmsanctum: spūtitumsanctum non esse patrem,aut filium. Hæ tres personæ sunt unus Deus,non tres dij:quia trium est una substantia , vna essentia,vna natura,vna diuinitas,vna immensitas , vna æternitas; omniaque sunt unum,vbi non obuiat relationis oppositio . Et infra. Firmiter credit,profitetur,& ꝑdicat; unam ex Trinitate personā, verū Deum,Dei filiū ex patre genitū,veram hois integ: ā q; naturā ex immaculato utero Mariæ virginis assumpsisse;& sibi in unitatem ꝑsonæ copulasse tanta unitate;vt quicquid ibi Dei est , non sit ab homine separatum,& quicquid est hominis,non sit a deitate diuisum. Atq; unus & idē indiuisus , vtraq; natura in suis ꝓprietatibus permanente ; Deus & homo , Dei filius & hois filius: æqualis patri s̃m diuinitatem,minor patre s̃m humanitatem;mortalis & ęternus ex natura diuinitatis,passibilis & temporalis ex cōditione assumptæ humanitatis. Hęc Papa Eugen.IIII.in constitutione,seu decreto super vnione Iacobinorū. Per hoc enim ꝙ summus Pontifex & Concilium ostendūt, ꝙ tres personæ subsistūt in vna natura diuina ; & quòd una persona diuina,s.filius post incarnationem subsistit in duabus naturis,s. diuina & humana : tunc eodem tenore,&c.vt sup.de scripturis concludebatur.vide argum. contr. Secundò,vides : quomodo ex ijs bene pensatis,& applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm.Cardinalis Caetani.

TItulus articuli ex iam dictis patet intelligendus de personis diuinis secundum suas personalitates proprias, vt ab inuicem distinguuntur:potest siquidem dupliciter intelligi , an plures personę diuinę possint unam,& eandem naturam assumere Primo,loquendo de personis,vt conueniunt in natura diuina,hoc est secundum ꝙ sunt vnus Deus , & in hoc sensu quæstio superius discussa est.& hic non quæritur. Secundo,loquendo de personis,ut ab inuicem proprijs personalitatibus distinguuntur,ita quòd quælibet ꝑsona trahat naturā illam ad suam propriam personalitatem, sic ut non personetur in alia ex hoc,quod personatur in una , & econtra,sed personetur in una,vt distinguitur ab alia . Cuius oppositū accideret,si hic Deus primo incarnatus esset:quoniam una , & eadem ratione quælibet persona diceretur incarnata,s. rōne indiuidui naturæ. Et(vt vnico uerbo dicaſ,) qō hic est, an plores ꝑsonæ possint vnam numero naturā assumere, vt per se primo diuersi termini assumptionis:sic.n. nō quælibet persona diuina, sed quælibet persona diuina assumens,ꝑ se primo terminaret assumptionē. Et ad hoc denotandum auctor non quærit,an oēs ꝑsonæ diuinæ possint assumere,sed an duæ,ut ex dualitate intelligas, ꝙ non est sermo de ꝑsonis vt conueniunt,sed,ut distinguunt,ac per hoc quęlibet sit per se primo terminus assumptionis.

¶In corpore articuli sunt duæ cōclusiones. Prima est, Non est impossibile diuinis personis,vt duæ, uel tres assumant unā naturā humanam .Secunda est,Esset tn̄ impossibile, ut assumerent unam hypostasim,uel personam humanā. Probaſ vtraq; simul:ex unione animæ,& Corporis in Chro,non fit noua hypostasis, neq; ꝑsona:sed natura una assumpta in diuinā hypostasim,non ꝑ potentiā naturæ humanę,sed per potentiā diuinæ personæ, ergo magis est hoc iudicandum s̃m cōdōnem diuinę personæ assumentis , q̃ s̃m conditionem naturæ assumptæ.ergo nō est impossibile diuinis ꝑsonis,&c. Aňs est ex se euidens. Prima consequentia probaſ: quia tota rō facti in mysterio incarnationis est potentia facientis, s̃m Aug. Secunda uero consequentia probatur:quia cōdō diuinarum ꝑsonarum talis est, ꝙ una earū non excludit aliam a cōione eiusdem naturæ,sed solum a cōione eiusdē personæ. Vbi uides,qđ ex hoc,quod non se excludunt a cōione eiusdem naturæ,tenet cōsequentia quo ad primam conclusionem, & ex hoc ꝙ se excludunt a cōmunione eiusdem personæ,tenet consequentia quo ad secundam conclusionem,quæ auctoritate Anselmi confirmatur .

¶Aduerte in hoc processu, ꝙ auctor unico uerbo excludit obiectiones argumentiū ex condōne naturę,dicendo, ꝙ natura cōis plurib.suppositis,est infinita,seu illimitata:qm̄ hoc soli diuinæ cōuenit naturę, & similiter ꝙ quęlibet natura finita est terminabilis totaliter unico supposito. Hęc.n.& similia in litera soluunſ , dū dr̃, quòd non per potentiam naturę assumptę, sed per potentiā ꝑsonæ assumentis,hoc mysterium iudicandū est . Cōcedit ergo,quod una numero natura suapte natura cōis plurib. suppositis,est illimitata,ac infinita,ꝙ nulla natura,nisi diuina est hmōi. Et si assumeretur ad plures ꝑsonalitates,non propterea esset suapte natura cōis plurib. sed ex potētia facientis : Similiter ois una numero forma substantialis suapte natura unica,totaliter terminatur personalitate propria:sed ex hoc non hr̃,quin diuina potentia possit plurib. alienis personalitatibus terminari: qm̄ hoc non per potentiā naturę,sed per potentiam assumentis personę fit. Et est semper sermo de naturali potentia naturę,& non de potentia obedientiali eiusdem: potentia enim obedientię est,quę respondet potentię personę assumentis , & secundum illam natura potest assumi ab una,& pluribus diuinis personis.

¶Circa primam conclusionē dubium ex Scot.in 3.d.1.q.2.occurrit , ubi tenens oppositum,fundat se super hac rōne . In omni dependentia essentiali unum dependens non dependet præcise, nisi ad unum quod totaliter terminat eius dependentiam : sed in ista unione est dependentia essentialis unius naturæ, & una persona terminat totaliter eam.ergo. Maior probatur in omni depēdētia causati ad causam. Et simile,inquit, vr̃ in omnib.dependentijs, quæ non sunt causatorū ad cās , ꝙ cum dependētia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid, ipsum non pōt dependētia eiusdem rōnis dependere ad aliud. Et confirmaſ hoc de accidente respectu plurū subiectorū primorum. Minor probatur; quia personalitas creata totaliter terminaret ipsam,& illa stante,non posset simul esse in alia persona creata,uel increata:non minus.n.terminat naturā , & dependentiam eiusdem personalitas cuiuscunque personę diuinę,quam terminaretur in se.igitur,&c.

¶Ad hanc Scoti rationem rñdendum est, singula discutiendo, & sic ēt principalē materiā declarād. Maior igit propositio assūpta a Scot.non est uera,nisi triplici quasi glossa subintellecta , prima est supra ly,dependentia , ꝙ intelligaſ de dependentia ꝓpriē, & hoc dico:qm̄ dependentia proprie non inuenit sine cāsitate: q̃uis.n.aliquid sit alteri sine cāsitate annexū,nō tn̄ dependētia proprie inter illa est,vt patet inter correlatiua , quorū neutrū ut sic, ab altero depēdet in quocūq; gñe causæ,& inter dr̃ias diuisiuas ex opposito eiusdem gñis,quarū neutra ab altera dependet : & tn̄ cā correlatiua,q̃ hmōi dr̃ias simul esse oportet. Scot.aūt dependētię noīe utiſ,& cū cāsitate,& sine cāsalitate,ut patet. Et ꝓpterea si extēso noīe utendo depēdētia, Maior non est uera,nisi apponaſ altera glossa supra ly. Non dependet , quod intelligatur de dependentia omnino eiusdē rōnis ita ꝙ sit dependentia eiusdem speciei specialissimę,& in hoc Scotus consentit:& altera supra ly, Totaliter,qđ intelligatur tā intensiue,quam extensiue: qm̄ dato , ꝙ unū terminaret totaliter intensiue, non propterea hr̃, ꝙ illud unū terminaret totaliter extensiuē. Exemplum,albi,vt quatuor,similitudinem terminat totaliter intensiue aliud album,ut quatuor , non tn̄ terminat totaliter extensiuē; quia potest tertium poni simile. Oportet aūt ad uerificandam maiorem illā,hāc apponere glossam,alioqn nō est uera de depēdētia essentiali non causali: qm̄ ex naturalis rōnis lumine nulla apparet maior dependentia essentialis , nō causalis, quā ea , quæ est unius relatiui ad propriū correlatiuum: quia

quia definitur, & essentialiter constituitur per esse ad aliud. Constat autem, q unum relatiuum sic essentialiter dependet ab uno totaliter intensiue terminante illud, quod non totaliter extensiue terminat illud, vt patet de duplo, & dimidio, & æquali, & simili, & aliis huiusmodi: idem enim duplum eadem numero duplicitate duplum est non solum ad A, dimidium, sed ad B, & C, & unum æquale eadem numero æqualitate æquale est omnibus sibi æqualibus. At si quis dicat Scotum tenere, q non eadem æqualitate unum æquale est æquale omnibus, & propterea in sua uia proportionem esse uerā, facile obiicitur, q ad concludendum aliquid impossibile, etiam p diuinam potentiam. (vt nunc proceditur) non est ex opinatis, & refutatis ab aliis, & communi schola peripateticorum procedendum, qualis est ista opinio ponens plura accidentia eiusdem rationis in eodem subiecto secundum idem. Neganda est igitur ista maior non acceptans dictam glossam.

¶ Ad probationem aūt istius maioris pro quanto probat ipsam in dependentia essentiali causali, non oportet rñdere, quia uera est bona vi sm ordinem inditum causis, & causatis, & disputatio nfa, extra dependentiam causalem uersatur. Sed cum subiungit Scotus, q ita etiam uidetur in omnib. dependentiis, quæ non sunt causatorum ad cās, rñdetur, q non est idem de vtrisque dependentijs iudicium, & patet instantia de dependentia unius relatiui totaliter intensiue terminati ab uno, & tamen ab altero eiusdem rationis omnino terminabili. Et suffragatur huic responsioni ratio: qm dependentia causalis ponit imperfectionem, & indigentiam in causato, quæ si sublata totaliter est ab una causa, implicat, q remaneat indigens altera causa. Sed dependentia non causalis potest sine imperfectione, & indigentia inueniri, ut patet in relatiuis, quæ in diuinis sine omni imperfectione, & indigentia inueniuntur, ac p hoc potest aliunde, puta, ex alterius conditione prouenire, quod etiā terminet quod iam terminatum ab alio est. Et sic est in proposito, quod non ex eo quod filius Dei imperfecte terminet personaliter naturam humanam, neque ex eo q natura humana assumpta a filio Dei remaneat imperfecta personaliter prouenit, q pr pōt ad illam propriam personalitatem assumere, sed ex conditione psonæ Patris, hoc est ex infinitatæ suæ sufficientiæ prouenit, q et potest illam inet personare.

¶ Ad confirmationem de accidente respectu plurium subiectorum primorū, dr primo q nulla apparet implicatio contradictionis, quod Deus accidenti alicui det unitatem numeralem in se, & conseruando illam ponat illud accidens in plurib. subiectis primis sm se, & q in tali casu neutrum esset subiectum primum extēsiue, nisi sm se, hoc est quantū est ex parte sui esset subiectū primū extensiue, & daret unitatem numeralem, sed diuina potentia aliter de facto operatur. Dr secundo, q dependentia accidentis a subiecto primo est dependentia causalis: est.n. subiectum primum causa accidentis, vt patet, & ideo non confirmatur per hoc Maior illa quo ad dependentiam non causalem. Hæc de Maiore.

¶ Ad Minorem aūt dr, q in ista unione est depēdentia essentialis, ac per hoc non proprie dependentia. Sed transeundo hoc ad bonum sensum, neganda sunt duo, primo q in ista unione sit dependentia unius omnino rationis, secūdu q vna persona, puta Verbum totaliter eam terminet intensiue, & extensiue. Rō primæ negationis est: quia personæ diuinæ personaliter sumptæ sunt quodammodo unius, & quodammodo diuersarum rationum. nam sm communem rationem personalitatis sunt unius rationis, vt in precedenti articulo patet, sm uero proprias rationes suarum personalitatum sunt diuersarum rationum: paternitas enim & filiatio & processio diuersarum sunt rationum: Constat autem ex hoc, q humanitas Christi ita iuncta est Filio, quod non Patri, nec Spūisancto, assumptionem terminari per se primo ad personalitatem Filij secūdum sibi propriam rationem, alioquin terminaretur primo ad cōmune Filio, & Patri, & Spirituisancto. Concurrerent igitur diuinæ person æ ad assumptionem, vt ēt sunt diuersarum inter se rationum. Et consequenter, naturā assumptam a Verbo uniri, & posse uniri alteri, Patri, aut Spirituisancto, alterius est rōnis ab uniri Filio, & posse uniri Filio, si Arist. uerū dixit 4. Phy. q posse sanari, & posse infirmari, sunt diuersarum rationum, alioquin sanari, & infirmari essent idem. Ex hoc igitur, q personalitates, q̄ sunt termini unionum, sunt diuersarum rationum, hr q potentia obedientiæ, qua natura assumpta potest uniri personę Patris, alterius est rationis ab illa, qua unita est Filio, & qua potest uniri Spūisancto. Et consequenter habetur, quod in illis unionibus non esset dependentia unius rationis simpliciter, & absolute, ut arguēs assumit, sed diuersarum rationum simpliciter propter diuersas rationes terminorum per se primorum, unius autem rōnis sm communem rationem personalitatis. Ratio secundæ negationis iam patet, q licet Filius totaliter intensiue terminet naturam humanam, & eius dependentiam ad personam, non tamen totaliter extensiue, nec secundum omnem obedientialem potentiam alterius rationis.

¶ Ad probationem minoris, cū dr, Personalitas creata totaliter terminaret ipsam, & illa stante non posset simul esse in alia persona creata, vel increata, ergo personalitas increata. Respondet concedendo

cedendo antecedens pro vtraq; parte, sed negando sequelam.

¶ Et ad probatioē sequelæ, cum dr, quia nō minus terminaret naturam, & dependentiam eiusdem personalitas quæcumq; diuinæ personæ, q̄ terminaretur in se, posset negari hoc quantum ad minus extensiue. Verumtn proprie loquendo, rñdendum est, q non minus, sed alio modo, & alia rōne terminat persona diuina, & ideo negatur ex hoc ultimo assumpto sequela, quoniā peccat ratio sm non cām, vt cām. Non.n. ratio quia minus terminet psona diuina, relinquit naturā adhuc assumptibilem, ut argūs ponit: sed quia alio modo, & alia ratione terminat, ideo relinquit naturam assumptam adhuc assumptibilem alia persona diuina.

¶ Ad cuius clariorem perceptionem scito, q hæc humanitas, si propriam personalitatem haberet, modus habendi propriam personam esset, quia ipsa humanitas esset principium constitutiuum suæ personæ, ex vnione enim animæ, & corporis cōstitueretur nō solum una natura singularis, sed etiam vna persona, ratio quoque habēdi propriā personā esset sua substantialis, ac perfecta natura extra causas suas in rerū natura sibi dimissa Et quia hæc humanitas suapte natura non extendere potest: nisi ad constituendam vnā personam sibi propriam, & personæ repugnat assumi ab alia persona in unitate personali (interueniret siquidem hic manifesta implicatio contradictoriorum) ideo hæc humanitas sic personatur ex propria persona in Socrate, q terminatur in illa intensiue, & extensiue. Nec potest stante illa uniri personaliter, cum quacūque alia persona creata, uel increata: quia essent duo contradictoria simul uera, essent enim una persona, & non essent una persona cum alia mente, ut patet. Sed hæc humanitas alio modo, & alia ratione personatur per assumptionem: quoniam non constituendo personam personatur, vt patet in humanitate Christi, quæ personatur per personam uerbi, quæ non constituitur per illam humanitatem, sed fuit ab æterno. Et hinc prouenit dr̃a inter hanc humanitatē personatam propria personalitate, & personatā personalitate Verbi, q illa remanet in se inassumptibilis, ista remanet in se assumptibilis: qm illa non pōt assumi stante sua psonalitate, nisi assumeretur sua personalitas, quæ non est assumptibilis, ista uero quia in aliena personalitate subsistit potest assumi absq; hoc, q illa aliena sibi appropriata personalitas assumat. Ex diuerso ergo modo terminandi, propria, uel aliena personalitatē, patet quare natura personata propria personalitate non potest assumi, & quare personata aliena potest assumi: quia.s. per propriā terminatur, constituendo illam, per alienam non constituendo illam. Diuersa quoq; rō est utrobiq; terminandi. nam, & diuina psona terminat ex sua infinitate, utpote aliena persona subsistēs in alia natura (dictum est.n. supra q proprium est diuinæ personæ ob sui infinitatem subsistere simul in diuersis naturis) & natura humana non naturali, sed obedientiæ potentia personatur p alienam personam: persona aūt Socratis nō ex aliqua excellentia, sed ex naturali adæquatione terminat personaliter naturam suam, & econtra natura sua naturaliter est per illam adæquabilis personaliter. Et hinc etiam prouenit, quod cum quælibet persona diuina sit infinita, quælibet personare potest humanitatē hanc non ex indigentia naturæ (ut dictum est) sed ex sufficientia personæ potētis cōicare illi naturæ ēt suā personalitatē. Ex his aūt habes, q non solum dependentia huius humanitatis respectu singularū personarum diuinarum quo ad assumi, est diuersarum rōnum inter se, sed etiam q dependentia, seu terminatio huius humanitatis respectu diuinæ personæ, & respectu personæ propriæ, sunt diuersarū rōnum, licet omnes conueniant in una communi rōne termini, quia.s. sunt ad personam. Ruit ergo a fundamētis undiq; fabrica Scotica, & meritò: qm hanc humanitatem personari simul a pluribus personis diuinis, nihil aliud est, quàm cōicare huic humanitati plures personalitates alienas infinitas, appropriando illas illi. Et per hæc patet, quare repugnat hanc humanitatem habere simul plures personalitates creatas, aut creatam, & increatā: quia.s. vtrobiq; esset implicatio contradictoriorum, dum natura hæc in propria personalitate poneret una persona cum alia psona. Et nō repugnat, habere simul plures psonalitates increatas: quia per hoc non ponitur, unam personā assumi in unitatem personalem alterius personæ. Et hæc pro nunc sufficiant de hac quæstione.

¶ In eodē art. in calce corporis circa auctoritatē Anselmi aduerte, q Dur. in 3. Sent. d. 1. q. 3. latenter arguit auctorem quasi exponentem per ly unū, eundēq; hominem, personam humanam dicens contra hanc expositionem. Anselmus concedit quod una psona assumpsit hominem, & negat plures personas posse assumere unum hoiem, non intelligitur igit persona per hæc. Sed qm Durandus ipse postmodum dicit Anselmum dicere sic: Impossibile est plures personas diuinas esse unā personam cū uno eodēq; homine, seipsomet cōuincendus est. Anselmus volebat excludere aliquid, qd possit sub apparēti qōne cadere non pōt autem aliter cadere sub apparenti quæstione, quod plures personæ diuinæ sint una psona nisi quia unirent in una psona humana. Et sic exponit auctor: non.n. pōt intelligi, quod sint plures psonæ diuinæ in vna persona diuina: quia hoc statim offert apparentē ualde contradictionem. Exponendo igitur sententiam Anselmi, optime in litera dictum

ra dictum est, siue præponatur ly vna persona cum vno eodemque homine, siue non præponatur ly vna persona, & dicatur, Impossibile est assumere vnum eundemque hominem: sensus enim semper est idem. s. q impossibile est plures personas assumere unam personam. Nec id quod obiicit Duran. obstat, quia aliud est dicere, assumit hominem, & aliud assumit vnum eundemq; hominem. Nã prima propositio etsi est aliqualiter impropria glossatur th, q intelligitur quo ad naturam, vt patet ex Magist. in 3. Sent. dist. 6. Secunda autem propter ly vnum, eundemq; trahitur ad indiuiduum subsistens in natura humana, quod cõstat esse suppositum: nullus enim vnus homo inuenitur in natura humana assumpta, nisi filius Dei.

¶ In eodem 6. art. in responsione ad primum aduerte diligenter uerba auctoris, dum hac positione facta dicit, q tres personæ essẽt unus homo, & tamen non propterea essent vnus homo simpliciter. Dixit enim hæc ambo propter differentiam, quæ esset inter vnum Deum, & vnum hominem in tribus personis; quoniam tres personæ sic sunt vnus Deus, quòd sunt vnus numero Deus, & est ibi vere vnus Deus simpliciter: sed tres personæ sic essẽt vnus homo, quòd non essent vnus numero homo: quia nullus esset ibi unus numero homo communis Patri, & Filio, & Spirituisancto: sicut est vnus numero Deus communis Patri, & Filio, & Spirituisancto. Et similiter non esset ibi vnus homo simpliciter: quia non esset homo vnus secundum naturam, & personam, quam vnitatem importat vnus homo simpliciter: sed essent tres homines numero in una natura humana, quia essent plures personæ humanæ secundum vnam naturam humanam: sed quoniam hoc ad uocabula spectat, parui refert, si sciatur quid esset in re, qualitercumque exprimeretur.

Scot. 3 sd. 1. q. 3.
Rich. 3 sd. 1 q. 5.
Duran 3. sd. 1 q. 13.
Capr. 3 d 4. q. 1. ce 3 ad 1 Aur.
Medina. ar. 7.
Alb. Mag. 3 d. 1. ar. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum una persona diuina possit assumere duas naturas humanas.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q vna persona diuina non possit assumere duas naturas humanas. Natura enim assumpta in mysterio incarnationis non habet aliud suppositum præter suppositum personæ diuinæ, vt ex supradictis patet.* Si ergo ponatur esse vna persona diuina assumens duas humanas naturas, esset unũ suppositum duarum naturarũ eiusdem speciei, quod videtur implicare contradictionem: non enim natura unius speciei multiplicatur nisi secundum distinctionem suppositorum.

¶ 2 Præt. Hac suppositione facta non posset dici, quòd persona diuina incarnata, esset unus homo: quia non haberet vnam naturam humanam. Similiter non posset dici, q essent plures: quia plures homines sunt supposito distincti, & ibi esset tantum vnum suppositum. ergo prædicta positio est omnino impossibilis.

¶ 3 Præt. In incarnationis mysterio tota natura diuina est unita toti naturæ assumptæ, idest cuilibet parti eius: est enim Christus perfectus Deus, & perfectus homo, totus Deus, & totus homo, ut Dama.* dicit in tertio libro, sed duæ humanæ naturæ non possent corporaliter sibi inuicem vniri: quia oporteret quòd anima vnius esset unita corpori alterius, & quòd etiam duo corpora essent simul, quod confusionem induceret naturarum. Nõ ergo est possibile, quòd una persona diuina duas humanas naturas assumat.

SED CONTRA est, quod quicquid potest pater, potest filius: sed pater post incarnationem filii potest assumere naturam humanã aliam numero ab ea, quam filius assumpsit: in nullo enim per incarnationẽ filii est diminuta potẽtia patris, uel filii. ergo uidetur quòd filius post incarnationem possit aliã humanam naturam assumere præter eam, quam assumpsit.

RESP. Dicendum, q illud quod potest in unum, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad unũ: potentia autem diuinæ personæ est infinita, nec potest limitari ad aliquid creatum. Vnde non est dicendum, quòd persona diuina, ita assumpserit unam naturam humanã, quòd non potuerit assumere aliam, videretur enim ex hoc sequi, quòd personalitas diuinæ naturæ esset ita comprehensa per unam naturã humanam, quòd ad eius personalitatem alia assumi non possit, quod est impossibile: non. n. increatum a creato compræhendi potest. Patet ergo q siue cõsideremus personã diuinã sm uirtutem, quæ est principiũ unionis, siue sm suam personalitatem quę est terminus unionis, oportet dicere q persona diuina præter naturam humanam, quam assumpsit, possit aliam numero naturam humanam assumere.

AD PRIMVM ergo dicendum, q natura creata pficit in sua ratione per formã, quæ multiplicat sm diuisionẽ materiæ: & ideo si cõpositio materiæ, & formæ cõstituat nouũ suppositũ, consequens est, q natura multiplicet sm multiplicationẽ suppositorũ: sed in mysterio incarnationis unio formæ, & materiæ, idest, animæ, & corporis, non constituit nouum suppositum, vt supra dictum est:* & ideo posset esse multitudo secundum numerum ex parte naturæ, ppter diuisionem materiæ absq; distinctione suppositorum. * Art. pen.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q posset uideri dicẽdũ, q pdicta positione facta sequeretur, q essent duo homines propter duas naturas absq; hoc, quòd essent ibi duo supposita, sicut econuerso tres psonæ dicerent unus hõ, pp unam naturã assumptã, ut sup. dictũ est:* sed hoc non vr esse uerũ: quia nominibus est utendũ sm q sunt ad significandũ imposita, qd quidẽ est ex consideratione eorũ, quæ apud nos sunt: & iõ oporter circa modũ significandi, & consignificandi cõsiderare ea, quæ apud nos sunt in quibus nunquã nomẽ ab aliqua forma impositum pluraliter dr, nisi propter pluralitatẽ suppositorum. Homo enim, qui est duobus uestimentis indutus: non dicitur duo vestiti, sed unus uestitus duobus uestimentis, & qui habet duas qualitates, dicitur singulariter aliqualis secundum duas qualitates. Natura autem assũpta quantum ad aliquid, se habet per modum indumenti, licet non sit similitudo, quantum ad omnia, vt supra dictũ est:* & ideo si persona diuina assumeret duas naturas humanas, propter unitatem suppositi, diceretur unus d homo habens duas naturas humanas. Contingit autem, quod plures homines dicuntur unus d populus, propter hoc quòd conueniunt in aliquo uno: non autem propter vnitatẽ suppositi. Et similiter si duæ personæ diuinæ assumerent vnam numero humanam naturam, dicerentur unus homo, ut sit pradictum est,* non unitate suppositi, sed inquantum conueniunt in aliquo uno.

* Ar. pręc. ad 1.
* q. 2. ar. 6. ad 1.
D. 249.
D. 358.
* q. 2. ar. 6. ad 5.

Ad

25
3. d. 1. q. 2. ar. 5.

SVPER Q. III. ART. VII.

CONCL. Siue cõsideremus personã diuinam secundũ uirtutẽ, q est principiũ vnionis, siue sm suã psonalitatẽ, quæ est terminus vnionis, oportet dicere q persona diuina, pter naturã humanã, q̃ assumpsit, possit aliã numero naturam humanam assumere.

* Ar. pced. & ar. 2. huius q. & q. 2. 2. 2 ad 3.

¶ PROB. Quia & potẽtia diuinę psonæ est infinita, nec põt limitari ad aliqđ creatũ; & psonalitas naturæ diuinæ nõ põt compræhendi, seu limitari p unam naturam humanam.

1ᵘ de conclᵉ.

Q ad vr implicare cõtradictionẽ. R. Negat. §. Ad probationẽ uerò rñdetur; q illa propositio. s. natura unius spẽi nõ multiplicat, nisi sm distinctionẽ suppositorũ, nõ uerificat; nisi de naturis, quarũ formæ ad materiã compositio constituit nouũ suppositũ: & consequẽter non uerificat de natura humana, dato ẽt de possibili q esset plures, i mysterio incarnationis. Ex text. dic: q naturę creatæ vnius spẽi multitudo numeralis cõpetit propinque, pp diuisionẽ materiæ; cõpetit autẽ remotẽ, pp distinctionẽ suppositorũ. Nã ex hoc, q materia illa unitur cũ forma sua, resultat suppositũ. Põt ergo multitudo numeralis itelligi et esse in illo priori absq; isto posteriori. s. absq; distinctione suppositorũ. Si. n. ex vnione materiæ ad formam non resultauerit nouũ suppositũ, (ut est in mysterio incarnationis); tunc rem manebit propinqua distinctio, puta corporũ & alarũ, sed non remota, puta suppositorũ. Et sic esset tunc de facto; si una psona diuina assumeret duas naturas humanas.

* Li. 3. Ortho. fi. c. 7.

2ᵐ de antecedẽte. Non posset dici, q persona diuina esset unus hõ. R. Nisi cum additione hac. s. habens duas naturas humanas. §. Tũc nihil, &c. vt patet.

Tertium

3m minor. Duæ humanæ naturæ non possent corporaliter sibi inuicem vniri. R. Hoc tamen non est inconueniens. §. Vt putat argumentum. Non enim oporteret q duarũ naturarum assumptarum una totaliter alteri uniretur. i. omnes partes unius oib. partibus alterius. Diuina siquidẽ, & humana natura non eodẽ ordine se habent, &c. vt in tex. Tũe nihil, &c. vt patet.

Ad tertium dicendum, quòd diuina, & humana natura non eodẽ ordine se habent ad unã personã diuinam, sed per prius cõparatur ad ipsam diuina natura, vtpotè quæ est unum cum ea ab æterno: sed natura humana comparatur ad personam diuinam per posterius, utpotè assumpta ex tempore a diuina persona, non quidem ad hoc q natura sit ipsa persona, sed q persona in natura subsistat filius enim Dei est sua deitas, sed non est sua humanitas: & ideo ad hoc, quod natura humana assumatur a diuina persona, requiritur, quòd diuina natura vnione personali vniatur toti naturæ assumptæ, idest, secundum omnes partes eius: sed duarum naturarum assumptarum esset vniformis habitudo ad personam diuinã, nec una assumeret aliam. Vnde nõ oporteret, quòd una earum totaliter alteri uniretur, idest omnes partes unius omnibus partibus alterius.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex artic. habes primo: qño per rõnẽ ostendas, merito esse a scripturis, & Papa insinuatum: q una persona pôt assumere duas humanas naturas. A scripturis quidẽ per hoc, q dr Sap. 18. Cũ nox in suo cursu medium iter hẽret; oĩpotẽs sermo tuus a regalib. sedibus venit. Hoc enim ẽm Ecclesiæ in Dñic. oct. Natiuit. expositionem intelligitur de verbo Dei incarnato. Filius ergo Dei, qui tũc venit, erat oĩpotens. At ẽm eiusdẽ Ecclæ in fest. Circũcisio. attestationẽ; Id quod fuit, permansit; qñ quod non erat, assumpsit. Per hoc igitur, q in nullo p incarnationẽ filij diminuta est potentia eius, scriptura concludendũ aperte scholasticis relinquit: q filius sicut unã de facto assumpsit, ita alterã de possibili, naturã humanã pôt assumere. Filij aũt, Pris, & Spiritussancti, eadẽ est oĩpotẽtia; ẽm Concilium Flor. in decret. Eug. IIII. supra posit. dicẽs, Nullus alium, aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat pôte. Ergo sicut filius duas naturas assumere potest: ita de Patre, & Spũsancto scripturã eandẽ tradidisse tenendũ est. A S. Leone Papa ẽt in Serm. de Nat. Dom. insinuaẽ idipsum per hoc, q dicit. Verbũ Dei Deus, fact' est homo. Et ĩsto sęde re vtrãq; naturã cõferret: vt neč inferiorẽ cõsumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumptio. Ex hoc enim S. Leonis dicto, cũ natura ipsa superior de se sit oĩpotẽs, ab assũptioneq; nõ sit diminuta, dic: q nunc potest ẽa, quæ prius. Ergo alterã pôt assumere naturã humanam. Cum etiam natura filij diuina sit eadem numero, quæ Patris & Spũssancti, ẽm Concil. Florent sup. ar. 6. appen. sequitur: q ẽm eundẽ Leonem, pater duas, & Spũsanctus duas sibi possunt unire humanas naturas. Secundò, vides: qño ex iis bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmatur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ar. 7. aduerte, q istæ qõnes, quæ hic mouenẽ de possibili, non ideo mouenẽ, ut discutiaẽ Dei potẽtia: sed vt exinde mysterium incarnationis factæ magis innotescat. Manifestaẽ siquidẽ ex his, q discutiendo has qõnes, dñr, qualis, quãtus, &c. est per se primo terminus incarnationis. s. persona uerbi, & qualis est hmôi vnio ex respectu ad alias psonas, & nãs magis, ac magis explicaẽ.

¶ In corpore art. una est cõclusio rñsiua quæsito affirmatiue. Persona diuina præter naturã quã assumpsit, pôt aliã numero naturã assumere. Vbi antequã afferaẽ pbatio, nota q quia assumere principium, & terminũ assumptionis importat, ideo conclusio probaẽ primo ex parte principij. s. potentiæ diuinæ in diuina psona: secũdo, ex parte termini. s. psonalitatis diuinæ. Vnde quo ad primum probaẽ sic. Quod pôt in vnũ, & nõ in amplius, hẽt potentiã limitatã ad vnum, sed potentia diuinæ psonæ est infinita, nec limitabilis ad aliquid creatũ. ergo. Quo ad ẽm probaẽ sic. Si non posset assumere aliã naturã, sequereẽ q personalitas diuinæ naturæ esset ita cõpræhensa per vnã naturã, q ad eius personalitatem alia assumi non posset: sed hoc est impossibile, quia increatum a creato comprehendi non potest. ergo.

¶ Circa illã propositionẽ, qđ pôt in unum, & non in amplius, habet potẽtiã limitatã ad unũ, aduerte, q est itelligẽda formaliter, s. inquantũ est ex parte potentiæ, in unum & non in amplius, nã si aliunde prouenirẽt q posset in unũ, & nõ in amplius, puta, ex mõ agendi, quia agit per modũ naturæ, quæ est determinata ad unũ, non argueret limitationẽ potentiæ: sed si ex ipsa potentia est, q possit in unum tm, limitationẽ in illa arguit: qm potentia, vt potẽtia, extendit se ad possibile, quod non cõprehendit unitate, ita qđ excludat multitudinẽ. Vnde in art. vlt. q. 41. in 1. par. dictum est, q non ex impotentia patris est, q unus tm filius genitus, & generabilis in diuinis. Et quia hæc propositio procedit ex parte potẽtiæ, ideo simpliciter, & absolute assumpta est propositio illa.

¶ Circa pbõnẽ ex parte termini, nota diligẽtissime, auctorẽ habere p incõuenienti, ac impossibili, psonã diuinã, ut terminũ cõphẽdi a natura creata. Hoc. n. nihil aliud est dicere, quã docere (qđ iã pbauimus rñdẽdo Scoto) hoc q psona diuina nõ solũ est infinita in essendo, & cãndo rõne naturæ diuinę, sed est infinita in terminãdo rõne suę psonalitatis: incõphẽsibilitas siquidẽ increatę psonę, ut terminis a nã creata, vt assũpta nihil aliud significat, q infinitatẽ in terminãdo icreatæ psonę. Et ut excelsa Dei balbutiẽdo, vt possumus, resonem', dicẽdũ est, q infinitas diuina, ut est naturæ, seu naturalis, cõstituit infinitũ ens, & infinitã cãm; vt aũt est psonæ, seu psonalis, cõstituit infinitã psonã vt sic, quod claudit in se infinitatem in terminando: Et ideo pôt qlibet diuina persona subsistere nõ solũ in plurib. naturis. s. naturali, & assũpta: sed ẽt in plurib. assũptis, & eadẽ rõne in infinitis, si infinitę inuenirenẽ simul.

¶ In rñsione ad primũ perspice, q consistit in hoc, q nã substãtiæ creatę multiplicaẽ multiplicato supposito cõstituto p ipsã: nõ aũt multiplicato supposito cõstituto per ipsãm, ut patet in litera.

¶ In rñsione ad ẽm obiectio Scot. 3. Sẽt. d. 1. q. 3. occurrit dicentis contra hoc, q sequereẽ quod possemus dicere, q plures personæ sunt pluses dii. Probatur. Secundũ hoc tale concretũ habet unitatem, uel pluralitatem ex unitate, vel pluralitate suppositi.

¶ Ad hoc dr, q in litera non dr affirmatiuẽ multiplicari cõcretũ multiplicato supposito, ut arguẽs forte accipit: sed poniẽ vlis rĩa negatiue. s. nunq nomẽ ab aliqua forma ipositũ plr dr, nisi pp pluralitatẽ suppositorũ. Et ista rĩa est uera, tã in cõcretis adiectiuis, q substãtiuis, tã substãtialib. quã accidẽtalib. itaq semp ad pluralitatẽ concretorũ, exigiẽ pluralitas suppositorũ: sed cũ hoc stat, q pluralitas suppositorũ nõ sufficiat qñq;, & exigiẽ ẽt pluralitas formæ significatę, ut de concretis substantiuis in ar. 3. q. 39. 1. par. patet. Et ppea licet unitas suppositi, optime inferat singularitatẽ concreti substãtiui (quale est ly hõ) non tñ multitudo suppositorũ infert pluralitatẽ nois substantiui. Et ppea nõ sequiẽ, ergo tres personæ sunt dii: nec ergo tres psonæ hoies in casu præcedẽtis articuli, ut in hac etiam litera dicitur: & tamen bene sequitur in casu huius art. ergo verbum Dei, non est homines, sed unus homo.

¶ In rñsione ad tertiũ perspice rõnẽ, quare psentis art. positione facta, hæc humana natura passumpta nõ assumeret aliã naturã humanã, quæ post assumereẽ, cũ qua tñ concurreret in eadẽ numero personalitate, & natura diuina assumeret quãcũq; naturã humanã, quæ unireẽ personalr verbo Dei. Rõ assignata est, quia filius Dei est sua deitas, non aũt est sua humanitas: hinc. n. fit, ut cuicũq; psonalr uniẽ filius Dei p se primo, eidẽ scđario deitas uniaẽ, dico, & naturę assũptę, & cuilibet eius parti, ut patet ex auctoritate Damas. Et hinc fit, q una humanitas nõ esset unita alteri, ita q nec ipsi nãæ post assũptę pcedẽs unireẽ, nec alicui eius parti: sed p accides coinciderẽt i unã psonã, inter se distinctę ẽt loco. Et ex hoc sequereẽ, q nõ esset cõtrõ cõuenientiũ illi psonę ẽm unã nãm assũptã cũ cõuenientib. sibi ẽm aliã assumptã, immo posset simul mori ẽm unã, & uiuere ẽm aliã. Et si. v. g. ẽm primã naturam uocaretur Chr̃s, & ẽm secundam uocareẽ Ioannes, mortuo Chr̃o, nõ posset dici mortuus Ioãnes: sed bñ dicereẽ mortuus Deus, & Dei filius, & similiter uiuo Ioanne tñ, non uerè diceretur viuus Christus, sed uiuus Deus, & Dei filius, & sic de similibus.

Ferr. 4. cont c. 39.
Medina ar. 8.

SVPER Q. III. ART. VIII.

26 Inf. q. 39. ar. 8. ad 3. & 3. d. 1. q. 2. a. 2. & 4. cõt. c. 39. 8a. & 42.

COncl. Conuenientissimũ fuit personam filii incarnari.

¶ Prob. primò, quia filius habet conuenientiam ad totã creaturã, specialrq; ad naturam humanam (ut patet in tex): & ea, quæ sunt similia cõuenienter uniũtur. Secũdò, quia finis vnionis est impletio pdestinationis filiorum adoptiuorum (ut ex Ro. 8.)

ARTICVLVS VIII.

Vtrum fuerit magis conueniens, q persona filii assumeret humanam naturam, quam alia persona diuina.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit magis conueniẽs filium Dei incarnari, quam Patrem, vel Spiritumsanctũ. Per mysterium enim incarnationis, hoies ad uerã Dei cognitionẽ sunt perducti, ẽm illud Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdũ, vt testimon. perhib. ueritati: sed ex hoc, q persona filii Dei est incar-

Ro.8.) Et fili⁹ naturalis hēt quādā congruētiā ad filios adoptiuos (ut ex Ro.8.) Tertio, quia homo peccauerat ꝑ appetitū inordinatū scientiæ (vt patet Gen.3.): Et vera sapientia, quæ est filius Dei, congruentiā quandā habet ad ordinandū appetitum sciētiæ (vt patet).

1ᵐ de minori.

Ex hoc, ꝙ persona filii Dei est incarnata, multi impediti fuerūt a vera Dei cognitione. R. Negatur §. Nō.n. tale impedimētum ꝓcessit ex hoc; sed ex malitia humana, quæ tāta est; vt nihil sit, quo nō possit abuti, &c. vt in tex.

2ᵐ de minori.

Patri. R. Creāti ꝑ verbum. §. Tunc nihil, &c. Nam recreatio ꝑ uerbū fieri debuit a &c. vt in tex. Ex quo dic; ꝙ argumēt. ꝓcedebat; ac si pr sine verbo creasset: ideo decipiebatur.

3ᵐ de minori.

Spūisancto. R. Tanquā dono Dei. §. Tunc, &c. Nam ideo conuenientius fuit ad &c. vt ī tex. Ex quo dic; ꝙ argumētum sic glossatū est cōtra semetipsum.

¶ Not. Hic & alibi in simulib. argumētis uidere est incōstātiā hæreticorū, quorū ꝑsonā per argumēta hmōi depingit S. Doctor: sicut & ī rñsionib. uidere est cōstātiā catholicorū. Argumēta.n. ad oēm vētū mouenť, mō ꝓ pře magis, q̄ pro Spūsancto; mō pro spūsancto magis, q̄ pro pře. verū rñsiones semꝑ, quicqd in cōtrariū dicať, stāt firmiter adhęrētes cōclusioni ueritatis iā ī corp. determinatę: & ad hāc petrā ueritatis allidūt paruulos suos.i. suggestiones sibi in contrariū ab argumentis inimicorū oblatas. Psalm. 136.

nata, multi impediti fuerunt à vera Dei cognitione, ea quæ dicuntur de filio ſm humanam naturam referentes ad ipsam filii personam: sicut Arrius, qui posuit inæqualitatem personarum propter hoc, quòd dicitur Io. 14. Pater maior me est, qui quidē error non prouenisset, si persona Patris incarnata fuisset: nullus enim æstimasset patrem filio minorem. Magis ergo videtur fuisse conueniens, quòd persona patris incarnaretur, quàm persona filii.

¶ 2 Præt. Incarnationis effectus videtur esse recreatio quædam humanæ naturæ, ſm illud Gal. vlt. in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, nec ꝑputiū, sed noua creatura: sed potentia creandi appropriatur Patri. ergo magis decuisset patrem incarnari, quam filium.

¶ 3 Præt. Incarnatio ordinať ad remissioné peccatorū, ſm illud Mat. 1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse.n. saluū faciet populū suum a peccatis eorū. Remissio aūt peccatorū attribuiť Spūisancto, ſm illud Ioan. 20. Accipite Spūmsanctum, quorum remis. pec. re. eis. ergo magis congruebat personam Spiritussancti incarnari, quam personam filii.

Sed contra est, ꝙ Dam. dicit in 3. lib.* in mysterio incarnationis manifestata est sapientia, & uirtus Dei: sapiētia quidē, quia inuenit difficillimi solutionem pretii, q̃ decentissimā: uirtus aūt, quia uictum fecit rursus victorem: sed uirtus, & sapiētia appropriant̄ filio, secūdū illud 1. Cor. 1. Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam ergo conueniens fuit personam filii incarnari.

Resp. Dicendū, ꝙ conuenientissimū fuit, ꝑsonam filii incarnari: primo quidē, ex parte vnionis. Conueniēter.n. ea q̄ sunt similia, vniuntur: ipsius aūt personæ filii, qui est uerbū Dei, attēdiť uno quidē modo cōis cōueniētia ad totā creaturā: quia uerbū artificis .i. cōceptus eius est similitudo exēplaris eorū, q̄ ab artifice fiunt. Vñ uerbū Dei, ꝙ est æternus cōceptus eius, est similitudo exēplaris totius creaturæ: & iō sicut ꝑ participationē huius similitudinis creaturæ sunt in propriis specieb. institutæ, sed mobiliter, ita ꝑ unionē uerbi ad creaturā, nō participatam, sed personalē, conueniens fuit reparari creaturā in ordine ad æternā, & immobilē perfectionē. Nā, & artifex ꝑ formā artis conceptā, qua artificiatū condidit, ipsum si collapsū fuerit, restaurat. Alio modo, hēt conueniētiā spāliter cum humana natura, ex eo ꝙ uerbū est conceptus æternæ sapientiæ, a qua oīs sapientia hoīum deriuať. Et iō per hoc hō in sapiētia ꝑficitur, q̄ est propria eius perfectio, prout est rōnalis, ꝙ participat uerbum Dei: sicut discipulus instruiť ꝑ hoc, ꝙ recipit verbū magistri: vnde Eccl. 1. dř, Fōs sapientiæ uerbū Dei in excelsis: & iō ad consummatam hoīs perfectionē conueniens fuit ut ipsum verbum Dei humanæ naturę personaliter vniretur. Secundo, pōt accipi rō huius congruentię ex fine vnionis, qui est impletio prædestinationis, eorum, s. qui præordinati sūt ad hæreditatem cœlestem, quæ nō debetur nisi filiis eius, ſm illud Ro. 8. Si filii, & hæredes: & ideo congruum fuit, ut per eum, qui est filius naturalis, hoīes participarent similitudinem huius filiationis ſm adoptionem, sicut Apost. ibidem dicit: Quos præsciuit, & ꝑdest. cōfor. fieri ima. fi. sui. Tertiò, pōt accipi ratiō huius congruentię ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remediū adhibetur. Peccauerat.n. primus homo, appetendo scientiam, ut patet ex uerbis serpentis promittentis hoī scientiam boni, & mali. Vnde conueniens fuit, vt per uerbum uerę sapientię homo reduceretur in Deum, qui per inordinatum appetitum scientię recesserat a Deo.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ nihil est, quo humana malitia nō possit abuti, quando etiam ipsa Dei bonitate abutitur, secūdum illud Rom. 2. An diuitias bonitatis eius cōtemnis? Vnde etiam si persona patris fuisset incarnata, potuisset ex hoc homo alicuius erroris occasionem sumere, quasi filius sufficere non potuisset ad humanam naturam reparandam.

Ad secundum dicendum, ꝙ prima rerum creatio facta est a potentia Dei patris per verbum. Vnde, & recreatio per verbum fieri debuit a potentia Dei patris, ut recreatio creationi responderet, secundum illud 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.

Ad tertium dicendum, ꝙ Spiritusancto propriū est, quòd sit donum Patris, & Filii. Remissio autem peccatorum fit per Spiritumsanctum, tanquam per donū Dei: & ideo conuenientius fuit ad iustificationem hominum, ꝙ incarnaretur Filius, cuius Spiritussanctus est donum.

per rationem ostēdas, merito esse a scripturis insinuatū: ꝙ cōuenientissimum fuit, filiū Dei incarnari. Vt ꝑ hoc, ꝙ dř 1. Cor. 1. Chřm, &c. vt cū discursu ex Damasceno applicať in arg. contr. Itē per dictum Hier. 18. Dissipatū est vas; quod ipse figulus faciebat ē luto manib. suis. Cōuersusq; fecit illud vas alterū; sicut placuerat in oculis eius, ut faceret. Et factū est verbū Dñi ad me dicens. Nunquid, sicut figulus iste, nō potero uobis facere: ait dñs? Ecce sicut lutū in manu figoli; sic uos in manu mea. Ac si aperte in proposito dicať. Vas primò factum dissipatū est: quia hō in creatione ex luto formatus semetipsū peccādo male ꝑdidit: uas illud figulus postea fecit alterū sicut placuerat ī oculis eius, vt faceret, i. eadē arte, qua fecerat primò; quia hō in recreatiōe ad statū nouū ex culpa reuocādus erat eodē verbo a Deo, quo prius cōditus fuerat. Itē insinuať, & quidē a fortiori, per illud, Sap. 11. Oīa in pondere, numero, & mēsura, disposuisti Dñe. Tuum erit applicare; qm̄ facile est. Pro quo & uide. 1. 2. q. 68. ar. 4. appen. & 2. 2. q. 140. ar. 1. appen. Secundo uides: quō ex ijs bñ pensatis & applicatis doctrina pſens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo; quomodo per

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus octauus artic. clarus est.

¶ In corpore una est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Conueniētissimū fuit ꝑsonā filij incarnari. Probať tripliciter. Primò, ex parte vnionis. Similia conuenienter vniuntur: persona filii, & humana natura, tam secundum communē creaturæ rationem, quam secundū propriam rationem sunt similes. ergo. Minor quo ad primam partem, & probatur simpliciter, quia uerbum Dei est exēplaris similitudo omnis creaturæ: quia verbū artificis est exemplaris similitudo eorū quæ fiunt ab artifice: & probatur, applicando ad deducendā inconuenientiam incarnationis primo in communi, quia artifex per conceptā formā, qua condidit restaurat collapsum. Secundo in speciali ex trib. inuentis in dependētia creaturarū a verbo. Primum est participatio similitudinis exemplaris. Secūdum cōstituti in proprijs naturis. Tertiū, modus ꝙ mobiliter cōstant. Quibus conueniēter adiunguntur tria pfectiora. s. sup participationem vnio non participatiua, sed personalis, super constitutionem in proprijs reparatio in diuinis, scilicet gratia, gloria, & vita cœlestis, super mobilitatem æterne, & immutabiliter vitam, fœlicitatemque habere: quo ad secundam vero partem pro-

batur similiter primo similitudo simpliciter quo ad duo se habentia, ut causa, & effectus, primo quia verbum est conceptus aeternae sapientiae, & omnis sapientia hominum ab aeterna sapientia deriuatur. Secundo, ex hoc, quia propria perfectio hominis, ut rationalis, quae est sapientia, consistit in participando verbum Dei. Quod probatur exemplo, sicut perfectio discipuli participando verbum magistri, & auctoritate. Fons sapientiae, &c. Probatur deinde applicando, quod supra participationem diuini verbi, in qua propria perfectio hominis secundum mentem consistit, conuenientissime apponitur, ut ipsum verbum Dei personaliter uniatur naturae humanae, ut cōsummata sit hominis perfectio, ut s. quae inchoatur in participatione ipsius verbi humana perfectio consumetur, non in participatione, sed in personali adeptione ipsius verbi. Reliquae rationes clare patent in litera.

QVAESTIO IIII.

De modo vnionis ex parte naturae humanae assumptae in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnione ex parte assumpti. Circa quod primo considerandum occurrit de his, quae sunt a verbo assumpta. Secundo, de coassumptis, quae sunt perfectiones, & defectus. Assumpsit autem Dei filius humanam naturam, & partes eius.

Vnde circa primum triplex consideratio occurrit. Prima est, quantum ad ipsam naturam humanam. Secunda est, quantum ad partes ipsius. Tertia quantum ad ordinem assumptionis.

CIRCA primum quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum humana natura fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quam aliqua alia natura.

¶ Secundo, Vtrum assumpserit personam.

¶ Tertio, Vtrum assumpserit hominem.

¶ Quarto, Vtrum fuisset conueniens quòd assumpsisset naturam humanam a singularibus separatam.

¶ Quinto, Vtrum fuisset conueniens, quod assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.

¶ Sexto, Vtrum fuerit conueniens, quod assumeret humanam naturam in aliquo homine ex stirpe Adae progenito.

ARTICVLVS I.

Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quàm aliqua alia natura.

27 3.d.2.q6. a.1.1. & 4. cōt. c. 55. a.3. & 5. *In epis.3. nō multū ante med. 10.2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd humana natura non fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quàm quaelibet alia natura. Dicit enim August. in Epist. * ad Volusianum, in rebus mirabiliter factis tota ratio facti, est potentia facientis: sed potentia Dei facientis incarnationem, quę est opus maximè mirabile, non limitatur ad vnam naturam, cum potentia Dei sit infinita. ergo natura humana non est magis assumptibilis Deo, quā aliqua alia creatura.

*q. pc.a.8.

¶ 2 Praet. Similitudo est ratio faciens ad congruitatem incarnationis diuinae personae, vt sup dictum est: * sed sicut in creatura rationali inuenitur similitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur similitudo uestigii. ergo creatura irrationalis assumptibilis fuit, sicut humana natura.

*Ho.34.in Euang. ante medium.

¶ 3 Praet. In natura angelica inuenitur expressior Dei similitudo, quam in natura humana, sicut Greg. dicit in hom. * de centum ouibus, introducens illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis: inuenitur etiam in angelo peccatū, sicut in homine, secundum illud Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem. ergo natura angelica fuit ita assumptibilis, sicut natura hominis.

¶ 4 Praet. Cum Deo competat summa perfectio, tanto magis est Deo aliquid simile, quanto est magis perfectum: sed totum uniuersum est magis perfectum, quàm partes eius, inter quas est humana natura. ergo totum vniuersum est magis assumptibile, quam humana natura.

SED CONTRA est, quòd dicitur Prouerb. 8. ex ore sapientiae genitae, Deliciae meae esse cum filiis hominum. Et ita videtur esse quaedam congruentia vnionis filii Dei ad humanam naturam.

RESP. Dicendū, quod aliquid assumptibile dr, quasi aptū assumi a diuina psona. Quae quidē aptitudo nō pōt itelligi fm potentiam passiuā naturalē: quae non se extendit ad id, qd transcendit ordinē naturalē, quem transcendit unio personalis creaturae ad Deum. Vnde relinquitur, quod assumptibile aliquid dicatur, secundum congruentiam ad vnione praedictam. Quae quidem congruentia attenditur secundū duo in humana natura, s. secūdum eius dignitatem, & necessitatem. Secundū dignitatē quidem, quia humana natura, inquantum est rationalis, & intellectualis, nata est cotingere aliqualiter ipsum verbum per suā operationem, cognoscendo, s. & amando ipsum. Secundū necessitatē autē, quia indigebat reparatione, cum subiaceret originali peccato. Haec autem duo soli humanae naturae cōueniūt: nā creaturae irrationali deest cōgruitas dignitatis, naturae aūt angelicae deest congruitas praedictae necessitatis. vnde relinquitur, quod sola natura humana sit assumptibilis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod creaturae denominantur aliquales, ex eo quod competit eis fm proprias causas: non autem ex eo, quod conuenit eis fm causas primas, & vniuersales: sicut dicimus aliquem morbum incurabilē, non quia non potest curari a Deo, sed quia per ppria principia subiecti curari non potest. Sic ergo dicitur aliqua creatura non esse assumptibilis, non ad subtrahendū aliquid potentiae diuinae, sed ad ońdum cōdōnē creaturae, quae ad hoc aptitudinē non habet.

AD SECVNDVM dicēdū, quod similitudo imaginis attēditur in natura humana fm quod est capax Dei, s. ipsum attingēdo propria operōne cognitionis, & amoris. Similitudo autē vestigii attēdit solū fm repsēt ationē aliquā, ex impressione diuina in creatura existentē: non aūt ex eo, quod creatura irrationalis, in qua est sola talis similitudo, possit Deū attingere per solā suā operationē. Quod āt deficit a minori, non hēt cōgruitatē ad id, qd est maius: sicut corp', qd nō est aptū pfici aīa sensitiua, multo minus est aptū perfici anima intellectiua. Multo aūt maior, & pfectior est vnio ad Deū fm esse psonale, q̃ quae est fm operōnē: & ideo creatura irrōnalis, quae deficit ab vnione ad Deū per operationē, non habet congruitatē, ut uniat' ei fm esse personale.

AD TERTIVM dicēdū, quod quidā dnt angelū nō esse assūptibilē, quia a pricipio suę creationis est in sua psonalitate pfectus, cū nō subiaceat gñationi, & corruptioni, vñ nō posset in unitatē diuinae psonae assumi, nisi eius psonalitas destrueret', quod neq; cōuenit incorruptibilitati naturae eius, neq; bonitati asumētis, ad quā non pertinet, quod aliquid pfectiōis in creatura assumpta corrūpat: sed hoc nō vr̃ excludere totaliter cōgruitatē assumptionis angelicae naturę: pōt.n. Deus producendo nouā angelicā naturā, copulare eā sibi in unitate personę, & sic nihil pexistēs ibi corrumperet': sed sicut D.148.

Ferr.4 cont.c.55.ar.3
Cap.3.d.1.q.1.ad 1.et 3.
Med.no ar.1.
Alb Mag.3.d.2 ar.5.

SVPER Q. IIII. ART. I.

CONCL. Sola natura humana est assumptibilis.

¶ PROB. Quia inter omnes naturas sola humana habet ad assumptibilitatem congruentiam & dignitatis, & reparabilis necessitatis.

1m de conclusione. Non est magis assumptibilis. R. Ex parte potentiae diuinae. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli assumptibilitatē, idest quòd aliquid sit assumptibile, considerat in alio sensu, scilicet ex parte conditionis naturae creatae. Et merito quidem. Nam creaturae denominantur aliquales, &caet. vt in textu.

2m maior. Similitudo est ratio faciens ad cōgruitatem incarnationis diuinae personae. R. Si sit similitudo; qua potest quis propria operatione cōiūgi Deo. §. Tunc nihil, &c. vt patet in textu.

3m de antecedente. Peccatum. R. Irremediabile, §. Tūc nihil, &c. Nam

Nam peccatum hominis erat remediabile. Vide 1.quaest.64.art.2. cum Elucid.

4m de minori. Totum vniuersum est magis perfectum. 8. Perfectioe positionis & ordinis. 5. Tūc nihil, &c. Nam conclusionis articuli non attingit intentum, oporteret enim quod perfectio vniuersi esset perfectio vnius personae, cuius omnes partes sūt assumptibiles: non quia persona assumatur; sed quia omnes partes naturae, cuius esse potest illa persona, debent esse assumptibiles. Cum igit vniuersi perfectio sit alterius generis a perfectione ad assumptibilitatem requisita, de qua intendit praemissa conclusio; restat, ut argumentum, tanquam ex quatuor terminis existens, reprobandum sit.

*In cor. ar.

D. 151.

*p.p.q.64. ar.2.

dictum est, * deest congruitas ex parte necessitatis: quia etsi natura angelica in aliquibus peccato subiacet, est tamen eius peccatum irremediabile, vt in 1.parte habitum est.

AD QVARTVM dicēdum, quòd perfectio vniuersi, non est perfectio vnius personae, vel suppositi: sed ei*, quod est unum positione, vel ordine, cuius plurimae partes, non sunt assumptibiles, ut dictum est.* Vnde relinquitur, quòd solum natura humana sit assumptibilis.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum; ꝙ natura humana magis, idest valde est inter omnes naturas assumptibilis a filio Dei. Vt ꝑ hoc, ꝙ dr̃ Prouerb. 8. sm ꝙ cum applicatione ponitur in argum. contr. Item per hoc: quòd dicitur Genes. 2. Adae verò non inueniebatur adiutor similis eius. Immisitque Dominus, &c. Aedificauit eam in mulierem, &c. Relinquet homo, &c. Apostolus enim applicat dictum hoc Genesis ad incarnationem Christi dicēs Ephes. 5. Quamobrem relinquet, &c. adhęrebit vxori suae, &c. Sacramētum hoc magnum est. Ego autē dico in Christo, & in Ecclesia. Ex eo igitur, quod in sacramento matrimonij. Adae non inueniebatur inter alia animantia adiutor similis ei, figurabatur: quòd in magno sacramento coniūctionis duarum naturarum, scilicet diuinitatis & humanitatis in una persona nouissimi Adae, idest Christi, non erat inuenienda natura aliqua ad propositum, assumptibilis ab ipso ad adiutorium regenerandi homines per mortem ipsius, nisi humana. Quòd uero in figuris ad cōcludendum aliqua de figuratis liceat Theologo ꝓcedere exemplo suo sub persona Moysi & Aaron nos docuit Cōcilium Hispalense 2. quod recitatur in uersatibus auren sub legem veterem, Leuit. 8 concl. 2. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina praesens Angelica vicissim declaretur, utque confirmetur. 2

*In cor. ar.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus art. 1. q. 4. in corporis principio declaratur ꝙ intelligitur de assumptibili non secundum potentiam passiuam naturalem, & in responsione ad primum, nec sm potentiam obedientiae ad omnipotentiam Dei: sed secundum potentiā congruitatis ad unionem personalem. Et ratio omnium in locis suis patebit.

¶ In corpore articuli est unica conclusio. Sola natura humana est assumptibilis. Probatur. Haec duo, s. congruentia dignitatis, & necessitatis, soli naturae humanae conueniūt. ergo sola natura humana est assumptibilis. Antecedens quo ad exponentem affirmatiuā probatur, quo ad dignitatem quidem: quia natura humana nata est attingere per propriam operationem, cognoscendo & amando verbum Dei, quoad necessitatem uero, quia subiacēs peccato originali indigebat reparatione. Quo ad exponentem autē negatiuam, probatur: quia creaturae irrationali deest dignitas: naturae aūt angelicae deest congruitas necessitatis. Consequentia ꝓbatur, quia assumptibile dicit aptum natum assumi a diuina persona non per potentiam passiuam naturalem. ergo per potentiam congruitatis ad unionem personalem diuinam. Hoc vltimo assūptum probatur: quia potentia passiua naturalis non se intendit ad id, quod transcendit ordinem naturalem.

¶ Circa haec, duae dubitationes sunt, quae ex dictis literae in rñsionibus argumentorū, soluuntur. Primum dubium est, circa consequentiam illā assumptibile non attenditur sm potentiam passiuam naturalem, ergo secundū congruentiam cum possit rñderi, consequentia non ualet: qm pōt attendi sm potentiā obedientiae.

¶ Ad hoc ex responsione ad primū in litera rñdetur, ꝙ creaturae denominantur aliquales ex eo, ꝙ cōuenit eis sm propria, & nō ex eo ꝙ conuenit eis sm primas, & vniuersales causas, potētia autē obedientiae cōuenit creaturae in ordine ad primam causam, vt patet: potentia aūt congruitatis attenditur sm propria ipsius creaturae & ideo creaturae denominantur aliquales, hoc est assumptibiles sm congruitatē, non sm obedientiam. Sed haec rñsio non vr̃ solida, tum quia ēt sm auctorem humana natura dr̃ assumptibilis per potentiam obedientiae, tum quia assumptibilis est denominatio conueniens creaturae solum ex ordine ad Deum cām vniuersalissimam, cū iam dictum sit propriū esse diuinae personae subsistere in plurib. naturis, tum quia creaturae denominantur aliquales ex eo, ꝙ conuenit illis sm cās primas, & vles, dr̃ enim creaturae, & conseruatae, ac conseruabiles ex prima causa, dicitur etiam natura reparata ex prima, & vniuersalissima causa Deo, &c.

¶ Ad haec dr̃, ꝙ propositio in responsione ad primum allata, s. creaturae denominantur aliquales ex eo, ꝙ conuenit eis secundū proprias causas, non autem ex eo, ꝙ conuenit eis secundum primas, & vles causas, intelligenda est cum grano salis, s. quando oppositae denominationes conueniunt illis sm proprias, & sm primas causas. Et hanc glossam manifestat Auctor esse suae intentionis in subiuncto exemplo de morbo, qui sm propria dr̃ incurabilis quāuis sm Deum oppositam denominationem habeat, & dicar curabilis. Ita ꝙ intendit Auctor, ꝙ qñ denominatio aliqua sic se habet ad creaturas, ꝙ sm propria affirmatiue, & sm primam causam negatiuē, aut econtra sm propria negatiuē, & secundū primā cām affirmatiuē sunt denoiandę. tūc creaturae denoiant aliquales simplr̃ sm propria, & nō sm primā cām, sed cū additione, ut patet in exēplo literę, morbus denoiari pōt curabilis, & incurabilis, sm ꝓpria, & sm primā cām curabilis, & iō simplr̃ dr̃ curabilis, uel incurabilis, attēdendo ad propria, sm primā aūt cām, dr̃ cū additione curabilis, ꝑ Dei potentiā. Et sile est in proposito, creaturae simplr̃ dñr assumptibiles, quae cōgruitatē hñt ad unionē ꝑsonalē, & inassumptibiles, q̃ illa carēt: cū quo tñ stat ꝙ oēs naturae dicant assumptibiles cum additione, scilicet per Dei potentiam.

¶ Ad primā ergo obiectionē dr̃, ꝙ potētia obedientiae, quia rñdet oīpotentiae diuinae, claudit in proposito sub denoīatione ex oīpotentia Dei: eiusdē. n. rōnis est, ꝙ denoietur natura assumptibilis ex potētia Dei, & ex potētia obedientiae, qua creatura subdit Dei potentiae absolute: & ideo praetermissa est in hoc processu, sicut, & potentia Dei.

¶ Ad sm dr̃, ꝙ licet assumptibile dicat solūmodo in ordine ad Deū, attendi tñ pōt ēt ex parte cōgruentiae naturae sm illius propria, & ex parte omnipotentiae Dei, & secūdum hoc opposito modo natura aliqua est denominabilis: & ideo secundum propria dicitur congrue assumptibilis, uel inassumptibilis.

¶ Ad tertiā concedit, ꝙ creaturae denominant simpliciter aliquales ex Dei potentia, quando ex proprijs nō sunt opposito modo in dominabiles. Nec oppositū habetur ex litera sane intellecta.

¶ Dubium secundum est, qūo uerū est, ꝙ in angelis deficiat necessitas reparationis, cū angelica natura adhuc reparatōne indigeat.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ nō intēdit Auctor excludere ab angelica natura indigentiā, seu necessitatē reparationis, sed cōgruentiā necessitatis, ita ꝙ licet in angelica natura sit maior indigentia, quia irreparabilis est illius lapsus: quia tñ necessitas illa non habet congruitatē ad reparationē, quia est necessitas non uiae, sed termini, iō notāter dr̃, quod deest angelicae naturae cōgruitas ex parte necessitatis, tam in corpore articuli, quam in responsione ad tertium.

¶ Nota in dictis huius art. illā propositionē de potentia passiua naturali, ꝙ nō se extēdit ad id, qd̃ transcēdit naturalē ordinē: qm̃ verissima est, & formalis, & propria, & sm illa iudicāda, q̃ hic atq; illic inueniuntur dicta. Secundū quā patet, ꝙ potētia nālis intellect⁹ nostri non se extēdit ad uisionem Dei, &c. Vnde, & hic dr̃ de natura humana quatenus intellectualis, ꝙ nata est aliqualiter contingere per operationem verbum Dei.

¶ In rñsione ad primū eiusdē primi art. notādū est, ꝙ hic apparet Auctorē nō cōtradicere suis dictis in 3. Sēt. d. 2. q. 1. ar. 1. nec retractare illa, sed altius, ac Theologo dign⁹ locutus est de assūptibili, sniam eādē seruās, & sermonē quasi cohibēs. Vñ, & ꝑtrāseūdo, in hac rñsione ꝑtermittit discussionē cōsequentiū, ad effectū diuinae oīpotētiae, si assumeret angelū, aut lapidē, Vñ, & nos Auctoris uestigia sectātes, qōnē illā, an Deus possit assumere lapidis naturā, tanq̃ cōtterra ceeptam, & sufficienter discussam, & quasi offensiuā piarum aurium, in illius discussione relinquendam duximus. Vide haec si vis, in Auctore in loco allegato, & in Capreolo ibidem.

¶ In rñsione ad sm dubiū occurrit circa illud, Multo aūt maior & perfectior est vnio ad Deū sm esse ꝑsonale, q̃ q̃ est sm operationem, qm̃ non caret scrupulo propositio ista, & multi glossant, aut negant eam. Est aūt rō scrupuli: quia seorsum ista sumpta, vnio ꝑsonalis cōis est rōnalib. & irrōnalib. vnio sm operationem, propria est rōnalib. Et rursus vnio ꝑsonalis cōuenit rōnalib. sm id, in quo cōicant cū oīb. substātiis: qa cōuenit eis, inquātū sunt naturae potētes subsistere, vnio aūt sm operationē ꝑfectę fęlicitatis conuenit eis; in quantū sunt consortes diuinae naturae ꝑ adoptionē. Maior ergo, & perfectior est vnio secundum operationem fruitionis beatae, quam

secundum

secundum esse personale, & propterea ista ppositio negatur, seorsum acceptis extremis. Et cõfirmatur, quia maius est assumere lapidem in filium Dei adoptiuum, quam ad unionẽ personalem: quoniam illud implicat contradictionem, hoc non: glosatur autẽ, quod vera est in natura capaci utriusq; vnionis. Et aliqui de veritate illius etiam sic intellectæ dubitant: quia melius est concipere Deum mente, quàm carne, ut dicitur in lib. de sancta virginitate, & de Beata Virgine dicitur, quod beatior fuit concipiendo fidem Christi, quam carnem Christi.

¶In oppositum autem est literæ auctoritas ex Aug. super illud, Verbum caro factum est.

¶Ad hãc qõnẽ dicendũ est: ꝙ proculdubio maius, nobilius, excellentius, perfectiusq; est vniri Deo in persona, q̃ per gratiam, & gloriam consummatã. Et rõ habita est in vlt. art. præcedentis, q. quia s. vnio personalis non est unio participatiua, sed per substãtiã Dei, conferens non similitudinẽ, aut participationẽ Dei, sed ipsũ esse personale Dei, ita ut persona Dei fiat personæ naturæ assumptæ. Vnio autem per fruitionẽ vnio participatiua Dei est, cõferẽs non esse Dei, sed similitudinem: & adoptionẽ filialẽ. Est igit̃ vnio personalis maior: quia confert maius, s. esse Deũ non participatiue, sed personaliter: quanto namque maius est esse Deũ personaliter, quam participatiuè, tanto maior est vnio personalis, quã participatiua. Est, & perfectior, quia confert perfectius, s. esse Deũ sm substantiam: hoc est hypostasim, non sm accidentia, ut sunt operationes, quibus fruimur Deo: quãto. n. perfectius est esse Deũ personaliter, q̃ accidentaliter, tanto perfectior est unio personalis, q̃ per operationem. Et ideo simpliciter, & absoluto cum Aug. & Auctore fateamur, longe maius esse uniri Deo in persona, quam per gratiam & gloriam.

¶Ad primã aũt, & secundã obiectionẽ dr̃, ꝙ dato ꝙ maius sit illud, ꝙ natũ est ex parte entium creatorũ conuenire intellectualib. solum; & similiter intellectualib. vt intellectualia sunt, quàm communia, longe tamen maius est, quod ex parte Dei potest cõferri naturis substantialibus vt communicant in natura substantiali, quàm id, quod est eis donabile secundum earum operationes: quoniam potest naturis conferri esse Dei personale in seipso, vt sit esse personale earum, quod non conferri potest per operationes. Rationes enim istæ non inferunt, quod unio per operationem sit maior aut nobilior: sed bene inferunt, quod plus nobilitatis, & perfectionis ex parte creaturæ exigitur ad unionem per operationem: quia exigitur, & natura, & operatio intellectualis, & gratia seu gloria, quæ non exiguntur ad naturam, vt unibilem personaliter: sed cum hoc stat: quod ex parte accepti doni longe maior, & perfectior sit unio personalis, qua non Deus participatiue, sed in propria ipsius persona habetur a natura unita.

¶Ad confirmationem dicitur, ꝙ falsum assumitur, & ad probationem respondetur, ꝙ falsissimum est, ꝙ implicans contradictoria sit maius: quoniam implicans contradictoria non est aliquid, non est ens, nec non ens, sed ens, & non ens simul. Secundũ huiusmodi enim argumenta, maius esset albedinem esse nigredinẽ, quam esse Deum: quia illud implicat, hoc non.

¶Ad rationem dubij multorum, quia melius est concipere fidem, &c. respondetur negando consequentiam: quoniam non est eadem vtrobique ratio: quoniam in conceptione carnali Dei nõ fit vt concipiens sit Deus, sicut fit in unione personali, ut homo sit Deus, & propterea non arguitur a simili, sed a longe alieno. Maximum ergo bonum, quod Christus habet est, quod suum ego est verus Deus, & super, ac post hoc habet, quòd sit creata fruitione Dei beatus.

¶In responsione ad tertium eiusdem art. nota pro sequentis artic. q. quod hic habetur, ꝙ si angelus iam creatus assumeretur, psonalitas eius corrumperetur, ac per hoc aliquid perfectionis in creatura assumpta corrumperetur. Ex hoc enim insinuatur, ꝙ personalitas angeli aliquid perfectionis addit supra naturam angeli, qđ etiam innuitur de omni supposito, & persona sentiendum, dum in responsione ad quartum dicitur, Perfectio vniuersi non est perfectio unius personæ, vel suppositi.

Capr 3. d. 5 q 3. con. 2.
Palud 3 d. 5 q. 2.
Medina a 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum filius Dei assumpserit personam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ filius Dei assumpserit personam. Dicit enim Dam.* in 3. lib. ꝙ filius Dei assumpsit humanam naturam in atomo, i. in indiuiduo: sed indiuiduum rationalis naturæ est persona, vt patet per Boe. in lib. †de dua. natu. ergo filius Dei, personam assumpsit.

¶2 Præt. Damasc *dicit, quod filius Dei assumpsit ea, quæ in natura nostra plantauit. Plantauit autem ibi personalitatem. ergo filius Dei assumpsit personam.

¶3 Præt. Nihil consumatur, nisi ꝙ est: sed Innocent. III. dicit in quadã Decret. ꝙ persona Dei cõsumpsit psonam hoĩs. ergo uidetur, ꝙ persona hominis fuerit prius assumpta.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in lib. * de fide ad Pet. quod Deus naturam hominis assumpsit, non personam.

RESP. Dicendum; quod aliquid dicitur assumi ex eo, quòd ad aliquid sumitur. Vnde illud, quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni, sicut illud, quod mouetur localiter, præintelligitur ipsi motui. Persona autem non præintelligitur in humana natura assumptioni, sed magis se habet, ut terminus assumptionis, vt supra dictũ est. * Si enim præintelligeretur, vel oporteret, ꝙ corrumperetur, & sic frustra esset assumpta, uel quòd remaneret post vnionem, & sic essent duæ personæ, vna assumens, & alia assumpta, qđ est erroneum, vt supra ostẽsum est. * Vnde relinquitur, quòd nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod naturam humanam assumpsit filius Dei in atomo, idest, in indiuiduo, quod non est aliud a supposito increato, quod est persona filii Dei. Vnde non sequitur, quod persona sit assumpta.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem alicuius, quod est supra humanam naturam, quod est unio ad diuinam personam.

AD TERTIVM dicendum, quòd consumptio ibi non importat destructionẽ alicuius, quod prius fuerat, sed impeditione eius, quod aliter esse posset. Si enim humana natura non esset assumpta a diuina psona, natura humana propriam psonalitatem haberet, & pro tanto dicitur persona consumpsisse personam, licet impropriè: quia persona diuina sua unione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet.

AR-

SVPER Q. IIII. ART. II.

28 Locus art. seq. notatus.

CONCL. Nullo modo filius Dei assũpsit persona humanã.

¶PROB. Quia persona humana non præintelligitur assumptioni (alioquin vel corrumperetur assumpta, vel inde sequeretur hæresis): & illud, quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni (vt patet ab exemplo de mobili localiter.)

* li. 3. Ort. fid. c. 11.

† Io 3. pag a prin. lib

* lib. 3. c. 6. circa med.

1m ex Damasceno. In atomo. B. Diuino. §. Tunc nihil, &c. Non articuli conclusio incẽdit; quod filius non assumpsit naturam humanam in atomo humano creato: & hoc nõ negat Damascenus. Verum vt apertius loquamur, vide dicere: quod vnio assumptæ naturæ non est facta ad assumẽtem in natura diuina, sed in persona diuina. Id quod non contradicet doctrinę huic, ut de se patet) sed concors est dictis. q. 2. ar. 1. 2.

* ca. 2. to. 3

2m ex Damasc. Assumpsit ea, quæ in natura nostra plãtauit. B. Si tamen ibi erant tempore assumptionis. §. Tunc nihil, &c. Licet enim Deus plãtauerit personã in natura, quæ habet personã creatam, vt in nobis (non enim aliũde, nisi a Deo, habemus personam): tamen in natura humana, quã ipse assumpsit, nondum plãtauerat actualiter personã, sed solum aptitudinaliter; inquantum s. in natura illa humana erat naturalis aptitudo ad producendum propriã personalitatem, quam & actu produxisset, nisi a digniori persona, i. a verbo diuino pҁuenta fuisset. Naturæ siquidem assumptæ nõ deest, &c. vt in tex. Persona igit̃ creata non erat ibi tẽpore assumptionis: & hæc est etiam una ratio, quare non sit assumpta, quia scilicet tũc ibi non aderat.

* q. prece. ar. 1. & 2.

* q. 2. ar. 6.

3m de maiori. Consumitur. B. Proprie. §. Tunc nihil, &c. Nam consumptio improprie sumit̃ ibi ab Innoc. Vnde nõ importat destructionẽ alicuius, quod, &c. vt in tex. Pro cuius captu scias; ꝙ ex vnione animæ & corporis, constitui solet naturali sequela nouũ suppositũ siue psona. q. 3. ar. 7. ad primũ. Verum in conceptione Christi in eodem instanti, quo anima creata corpori suo vnita est, persona diuina, s. verbum, tanquam quodam ineffabili modo subintrans, præoccupauit personã creatã aliàs mox secuturã; inquãtũ incępit facere officiũ; quod fecisset psona ipsa creata, idest

ta, idest incepit subsistere in natura humana. Et tunc natura illa humana, vt quæ de manu Domini recepisset duplicia, i. pro persona sua creata accepisset admodum, immo infinities, digniorem, non processit ulterius ad creatæ personæ productionem. Vide q. 3. ar. 3. ad primum. Hæc est ergo illa salutaris impeditio, siue impropria consumptio: de qua textus & Papa loquuntur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem tanquam in radice, interimas hæreses Chanzinzariorum dicentium; In Christo duas fuisse personas, unam passam, alteram seorsum stetisse, & passionis spectatricem fuisse. Et hæresim Elcesæorum dicentium; Christum non vnum, sed plures fuisse. Per hoc enim quòd hac efficaci ratione demonstratur; quod Christus non assumpsit personam, commonstratur euidenter quòd ipse duas personas nõ habuit. Quomodo enim duas habuisset: si unam non assumpsisset?

2 Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, illas merito damnari, & consequenter articuli conclusionem cõfirmari, a Concilio Toletano 6. can. 1. Deus perfectus, & homo perfectus; in duabus naturis una persona; ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo geminata persona esset. Hæc ibi. Item a dictis sup. q. 2. ar. 2. 3. Item a Concilio Calcedonensi, per suam definitionem in quinto postea & sexto concilijs generalibus renouatam. His, qui in duos filios dispensationis diuinæ mysterium discerpere nituntur, obsistit, & infra. Consonanter autẽ omnes docemus: vnum eũdemque filium Dominum nostrum Iesum Christum perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate; Deum vere, & hominem vere in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, inseparabiliter agnoscendum; non in duas personas partitum, siue diuisum. Hæc ibi. Item ab eodem sexto concilio. Post incarnationem asserimus duas Christi esse naturas in vna eius radiante subsistentia, in qua tam miracula, quam passiones per omnem sui dispensationem conuersatur non per fantasiam, sed veraciter demonstrauit ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia agnoscendam. Hæc ibi. Quæ & referuntur atque renouantur in Concilio Florent. vt patet in constitut. Eugenij IIII. super vnione Armenorum. Itẽ a Cõcilio Vuormaciensi, in professione fidei Christianæ, dicente Dei filius non personam hominis accepit, sed naturam. Hæc ibi.

Tertio uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus artic. 2. satis clarus est non ad quid nominis personæ humanæ, sed quo ad quid rei, longo tractatu in hoc articulo perscrutandus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito negatiue. Filius Dei nullo modo assumpsit personã humanã. Probatur: illud quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni. persona nõ præintelligitur in humana natura assumptioni. igitur persona nõ assumitur. Maior, & probatur, quia assumi aliquid dr, quia ad aliquid sumitur, & declaratur exemplo, sicut illud, quod mouetur localiter, oportet præintelligi ipsi motui. Minor probatur, ducẽdo ad impossibile, si persona præintelligeretur, oporteret ipsam, uel corrũpi, & sic frustra esset assumpta, uel remanere, & sic essent duæ personæ, quod est erroneum, quia non esset vnio in persona.

¶ In hoc art quod difficillima occurrit, quòd persona, seu hypostasis addat supra naturam singularem. Et hoc tam in substantijs compositis, puta, quid addit Socrates supra suam hanc humanitatem compositam ex hac anima, & hoc corpore: & similiter quid addit Gabriel supra suam naturam singularem. Et est specialiter ex uerbis huius artic. hinc, & inde ratio dubij: quia tã in corpore articuli, etiam in responsione ad tertium, hr, quod addit aliquid positiuũ, dum dicitur, quod personam oporteret corrumpi, si præexisteret assumptioni, quod in præcedenti quoq; articulo de angeli persona dictum est, cum adiunctione, quod aliquid perfectionis corrumperetur. Et rursus dr quod persona diuina sua unione impediuit, ne natura humana propriam personalitatem haberet: si enim nihil adderet, impedimentum nihilo præstitum esset. In oppositũ autem sonat responsio ad secundum, dicens quòd naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem, &c. si enim persona adderet aliquid positiuum supra hanc naturam, oporteret illud deesse naturæ assumptæ. Et sic falsum esset, quod personalitas deest non propter defectum alicuius, quod ad perfectionem spectat: constat enim quòd si personalitas positiuum aliquid addidit, illud ad perfectionem spectaret, cum persona significet perfectissimum quid in genere substantiæ. Simpliciter autẽ, & generaliter ratio dubij magni est tanta diuersitas opinionum, & obscuritas rei. Clauduntur autem in quæstione ista quatuor quæsita, primum est, an persona supra hanc naturã addat in se aliquid, an solum secundum rationem: secundũ, an supposito, quod addat aliquid in se, an illud sit positiuũ, uel negatiuũ: tertium, an illud sit intrinsecũ personæ, an extrinsecũ: & quartũ, quod est illud positiuũ, vel negatiuũ, intrinsecũ, vel cõnotatiuũ. Quæ ad euitandã replicationẽ simpl'r tractabimus. Est igitur prima opinio, quòd suppositũ, & natura hæc in oib. substantijs sunt idẽ re, & differũt solo mõ intelligẽdi, vt quod est, & quo est: ita quòd idẽ est quo, & quod, diuersa rõne. Natura. n. est, vt qua Socrates est hõ, Socrates vero est ipsa sua natura, vt participãs, seu hñs illã ab agẽte. Et huius opi. est Henricus de Gãdauo in quodli. 4. q. 3. Secũda aũt opinio est, quòd suppositũ, & natura sunt idẽ re quo ad intrinseca, sed differũt realr quantũ ad cõnotata, q ostenduntur ex mõ significãdi: cõnotata aũt huiõi sunt illa, quæ simul cũ natura hñr, sine quib. natura non põt esse. v. g. Socrates est ipsa sua humanitas in cõcreto, vt significat hñs reliqua, sine quib. humanitas non hr in rerũ natura. Et huius opin. est Herueus in quolibet. 3. q. 6. Tertia opinio est, quòd suppositum, & natura differunt realr, medio mõ inter extrinsece, & intrinsece: ita quod suppositũ addit supra naturã affectionẽ, qua natura subest accidẽtib. ita quòd Socrates non est sua humanitas: quia Socrates significat humanitatem, vt affectã accidentib. humanitas vero nõ. Ab Herueo, & Ioanne de Neapoli recitaẽ hæc opinio, & improbaẽ. Quarta opinio est, quòd suppositũ differt realr a natura, sicut totum a parte: quia dicit compositũ ex natura, & esse existentiæ: hæc et recitatur ab utroq; dictorum, & improbaẽ. Quinta opinio est, quòd suppositum differt a natura per unũ connotatum extrinsecũ, s. actum essendi: ponit. n. hæc opinio actum essendi non claudi in suppositi ratione, in quo differt a præcedente, & bene dicit in hoc, sed connotari per suppositum: quia esse est proprius actus suppositi, ut quod est, & hæc est opinio Capreoli in 3. Sentent. d. 5. q. 3. Sexta opinio est, quòd persona addit supra naturam hanc aliquid intrinsecum constitutiuum personæ, negatiuum tamen. Et hæc est opinio Scoti in 3. Sent. dist. 1. q. 1. quæ uerbis ipsius utendo, addit duplicem negationem, s. depẽdentiæ actualis a persona diuina, & depẽdẽtiæ aptitudinalis respectu eiusdẽ termini, s. personæ diuinæ, hoc est non depẽdere ei sm aptitudinem a persona diuina ut sic: ita quòd hæc humanitas est persona per hoc, quòd nec apta nata est terminari ad personalitatem diuinam: nec actualiter terminatur per eam. Septima opinio propinqua huic est, quòd persona addit supra naturam hanc solam negationẽ annexam extrinseci positiui, & intrinsecæ unionis ad illud: ita quòd suppositum significat illammet rẽ, quam significat natura: sed significat eam ut habet hanc duplicẽ negationem, s. quod in nullo extrinseco sustinetur. Et huius opinionis est Ioannes de Neapoli in quodlibet. q. 9. Omnium harũ opinionum conuenientium in hoc, quod suppositum nihil positiuum intrinsecum addit supra naturam personabilem singularẽ, fundamentum est: quia illud intrinsecum constat non posse esse accidens, nec substantiam, quæ est forma aut materia, aut compositum ex vtraque. Accedit ad hoc auctoritas Arist. in 7. Metaphy. tractantis hanc quæstionem, & dicentis quod in his, quæ sunt per se, idem est quod quid est, & id cuius est: constat enim substantiam esse de numero eorum, quæ sunt & dicuntur per se. Ponendo autẽ aliquid supra additum negatiuum: vel positiuum, cogit, & modus significandi, & assumptio singularis humanitatis a Christo sine sua personalitate. Præter omnes autem dictas opiniones recitatur alia opinio a Scoto, & Ioãne de Neapoli, si tamẽ vna, & eadem ab vtroq; recitatur, tenens suppositũ addere supra naturã singularem entitatem positiuam intrinsecam supposito, cõstitutiuamque ipsius. Sicut hæc, inquit Scotus, humanitas addit supra humanitatem, uel sicut modus essendi, ut inquit Ioannes de Neapoli addit supra naturam, cuius est, & reducitur entitas ista ad genus substantiæ, sicut esse quale ad genus qualitatis, & punctus ad genus quantitatis: Improbaturq; ab vtroq; opinio ista. Omitto afferre opinionem dicentem suppositum differre a natura, quia Socrates dicit compositum ex materia, & forma, humanitas uero formam: quia non esset ad propositum quæstionis, in qua supponimus filium Dei assumpsisse singularem humanitatem compositam ex hac anima, & hoc corpore (iuxta illud, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens) & tamen non assumpsisse hypostasim humanam.

¶ Examinanda igitur discutiendaque sunt hæc, & secundum doctrinam D. Tho. & simpliciter. Ex doctrina D. Tho. habetur inter naturam, & suppositum in creaturis, talem, tantamque esse differentiam, vt suppositum sit primum subiectum actus essendi in rerum natura, natura non: & similiter, quod suppositum sit subiectum filiationis realis, natura non, ita quòd si natura sine suo supposito poneretur, non esset subiectum actus essendi, nec esset subiectum filiationis. Et primum quidem dicit auctor inferius in q. 17. art. 2. per totum, vbi in responsione ad primum dicit hæc uerba. Esse consequitur naturam, non sicut habentem esse, sed qua aliquid est: personam autem siue hypostasim sicut habentem esse. Secundum autem dicit inferius q. 35. artic. 5. per totum,

totum, vbi in responsione ad primum dicit hæc uerba, Natiuitas temporalis causaret in Christo temporalem filiationem realem, si esset ibi subiectum huiusmodi filiationis capax, &c. ex hoc autem, ꝙ hæc humanitas, & hic homo, sic differunt, quód illa secundum rem neque actus essendi, neq; filiationis realis est capax nisi ratione huius hominis, ut per se primo subiecti utrinsque, oportet dicere, ꝙ aliqua realis differentia sit inter hanc humanitatem, & hunc hominem: ita quod aliquid reale includat hic homo, quod non includit hæc humanitas: qua realitate hic homo habeat quod sit susceptiuum tam actus essendi, quam filiationis realis, cuiusque realitatis defectu hæc humanitas deficiat ab hoc, quod est esse susceptiuũ per se primo actus essendi, & filiationis temporalis. Nam hæc differentia in rerum natura est, & secundum constitutiuum per se primo subiecti filiationis realis siue actus essendi. Et propterea non potest reduci ad differentiam secundum modos intelligendi, aut significandi, nec ad differentiam secuodum extra connotata, quæcumque sint illa, quoniam hæc differentia præuenit omnia extrinseca, & modos intelligendi, & significandi, nec ad differẽtiam penes negationes: quoniam negatio nõ est constitutiua subiecti entitatis realis, quamuis sit concomitans, & circumloquens constitutiuum illud quandoque, quoniam subiectum entitatis realis, vt sic, purum ens reale esse in se sufficit: negatio enim cũ nihil formaliter sit, nõ dat formaliter alicui enti esse capax entitatis realis. Sed si hæc humanitas, & hic homo ita se habent, quod huic humanitati io retũ natura repugnat esse per se primo susceptiuum harum extrinsecarum entitatum realium, scilicet, actus essendi, vel filiationis, & huic homini conuenit, oportet aliquid positiuum reale claudi in hoc homine, quod nõ clauditur in hac humanitate, quo fiat per se primo susceptiuum huius rei, cuius illa non est capax. Hæc ratio uidetur conuincere intellectum bene dispositum stantibus fundamentis: de quibus serò, quod quàmuis Thomistæ aliqui videantur negare fundamentum hoc, quantum ad per se primo subiectum actus essendi, quorum phantasia in quæstio. 17. ostendetur aliena à doctrina auctoris, nullus tamen inficiari potest, fundamentum hoc esse D. Thomæ, quo ad se primo subiectum filiationis realis. Et hoc sufficit efficaciæ huius rationis: quoniam tota uis rationis consistit in hoc, quod constitutiuum rei in hoc quod est esse per se primo susceptiuum entitatis realis, oportet esse realitatem aliquam, sed hic homo in hoc differt ab hac humanitate, quod claudit in se aliquid quo est per se primo susceptiuus alicuius entitatis realis repugnantis huic humanitati. ergo claudit in se realitatem constitutiuam in esse, quo differt ab hac humanitate, sed non differt nisi in esse personali, quo hic homo est hypostasis, siue persona, hæc humanitas non. ergo personalitas huius hominis addit aliquam realitatem intrinsece constitutiuam personæ humanæ, supra hanc humanitatẽ. Hæc ideo non nisi ad manifestandum quid sentiat auctor de differentia inter suppositum, & naturam allata est, apud alios nãq; scio non ualere: quia ponunt in Christo nõ solum plura esse, sed etiam nouam filiationem realem. Et hoc ipsum magis attestatur, quod sententia auctoris est quæ dicta est: quoniam consequẽter loquendo ponentes personam non constitui intrinsece aliquo positiuo. supra hanc naturam, consequẽter ex negatione personalitatis humanę, nihil reale debent auferre ab homine Christo, quod est in alijs: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiusmodi. Et per oppositum tollentes aliquam realitatem a Christo homine, propterea, quia aliqua realitas est personæ, & aliqua naturæ. debent consequenter loquendo dicere, quod personalitas aliquam realitatem constitutiuam intrinsece personę, ut distinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Christo non fuit, & ad cuius impeditionem secuta est: impeditio reliquarum realitatum personalium. Consonat autem hæc sententia his, quæ in præcedenti, & hoc articulo dicuntur de corruptione personalitatis, & impedimẽto eiusdem, & his quæ in 4. contra Gent. cap. 43. dicuntur dum asseritur, quód si hypostasis humana nõ remaneret in ea natura, in qua assumenda a uerbo præextitisset, hoc sine corruptione accidere non potuisset: nullum enim singulare desinit esse hoc, quod est, nisi per corruptionem. hæc ille.

¶ Simpliciter autem, & absolutè loquendo, monstratur positio ista rationi consentanea, tàm secundum ea, quæ sunt ex lumine naturali, quàm secundum ea, quæ sunt ex lumine fidei nota. Rationale siquidem est, vt dupliciter dicta substantia in 5. Metaph. scilicet de essentia, & de prima substantia, sicut substantia pro essentia est res, cui debetur talis modus essendi, quem circumloquimur per esse per se. hoc est non in alio, sicut accidens est in subiecto: ita substantia pro substantia prima sit res cui debetur talis modus essendi, quem circumloquimur per esse per se separatum, ita quód repugnet ei esse in alio, vt in quod, siue, vt quo, in quod, siue vt pars, aut quasi pars in toto. Sic enim ponendo quemadmodum substantia pro essentia non ex modo essendi affirmatiuo, vel negatiuo constituitur, sed ex constitutiua intrinsece realitate, cui debetur esse tali modo: ita substantia pro hypostasi nõ actu essendi tali modo, sed ex realitate constitutiua ipsius intrinsece, cui debetur actus essendi, tali modo constituitur. Nec tacita à Philosopho huiusmodi realitas sed expressa est in proprio cõstituto per ipsam, dum in 5. Metaph. substantia distincta est in substãtiam pro hypostasi, & substantiam pro essentia substantiali, & 10 prædicamentis substãtia prima proprie, principaliter, & maxime substantia dicitur idem autem significatur per substantiam primam. hypostasim, suppositum, & personam: nisi quod persona in solis rationalibus locum habet, ut patet ex antedictis. Accedit ad hæc, quód nomen Hypostasis, aut personæ, & similiter nomina propria naturarum cum pronominibus, vt hic homo, hic bos: & similiter pronomina demonstratiua personaliter, ut ego, tu, ille, omnes confitemur significare formaliter substantiam, & non negationem, aut accidens, aut extranea. Si omnes hoc fatemur. cur ad quid rei significatæ perscrutantes diuertimus a communi confessione? si, & personalitatem negationẽ esse formaliter dicere licet; cur non statur in sententia tanto probabiliori. quanto magis consona communi confessioni? Theologi quoque ponentes personalitatem in diuinis positiuam rem, cum ex illa personalitate omnis personalitas in cœlo, & in terra nominetur, sicut ex illo patre omnis paternitas iuxta Apostoli sententiam, docẽt nos ad diuinæ personalitatis aliqualem imitationem, etiam in creaturis personalitatem positiuam rem esse. Amplius dicentes personam verbi in Christo supplere personam humanã, constat, quod non dicunt, quód supplet nihil, negatio autem est nihil formaliter: sed intendunt quód supplet substantiam, quam significat, persona humana, seu hic homo, nõ igitur personalitas negatio, aut modus significandi, aut extraneum quid est, sed substantia, loco cuius in Christo est persona verbi, quæ verè est hic homo, & persona humana. Amplius, si natura assumpta a verbo, desereretur ab eo in suis proprijs naturalibus, esset tunc alia persona verbi Dei, & alia persona illiusmet naturæ humanæ. ergo esset tunc alia substãtia illiusmet humanitatis: quoniam alia, est relatiuum diuersitatis substãtiæ. ergo personalitas addit supra illam singularem naturam substantiam intrinsece constitutiuã formaliter personæ in esse personali. Nec potest dici ad primam consequentiam, quód esset alia persona negatiuè tantum; quoniam constat quód non solum non esset eadem persona cum persona verbi, sed poneret in numerum cum illa: quoniam essent duæ personæ, non minus quam modo sunt persona verbi, & persona mea. Est igitur personalitas realitas constitutiua personæ, ut sic: & ideo ad eam consequuntur negationes, & repugnãtiæ ad esse quo, & esse partem, & capacitates ad personales realitates, vt sunt actus essendi. & filiatio, & quod est, & habens esse, & reliqua, quæ hypostasi attribuuntur. Est autem huiusmodi realitas in genere substantię reductiuę, sicut reliquæ realitates constitutiuæ substantiarum, vt rationale, & huiusmodi, quamuis non sit differẽtia, proprie loquendo: sed est terminus ultimus, ac vt sic purus naturæ substantiæ. Vbi tria dico. Primò, quód est terminus naturę, quód probatur ex hoc, quód naturam personari, est naturam terminari, & personare est terminare naturam: exponimus enim naturam humanam in Christo personari per uerbum, quia terminatur per illius personam, & econtra, uerbum personare naturam illam, quia terminat illam. Secundò, quod est ultimus, quoniam natura nunquàm est ultimate terminata, donec personetur: quantumcunque enim indiuiduetur, nisi personetur, non est ultimate terminata, ut patet de humanitate Christi, quæ est secundum se in se singularis, & terminabilis per personam verbi, aut propriam, terminata autem per personam uerbi. Constat autem, ꝙ si terminata est personalitate propria, uel aliena, stante illa, non est terminabilis ultra, nisi forte extensiue, non ex parte sui, sed ex omnipotentia alterius potentis etiam seipsum terminum illius efficere, ut superius dictum est, si una natura assumeretur à duabus personis diuinis. Sed hoc non tollit, quin prima persona assumens terminauerit, vt vltimus terminus, sed terminos multiplicat extensiue. est igitur personalitas terminus vltimus naturæ. Quòd autem tertio addidi, vt sic purus: ad maiorem explicationem non ad necessitatem appositum est: ad instruendum nouitios, quód terminare, ut terminare, nullam dicit causalitatem, & ad explanandum, ꝙ personalitas, ut terminans naturam, nullam causalitatem dicit respectu naturæ terminatæ, ita quod non solũ est extra genera causarum extrinsecarum, sed etiam extra causas intrinsecas, quoniam nec in genere causæ formalis, nec in genere causæ materialis se habet ad naturam, sed ut terminus eius. Vnde, & in mysterio incarnationis dictum est, quod unio personalis, secũdum nullum genus causæ attenditur. Nec hoc est figmentum, sed testimonium habet ex terminis quantitatis: punctum enim est ita terminus lineæ, ꝙ nulla causa est illius. Et quod hæc non uoluntarie, sed rationabiliter dixerim, declaro ex auctoritate, & ratione: auctoritas est D. Tho. in 3. Sent. dist. 5, quæst. 3. artic. 3. dicentis, Quod assumitur, trahitur ad aliquid completius ipsum incompletum existens, & hoc est contra rationem personæ, quæ maximam completionem importat. Hæc ille. Vbi clare habes naturam singularem sine personalitate esse incompletam, & personam maximam completionem importare: hoc enim nihil aliud est, quam dicere, quód natura singularis non est vltimate terminata, & personam ultimum terminum naturæ importare. Ratio prima Theologicę manifestata, iam dicta est: quia scilicet personare, & personari sunt terminare, & terminari ultimate, igit personalitas est ultimus terminus.

Antecedens

Antecedens manifestatur: quia idem quamuis aliter facit personalitas propria naturæ, & personalitas aliena, quoniam aliena supplet propriam, sed inter alienam, & naturam est terminare, & terminari, vt patet in mysterio incarnationis. ergo. Ratio altera est ex apparentibus naturalibus substantijs, homogeneis. videmus enim, q ex sola diuisione res multorum prędicamentorum simul actu absque alio generante fiunt: ex sola enim ligni, vel aquæ diuisione quælibet pars acquirit nouum terminum in genere quantitatis; quoniam ex illa parte, qua continuabantur, quælibet pars proprio termino actu terminatur, de nouo acquirit nouam relationē, quoniam quælibet fit actu totum, vt patet, acquirit esse in actu ppriū, cum prius esset in potentia in coco, vtpote pars eius: acquiritur noua hypostasis, quoniam quælibet pars est hypostasis, seu prima substantia cum prius non esset prima substantia, sed primæ substantiæ pars. Existente si quidem hypostasi vna in actu, & multis in potentia, consequens est secundum doctrinam Arist. in secundo, de anima, vt sola diuisione fiant duæ substantiæ in actu, quæ prius erant vna in actu, & duæ in potentia non minus quam in animalibus imperfectis existente vna anima in actu, & duabus in potentia, sola diuisione fiunt duæ animæ. Ex modo igitur, quo videmus multiplicari hypostases, rationi consentaneum apparet, quod terminationē naturæ singulari superaddat, quoniam terminorum talis est generatio. Et confirmatur hoc auctoritate D. Tho. vbi supra ad tertiū argumentum, si verbum Dei deponeret assumptam humanitatem, dicentis. Separatio dat vtique partium totalitatem, totalitas enim & completio idem sonant, eo quod vltimata terminatione cōsomantur. Et quia vero omnia consonant, & ex quod quid est soluuntur omnes difficultates rei, ideo tanto rationabilior hæc positio monstratur, quanto omnia consona ostenduntur, & soluentur difficultates. Ex hoc namq; q realitas personalitatis est terminus vltimus naturæ, patet primo difficultas de identitate, & diuersitate eius à natura singulari: est enim quodammodo idem, & quodam modo non idem: sicut terminus est terminato quasi idem, & quasi non idem: est enim aliquid eius, scilicet terminus, & non est illud, vt patet de puncto, & linea.

¶ Patet secundò, de separabilitate: nam potest natura fieri sine suo termino in actu, non autem econuerso, sicut potest linea esse sine omni puncto in actu, vt patet de linea circulari; non autē econuerso, quia implicat punctum esse sine linea, vtpote habens, & non habens positionem.

¶ Patet tertiò, de compositione, inter terminatum enim, & terminum nulla est compositio: non enim linea componitur ex punctis, aut ex linea, & puncto: & similiter inter personalitatem, & naturam nulla est compositio, sed se habent vt terminus, & terminatum.

¶ Patet quartò, quòd non fingimus nouam substantiam vltra materiam, formam, & compositum: quoniam appellatione compositi intelligitur in substantijs materialibus utraque substantia posita in 5. Metap. s. essentia, & hypostasis: nam ex materia, & forma cōponitur non solum essentia Socratis (siue communiter sumpta, vt humanitas, siue singulariter, vt hæc humanitas): sed etiam ipse Socrates, vt patet. Sed quoniam substantia distincta est in naturam, & substantiam primam, & substantia prima inuenitur in solis substantijs completis; siue sint compositæ, siue simplices formæ, in lucem protulimus, quid substātia prima, seu hypostasis formaliter importat in communi.

¶ Patet quintò sensus verborum D. Tho. cum dixit pluries, q personalitas corrumperetur, si verbum assumpsisset angelum, aut hominem præexistentem: corruptio enim non est nisi entium, nihil enim moritur nisi uiuens: & similiter nihil corrumpitur nisi ens. Et cum dixit, q persona verbi impediuit, ne humanitas illa haberet suam propriam personalitatem, quod Innocentius vocauit consumptionem personæ, non enim impedita est à nihilo negationes autem omnes formaliter sunt nihil, sed ab aliquo: similiter persona verbi non consumpsit nihil, sed aliquid quod enim nihil est, consumptibile non est.

¶ Patet sexto sensus doctrinæ Augustini, & sententiæ Ecclesiæ cum dicitur, quòd persona verbi assumpsit naturam, & non personam: si enim persona negationem addit formaliter, dicendo, non assumpsit personam, dictum est, non assumpsit nihil.

¶ Patebit, & septimò solutio obiectionum. Scot. enim in 3. Sent. distinct. 1. quæst. 1. arguit contra hanc positionem quadrupliciter. Primò, quia tunc esset aliqua entitas positiua in natura humana, quæ esset inassumptibilis à verbo, hoc est inconueniens, tum quia secundum Damasc. quod est inassumptibile, est incurabile: tum quia omnis entitas positiua creaturæ ęque est in potentia obedientiali respectu personæ diuinæ. Secundo, quia sequeretur, quod humanitas assumpta à verbo, careret illa entitate positiua: quæ tamen ponitur ultima, & quasi actualissima, & determinatissima in natura tali; & sic non esset homo vniuoce. Et si reputatur non inconueniens, quod careat illa, arguo quòd ista natura non posset dimitti sibi, quin oporteret sibi dari nouam realitatem vel remanere non personam. Tertio, quia sequitur, quòd ista natura non posset dimitti, vel esse personata: quia talis realitas non est realitas naturæ, nec potest contineri per identitatem in aliqua natura, quæ non est eadem sibi. Quarto sequeretur, quòd natura intellectualis posset fieri actu existens, & in nulla persona: Patet sequela: quia natura quæ assumitur, est prior seipsa, vt est sub realitate personalitatis, quæ non est eadem realiter, aut formaliter naturæ, & tunc si non assumeretur, sed relinqueretur sibi, non esset personata personalitate creata, uel increata. Deinde arguit Aoreolus apud Capreolum in 3. Sent. dist. 5. quæst. 3. Primò, ex auctoritate Damasceni. Assumpsit verbum quicquid in natura nostra plantauit. Et si dicatur, quod assumpsit totum, quod pertinet ad naturam: non totum, quod pertinet ad suppositum, contra, Terminus humanitatis est aliquid humanitatis. ergo assumpsit etiam terminum humanitatis. Antecedens probatur, quia punctum est aliquid lineæ. Secundo, si terminatio, & personalitas est aliqua realitas. ergo ens, ergo quidditas, & quid, vt patet 7. Met. ergo natura aliqua. ergo est assumptibilis à verbo. Et confirmatur: quia si distinguitur realiter à natura, posset Deus ipsam separare realiter, & separatum assumere. Tertio, quia ex hoc sequuntur multa inconuenientia. Primum est, quòd verbum non posset supplere vicem illius termini, cum sit quid subsistens, & non solum terminus. Secundum, quòd uerbum non esset homo: quia terminatio illa si poneretur, non esset homo. Tertium, quod angelus non posset assumi à verbo, cum in eo non differat, quod quid est, ab eo, cuius est, secundum Philosoph. Quartum est, quod prima substantia non haberet rationem primæ substantiæ per essentiam, sed per istam realitatem, & sic secunda substantia esset magis substantia; quia prima, inquantum prima, non esset substantia. Quintum est, quod nulla res subsisteret per se, sed per aliud à se; sicut corpus nō terminatur per se, sed per superficiem: & tamen conceditur, quod substantia subsistit per se. Sextum est, quod natura haberet magis rationem suppositi; quoniā natura substat realitati personalitatis. Septimum est, q suppositum esset quarta substantia ex tribus constituta, scilicet materia, forma, & illa realitate. Cum igitur ista sint absona, non potest illa positio poni.

¶ Ad primum Scoti dicitur nullum inconueniens esse, q aliqua realitas creata sit inassumptibilis. Pro cuius clara resolutione distinguendum est, quòd sicut substantia dicitur dupliciter, scilicet de hypostasi, & de natura, ita entitas, seu realitas dicit dupliciter, scilicet de realitate hypostatica, seu personali, & de realitate naturali, hoc est, spectante ad naturam, ut natura distinguitur cōtra hypostasim, & econtra. Et quoniam secūdum Damascenum, in Christo naturaliā duplicantur, quia duas habet Christus naturas, diuinam, scilicet, & humanam, personalia autem non multiplicātur, sed in unitate stāt, quia unica tantum est in Christo persona, scilicet hypostasis verbi, ideo in Christo, sequendo Damasceni doctrinam, immo ecclesiæ sententiam, si consequenter loqui debemus, quicqd spectat ad naturam humanam, ut distinguitur contra hypostasim humanam, & assumptum est, & assumptibile fuit: quicquid autem spectat ad personalitatem humanam, vt distinguitur contra naturam humanam, non est assumptibile, non est assumptum, non fuit nec est in Christo. Et sub mēbro hoc continentur multę entitates reales, quāmuis diuersimode, s. personalitas actus essendi, & filiatio realis temporalis, ut infra in suis patebit locis, & ideo nihil horum est assumptibile, diuersimode tamen: quia personalitati repugnat contradictorie assumi, actui uero essendi repugnat secundum ordinem, rerum, ut inf. q. 17. patebit. Et omnes auctoritates sonantes aliquam integrisatem, aut vniuersalitatem assūptorum, uel assumptibilium intelligēda sunt in genere naturalium, vt distinguuntur contra personalia.

¶ Et propterea cum primo obiicit Scotus, quia quod est inassumptibile, est incurabile, intelligitur sic. Quod inter naturalia est inassumptibile, est incurabile. Et probatur glossa ex ipsius Damasceni doctrina, ponentis personalia non esse assumpta. Ad secundā eiusdem probationem negatur illa propositio. Quælibet creata entitas est æque in potentia obedientię ad assumptionem: quoniam alicui creatæ rei repugnat assumi, unde in litera dicitur, q oporteret personalitatem corrumpi, si natura angelica, uel humana præexistens assumeretur.

¶ Ad secundum Scoti conceditur, quòd in Christo non est realitas creatæ personalitatis: sed falsum est, q ista realitas sit actualissima, cum sit constitutiua subiecti actus essendi. Et similiter falsum est, quod sit determinatissima, immo, non est determinata, sed terminus, terminus enim non est terminatus, sicut, nec albedo est alba: Aduocta autem sequela, quòd Christus non esset homo uniuoce nihil ualet, ut D. Tho. docet, quia uniuocatio in nomine hominis attenditur, secundum naturæ humanæ rationem, & non secundum personalitatem: ratio autem naturæ humanæ eadem omnino est in Christo, & alijs hominibus, quamuis personalitas sit diuersa. Et cum contra concessum defectum realitatis personalis creatæ in Christo arguitur, quia sequeretur, quòd sibi dimissæ humanitati assumptæ oporteret nouam dari realitatem, respōdetur, quòd oporteret nouam realitatem adesse, sed non de nouo per aliquam nouam actionem dari: sola enim separatio (ut auctor dixit)

dat

dat complementum, sublato impedimento illius perfectionis: sicut sublato impedimento, graue descendit deorsum. Iam enim patet ex litera præsenti, quòd persona diuina assumendo impedit naturā assumptam a propria personalitate.

¶ Ad tertium Scoti, negatur sequela, nec probatio allata probat illam: quia concesso quod talis realitas, nec est natura, nec per identitatem continetur in natura, negatur sequela, & dicitur ꝙ talis ex natura separata à verbo, habetur: est enim separatio reductiua de potentia ad actum illorum, quæ cōiunctio impediebat (vt patet in continuis) huiusmodi autem realitas continetur in natura quasi in potentia, pro quanto natura est terminabilis ex se tali realitate, non vt actu, sed vt termino proprio.

¶ Ad quartum dicitur, quod si est sermo de potentia naturali, negatur sequela, quæ nun probatur: quia si humanitas non assumeretur, personaretur propria personalitate, nō enim omne prius potest naturaliter fieri sine posteriori. Si verò sit sermo de potentia diuina, fateor nullam me videre impossibilitatis rationem, quare non possit Deus naturam absque omni personalitate conseruare, cum actu tamen essendi miraculose consequente absque personalitate, quæ est proprium illius subiectum secundū naturæ ordinē, cui diuina non est allegata potentia. Et scito, quod sicut de integritate, & perfectione, ac non defectu hominis in Christo est sermo, intelligitur quo ad naturalia, vt distinguuntur contra personalia, testante etiam Athanasio, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens, vbi expresse perfectionem hominis in Christo. constare ex anima rationali. & humana carne posuit: clarum est autem perfecto nihil deesse. nihil ergo deesse perfecto homini Christo asseritur, si ex anima rationali, & humana carne constare dicitur, cum qua perfectione liquet stare defectum personalitatis, quicquid sit illa: ita quando est sermo de nouitate, aut acquisitis, seu acquisibilibus per humanitatem assumptam, si sibi dimitteretur, & dicitur nihil noui acquiri, aut aduenire, sed per seipsam subsistere, intelligitur de his, quæ non ex ipsa separatione consequuntur, & quod dimissa sibi per seipsam dimissam subsisteret, in quo clauditur id, quod ex separatione datur, seu consequitur in ipsa natura, negatio enim, & exclusio, & exceptio non cadunt super concomitantibus ipsam separationem, quæ ponitur. Constat autem ex dictis ab auctore, quod separatio dat totalitatem, seu complementum, qua, seu quo hypostasis differt a natura, & quod natura assumpta impedita est à propria personalitate, quæ ad ipsam consequeretur separatam; quoniam cessaret vnio: quæ impediuit. Et si ad has duas glossas te resolueris, perspicier omnia soluta, clara, & consona.

¶ Ad Aureoli primum, respondetur primò, quòd quicquid in natura plantatum est, assumpsit verbum, in natura, dixit Damasc. non in persona: veruntamen quia personalitas plantata est in natura, ad quam sequeretur, si non esset impedita per assumptionem. Dicitur secūdo, quòd ly, quicquid, distribuit pro plantatis in natura, ita quod conueniat sibi, vt distinguitur contra personam. Et si contra hoc applicetur instantia allata, scilicet terminus humanitatis est aliquid humanitatis, respōdetur, quod terminus ultimus, de quo solo est sermo, sit aliquid humanitatis, potest dupliciter intelligi. Primò, quod ita sit aliquid humanitatis distinctæ cōtra personam, quod conueniat sibi absque personalitate, & sic negatur: quia implicat duo contradictoria simul, quoniam est constitutiuum personalitatis. Alio modo, quod sit aliquid humanitatis totaliter completæ, & hoc est uerum, quia est terminus, & ultra hoc est aliquid in potentia ipsius humanitas, quæ secundum se est terminabilis termino propriò.

¶ Ad secundum negatur, proprie loquendo, prima sequela: quoniam huiusmodi entitates, & realitates constitutiuæ nun sunt ipsa entia, quæ sunt, sed sunt, quibus aliqua sunt: hoc enim modo actus essendi, & vniuersaliter constitutiua entium entia dicuntur. Vnde secunda sequela nihil valet, nec habetur 7. Met. Ad confirmationē negatur illa conditionalis: Si distinguuntur realiter, possunt separari, & separatim assumi: quoniam non omnia distincta realiter sunt separabilia, saluis utrisque.

¶ Ad tertium negatur sequela multorum inconuenientium, & ad primum inconueniens negatur sequela: probatio autem, & assumit falsum, & est pro nobis. Assumit quidem falsum, dicēdo, quòd verbum non est terminatio: quoniam verbum est sua personalitas, quæ est vltima terminatio naturæ diuinæ, sicut personalitas humana est terminatio naturæ humanæ, salua semper differentia, quæ subintelligitur inter diuina, & creata. Est autem pro nobis: quia ex hoc quòd uerbum est terminatio subsistens, sequitur quod potest supplere uices terminationis creatæ, quæ non est suum terminatum, vtpote præhabens quicquid est in huiusmodi creatis terminationibus. Ad secundum inconueniens similiter negatur sequela, nec probatur per hoc, quia terminatio illa nō est homo, quia nō oportet quod terminatio illa sit homo: sed quod cōstitutum per terminationem illam sit homo, quod est verum, quia persona humana, quæ constituitur illa terminatione, est homo Et patet nullitas huius modi arguendi ex differentiis, ex hoc enim quod rationalitas non est animal, non sequitur, ergo constitutum per rationalitatem, non est animal. Ad tertium inconueniens negatur similiter sequela: quoniam in angelis, etsi non distinguantur natura ab hac natura (quoniam seipsa est hæc, & hoc intendit Philosophus) distinguitur tamen natura à persona, de qua distinctione, uel indistinctione Philosophus nihil dixit. Philosophus enim indistinctè utitur nomine indiuidui, & hypostasis, & solū pertractat de distinctione quidditatis, & eius, cuius est, secundum principia naturæ, & indiuiduationis. Nec mirum: cum etiam auctor in 1. par. quæst. 3. ita indistincte, & tractet, & decidat quæstionem de distinctione naturæ, & suppositi: puto autem in causa fuisse, quòd usque hodie nō suissent excitata ingenia humana ad perscrutandas subtilitates inter personam, & indiuiduam naturam. nisi mysterium Trinitatis, & incarnationis reuelatum ad hoc inuitasset. Ad quartum dicitur, exponendo sensum propositionis, substantia prima est prima substantia per essentiam, qoonium potest dupliciter intelligi, primo per essentiam completam, & sic est uerissima, & sequitur expositionem nostram; alio modo, per essentiam absque termino proprio, & sic est falsa, quia non sufficit ad rationem primæ substantiæ esse sine termino. Nec est uerum, quòd prima substantia non sit substantia inquantum prima, sicut non est verum, quod homo, inquantum homo, non est animal, quāmuis, nec rationalitas sit animal, nec personalitas sit ipsa substantia. Ad quintum negatur sequela, quoniam substantia dicit subsistere per se, quia per suam essentiam completam, seu terminatam subsistit: sed verum est, quod sequitur, quòd substantia interminata, seu completa non per se subsistat, sed oportet quòd sit terminata proprio termino. Nec subsistere per proprium terminum, distinguitur contra subsistere per se, quoniam proprius terminus aliquid sui est (sicut lineam terminari per se) quoniam non sic est aliud terminus proprius, quin sit aliqd terminati: corpus enim de genere quantitatis non est aliter terminabile, quàm per superficiem propriam. Ad sextum negatur sequela, & probatio assumit falsum: quoniam terminatum non substat termino: aliud est enim subesse alicui, & aliud terminari per illud: natura autem terminatur per personalitatem, sicut linea terminatur puncto. Ad septimum negatur, proprie loquendo, sequela: quoniam terminus non componit cum terminato: sed bene sequitur, quòd ultra substantiam pro essentia, quæ resoluitur in materiam, & formam, & ponit substantiam compositam etiam singularem, inuenitur aliter substantia pro hypostasi simplex, uel cōposita, quæ quia nihil addit supra singularem essentiam terminū, non ponit in numerum cum illa, & suis partibus. Et hanc distinctionem iam accepimus ab Arist. in 5. Metap.

¶ Restat nunc satisfacere obiectioni in oppositum in principio allatæ ex uerbis auctoris in responsione ad secundum eiusdem articuli, & dicendum est, quòd si subtiliter inspiciantur; litera supponit defectum propriæ personalitatis in humanitate assumpta. Et causam reddit non defectum alicuius (quod pertinet ad perfectionem naturæ, ut distinguitur contra personam) sed additionem alicuius, quod est supra naturam, scilicet personalitatis diuinæ. Vbi clare patet secundum planum literæ sensum, quòd defectus personalitatis supponitur, & causa illius defectus redditur, & nō dicitur simpliciter nihil deficere, sed nihil deficere spectans ad perfectionē naturæ, cuius oppositum non diximus: sed hoc exposuimus ex ipsomet, quòd intelligitur de natura, ut distinguitur contra hypostasim, ut clarius etiam patet hic in responsione ad tertium, cum dicitur quòd natura, quę assumitur impeditur à ꝓpria personalitate. aliquid ergo illi deficit non pertinens ad perfectionem naturæ, sed ad personam, quæ impeditur.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium, circa illud, persona diuina sua unione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet, dubium primo occurrit. An humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem. Et est ratio dubii: quia quod inclinetur, apparet ex hoc, ꝙ impeditur ab illa: nihil enim impeditur nisi ab eo, in quod tendit: quod uero non inclinetur apparet ex hoc: quia si inclinaretur naturaliter in propriam personalitatem, quiesceret uiolenter in aliena persona, qualis est persona diuina, nullum autem uiolentum perpetuum.

¶ Dubium secundò occurrit, quo pacto uerificatur, quòd persona diuina impedierit naturam humanam à propria personalitate, obscurum quippe valde est: quia non appatet quomodo personalitas humana nata est consequi ad naturam humanam, aut fluere ab illa, cum non ponatur in natura humana causalitas aliqua respectu personalitatis.

¶ Ad primum dubium dicunt, quidam quòd humanitas Christi habet naturalem inclinationem ad propriā personam, probātq; hoc quadrupliciter. Primò, quia natura carens aliquo sibi debito, solo diuino miraculo, naturaliter inclinatur in illud: sicut ignis carens actu comburendi pueros, Dan. 3. Naturaliter inclinabatur ad comburendum. Secundò, quia humanitas Christi est eiusdem conditionis quantum ad naturales potentias, & habilitates, cum cęteris humanitatibus; sed reliquæ naturaliter inclinantur in proprias hypostases. ergo. Tertiò, quia sicut accidens quantumcumque separatum habet semper aptitudinem naturalem ad inhærendum, ita

essentia

essentia substantiæ habet semper aptitudinem naturalem ad per se existendum. Et tenet sequela: quia sic definitur substantia quod est res per se existens. Quartò, quia magis inseparabiliter, & per se consequitur naturam substantiæ propria suppositatio, qua non potest nisi miraculosè carere, quàm potentiam naturalem, puta intellectum, proprius actus: sed potentia naturalis quantumcumque careat actu, semper naturaliter inclinatur in actum ergo. Sed hæc opinio intellecta, vt sonat, falsa est, & aliter dicendum est, distinguendo, quòd humanitas Christi potest considerari, & iudicari dupliciter: primò secundum se, hoc est abstrahendo è personalitate diuina, cui actu iuncta est, & sic verum est, quod habet naturalem inclinationem ad propriam personalitatem, sicut reliquæ humanitates secundum se sumptæ, cum sint eiusdem rationis. Et hinc prouenit quod si separaretur à verbo, quod propriam personalitatem haberet: quoniam ipsa separatio in re conferret id, quod sibi in abstractione consideratæ natum est conuenire. Nec est opus probare, quòd humanitas secundum se naturaliter inclinatur ad propriam personalitatem: quoniam hoc est per se notum ex eo, quòd naturaliter quælibet humanitas inuenitur propria personalitate persona, excepta Christi humanitate ex maximo miraculo. Constat autem ex secundo Physicor. quod vnumquodque sicut naturaliter agitur, ita aptum natum est agi. Et ex hac conclusione per se nota, scilicet humanitas quælibet secundum se inclinatur naturaliter in propriam personalitatem, potes arguere, quòd personalitas non solam negationem, sed positiuum addat naturæ, ad quod concomitatur negatio: quoniam nulla naturalis habilitas est per se primo ad negationem, sed ad positiuum, cui quandoque annectitur negatio: quia naturalis inclinatio est per se primo ad aliquid, & non ad nihil formaliter: negatio autem nihil formaliter est. Nec est vera responsio eorum ad hoc, dicendo quòd corpora naturalia, quia naturaliter possunt non esse, habent inclinationem ad non esse, & quòd aer ex sua diaphaneitate est naturaliter habilis, vt sit tenebrosus: quoniam corpora naturalia ideo possunt non esse, quia materia eorum appetit per se primo aliud esse, cui annexa est negatio præsentis corporis, & similiter diaphaneitas est per se primo ad lumen, cum lumen sit actus diaphani, & non est ad negationem luminis nisi per accidens, quia scilicet deest illi propria perfectio, scilicet lumen. Nihil autem horum potest dici de habilitate naturæ ad personalitatem propriam, si ponitur negatio: quia per se primo ponitur ad negationem, cum ad nihil aliud sit, quàm ad negationem, quæ ponitur personalitas. Alio autem modo consideratur, & iudicatur humanitas Christi, vt est, hoc est, vt de facto est vnita personæ diuinæ: & sic iudicanda est secundum id, quod sortita est ex vnione ad diuinam personam. Et sic dicendum est, quòd non inclinatur ad propriam personalitatem habendam, quia regulare est, vt potentia naturalis ad aliquid, si perficiatur per aliud perfectius sic, quòd contineat quicquid est in illo, ad quod naturaliter inclinatur, non inclinetur amplius in illud, vtpote iam satiato appetitu suo naturali ex perfectiori continente etiam illud, ad quod naturaliter tendebat. neque enim minus est satiatus appetitus ex acquisitione illius perfectioris, quã fuisset satiatus ex acquisitione illius imperfectioris, ad quod tendebat: sed si acquisiuisset illud imperfectum, iam fuisset expletus appetitus ne amplius appeteret, sed quiesceret in illo, absque alterius appetitu. ergo si ponitur quod acquisierit id, in quo continetur quicquid in alio est, quiescet in illo absque alterius appetitu. Sic autem est in proposito, utendo potentia, & actu, prout locum habere possunt inter terminabile, & terminum, quoniam persona diuina continet excellenter in se etiam in terminando, quicquid habet personalitas creata, cum sit infinita, & in essendo, & in terminando. Et propterea humanitas Christi assumpta ad personalitatem diuinam, totum appetitum personalitatis plusquàm satiatum, ac consumatum habet, & consequenter quiescit absque appetitu quocumque alterius personalitatis: sicut si materia alicuius generabilis haberet vnam formam continentem quicquid in qualibet forma generabilium esse potest, quiesceret in illa, ita quòd nullam aliam appeteret, quamuis secundum se, hoc est abstrahendo ab illa forma considerata, naturaliter inclinaretur ad propriam formam generalem. Et quoniam humanitas Christi differenter consideratur in assumptione, & iam assumpta. quia in assumptione consideratur secundum se: quia quod assumitur, præintelligitur assumptioni, iam autem assumpta iudicatur, secundum quòd est vnita personæ diuinæ, ideo cautè loquendo, dicendum est, quod persona diuina impediuit naturam humanam à propria personalitate, & non est dicendum, quod persona diuina impedit humanitatem à propria personalitate. Per impedimentum enim in præterito denotatur naturalis inclinatio humanitatis, secundum se: per negationem autem impedimenti in præsenti, denotatur consumatio omnis appetitus personalitatis in illa natura. propterea patet, quòd impeditio præterita, quia annexa est actioni consummatiuæ excellentius illius appetitus, non inducit violentiam in actione, aut passione, aut quiete sequẽte, cum etiam passum cõferat nim obe-

dientiæ

dientiæ huiusmodi actioni, quàm significat assumptio, & propterea in litera dicitur in præterito, quod impediuit, & non dicitur quòd impedit.

¶ Ad rationes autem alterius opinionis respondendo dicitur, quod magni refert loqui de humanitate solummodo suspensa per diuinam potentiam à sua personalitate (vt si Deus humanitatem aliquam sine vlla personalitate faceret) & loqui de humanitate terminata per personalitatem diuinam, & carentem propria natura: de humanitate primo modo, verum est, quòd naturaliter inclinatur ad suam personalitatem, & hoc tantum probat argumentum loquens tantum de carente sibi debito per diuinum miraculum: de humanitate verò secundo modo falsum est quòd inclinetur in propriam personalitatem: quia appetitus eius quiescit in personalitate diuina. Et quia huiusmodi humanitas non est tantum carens propria personalitate, sed terminata, ac satiata aliena, tale ideo argumentum non habet in ea locum.

¶ Ad secundum dicitur, quòd humanitas Christi quo ad naturales potentias, & habilitates humanæ naturæ secundum se, est eiusdem rationis cum aliis: sed quo ad terminationem, & satietatem suæ personalitatis, est alterius rationis ab aliis: quia terminatur, & satiatur aliena diuinaque personalitate: personæ reliquæ propriis personalitatibus terminantur, & satiantur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd æquiuocat de per se esse: quoniam esse per se dupliciter sumitur, scilicet vt distinguitur contra esse in alio, vt accidens est in subiecto, & de tali verũ est, quod ita se habet ad substantiam sicut inesse ad accidens. alio modo sumitur, vt distinguitur contra esse in alio, vt in quod, & sic non diffinit substantiam, nec conuenit substantiæ, nisi ratione hypostasis, cui per se primo conuenit. Et ideo non est mirum si humanitas Christi ex unione ad diuinam personam consummatum habens appetitum personalitatis, nec actu, nec aptitudine naturali, nisi cum ista adiectione, secundum se, inclinatur ad propriam personalitatem: patet enim, iam non esse simile de ipsa: & de accidente separato: sed esse simile de humanitate suspensa ab omni personalitate, si suspendi intelligatur per miraculum, aut per conditionalem.

¶ Ad quartum dicitur sicut ad primum, quòd aliud est loqui de inclinatione naturali priuata, uel carente actu, uel termino, & aliud de eadem consummata per actum, vel terminum eminenter continentem actum, uel terminum proprium, & ideo priuata, uel carente proprio termino, uel actu: quoniam in prima semper restat naturalis aptitudo ad proprium, in secunda non, propter rationem dictã. Et ideo si intellectus poneretur consummari actu aliquo supernaturali eminenter continente actum proprium, nõ inclinaretur amplius in proprium.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd vt Auctor superius dixit in quæstio. prima, artic. primo, ad secundum, ex anima, & corpore constituitur in vno quoque nostrum duplex vnitas, naturæ scilicet, & personæ, naturæ quidem, secundum quòd ex materia, & forma, vt formaliter illam perficit, componitur natura vna composita: personæ vero, inquantum est unus aliquis subsistens in carne, & anima. Vbi primo vide, quòd quia ens, & vnum conuertuntur, ac per hoc vbi est duplex vnitas, ibi est duplex entitas, quum unitas supra entitatem, solam indiuisionem addat, & propterea dicendo, quòd ex anima, & corpore constituitur duplex vnitas, naturæ, & personæ, dictum est, quòd constituitur duplex entitas, naturæ scilicet & personæ. Et hinc habes, quòd opinio ante dicta de personalitate, consonat doctrinæ Auctoris. Vide secundo, quòd unitas, ac entitas personæ non excluditur à causalitate naturæ, dum dicitur, quod ex principiis naturæ constituitur ex anima, & corpore. Et ideo vtendum occurrit regula communium Deo, & creaturis, puta esse sapientiæ, scientiæ, & huiusmodi, quæ dicimus transferri in Deum formaliter, sublato eo, quòd imperfectionis est in creaturis, ita quòd licet in creaturis personare, & personari nonnihil causalitatis habeat annexum, formaliter tamen (vt superius de eo communiter diximus) sine causalitate comparari ad naturam, sublato omni eo, quod imperfectionis est, ut in diuinis inuenitur, nullam causalitatem includit, & sic interuenit in mysterio incarnationis, quod secundum nullam causalitatem dictum est esse inter personam, & naturam humanam, alioquin communis esset toti Trinitati. Veruntamen natura seu naturæ principia non ita causant personalitatem, vt interueniat media actio, sed per modum naturalis sequelæ personalitas adest naturæ, non sicut propria passio naturaliter consequitur subiectum iam constitutum: quoniam non ea ratione personalitas adest, quasi quod data forma, dentur consequentia ad formam: sed sicut perfectio, seu complementum effectus naturaliter sequitur effectum, cuius est complementum: natura si quidem ut prior causalitate, incompleta est quo ad ultimum sui complementum, ut Auctor dixit, & ut personatur, ultimum complementum assequitur. Quo fit, ut actio, qua fit hic homo, inchoata, & deducta usque ad terminum inclusiue sit, quando fit natura personata, quam signi-

ficat

ficat hic homo seu Socrates: quando uero fit, aut consideratur, ut inchoata, & deducta est vsque ad naturam hanc, abstrahendo à personatione, inconsummata est, quoniam est vsque ad terminum exclusiue, Modus ergo quo personalitas sequitur naturam, vel naturæ principia, est, quo terminus actionis, & rei factæ, naturaliter adest in fine actionis rei factæ, nisi adsit impedimentum: impediuntur enim incompositis substantiis principia naturæ, constituta iam natura a constitutione sui termini, vt ex litera habetur præsentis articuli iuncta literæ allatæ ex quæstio. 2. & similiter in substantiis angelicis natura ipsa, quæ fit, impediretur in suo fieri a consecutione sui termini. Et propterea sublato impedimento non oportet quærere aliam causam donantem complementum: quoniam ipsa natura secundum se habet in se sufficiens consecutiuum sui termini.

ARTICVLVS III.

Vtrum persona diuina assumpserit hominem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd persona diuina assumpserit hominem. Dicitur enim in Psal. 64. Beatus, quem elegisti, & assumpsisti. quod glo.* exponit de Christo. Et Aug. e. dicit 2. lib.† de Agone Christiano, q filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est.

¶ 2 Præt. Hoc nomen homo, significat naturam humanã: sed filius Dei assumpsit humanam naturam. ergo assumpsit hominem.

¶ 3 Præt. Filius Dei est homo: sed non est homo, quem non assumpsit: quia sic esset pari ratione Petrus, vel quilibet alius homo. ergo est homo, quem assumpsit.

SED CONTRA est, authoritas Fęlicis Papę, & martyris, quæ introducitur in Ephesina Synodo.* Credimus in dominum nostrum Iesum Christum de virgine Maria natum: quia, ipse est Dei sempiternus filius, & verbum, & non homo a Deo assumptus, ut alter sit præter ipsum.

RESP. Dicendum, quòd sicut supra dictum est,* illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed assumptioni præintelligitur. Dictum est autẽ,† quod indiuiduum, in quo assumitur humana natura, non est aliud quàm diuina persona, quæ est terminus assumptionis. Hoc autem nomẽ homo, significat humanam naturam, prout nata est in supposito esse: quia, ut dicit Dam.* Sicut hoc nomen Deus significat eum, qui habet diuinam naturam, ita hoc nomẽ homo significat eum, qui habet naturam humanam: & ideo non est proprie dictũ, quòd filius Dei assumpsit hominem supponendo (sicut rei ueritas se habet) quod in Christo sit tãtum unum suppositum, & una hypostasis, sed secundum illos, qui ponunt in Christo duas d hypostases, uel duo supposita, conuenienter, & propriè dici posset, quòd filius Dei hominem assumpsisset. Vnde, & prima opinio, quæ ponitur in 6. dist. 3. lib.* Sententiarum, concedit hominem esse assumptum, sed illa opinio erronea est, ut supra dictum est.†

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd huiusmodi locutiones nõ sunt extendendæ tanquam propriæ: sed pie sunt exponendæ ubicumque à sacris Doctoribus ponuntur: ut dicamus hominem assumptum, quia eius natura est assumpta, & quia assumptio terminata est ad hoc, ut filius Dei sit homo.

AD SECVNDVM dicendum, q hoc nomen homo, significat naturã humanam in concreto, prout scilicet est in aliquo supposito: & ideo sicut non possumus dicere, quòd suppositum sit assumptum, ita non possumus dicere, quòd homo sit assumptus.

AD TERTIVM dicendũ, quòd filius Dei non est homo, quem assumpsit, sed cuius naturam assumpsit.

AR-

Medina artic. 3.

SVPER Q. IIII. ART. III.

29 CONCL. Non est propriè dictum; quod filius Dei assumpsit hominem.

3. d. 5. q. 1. a. 2. & d. 7. lib. 2. & opus. 1. c. 21. & opus. 3. c. 215. & Ro. 1. le. 3. & Phil. 2.

¶ PROB. Quia hoc nomen, Homo, significat naturam humanam in supposito proprio (vt patet ex Damas.) Et filius Dei non assumpsit suppositum humanum, artic. 2.

* gl. ord. & iter linea. 1c. 1. ante med. to. 3.

¶ COROLL. Ergo ly filius Dei assumpsit hominem, si propriè acciperetur. tunc esset hæresis, sicut est ly filius Dei assumpsit personã: Et ad illam propositionem sequeretur, quòd in Diuina Trinitate esset quaternitas, sicut ad istam sequebatur. Melius est ergo, vt ex textu colligitur, abstinere absolute à tali locutione, scilicet assumpsit hominem, quam dicere ipsam, quamuis impropriè dicta intelligeretur à proferente. Nec in hoc imitandi sunt sacri Doctores, si qui ipsã protulerint (ut in ad primum): licet pro reuerentia piorum Patrum talia dicta sint pie à piis suis filiis exponẽda. Ex hac reuerentia processit quòd D. Tho. modestissime, quantum cum ueritate potuit, suã præmissam conclusionẽ coaptauit; ne aliquos sacros Doctores in suis ipsorum dictis uel minimum offenderet. Licet enim ex eius probatione uideatur fuisse in conclusione simpliciter affirmandum, quòd non est dicendum, quòd filius Dei assumpsit hominem (sicuti re uera non assumpsit): tamen, quia aliquos sanctos hoc aliquando dixisse nouerat, prælegit, sine offensionis etiam specie ueritatem ipsam determinare per ly non est proprie dicendum, &c. Nec ueritati igitur, nec alicui sacrorum Doctorum, fuit infensus in conclusione sua: & tamen, his omnibus seruatis, nos à locutione tali docuit abstinere, in responsione ad primum. Ac si ex omnibus simul collectis dixisset. Non est vniuersaliter dicendum, quod filius Dei assumpserit hominem: sed nec tale dictum est omninò damnandum, si in sacris Doctoribus inueniatur, sed tunc impropriè accipiendum. Qualis autem sit illa improprietas: vide ad primum.

* Ex Ephesina Synod. refertur in Chalcedo. act. 1. dum Nicenę Synodi fides legit.

* Ar. prec.

† q. 3. ar. 4. & 2.

1^m ex B. Augustino. Hominem assumpsit. ℞. Idest, Naturam hominis assumpsit; cuius assumptio ad hoc terminata est, vt filius Dei esset homo, §. Tunc nihil, &c. Non enim locutio talis est propria: & de proprietate sermonis loquitur conclusio articuli, vt patet. De textu ly non sunt extendendæ, exponatur sic, idest non sunt in usum nostrarum locutionum assumendæ: hoc est, ad imitationem à nobis non sunt trahendæ. Aliqua enim possunt decere sanctos, & tanquam ab ipsorum sancta vita sanctè, seu pie exposita accipientur: quæ in ore aliorum non sic probatorum uirorum malè sonabunt. Multum namque & in bonum, & in malum sensum valet qualitas vitæ, vt scilicet sic, uel sic, ambigua quorundam dicta, sine veritatis offensione, exponantur. Cęterùm si hæc ex textu præsenti habita corroborare vis: vide Diuũ Thomã, contra Gentes libro quarto, cap. 4. vbi per hoc, quòd ex qualitate vitarum Socratis, & Platonis sensum verum cuiusdam dicti eorum adinuenire studet intentum ab isto textu elicirẽ insinuat.

*li. 3. c. 4. in prin. & clarius, c. 11. circa finẽ.

D. 706.

¶ NOT. Similem Beato Augustino vocem protulit Damasus primus Papa in Episto. ad Paulinum, dicens: quòd Christus suscepit integrum hominem sine peccato. Similiter ergo, vt Beatus Augustinus glossandus est. Quinimmo videtur idẽ Damasus seipsius vocem prædictam declarasse post ad eundem Paulinum. Anathematizamus eos, qui duos filios asserunt: unum ante sęcula, & alterum post assumptionem carnis ex Virgine. Dum enim inquit, Christum non esse duos filios, manifestat; se intellexisse ly integrum hominem, id est integram humanitatem.

*Dist. 6.

† q. 2. ar. 6.

2^m de maiori. Significat naturam humanam. ℞. In concreto. §. Idest suppositatam in suo creato supposito. Tunc &c. vt patet i tex. Ergo est homo, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit

3^m illatio conclusionis. enim ex insufficienti diuisione. Debuerat namque argumentum non bifariam tantum (vt fecit) sed trifariam diuidere propositionem de homine, dicendo. Filius Dei est homo: ergo aut est homo, quem non assumpsit; aut est homo, quem assumpsit; aut est homo, cuius naturam assumpsit. Et tunc, si intulisset (ut intulit) ergo est homo, quem assumpsit, clarissime patuisset error. Sed (vt aliàs diximus) argumenta reprę sentant hæreticos falsi nominis scientiæ seminatores; qui vt decipere possint, truncate loquuntur, veritatem etiam cognitam pro posse astute cęlantes; nec ea vnquam nisi pro aliquo a se prætensæ falsitatis velamine utentes, (vt hic patet.) Sunt enim operarii subdoli; transfigurantes se in Angelos lucis, idest in Catholicos, 2. Cor. 14.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a Scripturis, Papa, & Cõcilio; quòd filius Dei non assumpsit hominem. A Papa quidem, cui intelligitur ipsa Synodus Ephesina concordare: ut est in argumen. contr. A Concilio autem Constantinopolitano quinto, Can. 5. Si quis non confitetur: Dei verbum carni substantialiter vniri, & propterea vnam eius subsistentiam vel unam personam, & ita sanctam Calcedonensem Synodum vnam Domini Nostri subsistentiam confiteri;

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

fiteri; talis anathema sit. Neque enim adiectionem personæ uel subsistentiæ sancta Trinitas suscepit ex incarnato vno de eadē Trinitate Deo verbo. Hæc ibi. Quæ ideo faciunt ad propositum; quia si hominem assumpsisset; duas personas, seu subsistentias haberet. Et ita ex incarnato Deo verbo, adiectionem personæ Trinitas suscepisset: quod est hæresis manifesta. Vide artic. 2. Appen. quoniam dicta ibi cum his alterutrum se iuuant. A scripturis vero per illud, quod interrogantibus Iudęis de persona Christi, ipse respondit Ioan. 8. Principium, qui, & loquor vobis. Clarum est: ꝙ Iudęi, per ly qui tu es, interrogabāt de persona humanitatis Christi; cum non crederent diuinitatem eius. Cum ergo quærentibus illis de tali persona dicit Dominus, Principium: idem est, ac si apertè dicat, persona meę humanitatis est principium, idest est Deus. Quòd si persona eius esset homo entitatiue, idest esset ens humanum creatum: respondisset Christus, & quidem duplici iure, ego principiatum. Duplici inquam, iure; quia persona creata est quid principiatum non solum à Deo creatore, sed etiam à principiis speciei, ex quibus fluit. Christus igitur, iuxta suum responsum, erat homo, non quia assumpsisset hominem, idest personam creatam: sed quia natura humana assumpta terminata fuit ad hoc, quòd persona increata esset homo. Secundo vides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus 3. art. directè quærit de homine, vt distinguitur contra naturam humanam.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primò respondetur quæsito negatiue; secundò excluditur error contrarius. Conclusio responsiua est, Non est propriè dictum, quòd filius Dei assumpsit hominem. Probatur. Homo significat humanam naturam in supposito. ergo non est propriè dictum, quod filius Dei assumpsit hominem. Antecedens probatur ex authoritate Damasc. Sicut Deus significat eum, qui habet Deitatem, ita homo eum, qui habet humanitatem. Consequentia probatur, illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed præintelligitur illi: indiuiduum autem, in quo natura humana assumitur est terminus, scilicet diuina persona: igitur si homo significat humanam naturam in supposito, non assumitur. Vbi nota, quòd congenita Auctori reuerentia ad sacros Doctores effecit, vt minus expresserit in conclusione, quam probauerit in præmissis: probauit enim quod filius non assumpsit hominem, expressit tantum, quòd non est propriè dictum, quod filius Dei assumpsit hominem: quia hoc inuenitur quandoque affirmatum in sacris literis, cum grano salis intelligendum. Error, qui excluditur in litera concedentium in Christo plura supposita, satis patet.

¶ In responsione ad primum nota duas glossas quibus piè possunt exponi dicta sanctorum: prima, vt exponatur homo, quo ad naturam, & hanc dederat Magister Sent. dist. 6. Secunda est, vt exponatur assumptio non in fieri, sed in facto esse quia assumptio in facto esse habet hominem pro termino: quia hoc effecit assumptio, & ad hoc terminata est, quòd filius Dei est homo.

¶ In responsione ad secundum, dubium nouitiorum occurrit: quia uidetur concedendum, quòd filius Dei assumpsit hominem, quia prædicata tenentur formaliter, cōstat autem quod filius Dei assumpsit hominem, quo ad formam, seu naturam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non est hic quæstio de propositione, in qua homo est prædicatum, quoniam sub hacmet quæstione cadit, an homo sit assumptus a filio Dei, vbi est subiectum: sed est quæstio de re, an scilicet res significata nomine hominis sit assumpta à uerbo Dei. Et quia res significata est habens humanitatem, & habens humanitatem non est nisi suppositum, quod nō est assumptū, ideo in litera dicitur, ꝙ sicut non potest dici suppositum assumptū ita non potest dici homo assumptus.

¶ In respōsione ad tertium, cum legis, nouitie, quòd filius Dei est homo, cuius naturam assumpsit, caue ne fallaris, puta, quasi sit quidam alius homo, cuius naturam assumpsit. Sed intellige, quòd filius Dei ideo est homo, cuius naturam assumpsit, quia ipse est ille homo, cuius naturam assumpsit, ita quod, & ly homo, non pro alio, quam filio Dei supponit, indistinctè tamen, & ly cuius refert nō alium hominem, quam filium Dei, qui est suppositum diuinum habens humanam naturam.

Capr. 3. d. 5. q. 3. con. 1. Medina, ar. 4.

SVPER Q. IIII. ART. IIII.

30

Sup. q. 2. ar tic. 2. ad 3. & 5. ad 2. & q. 4. ar. 2. ad 1. & 3. c. & 3. dist. 5. q. 3. ar. 3. ad 1. & di. 6. q. 1. ar. 1. q. 3. ad 1.

COncl. 1. Si natura humana esset per se subsistens, quasi scilicet per seipsam separatim ab omnibus indiuiduis esse habens, nō fuisset conueniens, quòd à verbo Dei assumeretur.

¶ Prob. Primò, quia contra rationem formæ communis, qualis tunc esset natura humana, est, quòd sit in persona (vt patet ex terminis): & assumptio terminatur ad personam. Secundo, quia natura communis non meretur: & assumptio facta est, vt filius Dei in natura assumpta nobis mereretur. Tertio, quia natura communis non est sensibilis, & assumptio facta est, vt filius Dei in natura assumpta videretur.

* Vt patet ex Arist. 1. Me. tex. 6. & 25.

¶ Concl. 2. Humana natura, secundum ꝙ est in intellectu diuino, non potuit assumi à filio Dei.

¶ Prob. Quia natura humana sic considerata esset ab æterno in filio Dei.

* Ar. prec.

¶ Concl. 3. Non conuenit dicere: quòd filius Dei assumpserit naturam humanam, prout est in intellectu humano.

† Ar. prec.

¶ Prob. Quia talis assumptio naturæ humanæ non esset aliud, quam incarnationis fictio.

* li. 3. orth. fi. c. 11. circa prin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis. Assumptio enim humanæ naturæ facta est propter communem omnium hominum salutem: vnde dicitur primæ ad Timo. 4. de Christo, quòd est saluator omnium hominum, maximè fidelium: sed natura prout est in indiuiduis, recedit à sua communitate. ergo filius Dei debuit humanam naturam assumere, prout est ab omnibus indiuiduis abstracta.

¶ 2 Præt. In omnibus id, quod est nobilissimum, est Deo attribuendū: sed in unoquoq; genere illud, quod est per se, potissimum est. ergo filius Dei debuit assumere hominem per se, qui quidem secundum Platonicos* est humana natura ab indiuiduis separata. Hanc igitur debuit filius Dei assumere.

¶ 3 Præt. Humana natura non est assumpta à filio Dei, prout significatur in concreto per hoc nomen homo, ut dictum est.* sic autem significatur prout est in singularibus, ut ex dictis patet. † ergo filius Dei assumpsit naturam humanam, prout est ab indiuiduis separata.

SED CONTRA est, quod dicit Damasc.* in 3. lib. Deus uerbum incarnatum non eam, quæ nuda contemplatione consideratur, naturam assumpsit: nō enim incarnatio, hoc, sed deceptio, & fictio incarnationis esset: sed humanam naturam, prout est ab indiuiduis separata, uel abstracta, in nuda contemplatione cogitatur: quia secundum seipsam non subsistit, ut ibidem Dam.* dicit. ergo filius Dei non assumpsit humanā naturam: secundum quòd est a singularibus separata.

* loco nūc citato.

RESP. Dicendum, quòd natura hominis, uel cuiuscumque alterius rei sensibilis, præter esse, quod in singularibus habet, dupliciter potest intelligi, vno modo quasi per se ipsam esse habeat, sicut Platonici posuerunt: alio modo sicut in intellectu existens, uel humano, uel diuino. Per se quidē subsistere non potest, vt Phil. probat in 7. Met.* quia ad naturam speciei rerum sensibilium pertinet materia sensibilis, quæ ponitur in eius diffinitione: sicut carnes, & ossa in definitione hominis. Vnde non potest esse, quòd natura humana sit præter materiam sensibilem. Si tamen esset hoc modo subsistens natura humana, non fuisset conueniens, ut à uerbo Dei assumeretur. Primò quidem, quia assumptio ista terminatur ad personam, hoc autem est cōtra rationem formæ communis, vt sit in persona: quia in persona indiuiduatur. Secundò, quia naturæ communi non possunt attribui, nisi operationes communes, & uniuersales: secundum quas homo non meretur, nec demeretur. Cum tamen illa assumptio ad hoc facta sit, ut filius Dei natura assumpta nobis mereretur. Tertiò, quia natura sic existens non est sensibilis, sed intelligibilis: filius autem Dei assumpsit humanam naturā; ut hominibus in ea uisibilis appareret, secundum illud Baruch, 3.

* li. 7. Met. text. 26. & 27. to. 3.

Primum

ruch, 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Similiter etiam non potuit assumi humana natura à filio Dei, secundum quòd est in intellectu diuino: quia sic nihil aliud est, quàm natura diuina, & per hunc modum ab æterno esset in filio Dei humana natura. Similiter non conuenit dicere, quòd filius Dei assumpsit humanam naturam, prout est in intellectu humano: quia hoc nihil aliud esset, quàm quòd intelligeretur assumere naturam humanam. Et sic si non assumeret eam in rerum natura esset intellectus falsus. Nec esset aliud ista naturæ humanæ assumptio, quàm fictio quædam incarnationis, ut Damasc.* dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filius Dei incarnatus est communis omnium saluator, non communitate generis, uel speciei, quæ attribuitur naturæ ab indiuiduis separatæ, sed communitate causæ, prout filius Dei incarnatus, est uniuersalis causa salutis humanæ.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per se homo nō inuenitur in rerum natura, ita quòd sit præter singularia, ut Platonici posuerunt. *quamuis quidam dicant, quòd Plato non intellexit hominem separatum esse nisi in intellectu diuino. Et sic non oportuit, quòd assumeretur a uerbo, cum ab æterno sibi affuerit.

AD TERTIVM dicendum, quòd quamuis natura humana non sit assumpta in concreto, ut suppositum præintelligatur assumptioni: sic tamen assumpta est in indiuiduo, quia assumpta est, ut sit in indiuiduo.

AR-

1m de minori. A sua communitate. R. Generis, uel speciei. §. Tunc nihil, &c. Nam, quando dicitur, quòd assumptio facta est propter communem hominum salutem, seu quod Christus est Saluator omnium, idest communitatis, accipitur communitas in alio sensu: vt declarat textus. Cum ergo de communitate vno modo sumpta ad aliam faciat transitum argumentatur, loqui extra propositum cōuincitur ex hoc.

2m maior. In omnibus id, quod est nobilissimum, est Deo attribuendum. R. Si illud, quod ponitur esse nobilissimum, non importet secum aliquid attributioni tali repugnās. §. Tūc nihil &c. Nam homo per se, quod dicitur in argumento quid nobilissimum, importat secum hoc, scilicet non esse in rerum natura præter singularia; quod quidem repugnat attributioni tali in proposito, idest repugnat assumptioni: vt ex primæ cōclusionis probatione tripliciter patet. Quod si illud nobilissimū, idest homo per se, accipiatur secundum quosdā prout est in intellectu diuino, adhuc importat secum aliquod repugnans tali attributioni, scilicet assumptioni, vt patet in tex. & conclusione secunda.

*li.3.c.11. ar.princ.

3m maior. Humana natura non est assumpta à filio Dei, prout significatur in concreto per hoc nomen homo. R. Tamen ab ipso assumpta est in concreto, prout significanda erat per hoc nomen homo. §. Tunc nihil &c. Ad hoc enim, quòd natura humana esset in concreto, quando assumpta est, non exigebatur, quòd esset homo, idest suppositatam suo natiuo supposito; sed exigebatur, quòd esset hæc: puta singularis ista anima, singulare istud corpus, singularis ista utriusque ad inuicem coniunctio. Nam talis natura humana dicitur esse, & est, non in abstracto (ut patet per ly hæc): ergo in concreto. Nondum tamen natura sic in concreto sumpta significatur per hoc nomen homo, quoniam neque hæc anima est homo, neque hoc corpus est homo, neque horum ad inuicem coniunctio, vt sic præcise, est homo; sed natura ipsa est in proximo statu, vt significanda sit per hoc nomen homo: quoniā, ad illam vtriusque inter se coniunctionem sequente supposito, & statim, & proprie dicetur homo. Natura ergo humana dicitur esse in concreto duobus modis, scilicet, aut quia est singularis absque supposito, aut quia est singularis simul cum supposito. Hoc secundo modo tantum, ita est in concreto; vt de facto significetur per hoc nomen homo. Non ergo conuertuntur (vt potasse videtur argumentum) esse in concreto, & significari per hoc nomen homo. Concludendum est igitur pro totali satisfactione ad argumentum, quòd filius Dei assumpsit naturam humanam in concreto, scilicet hanc animam, hoc corpus, vtraque hæc ad inuicem coniuncta: sed non assumpsit ipsam in concreto taliter, quòd ea de facto ante actualem assumptionem dici posset homo. Et hoc est in sententia; quod dicitur in textu, scilicet quod quamuis natura humana, &c. vt ibi. Vide articulo tertio, ad primum, & quæstio. secunda, artic. 2.3.5. & quæstio. 6. artic. 4.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a Scripturis, Ecclesia, & Damasceno insinuatum, quòd filius Dei non assumpsit naturam humanam abstractam ab omnibus indiuiduis. A Damasceno quidem; vt in applicatione ponitur in argumen. contr. Pro quo & nota; quòd omnem scintillam hæreticis corridētem, quò ad fieri potest, vitare debemus; & propterea tantò magis Damasceni hanc sententiam acceptare, eamque veram credere firmiter tenemur. Si n. contrarium huius vel in speciem admitteremus, videremur saltem in verbis superficietenus* corridere, idest fauere Manichęo: qui totū mysterium incarnationis, ac nostræ redemptionis phantasticū fuisse phantasticus ipse dogmatizauit. Sic enim contra illū ait Papa Eugeni* 1312. in Concilio Flor. Sacrosancta Romana Ecclesia firmiter credit, profitet, & prædicat, Dei filium in assumpta humanitate ex virgine verè natum, vere passum, vere mortuum, & sepultum; verè ex mortuis resurrexisse, in cœlum ascendisse, sedereq; ad dexteram Patris, & venturum in fine sęculorum ad viuos mortuosq; iudicandos. Anathematizat autem, execratur, & damnat hæresim contraria sapiētem; & Manichæum cum sectatoribus suis; qui Dei filium non verum corpus, sed phantasticum sumpsisse somniantes, humanitatis in Christo ueritatem penitus sustulerunt. Hęc ille in constitution. super vnion. Iacobinorum. A scripturis verò idipsum articuli intentum in principio append. positum insinuatur, per hoc, quòd dicitur 2. Cor. 1. Dei filius Iesus Christus non fuit in illo est, & non; sed est in illo fuit, Quotquot enim promissiones Dei, sunt in illo est. His namque verbis Apostolus vere fuisse in Christo adimpleta, connotat; quæ de mysterio humanitatis olim promiserat Deus in scripturis sanctis. Item per ly Ego sum veritas, Ioan. 14. Veritas autem tam longè est à fictione quacumque, vt nec minimum quid falsitatis admittere queat: ita vt etiam si fingendi licentia detur, a nullo vel parum sapiente huius oppositum nullo modo cōcipi possit. Verum si quidē à veritate deficis in hoc; quòd falsitatem aliquā, saltem paruulam, saltem per imaginationem nostram potest compati: quandoquidem verum concretum est, veritas autem abstractū. Item per totum fere discursum 1. Corin. 15. Vbi de veritate mysteriorum Christi, & meritorum eius pro nobis, puta resurrectionis nostræ, &c. Apostolus efficacissime ratiocinat. Vide per te. Ab Ecclesia quoque insinuatur per hoc: quòd in omnibus suis orationibus, siue collectis concludendo inquit; Per Christum Dominum nostrum. Hoc est: per merita Christi, quibus mihi meruit & hoc, & illud beneficium, &c. quod ego nunc orando á te deposco. Non meruisset autem, si assumptio fuisset in abstractione, vt dicit prima conclusio: ideoque per illud dictum suum Ecclesia, assumptionem non fuisse sic faciendam, notificat. Secundò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

*Apud Aristo. lib. 1. Met. tex. 6. & 25.

APPEN-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly debuit, denotat debitum congruentiæ, vt in principio huius q. 4. vbi distinguūtur articuli eius patet. Ly abstracta, in corpore articuli declaratur.

¶ In corpore articuli tria sunt: primò declaratur titulus, quantum ad ly abstracta a singularibus, distinguendo, quod dupliciter potest intelligi. Primò, quod habeat esse secundum rem separatam á singularibus materialibus: secundo, quòd habeat esse obiectiuum in intellectu, quicumque sit ille intellectus, diuinus, uel humanus. Secundò, tractatur quæstio in primo sensu. Tertio, tractatur in secundo sensu. In primo autem sensu, an fuerit conueniens filium Dei assumere humanitatem per se separatam secundū esse, dupliciter tractatur in litera: primò per interemptionem eius, quod præsupponitur, scilicet quòd humanitas possit sic inueniri in rerum natura, & hoc afferendo rationem Aristo. Secundò, sub conditionali, si esset humanitas sic separata, responderur negatiue ad quæstionem, quòd si esset sic, non fuisset conueniens, quòd assumeretur a filio Dei. Et hoc probatur tripliciter: primò, quia humanitas communis non est personabilis, quia non est indiuiduabilis: persona enim indiuiduum quoddam est, assumptio autem ad personalem vnionem terminatur.

¶ Vbi statim occurrit dubium de veritate illius propositionis: est contra rationem formæ communis, vt sit in persona. Et ratio dubii est, quia si humanitas esset subsistens (vt Platonici dicuntur finxisse) non esset excellentior aliis subsistētis separatis, quales sunt angeli: sed non est contra rationem angelicæ naturæ esse in persona, immo de facto natura angelica est personata: ergo nō esset contra rationem humanitatis separatæ personari. Amplius aliud est iudicium de natura communi in exemplari participatione, singulari tamen in essendo (qualis esset humanitas per se) & aliud est iudicium de

cium de natura communi in essendo, qualis intelligitur natura humana, vt est vniuersalis in prædicando de omnibus hominibus, qualis non esset humanitas per se: cōtra rationem enim naturæ communis in essendo est indiuiduatio: non autem naturæ communis in participatione exemplari: humanitas autem per se non ponitur communis in essendo. Et confirmatur: quia humanitas subsistens proculdubio esset res singularis in essendo, alioquin non subsisteret, sicut nec Deitas subsisteret, nisi esset res singularis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ratio ista non affertur ad monstrandam impossibilitatem assumptionis, sed incongruentiam, ideo propositiones eius intelligendæ sunt in plano sensu: quo seruata vniuocatione terminorum, scilicet ly persona hominis, & ly indiuiduum hominis, monstrat aperte incongruentiam humanitatis separatæ ad assumptionem. Est igitur sensus illius propositionis, Cōtra rationem naturæ communis est, quòd sit in persona, scilicet humana, vt sunt personæ humanæ, quas scimus. Et hoc manifestat, quia in persona indiuiduatur, relinquens pro per se noto, ꝙ contra rationem talis humanitatis est indiuiduari, quod est verum vniuoce loquendo de indiuiduatione, vt natura apud nos indiuiduatur. Ex hac namque propositione, & ratione optime infertur, quod humanitas per se incongrua est assumptioni: natura enim repugnans personis, & indiuiduis suæ speciei, non congrua est ad hoc, quod trahatur ad alienam personam. Et per hæc patet responsio ad duo vltima.

¶ Ad primum autem dicitur, quòd si humanitas esset separata, sequeretur, & quòd non esset persona: quia ponitur quod sit tantum humanitas: equinitas enim, vt dicit Auicen. est tantum equinitas, & ideo propositio literæ est absolute vera, quòd contra rationem naturæ communis esset personalitas, non sic autem est de naturis angelicis, quæ non ponuntur tantum ipsæ, sed ponuntur habentes naturas suas, & sequeretur, quod haberet personam, pro quanto per se separatim subsisteret naturaliter: nec mirum, quia antecedens implicat incompossibilia. Secunda ratio est: quia naturæ communi non possunt attribui, nisi operationes communes, & vniuersales, secundum quas homo non meretur, nec demeretur, assumptio autem facta est ad hoc, ut ille homo mereretur nobis.

¶ Sed occurrunt hic dubitationes duæ. Altera est, quia aut in prima parte propositionis maioris est sermo de operatione cōmuni, & vniuersali ex parte obiecti & hoc non, quia hoc est contra hypothesim, qua ponimus naturam communem per se existere, ac per hoc esse singulare quoddam in essendo, & consequenter operatio sua ex parte subiecti esset singularis: aut ex parte termini, seu effectus, puta quia extendit se ad omnes homines. Et sic ratio est ad oppositum: quia Christus meruit nobis, ut causa vniuersalis, vt infra patebit, ac per hoc congruebat eius merito natura humana operans communiter, & vniuersaliter. Altera est, quia secunda pars dictæ propositionis est falsa, quoniam homo meretur si est in gratia, secundum omnes suas operationes, siue sint communes, siue propriæ quoniam, siue comedat siue bibat, siue generet, siue dormiat, omnia in gloriam Dei facit, iuxta Apostolicum præceptum.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quòd sermo est de operatione communi, & vniuersali ex parte subiecti, quia scilicet non haberet operationes, nisi quæ consequuntur naturam communem omnibus hominibus. Tales enim operationes dicuntur communes, & vniuersales ex parte subiecti: quia sequuntur naturam secundum se, non vt in hoc aut illo: natura autem secundum se communis, & vniuersalis dicitur. Natura autem congrua assumptioni debet se sic habere, vt operationes personales, & non solum naturales congrue sibi attribuantur.

¶ Ad secundam dicitur, quòd operationem aliquam esse meritoriam, contingit dupliciter, scilicet ex suo genere uel ex parte operantis tantum. Operationes enim naturales ex suo genere, nō sunt meritoriæ: & ideo dicitur, quòd naturalibus non meremur, nec demeremur, possunt tamen esse meritoriæ ex parte operātis, in Deū obiectum supernaturalis beatitudinis illas referentis. Operationes autē liberæ, ac moraliter bonæ ex suo genere sunt meritoriæ: quoniam ex suo genere habiles sunt, ut charitate informentur. In litera ergo est sermo de meritoriis ex suo genere, ita quod ratio literæ consistit in hoc. Natura humana illo modo essendi est incongrua assumptioni, quo non est nata, vt conueniant sibi operationes meritoriæ ex suo genere, quia assumptio ad hoc tendit, ut mediante natura assumpta, filius Dei mereatur nobis: sed naturæ communi non attribuuntur nisi operationes communes, &c. ergo. Tertia ratio expositione non eget.

¶ In secundò autem sensu tractatur quæstio secundum esse in duplici intellectu, primo diuino: deinde humano. Et quidem, ꝙ natura humana, secundum quod est in intellectu diuino, nō potuit assumi, pbat dupliciter: primo, quia natura humana sic nihil aliud est, quàm natura diuina: secundo, quia natura humana ab æterno esset in filio Dei per hunc modum. Vbi nota pro primæ rationis euidentia, quod esse obiectiuum rerum respectu intellectus diuini non est esse diminutum, vt Scot. in 36. distin. 1. Sent. somniabit, nec est esse relatiuum rationis, quasi quoddam respectiuum esse acquirant ex hoc, ꝙ obiiciuntur diuino intellectui: quoniam Deus secundum veram philosophiam, & altissimam theologiam nihil intelligit extra se, non quod aliquid illum lateat, sed quia intuendo seipsum tantum, intuetur omnia, quoniam omnia, & cognoscibilia, & cognita à Deo sunt ipse Deus, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum est, in ipso vita erat. Quia ergo humanitas in intellectu diuino nihil aliud est, quàm deitas secundum id, quo humanitatem cōtinet. ideo optime ratio literæ concludit, quod assumere humanitatem, vt est in intellectu diuino, esset assumere naturam diuinam, quæ non est assumptibilis. Et quia deitas est in filio ab æterno sequitur, quòd natura humana per hunc modum essendi est in filio Dei ab æterno, & non ex tempore coniuncta: vt secunda ratio subiungit. Potest tamen aliter induci hæc secunda ratio per se seorsum, ut sit sensus quòd quicquid sit illud esse obiectiuum humanitatis in intellectu diuino, humanitas per hunc modum, s. secundum quòd est obiectū intellectus diuini, ab æterno est in filio Dei, vtpote, qui est ipse intellectus diuinus. non ergo erat opus, ut assumeret humanitatem sic: nullus enim assumit aliquid illo modo, quo habebat, & hic sensus in responsione ad secundum explicatur. Quòd autem natura humana, secundum quod est in intellectu humano, non debeat assumi, probatur deducendo ad impossibile. Assumere humanitatem in esse obiectiuo intellectus humani, nihil aliud est, quàm intelligi assumere naturam humanam. ergo non est assumere naturam humanam in rerum natura. ergo esset intellectus falsus. ergo esset fictio quædam incarnationis. Et affertur testimonium Damascen. ad hoc. Vbi nota pro euidentia literæ, quod quia humanitas obiecta intellectui nostro non habet sic esse in rerum natura, sed habet solummodo esse intelligibiliter relatiue, quo dicitur repræsentata intellectui, & terminatiua actus intelligendi, consequens est, quod ad humanitatem sic, nulla actio transiens realis potest terminari, sicut nec ad Cæsarē repræsentatum in statua, aut memoria: licèt ad ipsam statuam, uel memoriam possit actio realis transiens terminari, ut patet. Et quia assumptio significat actionem realem transeuntem in humanitatē, quæ assumitur ideo assumptio non potest terminari ad humanitatem sic, actiones autem reales immanentes possunt terminari ad res sic: possum enim imaginari, & amare Cęsarem repræsentatum. Sed, & actiones reales transeuntes possunt dupliciter, sicut & ipsa humanitas potest dupliciter accipi, scilicet secundum quod sunt in rerum natura & secundum, quod intelliguntur. Verbi gratia. Secare lignum, vt est in rerum natura, & est vere secare, & secare lignum, prout aliquis imaginatur, aut intelligit secare lignum, & hoc non est vere secare lignum, sed est intelligi, aut imaginari, quod lignum secatur. Primò siquidem modo, quo solo, sunt uerè actiones reales transeuntes, non possunt terminari ad naturam sic: Secundò autem modo possunt: sed tunc non ipsæ actiones in ueritate terminantur ad naturam sic, sed imaginatio, seu intellectus earum. Et ideò optime in litera pro antecedente, & quod quid est assumptionis naturæ sic, dicitur, quòd assumere humanitatem sic, nihil aliud est, quam intelligi assumere naturam humanam. Et vere sic esse patet, sicut occidere Cęsarem repræsentatum, nihil aliud est quam intelligi, seu imaginari occidere Cæsarem, & facere Socratem imaginatum tantum Regem, nihil aliud, quàm imaginari facere Socratem Regem. Et quoniam ex huiusmodi, actiones, imaginatas, aut intellectas terminari ad res, non sequitur quod sic sit in rerum natura (non enim inuenitur propterea lignum sectum, aut Cæsar occisus aut Socrates Rex) ideo optime deducitur in litera, quòd non assumere humanitatem in rerum natura, & quòd esset intellectus falsus: quia ab eo, quod res est, uel non est, intellectus dicitur uerus, uel falsus. Et quod esset fictio incarnationis, non incarnatio ipsa vt clare iam patet: sicut fictio commestionis panis est, comedere panem in imaginatione tantum. Dubium restat hic, quare cum humanitas in intellectu triplici esse habeat, scilicet diuino, & angelico, & humano de duobus tantum, intellectibus auctor locutus est, omittens humanitatem secundum esse quod habet intellectu angelico.

¶ Ad hoc dici facile prima facile potest, ꝙ quia intellectus angelicus medius est inter diuinum, & humanum, per extrema dedit intelligendum medium. Subtilius autem, & verius dicitur, quod quia esse obiectiuum in intellectu sufficienter per hos duos essendi modos distinctum est, scilicet, ꝙ aut est idem, quod esse naturale intelligentis, aut est esse relatiuum rationis, quo dicitur, & est repræsentatum & terminatum, &c. Et utroque modo exclusum ab assumptione ita est, ut neutro modo humanitas uere assumeretur: sed uel natura intelligentis illam, assumeretur, uel esset fictio assumptionis: ideo non oportuit solicitum esse Doctorem de humanitate secundum esse, quod habet in intellectu angelico, quoniam incidit in alterum dictorum.

Medina art. 5.

SVPER Q. IIII. ARTIC. V.

CONCL. Non fuit conueniens, quod humana natura in omnibus suis suppositis à uerbo assumeretur.

¶ PROB. Primò, quia sic tolleretur multitudo suppositorum humanæ naturæ, quæ tamen multitudo est ei connaturalis. Secundo, quia hoc derogaret dignitati filiô Dei incarnati, qua secundum humanam naturam est primogenitus in multis fratribus. Tertio, quia tunc non inueniretur in Christo ista conuenientia, scilicet unitas ex utraque parte.

31 Sup.q6.2. ar.5. ad 1. ad 3. di.2. q.1. arti.2. q.2.

1^m de minori.

Quod conuenit per se alicui naturæ. R. Tanquam uel pertinens ad principia essentialia ei*, uel existens naturalis proprietas eius. §. Tunc nihil, &c. Nam assumi, conuenit per se naturæ humanæ in alio sensu, scilicet inquantum non conuenit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ, &c. ut in tex.

*q.3.ar.7.

2^m de minori.

Quantum est possibile. R. Et conueniens. §. Tunc nihil &c. Licet enim esset possibile illud, quod argumentum subnectit: tamen non erat conueniens. Si enim in omnibus suppositis assumpsisset naturam humanam; à nullo hominum passus esset aliquid pro nobis, quia nullum suppositum aliud a supposito diuino moreretur in humana natura. Hoc antem, scilicet ipsum non pati pro nobis, manifestasset minus charitatem eius ad nos, & hoc (ut patet) non est conueniens ita, sicut si magis manifestaretur; secundum quod factum est, ipso assumente naturam humanam in uno supposito, idest naturam singularem. Vide articulo quarto, ad tertium.

*li.3.c.11. circa prin.

3^m maior. Sapiens operatur perficit opus suum breuiori uia, qua potest. R. Sic tamen, ut non faciat per multa, quod sufficienter potest fieri per unum. §. Tunc nihil, &c. Licet enim breuior aliquo modo fuisset uia, quam minor propositio affert: tamen tunc alia oīx breuitas conuenientior defecisset, scilicet quod nō fiat per multa, quod sufficienter potest fieri per unum. Restat ergo: q̄d omnibus consideratis, quæ ad breuitatem viæ condecentem faciunt, conuenientissimum fuerit, quod per unum hominem alii saluarentur.

ARTICVLVS V.

Vtrum filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus indiuiduis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei humanam naturam assumere debuerit in omnibus indiuiduis. Illud enim, quod prius, & per se assumptum est, est natura humana: sed quod conuenit per se alicui naturæ, conuenit omnibus in eadem natura existentibus. ergo conueniens fuit ut natura humana assumeretur à Dei uerbo in omnibus suis suppositis.

¶ 2 Præter. Incarnatio diuina processit ex diuina charitate, unde dicitur Ioann. tertio. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: sed charitas facit vt aliquis se communicet amicis quantum est possibile. Possibile autem fuit filio Dei, ut plures naturas hominum assumeret (ut supra dictum est) * & eadem ratione omnes. ergo conueniens fuit, quod filius Dei assumeret naturam humanam in omnibus suis suppositis.

¶ 3 Præt. Sapiens operator perficit opus suum breuiori uia, qua potest: sed breuior uia fuisset, si omnes homines assumpti fuissent ad naturalem filiationem, quam per vnū filium naturalem multi in adoptionem filiorum adducantur, ut dicitur Gal. 4. ergo humana natura debuit a filio Dei assumi in omnibus suppositis.

SED CONTRA est, q̄ Dam.* dicit in 3. lib. q̄ filius Dei nō assumpsit humanam naturam, quæ in specie consideratur: neque enim omnes hypostases eius assumpsit.

RESP. Dicendum, q̄ non fuit cōueniēs, q̄ humana natura in omnibus suis suppositis a uerbo assumeretur. Primò, quia tolleretur multitudo suppositorū humanæ naturæ, quę est ei connaturalis. Cum enim in natura assumpta non sit considerare aliud suppositum præter personam assumentem, ut sup. dictum est, * si nō esset humana natura, nisi assumpta, sequeretur, q̄ nō esset nisi unum suppositum humanæ naturæ, quod est persona assumens. Secundo, quia hoc derogaret dignitati filii Dei incarnati, prout est primogenitus in multis fratribus secundum humanā naturam, sicut est primogenitus omnis creaturæ secūdum diuinam: essent enim tunc oēs homines æqualis dignitatis. Tertiò, quia conueniens est, quòd sicut unum suppositum diuinum est incarnatum, ita una solā naturam humanam assumpserit, ut ex utraque parte unitas inueniatur.

*art.3.huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ assumi conuenit secundum se humanæ naturæ: quia s. non conuenit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ conuenit assumere ratione personæ. Non autem conuenit ei s̄m se, sicut pertinēs ad principia essentialia eius, uel sicut naturalis eius proprietas, per quem modum conueniret omnibus eius suppositis.

AD SECVNDVM dicēdum, q̄ dilectio Dei ad homines manifestatur nō solum in ipsa assumptione humanæ naturæ, sed præcipuè per ea, quæ passus est in humana natura pro aliis hominibus, s̄m illud Rom. 5. Commendat aūt Deus charitatē suā in nobis: quia cū inimici essem*, Christus pro nobis mortuus est: quod locū nō haberet, si in omnibus hominibus naturam humanam assumpsisset.

AD TERTIVM dicendum, q̄ ab breuitatem uiæ, quam sapiens operator obseruat, pertinet, q̄ non faciat per multa quod sufficienter pōt fieri per vnum. Et ideo conuenientissimū fuit, quod per unum hominem omnes alii saluarentur.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse à Scripturis, & Damasceno insinuatū: quod filius Dei non debuit assumere naturam humanam in omnibus indiuiduis. A Damasc. quidem, ut in arg. cont. A scripturis uero per hoc, quod de Christo dicitur ps. 117. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Nam si in omnibus suppositis humanam naturam assumpsisset, nullus ædificans eum reprobare potuisset, & hic scilicet solus non coniunxisset caput anguli, idest tam gentes quam Iudæos in unam fidem catholicam. Vide ad secundum, & tertium. Ex illa ergo sentētia scholasticis Theologis propheta concludēdum relinquit, quod filius Dei, &c. ut supra. Secundo uides: quō ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli intelligendus est in sensu, in quo fit, magis quam in sensu, quem facit. nam per naturam humanam in omnibus suis indiuiduis, intendit auctor singulas humanitates quę inueniuntur quandoque in rerum natura. Licet hęc verba, Natura humana in omnibus suis indiuiduis, significent singulas humanitates in suis propriis suppositis, quas, quia ut sic, implicat assumi, putauit Auctor sensum intentum percipi absque ambiguitate aliqua: ita quòd exponenda sunt hæc uerba, pro humana natura, non quæ est, sed quæ esset in omnibus suis indiuiduis.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua, quæsito negatiua. Non fuit conueniens, quod humana natura in omnibus suis suppositis, hoc est, quod singulæ humanitates, quæ distribuerentur per omnia supposita humana, assumerentur a filio Dei. Probatur tripliciter, primò, quia tolleretur multitudo suppositorum in humana natura. Secundò, quia tolleret filio Dei dignitatem primogenituræ inter multos fratres. Tertio, quia vnico supposito unica assumpta natura congruit.

¶ In responsione ad primum responsio consistit in distinguendo per se, ut distinguitur contra per aliud, scilicet personam, ut distinguitur contra per accidens, primo modo humanitati conuenit per se assumi, non secundo.

¶ In responsione ad secundum, & tertium, responsio consistit in hoc, quod non uno solo modo conuenit, & commendari charitatem Dei erga nos, & breuitatem uiæ sapientis obseruare, & ideo conuenientiorem decuit eligere.

SVPER QVAEST. IIII. ART. VI.

COncl. Deus melius iudicauit de ipso, quod uictum fuerat genere assumere hominē. Hoc est. Conueniēs valde fuit; ꝙ filius Dei assumeret naturam humanam ex stirpe Adæ.

¶ Pro. Quia hoc ꝑtinet & ad maiorē Dei iusticię manifestationē, & ad maiorem hominis dignitatem, & ad maiorē diuinę potentię ostēsionem (ut singillatim patet in tex.)

32 Ioſt.q.3 1. art.1. & 3. dist.2.q.1. ar.2.qō.2. & opusc. 3. c.224.

1m ex Apostolo. Segregatus a peccatorib. R. Segregatione culpabili, nō autem, segregatione naturali. §. Tūc &c. Licet.n. esset magis segregatus à prioribus, si ēt quātum ad naturā ab eis segregaretur. i. si non assumeret naturā ex stirpe Adæ: tñ neq; fratrib. per oīa assimilatus fuisset, neq; tā mirabilis innocentia eius apparuisset. Ex quo dic: ꝙ attēta solum à peccatorib. segregatione, verbum ex stirpe Adæ naturam humanam assumere non conueniebat: sed attētis omnibus. i. consideratis oībus in tali negotio considerandis, conueniebat multum, ꝙ Verbum ex stirpe Adæ incarnaretur. Vide quoddā simile, ar. 5. ad 3.

* gl. inter lib.

2m de antecedente. Principium. R. Vt principium. §. Tūc &c. Adā enim non tñ erat principium, sed erat principium corruptum. i. hñs turpitudinem peccati. Vnde ipse, ut hoc ultimo modo cōsideratus, ignobilitatē culpæ præ cæteris maiorem habebat, quāto principalior constitutus fuerat: & idō minus conueniens erat, ut ex ipso immediatē naturam humanam verbum assumeret. Oportuit enim eum, qui peccata, &c. ut in text. Ex quo dic: ꝙ B. Virgo, ex qua immediate Verbū naturam assumpsit, fuit oīno sine peccato actuali in tota uita sua. Hæc enim secundum textum est ratio, quare ex Adam immediatē carnem non assumpserit, quia ipse Adam peccato actuali actualiter subiacuerat.

* lib.13.c. 18. in pri. to.3.

3m de conclusione. Si ergo ex peccatoribus. R. Nullis iustis mediantibus. §. Tūc &c. Quia enim Christ' maxime debebat esse, &c. ut in tex. Ex quo dic: ꝙ licet inter gētes fuerint aliqui iusti, vt Iob, 2.2. q.2. ar.7. arg.3. cum respon. tamen ibi nō fuit iustitia quasi per hæreditariam successionem, quam quodāmodo circumcisio, cū esset signaculum fœderis conseruandi, importabat. Non ergo ex peccatorib. sine tali successiua iustitia, voluit incarnari Deus, quod non aduertens argumentū ideo errabat.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conueniens fuerit, quod filius Dei humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens, vt filius Dei naturam humanam assumeret ex stirpe Adæ. Dicit enim Apostol. ad Heb. 7. Talis dicebat vt esset uobis Pontifex segregatus a peccatoribus: sed magis esset a peccatoribus segregatus, si non assumpsisset naturam humanam ex stirpe Adæ peccatoris. ergo uidetur quod non debuerit de stirpe Adæ naturam humanam assumere.

¶ 2 Præt. In quolibet genere principium nobilius est eo, quod est a principio. Si igitur assumere voluit humanam naturam, magis debuit eam assumere in ipso Adam.

¶ 3 Præt. Gentiles fuerunt magis peccatores quàm Iudæi, ut dicit gloss. * ad Gal. secundo, super illud, Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Si ergo ex peccatoribus naturam humanam assumere uoluit debuit eam magis assumere ex gentibus, quàm ex stirpe Abrahæ, qui fuit iustus.

SED CONTRA est, quod Luc. 3. generatio domini reducitur usque ad Adam.

RESPON. Dicendum, quod sicut Augustinus in 13. de Trinit. * Poterat Deus hominem aliunde suscipere, non de genere istius Adæ, qui suo peccato obligauit genus humanum: sed melius iudicauit de ipso, quod victum fuerat, genere assumere hominem Deus, per quem generis humani vinceret inimicum. Et hoc propter tria. Primò, quidem, quia hoc uidetur ad iustitiam pertinere, ut ille satisfaciat, qui peccauit, & ideo de natura per peccatum corrupta debuit assumi id, per quod satisfactio erat implenda pro tota natura. Secundò, quia hoc etiam pertinet ad maiorem hominis dignitatem, dum ex illo genere uictor diaboli nascitur, quod per diabolum fuerat victum. Tertiò, quia per hoc etiam Dei potentia magis ostenditur, dum de natura corrupta, & infirma assumpsit id, quod in tantam uirtutem, & dignitatem est promotum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus debuit esse a peccatoribus segregatus quantum ad culpam, quam uenerat destruere, non quantum ad naturam, quam venerat saluare, secundum quam debuit per omnia fratribus assimilari ut idē Aposto. dicit ad Hebr. 2. Et in hoc etiam mirabilior est eius innocentia, quod de massa peccato subiecta, natura assumpta tantam habuit puritatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dictum est, * oportuit eū, qui peccata uenerat tollere, esse a peccatoribus segregatum, quantum ad culpam, cui Adam subiacuit, & quem Christus a suo delicto eduxit, vt dicitur Sap. 10. Oportebat autem eum, qui mundare omnes uenerat, non esse mundandū, sicut, & in quo libet genere motus, primum mouēs est immobile secūdum illum motū, sicut primum alterans est inalterabile. Et ideo non fuit conueniens ut assumeret humanā naturā in ipso Adā.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quia Christus maximè debebat esse à peccatorib. segregatus, quantū ad culpam, quasi summam innocentiæ obtinens, conueniens fuit, vt a peccatore usq; ad Christum perueniretur, mediātib. quibusdā iustis, in quibus præfulgerent quædā insignia futuræ sanctitatis. Et pp hoc ēt in populo, ex quo Christ' erat nasciturus, instituit Deus q̄dā sanctitatis signa, q̄ inceperunt in Abrahā, qui primus ꝓmissionē accepit de Christo, & Circumcisionem in signum fœderis conseruandi, ut dicitur Genes. 17.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostēdas, meritò esse in Scripturis insinuatum, ꝙ cōueniens erat, Deum carnē assumere ex stirpe Adæ, ut Luc. 3. secundum quod ponitur in argu. cont. Item Gen. 3. Ipsa conteret caput tuum. Eua enim cum omnib. succedentibus mulieribus, quæ ibi cointelligūtur, ex stirpe Adæ erat: & ipsa in B. Virgine, ex qua Verbum humanitatē accepit, contriuit caput serpentis. i. superbum diabolum. Tūc ergo per illa uerba ꝓnunciauit Deus, ꝙ ex stirpe Adæ erat aliquando incarnādus. Item insinuatur id fuisse conueniens ex hoc, quod tanquam conueniens adducitur in scripturis. Pro qua re uniuersali, applicanda tamen ad hoc propositum speciale, uide de scripturarum conueniētia. 1.2. quæst. 68. art. 4. append. & 2.2. quæstio. 122. artic. 2. append. & q. 140. articu. 1. append. Secundò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur. 2

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, & ideo quæsitus: quia poterat Deus creare vnam naturam humanā in supposito verbi sicut creauit Adā, non per propagationē: poterat ēt aliquē alium hominem cum sua uxore creare innocentes, & in innocentia ꝑseuerantes, sicut creauit Adā, & Euā: & ex illa innocente stirpe humanā naturā assumere, & non ex stirpe Adæ poterat, & vnā solam virginem creare innocentem, ex qua nasceretur, sicut natus est de Maria virgine filia Adæ. Cum igitur multis aliis modis incarnatio fieri potuisset, quæsitum est, an conuenienter sit facta ex stirpe Adæ.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua, quæsito affirmatiuo, probata triplici ratione, & auctoritate Aug. præposita. Et omnia clarè patent. Siste tñ paululum in secunda ratione, & intellige minimum quid de nostra dignitate explicari, ꝑ hoc, ꝙ nobis peccatorib. uictis collatum est uincere per caput ex nobis sumptū: longe.n. dignior sum, ꝙ Dei filiationem per adoptionem cum spreuissem peccādo, factus sum Dei filius in persona, factus sum Deus in persona. Multum enim mihi dignitatis collatū fateor, ꝙ ex inimico factus sum amicus Dei, quod qui offendi, satisfeci, qui demorui, merui, qui victus sum, vici ēt diabolum, & triumphaui de ipso, qui erā in regione longinqua, & vulneratus à latronibus, &c. factus sum dominus Angelorum; sed oēs superat dignitates, ꝙ factus sum Deus personaliter, quod mō generis tam infimi, tamq; corrupti, ac Deo inimici, mei iquā generis, unus ergo uerus est Deus, nō participatiue, sed substantialiter. Ad maximam ergo peccatoris hoīs dignitatem spectat, ꝙ de stirpe peccatrice carnem assumpsit Deus.

Ferr 4 cont.g.39.40.
Medina,ar.1.
Alb.Mag 3.d.2 ar 3.

SVPER Q. V.
ART. I.

CONCL. Natus est Dei filius, nõ putatiuè, quasi imaginatũ corpus habens; sed verum corpus.

¶PROB. Primò, quia ad rationem humanæ naturæ, quam (vt patet q.4.ar.1.) filius Dei assumpsit, pertinet verum corpus. Secundo alıter omnia ab Euangelistis de Christo narrata (puta mors, salus hominũ, &c.) essent solum secũdum quandam apparẽtiam, non autem secundum veritatem intelligenda. Tertiò, quia est Deo assumenti, cum sit veritas, indignum maximè; quòd in suo opere aliqua fictio inueniretur. Quartò, quia ipse Dominus expresse docet Luc. vlt. Se habere verum corpus.

Vtilita pro Ecc. Dei.

33 Infr.ar.2.c. & q.14.ar.1.c. & 3.d. 3.q.1.ar.3.q.1.c. & q.2.c.& 4.cõtra cap.29.30. & 34. prin.& 35.fi. & Po.q.6.ar.7.cor. & opu.3.c.213.& 227.

1m de minori.

Secundum similitudinem. R. Phantasticam. §. Tunc nihil &c. Nam Apostolus accipit similitudinem in alio sensu, scilicet pro similitudine specifica; Et id quod est secũdum veritatem, potest dici secundum similitudinem hanc.

* In ser. 1. post me. il lius, incipit hic ser. Saluator nost.

2m de minori.

Quòd sit omninò à corpore separatus. R. Idest quod ipse non fiat corpus, neque forma corporis. §. Tũc nihil &c. Nã conclusio articuli, quando ipsum assumpsisse verum corpus dicit, hoc intelligit in alio sensu, scilicet, quod verũ corpus in vnitatem personæ, salua distinctione vtriusque naturæ, assumpsit: cũ quo vtique stat simul, q ipse vt Deus sit omnino à corpore separatus, vt dictũ est.

3m de maiori.

† lib.83.q. quæst.14.in princ.to.4.

Respondere. R. Quantũ ad similitudinem: non autem, quantum ad rei veritatem. §. Si enim signum seu figura responderet quantum ad uia ipsi signato, seu figuratoriam signum, & figura non esset signum & figura, sed esset ipsa res. Tunc nihil &c. Conueniens enim fuit, vt appa ritiones vet. Testa. &c. vt in tex.

*c.2.2 me. habetur inter opera Aug.to.3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. 6.Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem tũ directã (Hæc ponitur in corpore) tum indirectam (Hæc est solutio argumentorum: qm signum veritatis est, quando ex ipsa soluuntur obiecta in contrarium; vt habet à Phylosopho in Physicis) interimas hæresim Manichęi, & Colorbosii, dicentium; q Christus nou habuit uerum corpus. Et illam Cerdonis, dicentis: q Christus nõ habuit carnem. Per hoc enim q Manicheus & Colorbos, expressè dixerunt, q ipse nõ fuit verus homo, patenter cointellexerunt; q non habuit verum corpus: qm ad esse uerum hominem requiritur necessariò verum corpus, & consequenter ubi non est veritas essentiæ hominis, ibi non est ueritas corporis. Similiter per hoc, q Cerdon carnẽ expresse negauit in Christo, intellig.it necessariò, q verum corpus eũ non assumpsisse dixerit. Secundò habes: quo p rationem ostendas, illas merito damnari à Luc.ult. sm q est hic in tex.corp.fin. Item à B. Aug. sm q est in argu. contr. Pro quo nota circa differẽtiam inter cõcretũ & abstractũ dicta q.4.art.4.appen. sup ly Ego sum ueritas, Io.14. Itẽ à Papa Eug.IIII.in Conc.Flor. vt patet in ead.appen. Ite a 1.Cor.15. Apost. n.ibi diffusè monstrat legẽtib: q̃tum execretur, abhorreat, & cõdẽnet admittere vel indirectè uolẽtes falsitatẽ q̃tãcũq; ẽt minimã in Christo, & in his, quę sunt catholicæ fidei. Intantum.n. vult oia dicta p fidem de Christo esse uera, pro uerisq; firmiter tenẽda: ut seipsum, & coapostolos audeat appellare falsos testes, & falsum testimonium contra Deũ ferentes, si pdicassent Deum suscitasse Christum ex mortuis, posito q Deus vere non suscitasset ipsũ. Tãta est ergo, sm illum veritas fidei; ut nec etiã excellentissima de Deo dicta, puta q suscitauerit Christum ex mortuis, admitteret unquã, si Deus ipsũ re uera nõ suscitasset. Multò min' ergo infimũ hoc, s. Christum hẽre uerũ corpus, admitteret, & multo magis hoc ipsũ pdicare abhorreret: si Christus in rei ueritate corp' uerũ uon hẽret. Nõ tñ ergo Aplus Manichęũ cũ cõplicib. sed ẽt quoscunq; alios fictionẽ uel minimam

*c.2.decla. ad h. to.3.

*q.2.art.1.

* li.3.c.2.circa fi.

QVÆSTIO V.

De modo Vnionis ex parte partium humanæ naturæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de assumptione partium humanæ naturæ.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum filius Dei debuerit assumere uerum corpus.

¶ Secundò, Vtrum assumere debuerit corpus terrenum, scilicet carnem, & sanguinem.

¶ Tertiò, Vtrum assumpserit animam.

¶ Quartò, Vtrum assumere debuerit intellectum.

ARTICVLVS I.

Vtrum Dei filius debuerit assumere uerum corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit uerum corpus. Dicitur enim Phil. 2. quod in similitudinem hominem factus est: sed quod est sm veritatem, non dicitur esse secundũ similitudinem. ergo filius Dei non assumpsit uerum corpus.

¶ 2 Præter. Assumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit enim Leo Papa in sermone de Nati. quod nec inferiorem naturã consumpsit glorificatio, nec superiorem minuit assumptio: sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quòd sit omnino à corpore separatus. ergo uidetur, quod per assumptionem nõ fuerit Deus corpori unitus.

¶ 3 Præt. Signa debent respondere signatis: sed apparitiones vet. Testa. quę fuerunt signa apparitionis Christi, non fuerunt secundum corporis veritatem, sed secundum imaginariã uisionem, sicut patet Isa. 6. Vidi Dominum sedentem, &c. ergo uidetur, quòd etiam apparitio filii Dei in mundo, non fuerit secũdum corporis ueritatem, sed solum secundum imaginationem.

SED CONTRA est, q dicit August. † in lib. 83. qq. Si phãtasma fuit corpus Christi, fefellit Christus, & si fefellit, ueritas non est: Est autem ueritas Christus. ergo non fuit phantasma corpus eius. Et sic patet, quod uerum corpus assumpsit.

RESP. Dicendum, q sicut dicitur in li. de Ecclesiast. * dogmatib. natus est Dei filius, nõ putatiuè, quasi imaginatum corpus habens, sed corpus verum. Et huius ratio potest tripliciter assignari, quarum prima est ex ratione humanæ naturæ, ad quam pertinet corpus habere. Supposito igitur ex præmissis, quòd conueniens fuerit filium Dei assumere humanã naturam, consequens est quod uerum corpus assumpserit. Secunda ratio sumi potest ex his, quæ in mysterio incarnationis sunt acta. Si enim non fuit uerum corpus eius, sed phantasticum, ergo nec ueram mortem sustinuit, nec aliquid eorum, quæ Euangelistæ de eo narrãt, secundum veritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam. Et sic etiam sequeretur, quòd non fuerit uera salus hominis subsecuta: oportet enim effectum causæ proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personæ assumentis, quæ cum sit ueritas, non decuit, ut in eius opere aliqua fictio esset. Vnde, & dominus hunc errorem per seipsum excludere dignatus est, Luc. vlti. Cum Discipuli conturbati, & conterriti, putabant se spiritum uidere, & non uerum corpus: & ideo se eis palpãdum præbuit dicens, Palpate, & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod similitudo illa exprimit ueritatem humanæ naturæ in Christo, per modum, quo omnes, qui uerè in natura humana existunt, similes specie esse dicuntur: non autem intelligitur similitudo phantastica. Ad cuius euidentiam Apostolus subiungit, quod factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, quod fieri non potuisset, si esset sola similitudo phantastica.

AD SECVNDVM dicẽdum, q p hoc q fili' Dei uerũ corpus assũpsit, in nullo est eius dignitas diminuta. Vnde Aug. * dicit in lib. de fi. ad Pet. Exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, ut fieret seruus, sed formæ Dei plenitudinem non amisit: non enim filius Dei sic assumpsit verum corpus, ut forma corporis fieret, qd repugnat diuinæ simplicitati, & puritati: hoc enim esset assumere corpus in unitatem naturæ, quod est impossibile, ut ex supradictis patet, sed salua distinctione naturæ assumpsit corpus in unitatem personę.

AD TERTIVM dicẽdum, q figura debet respondere rei, quantum ad similitudinẽ, non quantũ ad rei ueritatẽ, si.n. sm omnia esset similitudo, iã non esset signũ, sed ipsa res, ut Damasc. * dicit in 3. lib Cõueniens ergo fuit, ut apparitiones uet. Test. essent secundum apparentiam, quasi figuræ: apparitio autem filii Dei in mundo esset secũdum corporis ueritatẽ, quasi res figurata per illas figuras. Vnde dicit Apostolus secũdæ Col. 2. Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

nam quibuscumque rebus fidei inserere volentes, cum omnibus eorum erroribus & hæresibus, per illud suum capitulum condemnat, reprobat, & detestatur. Item à 2. Cor. 1. ut recitatur sup. q. 4. ar. 4. appen. Item a ueritatibus aureis super totam legem ueterem Deuter. 9. concl. 7. & Genes. 17. concl. 6. Item à symbolo Athanasii, quod (iuxta Concilium Florentinum) est compendiosa regula fidei. Est fides recta; ut credamus & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus Deus & homo est, &c. Homo est ex substantia matris in sęculo natus, &c. Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Hæc ibi. Item à Concilio Tolet. primo, cap. 21. Credimus: non imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius, in domino nostro Iesu Christo fuisse, sed solidum, atque oculum, Hæc ibi. Item à Rom. 9. Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem. Et quomodo Christus secundum carnem esset ex patribus illis, s. Abraham, Isaac, Iacob &c. ut ex Matth. 1. dr: si carnē uere humanā, corpusq; uere humanū, ut illi habuerūt, ueraciter non haberet? Tertiò vides: q̄ ex iis bene pensatis, & ap- 3
plic. doct. præsens Angelica uicissim declaretur atq; cōfirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli primi clarus est, & propter Manichæorum errorem motus, vt habes in 4. con. Gent. c. 29.

¶ In corpore articuli conclusio vnica est responsiua, quæsito affirmatiuo, præposita auctoritate, & probata triplici ratione. Omnia clara sunt in litera.

¶ Nota hoc in loco allatam August. auctoritatem ex libro 83. quæstion. quoniam in ea habetur illa conditionalis, si fefellit, ueritas non est, & loquitur de Christo. Nota autem hoc propter vertentes in dubium; an Deus possit fallere: nam si conditionalis dicta est uera, patet solutio quæstionis, quod .i. non potest fallere: quia non potest esse verum, quod fallat, quia si fefellit, ueritas non est: sed est veritas. ergo non fefellit. Si conditionalis negatur, Augustinus negator.

Ferr. 4. cont. c. 30. 34. Medina art 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Dei filius debuerit assumere corpus terrenum, scilicet carnem, & sanguinem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q Christus non habuerit corpus carnale, siue terrestre, sed cęleste. dicit. n. Apost. 1. ad Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cęlo cęlestis: sed primus homo, s. Adam fuit de terra, quantum ad corpus, vt patet Gen. 1. ergo ēt secundus homo, s. Christus fuit de cęlo, quantum ad corpus.

¶ 2 Præt. Primæ ad Cor. 15. dr, Caro, & sanguis regnum Dei non possidebūt: sed regnū Dei pricipaliter est in Christo. Nō ergo i ipso est caro, & sanguis, sed magis corpus cęleste.

¶ 3 Præt. Omne quod est optimum, est Deo attribuendum, sed inter omnia corpora nobilissimū est corpus cęleste. ergo tale corpus debuit Christus assumere.

SED CONTRA est, q dn̄s dicit Luc. vlti. Spiritus carnē, & ossa non hēt, sicut me uidetis habere. Caro autē, & ossa nō sunt ex materia cęlestis corporis, sed ex inferiorib. elemētis. ergo corpus Christi non fuit corpus cœleste, sed carneum, & terrenum.

RESP. Dicendum, q eisdem rōnibus apparet, quare corpus Christi non debuit esse cœleste, quib. ostensum est, * q non debuit esse phātasticum. Primo. n. quia sicut ueritas humanæ naturæ nō saluaretur in Christo, si corpus eius esset phantasticum (vt posuit Manichęus) ita ēt non saluaret si poneret cęleste, sicut posuit Valētinus. Cum. n. forma hominis sit q̄dā res naturalis, requirit determinatā materiā, s. carnes, & ossa, q̄ in hoīs definitione poni oportet, vt patet per Philos. * 7. Metaph. Secundo, quia hoc etiam derogaret veritati eorū, q̄ Christus in corpore gessit. Cū. n. corpus cœleste sit impassibile, & incorruptibile (ut probatur in * primo de cœlo) si filius Dei corpus cœleste assumpsisset, nō verè esuriisset, nec sitisset, nec ēt passionem, & mortem sustinuisset. Tertiò etiā derogaret ueritati diuinæ. Cum. n. filius Dei se hoīb. ostenderit, quasi corpus carneum, & terrenū habens, fuisset falsa demonstratio, si corpus cœleste habuisset. Et ideo in lib. de Ecclesiasticis * dogmatibus dr, Natus est Dei filius carnē ex uirginis corpore trahēs, & non de cœlo secum afferens.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Christus dr de cœlo descendisse dupliciter. Vno modo ratione diuinæ naturæ, non ita q natura diuina in cœlo esse desierit, sed quia in infimis nouo modo esse cœpit, s. sm naturam assumptam, sm illud Io. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descēdit de cœlo Filius hominis, qui in cęlis est. Alio modo ratione corporis: non quia ipsum corpus Christi sm suam substantiam de cœlo descenderit, sed quia uirtute cœlesti, i. Spiritusancto est eius corpus formatū. Vnde Aug. * dicit ad Orosium, exponēs auctoritatem inductam, Cœlestem dico Christum: quia nō ex humano conceptus est semine. Et hoc ēt mō Hilarius exponit in lib. de Trinit. †

AD SECVNDVM dicendum, q caro, & sanguis, non accipiuntur ibi pro substantia carnis, & sanguinis, sed pro corruptione carnis, & sanguinis, quæ quidē in Christo non fuit quantum ad culpam: fuit tamen ad tempus quantum ad pœnam, ut opus nostræ redemptionis expleret.

AD TERTIVM dicendum, q hoc ipsum ad maximā Dei gloriā pertinet, q corpus infimum, & terrenum ad tantam sublimitatem prouexit. Vnde in Ephesina Syno. legitur verbum Sancti Theophili dicentis, qualiter artificum optimi non in pretiosis tantum materiebus artem ostēdentes, in admiratione sunt, sed uilissimum lutum, & terram dissolutam plerumque assumentes, suæ disciplinæ demonstrantes uirtutem, multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex Dei uerbum, non aliquam pretiosam materiam corporis cęlestis apprehendens ad nos aduenit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit.

* Ar. pręc.
* Li. 7. tex. 39. to. 3.
* Li. 1. tex. 20. to. 2.
* c. 2. 2 me. to. 3. inter opera August.
* In dialo. 65. q. q. 4. a. me. illius to. 4.
† lib. 10. de Trin. ante me. an sum.

SVPER Q. V. ART. II.

34 Inf. q. 35. ar. 3. ca. & q. 37. ar. 1. c. & q. 54. ar. 3. c. & 3. di. 2. q. 1. c. & q. 2. c. & 4. contra c. 30. & 34. & op. 3. c. 214

COncl. Natus est Dei filius carnem ex virginis corpore trahens, & non de cœlo secum afferens. Hoc est; Dei filius assumpsit corpus terrenum, scilicet car. & sang.

¶ PROB. Quia si filius Dei non assumpsisset corpus terrenum, tunc sequerentur tria blasphema, scilicet, & veritas humanæ naturæ nō saluaretur in Christo; & derogaretur veritati eorum, quæ Christus gessit in corpore; & derogaretur veritati diuinæ, tanquam falsa demonstranti (vt patet singillatim in tex.)

1^m de conclusione. De cœlo, quantū ad corpus. R. Ratione virtutis formatiuæ corporis: non autem, ratione substantiæ corporis, §. Sic enim sequitur ex pmissa auctoritate Apostoli: ut patet in textu ly, Alio modo ratione corporis, non quia &c. Tūc nihil &c. vt de se patet.

2^m de conclusione. Non ergo in ipso est caro & sanguis. R. Idest corruptio carnis, & sanguinis quantum ad culpā. §. Sic enim sequitur ex Apostolo; vt patet in tex. Tunc nihil &c. Nā conclusio articuli loquitur de carne, & sanguine in alio sensu, s. quantum ad eorum substantiam.

3^m maior. Omne, q est optimū, est Deo attribuendum. R. Nisi ad maiorem Dei gloriam pertineat, attribuere ipsi illud; quod secundū se nō est ita optimū. §. Loquendo, s. de iis, quę non conueniūt Deo intrinsecè ratione deitatis. Tūc &c. Licet enim corpus cęleste sit nobili' corpore terreno (vt arguitur:) tamen ad gloriam Dei maiorem cessit, q assumeret corpus terrenum. Nam hoc ipsū ad maximā Dei, &c. ut in text.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Valentini dicentis: q Christus à patre missus corpus cœleste secum traxit; atque per virginem, tanquam per rimam quandam, sine ulla carne de ea assumpta transiuit. Et hæresim Apollinaris dicētis: q Christ' carnē nō aduētitiam suscepit; sed antequam descēdisset, in cœlo antesęcularem & consubstantialem habuit. Et hæresim Mennonitarum dicentium, quod Christus non ex virginis carne, sed ex Dei patris substātia cęlit' attulisse corpus. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò damnari à Papa Eugenio IIII. in Concilio Floren. ut supra q. 4. art. 4. Append. Item ab eodem ibid. Sacrosancta Ecclesia anathemarizat Valētinum asserentem, Dei filium nihil de virgine matre cœpisse, sed corpus cœleste sumpsisse, atque ita transisse per uterum uirginis,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

virginis, sicut per aquæductum defluens aqua transcurrit. Hæc ibi. Item à Concilio Ephesino primo, per hoc, q dicit Can. 1. Si quis non confitetur; Deum esse veraciter Emanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem (peperit enim secundum carnē, carnem factum Dei verbum) anathema sit. Hęc ibi. Item à Concilio Constantinopol. quinto, cap. 6. Si quis abusiue, & non vere, Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semper virginem Mariam: anathema sit. Hæc ibi. Non enim esset verè mater Dei, si verbum ex ea corpus non assumpsisset, aut aliunde habuisset: vt patet. Item à 1. par. articulorum numero 14. 15. 455. cum Elucid. Tertiò vides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est & motus propter errorem Valentini, vt patet in 4. cont. Gent. c. 30.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito, Christus habuit corpus terrestre, non cęleste. Et probatur triplici ratione, & auctoritate.

¶ Omnia clara sunt: nisi quòd in responsione ad primum circa glossam August. & Hilarii dubium occurrit, scilicet q Christus sit homo cœlestis, quia de Spiritusancto conceptus: quoniam si ex virtute actiua, seu formatiua corporis homo est cœlestis secundū corpus, Adam quoque esset homo cœlestis: quia est immediatè diuina virtute corpus eius formatum. Et sic Apostolus non rectè posuisset differentiam inter primum hominem, & Christum, in hoc quòd ille terrestris, iste cœlestis, ad corpus referendo ratione virtutis formatiuæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia expositio ista non est secundū sensum literalem, non potest ex illa argumentum contra verba Apostoli sumi. Ad literam namque Apostolus loquitur de primo initio vtriusque hominis, scilicet Adæ, & Christi: constat autem initiū Adæ ex terra esse, cui dispositæ iuncta est anima: initiū vero Christi ex hypostasi diuina, quæ materiam sibi disposuit, formauit, animauit, vniuit, &c. Per hoc enim probat Apostolus illum in animam viuentem, istum in spiritum viuificantem: illum terrenum (quia vere persona terrena secundum substantiam, & secundum qualitatem fuit Adam) istum cœlestem, & secundum substantiam personæ, & secundum qualitatem superioris ordinis. Vndę sunt dotes corporis, de quibus loquitur. Allata tamen expositio non est refutanda, sed reuerenter amplectenda, ita ut etiam saluet differentiam corporum secundum uirtutem formatiuam, tum quia Adam fuit immediatè à Deo secundum debitum naturæ ordinem (exegit si quidem rerum ordo supposita nouitate mundi, vt prima indiuidua perfectarum specierum fiant non ex semine, sed immediate à Deo: quoniam, vt dicitur 12. Met. perfecta sunt naturaliter priora imperfectis) Christus autem stante iam naturali modo generationis humanæ per commixtionem maris, & fœminæ, miraculoso supra naturæ leges conceptus est diuina uirtute absque semine humano; tum quia Adam à Deo immediatè factus (sicut & boues, & leones secundum suas naturas) dicitur: Christi vero conceptio specialiter appropriatur Spiritusancto, ut intelligatur ad hoc à Deo immediate factus homo, vt spiritualis sit, ita quòd non ex sola negatione humani seminis, sed ex hoc, q supra naturæ leges ex Spiritusancto dicitur conceptus: differētia posita est inter Christum, & Adam quantum ad corpus, q Christus de cœlo cœlestis, ille de terra terrestris.

¶ In hoc secundo art. dubium occurrit de assumptione sanguinis: an scilicet sanguis, qui erat in corpore Christi, erat unitus diuinitati. Et est ratio dubii ex philosophia quia sanguis non est pars corporis humani, sed alimentum eius, quod constat non esse actu, sed potentia corpus, quod alitur, est enim sanguis alimentum decoctum, conuertendum, non conuersum in membra. Et confirmatur auctoritate non solum Arist. 2. de Partib. anim. sed diui Th. in multis locis, & singulariter inferius in q. 31. art. 5. ad primū. Vbi ponit differentiam inter ossa, & carnes ex vna parte, & sanguinem, ex alia parte in hoc, quòd caro, & ossa sunt actu partes corporis humani, sanguis autem non est actu pars, sed est potentia totum. Et ideo caro, & ossa non possunt absque corruptione, & diminutione corporis auferri: sanguis autem sine corruptione communicatur.

¶ Ad hoc dicitur secundum. Auctoris doctrinam in 4. Sent. dist. 44. quæst. 1. quòd partes humani corporis sunt duplices: quædam sic sunt actu partes, quòd sunt intransmutabiles in alias partes, ut carnes, ossa, nerui, & membra, vt manus, pedes, &c. quædam vero sic sunt actu partes, quod sunt in potentia etiam ad alias partes, & tales uidētur esse quatuor humores, ex quibus sumus, inter quos est sanguis: Vnde quia huiusmodi habent aliquo modo rationem partis in actu, & aliquo modo partis in potentia, ideo diuersa de eis dicuntur: nam inquantum sunt partes in actu, uerificatur q corpus nostrum componitur ex eis, vt in principio dicti lib. Aristoteles testatur: ut uero sunt in potentia ad alias partes, uerificatur q est alimentum corporis. Et per hoc patet responsio ad rationē in oppositum, dicendo, q sanguis est corporis alimentum, sed non tātū, quia est ita alimētum, ut ēt sit secundum se pars corporis. Ad auctoritatē D. Th. dī, q loquitur de parte totaliter in actu, cū dicit, q non pōt sine corruptione, aut diminutione subtrahi: non autem de parte partim i actu, & partim in potētia, qualis est sāguis. Absq; dubio igit credēdū, ē filiū Dei assumpsisse corpus terrestre, hoc est carnē, & sanguinē, ut diuidendo quæstionē, Auctor titulū explicat.

ARTICVLVS III.

Vtrum filius Dei assumpserit animam.

55

3. di. 2. q. 1. art. 3. q. 2. & 4. cōtra ca. 32. 34. prin. 35. fi. 37. fi. & 41. & ueri. q. 20. art. 1. c. & unio ar. 1. cor. & opu. 3. c. 211

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q filius Dei animā non assumpserit. Ioannes enim incarnationis mysterium tradēs dixit: Verbum caro factum est. nulla facta de anima mentione. Non autem dicitur caro factum, eo, q sit in carnem conuersum, sed quia carnem assumpsit. Non ergo uidetur assumpsisse animam.

¶ 2 Præt. Anima necessaria est corpori ad hoc q per eam viuificetur: sed ad hoc nō fuit necessaria corpori Christi, vt videtur, quia ipsum uerbum Dei est, quo dicitur in Ps. 35. Dn̄e apud te est fons vitæ. Superfluum ergo fuisset animam adesse verbo præsente. Deus autē & natura nihil frustra faciūt, vt etiam Philos. dicit in primo de Cœl.* ergo uidetur, quòd filius Dei animam non assumpserit.

*li. 1. de cęlo tex. 32. & li. 2. tex. 59. to. 2.

¶ 3 Præt. Ex vnione animæ ad corpus, constituitur natura communis, quæ est species humana: in domino autem Iesu Christo non est communem speciem accipere, ut Dam.* dicit in 3. lib. Non igitur assumpsit animam.

*li. 3. c. 3. & 11.

SED CONTRA est, q Aug. dicit in lib. † de Agone Christiano, Non eos audiamus, qui solū humanum corpus dn̄t esse susceptum à uerbo Dei: & sic audiunt qd̄ dictū est, Verbū caro factū est, ut negēt illum hominem, uel animam, uel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solam.

† ca. 21. in prin. to. 3.

RESP. Dicendum, q sicut dicit Aug.* in lib. de hęresibus opinio fuit primo quidē Arrii, & postea Apollinaris, q filius Dei solam carnem assumpsit absq; anima, ponētes, q uerbū fuerit carni loco aīę. Ex quo sequebatur, q in Christo non fuerint duæ naturæ, sed una tm̄: ex anima enim & carne, vna natura humana cōstituit. Sed hæc positio stare non potest, pp tria. Primò quidē: quia repugnat auctoritati Scripturę, in qua dn̄s de sua aīa facit mentionē Matth. 26. Tristis est aīa mea usq; ad mortem, & Io. 10. Potestatem habeo ponēdi animam meam, sed ad hoc respōdebat Apollinaris, q in his uerbis anima metaphoricè sumitur, per quē modum in vet. Test. Dei anima cōmemoratur, Isa. 1. Calendas uestras, & solemnitates uestras odiuit aīa mea: sed sicut dicit Aug. in lib. 83. qq.* Euangelistæ in euangelica narratione narrāt, q miratus est Iesus, & iratus, & contristatus, & q esurit. Quæ quidē ita demōstrāt eum ueram animam habuisse, sicut ex hoc q comedit, & dormiuit, & fatigatus est, demōstrat eū habuisse uerū corpus humanū: alioquin si & hęc ad metaphorā referātur, cum similia legantur in uete. Testa. de Deo, peribit fides Euangelicæ narrationis. Aliud enim est, qd Propheticè nūciatur in figuris, aliud quod secundum rerum proprietatem ab Euangelistis historicè scribitur. Secūdo derogat prædictus error

*li. de hæres. c. 49. & 55. to. 6.

Ferr 4 cont. c. 32. 34.
Capr 3. dist. 2 q 1. conc. 2. & 5. q. 1. con. 2.
Medina ar 3.

SVPER Q. V. ART. III.

CONCL. Oportet, quòd filius Dei assumpsit animam.

¶ PROB. Quia contrarium & repugnat authoritati Euāgelii Christo animā cum suis passionibus hystorice secūdum rerū proprietatē ascribentis; 2. Et derogat utilitati incarnationis de liberatione toti* hominis; 3. Et est contra ipsios incarnationis veritatem (ut de his tribus singillatim patet in text.)

* lib. 83. q. q. 80. a medio to. 4.

¶ NOT. Contra abutentes metaphoris, tanquā iudaizantes in hoc, vide 1. par. q. 1. ar. 9. Elucid. Primum

1^m de maiori.

Nolla facta. ℞. Explicite. §. Tunc nihil &c. Licet enim verbaliter animam non nominet: tamen in sensu, seu implicite. Nam cum dicitur, Verbum caro factũ, &c. vt in tex.

* c. 13. post med. to. 6.

2^m minor.

Ad hoc non fuit necessaria corpori Christi. ℞. Negatur. §. Ad probationem respondetur, quòd nihil pro se probat, sed potius contra se. Verbum .n. est fons vitę, sicut prima causa vitæ effectiua, &c. ut in tex. Ex quo patet: quòd illud adductum ex ps. est in fauorem conclusionis.

3^m ex Damasce.

Non est communem speciem. ℞. Resultantem ex unione diuinitatis & humanitatis, quasi aliqđ tertium. §. Tunc nihil &c. Cum hoc enim stat: ꝙ in Christo sit cõmunis species, i. speciei humanæ natura ex vnione corporis & animæ prouenien.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Arrii, & Apollinaris dicentium; filiũ Dei non assumpsisse animã. Secundò habes:

2

quomodo per ratioñe ostendas, hãc meritò dãnari à Concilio Ephes. 1. Can. 13. Nõ dicimus, ꝙ Dei natura conuersa uel

utilitati incarnationis, quæ est liberatio hominis, Vt enim argumentatur August. in lib.* contra Felicianum, si accepta carne filius Dei animam omisit, aut innoxiam sciens, medicinæ indigentem non credidit, aut à se alienam putans redemptionis beneficio non donauit, aut ex toto insanabilem iudicans, curare nequiuit, aut, vt vilem, & quæ nullis vsibus apta videretur, abiecit. Horum duo blasphemiam importãt in Deũ. quomodo enim diceretur Omnipotens, si curare non potuit desperatã? aut quomodo omnium Deus, si non ipse fecit animam nostram? Duobus autem aliis, in vno animæ causa nescitur, in altero meritum non tenetur. Aut intelligere causam putandus est an mæ, qui eam ad accipiendam legem habitu insitæ rationis instructam à peccato voluntariæ transgressionis nitimr separare? Aut quomodo eius generositatem nouit, qui ignobilitatis vitio dicit esse despectam? Si originem attendas, pretiosior est animæ substantia: si transgressionis culpam, propter intelligentiam, peior est carne. ego autem Christum, & perfectam sapientiam scio, & piissimum esse non dubito, quorum primo meliorem, & prudentiæ capacem non despexit. secundo, eam, quæ magis fuerat vulnerata, suscepit. Tertio vero hæc positio est contra ipsam incarnationis veritatem: caro enim, & cæteræ partes hominis per animam speciem sortiuntur. Vnde recedente anima non est os, aut caro, nisi æquiuoce, vt patet per Philos. in 2. de Anima, & 7. Metaph.*

* li. 2. de anima text. 9. li. 7. metaph. text. 35. circa med.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur, Verbum caro factum est, caro ponitur pro toto homine, ac si diceret, Verbum homo factum est: sicut & Isa. 40. Videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum est. Ideo autem totus homo per carnem significatur: quia, vt dicitur in auctoritate inducta, † per carnem filius Dei visibilis apparuit, vnde subditur, Et vidimus gloriam eius: vel ideo, quia vt August.* dicit in lib. 83. qq. in tota illa vnitate susceptionis principale Verbum est, extrema autem, atque vltima caro. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei, Verbum, & carnem nominauit, omittens animam, quæ est Verbo inferior, carne præstantior. Rationabile etiam fuit, vt nominaret carnem, quæ propter hoc, quòd magis distat a Verbo minus assumptibilis videbatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd verbum est fons uitę, sicut prima causa vitę effectiua: sed anima est principium uitę corpori tãquam forma ipsius: forma autem est effectus agentis. Vnde ex pręsentia verbi magis concludi posset, quod corpus esset animatum: sicut ex pręsentia ignis potest concludi, ꝙ corpus, cui ignis adhęret, sit calidum.

AD TERTIVM dicendum, quòd non est inconueniens, immo necessarium dicere, quod in Christo fuerit natura quę constituitur per animam corpori aduenientem. Damascen.* autem negat, in Domino Iesu Christo esse communem speciem, quasi aliquid tertium resultans ex unione diuinitatis, & humanitatis.

vel immutata sit: sed ꝙ carnẽ animatam anima rõnali sibi copulauerit verbũ substantialiter; & ineffabiliter fact᷒ sit hõ. Hæc ibi. Itẽ à Cõcilio Rom. sub Damaso Papa. Anathematizamus eos, qui pro hõis anima rõnali, & intelligibili dicũt, Dei Verbum in homana carne uersatũ: cũ ipse filius sit verbũ Dei, & pro aĩa rõnali, & intelligibili i suo corpore nõ fuerit, sed nostrã, i. rõnalem & intelligibilẽ sine peccato aĩam susceperit. Hæc illud. De quo uide in libris Conciliorum inter decreta Damasi Papæ. Itẽ à Concilio Calcedo. dicẽte. Consentientes sanctis Patrib. unum eũdemq; filium cõfiteri Dñm nostrũ Iesum Christum, cõsona uoce edocemus, pariter pfectum eundẽ in deitate Deũ, & hominem uerum eundem ex aĩa rõnali & corpe, &c. Vide sup. q. 4. a. 4. appẽ. Itẽ à Papa Eugen. titu. in Concil. Flor. Sacrosancta Ecclesia anathematizat Arrium, qui asserens corpus ex virgine assumptum anima caruisse, voluit; loco aĩę fuisse deitatẽ. Hæc ille in constit. super vnio. Iacobino. Itẽ ab Ecclesia in offic. Circũcis. Dñi. Creator gñis humani aĩatũ corpus sumens de virgine nasci dignatus est. Hæc ibi. Tertiò vides: qõo ex iis bene pensatis, & applic. doct. præsens Angelica uicissim declaret atq; cõfirmet. 3

† In huius solu. prin.

* li. 83. qq. q. 80. paulo post pri. to. 4.

* Loco in arg. citato.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, intelligendus vt sonat, & quæsitus propter Arrium, & Apollinarem (vt in litera dicitur) negantes in Christo animam propriam.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo recitatur error Arrii, & Apollinaris: secundò reprobatur tripliciter. Quoad primum ponitur primo ista in se, & sua sequela, in se quidem quia negatur anima in Christo: sed ponitur verbum loco animæ: in sua verò sequela: quia negantur duæ naturæ in Christo: quoniam non est ibi natura humana: vel quoniam ex anima & corpore vna natura constituitur ac per hoc ex eo quod est loco animæ, & corpore, una esset tñ natura: prima expositio tamen literæ consonat, de natura humana loquenti. Quo ad secundum asseruntur tres rationes: prima ex auctoritate Scripturæ: secunda ex ratione deducente ad inconueniẽs ex Aug. tertia ex ratione conuincente, ꝙ ignorat propriam vocem positio ipsa, quia ponendo carnẽ, negat carnem, & per hoc veritati incarnationis contrariatur. Vide de his in 4. contra Gent. c. 23.

Ferr 4. cont. c 33.
Medina artic. 4.

SVPER Q. V. ART. IIII.

COncl. Oportet dicere secundum fidẽ

36 catholicam, quod Christus assumpsit mentem, seu animam intellectiuam.

¶ PROB. Quia cõtrarium & repugnat narrationi hystoricæ Euangelii: 2. & derogat utilitati incarnationis de liberãdo toto homine: 3. & tollit ueritatem incarnationis: 4. & veritati diuinæ aduersat (vt de his quatuor singillatim patet in tex.

3. d. 2. q. 1. ar. 3. q. 2. c. & 4. con. c. 33. & veri. q. 20. art. 1. c. & unio. a. 1. c. & op. 3. c. 212.

* li. 14. c. 3. & 6. to. 3.

Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei assumere debuerit intellectum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ filius Dei non assumpserit mẽtem humanam siue intellectũ. Vbi enim est pręsentia rei, nõ requiritur eius imago: sed homo fm mẽtem est ad imaginem Dei, vt Aug.* dicit in lib. de Trini. Cũ ergo in Christo fuerit pręsentia ipsius diuini Verbi, non oportuit ibi esse mentem humanam.

¶ 2 Pręt. Maior lux offuscat minorẽ: sed verbum Dei, quod est lux illuminans oẽm hominẽ uenietem in hũc mundum (ut dicitur Io. 1.) comparatur ad mentem, sicut lux maior ad minorẽ, quia, & ipsa mẽs lux quędam est, quasi lucerna illuminata a prima luce, Prouer. 10. Lucerna Domini spiraculum hominis. ergo in Christo, qui est verbum Dei, non fuit necessarium esse mentem humanam.

¶ 3 Pręt. Assumptio humanę naturę à Dei uerbo, dicitur incarnatio eius, sed intellectus, siue mẽs humana neque est caro, neque est actus carnis, quia nullius corporis actus est, ut probatur in 3. de † anima. ergo uidetur, quod filius Dei humanam mentem non assumpserit.

† lib. 3. ex tex. 6. & 12.

SED CONTRA est, quòd August.* dicit in lib. de fid. ad Petr. Firmissime tene, & nullatenus dubites, Christũ filiũ Dei habere uerã nostri generis carnẽ, & animã rõnalẽ, ꝙ de carne

* cap. 14. in prin. to. 3.

1m de maiori.

Non requiritur. R. Ad hoc, vt suppleat: sed ad hoc, vt perficiatur. §. Vbi enim est ipsa res, &c. vt in tex. Tunc, &c. vt patet.

2m de maiori.

Offuscat minorem. R. Alterius corporis illuminantis. §. Tunc &c. Nam mens est, tãquam lux minor corporis illuminati; Et hęc non offuscatur, sed perficitur, ex pręsentia lucis maioris.

*cap. 55. in prin. to. 6.

3m de minori.

Sed intellectus. R. Idest potentia intellectiua. §. Tunc nihil &c. Licet enim potentia intellectiua non sit, &c. vt in text.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Apollinaris dicentis; quod Christus assumpsit animam, quæ mentem non habebat; sed verbum diuinum fuit pro mente in homine assumpto. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hãc merito damnari à Conciliis sup. art. 3. Appen. & quęst. 4. articu. 4. Appen. Item à Clemente V. in Concilio Viennensi, per hoc, quod dicit. Fidei catholicę fundamento firmiter inhærentes aperte cũ sancta matre Ecclesia confitemur: vnigenitum Dei filium corpus humanum passibile & animam

*li. 1. Met. c. 2. in medio, to. 3.

*li. 3. or. fi. ca. 6. circa med.

† Eod. li. & c. nunc. dicto.

carne sua dicit, Palpate, & videte, quia spiritus carnẽ, & ossa non hẽt, sicut me videtis habere, Luc. vlt. Animam quoque habere ostendit dicẽs, Ego pono animam meam, & iterũ sumo eam, Io. 10. Intellectũ quoque ostendit se habere dicens, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, Matth. 11. Et de ipso per Prophetam Deus dicit, Ecce intelliget puer meus. Isa. 52.

RESP. Dicendum, quòd sicut Augu.* dicit in lib. de hæresibus, Apollinaristæ, de anima Christi a catholica ecclesia dissenserunt, dicentes, sicut Arriani, Deum Christum carnẽ solam sine anima suscepisse: in qua quæstione testimoniis Euangelicis victi, mentem defuisse animæ Christi, sed pro hac ipsum verbum in ea fuisse dixerunt, sed hæc positio eisdẽ rationibus conuincitur, sicut & prædicta. Primo enim hoc aduersatur narrationi Euangelicæ, quę commemorat eum fuisse miratum, ut patet Matth. 8. Admiratio autem absque ratione esse non potest, quia importat collationem effectus ad causam, dum scilicet aliquis videt effectum, cuius causam ignorat, & quærit, vt dicitur in prin. Metap.* Secundò repugnat utilitati incarnationis, quæ est iustificatio hominis à peccato. Anima enim humana non est capax peccati, nec gratiæ iustificantis, nisi per mentem. Vnde præcipuè oportuit mentem humanam assumi. Vnde dicit Dam.* in 3. lib. quòd verbũ assumpsit corpus & animam intellectualem, & rationalem, & postea subdit †: Totus toti vnitus est, ut toti mihi salutẽ largiretur: quod enim inassumptum est, incurabile est. Tertio, hoc repugnat ueritati incarnationis: cum enim corpus proportionetur animæ sicut materia propriæ formæ, non esset uerè caro humana, quæ non est perfecta anima humana, scilicet rationali, & ideo si Christus animam sine mente habuisset, non habuisset ueram carnem humanam, sed bestialem: quia per solam mentem anima nostra differt ab anima bestiali. Vnde dicit Aug.* in lib. 83. qq. quòd secundum hunc errorẽ sequeretur, quòd filius Dei beluam quãdam cum figura humani corporis suscepisset: quod iterum repugnat ueritati diuinæ, quæ nullam patitur fictionis falsitatem.

*q. 80. non procul a prin. to. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ubi est ipsa res per sui præsentiam, non requiritur eius imago ad hoc quòd suppleat locum rei: sicut ubi est Imperator, milites non uenerantur eius imaginem, sed tamen requiritur cum præsentia rei imago ipsius, ut perficiatur ex ipsa rei præsentia, sicut imago in cera perficitur per impressionem sigilli, & imago hominis resultat in speculo per eius præsentiam. Vnde ad perficiendam mẽtem humanã necessarium fuit, quod eam sibi Verbum Dei vniuerit.

AD SECVNDVM dicendum, quod lux maior euacuat lucem minorẽ alterius corporis illuminantis: non tñ euacuat, sed perficit lucem corporis illuminati: ad præsentiam enim solis stellarum lux obscuratur, sed aeris lumen perficitur. Intellectus autem, seu mens hominis, est quasi lux illuminata a luce diuini Verbi, & ideo per præsentiam Verbi nõ euacuatur mens hominis, sed magis perficitur.

AD TERTIVM dicendum, quod licet potẽtia intellectiua non sit alicuius corporis actus: ipsa tamẽ essentia animæ humanæ, quæ est forma corporis, requiritur quod sit nobilior, ad hoc, quòd habeat potentiam intelligendi, & ideo necesse est ut corpus melius dispositum ei respondeat.

mam intellectiuam, seu rationalem ipsum corpus vere, per se, & essentialiter informantem assumpsisse ex tempore in virginali thalamo ad vnitatem suæ personæ. Hæc in Clementin. de sum. Trin. & fid. catho. Item à Cõcilio Tolet. primo, i assertione fidei cõtra Prisciliianistas. Si quis dixerit, vel crediderit, carnem tantum sine anima à filio Dei fuisse susceptam: anathema sit. Hæc ibi. Vbi per ly anima, intelligit animam intellectiuam; nã dixerat, filiũ Dei esse per assumptionem verum hominem. Item à Papa Eugenio IIII. in Concilio Flor. Sacrosancta Ecclesia anathematizat Apollinarem; qui in Christo solã posuit animam sensitiuã, & deitatem Verbi vicẽ rationalis animæ tenuisse. Hæc ille in constit. super vnio. Iacobinorũ. Vide 1. q. 3. ar. 2. & 8. cũ Elucid. Tertiò vides; quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Inf. q. 9. 2. 1. ad 2. & 3. di. 13. o. 1. art. 1. ad 3. & d. 14. ar. 5. q. 1. ad 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus propter Apollinarem motus, conuictum ad confitendum in Christo animam, & confitentem animam sensitiuam in Christo, sed non mentem, sed loco mentis Verbum, ut habes in 4. contra Gent. c. 33. & in litera.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primò, ponitur error Appollinaristarum: secundo excluditur tripliciter, & rationes videntur satis claræ. In prima tamen aduerte, quod non dicit Auctor admirationem esse actum rationis, sed quod exigit rationem, dum absq; ratione collatiua effectus cum causa esse non potest.

¶ In responsione ad secundum, perspice, quod lux maior dicitur, nõ quo ad substantiam lucis, sed quo ad effectum, quia facit non appareret effectũ minoris, cum nihil tollat a luce minore. Quoad substãtiam uerò lux maior perficit minorem, augendo effectum illius, aer enim illuminatus a candela, cum superilluminatur à sole, non perdit prius lumẽ, sed acquirit maius lumen: augetur enim lumen ex pręsentia maioris lucis, quod in litera uocatur perfici, vnde non sunt duo lumina in eodem, sed idem perfectius.

Ferr. 4. cont. c. 44.
Petr. de Pal. 3 d 2. q. 2.
Medina, ar. 1.

SVPER Q. VI. ART. I.

COncl. 1. Secundum gradum dignitatis potest dici, quod filius Dei vniuit sibi carnem, mediante anima.

¶ PROB. Quia si attẽdamus gradum dignitatis, anima inuenitur media inter Deũ & carnẽ.

¶ CONCL. 2. Secũdũ ordinẽ causalitatis potest dici, quod filius Dei vniuit sibi carnem, mediante anima.

¶ PROB. Quia anima est aliqualiter causa carnis uniendæ filio Dei (cũ caro non sit assumptibilis, nisi per ordinẽ, quẽ hẽt ad aĩam rõnalẽ, i. cum aĩa rõnalis det carni, quod sit assũptibilis).

¶ EXAM. Ly nõ. n. eẽt assũptibilis, nisi &c. Hoc nota bñ, pro ar. 4. q. 5. vt clare perspicias magnã ignorãtiã Apollinaris.

37 3. d. 2. q. 2. ar. 1. & di. 3. q. 5. a. 2. c. Et 4. cõ. c. 44. Et spiritu, art. 3. ad 5.

QVÆSTIO VI.

De modo assumptionis quantum ad ordinem in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ordine assumptionis prędictæ.

CIRCA quod quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrũ filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

¶ Secundò, Vtrũ assumpserit animã mediante spiritu, siue mente.

¶ Tertiò, Vtrum anima fuerit prius assumpta, quàm caro.

¶ Quartò, Vtrũ caro Christi fuerit prius à verbo assumpta, quàm animæ unita.

¶ Quintò, vtrũ tota humana natura sit assumpta mediantib. partibus.

¶ Sextò, Vtrum sit assumpta mediãte gratia.

ARTICVLVS I.

Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

AD PRIMVM sic pcedit. Vr quod filius Dei nõ assũpserit carnẽ mediãte aĩa. Perfectior. n. est modus, quo filius Dei unit humanæ naturæ & partibus eius, quã quo est in omni-

1^m de maiori.

Perfectior est modus. R. Sed non est idem ordo. §. Tūc nihil, &c. Nā hæc diuersitas, quæ tangitur ibi, nō ratione ordinis, contingit. Duplex enim ordo considerari, &c. ut in tex.

2^m de minori.

Habere ad hypostasim. R. Constitutam per humanā naturam. §. Tunc nihil &c. Nam hypostasis in incarnationis mysterio nō est constituta per humanam naturā, sed est prior, & altior.

3^m de maiori.

Remoto medio. R. Qđ est causa in fieri, & in facto esse. §. Tunc &c. Nam anima nō est medium, nisi in fieri, in mysterio icarnationis. Et ideo quamuis sine anima mediante non fieret unio ad carnē: tamen separata anima, adhunc remanet vnio uerbi ad ipsam carnem. Ad exempla textus adde: quòd remotis corporibus, ex quibus est diuersitas numeralis animarum, t. quæst. 76. articu. 2. ad primum, remanet adhuc distinctio numeralis ipsarum. Itē: quòd remotis personarum aliquibus, quarum medio causata est affinitas inter familias quasdam, remanet adhuc affinitas illa: Addition. q. 55. art. 2. cum Elucid.

q. 50. ar. 2. inf. ar. 3. & q. 33. ar. 2. Et 3. di. 2. q. 2. ar. 3.

† In epi. 3. ante med. ill. to. 3.

† q. 33. a. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, & ostendas, & rectè intelligas meritò insinuatum esse a Scripturis, & Augustino, quòd filius Dei assumpsit carnem mediante anima. A D. August. quidem, ut in arg. contr A Scripturis verò per hoc, q dicit Philip. 2. Exinaniuit semet ipsū formā serui accipiens, & habitu inuētus ut homo. Nā per ly formam, intelligit anima, iuxta id qđ docet Philos. vnumquodq; uideri illud qđ est potissimū in eo: quoniā nobilissimū in natura humana, quā ly formā serui denotat, si pro forma totius accipiat, est ista forma partis. i. anima rationalis; in cuius signū ipsa dat speciem, de qua ibi connectit Apost. ly in similitudinem (.f. specificā) hominum factus. Sequēdo igitur hāc expositionē de forma partis, tūc per ly habitu, intelligetur corpus, inquantū f. per ipsum, tāquam per quoddam tegumētum, videtur anima. Vnde & in hoc sensu corpus uocatur pallium ac stola: secundum Concil. Hispalense secundū, Can. 13. Ex Prophetis illud; Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine vuę pallium suum. Quid hic pallium, quid stola; nisi caro Christi passionis sangume decorata? Hęc ibi. Ex ordine ergo, quo Apostolus talem exinanitionem commemorans animam prius posuit, quā corpus, Theologis scholasticis subindicauit: quod anima mediante, filius Dei co assumpto corpore inuentus est homu. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

† Cap. 13. & c. 4. non remote à prin.

* q. 4. art. 1.

bus creaturis: sed in creaturis est immediatè per essentiam, potētiam, & præsentiam. ergo multò magis filius Dei immediatè vnitur carni, & non mediante anima.

¶ 2 Præt. Anima, & caro vnita sunt Dei verbo in vnitate hypostasis, seu personæ, sed corpus immediatè pertinet ad personā, siue hypostasim hominis, sicut & anima, quinimo magis videtur se de propinquo habere ad hypostasim corpus, q est materia, quā anima quæ est forma: quia principium induiduationis, quæ importatur in nomine hypostasis, videtur esse materia. ergo filius Dei non assūpsit carnem mediante anima.

¶ 3 Præt. Remoto medio separantur ea, quę per medium coniunguntur, sicut remota superficie, cessaret color a corpore, q inest corpori per superficiem: sed separata per mortē anima, adhuc remanet unio uerbi ad carnem, ut infra patebit. * ergo verbum non coniungitur carni mediante anima.

Sed contra est, q Aug. dicit † in Epi. ad Volusianum: Ipsa magnitudo diuinæ uirtutis, animam sibi rationalem, & per eādem corpus humanum, totumq; oīno hominem in melius mutandum coaptauit.

Resp. Dicendum, q medium dicitur respectu principii, & finis. Vnde sicut principiū, & finis important ordinem, ita, & medium. Est autem duplex ordo, vnus quidem tēporis, alius autem naturæ. Secundum autē ordinem temporis, nō dicitur in mysterio incarnationis aliquid mediū; quia totam humanā naturam simul sibi Verbum Dei vnuit, ut infra † patebit. Ordo autem naturæ inter aliqua potest attēdi dupliciter, vno modo, secundum gradum dignitatis, sicut dicimus angelos esse medios inter homines, & Deum: alio modo, secundum rationem causalitatis, sicut dicitur media causa existere īter primam causam, & ultimum effectum. Et hic secūdus ordo aliquo modo cōsequitur primum: sicut. n. dicit Dion. † 3. c. de diu. no. † Deus per substātias magis sibi propinquas agit in ea, quę sunt magis remota. Sic ergo, si attendamus gradū dignitatis, anima media inuenitur inter Deum, & carnē, & sm hoc potest dici q filius Dei vnit sibi carnem mediante anima, sed & sm ordinem causalitatis ipsa anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei: non. n. esset assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, secundum quem habet quòd sit caro humana. Dictum est enim supra, * quòd natura humana præ cęteris est assumptibilis.

Ad primum ergo dicendū, q duplex ordo considerari potest inter creaturam, & Deum, unus quidem secundum quod creaturæ causantur à Deo, & dependent ab ipso, sicut à principio sui esse, & sic propter infinitatem suæ uirtutis, Deus immediatè attingit quamlibet rem, causando, & conseruando, & ad hoc pertinet, quòd Deus immediatè est in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam. Alius autem ordo est, secundum quod res reducuntur in Deum sicut in finem, & quantum ad hoc inuenitur medium inter creaturam, & Deum: quia inferiores creaturæ reducuntur in Deum per superiores, ut dicit Dionisius in lib. Cęlest. Hierarch. Et ad hunc ordinem pertinet assumptio humanæ naturæ à Verbo Dei, quod est terminus assumptionis, & ideo per animam vnitur carni.

Ad secundum dicendum, quòd si hypostasis Verbi Dei constitueretur simpliciter per humanam naturam, sequeretur quod corpus esset ei uicinius, cum sit materia, quæ est indiuiduationis principium, sicut & anima, quæ est forma specifica, propinquius se habet ad naturam humanam: sed quia hypostasis uerbi est prior, & altior, quam humana natura, tanto id, quod est in humana natura, propinquius ad eam se habet, quanto est altius, & ideo propinquior est verbo Dei anima, quam corpus.

Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet, aliquid esse causam alicuius quantum ad aptitudinem, & congruitatem, quo tamen remoto, illud non tollitur, quia etsi fieri alicuius dependet ex aliquo, postquam tamen est in facto esse, ab eo non dependet. Sicut si inter aliquos amicitia causatur aliquo mediante, eo recedente adhuc amicitia remanet, & si aliqua in matrimonium ducitur propter pulchritudinem, quæ facit congruitatem in muliere ad copulam coniugalem: tamen pulchritudine cessante, adhuc durat copula coniugalis. & similiter separata anima, remanet unio uerb ad carnem.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus t. ar. q. 6. intelligendus est, vt sonat, qm in corpore distinguetur, & motus est occasione uerborum Aug. & Magistri Senten. in 2. di. 3. Sent. ponentium ordinem in ista assomptione.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo, declaratur ille terminus, mediante, in titulo positus secundo respondet quæsito, ibi: Sic ergo, si attendimus. primum fit declarando, distinguendo, excludendo, subdistinguendo, & conferēdo membra distincta inter se. Declaratur in primis quòd medium importat ordinem: quod probatur, quia dicitur respectu principij, & finis, quorum utrumque importat ordinem aliquem, ad quem spectat secundum quem dicitur principium, aut finis. Vnde, & medium secundum aliquem ordinem oportet quòd sit medium, nec oppositum intelligi potest. Distinguitur præterea ordo, in ordinem temporis, uel naturæ, & excluso ordine temporis a mysterio assumptionis (vt in hac eadē quæstione patebit) subdiuiditur ordo naturæ in ordinem dignitatis, & causalitatis. Exempla patent in litera. Conferuntur autē hi duo naturæ ordines inter se secundum connexionem pro quā to: secundus ordo consequitur aliquo modo primum. Et dr, aliquo modo, quia non oportet vniuersaliter q dignius est, esse causam minus digni: non enim leonina natura est causa naturæ formicæ licet sit formica longe dignior.

¶ Quo

¶Quo ad secundum respondetur quæsito duabus conclusionibus, iuxta duplicem modum medii secundum dictos duos naturæ ordines, s. mediũ dignitatis, & medium cãlitatis. Prima est, Filius Dei vniuit sibi carnẽ mediante aĩa loquendo ſm ordinem dignitatis. Probatur: quia anima inuenitur media inter Deum, & carnẽ, secundum dignitatis gradum, Secunda est, quòd secundum ordinem causalitatis filius Dei uniuit sibi carnem mediante anima. Probatur, anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei. ergo est medium in causando vnionem carnis ad filium Dei: Antecedens probatur dupliciter, primo, quia caro non esset assumptibilis nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem: secundo, quia caro per ordinem ad animam rationalem habet, quod sit caro humana: sola autem natura humana est assumptibilis, vt patet ex prius dictis.

¶Antequam ad vlteriora progrediamur, declarandum censeo, quid sentit Auctor in hac materia, & in quo impugnatur. Scito, igitur quod sunt hic duæ principales difficultates. Prima est circa ordinem partium inter se non absolute, sed relatas ad assumptionem, & hæc tractatur hic quo ad partes essentiales, s. animam, & corpus: & in sequenti art. quo ad partes potentiales, scilicet mẽtem, & sensum. Altera circa ordinem inter partes & totum, scilicet animam, & corpus, & naturam humanam, & hæc tractatur in art. 5. huius q. Et in vtraque quæstione sunt uariæ opiniones. Durandus namque in 3. Sentent. dist. 2. q. 2. negat omnem naturæ ordinem in mysterio assumptionis, tam in partibus inter se, quàm in partibus, & toto relatis ad assumptionem. Scotus vero in 3. Sẽt. d. 2. q. 2. aliquo modo negat vtrobique ordinem naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat siquidem unam partem esse mediam, ut quod assumitur respectu alterius, & similiter partes esse medium, vt quod assumitur respectu totius naturæ humanæ, affirmat autem unam partem esse medium, vt quo, & respectu totius, & respectu alterius partis, quia anima est constitutiua, & naturæ, & carnis, vt sic assumptibilis. Doctrina autem Auctoris media via incedit, quoniam & concedit naturæ ordinem vtrobique, scilicet tam in partibus inter se, quàm in partibus, & toto inter se, relatis semper ad Assumptionem, & partim concedit secundum naturæ ordinem medium, vt quòd, & partim non concedit medium, vt quod & vniuersaliter concedit medium, vt quo, in hoc assumptionis mysterio. Declaro singula præsupposita distinctione iam dicta, quòd mediare secundum naturæ ordinem, vt causa assumptionis ex parte assumpti, contingit dupliciter. Vno modo, quòd sit causa, quod aliud assumatur, quòd ipsa causa præsumi intelligatur, qua si fit progressus quidam in his, quæ assumuntur, & prius secundũ naturæ ordinem assumatur anima, & deinde caro, sicut dicimus, quòd prius generatur homo, quam risibile secundum naturæ ordinem, quamuis simul tempore, quia risibile præsupponit hominem, ut quod est genitum. Et hoc modo auctor concedit partes naturæ, animam scilicet, & corpus prius natura assumi, quam totam naturam: prius tamen natura secundum quid, hoc est secundum ordinem executionis, vt in 5. patebit articulo, vbi afferentur argumenta Scoti & Duran. contra hoc, & soluentur. Alio modo, quæ sit causa, vt aliud sit assumptibile, siue, ut quo, siue vt quod, nõ curando, & hoc modo affirmat Auctor vtrobique esse medium, scilicet & inter partes inter se, & inter partes, & totum. Et explicando distincte sententiam suam, sentit, quòd anima est medium vt quo tantum, respectu carnis, & quod anima est etiam medium vt quo partiale tamen, respectu totius, & quod anima, & corpus sunt medium, vt quod, respectu totius, secundum executionis ordinem, & quod totum est medium, vt quo, & ut quod, respectu partium secundum intentionis ordinem.

¶Quocirca primo afferenda sunt argumenta Duran. cõtra naturæ ordinem inter animam, & carnem relatas ad assumptionẽ: deinde declaranda est positio Auctoris de mediatione animæ ad carnem, tam quo ad mediationem causalem, quàm quo ad modũ, scilicet, ut quo, & non ut quod, & demum respondebitur obiectis. Reliqua quinto reseruanda sunt articulo, non enim oportet Scotica argumenta contra mediationem animæ respectu carnis afferre, quia contra medium, vt quod, sunt, quod nos non tenemus, comparando partes inter se ad assumptionem: simul enim non solum tempore, sed natura animam, & carnem assumi dicimus, vt quod assumitur: ita quòd neutra mediante altera, vt quod, sed quòd caro assumatur mediante anima vt quo, ut clare patebit.

¶Arguit ergo Duran. Si in assumptione esset ordo naturę, aut esset ex parte assumptionis, aut ex parte assumptorum; sed non ex parte assumptionis, quia ponitur assumptio vnica, vnius autem ad seipsum non est ordo naturæ, nec ex parte assumptorum, comparando partes inter se, quia quando vnum unitur duobus, non ut duo sunt, sed vt unum, neutrum eorum est medium, quoniam medium distinctionem exigit ad illud, cuius est mediũ: sed filius Dei vnitus est per se animæ, & carni, non ut plura sunt, sed ut unum sunt, quia vnitur eis, inquantum sunt partes vnius naturæ humanæ. ergo non assumpsit carnem mediante anima secũdum ordinem naturæ ex parte rei.

¶Quod

¶Quod autem verè secundum rem naturæ ordo intersit inter animam, & carnem in assumptione, ex hoc ipso patet, quod est ibi uera causalitas realis. Ad cuius clariorem notitiam afferenda est differentia inter animam, & carnem respectu assumptionis: comparandu siquidem hæc duo ad assumptionem, manifeste constabit, quod inter actionem assumptiuam, & actionem creatiuam vtriusque, hæc inuenitur differẽtia, quòd respectu animæ nulla alia actio mediat: sed respectu carnis mediat actio animatiua carnis. Nam præsupposita actione creatiua carnis, non est caro assumptibilis secundum congruitatem (sic enim de assumptibili est sermo) nisi sic animata, seu humana: animata autem, aut humana non est materia illa, nisi per actionem animatiuam illius actio: autem animatiua constat quòd animam ponit in carne, quæ realiter faciendo illam inesse animato, & humano, verè ut causa media causat carnis assumptibilitatem. Præsupposita autem actione creatiua animæ, non expectatur alia actio, qua aliquid superaddatur animæ, per quod fiat assumptibilis, sed statim est assumptibilis. Est igitur anima per actionem assumptiuam attingibilis absque actione media, caro autem siue materia non nisi media actione animatiua. est igitur inter carnem, & animam inter se relatas ad assumptionem, ordo naturæ secundum causalitatem in re. Et quoniam ex hoc quod anima sic causat carnem assumptibilem, non sequitur, ergo anima prius natura assumitur, sed bene sequitur, ergo est ratio, quod caro assumatur, & ut in litera dicitur, non est nisi in fieri ratio: id autem, quod se habeat ad carnem vt ratio quod assumatur, se habet ut quo, & non oportet quòd se habeat ut quod, ideo ex hac doctrina Auctoris non plus habeo, quam ꝙ anima mediat ut causa media ut qua, seu quo, ita quòd non prius natura anima vt quod assumitur, sed prius natura anima, ut quo assumitur, & simul natura vtrumque, vt quod assumitur, ita quòd referendo animam, & carnem inter se ad assumi vt quod, nullus est naturæ ordo, quia neutrum est alteri medium, ut quod. Et si ad hoc tendebat Duran. non contradico: sed quia non inuenio se sic declarasse, ut Scotus fecit, ideo, &c. Moueor autem ad negandum, quòd anima, est medium, ut quod, respectu carnis in assumptione, quia nulla apparet ratio quare debeat hoc concedi: quamuis enim tã anima, quàm caro sit assumpta, ut quod assumitur, partialiter tamen, seu ut pars, quia anima non intelligitur prius assumpta, quã animet carnem (quod per creatiuam actionem sortitur ex modo suæ creationis, quia scilicet creatur in corpore) nec caro prius assumitur, quàm sit animata: ideo inter animam, & carnem vt sunt quæ assumuntur nullum uideo ordinem naturæ, aut intellectus, sed solum, ut dictum est, quòd anima est causa carnis, vt quo quòd assumatur.

¶Ad obiectionem autem Duran. dicitur, ꝙ in assumptione est naturæ ordo ex parte assumptorum. Et cum contra hoc arguitur, quia unitum pluribus, non inquantum sunt plura, sed unum, &c. negatur Minor: quoniam filius Dei assumpsit animam, & corpus, ut sunt plura: quia assumpsit illa ut sunt duæ partes essentiales realiter distinctæ inter se. Ad probationem dicitur, quòd aliud est concedere affirmatiuam, s. assumpsit partes ut sunt unum, & aliud est cum dicta affirmatiua concedere etiam negatiuam. s. non assumpsit partes, ut sunt plures res. Affirmatiua namque importat, quod partes sunt assumptæ vt uniuntur in toto, & hoc est dictũ, quòd partes sunt assumptæ ut sunt in toto, negatiua autem importat, quòd partes non sunt assumptæ secundum seipsas, sed quod assumptio terminatur ad totum tantum, & ad partes, non nisi ut sunt in toto. Constat autem ex doctrina sacra, filium Dei assumpsisse ita partes in toto: quòd tamen ad ipsas partes in seipsis terminata est assumptio: alioquin oportuisset in morte Christi fieri nouas assumptiones animæ in se, & corporis in se, quoniam in toto non erant. Dicito igitur, quòd filius Dei assumpsit animam, & carnem, inquantum sunt partes vnius naturæ, sed ex hoc non sequitur, ergo inquantum sunt unum, & non inquantum sunt plures: quia & assumpsit, inquantum sunt unum in natura unica, & inquantum sunt in se plures res, partiales tamen.

¶In responsione ad secundum eiusdem primi artic. nota primo hanc doctrinam, ꝙ s. non eodem ordine se habent partes naturæ humanæ ad personalitatem alienam, scilicet Verbi Dei, quo se haberent ad personalitatem propriã, scilicet personæ humanæ, & ratio in litera redditur ex altitudine diuinæ personæ, & hæc bene retineto, & applicato, cum discutitur Assumptionis mysteriũ quo ad ordinem assumptorum: & non fundes te super ordine eorundem ad propriam personalitatem, vt in 5. ar. ratio Scoti super hoc fundamento afferetur.

¶Nota secundo, quòd prima uerba literæ, s. corpus est vicinius personæ propriæ, anima autem naturæ humanæ, non carent scrupulo. Quoniam etsi uera sunt secundum communia homini, & aliis substantiis sensibilibus (quoniam in eis anima uicinior est naturæ, & corpus personæ: quia anima constituit formaliter naturã, & materia indiuiduat, personæ autem constat indiuiduum maxime appropinquare, vnde et creduntur idem omnino quo ad rem apud multos) secundum tamen propria principia hominis videtur oppositum, quoniam anima intellectiua, quia est ex se subsi-

sistens,

ſtens,& defert ſecum ſubſiſtentiam, quam communicat ſuppoſito, propinquior eſt perſonæ,cuius proprium eſt ſubſiſtere, adeo ut ipſi perſonæ primo conueniat. Sed hoc non obſtat,quia anima intellectiua in ſuo fieri mendicat hæcheitatem a corpore, licet occaſionaliter,nec defert ſecum ſubſiſtentiam propriam ſibi, vt quod ſubſiſtit,niſi in potentia,ſed vt proprium illius principium ut quo. Vnde licet aliquid plus propinquitatis habeat ad hypoſtaſim, quã aliæ animæ,quia ex proprio ordine defert, vt quo tamen, actum ſubſiſtendi,non tamen propinquior eſt,quam corpus,quod ipſam animam, & ſuum eſſendi actum indiuiduat. Stant ergo ſolida verba literæ.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem artic. clarè habes, quo pacto apud Auctorem intelligitur animam mediare in aſſumptione carnis,ſcilicet cum tribus conditionibus. Prima eſt ſecundum aptitudinem,quia ſcilicet reddit carnem aptam ad aſſumi, faciendo ipſam animatam,& humanam. Secunda eſt ſecundum congruitatem,quia hæc aptitudo non eſt neceſſitatis,ſed congruitatis:nã, & Deus poſſet ſine illa aſſumere carnem, & caro ſic apta non neceſſitat ad aſſumptionem: ſed ex hoc ipſo, quod caro eſt humana,eſt habilis de congruo, vt aſſumatur, hoc eſt, aſſumptibilis eſt de congruo. Tertiã eſt in fieri, quia conditio iſta, qua caro eſt de congruo aſſumptibilis, non mediat in facto eſſe, ſed in fieri tantũ. Et propterea ceſſante tali conditione actualiter (vt de facto ceſſauit in morte Chriſti,quia caro Chriſti in triduo non erat animata,nec etiam caro,niſi æquiuoce) non propterea deſinit unio aſſumptæ carnis ad diuinam hypoſtaſim, quam oportuiſſet deſinere, ſi anima eſſet medium in facto eſſe, ſicut quia eſt medium in fieri, ideo in principio aſſumptionis caro non niſi animata, ac humana aſſumitur. Et hinc habes, quod caro ipſa in ſe terminat aſſumptiuam actionem, & non ſolum ut animata, & humana, licet non attingeret eam, niſi eſſet animata, aut humana, ſicut aliquis accipit in uxorem mulierem pulchram, ſecundum ſeipſam mulierem licet non acciperet eam niſi eſſet in principio, cum eã accipit,pulchra,vt in litera dr̃,Et propterea in morte Chriſti deſinente humanitate per mortẽ, non de nouo Verbum Dei aſſumpſit animam,& corpus, ſed quæ in principio facta eſt aſſumptio,& determinata ad totum, & partes etiam ſecundum ſe,non deſijt terminari ad partes deficiente toto: quoniam nec ipſum totum eſt medium in aſſumptione,niſi in fieri,ſecundum ordinẽ intentionis, vt infra patebit.

Petr. de Pal. 3 d.2.q.2. Medina.ar 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Dei filius aſſumpſerit animam mediante ſpiritu, ſiue mente.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ fili⁹ Dei non aſſumpſerit animam mediante ſpiritu. Idem enim non cadit medium inter ſeipſum, & aliquid aliud: ſed ſpiritus ſiue mens,non eſt aliud in eſſentia ab ipſa anima, vt in prima parte habitum eſt. * ergo filius Dei non aſſumpſit animam mediante ſpiritu, ſiue mente.

¶ 2 Præt. Illud, quo mediante facta eſt aſſumptio, videtur eſſe magis aſſumptibile: ſed ſpiritus, ſiue mens non eſt magis aſſumptibilis, quam anima,quod patet ex hoc,ꝙ ſpiritus angelici non ſunt aſſumptibiles, vt ſupra dictum eſt. * ergo uidetur, ꝙ filius Dei non aſſumpſerit animam mediante ſpiritu.

¶ 3 Præt. Poſterius aſſumitur a primo mediante priori: ſed anima nominat ipſam eſſentiã, quæ eſt prior naturaliter, quam ipſa potentia ei⁹, quæ eſt mens. ergo uidetur, ꝙ filius Dei non aſſumpſerit animam mediante ſpiritu,ſiue mente.

SED CONTRA eſt, Aug. ꝙ dicit in lib. de Agone Chriano. † Inuiſibilis,& incommutabilis ueritas, per ſpiritum animam,& per animã corpus accepit.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt, * filius Dei dicitur aſſumpſiſſe carnem,anima mediante,tum propter ordinem dignitatis, tum etiam propter cõgruitatem aſſumptionis. Vtrumque autem horum inuenitur, ſi comparemus intellectum, qui ſpiritus dicitur, ad cæteras animæ partes: non enim anima eſt aſſumptibilis, ſecundum congruitatem, niſi ꝑ hoc, quòd eſt capax Dei ad imaginem eius exiſtens,quod eſt ſecundũ mentem,quæ ſpũs dicitur, ſecundũ illud Ephe. 4. Renouamini Spiritu mentis ueſtræ. Similiter etiam intellectus inter cæteras partes animæ,eſt ſuperior, & dignior, & Deo ſimilior. & ideo,vt Damaſc. dicit in 3.lib. * vnitum eſt carni per mediũ intellectum, verbum Dei. intellectus enim eſt, quod eſt animæ puriſſimũ,ſed, & Deus eſt intellectus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ etſi intellectus non ſit aliud ab anima ſecundũ eſſentiam: diſtinguitur tamen ab aliis partib. animæ ſecundum rõnem potentiæ, & ſecundum hoc competit ſibi ratio medij.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ſpiritui angelico non deeſt congruitas ad aſſumptionem, propter defectum dignitatis: ſed propter [d] irreparabilitatem caſus, quod non põt dici de ſpiritu humano, vt patet ex his,quæ in 1.parte dicta ſunt. *

AD TERTIVM dicẽndum, quòd anima, inter quam, & Dei uerbum ponitur medium intellectus, nõ accipitur pro eſſentia animæ, quæ eſt omnibus potentiis communis: ſed pro potentiis inferioribus, quæ ſunt omni animæ communes.

SVPER Q. VI. ART. II.

38 Loc. ſup art. 1. not. — CONCL. Vnitum eſt carni, per medium intellectũ, verbũ Dei. Hoc eſt. Aſſumpſit animam mediante ſpiritu.

p.p.q.77. ar.1. ad 1. — ¶ EXAM. Ly carni. Id eſt, animæ. Nam ſic intelligere ſe monſtrat Damaſcenus per ſuam probationem ſubiũctã, ſcilicet per ly intellectus enim eſt, quod eſt animæ puriſſimum. Ecce. Non dicit, quod eſt carnis puriſſimũ, quod ſecundum ſyllabicam conſiderationem uidebatur ſubiungendũ ad ly unitum eſt carni; ſed dicit, quod eſt animæ, vt oſtendat, quod ly carni, poſitum fuit ibi pro anima. (q.4.ar.1.)

¶ PROB. Quia intellectus, ſeu ſpũs, dat animæ & congruitatẽ aſſumptibilitatis (cũ anima ſit capax Dei ſecũdum ſpũm, Eph. 4) Et gradum dignitatis (cũ intellectus præ cæteris partibus animæ ſit ſuperior, Deiq; ſimilior.)

† Ex c. 18. 19. 20. & 21. colligitur en.3.

1ᵐ de maiori. Idem. ℞. Vt idem. §. Tunc nihil,&c. Nam licet intellectus non ſit aliud, &c. vt in tex. Ex quo dic; ꝙ hic non ſit cõparatio eſſentiæ animæ ad eſſentiam aïæ, nec potentiarũ animæ ad eſſentiam animæ: ſed potentiarũ quarundam animæ ad alias potẽtias animæ, ſeu (quod in idem redit) eſſentiæ animæ ſm quandã potentiam. ſ. intellectum, conſideratæ, ad eſſentiã animæ ſecundum alias potentias, pota ſenſitiuum uegetatiuum, conſideratæ. Vide ad tertium. (* Art. pc.)

2ᵐ minor. Spũs,ſiue mens,non eſt magis aſſumptibilis; ꝙ anima. ℞. Negatur. §. Stando ſan propoſito de ſpiritu humano. Ad probationem autem ſubiũ ctã de ſpiritu angelico dicitur: ꝙ nihil in contrariũ cõcludit propter rationẽ dictam in tex.

3ᵐ de minori. Anima nominat ipſam eſſentiã. ℞. Negatur; loquendo de aïa, vt ſumatur hic. §. Hoc eſt: in cõcluſione articuli. Sumitur. n. ibi anima pro potẽtijs inferioribus animæ ſ. pro potentijs ſenſitiuis & vegetatiuis. Vt ſit ſenſus. Aſsũpſit animæ potẽtias ſenſitiuas, & vegetatiuas, mediãte potentia intellectiua. Hoc eſt. Aſſumpſit totã animam: ſed partem eius inferiorem, quæ potentijs his. ſ. uegetatiuo & ſenſitiuo comprehenditur, aſſumpſit mediãte parte eiuſdem ſuperiore, quæ potentiarum intellectiuarum nomine deſignatur. (Li.3.orth. fid.c.6.ante mediũ.)

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem oſtedas, meritò eſſe a ſcripturis, & Auguſt. inſinuatum: quod filius Dei aſſumpſit animam mediante ſpiritu. A D. Auguſtino quidem: vt in argum. contr. A ſcripturis uerò (præſuppoſita incarnatione) ꝑ hoc; quod dicitur Ioan. 4. Spiritus eſt Deus; & tales quærit, qui adorent eum in ſpũ. Cũ ergo ſpũs magis diligat ſpm̃ & per prius cõiungat ſpũi, ſm̃ illud proportionaliter dictũ Eccl. 13. omnis homo diligit proximũ ſibi,& ſimili ſibi ſociabitur; & ſequitur manifeſte ſecundum illam Euangelij ſententiam, quod animæ medio ſpiritu cõiunctus ſit Deus. Secundò vides: quomodo ex ijs bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. (Vtilitas pro Eccl. S.Dei. D.151. — *p.p.q.64. ar.2.) a

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota, quod ſi termini prædeclarandi ſunt, vt in concluſione ſumuntur, non reſtat locus argumentis primo, & tertio, ſed ſi in titulo relinquuntur indiſtincti, ita tamen ut nomine Spiritus intelligatur mens,ſeu pars intellectiua, locus relinquitur argumentis,& reſponſionibus.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue.

matiuè. Filius Dei assumpsit animam mediante spiritu. Probatur dupliciter. Primo ratione: assumpsit cæteras partes animæ mediante intellectu, tam secundum ordinem dignitatis, quam secundum ordinem ad congruentiam assumptionis. ergo assumpsit animam mediante spiritu. Antecedens pro prima parte probatur: quia intellectus est dignior. Pro secunda: quia anima non est assumptibilis, nisi per illud, quo, est ad imaginem Dei. Consequentia probatur ex præcedenti articulo ex simili ratione. Secundo, probat conclusio auctoritate Damasceni.

¶ Aduerte hic duo: Primo, quòd hic est comparatio partiũ potentialiũ. s. partis superioris, quæ uocatur spũs, siue mens, siue intellectus: & partis inferioris, quæ est pars sensitiua, & vegetatiua, quæ uocatur anima, & quoniam omnes istę partes sunt assumptæ a uerbo, & distinguuntur etiam genere inter se, & ordine quodam se habent ad verbum, tum quo ad dignitatem, tum quo ad assumptibilitatem: quia pars sensitiua, non est assumptibilis, nisi quia coniuncta est intellectiuæ, sicut nec caro, nisi quia est pars hominis, ideo August. dixit, & Auctor declarauit, quod assumpsit animam, idest, partem sensitiuam mediante spiritu, idest parte intellectiua. Et scito quòd si considerentur istæ duæ partes, non secundum quòd uniuntur in una substantia animæ (quia sensitiuum est in intellectiuo, vt trigonum in tetragono, ut dicitur in 2. de Anima) sed abstrahendo ab illo, vel alio modo coniunctionis, & considerentur ipse partes diuersæ, & quod coniunctæ sunt in homine non curando de modo, quo sunt coniunctæ, simile est iudicium de illa propositione. Assumpsit carnem mediante anima, & assumpsit animam mediante spiritu. Et propterea August. simul vtramque protulit, & in litera similis dicitur vtraque mediatio, saluantur enim vtrobique, & gradus dignitatis, & causa, & causatum, dum pars intellectiua ex hoc, quod coniungitur parti sensitiuæ, perficit illam: & est illi ratio, quòd sit assumptibilis. Quocirca non requiras hic causalitatem, sicut pars essentialis, quæ est forma, est causa alterius constitutiua, sed proportionaliter causalitatem, sicut pars potentialis formalior, & superioris ordinis est causa partis inferioris: oportet eum proportionaliter inquirere, & intelligere causalitatem, sicut proportionaliter sunt partes, quæ dicuntur partes essentiales, & quæ dicuntur partes potentiales.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima a Dei filio prius fuerit assumpta, quam caro.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima Christi fuerit prius assumpta a Verbo, quã caro. Filius. n. Dei assumpsit carnẽ mediante anima, ut dictum est: * sed prius peruenitur ad medium, quàm ad extremum. ergo filius Dei assumpsit prius animam quàm corpus.

¶ 2 Præt. Anima Christi est dignior angelis, secundum illud Psal. 96. Adorate eum omnes angeli eius: sed angeli creati sunt a principio, ut in primo habitum est. † ergo, & anima Christi, quæ non fuit ante creata, quàm assumpta: dicit enim Damasc. in 3. lib. * ꝙ nunquam neque anima neque corpus Christi propriam habuerunt hypostasim. ergo uidetur ꝙ anima fuerit ante assumpta, quàm caro, quæ est concepta in utero Virginis.

¶ 3 Pręt. Io. 1. dicitur, Vidimus eum plenum gratiæ, & ueritatis: & postea subditur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus, i. omnes fideles quocunque tempore, ut Chrysost. exponit. * Hoc autem nõ esset nisi anima Christi habuisset plenitudinem gratiæ, & ueritatis ante omnes sanctos, qui fuerunt ab origine mundi: quia causa non est posterior causato. Cum igitur plenitudo gratiæ, & ueritatis fuerit in anima Christi ex unione ad uerbum, secũdum illud, quod ibidem dicitur, Vidimus gloriam eius quasi unigeniti a Patre, plenum gratię, & veritatis, consequens uidetur, ꝙ a principio mundi anima Christi fuerit a Verbo Dei assumpta.

SED CONTRA est, quòd Dam. dicit in 4. lib. * Non, vt quidam mentiuntur, ante eam, quæ est ex Virgine incarnationem, intellectus est unitus Deo verbo, & ex tunc uocatus est Christus.

RESP. Dicendum, ꝙ Origenes posuit in suo * Periarchõ omnes animas a principio fuisse creatas, inter quas etiam posuit animam Christi creatam. Sed hoc quidem est inconueniens, si ponatur, quòd fuerit tũc creata, sed non statim Verbo unita: quia sequeretur, quòd anima illa aliquando habuisset propriam subsistẽtiam sine Verbo: & sic cum fuisset a Verbo assumpta, vel non esset facta vnio secundum subsistentiam, uel corrupta fuisset subsistentia animę præexistens. Similiter etiam est inconueniens, si ponatur quòd anima illa fuerit a principio verbo unita, & postmodum in vtero Virginis incarnata, quia sic eius anima videretur esse non eiusdem naturę cum nostris: quę simul creantur, dũ corporibus infunduntur. Vnde Leo Papa in Epist. ad † Iulianum, quòd non alterius naturę erat caro eius, quàm nostra: nec alia illi, quàm cęteris hominibus anima est a principio inspirata.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut sup. dictum est. * anima Christi dicitur esse mediũ in unione carnis ad Verbum secundum ordinem naturę: non autem oportet ex hoc, quòd fuerit medium ex ordine temporis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Leo Papa in eadem Epist. dicit, † anima Christi excellit nostras animas nõ diuersitate generis, sed sublimitate uirtutis: est enim eiusdem generis cum nostris animabus, sed excellit etiam angelos secundum plenitudinem gratię, & ueritatis. Modus autem creationis respondet animę secundum proprietatẽ sui generis ex quo habet, dum sit corporis forma, ut creatur simul, dum corpori unitur, quòd non competit angelis, qui sunt substantię omnino a corporibus absolutę.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ de plenitudine Christi omnes hoĩes accipiunt sẽm fidem, quam habent in ipsum: dicitur enim Ro. 3. ꝙ iustitia Dei est per fidẽ Iesu Christi in oẽs, & super oẽs qui credũt in ipsum. Sicut autem nos in ipsum credimus vt in iam natũ, ita antiqui crediderũt in ipsum vt in nasciturum: habentes enim eundem spiritum fidei credimus, vt dicitur 2. ad Corint. 4. Habet autem fides quę est in Christum uirtutem iustificandi ex proposito gratię Dei secundũ illud Rom. 4. Ei qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam sẽm propositum gratię Dei. Vnde quia hoc propositũ est ęternũ, nihil prohibet per fidem Iesu Christi aliquos iustificari, & antequam eius anima esset plena gratia, & ueritate.

Arti-

Ferr. 4. cont. c. 33. 34.
Pludanus vbi supra.
Medina ar. 3.

SVPER Q. VI. ART. III.

39
Inf. ar. 4. & q. 33. ar. 1. 2. & 3. & q. 35. a. 4. Et 3. d. 2. q. 2. & 3. Et d. 3. q. 5. ar. 2. Et 4. cõt. c. 33. 44. & 45.
Art. 1. huius quęst.
† p. p. q. 46. ar. 3.
* Li. 3. c. 2.
Hom. 13. 1. Io. aliquãtulũ a princ. to. 3.
* Li. 4. c. 6. in princip.
* Li. 2. c. 7. & 8. to. 4.
† Est epist. 11. ad Iul. epi. Coensem non multũ ante fin.
* Ar. 1. huius quæst.
† Ad Iul. epi. nõ multũ ante finis, et est epi. 11.
* Inf. q. 68. ar. 1. ad 1. Et 3. d. 14. art. 1. q. 2. ad 1. et ad 2. Et ad q. 29. ar. 4. ad 9.

CONCL. Est inconueniens: si ponatur, ꝙ anima Christi & fuerit antequam a verbo assumeretur: Et ꝙ verbo fuerit vnita, postmodumq; in utero uirginis incarnata. Hoc est. Anima non prius fuit assumpta, quam caro.

¶ PROB. Quia si anima Christi non fuisset statim, i. instãti suę creationis, assumpta a verbo; aut nũquam postea ad subsistentiam verbi fuisset assumpta, aut cũ corruptione suæ creatæ subsistentiæ. Et horum vtrumque est inconueniens. Secũda autem pars, s. & quod verbo, &c. probatur. Primò, quia si anima Christi prius fuisset assumpta, quã incarnata, tũc non esset eiusdem naturæ cum nostris animabus; quæ simul creãtur, dum carni infundũtur. Secundò, quia Leo Papa hãc conclusionis partem innuit ꝑ hoc, quod animam Christi fuisse eiusdem naturæ dicit cum nostris.

1m minor. Prius peruenitur ad medium, quã ad extremum. R. si sit medium secundũ ordinem temporis. §. Tunc nihil, &c. Nam anima Christi, &c. vt in tex.

2m maior. Anima Christi est dignior Angelis. R. si anima illa cõsideretur secundũ plenitudinem gratiæ, & ueritatis. §. Tunc nihil, &c. Nã modus creationis respondet animæ secundum proprietatem sui generis: quo modo anima Christi non est dignior Angelis.

3m minor. Hoc autẽ non esset; nisi anima Christi habuisset plenitudinẽ gratiæ & ueritatis ante omnes sanctos, qui fuerunt ab origine mundi. R. Negatur. §. Nam de plenitudine Christi omnes accipiunt secundum fidẽ in ipsum; quæ fides habet virtutem iustificandi ex proposito gratiæ Dei. Fides autem potest respicere non solũ in præteritum, sed etiã in futurum; Et propositum Dei est æternũ. Vnde nihil deperit fidei, neque proposito Dei; & consequenter nec saluti hominũ, quã de plenitudine Christi accipimus: si anima ipsius non fuit ab origine mundi. Ad probationẽ autem illius minoris, respõdetur; ꝙ causa causato suo non est posterior.

rior in causando; cum quo tamen stat, quòd possit esse posterior in essendo. Sicut contingit; quando causa, per modum causandi finaliter causat: quoniam tunc res, quæ dicitur causa, licet sit prior in intentione, est posterior in executione. Quia igitur anima Christi, secundum textum hunc, causat per modum finis, cum per fidem de plenitudine eius acceperint antiqui: ideo non requiritur ad sic causandũ, q ipsa fuerit antiquis prior in executione, i. in essendo. Ad hoc. n. sufficiebat; quòd esset illis prior in intentione: quoniã sic antiqui aspiciebant in auctorem fidei, & consummatorem salutis eorum Iesum; vt colligitur ex Hæbr. 2. & 12.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S.Dei. EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim quorundam dicentium, animam Christi prius fuisse vnitam verbo, quam carni. Hanc hæresim uidetur Nicephorus Calistus lib. 17. cap. 18. attribuere Origeni: quoniam post multos anathematismos ex quinta synodo Constantinopolitana prolatos contra quamplures hæreses, inter quas & prædictam cõnumerat, subinfert ex eadem synodo Anathema sit Origeni, qui & Adamantius dictus est; & hæc promulgauit; una cum detestandis eius, & execrandis erroribus; & omni homini, qui hæc sentit, aut asserit, aut aliqua ex parte quocunque prorsus tempore ea defendere
2 audet. Hæc ibi. Secundò, habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a quinta synodo præmissa. Si quis dicit, aut sentit, animam Domini præexistere, vnitamq; esse Deo verbo ante incarnationem & natiuitatem ex uirgine, anathema sit. Hæc illæ: vt refert Nicephorus lib. & cap. citatis. Item a sexta synodo Constantinopolitana actio 11. Incarnatur verbum Deus, nõ præfactæ carni copulatus, præformatove atque in sese subsistenti aliquando corpori coniunctus, uel animæ præexistenti cõiunctus; sed cum verbi ipsius naturali conuentu subsistentiam habitura cõcurrerunt: & nec quantum in ictu oculi hãc, quam illam, priorem habentia. Hæc ibi ex epistola Sophronij Patriarchæ Hierosolimorum. Item a Papa Leone primo. Arbitror: ipsa loquẽtem hoc habere persuasum; quod anima, quam saluator assumpsit, prius in cœlis sit commorata, quàm de Maria virgine nasceretur, eamque sibi verbum in utero copularet. Sed hæc catholicæ mentes, auresque, non tolerant: quia nihil secum Dominus de cœlo veniens, nostræ conditionis exhibuit: nec animam enim quæ anterior extitisset; nec carnem, quæ non materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, vt prius creata, post assumeretur; sed ut ipsa assumptione crearetur. Hæc ille in epistola, in ordine 11. ad Iulianum episcopum Coensem. Item a Damasceno: vt 10 argum. contr. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensa- 3
tis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly prius, sumitur secundum tempus, ita quòd quæstio de proprietate temporis: & occasio huius est positio Origenis.

¶ In corpore articuli sunt tria, primo ponitur positio Origenis, secũdo reprobatur in uno sensu: tertio reprobatur in alio sensu. Distinctio partium clara est in litera. Quo ad primum positio Orig. refert quo ad duo, s. & quo ad animas omnium hominum, & quo ad animam Christi, scilicet, quòd omnes fuerunt a principio simul creatæ: de qua Origenis positione vide, si uis, in 2. contra Gent. c. 83. quoniam hic non tractatur, nisi quo ad animam Christi in ordine ad assumptionem. Quo ad secundum, quia dupliciter poni potest, animam Christi ab initio mundi creatã fuisse, vel creatam, & non simul assumptam a filio Dei, vel tunc creatam, & simul assumptam, a filio Dei, sed postea in utero Virginis carni vnitam, ideo in litera vterque modus excluditur.

¶ Et contra primum ponitur conclusio hæc. Inconueniens est animam Christi ab initio creatam esse, & non simul assumptam, probatur ducendo ad inconueniens, quia sic fuisset aliquando per se subsistens, & vel corrupta fuisset illius subsistentia in assumptione, q est inconueniens, uel remansisset, q est impossibile, quia nõ fuisset unio secundum subsistentiam.

¶ Vbi nota primo, quòd Auctor loquitur hic de subsistentia tãquam si loqueretur de personalitate, quia anima separata differt a persona solum per hoc, quòd est incompletæ speciei, quia non est species, sed pars speciei. Quia enim eadem est ratio de personalitate, & subsistentia quo ad assumi, & non assumi (quia scilicet vtrique eadem ratione repugnat) ideo eadem utitur ratione Auctor contra subsistentiam animæ separatæ, qua usus est superius cõtra personalitatem subsistentiæ separatæ, quæ est angelus. Nam sicut implicat personam assumi in unitatem personalem alterius personæ, quia pertineret ad esse psonale assumentis psonę, q a assũpta esset secundum se in persona alia, ita implicat subsistentem animam assumi ad aliud subsistens, quia simul per se separatim existeret, & non per se separatam existeret. Ex eo namque, quòd ponitur subsistens, secundum se ponitur per se separatim existere, nam hoc ipsum significat subsistere secundum se, & ex eo, quòd ponitur assumi ad alterius subsistentiam, ponitur quòd non per se, sed per illud aliud subsistat, alioquin ad illius alterius subsistentiam non esset tracta.

¶ Nota secundo, quòd subsistentiam animæ pręexistentem corrumpi, potest intelligi dupliciter, primo quo ad actum subsistendi, qui nihil aliud est quam actus essendi ipsius animæ, ut est ipsius solius, hoc est, vt est eius, ut quod est, & hoc modo uidentur Thomistæ, iuxta superius recitata, de personalitate intelligere hunc locum. Alio modo, non solum quo ad actum subsistendi, sed quo ad id, quod subijcitur actui subsistendi, ita ut corrupto subiecto actus, ex consequenti sequatur corruptio actus, & hoc modo intelligendus uidetur hic textus, conformiter ad prædeterminata de personalitate. Imaginandum est enim quòd anima separata est semipersona, & non solum seminatura: nam unita carni est seminatura: cum sit pars essentialis humanæ naturæ: sed non subsistit per seipsam, vt quòd, sed per hypostasim, cui ut anima, ut ratio subsistendi ex proprio genere. s. immateriali ordinis defert actum essendi, & subsistendi: sed statim vt separata est a corpore, ex hoc ipso: quo constituitur in esse separato, constituitur in quadam totalitate, & completione, ut scilicet sit quòd subsistit. inadæquate tamen ad suum esse in quo natum est etiam corpus, & totus homo subsistere. Iam enim dictum est, quòd separatio dat quandã totalitatem, & completionem, & ideo statim separata anima est semipersona, ac per hoc proprio termino terminatur, quæ in corpore existens terminabatur termino totius hominis. Et ideo sicut si assumeretur præexistentes angelus, corrumperetur primo terminatio naturæ angelicæ, quæ est illius personalitas ita si assumeretur anima prius separatim existens, corrumperetur ipsius terminatio, qua constituitur in esse, quod est semipersonæ, & subsistentis. Sed si anima assumitur non præexistens separata (sicut & unitur de facto corpori non præexistens separata) tunc solum ut seminatura assumitur, & unitur: quia non adhuc terminata intelligitur proprio termino: quem in sui n corpore, & ab hypostasi separatione nata est habere. Notanter autem dico, non solum a corpore, sed ab hypostasi, quia si anima separaretur a corpore, & non ab hypostasi (quod in solo Christo accidit in triduo) tunc nõ nisi ut seminatura separata a tota natura, quæ desineret, remaneret subsistens, non per se, sed per hypostasim alienam, puta, filij Dei, cui semper est vnita.

¶ Sed insurgit tunc quæstio, an in communi resurrectione anima separata huius, vel illius reuersa ad corpus retineat suam propriam terminationem, an perdat illam, & terminetur personalitate totius.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia aliter se habet anima rationalis in sui principio, cum in corpore sit, & aliter cum ad corpus, per resurrectionem redit, quod ex hoc habet, quod anima in sui principio indiuiduatur ex corpore, quãmuis occasionaliter: in resurrectione autem anima indiuiduat potius corpus, quàm indiuiduetur ex ipso, ut patet in his, in quibus diuina uirtute materia corpori supplebitur. puta, qui totaliter per multas generationes, & generationes ex solis carnibus humanis nutriti sunt. Sicut ergo indiuiduationem semel in corpore adeptam nunquam deserit anima rationalis, sed ex illa indiuiduat si opus est corpus (ita ut idẽ numero sit resurgens homo, qui prius fuit) ita rationabile est, vt ad propriam terminationem aliter se habeat in corpore, & extra, ac in reditu. Nã non acquirit illam in corpore, constituendo naturã, sicut acquirit indiuiduationẽ: sed acqrit illã in corpore constituẽdo psonã. hoc est, si ad hoc perueniat, quod sit principiũ constitutiuum propriæ personæ, & non solum propriæ naturæ, & ideo in Christo non acquisiuit proprium terminum, quia non constituit propriam personam: sed nec constituendo propriam personam, videtur acquirere illum consummate, sed medio modo, inter actum & potentiam: quoniam aliquo modo est, quod subsistit, & operatur, & aliquo modo non. Sed in separatione a corpore, & corruptione hypostasis, quæ simul in alijs a Christo hominib. sunt, anima proprium terminum consummate acquirit, quem semel adeptum retinebit etiam in reditu ad corpus, & in statu perfectiori possessura illum reunita corpori, quàm si separata esset, eo quòd tunc erit in naturalissimo suo esse, Vt sic differentia quo ad propriam terminationem inter animam in sui principio, & in resurrectione sit. q in sui principio deforis uenit: ut quo etiam quo ad personalitatem, & ideo impediri contingit illam, & propria, & totius personalitate, vt patet in mysterio assumptionis: in regressu autem uenit, ut quod est, licet partialiter. Et ideo sicut indiuiduat, & communicat suum esse homini, & glorificat illum in Sanctis, ita subsistentiam, terminationem, semique personalitatem, ad perfectionem humanæ subsistentiæ & personalitatis adducit.

¶ Quoad tertium refutatur Origenis positio intellecta secundo modo, (scilicet q anima illa in sui creatione ab initio fuerit vnita,

vnita,& postmodum in utero Virginis incarnata) primo deducendo ad inconuemens, ꝙ, scilicet anima Christi non videretur esse eiusdem naturæ cum nostris:secundo auctoritate Leonis.

¶ Circa rationem hanc dubium ex duplici capite occurrit. Primo, quantum ualeat simpliciter, nam ex hoc, ꝙ homo, vel bos creatur ante omnia sæcula, vel post, non uariatur natura eius. sed mensura secundum durationem. nihil ergo uidetur valere ratio inferens alietatem naturæ ex prioritate secundum duratione͂ productionis. Secundo, quantum ualeat ad hominem: quia Origenes ponebat non solum Christi, sed omnium hominum animas ab initio creatas, vnde magis, si ratio valet, sequit̃ quod anima Christi sit eiusdem naturæ cum nostris, ex quo simul ab initio omnes creatæ ponuntur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ rõ non est ad hominem, sed simpliciter: & ideo non oportet ipsam saluare ad hoiem, sed simpliciter. Fundatur autem ratio super hoc, quod naturalis modus productionis alicuius, diuersus penes hoc, quod est produci in corpore, uel extra, & ante corpus, mõstrat diuersitate͂ naturæ rei productæ: nec eget multa probatione hæc propositio, sed est, quasi per se nota: quoniã si res aliquæ sic se habent, quod ex naturis suis vendicant sibi tam diuersos modos suæ naturalis productionis non enim si diuersitate formali rerum, quæ producuntur, procedunt, puta quia una naturaliter est in corpore, & alia non & propterea una naturaliter exigit fieri in corpore, & alia ante corpus, una naturaliter est forma corporis, & ideo fit in corpore: alia non est naturaliter forma corporis, & ideo fit extra, & ante corpus. Vnde supponit hæc ratio, animas nostras secundum suum naturalem modum fie͂di, creando infundi, & infundendo creari, quia sunt naturaliter formæ corporum, & ex hac suppositione arguit, quod anima Christi non fuit ab initio creata, & assumpta. Supponit etiam quod in prima constitutione vniuersi, non attenditur (vt Aug. docuit) quid Deus potuerit facere, sed quid naturæ rerum, earumque ordo exigit.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota bene resolutionem clarã, vnde fides Christi est iustificatiua, s. ex proposito diuinæ gratiæ, iuxta euidentem auctoritatem Apost. ad Rom. 4.

Pal. ubi supra.
Medina. ar. 4.

SVPER Q. VI. ART. IIII.

CONCL. Caro nõ debuit prius assumi, quàm anima.

40 Locis su. 2. 3. citatis. ¶ PROB. Quia caro non debuit ante assumi, quam esset caro humana (ut patet ex q. 4. articu. 1.) Et caro non est prius caro humana, quam recipiat animam rationalem.

* ca. 18. in prin. to. 3.

1^m minor. Caro Christi uidetur prius fuisse concepta, quam animæ rationali unita. R. Negatur. §. Nam caro humana, &c. vt in tex. Ex quo dic: ꝙ dispositio ad carnem humanam non fuit prius in conceptione Christi, quam caro humana; quoniam Spiritum sanctum conceptionis huius auctorem habuit, qui simul omnia omnipote͂ter effecit.

* in ar. pr͛. in hn. cor.

2^m maior. Sicut anima est pars naturæ humanæ, ita & corpus. R. Cum hac tamen differentia: quod contra rationem animæ est ꝙ præexistat naturæ humanæ; non autem est hoc contra rationem corporis. §. Anima eni͂ est pars, vt forma: corpus autem est pars, ut materia. Forma uero dat actu speciem, &c. vt in textu.

* In prop. 1. hr͛ huc liber inter op. Ari. to mo 3.

3^m de conclusione. Vnitum. R. Vnione secundum modum communẽ sumpta. § Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio intendit loqui de unione in alio sensu, s. personali. Ac si dixerit. Verbum nõ est prius vnitum unione personali, carni; quàm animæ. Dicere siquide͂ hoc

* Li. 3. ort. fi. d. ca. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum caro Christi fuerit prius a verbo assumpta, quàm animæ unita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ caro Christi fuerit prius a verbo assumpta, quã animæ unita. Dicit enim August. in lib. de fide, * ad Pet. Firmissime͂ tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in utero virginis, priusquã susciperetur a uerbo: sed caro Christi videtur prius fuisse concepta, quam animæ rationali unita, quia materia, uel dispositio prior est in uia generationis, quam forma completiua. Ergo prius fuit caro Christi assumpta, quàm animæ unita.

¶ 2 Præt. Sicut aĩa est pars naturæ humanæ ita & corpus: sed anima humana nõ habuit aliud principiũ sui esse in Christo, quàm in aliis hominib. vt patet ex auctoritate Leonis Papæ sup. inducta. * Ergo uidet̃, ꝙ nec corpus Christi aliter habuerit principium essendi, quàm in nobis: sed in nobis ante concipitur caro, quàm adueniat anima rationalis. ergo etiam ita fuit in Christo, & sic caro prius fuit a uerbo assumpta, quàm animæ unita.

¶ 3 Præt. Sic dicitur in lib. de Causis, * causa prima plus influit in causatum, & prius unitur ei, q̃ causa secunda: sed anima Christi comparatur ad uerbum, sicut causa secunda, ad primam. Prius ergo verbum est unitum carni, quàm anima.

SED CONTRA est, ꝙ Dam. dicit in 3. li. * Simul Dei uerbi caro, simul caro animata rationalis & intellectualis. Non ergo unio uerbi ad carnem, p̃cessit vnione͂ ad animam.

RESP. Dicendum, ꝙ caro humana est assumptibilis a verbo, s͛m ordinem, que͂ habet ad aĩam rõnale͂, sicut ad propriam formam. Hunc aũt ordinem non habet antequã anima rationalis ei adueniat: quia simul dũ aliqua materia fit propria alicuius formæ, recipit illam formã: unde in eode͂ instanti terminatur alteratio, in quo introducitur forma substãtialis. Ex inde est, ꝙ caro non debuit ante assumi, quàm esset caro humana, quod factum est aĩa rõnali adueniẽte. Sicut igitur anima non est prius assumpta, q̃ caro, quia contra naturam animæ est, ut prius sit quã corpori uniatur, ita caro non debuit prius assumi, quàm anima: quia nõ prius est caro humana, quã habeat animam rationalem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro humana sortitur esse per animam. Et ideo ante aduentũ animæ non est caro humana, sed potest esse dispositio ad carnem humanã. In conceptione tamen Christi, Spiritus Sanctus, qui est agens infinitæ uirtutis, simul, & materiam disposuit, & ad perfectum perduxit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ forma actu dat speciem: materia autem, quantum est de se, est in pote͂tia ad speciem. Et ideo contra rationem formæ esset quòd præexisteret naturæ speciei, quæ perficitur per unionem eius ad materiam: non autem est contra naturam materiæ, ꝙ præexistat naturæ speciei. Et ideo dissimilitudo, quæ est inter origine͂ nostram, & originem Christi est, secundum hoc, quòd caro nostra prius concipitur, quàm animetur, non autem caro Christi, est secundum illud, quod præcedit naturæ complementum: sicut, & quòd nos concipimur ex semine uiri, non autem Christus. Sed differentia, quæ esset quantum ad originem animæ, redundaret in diuersitatem naturæ.

AD TERTIVM dicendum, quòd uerbum Dei per prius intelligitur unitum carni; quàm anima per modum communem, quo est in cæteris creaturis, per essentiam, pote͂tiam, & præsentiam. Prius tamen dico, non tempore, sed natura: prius enim intelligitur caro ut quoddam ens, quod a uerbo habet, quam ut animata, quod habet ab anima; sed unione personali prius secundum intellectum oportet, ꝙ caro uniatur animæ, quam uerbo: quia ex unione ad animam, habet ꝙ sit unibilis uerbo in persona: præsertim, quia persona non inuenitur nisi in rationali natura.

hoc redit in idem, q͛ est ly caro non debuit prius assumi, quam anima.

APPENDIX.

EX articulo habes, primò: quomodo per ratione͂ interimas hæresim dicẽtium; carnem prius esse assumptam a verbo, qua animam. Hanc hæresim vide Nicephorus, &c. vt sup. ar. 3. appen. Secundò habes: quo modo per rationem ostendas, illam meritò a synodo quinta Constantinopolitana. §. Si quis dicit, aut sentit; prius formatum esse corpus Dñi nostri Iesu Christi in utero virginis sanctę, & deinceps unitum esse ei Deum uerbum, atque animãm, ut quæ prius extiterit: anathema sit. Hæc illa; vt refert Nicephorus loco citato sup. art. 3. appen. Item a Papa Leone, & synodo. 6.; secundum quòd referuntur ibid. Item ab eadem synodo sexta ex eadem epistola. Simul quippe caro, simul Dei uerbi caro; simul caro animata rationalis, simul Dei uerbi caro animata rationalis. Et infra. Secundũ subsistentiam verbi ad carnem, quæ ex nobis est, intellectualem & animatam, conuenientiam prædicamus. Hęc ibi. Item a Concilio 1. Ephesino. Dicimus: ꝙ carnem animatam anima rationali sibi copulauerit uerbum secundum subsiste͂tiam. Hęc Conci-

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

AR-

Concilium ex epistola. D. Cyrilli, missa Nestorio; commendata etiam ualde à Concilio Calcedonensi. Item a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florent. Sanctissima atque immaculata eius caro deificata est, non est perempta; sed in proprio sui statu atque ratione permansit. Hæc ille: in constitut. super vnione Armenorum. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de prioritate temporis intelligitur. Et est ratio quæstionis quia in conceptione aliorum hominum inuenitur prius tempore, caro, quam adueniat anima rationalis: quia prius uiuit vita plantæ, deinde vita sensus, & postremo animatur anima rationali. Et constat, quòd filius Dei assumpsit carnem ab initio côceptionis sui corporis.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito negatiuè. Caro Christi non prius assumpta est a uerbo, quam animæ unita. Probatur dupliciter, primo sic. Caro humana non est assumptibilis antequam sit propria materia animæ rationalis, & humana. ergo non est prius assumpta, quam animæ rationali unita. Antecedens habet duas partes, quæ in idem redeunt, nec differunt, nisi sicut expressum in communi, & proprio uocabulo, quoniam materia propria animæ rationalis, & caro humana, idem sunt: sed differunt, quia ut materia propria sonat id quod commune est omnibus naturis proprijs, vt caro humana specificat id, quòd est in ordine ad animam rationalem. Ex vtraque ergo parte probatur in litera consequentia. Primo, ex proprietate materiæ, quia materia simul dum recipit formam, fit propria illius formæ, quòd probatur, tum, quia materia non prius habet ordinem ad formam, vt propriam formam, quàm, habeat ipsam formam, tum, quia simul terminatur generatio, & alteratio præuia. Ex secunda uero parte, quia caro non est humana ante aduentum animæ rationalis. Antecedens uerò pro secunda parte relinquitur per se notum: pro prima uerò parte probat, quia caro humana non est assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, ut propriam formam. Secundo, probatur conclusio ex proportionali adiuncta huic rationi similitudine de anima, sicut anima rationalis non prius assumpta, quam vnita carni, ita nec caro prius assumpta, quam unita animæ rationali. Et vtrobique ratio proportionaliter est: quia id contra naturam animæ, hoc contra naturam carnis humanæ.

¶ Circa hunc processum, vnum dubium occurrit, quia uidetur quòd materia propria formæ sit ante aduentum formæ: quoniam materia non est propria, nisi propter dispositiones ad talem formam, materia autem plene disposita est immediate ante instans introductionis formæ. prius igitur tempore est materia propria animæ rationalis, & uniuersaliter formæ, quâ adsit ipsa forma. Præterea, minus est materia propria animæ rationalis, & minus habet ordinem ad ipsam caro mortua, quam caro immediate ante instans introductionis animæ rationalis, quoniam ista naturaliter necessitat ad formam, illa naturaliter magis, ac magis recedit a forma exclusa: sed caro Christi mortua habet ordinem ad animam Christi propter quem remanet assumpta, vt propria materia illius. igitur, & caro in ultima dispositione habet illum ordinem, & est propria materia animæ rationalis.

¶ Ad primum dicitur, ꝙ propria materia alicuius formæ dupliciter dicitur, scilicet in fieri tantum, uel in facto esse. In proposito autem sermo est de materia propria in facto esse: obiectio autem procedit de materia propria in fieri.

¶ Ad secundum conceditur, ꝙ secundum naturæ ordinem caro vltimo disposita habet magis rationem propria materiæ, quàm caro mortua, sed in ordine ad resurrectionem, quæ sola diuina potest potentia fieri, caro mortua habet magis materiæ propriæ rationem: quia ista iam in facto esse fuit propria materia illius animæ, & dedit huic animæ indiuiduationem, & reunienda est illi ad reconstituendum eundem numero hominem. Vnde in æquiuoco laboramus, quoniam aliter sumitur propria materia in generatione, ubi naturæ ordo attenditur, & aliter in resurrectione, ubi diuinus ordo consideratur: quia tamen apud theologum vtraque dicitur propria materia, ideo caute Auctor in litera non dixit, hūc ordinem non haberi, nisi præsente anima rationali corpori, sed dixit non haberi antequam anima adueniat: cum hoc enim stat, ꝙ habeat etiam post mortem, ex quo iam semel anima affuit corpori: cum primo autem dicto nō staret, quòd haberetur post mortem propria materia.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, vide rationem naturalem, quare non arguit diuersitatem naturæ auferre a Christo naturalem modum producendi carnem, & argueret diuersitatem naturæ, si anima producta esset ante corpus: quia, scilicet in carnis productione uarietas esset penes antecedentia tantum, in animæ uero productione, uarietas ponitur in ipsis cōstitutiuis intrinsecis. Et ratio assignatur, quia materia nata est esse ante formam, & disponi ad illam: forma autem non est nata esse materiam. hanc tamen rationem intelligo pro ratione conuenientiæ, quare, scilicet conueniens fuit carnem Christi non naturaliter, hoc est, aliorum hominū more fieri per dispositiones præuias, sed miraculose statim concipi perfectam: animam vero conueniés fuit non miraculose ante corpus, sed naturaliter, hoc est, secundum aliarum cursum fieri, scilicet creando infundi, & infundendo creari: quoniam, ut ex antedictis patet, diuersus modus producendi animam, scilicet in corpore, vel extra, & ante corpus, in diuersitatem naturæ non redundaret, si miraculose aliqua anima fieret extra, & ante corpus, sed si naturaliter fieret extra, & ante corpus, quod .s. naturaliter factum fuisse oportet ponere illos, qui in constitutione mundi sic factum putant, ut prædictum est.

¶ In rñsione ad tertium distingue, & ordina nouitie, vnā, & eādem carnem sēn diuersa prædicata substantialia, pponendo magis commune minus communi (Verbi gratia, secundum quòd est corpus, secundum ꝙ animatum, &cæt.) & per species quod caro prius natura attingitur a verbo effectiue per essentiā, potentiā, & præsentiam, q̄ terminatiue per unionem personalem, quia prius natura est quoddam ens, puta corpus, q̄ aīata. Sed prius natura est animata, quàm unita verbo personaliter: tum, quia constituitur in esse assumptibili per esse animatum; tum, quia caro constituitur in natura rationali per esse animatum aīa rōnali, Constat autem, ꝙ non est assumptibilis nisi ut pars naturæ rationalis: non solū ex parte sui, sed etiam ex parte personæ, quæ significat non quamlibet hypostasim, sed hypostasim naturæ rationalis.

Capi 3 d. 2. q. 1. conc. 2. Medina ar. 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei assumpserit totam naturam humanam mediantibus partibus eius. Dicit enim Aug. in lib. de Agone Christiano, * quòd inuisibilis, & incommutabilis ueritas per spiritum animam, & per animam corpus, & sic totum hominem assumpsit: sed spiritus, anima, & corpus sunt partes totius hominis. ergo totum assumpsit mediantibus partibus.

¶ 2 Præt. Ideo filius Dei carnem assumpsit mediante anima, quia anima Deo similior, quàm corpus: sed partes humanæ naturæ cū sint simpliciores, quàm corpus videtur esse similiores Deo, qui est simplicissimus, quàm totum. ergo assumpsit totum mediantibus partibus.

¶ 3 Præt. Totum resultat ex unione partium: sed unio intelligitur ut terminus assumptionis, partes autem præintelliguntur assumptioni, ergo assumpsit totum per partes.

SED CONTRA est, quòd Damasc. dicit in 3. lib. * in domino nostro Iesu Christo non partes partiū intuemur, sed, quæ proximè componuntur, idest deitatem, & humanitatem. Humanitas autem est quoddam totum, quod componitur ex anima, & corpore sicut ex partibus. ergo filius Dei assumpsit partes mediante toto. * li. 3. c. 16. circa fin.

RESP. Dicendum, ꝙ cum dicitur aliquid medium in assumptione incarnationis, non designatur ordo temporis: quia simul facta est assumptio totius, & omnium partium: * ostensum est enim ꝙ simul anima, & corpus sunt adinuicem unita ad constituendam naturam humanam in Verbo. Dei- * Ar. 1. huius qō. & ar. 2.

SVPER Q. VI. ART. V.

41 3. d. 2. q. 2. art. 1. q. 3. & 2. 3. q. 1. c. & d. 3. q. 5. ar. 2. c. & dis. 5. q. 2. ar. 3. * Colligit ex c. 18. 19. 20. & 21. tom. 3.

COncl. Verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ, mediante toto.

¶ Proa. Primò, quia in incarnatione oportet attendere ordinem naturæ simpliciter, ex parte intentionis agentis (vt habetur ex B. Augustino ad Volusianum): Et secundum intentionem agentis prius est completum, quam incompletum, i. (in proposito) prius est totum, quam partes. Secundo, Quia sicut verbum assumpsit corpus propter ordinem, quem habet ad animā rationalem: ita assumpsit corpus & animam propter ordinem, quē habent ad humanam naturam.

Primum

1m de conclusione. Mediantibus partibus. R. secundū viam operationis. §. Sic enim sequtur ex B. Augustino. Nam ex verbis illis, &c. vt in textu. Tunc nihil, &c. Cum illa enim prioritate partium secundum uiam operationis stat simul prioritas totius secundum viam intentionis: de qua uia intelligitur articuli conclusio.

2m minor. Partes humanæ naturæ sunt similiores Deo, quā totum. R. Negatur. §. Ad probationē eius infertam. s. q sunt simpliciores, respondetur: quod hoc non sufficit ad assimilari magis Deo, nisi cum simplicitate maiori perfectio etiam maior ibi simul inueniat. Nam Deus ita est simplex quòd etiā est, &c. vt in tex. Ex quo dic; quòd perfectio pręponderat simplicitati, ut sic præcise, in faciendo aliquid simile Deo. Quod si aliquid unum esset sine magna simplicitate perfectum. Et aliqd aliud esset æque perfectum cum maiori simplicitate; tūc hoc secundum præponderaret primo: vt patet consideranti.

3m de minori. Sed unio. R. Personalis. §. Tunc nihil, &c. Nam in maiori fit sermo de vnione naturæ: ideoque, cum in diuersis sensibus de unione intelligantur præmissæ, scilicet maior & minor, argumentum contra semetipsum peccat in forma, vt quod ex quatuor terminis existat.

bo. Designatur autem ibi ordo naturæ. vnde per id, quod est prius in natura, assumitur id, quod est posterius. Est autem aliquid prius in natura dupliciter, vno modo, ex parte agentis; alio modo, ex parte materię: hę enim duę causę pręexistunt rei. Ex parte quidem agentis est simpliciter primum illud, quod primo cadit in eius intentionē: sed secundum quid prius est illud, a quo incipit eius operatio. & hoc ideo, quia intentio est prior operatione. Ex parte uero materię est prius illud, quod prius existit in transmutatione materię. In incarnatione autem oportet maximè attendere ordinē, qui est ex parte agentis: quia ut August. dicit in Epist. ad Volusianum,* in talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis. Manifestum autem est, quòd secundum intentionem facientis prius est completum, quàm incompletum, & per consequens totum, quàm partes: & ideo dicendum est, quòd uerbum Dei assumpsit partes humanę naturę mediante toto. sicut enim assumpsit corpus propter ordinem, quem habet ad animam rationalem, ita assumpsit corpus, & animam, propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.

*Non multū remote ante med. est epist. 3. tom. 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex uerbis illis nihil aliud datur intelligi, nisi q uerbum, assumēdo partes humanæ naturæ, assūpsit totam humanam naturam, & sic assumptio partiū est prior in uia operationis, intellectu, non tempore, assumptio autem naturæ est prior in via intentionis, quod est esse prius simpliciter, ut dictum est.*

*In cor. ar.

Ad secvndvm dicendum, q Deus ita est simplex, quòd etiam est perfectissimus, & ideo totū est magis simile Deo, quàm partes, in quātum est perfectius.

Ad tertivm dicendū, q unio personalis est, ad quā terminatur assumptio, non autem vnio naturæ, q̃ resultat ex coniunctione partium.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis, Papa, & Damasceno insinuatum, quod verbum assumpsit partes mediante toto. A Damasceno, quidem: vt in argument. contr. A Papa autē Eugenio IIII. in Concilio Florent. Sacrosancta Ecclesia Romana uoce Domini fundata firmiter credit, profitetur, & prædicat: unam ex Trinitate personam uerum Deum, Dei filium, ueram hominis integramque naturam assumpsisse. Hæc ille: in constit. super vnione Iacobinorum. Vbi nota ly integram naturā. Per hoc enim mōstrat: quòd assumere totum fuit de principali intento; & quod non est facta assumptio partiū, nisi secundum quod habebant ordinem ad naturā humanam integram. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Lucæ 1. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Nam ly quod nascetur, dicit totum; vt patet: & ly adeo, dixerat assumptionem: vt ex contextu, quem refert, manifestum est. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus articuli intelligendus est ut sonat.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo declaratur, quomodo intelligitur ly mediante, in mysterio assumptionis. Secundo, respondetur quæsito una conclusione. Quo ad primum dicit vnam propositionem multarum partium, scilicet in mysterio assumptionis medium intelligitur non temporis, sed naturæ ex parte agentis, & simpliciter. Vbi quatuor conditiones medij in hoc mysterio ponuntur.

¶ Prima est, quod non est medium secūdum tempus, quæ probatur, quia simul tempore omnia assumpta sunt.

¶ Secunda, q est medium secundum ordinem naturæ: Et hæc ex dictis supponitur.

¶ Tertia est, q est ibi talis ordo naturæ, s. ex parte agētis. Et hęc declaratur, quia in cōmuni ordo naturæ, quo aliquid est prius, & aliquid posterius in natura, dupliciter inuenitur: vel ex parte agētis, vel ex parte materiæ. Et redditur rō, quare secundum has duas causas inuenitur, quia sunt causæ præexistentes ante effectū: agēs enim, & materia præexistunt, formam autem oportet non præexistere, & similiter finem generationis, cum concidat cum forma: in speciali autem hoc est in assumptionis mysterio, quia tota ratio facti est potentia facientis.

¶ Quarta conditio est, ly simpliciter, ad definiendum q mediū simpliciter in hoc mysterio attenditur secundum ordinē naturæ ex parte agentis non quemcumque, quia non sm quid, sed simpliciter: est siquidem duplex naturæ ordo ex parte agentis; vel secūdū ordinem intentionis, vel secundum ordinem executionis, Et differunt hi ordines inter se in hoc, quòd illud, quod est prius secundum intentionem, est prius simpliciter, quod uerò est prius secūdum quid. Et ratio est, quia intentio prior est simpliciter executione, vt patet. Quoad sm conclusio responsiua quæsito est ista. Verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ; mediante toto. Probatur dupliciter: primo, quia sm ordinem naturæ ex parte intentionis agentis prius est completum, q̃ incompletum, & cōsequenter prius est totū, quàm partes: secundo, ex proportionalitate: sicut assumpsit corpus mediante anima (quia assumpsit corpus propter ordinem, quem ad animam habet) ita assumpsit partes, mediante toto, quia assumpsit animam, & corpus propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.

¶ Sed occurrunt hic literalia multa inquirenda. Primo, cur existente naturæ ordine secundum quodlibet genus causæ, ordinem naturæ duobus eorum approprias.

¶ Secundo, cur ordinem naturæ ex parte materię in hoc mysterio Auctor pertransiuit, cum prius natura ex parte causæ materialis corpus Christi fuerit conceptum, quam animatum? patiens enim præsupponitur actui, qui in eo fit.

¶ Tertio, cur Auctor in hoc mysterio, de medio secundum naturæ ordinem ex parte agentis secundum ordinem operationis respondendo tacuit, cum tamen in respōsione ad primum, postmodum de illo tractet.

¶ Ad primum dr, q quia ordo naturæ secundum genus causæ formalis, & finalis reducitur ad ordinem naturæ secundum genus causæ agentis, tamquam in quo clarius relucet, quoniam secundū ordinem agentium ordinantur, & fines generationum, & formæ genitorum, & res natura priores secundum ordinem finis, aut formæ in his, quæ fiunt, sunt posteriores in esse, quoniam, & forma, & finis quanto ulterior in aliquo ordine, tāto prior, quia perfectior. Res uerò, vt sunt tam in materiæ transmutatione, quam in intentione, aut executione agentis priores, sunt etiam priores sm esse aliquod reale. s. vel secundum ipsam intentionem eorum, sicut domus est in intentione artificis, vel sm q saltem in inchoata transmutatione sunt: sicut alteratio est prior generatione, uel secūdum se, ut ab ipsis incipit executio, ut fondamentū est prius parietibus. Meritò igitur naturæ ordinem duobus appropriauit Auctor generibus causarum, quia sunt priores in esse, tum quia clarius relucet prioritas naturæ in istis, tum quia prioritas aliorum apud generabilia reducitur ad ista.

¶ Ad secundum dr, q in mysterio incarnationis nulla fuit trāsmutatio materię nisi instātanea formatio corporis [illegible] virtute Spiritussancti: & illa instantanea formatio [illegible] naturæ ordine prior sm genus causæ materialis [illegible] rōnalis aduentus in eam, quia ala rōnalis non [illegible], sed supposuit corpus organicum, in quo [illegible] actus in [illegible] fieret: quia th in illo priori naturæ [illegible]bilis, ([illegible] dictis patet) quia constituta est [illegible] per esse [illegible] iō Auctor loquēs hic de [illegible] naturā [illegible] ad assumptionē, nihil de [illegible] materię, [illegible] ordinē ad assūptionē [illegible] ad ppositū[illegible]

13

¶ Ad tertium dr, q in promptu est est, quare rñdendo quæsito tacuit ordinem executionis: quia. s. rñdendum est quæsito simpl'r, de medio simpliciter, & non de medio fm quid: ac per hoc de medio, secundum ordinem simpliciter, & non secundum ordinẽ fm quid. Vnde meritò mediũ fm quid, reseruauit rñsionib. argumentorum, soluta quæstione de mediatione simpliciter, & absolutè.

¶ In eodem ar. in rñsione ad primum, dubium occurrit ex Sco. & Duran. arguentib. in 3. Sent. dist. 2. contra hanc doctrinam, q. s. non assumpserit totũ mediantib. partibus. Arguit ergo Scot. 1. in q. 2. sic, Primo assumptũ non est natura humana, sed pars, seu partes eius. ergo assumens non est primo hõ. Et confirmat, quia sicut in instanti assumptionis se habuit ad totũ, & partes, ita, & modo. igitur, & modo non est primo homo, sicut Socrates est primo homo, quod vr inconueniens. Amplius, vr sequi, q Christus non sit homo. Probatur quia denoĩatio a parte, vel partib. non dat denominationem a toto. Præterea, Propter duas uniones verbi, ad partes naturæ humanæ, non est homo. ergo requiritur tertia, quę sit totius primo, propter quam tertiã. Verbũ est homo, sed illa sufficit sine aliis duab. igitur illæ duæ superfluunt. Demũ probat ostensiuè, q natura tota est primo sine medio assumpta. Quod est in se primo personabile, si sibi dimitteretur, hoc in alio primo personatur, qñ assumitur: sed tota natura, & nõ pars, vel partes, est primo, & immediate hoc modo personabilis in se, si sibi dimittatur. ergo. Probatur. Maior, quia in eodem instanti naturę, in quo in se personaretur, si sibi dimitteretur, personat. in alio: vel ab alio, quia nihil ante illud instans est natum assumi, quia non prius fuit natura singularis: nec post illud instans assumitur, quia tunc esset persona in se. Minor probatur, quia in eodem instanti naturæ in quo partes præcedunt totum, neutra nata est esse persona, sed tũc primo, quando ex istis unitis est tota natura, quia tunc ipsa tota est persona in se, si non impediatur ab assumente.

¶ Durand. aũt in q. quoque 2. arguit dupliciter, destruẽdo totaliter ordinem naturæ in assumptione totius, & partiũ primo, quia totum, & partes unitæ (sic enim assumptæ sunt) omnino sunt idẽ re. Secũdo, quia assumptio vna est unius ad unũ, sed assumptio humanæ naturæ, est una ad unum, quia ad ꝑsonalitatem Filij. ergo est vnius. s. naturæ integræ ex suis partib. constat enim eam esse assumptam. ergo tã natura quam partes sunt assumptæ ut unum, non est igitur ordo realis inter totum & partes in assumptione.

¶ Ad euidentiam positionis, quæ in hac litera explicatur, sciendum est, q ordo operationis, seu executionis eadẽ, & eodẽ modo intelligitur habere media, si est fm naturã tantũ, & si est fm progressum operationum, v.g. domus siue fiat per multas operationes, vt ab arte successiue fit: siue fiat simul a Deo, eadẽ media pertransiuit: puta: fundamentũ, parietes, tectum, & similiter eodẽ modo, hoc est, q quodlibet eorum est, ut medium quod. Nam sicut successiue operãdo, prius tpe fit fundñ, vt quod partiale, & mediante fundamento fiunt parietes, ẽt vt quod partiale, & postea tectum, ut quod partiale, & oĩb. mediantib. vt qđ partialib. fit dom9, vt quòd totale, ita simul omnia operãdo, operatio illa prius natura fm executionis ordinẽ attingere intelligiĩ fundñ, & postea parietẽ, &c. vt dictum est, haberet. n. operatio illa unica unum per se primo terminum ordine intentionis. s. totum, qui esset ultimus ordine executionis, & multos partiales terminos ordine executionis priores, uno per se primo intẽto termino. s. toto. Simile. n. quid accidit in mysterio incarnationis, in quo simul tota natura, & omnes partes eius factæ, & assumptæ sunt, nisi q ad assumptionem referẽdo totum, & partes, non inueniĩ ordo inter partes (ut prædictum est) sicut una prius natura assumpta sit ut quod, q̃ altera: quia simul natura anima, & corpus assumpta sunt, Sed bene inueniĩ talis ordo inter partes simul, & totum, q. s. fm executionis ordinem prius natura terminata est assumptio ad partes simul (hoc est animã, & corpus, ut terminos partiales) q̃ ad totum, ad qđ primo: vt primo intentum, ultimo terminata est, & rõne huius primo intenti terminata præintelligiĩ ad partes, sicut rõne domus terminata præintelligerei creatio domus ad partes eius, ex quib. constat domus. Negantes autẽ hunc executionis ordinẽ inter partes, & totum in assumptione, imaginãtur quod assumptio ẽt executiuè terminata est prius ad totum, quam ad partes, ita q diffusa, seu quasi extensa est assumptio à toto ad partes, ita ut non oportuerit de nouo in morte Christi assumere partes: sed remanserit respectu partium. Et quàuis primo aspectu hæc positio non solum probabilis, sed probabilior uideaĩ, q̃ posita in litera, quia assumptio ꝑ se primo respicit totum, nec est ut factio totius, sed quasi præexistentis eleuatio, quæ ẽt in operando incipere debet a per se primo intento, ex quo supponit illud esse: si tñ perspicacius intuiti fuerimus, q ordo resolutionis uerax testis est ordinis cõpositionis, quia primum in resolutione fuit vltimum in compositione, & constare nos meminerimus quod in morte Christi assumptio quasi resolui incæpit, dum natura ipsa ab assumptione desiit. partes aũt naturæ assumptæ remanserunt percipiemus q ex hoc ipso facto reuelauit Deus, q assumendo inchoauit executionis ordine a partibus, & qđ veluti primum in compositione assumptionis, fuit assumptio partium, vt sic diuina sapientia disposuerit etiam suauiter assumptionem secundum executionem, & resolutionem. Quo fit, vt probabilior sit positio in litera posita, solta Aug. fauore.

¶ Vnde ad primum Sco. distingui potest, quòd primo assumptũ dupliciter, vt quod totale, & quod non totale, seu partiale: & similiter primum assumptum terminata totaliter assumptione, uel nõ terminata totaliter, & dici q natura humana est primo assumpta, ut quod totale, uel terminata totaliter assumptione, partes autẽ sunt secundum operationis ordinem prius assumptæ non terminata totaliter assumptione, non ut quod totale. Cum ergo dicitur, primo, assumptum non est natura humana, negatur loquendo de primo assumpt., terminata totaliter assumptione, & similiter de primo assumpto, ut totale passiuum assumptionis, in quo tamẽ sensu oportet uerificari tale antecedens, si consequentiæ suæ debent ualere. & inconuenientia sequi. Ad confirmationem negaĩ, quòd simili modo omnino se habeat Verbum assumens tunc, & semper quiã pro illo instanti assumptio erat dupliciter, s. in fieri & in facto esse, quia tunc erat uerum dicere, nunc est unita, & immediate ante hoc non erat unita, quod deinceps falso diceretur: qñ assumptio remanet non in fieri, sed in facto esse. Et propterea cõceditur, q quantum ad factum esse eodem modo se habuit tunc, & habet modo, & sic tunc filius Dei uere fuit primo hõ, sicut Socrates est primo hõ ex primo assumpto terminata totaliter assumptione, & similiter ex primo assumpto ut totali passiuo assumptionis, ita, & nunc, & in æternum.

¶ Ad alia duo simul dicitur, quòd nec somniamus Verbum dicĩ hominem a partialib. assumptis, & non totaliter terminata assũptione, nec esse ibi tot assumptiones, sed unam tantum, secundũ naturæ ordinem exequendo progredientem prius ad partes, quã ad totum: quia sumus certi, quòd quasi resoluendo desiit a toto, & non a partibus.

¶ Ad rõnem aũt ostensiuam, quæ est fundñ opinionis suæ, rñdetur ex Auctoris doctrina prænotata in art. 1. huius q. in rñsione ad secundum, quòd. s. non est similis ordo assumptorum ad ꝑsonam assumentem, qui esset eorundem ad propriam personalitatem, cuius oppositum pro fundamento Scot. assumiĩ: Et rõ Auctoris ibidem est, quia persona assumens est altioris ordinis, quam esset persona, propria. Et ne inuoluatur intellectus, distinguatur, quod quia quæstio est de ordine assumptionis, & non de ordine personationis, ideo ne æquiuocetur, dicatur, quòd per esse personale, & similiter per personari, potest intelligi posse fieri, uel fieri personam, uel quasi constitutiuum personæ, uel potest intelligi posse fieri, uel fieri aliquid personæ. Si primum intelligatur, concedatur totum, absque declinatione tamen tamquam impertinens, quia non est quæstio de prius natura personabili, illo modo, ut fit persona, aut quasi constitutum personæ, sed de prius natura assumptibili ad unitatem personalem. Si autem secundo modo, intelliguntur dicti termini, ad propositum quidem sunt, sed minus proprij. Veruntamen non fiat uis in uocabulis, & supposita distinctione, quæ in litera habetur de prius assumptibili ordine naturæ secundum intentionem, & secundum executionem, respondeatur quòd Maior est uera de primo fm ordinem intentionis, non autem de primo secundum ordinem executionis. Illud enim quod est in se per se primum personabile, illud primo, ordine intentionis, non primo, ordine executionis personatur in alio, hoc est, fit aliquid alienæ personæ, a qua assumitur, pars enim uel partes eius, stat, q prius secundum executionem fiat, uel fiant aliquid alienæ personæ, quàm tota natura, quæ est in se per se primo personabilis, si sibi dimitteretur. Probatio autem Maioris ad hunc sensum applicata, nihil ualet: quia secundum executionis ordinem illud totum non in se toto, sed in parte, vel partibus eius prius personaretur, hoc est, fieret aliquid assumentis personæ, quã esset in seipso toto personabile, si sibi dimitteretĩ. Et cum contra hoc affertur, quia in illo priori illud totum non est natum assumi, quia non est natura singularis, rñdetur, quòd uerum est, quod non est natum assumi in seipso toto ante illud naturæ instans, sed est natum assumi secundum sui partem, uel partes ante illud instans, secundum executionis ordinem: quoniam quælibet pars nata est assumi, ut fit aliquid personæ assumentis: quamuis solum natura integra nata sit assumi, ut fit uelut constitutiuum personæ: quia ipsa sola est sic personabilis, s. vt fit, uel persona, uel quasi cõstitutiua personæ, partes autem eius sunt personabiles, hoc est, assumptibiles ad unitatem personalem, antequam secundum executionem assumi intelligatur totum. Vbi scito, quod licet personæ propriæ prius secundum executionem intelligatur personari tota natura, quã partes, quia partes, puta anima, & corpus ad personandum concurrunt, mediante tota natura constituta per illas, ad assumptibilitatem tñ a diuina ꝑsona prius fm executionem cõcurrunt partes, s. anima, & corpus, quam natura integra: quia ad exequendũ assumptionem non oportet mediare executiue, sed fm intentionẽ tñ, totam naturã, qñ constat diuinã personã posse inchoare assumptionem a partib. quasi progrediendo ad totum, & rationabiliter constat, quòd de facto sic fecit, ut probatum est. Respectu personæ propriæ non nisi naturalis ordo partium ad propriam personã attendiĩ, qui est ẽt executiue mediante toto: & tõ

non

non habet solidum fundamentum (vt ex Auctore allatum est) ratio Sco. eodem ordine partes naturæ humanæ, & totam ordinantis ad propriam, & ad diuinam personam.

¶ Ad primam autem Duran. rationem negatur, quod natura humana sit omnino idem secundum rem, quod suæ partes etiam simul sumptæ. Et quoniam quæstio hæc supponenda potius, quam discutienda hic est, ideo non moror.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶ Ad secundam dr, q assumptionem esse vnius, contingit dupliciter, s. vnius simplicis, vel unius compositi. Et rursus vnius compositi, secundum quod unum tantum est, uel non solum sm quod est in se unum: sed etiam sm suas partes. Et subiungitur, q incarnatio est assumptio una, & ad unum, & unius ultimo modo exposito, quia sic filius Dei assumpsit unam naturam hūmanam cōpositam ex anima, & corpore, vt etiam simul tempore, & prius natura secundum nus ordine executionis, vel posterius natura secundū alios assumpserit animam, & corpus in seipsis, & non solum secūdum quod sunt unum in tota natura, quod nihil aliud est quàm assumere totam naturam. Et quod hoc oporteat fateri, patet ex eo, quòd alioqui oporteret filium Dei in morte de nouo assumpsisse corpus, & animam, quod Sco. insolutum dimisit, & Duran. male uidetur posse euadere. Nihil igitur ualet illatio, Natura integra est assumpta. ergo partes assumptæ sunt ut unum, intelligēdo cum præcisione, hoc est, vt sunt ut unum præcise, & non etiā, vt sunt in se diuersæ.

S.Bon.3.s.d.2.q.2.ar.3.
Scot.3.s.d.2 q.2.
Rich.3.s.d.2.q 3.
Dur.3.s.d.2.q 3.
Medina ar.6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum humana natura sit assumpta mediante gratia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q filius Dei assumpserit humanam naturam mediāte gratia. Per gratiam enim vnimur Deo: sed humana natura in Chro maximè fuit Deo unita. ergo illa unio facta fuit per gratiam.

¶ 2 Præt. sicut corpus viuit per animā, quæ est eius perfectio, ita anima per grām: sed humanū corpus redditur congruū ad assumptionē per animam, ergo filius Dei assumpsit animam mediante gratia.

¶ 3 Præt. Aug. in 15. de Trin.* dicit, q uerbum incarnatum est, sicut uerbū nostrum unit voci mediāte spū. ergo verbū Dei unitur carni mediāte Spūsancto, & ita mediante gratia quæ Spūsancto attribuit, sm illud 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus.

SED CONTRA est, q gratia est quoddam accidens animæ ut in secunda parte habitū est. * Vnio autē verbi ad humanā naturam est facta secundū subsistentiā, & non secundum accidens, vt ex sup. dictis patet. † ergo natura humana non est assumpta mediante gratia.

RESP. Dicendum, q in Christo ponunt gratia unionis, & gra habitualis. Gratia ergo non pōt intelligi, vt mediū in assumptione humanæ naturæ, siue loquamur de gratia vnionis, siue de gra habituali. Gra enim vnionis est ipsum esse psonale, quod gratis diuinitus dat humanæ naturæ in psona uerbi, quod quidē est terminus assumptionis. Gra aūt habitualis pertinēs ad spūalem sanctitatē illius hoīs, est effectus quidam consequēs unionem, sm illud Ioā. 1. Vidimus gloriā eius sicut unigeniti a patre, plenū gratiæ, & ueritatis. Per quod datur intelligi, q ex hoc ipso, q ille hō est unigenitus a patre, (quod hēt per vnionē) habet plenitudinem gratiæ, & veritatis. Si vero intelligat gratia, uolūtas Dei, aliquid gratis faciēs, vel donans, sic vnio facta est per gratiam, non sicut per medium, sed sicut per causam efficientem.

AD PRIMVM ergo dicendū, q vnio nra ad Deum est p operationē, inquantum, s. eum cognoscimus, & amamus, & ideo talis unio est per grām habitualē, inquantum operatio perfecta procedit ab habitu: sed vnio naturæ humanę ad uerbū Dei, est secundum esse personale, quod non dependet ab aliquo habitu, sed immediatè ab ipsa natura.

AD SECVNDVM dicendū, q aīa est perfectio substantialis corporis, gratia uero est perfectio aīæ accidētalis. Et iō gra nō pōt ordinare aīam ad unionē personalem, quæ non est accidentalis; sicut anima corpus.

AD TERTIVM dicēdum, q uerbum nrm unit uoci mediante spū, nō quidē sicut medio formali, sed sicut per mediū mouens: Nā ex uerbo cōcepto interius procedit spūs, ex quo formatur uox, Et similiter ex verbo æterno procedit Spūsanct', qui formauit corpus Christi, ut infra patebit.* Non autē ex hoc sequitur, q gratia Spiritussancti sit formale medium in unione prædicta.

QVAE-

42 3. dist. 2. q. 1. art. 2. & d. 13. q. 3. ar. 1. Et uerit. q. 29. a. 2. Et opu. 3. c. 222.

SVPER Q. VI. ART. VI.

CONCL. 1. Neq; gratia unionis, neque gratia habitualis pōt intelligi, vt mediū in assumptione humanæ naturæ.

¶ PROB. Quia gra vnionis est terminus assumptionis, & gra habitualis est consequens vnionem.

¶ CONCL. 2. Si noīe gratiæ intelligatur uoluntas Dei aliquid gratis faciens, vel donans; sic vnio facta est p gratiā: non sicut p mediū, sed sicut per causam efficientem.

¶ PROB. Quia ex terminis patet.

1m de maiori. Vnimur. R. Per operationē. §. Tūc nihil, &c. Nam in minori trāsitur ad unionē in alio sensu acceptam. s. ad vnionem personalem.

2m illatio conclusionis. Ergo filius Dei, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex pmissis perfectionē in diuerso sensu acceptentibus. Nam anima est pefectio, &c. vt in tex.

3m de minori. Voci. Mediante spū. R. Tanquā medio mouēte: non autē, formali. §. Nam conclusio prima intelligit de medio formali: quo modo Spūssancti gratia nō mediauit ibi. Argumentū ergo sic glossatū declinat in fauorem cōclusionis secūdæ, vt quædam probatio eius, absq; ostensa primæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim. Nestorij dicētis: quòd filius Dei assumpsit naturā humanam per gratiam. Ex qua deducebat: q in Christo essent duæ personæ. Itē, q Christus non est Deus, sed in quo Deus speciali prerogatiua habitat. Item q Christus non Deus, sed Deifernus appellādus est. Per rōnem etiā articuli interimitur hæresis Seueri Antiocheni dicentis: q in Christu fuit vnio nō personalis in duab. naturis uere subsistens, sed tantū habitualis. i. sm habitum, proprietatem, conditionemque quandam diuinam; qua cum solus esset homo, diuina tamen assistente per quandā participationem virtute, miracula operaretur. Secundu habes: quo per rationē ostendas, has meritò dānari a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florēt. Sacrosācta Ecclesia anathematizat Theodorum Mosuestenū, atque Nestorium asserētes, humanitatē Dei filio unitā esse p grām. Et ob id duas in Chru esse psonas, sicut duas fatent esse naturas: cū intelligere nō ualerēt, vnionem humanitatis ad verbum hypostaticā extitisse; & propterea negarent, verbi subsistētiam accepisse. Nam, secundū hāc blasphemiā, non verbum caro factū est, sed verbum per gratiā habitauit in carne; hoc est, non Dei filius homo fact' est, sed magis Dei filius habitauit in homine. Hæc ille: in constitut. super vnione Iacobinorum. Itē a Cōcilio Ephesino I. cap. 5. *quæst. 32 art. 11. Si quis audeat dicere; hoīem Christum theophoron. i. deiferum: ac non potius Deum esse veraciter, dixerit, tanquā unicum filiū per naturam; secundum quòd verbum caro factum est; & communicauit similiter, vt nos, carni & sanguini: Anathema sit. Hæc ibi. Item a quinta synodu Constantinopolitana action. 1. Anathematizamus impium Seuerum acephalum & abscisum, & semper alienum factum a Domino Deo Iesu Christo, & a sancta ipsius catholica & Apostolica Ecclesia, & impium eius dogma. Hæc ibi. Item a dictis sup. articulorum numero 8. Tertiu uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli 6. intelligendus est, vt sonat.

¶ In corpore artic. unica est conclusio, responsiua quæsito, Gratia non potest intelligi vt medium in assumptione humanæ naturæ. Et probatur sic: Gratia tripliciter dici potest, dupliciter quidem in Christo, s. gratia unionis, & gratia habitualis, & tertio modo ipsa uoluntas Dei gratis donans: sed nullus istorū modorum habet rationē medij in assumptione naturæ humanæ, ergo.

ergo. Probatur singillatim, primo de gratia unionis, quia est ipsum esse personale gratis datum, quod in assumptione se habet; vt terminus, non ut medium. Secundo de gratia habituali, quia se habet vt effectus consequens vnionem, ut patet Ioã. 1. Tertio de voluntate diuina, quia se habet vt causa efficiens, non ut medium.

¶ Nota hic primo, ꝙ gratia põt dupliciter inesse, s. formaliter, vel effectiue, & quia gratia primis duob. modis dr̃ formaliter tertio aũt effectiue, ideo in litera Auctor duplicem tm̃ in Chr̃o principio cor. art. dicit, s. vnionis, & habitus: utraq; .n. est formaliter in Christo. Diuina autem uoluntas est gratia effectiue, ac per hoc velut extrinseca causa, & propterea non est in litera connumerata inter gratias in Christo. illa siquide ꝑpositio, in, denotat esse in Christo formaliter, sicut forma est in subiecto.

¶ Nota secundo, ꝙ cum quis gratiosè dat seipsum alicui, tunc ipsemet uocatur, & est gratia, iuxta cõem usum loquendi, quo concessum gratiose donũ, gr̃a uocatur, dũ dicimus, iste fecit mihi hãc gratiam, &c. Et hoc modo, quia res data humanæ naturæ in mysterio assumptionis est esse personale filij Dei, ideo ipsum esse personale, vt induit rationem doni gratiose concessi, uocatur gratia unionis autem, quia per vnionem habetur a natura, cui datum est. De hac tamen vnionis gratia propter uaria, quæ de ipsa dici uidentur in artic. vlt. 7. q. erit latior sermo.

¶ Nota tertio, ꝙ Auctor seipso doctior, opinionem quam in 3. Sẽt. secutus est, dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. de gratia habituali, ꝙ erat medium congruentiæ respectu assumptionis, hic confutat auctoritate. Ioan. Euang. Et sic tenet, quòd prius natura humanitas Christi assumpta est, q̃ gratia habituali donata, vt ex personalitate omnia fluenta gratiæ in homine illo essent pleno gratiæ, & ueritatis.

S. Bon. 3. s. d. 13. q. 1. ar. 1.
Scot. 3. s. d. 13. q. 1.
Rich. 3. s. d. 13. q. 1.
Duran. 3. s. d. 13. q. 1.
Capr. 3. d. 13. q. 1. con. 1.
Alb. Mag. 3. d. 13. ar. 1.
Medin a. ar. 1.

QVÆSTIO VII.

De gratia Christo, prout est quidam singularis homo, in tredecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de coassumptis a filio Dei in humana natura. Et primo de his, quę pertinent ad perfectionem: Secũdo de his, quæ pertinent ad defectum.

¶ Circa primum cõsideranda sunt tria. Primo, de gratia Christi: secundo, de scientia eius: tertio, de potentia ipsius.

De gratia autẽ Christi considerãdum est dupliciter. Primo quidẽ de gratia eius, sm̃ ꝙ est quidam singularis homo: secundo, de gratia eius, secundũ ꝙ est caput Ecclesiæ. nam de gratia vnionis iam dictum est.*

CIRCA primum quæruntur tredecim.

¶ Primo, vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

¶ Secundo, vtrum in Christo fuerint virtutes.

¶ Tertio, vtrum in eo fuerit fides.

¶ Quarto, vtrum fuerit in eo spes.

¶ Quinto, vtrum in Christo fuerint dona.

¶ Sexto, vtrum in Christo fuerit timoris donum.

¶ Septimo, vtrũ in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

¶ Octauo, vtrum in Christo fuerit prophetia.

¶ Nono, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.

¶ Decimo, vtrum talis plenitudo sit propria Christi.

¶ Vndecimo, vtrum Christi gratia sit infinita.

¶ Duodecimo, vtrum potuerit augeri.

¶ Tertiodecimo, qualiter hæc gratia se habeat ad unionem.

ARTICVLVS I.

Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in anima assumpta a verbo non fuerit gratia habitualis. Gratia.n. est quędam participatio diuinitatis in creatura rõnali, sm̃ illud 2. Petr. 1. Per quẽ maxima, & ꝑtiosa promissa nobis donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ. Christus autẽ est Deus, non participatiuè, sed secundum ueritatẽ. Ergo in eo non fuit gratia habitualis.

¶ 2 Præt. Gratia ad hoc necessaria homini, vt per eam bene operetur (sm̃ illud 1. Corin. 15. Abundantius omnib. laboraui, nõ ego aũt, sed gr̃a Dei mecum) & ẽt ad hoc ꝙ hõ consequat̃ uitam æternã, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei uita æterna: sed Christo ex hoc solo, ꝙ erat naturalis filius Dei, debebatur ei hæreditas uitæ æternæ, ex hoc etiam, ꝙ erat uerbum, per quod facta sunt omnia aderat ei facultas omnia bene operandi, non ergo secundum humanã naturã indigebat alia gratia, nisi unione ad uerbum.

¶ 3 Præt. illud quod operatur per modum instrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes: sed habitus fundatur in principali agente. Humana autem natura in Christo fuit, sicut instrumentum diuinitatis, ut dicit Dam.* in 3. lib. Ergo non debuit in Christo esse aliqua gratia habitualis. * Li. 3. ort. fid. c. 15. a med.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Isa. 11. Requiescet super eũ spũs dñi. Qui quidẽ in hoĩe esse dr̃ per gr̃am habitualẽ; vt in 1. parte dictũ est. † Ergo in Chr̃o fuit gr̃a habitualis. † p. p. q. 43. ar. 6.

RESP. Dicendum, ꝙ necesse est ponere in Christo gratiam habitualẽ, propter tria. Primo quidẽ, ꝑp unionem animæ illius ad uerbum Dei: quanto.n. aliquid receptiuum est propinquius causæ influenti, tanto magis participat de influentia ipsius. Influxus autem gratiæ est a Deo, secundum illud Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit dominus. Et ideo maximè fuit conueniens, ut anima illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundo, propter nobilitatem illius animæ, cuius operationes oportebat propinquissimè attingere ad Deum per cognitionem, & amorẽ, ad quod necesse est eleuari rõnalẽ naturã per gratiam. Tertio propter habitudinẽ ipsius Chr̃i ad genus humanum. Christus enim inquantũ, homo, est mediator Dei, & hominum, ut dicitur 1. ad Timot. 2. & ideo oportebat, ꝙ haberet gratiam ẽt in alios redundantem, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Christus est uerus Deus sm̃ personã, & naturã diuinã: sed quia cũ unitate personæ remanet distinctio naturarũ (ut ex supradictis patet. †) aĩa Christi nõ est per suam essentiã diuina, vnde oportet ꝙ fiat diuina per participationem, quæ est secundum gratiam.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ Chr̃o, inquãtũ est naturalis filius Dei, debet̃ hr̃ditas æterna, q̃ est ipsa beatitudo increata, ꝑ increatũ actũ cognitionis, & amoris Dei, eundẽ s. quo pr̃ cognoscit, & amat seipsum, cuius act9 aĩa capax nõ erat ꝑp drĩam naturę. Vnde oportebat, ꝙ attingeret ad Deũ ꝑ actũ fruitionis creatũ, qui quidẽ esse non põt nisi per gratiam. Similiter etiam, inquantũ est uerbum Dei, habuit facultatem

SVPER Q. VII. ART. I.

CONCL. Necesse est; ponere in Christo gratiam habitualẽ.

¶ PROB. Quia & ex vnione animæ Christi ad verbum; & ex nobilitate eiusdem secundũ seipsam; & ex habitudine Christi ad genus humanum, conclusio ista patet (vt videre est singillatim de his tribus in tex.)

1^m minor. Christus est Deus, nõ participatiue, sed secundum ueritatem. ℞. Non tamen aĩa Christi est diuina sm̃ veritatem essentialem. §. Tunc nihil, &cæt. Ex hoc enim quod nõ est diuina per essentiam, oportet ꝙ fiat diuina per participationem, i. per gratiam. Ex textu isto excluditur hæresis cuiusdam Augustini de Roma dicentis (vt refert Cardinalis Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 1. cap. 68): ꝙ humana natura i Christo est persona verbi; & ꝙ humana natura assũpta a verbo in unione personali est ueraciter Deus naturalis & proprius. Et hæresis Metamorphistarum dicẽtiũ: corpus Chr̃i esse Deũ, omnino proprie dici debere. Ex hoc enim, ꝙ anima Christi non est diuina per essentiã, cum tamen anima sit nobilissima pars humanæ naturæ, patet falsitas utriusque prædictarum positionum. Vide quoq; eas damnatas esse a dictis sup. articulorum numero 8. Et in Addition. articulorum numero 389. Cum Elucid. & 1. q. 14. ar. 16. & q. 75. ar. 7. cum Elucid.

* In q6. s.

43 3. d. 13. q. 1. ar. 1. Et verit. q. 27 ar. 1. Et opusc. 3. c. 211. Et Io. 3. lect. 6.

Secun-

2^m illatio conclusionis. Non ergo secundum humanam, &cæt. ℞. Nisi operatio, & fruitio, in Christo secundum humanam naturam differrent ab operatione, & fruitione in ipso secundum naturam diuinã. §. Tũc nihil, &c. Nã tales operationes ac fruitiones in eo differunt ad inuicem.

Tertium

3m de maiori. Per modum instrumenti. R. Nullo modo agentis, sed solum acti. §. Tunc nihil, &c. Nã humanitas Christi est instrumentum, &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatũ: q in Chri uia fuit gra habitualis. Vt Ioan. 1. Plenum gratiç & veritatis. Nã hoc de gratia habituali intelligitur: vt patet ex contextu. Item Psal. 44. Vnxit te De' Deus tuus oleo lætitię præ consortibus tuis. Quod de Christo exponitur Hebræ. 1. Item Isa. 61. Spiritus Domini super me, eo quòd unxerit me. Hoc enim intelligendum esse de Christo, habetur ex Luc. 4. vbi hæc prophetia recitatur. Item Actu. 4. Sanctum puerum tuum, quem vnxisti. Ex c. 11. Iesum a Nazareth quõ vnxit Deus Spũsancto. Per vnctionem aũt intelligendam esse gratiam habitualẽ docet, per ly vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. 1. Io. 2. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

*q.2 9.a.1.

cultatem omnia bene operandi operatione diuina: sed quia præter operationem diuinam oportet poni in eo operationem humanam (vt infra patebit*) oportuit in eo esse habitualẽ gratiã, per quam huiusmodi operatio in eo esset perfecta.

AD TERTIVM dicendum, quod humanitas Chri est instrũm diuinitatis, non quidẽ sicut instrũm inaĩatũ, quod nullo mõ agit, sed solũ agitur, sed tanq̃ instrũm aĩa rationali animatum quod ita agit, quod etiam agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit, eum habere gratiam habitualem.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN diuisione q̃onum de gra Chri aduerte, q triplicíter gra in Chro ponit, s. gra unionis, gra singularis, & gra capitalis, & quia gra vnionis ẽ ipsa cõiũctio psonalis Dei ad nam humanã (de qua tractatũ est) iõ Auctor dĩ q de ipsa tractatũ est, q̃uis nõ sub noĩe gratiæ, sed rei, quæ est gratia, & ppea de alijs duab. tractandum est.

TItulus art. 1. intelligendus est, ut sonat, ita q non oportet q ly gra limitet ad grãm singularis hoĩs: qm statim, ut dicetur, gra habitualis sufficienter exprimit, q de pfectione aĩæ in seipsa est quæstio. habitus. n. est perfectio eius cuius est habitualis perfectio. Et ne idem sæpius repetatur, hoc eodẽ modo intelligendi sunt tituli sequentium articulorum de virtutibus, & donis.

¶In corp. artic. est unica conclusio rñsiua quæsito affirmatiuè. Necesse est ponere in Chro gratiã habitualẽ. Probatur tripliciter primo, quia anima illa maximè propinqua est principio gratiæ. Secũdo, q aĩa illa nobilissimas operationes uidẽdi, & amãdi Deũ habet. Tertio, qa Chrs mediator gratiam in alios redundantẽ habere debet. Vbi nota q ly necesse, in cõclusione positũ, nõ denotat necessitatẽ logicã, hoc, est, quod impossibile oĩno est aliter se habere: qm non est hic, qõ de tali necessitate nec rõnes in litera allatę ad hoc tendunt: sed est sermo de necessario fm ordinem reb. consonum, seu fm potentiam Dei ordinatã ita, q impossibile est aliter habere stante ordine a diuina sapientia statuto, sicut dicimus in naturalib. necessarium esse, q hõ fiat ab hoĩe, & leo a leone, & in artificialib. q domus fiat ab artifice, &c. & hoc concludunt rõnes literæ. Verum aũt id, quod in secunda rõne dr, s. q necesse est rõnalẽ creaturam per grãm eleuari ad uidendũ, & amandum Deum dicat necessitatem simpliciter, non est phtis, propositi cui sat. est, q dicat necessitatem fm ordinem rebus statutum & consonum: sic enim animæ Christi conditiones exquirimus, & non semper de diuina omnipotentia disserimus.

¶In eodem arc. circa rationem tertiam dubium occurrit, quoniam quęstio ista tota proposita est de gratia Christi, secundum q est singularis homo: ratio autem ista procedit de Christo, secundum quod est caput aliorum hominum: diuertere igitur videtur a gratia singulari ad gratiam capitalem.

¶Ad hoc dicitur primo, q quia alia est ratio medij, alia rõ capitis, ideo, quũ in litera sit sermo de Chro, fm q est mediator, non sequit q diuertat ad Chrm, fm q est caput. Dr secundo, & melius q gratia Christi in ordine ad genus humanum, siue fm ordinem mediatoris, siue capitis, siue aliquo alio simili modo habet in se duo, primo est bonum habentis, quoniam idoneum uc dignum formaliter redditur ipsum, ut sit mediator uel caput, &c. secundo est bonum aliorum, dum mediat, & influit, &c. Et licet secundo modo spectet ad gratiam capitalem, primo tamen modo spectat ad gratiam singularem. Et propterea optimè in litera concluditur ex effectu meditationis, vel influxus in alios esse habitum in Christo dignificantem ipsum formaliter, & constituentem in tali eminentia, vt ex ipso in alios redundet gratia. Constat enim bonitatem, & dignitatem hanc magnum esse bonum singularis hypostasis, uel animæ: sicut si ex necessitate illuminandi alios inferrem, quòd illud in se valde lucidum oportet esse. Nulla ergo est diuisio, sed gratia singularis ex effectu concluditur.

S. Bon. 3 s. d. 13. q. 1. ar. 1.
Scot. 3 s. d. 13 q. 1.
Rich. 3 s. d. 13. q. 1.
Duran. 3. s. d. 13. q. 1.
Medina ar. 2.

44 Inf. art. 3. ad 1. Eed. 15. ar. 2. c. Et 3. d. 13. q. 1. art. 2. cor.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerint virtutes.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q in Christo nõ fuerint virtutes. Christus enim habuit abundantiã gratiæ: sed gratia sufficit ad oĩa rectè agẽdũ, fm illud 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Chro non fuerũt uirtutes.

¶2 Præt. Secundum Philosophum 7. Ethic.* uirtus diuidit' contra quẽdam heroicum siue diuinum habitum, qui attribuitur hominibus diuinis: hic autem maximè conuenit Christo. ergo Christus nõ habuit uirtutes, sed aliquid altius virtute.

¶3 Præt. Sicut in secunda parte dictũ est, † virtutes omnes simul habẽtur: sed Christo non fuit conueniẽs habere oẽs virtutes, sicut patet de liberalitate, & magnificentia, quæ habent actum suũ circa diuitias, quas Christus cõtẽpsit, fm illud Matt. 8. Filius hoĩs non hẽt ubi caput suũ reclinet: tẽperantia etiam, & continẽtia sunt circa concupiscentias prauas, quæ in Christo non fuerunt. ergo Christus non habuit uirtutes.

SED CONTRA est, quod super illud Psal. 1. Sed in lege Domini voluntas eius, dicit gl.* Hic ostenditur Christus plenus omni bono: sed bona qualitas mentis est uirtus ergo Christus fuit plenus omni uirtute.

RESP. dicẽdum, q sicut in 2. parte dictum est.* sicut gratia respicit essentiam aĩæ, ita uirtus respicit potẽtiam eius. Vnde oportet q sicut potentiæ animæ deriuantur ab eius essentia, ita virtutes sint quædam deriuationes gratiæ. Quanto autẽ aliquod principium est perfectius, tãto magis imprimit suos effectus. Vnde cum gratia Christi fuerit pfectissima consequens est quòd ex ipsa processerint virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ quantum ad omnes animæ actus: & ita Christus habuit oẽs virtutes.

SVPER. Q. VII. ART. II.

COncl. Christus habuit omnes virtutes.

*li. 7. Eth. in princi. to. 5.

¶Prob. Quia ex gratia procedũt uirtutes, sicut ex essentia animæ potẽtiæ eius. Et gra in Chro fuit pfectissima.

¶Coroll. Plus ergo probat, quã proposuerat. Non solũ enim probat, q omnes virtutes in Christo fuerunt, quod erat in conclusione propositum; sed ẽt, q uirtutes illas Chrs perfectissimè habuit. Talẽ probandi exuberantiam multis in locis a S. Doctore nobis exhibitam vltra pmissum p teipsum, si studiosus fueris, facile comperies.

*1.2. q. 65 art. 1. & 2.

1m de minori. Ad omnia rectè agendum. R. Vel mediatè, vel immediatè. §. Tunc nihil, &c. vt patet ĩ tex.

*gl. ordin. ibi ex Cassiodoro.

2m illatio conclusionis. Ergo Christus, &c. R. Negat illatio. §. Procedit. n. ex mala intelligentia pmissarum. Nã habitus ille a philosopho dictus heroicus vel diuinus, &c. vt in tex. Ex quo dic, q conclusio debuerat sic inferri, Ergo Chrs habuit uirtutes modo perfectissimo. Quędam igitur probatio conclusionis articuli est pręsens argumentum sic intellectum. Tertium

*p. 2. q6. 110. art. 2. & 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gratia sufficit homini, quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinem: horum tamen quædam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia hmõi, quædam aũt mediantib. uirtutibus, quæ ex gratia procedũt.

AD SECVNDVM dicendum, q habitus ille heroicus, vel diuinus, non differt a uirtute cõmuniter dicta, nisi fm perfectiorem modum, inquãtum, s. aliquis est dispositus ad bonum quodam altiori modo, quã communiter omnib. cõpetat. Vnde per hoc non ostenditur q Christus non habuerit uirtutes, sed q habuerit eas perfectissimè ultra cõmunẽ modum: sicut etiam Plotinus posuit quendam sublimem modum virtutum, quas esse dixit animi purgati.

3m minor. Christo non fuit conueniens habere omnes virtutes. R. Negatur. §. Ad probationem de liberalitate, magnificentia, & temperantia, dr: q non tantum nihil concludit contra articuli conclusionem; sed etiam stat maxime in fauorem eius: vt patet consideranti textum. De continentia verò.f. quod Christus eam, ut Philosophus accipit; non habuerit; hoc non ostendit conclusioné, de uirtutibus, non de iis, quæ sunt minus uirtute loquentem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S.Dei. EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum: quod Christus habuit omnes uirtutes: vt per hoc, quod dicitur Ioan. 1. Plenũ gratiæ. De plenitudine siquidem gratiæ profluunt virtutes plenæ. idest, proportionaliter ad illam plenitudinem perfectæ. Item per ly vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ p cõsortibus tuis. Psal. 44. Nam cum hoc lætitiæ oleum i. gratia in consortib. Christi, i. hominibus iustificatis causet virtutes, patet: q multo magis in Chro illas causauit, inquantum, f. modo heroico, vt ad secundum. Item per id, quod dr Hebr. 7. Talis decebat; vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus. Ite Act. 10. Iesum a Nazareth quomodo vnxit Deus Spiritusancto, & virtute. Item per ly discite a me, quia mitis sum, & humilis corde Matth. 11. Ex hoc enim quòd in Christo fuerunt hæ uirtutes, scilicet mitias & cordialis humilitas, docemur; quòd omnes fuerunt in ipso: quoniam uirtutes connexæ sunt. 1. 2. quæstio. 65. artic. &cæt. Item per ly Cœpit facere, & docere Actu. 1. His enim verbis innuitur; q Christus habuit perfectiones, quas docuit. Cum ergo docuerit nos uirtutes, scilicet misericordiã & cæteras, de quibus patet in Euangelio passim: constat ex hoc, quod uirtutes illas modo sibi conuenienti habuit. Vide art. 3. ad secundum, pro captu de ly modo sibi conuenienti. Doctrina itaque Christi est quædam forma suæ probitatis, & virtutis expressa. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

AD TERTIVM dicendum, q liberalitas & magnificentia commẽdatur circa diuitias, inquantum aliquis non tantum appretiatur diuitias, q uelit eas retinere, prætermittendo, id quod fieri oportet. Ille autem minimè diuitias appretiatur, qui penitus eas contemnit, & obiicit propter perfectionis amorem. Et ideo in hoc ipso, q Christus omnes diuitias contempsit, ostendit in se summum gradum liberalitatis & magnificentiæ: licet etiam liberalitatis actum exercuerit, secundum q sibi conueniens erat, faciendo pauperibus erogari, quæ sibi dabantur. Vnde cum dñs Iudæ dixit, Ioan. 13. Quod facis, fac citius, discipuli intellexerunt dominum mandasse, quòd egenis aliquid daret. Concupiscentias autem prauas Christus omnino non habuit, sicut infra patebit: * nec propter hoc tamen excluditur quin habuerit temperantiam, quæ tanto perfectior est in homine, quanto magis prauis concupiscẽtiis caret. Vnde sm Philosophum 7. Ethic. * tẽperatus in hoc differt a continente, q temperatus nõ habet prauas concupiscentias, quas continens patitur. Vnde sic accipiẽdo continentiam, sicut Philosophus accipit, ex hoc ipso, q Christus habuit omnẽ uirtutem, non habuit cõtinentiam, quæ non est virtus, sed aliquid minus uirtute.

*q. 15. art. 1. & 2.

* li. 7. ethi. c. 9. nõ remote a fine tom. 5.

D. 389.

per

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo 3. art. q. 7. aduerte, q qõ est de virtutib. quæ simpliciter vocantur virtutes, quales in philosophia, & in theologia simul sunt morales & rursus in theologia sunt theologales: hæ enim bonum faciũt habentẽ. Intellectuales autẽ uirtutes nõ simpliciter bonum, sed sm intellectum faciunt hoiem bonum: non. n. dr hõ bonus ex hoc, q est doctus, sed ex hoc q iustus, temperatus fortis, &c. Võ de illis postea erit qõ s. de scia aiæ Chri tractabit.

¶In corpore artic. unica est conclusio rñsiua quæsito affirmatiue, Chrs oẽs uirtutes habuit. Probatur, gratia Chri fuit pfectissima, ergo ex ipsa processerunt uirtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantum ad oẽs aiæ actus. ergo Christus habuit omnes virtutes. Antecedens supponit. Consequentia prima: quãtum ad duo in ea contenta probatur, primum est, q ex gratia pcedant uirtutes: secundum est, quod ex perfectissima procedant virtutes ad perficiendum ad omnes actus animæ. Primum probatur. Sicut gratia est in essentia animæ, ita virtus in potentia. ergo sicut ab essentia fluunt potentiæ, ita a gratia uirtutes. Secundum vero probatur, quia quanto aliquid principium est perfectius tanto magis imprimit suos effectus.

¶Nota hic circa sensum conclusionis, quod inferius explicãdũ restat, qũo cum hoc, q Christus habuit omnes uirtutes, stat quod non habuerit virtutem fidei, nec spei. Et stat resolutio in hoc, q Christus habuit omnes uirtutes non ponentes ex sui ratione defectũ aliquẽ in aĩa Chri, qui simul erat uiator, & cõprehẽsor. Cætera huius rõnis discussa sunt superius, quũ de grã tractatum est.

¶In rñsione ad sm eiusdẽ artic. habes ab Auctore solõnẽ illius qõnis. An uirtus heroica differat spẽ a uirtute cõiter dicta. hinc. n. aperte hẽs parte negatiuã. dũ dr, q nõ differt nisi sm pfectiorẽ modũ. Est ergo excellẽtia heroica in mõ, non in formali dĩa sũa. Et hoc Auctor quasi pbat ex simili apud Plotinũ. Vbi patet non esse dñiam formalẽ, sed maioris, & minoris pfectionis tñ. Et consonat rõni sugienti ad instar naturæ pluralitatẽ, ubi unũ sufficit. Cõstat. n. q ad actũ fortitudinis, quãtũcunq; celsum sufficit fortitudinis latitudo: sicut in naturalib. uidemus, q ad quãtũcunq; illuminationis actum sufficit latitudo luminis, & ad actum frigefactionis, latitudo frigoris, & sic de aliis.

¶In rñsione ad tertiũ aduerte, q in uirtutib. q sunt passionum moderatiuæ (vt sunt istæ in quib. est sermo hic) duo inueniri pñt. Primũ est intus in aĩa, & hoc est interior dispõ appetitus humani. vt sic sit dispositus, ne abduci possit a recto pp passiones, & hoc est simplr necessarium haberi p uirtutẽ. Et quoad hoc oẽs morales virtutes moderatiuæ passionũ optime saluant in Chro, dũ aium sic habituatũ intus habuit, tã circa diuitias q circa uenerea, ut penitus abiecerit illa a se, sm rectã rõnem, & ideo summe in eo commendat, & liberalitas, & magnificentia, & tẽperantia. Secundũ est quo ad actus exercitũ, & sic nõ oportet Chrm oĩs uirtutis pprio actu exteriori vti: qm nũq fuit tps, quo cõueniẽs esset psonæ suæ, q uteret oib. sed aliqb. tm. Nũquã. n. fuit tps utẽdi magnificẽtia, q est circa magnos sumpt⁹, qa nũquã fuit cõueniẽs. vt esset diues, & haberet vnde magnos sumptus faceret, qui cum esset dñs omnium factus est egenus propter nos. Et ideo in litera actu liberalitatis dicitur usus, non autem actu magnificentiæ.

¶In eadem rñsione ad tertiũ attende, q cautẽ Auctor loquit negando in Christo continentiã, dum limitat continentiæ rõnem ad Arist. vsum: nã sumendo continentiæ nomen, & rõnem communiori vsu, nihil prohibet Christum continentem appellare.

45 Medina ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit fides.

Infr. ar. 4. cor. & ar. 8 ad 2. & ar. 9. ad 1. & 1. 2. q. 65. ar. 5. ad 3. Et 3. d. 13. q. 1. 2. 2. q. 1. ad 1. Et d. 36. ar. 2. ad 3. Et uerit. q. 29. ar. 5. ad 15. Et uer. q. 4. ar. 1. ad 11.

SVPER Q. VII. ART. III.

COncl. Io Christo fides esse non potuit.

¶Prob. Quia Christus ab instanti suæ cõceptionis uidit plenè Deum per essentiam. q. 10. arti. 1. Et fides est de Deo non viso 2. 2. q. 1. ar. 4.

Primum

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit fides. Fides enim est nobilior uirtus, quàm virtutes morales, puta tẽperantia, & liberalitas. Huiusmodi autem virtutes fuerunt in Christo, vt dictum est. * Multo ergo magis fuit in eo fides.

*Ar. pced.

¶2 Præt. Christus nõ docuit virtutes, quas ipse non habuit, secundũ Hebr. 12. quòd est auctor, & consummator fidei. ergo illud Act. 1. Cœpit facere, & docere: sed de Christo dicitur in eo maximè fuit fides.

¶3 Præt. Quicquid est imperfectionis excluditur a beatis: sed in beatis est fides, nam super illud Ro. 1. Iustitia Dei reuelatur in eo ex fide in fidẽ, dicit gl. † de fide uerborũ, & spei in fidem rerum, & speciei. ergo videtur, quod etiã in Christo fuerit fides, cum nihil imperfectionis importet. †Glo. ord. ibidem.

SED CONTRA est, quòd dicitur Hebr. 11. quod fides est argumentum non apparentium: sed Christo nihil fuit non apparens, secundum illud, quod dixit ei Petrus, Ioan. vlt. Tu omnia nosti. ergo in Christo non fuit fides.

RESP. Dicendum, q sicut in secunda parte dictũ est, * obiectum fidei est res diuina non visa. Habitus autem virtutis sicut, & quilibet alius recipit speciem ab obiecto. Et ideo excluso, quod res diuina sit non uisa, excludit ratio fidei. Chrs aũt a primo instanti suæ, cõceptionis plenè vidit * 2. 2. q. 1 art. 4.

Deum

1m conclusio. Multo ergo magis fuit in eo fides. R. si fides cum illa sua nobilitate materiæ, nõ importaret defectus comparatiue ad ipsam materiam. §. Tunc nihil, &c. Na virtutes morales in sui ratione hmõi defectum, &c. vt in tex.

2m de maiori. Quas. R. Vel quarum meritum. §. Tunc nihil, &c. Quamuis enim Christus non habuerit habitum fidei; quicquid tamen ad meritum fidei pertinet, habuit. Et sic saltem. s. quo ad meritum intelligitur illud. Actu. 1.

3m minor. In beatis est fides. R. Impropriè accepta. §. Tunc nihil, &c. Nam articuli cõclusio loquitur de fide propriè dicta. Duo importantur in fide. s. non uisio creditorum, & firma certitudo de creditis. Quando vtraque verificantur de fide (ut patet in fide viatorũ), tunc fides dicitur propriè fides; tanquam. s. habens totam fidei definitionem, quæ in prædicta duo resoluitur: qñ autẽ vnum solũ de fide verificatur (ut patet in fide compræhensorum), tunc fides uocatur impropriè fides; tanquam scilicet aliquid tantum ad fidem pertinens, habens; Cum hoc etiam adaptationem quandã habet ad hoc, quod uocetur fides: quia visio succedit fidei.

APPENDIX.

Veilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis; quòd fides non fuit in Christo. Vt Hebr. 12. secundum q adducitur in argumen. contr. Pro quo recolenda est regula de locis dialecticis: quod scilicet a quocunque remouetur diffinitio, remouetur & diffinitum. Quæ quidem regula non tantum uerificatur de re, sed etiam de modo: hoc est, quod & diffinitum remouetur ab eo, a quo remouetur diffinitio; & eo modo (puta propriè, uel impropriè) quo remouetur diffinitio ab ipso, remouetur quoq; diffinitũ. Vide ad tertium. Pro authoritate illa Ioan. vlt. Tu omnia nosti, aduerte: quod ad propositum hoc insinuandum multum facit, q Petrus hanc dixerit. Si enim secundum conditionem personarum proferentium verba cõmensurandus est sensus uerborum ab eis intentus (ut habetur ex contra gentes lib. 4. cap. 4. de Socrate & Platone): facilè dicemus, quod Petrus per ly omnia nosti, etiam visionem diuinæ essentiæ cointellexit: quandoquidem Christo, cui nunc ista dicebat, antea a patre luminum edoctus, excedens semetipsum & coapostolos dixerat Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur. a

*Augu. in li. 2. quæst. Euang. q. 39. in pri. to. 4.

D. 606.

Deum per essentiã, ut infra dicet.* Vnde in eo fides esse non potuit.

Ad primum ergo dicendum, q fides est nobilior uirtus uirtutib. moralibus, quia circa nobiliorem materiam: sed tñ importat quendã defectum in comparatione ad illam materiam, qui defectus in Christo non fuit. Et ideo non potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo uirtutes morales, quæ in sui rõne huiusmodi defectũ non important per comparationem ad suas materias.

Ad secundum dicendum, q meritum fidei cõsistit in hoc, q homo ex obedientia Dei assentit illis, quæ non uidet, sm illud Rom. 1. Ad obediendũ fidei in oĩbus gentib. pro noĩe eius. Obedientiã autẽ ad Deũ plenissimè habuit Christus, sm illud Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem. Et sic nihil ad meritum pertinens docuit; quod ipse excellentius non impleret.

Ad tertium dicendũ, q sicut glossa ibidẽ dicit,* fides proprie est, qua creduntur, quæ non uidentur: sed fides, quæ est rerum uisarum impropriè dicitur, & secundum quandam similitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhæsionis.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus tertii articuli clarus est de fide, quæ est uirtus theologica, inquirens an fuerit in Christo.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue. In Christo non potuit esse fides. Probatur, obiectum fidei est res diuina non uisa. ergo excluso, q res diuina sit non uisa, nõ remanet ratio fidei. ergo in Christo nõ potuit esse fides. Antecedens ex priori patet lib. Prima consequentia probatur, quia habitus virtutis recipit speciem ab obiecto, sicut etiam, quilibet alius habitus. Secunda verò consequentia probatur, quia Christus ab instanti suæ conceptionis plenè uidit Deum per essentiam.

¶ Sed occurrit statim hic dubium, quum obiectum habeat rationem materiæ circa quam uersatur habitus, quo pacto ex defectu materiæ, circa quam potest inferri defectus habitus, quum cõtingat pauperem esse magnificum, & de Christo hoc iã affirmatũ est, & tñ defectus diuitiarum, seu magnorum sumptuũ (circa quos est magnificentia) interuenit. Cur nõ põt similiter dici, q in Christo fuit fidei habitus, quãuis defuerit illius materia, circa quam, s. res diuina non apparens, sicut fuit in eo magnificentia, quãuis illius defuerit materia circa quam.

¶ Ad hoc dr, q quãuis materia, circa quã uersat̃ uirtus & obiectum coincidere inueniant̃, alia tñ est rõ formalis obiecti, & alia ratio propria materiæ. Et iõ si deficiat aliquid sub rõne materiæ, non propterea oportet deficere habitum: sed si deficit sub rõne formali obiecti, oportet habitus illius rõnem formalem deficere. Et si impossibile fuit, & est obiectum aliquod formaliter locũ habere respectu alicuius, impossibile quoq; est, & fuit in illo locum habere habitum illum. In proposito aũt totũ oppositum inuenit̃ respectu magnificentiæ, & fidei, quia respectu fidei, res, quæ sunt materia, quæ creduntur, inueniuntur apud intellectum Christi, ut Trinitas, &c. sed non sub illa ratione formali qua creduntur, quia non ut non uisæ, quia huiusmodi rõ formalis ponit imperfectionẽ in Christi anima: & iõ nec fuit, nec esse potuit ĩ Chro habitus fidei. Respectu aũt magnificentiæ, res, quæ sunt materia magnificentiæ, vt diuitiæ, defuerunt, sed ratio formalis earum, quomodo, s. qñ, vbi sicut, pro quo, &c. oportet, exponendæ essent non deerat animo Christi: quia hæc nullam imperfectionem ponit intus in anima eius, sicut nec etiam defectus materiæ magnificẽtiæ redundabat in aliquam imperfectionem animæ. Et ideo optimo ex defectu obiecti formalis defectus fidei conclusus est: ex defectu autem materiæ magnificentiæ non sequitur defectus magnificentiæ interioris.

¶ In rñsione ad secundum eiusdem articuli, nota glossam aliã, quõ oẽs virtutes, includendo etiam fidẽ, & spem, fuerunt in Christo, s. quantum ad meritum: impleuit siquidẽ excellentius quicqd meritorii actus est, tam credendo, quã sperando, quamuis nõ eodem modo: quia non credendo, aut sperãdo: sicut quicquid cognoscit sensus, cognoscit intellectus, sed non eodem modo.

Medina ar 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Christo fuerit spes.

Ad qvartvm sic proceditur. Videt̃ q in Christo fuerit spes. Dr̃ enim in Psal. 30. ex psona Chr̃i, In te dñe speraui: sed uirtus spei est, qua homo sperat in Deum. Ergo uirtus spei fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Spes est expectatio futuræ beatitudinis, vt in 2. parte habitum est: sed Christus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinens, uidelicet gloriam corporis. ergo uidetur, quòd in eo fuerit spes.

¶ 3 Præt. Vnusquisque põt sperare illud quod ad eius perfectionẽ pertinet, si sit futurum: sed aliquid erat futurũ quod ad perfectionem Christi pertinet, secundum illud Ephes. 4. Ad consummationẽ sanctorum in opus ministerii, in ædificationẽ corporis Christi. ergo uidetur, q Christo competebat habere spem.

Sed contra est quod dicit̃ Rom. 8. Quod uidet quis, quid sperat? Et sic patet, quod sicut fides est de non uisis, ita & spes: sed fides non fuit in Christo sicut dictũ est.* ergo nec spes.

Resp. Dicendum, q sicut de rõne fidei est, q aliquis assentiat his, quæ non uidet, ita de rõne spei est

SVPER Q. VII. ART. IIII.

46 Infr. ar. 6. ad 1. & ar. 2. ad 2. & ar. 9. ad 1. Et 1. 2. q. 65. a. 5. ad 3. Et 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. Et 3. d. 26. q. 2. a. 5. q. 1. & d. 36. ar. 2. ad 3. *2. 2. q. 17 ar. 5. ad 3.

Conc. 1. Christus virtutem spei nõ habuit; tamen spem habuit respectu aliquorũ, quæ nondum erat adeptus.

¶ Prob. Quia Christus a principio suæ cõceptionis plenè habuit fruitionem diuinam: & spes, inquantum est uirtus expectet fruitionẽ ipsam. Secunda autem pars. s. tamen, &c. probatur; quia per spem põt quis ẽt in alijs, a fruitione diuina, auxiliũ Dei expectare (vt patet) proportionaliter de habẽte fidem:) & Chr̃s expectabat immortalitatẽ atq; gloriã corporis.

¶ Coroll. Ergo in Christo spes minus defuit; quã fides. Nam respectu aliquorũ ex consequẽti ad fruitionẽ diuinã se habentium fuit in ipso spes; qm cũ fruitiõe ipsa stabat aliquorum carentia, quæ expectabantur: Sed fides respectu quorũcunque nõ fuit ĩ eo, qm cũ plenitudine cognitionis,

*Ar. præc.

rior in causando; cum quo tamen stat, quòd possit esse posterior in essendo. Sicut contingit; quando causa, per modum causandi finaliter causati quoniam tunc res, quæ dicitur causa, licet sit prior in intentione, est posterior in executione. Quia igitur anima Christi, secundum textum hunc, causat per modum finis, cum per fidem de plenitudine eius acceperint antiqui: ideo non requiritur ad sic causandū, q ipsa fuerit antiquis prior in executione, i. in essendo. Ad hoc. n. sufficiebat; quòd esset illis prior in intentione: quoniā sic antiqui aspiciebant in auctorem fidei, & consummatorem salutis eorum Iesum; vt colligitur ex Hæbr. 2. 11. 12.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim quorundam dicentium; animam Christi prius fuisse vnitam verbo, quam carni. Hanc hæresim uidetur Nicephorus Calistus lib. 17. cap. 28. attribuere Origeni: quoniam post multos anathematismos ex quinta synodo Constantinopolitana prolatos contra quamplures hæreses, inter quas & prædictam cōnumerat, subinfert ex eadem synodo Anathema sit Origeni, qui & Adamantius dictus est; & hæc promulgauit; una cum detestandis eius, & execrandis erroribus; & omni homini, qui hæc sentit, aut asserit, aut aliqua ex parte quocunque prorsus tempore ea defendere 2 audet. Hæc ibi. Secundò, habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a quinta synodo præmissa. Siquis dicit, aut sentit, animam Domini præexistere, vnitamq; esse Deo verbo ante incarnationem & natiuitatem ex uirgine, anathema sit. Hæc illa: vt refert Nicephorus lib. & cap. citatis. Item a sexta synodo Constantinopolitana actio 11. Incarnatur verbum Deus, nō præfactæ carni copulatus, præformatove atque in sese subsistenti aliquando corpori conlinitus, uel animæ præexistenti cōiunctus; sed cum verbi ipsius naturali conuentu subsistentiam habitura cōcurrerunt: & nec quantum in ictu oculi hâc, quam illam, priorem habentia. Hæc ibi ex epistola Sophronij Patriarchæ Hierosolimotum. Item a Papa Leone primò. Arbitror: [illegible]lia Inquêtem hoc habere persuasum; quòd anima, quam saluator assumpsit, prius in cœlis sit commorata, quàm de Maria virgine nasceretur, eamque sibi verbum in utero copularet. Sed hoc catholicæ mentes, auresque, non tolerant: quia nihil secum Dominus de cœlo veniens, nostræ conditionis exhibuit: nec animam enim quæ anterior extitisset; nec carnem, quæ non materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, vt prius creata, post assumeretur; sed ut ipsa assumptione crearetur. Hæc ille in epistola, in ordine 11. ad Iulianum episcopum Coensem. Item a Damasceno: vt in argum. contr. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, 3 atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly prius, sumitur secundum tempus, ita quòd quæstio de proprietate temporis & occasio huius est positio Origenis.

¶ In corpore articuli fiunt tria, primo ponitur positio Origenis, secūdo reprobatur in uno sensu: tertio reprobatur in alio sensu. Distinctio partium clara est in litera. Quo ad primum positio Orig. refert quo ad duo, s. & quo ad animas omnium hominum, & quo ad animam Christi, scilicet, quòd omnes fuerunt a principio simul creatæ: de qua Origenis positione vide, si uis, in 2. contra Gent. c. 83. quoniam hic non tractatur, nisi quo ad animam Christi in ordine ad assumptionem. Quo ad secundum, quia dupliciter poni potest, animam Christi ab initio mundi creatā fuisse, vel creatam, & non simul assumptam a filio Dei, vel tunc creatam, & simul assumptam, a filio Dei, sed postea in utero Virginis carni vnitam, ideo in litera vterque modus excluditur.

¶ Et contra primum ponitur conclusio hæc. Inconueniens est animam Christi ab initio creatam esse, & non simul assumptam, probatur ducendo ad inconueniens, quia sic fuisset aliquando per se subsistens, & vel corrupta fuisset illius subsistentia in assumptione, q est inconueniens, uel remansisset, q est impossibile, quia nō fuisset unio secundum subsistentiam.

¶ Vbi nota primo, quòd Auctor loquitur hic de subsistentia tāquam si loqueretur de personalitate, quia anima separata differt a persona solum per hoc, quòd est incompletæ speciei, quia non est species, sed pars speciei. Quia enim eadem est ratio de personalitate, & subsistentia quo ad assumi, & non assumi (quia scilicet vtrique eadem ratione repugnat) ideo eadem nititur ratione Auctor contra subsistentiam animæ separatæ, qua usus est superius cōtra personalitatem subsistentiæ separatæ, quæ est angelus. Nam sicut implicat personam assumi in unitatem personalem alterius personæ, quia pertineret ad esse psonale assumentis psonę, q a assūpta esset secundum se in persona alia, ita implicat subsistentem animam assumi ad aliud subsistens, quia simul per se separatim existeret, & non per se separatam existeret. Ex eo namque, quòd ponitur subsistens, secundum se ponitur per se separatim existere, nam hoc ipsum significat subsistere secondum se, & ex eo, quòd ponitur assumi ad alterius subsistentiam, ponitur quod non per se, sed per illud aliud subsistat, alioquin ad illius alterius subsistentiam non esset tracta.

¶ Nota secundo, quòd subsistentiam animæ præexistentem corrumpi, potest intelligi dupliciter, primo quo ad actum subsistendi, qui nihil aliud est quam actus essendi ipsius animæ, ut est ipsius solius, hoc est, vt est eius, ut quod est, & hoc modo uidentur Thomistæ, iuxta superius recitata, de personalitate intelligere hunc locum. Alio modo, non solum quo ad actum subsistendi, sed quo ad id, quod subijcitur actus subsistendi, ita ut corrupto subiecto actus, ex consequenti sequatur corruptio actus, & hoc modo intelligendus uidetur hic textus, conformiter ad prædeterminata de personalitate. Imaginandum est enim quòd anima separata est semipersona, & non solum seminatura: nam unita carni est seminatura: cum sit pars essentialis humanæ naturæ: sed non subsistit per seipsam, vt quod, sed per hypostasim, cui ut anima, ut ratio subsistendi ex proprio genere. s. immateriali ordine defert actum essendi, & subsistendi: sed statim vt separata est a corpore, ex hoc ipso: quo constituitur in esse separato, constituitur in quadam totalitate, & completione, ut scilicet sit quòd subsistit. inadæquate tamen ad suum esse in quo natum est etiam corpus, & totus homo subsistere. Iam enim dictum est, quòd separatio dat quandā totalitatem, & completionem, & ideo statim separata anima est semipersona, ac per hoc proprio termino terminatur, quæ in corpore existens terminabatur termino totius hominis. Et ideo sicut si assumeretur præexistentes angelus, corrumperetur primo terminatio naturæ angelicæ, quæ est illius personalitas ita si assumeretur anima prius separatim existens, corrumperetur ipsius terminatio, qua constituitur in esse, quod est semipersonæ, & subsistentis. Sed si anima assumitur non præexistens separata (sicut & unitur de facto corpori non præexistens separata) tunc solum ut seminatura assumitur, & unitur: quia non adhuc terminata intelligitur proprio termino: quem in sui a corpore, & ab hypostasi separatione nata est habere. Notanter autem dico, non solum a corpore, sed ab hypostasi, quia si anima separaretur a corpore, & non ab hypostasi (quod in solo Christo accidit in triduo) tunc nō nisi ut seminatura separata a tota natura, quæ desineret, remaneret subsistens, non per se, sed per hypostasim alienam, puta, filij Dei, cui semper est vnita.

¶ Sed insurgit tunc quæstio, an in communi resurrectione anima separata huius, vel illius reuersa ad corpus retineat suam propriam terminationem, an perdat illam, & terminetur personalitate totius.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia aliter se habet anima rationalis in sui principio, cum in corpore sit, & aliter cum ad corpus, per resurrectionem redit, quod ex hoc habet, quod anima in sui principio indiuiduatur ex corpore, quāmuis occasionaliter: in resurrectione autem anima indiuiduat potius corpus, quàm indiuiduetur ex ipso, ut patet in his, in quibus diuina uirtute materia corpori supplebitur. puta, qui totaliter per multas generationes, & generationes ex solis carnibus humanis nutriti sunt. Sicut ergo indiuiduationem semel in corpore adeptam nunquam deserit anima rationalis, sed ex illa indiuiduat si opus est corpus (ita ut idē numero sit resurgens homo, qui prius fuit) ita rationabile est, vt ad propriam terminationem aliter se habeat in corpore, & extra, ac in reditu. Nā non acquirit illam in corpore, constituendo naturā, sicut acquirit indiuiduationē: sed acqrit illā in corpore constituēdo psonā. hoc est, si ad hoc perueniat, quod sit principiū constitutiuum propriæ personæ, & non solum propriæ naturæ, & ideo in Christo non acquisiuit proprium terminum, quia non constituit propriam personam: sed nec constituendo propriam personam, videtur acquirere illum consummate, sed medio modo, inter actum & potentiam: quoniam aliquo modo est, quod subsistit, & operatur, & aliquo modo non. Sed in separatione a corpore, & corruptione hypostasis, quæ simul in alijs a Christo hominib. sunt, anima proprium terminum consummate acquirit, quem semel adeptum retinebit etiam in reditu ad corpus, & in statu perfectiori possessura illum reunita corpori, quàm si separata esset, eo quod tunc erit in naturalissimo suo esse, Vt sic differentia quo ad propriam terminationem inter animam in sui principio, & in resurrectione sit. q in sui principio deforis uenit: ut quo etiam quo ad personalitatem, & ideo impediri contingit illam, & propria, & totius personalitate, vt patet in mysterio assumptionis: in regressu autem uenit, ut quod est, licet partialiter. Et ideo sicut indiuiduat, & communicat suum esse homini, & glorificat illum in Sanctis, ita subsistentiam, terminationem, semique personalitatem, ad perfectionem humanæ subsistentiæ & personalitatis adducit.

¶ Quoad tertium refutatur Origenis positio intellecta secundo modo, (scilicet q anima illa in sui creatione ab initio fuerit vnita,

uoica,& postmodum in utero Virginis incarnata) primo deducen do ad inconueniens, q, scilicet anima Christi non uideretur esse eiusdem naturæ cum nostris: secundo auctoritate Leonis.

¶ Circa rationem hanc dubium ex duplici capite occurrit. Primo, quantum ualeat simpliciter, nam ex hoc, q homo, vel bos creatur ante omnia sæcula, vel post, non uariatur natura eius. sed mensura secundum durationem. nihil ergo uidetur valere ratio inferens alietatem naturæ ex prioritate secundum duratione productionis. Secundo, quantum ualeat ad hominem: quia Origenes ponebat non solum Christi, sed omnium hominum animas ab initio creatas, vnde magis, si ratio valet, sequit quod anima Christi sit eiusdem naturæ cum nostris, ex quo simul ab initio omnes creatæ ponuntur.

¶ Ad hoc dicitur, q rō non est ad hominem, sed simpliciter: & ideo non oportet ipsam saluare ad hoīem, sed simpliciter. Fundatur autem ratio super hoc, quod naturalis modus productionis alicuius, diuersus penes hoc, quod est produci in corpore, uel extra, & ante corpus, mōstrat diuersitatē naturæ rei productæ: nec eget multa probatione hæc propositio, sed est, quasi per se nota: quoniā si res aliquæ sic se habent, quod ex naturis suis vendicant sibi tam diuersos modos suæ naturalis productionis non enim si diuersitate formali rerum, quæ producuntur, procedunt, puta quia una naturaliter est in corpore, & alia non & propterea una naturaliter exigit fieri in corpore, & alia ante corpus, una naturaliter est forma corporis, & ideo fit in corpore: alia non est naturaliter forma corporis, & ideo fit extra, & ante corpus. Vnde supponit hæc ratio, animas nostras secundum suum naturalem modum fiēdi, creando infundi, & infundendo creari, quia sunt naturaliter formæ corporum, & ex hac suppositione arguit, quod anima Christi non fuit ab initio creata, & assumpta. Supponit etiam quòd in prima constitutione vniuersi, non attenditur (vt Aug. docuit) quid Deus potuerit facere, sed quid naturæ rerum, earumque ordo exigit.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota bene resolutionem clarā, vnde fides Christi est iustificatiua, s. ex proposito diuinæ gratiæ, iuxta euidentem auctoritatem Apost. ad Rom. 4.

Pal. ubi supra. Medina. ar. 4.

SVPER Q. VI. ART. IIII.

COncl. Caro nō debuit prius assumi, quam anima.

40 [Locis su. 2. 3. citatis.] ¶ PROB. Quia caro non debuit ante assumi, quam esset caro humana (ut patet ex q. 4. articu. 1.) Et caro non est prius caro humana, quam recipiat animam rationalem. [* ca. 18. in prin. to. 3.]

1m minor. Caro Christi uidetur prius fuisse concepta, quam animæ rationali unita. R. Negatur. §. Nam caro humana, &c. vt in tex. Ex quo dic: q dispositio ad carnem humanam non fuit prius in conceptione Christi, quam caro humana; quoniam Spiritumsanctum conceptionis huius auctorem habuit, qui simul omnia omnipotēter effecit. [* in ar. prę. in hn. cor.]

2m maior. Sicut anima est pars naturæ humanæ, ita & corpus. R. Cum hac tamen differentia: quod contra rationem animæ est q præexistat naturæ humanæ; non autem est hoc contra rationem corporis. §. Anima enī est pars, vt forma: corpus autem est pars, ut materia. Forma uerò dat actu speciem, &c. vt in textu. [* In prop. 2. hi hic liber inter op. Aristo mo 3.]

3m de conclusione. Vnitum. R. Vnione secundum modum communē sumpta. § Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio intendit loqui de unione in alio sensu, s. personali. Ac si diceret. Verbum nō est prius vnitum unione personali, carni; quàm animæ. Dicere siquidē hoc redit in idem, qđ est ly caro non debuit prius assumi, quam anima. [* Li. 3. ort. fi. d. ca. 2.]

ARTICVLVS IIII.

Vtrum caro Christi fuerit prius a verbo assumpta, quàm animæ unita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q caro Christi fuerit prius a verbo assumpta, quā animæ unita. Dicit enim August. in lib. de fide, * ad Pet. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in utero virginis, priusquā susciperetur a uerbo: sed caro Christi uidetur prius fuisse concepta, quam animæ rationali unita, quia materia, uel dispositio prior est in uia generationis, quam forma completiua. Ergo prius fuit caro Christi assumpta, quàm animæ unita.

¶ 2 Præt. Sicut aīa est pars naturæ humanæ ita & corpus: sed anima humana nō habuit aliud principiū sui esse in Christo, quàm in aliis hominib. vt patet ex auctoritate Leonis Papæ sup. inducta. * Ergo uidet, q nec corpus Christi aliter habuerit principium essendi, quàm in nobis: sed in nobis ante concipitur caro, quàm adueniat anima rationalis. ergo etiam ita fuit in Christo, & sic caro prius fuit a uerbo assumpta, quàm animæ unita.

¶ 3 Præt. Sic dicitur in lib. de Caussis, * causa prima plus influit in caussatum, & prius unitur ei, q̄ causa secunda: sed anima Christi comparatur ad uerbum, sicut causa secunda, ad primam. Prius ergo verbum est unitum carni, quàm anima.

SED CONTRA est, q Dam. dicit in 3. li. * Simul Dei uerbi caro, simul caro animata rationalis & intellectualis. Non ergo unio uerbi ad carnem, p̄cessit vnionē ad animam.

RESP. Dicendum, q caro humana est assumptibilis a verbo, sm ordinem, quē habet ad aīam rōnalē, sicut ad propriam formam. Hunc aūt ordinem non habet antequā anima rationalis ei adueniat: quia simul dū aliqua materia fit propria alicuius formæ, recipit illam formā: unde in eodē instanti terminatur alteratio, in quo introducitur forma substātialis. Et inde est, q caro non debuit ante assumi, quàm esset caro humana, quod factum est aīa rōnali adueniēte. Sicut igitur anima non est prius assumpta, q̄ caro, quia contra naturam animæ est, ut prius sit quā corpori uniatur, ita caro non debuit prius assumi, quàm anima: quia nō prius est caro humana, quā habeat animam rationalem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro humana sortitur esse per animam. Et ideo ante aduentū animæ non est caro humana, sed potest esse dispositio ad carnem humanā. In conceptione tamen Christi, Spiritus Sanctus, qui est agens infinitæ uirtutis, simul, & materiam disposuit, & ad perfectum perduxit.

AD SECVNDVM dicendum, q forma actu dat speciem: materia autem, quantum est de se, est in potētia ad speciem. Et ideo contra rationem formæ esset quòd præexisteret naturæ speciei, quæ perficitur per unionem eius ad materiam: non autem est contra naturam materiæ, q præexistat naturæ speciei. Et ideo dissimilitudo, quæ est inter originē nostram, & originem Christi est, secundum hoc, quòd caro nostra prius concipitur, quàm animetur, non autem caro Christi, est secundum illud, quod præcedit naturæ complementum: sicut, & quòd nos concipimur ex semine uiri, non autem Christus. Sed differentia, quæ esset quantum ad originem animæ, redundaret in diuersitatem naturæ.

AD TERTIVM dicendum, quòd uerbum Dei per prius intelligitur unitum carni; quam anima per modum communem, quo est in cæteris creaturis, per essentiam, potētiam, & præsentiam. Prius tamen dico, non tempore, sed natura: prius enim intelligitur caro ut quoddam ens, quod a uerbo habet, quam ut animata, quod habet ab anima; sed unione personali prius secundum intellectum oportet, q caro uniatur animæ, quam uerbo: quia ex unione ad animam, habet q sit unibilis uerbo in persona: præsertim, quia persona non inuenitur nisi in rationali natura.

APPENDIX.

EX articulo habes, primò: quomodo per rationē interimas hæresim dicētium; carnem prius esse assumptam a verbo, quā animam. Hanc hæresim videt Nicephorus, &c. vt sup. ar. 3. appen. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò a synodo quinta Constantinopolitana. §. Si quis dicit, aut sentit; prius formatum esse corpus Dñi nostri Iesu Christi in utero virginis sanctæ, & deinceps unitum esse ei Deum uerbum, atque animam, ut quæ prius extiterit: anathema sit. Hæc illa; vt refert Nicephorus loco citato sup. art. 3. appen. Item a Papa Leone, & synodo. 6.; secundum quòd referuntur ibid. Item ab eadem synodō sexta ex eadem epistola. Simul quippè caro, simul Dei uerbi caro; simul caro animata rationalis, simul Dei uerbi caro animata rationalis. Et infra. Secundū subsistentiam verbi ad carnem, quæ ex nobis est, intellectualem & animatam, conuenientiam prædicamus. Hęc ibi. Item a Concilio 1. Ephesino. Dicimus q carnem animatam anima rationali sibi copulauerit uerbum secundum subsistētiam. Hęc Conci- [Vtilitas pro Eccl. S. Dei.] [a]

AR-

Concilium ex epistola. D. Cyrilli, missa Nestorio; commendata etiam ualde à Concilio Calcedonensi. Item a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florent. Sanctissima atque immaculata eius caro deificata est, non est perempta; sed in proprio sui statu atque ratione permansit. Hæc ille: in constitut. super vnione Armenorum. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & 3
applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de prioritate temporis intelligitur. Et est ratio quæstionis quia in conceptione aliorum hoium inuenitur prius tempore, caro, quam adueniat anima rationalis: quia prius uiuit vita plantæ, deinde vita sensus, & postremo animatur anima rationali. Et constat, quod filius Dei assumpsit carnem ab initio cōceptionis sui corporis.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito negatiuè. Caro Christi non prius assumpta est a uerbo, quam animæ unita. Probatur dupliciter, primo sic. Caro humana non est assumptibilis antequam sit propria materia animæ rationalis, & humana. ergo non est prius assumpta, quam animæ rationali unita. Antecedens habet duas partes, quæ in idem redeunt, nec differunt, nisi sicut expressum in communi, & proprio uocabulo, quoniam materia propria animæ rationalis, & caro humana, idem sunt: sed differunt, quia ut materia propria sonat id quod commune est omnibus naturis proprijs, vt caro humana specificat id, quòd est in ordine ad animam rationalem. Ex vtraque ergo parte probatur in litera consequentia. Primo, ex proprietate materiæ, quia materia simul dum recipit formam, fit propria illius formæ, quod probatur, tum, quia materia non prius habet ordinem ad formam, vt propriam formam, quàm, habeat ipsam formam, tum, quia simul terminatur generatio, & alteratio prævia. Ex secunda uero parte, quia caro non est humana ante aduentum animæ rationalis. Antecedens uerò pro secunda parte relinquitur per se notum: pro prima uerò parte probat, quia caro humana non est assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, ut propriam formam. Secundo, probatur conclusio ex proportionali adiuncta huic rationi similitudine de anima, sicut anima rationalis non prius assumpta, quam vnita carni, ita uec caro prius assumpta, quam unita animæ rationali. Et vtrobique ratio proportionaliter est: quia id contra naturam animæ, hoc contra naturam carnis humanæ.

¶ Circa hunc processum, unum dubium occurrit, quia uidetur quòd materia propria formæ sit ante aduentum formæ: quoniam materia non est propria, nisi propter dispositiones ad talem formam, materia autem plene disposita est immediate ante instans introductionis formæ. prius igitur tempore est materia propria animæ rationalis, & uniuersaliter formæ, quā adsit ipsa forma. Præterea, minus est materia propria animæ rationalis, & minus habet ordinem ad ipsam caro mortua, quam caro immediatè ante instans introductionis animæ rationalis, quoniam ista naturaliter necessitat ad formam, illa naturaliter magis, ac magis recedit a forma exclusa: sed caro Christi mortua habet ordinem ad animam Christi propter quem remanet assumpta, vt propria materia illius. igitur, & caro in ultima dispositione habet illum ordinem, & est propria materia animæ rationalis.

¶ Ad primum dicitur, q; propria materia alicuius formæ dupliciter dicitur, scilicet in fieri tantum, uel in facto esse. In proposito autem sermo est de materia propria in facto esse: obiectio autem procedit de materia propria in fieri.

¶ Ad secundum conceditur, q; secundum naturæ ordinem caro vltimo disposita habet magis rationem propriæ materiæ, quàm caro mortua, sed in ordine ad resurrectionem, quæ sola diuina potest potentia fieri, caro mortua habet magis materiæ propriæ rationem: quia ista iam in facto esse fuit propria materia illius animæ, & dedit huic animæ indiuiduationem, & reunienda est illi ad reconstituendum eundem numero hominem. Vnde in æquiuoco laboramus, quoniam aliter sumitur propria materia in generatione, ubi naturæ ordo attenditur, & aliter in resurrectione, ubi diuinus ordo consideratur: quia tamen apud theologum vtraque dicitur propria materia, ideo caute Auctor in litera non dixit, hūc ordinem non haberi, nisi præsente anima rationali corpori, sed dixit non haberi antequam anima adueniat: cum hoc enim stat, q; habeat etiam post mortem, ex quo iam semel anima affuit corpori: cum primo autem dicto nō staret, quòd haberetur post mortem propria materia.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, vide rationem naturalem, quare non arguit diuersitatem naturæ auferre a Christo naturalem modum producendi carnem, & argueret diuersitatem naturæ, si anima producta esset ante corpus: quia, scilicet in carnis productione uarietas esset penes antecedentia tantum, in animæ uero productione, uarietas ponitur in ipsis cōstitutiuis intrinsecis. Et ratio assignatur, quia materia nata est esse ante formam, & disponi ad illam: forma autem non est nata esse materiam: hanc tamen rationem intelligito pro ratione conuenientiæ, quare, scilicet conueniens fuit carnem Christi non naturaliter, hoc est, aliorum hominū more fieri per dispositiones præuias, sed miraculose statim concipi perfectam: animam vero conueniēs fuit non miraculose ante corpus, sed naturaliter, hoc est, secundum aliarum cursum fieri, scilicet creando infundi, & infundendo creari: quoniam, ut ex antedictis patet, diuersus modus producendi animam, scilicet in corpore, vel extra, & ante corpus, in diuersitatem naturæ non redundaret, si miraculose aliqua anima fieret extra, & ante corpus, sed si naturaliter fieret extra, & ante corpus, quod .s. naturaliter factum fuisse oportet ponere illos, qui in constitutione mundi sic factum putant, ut prædictum est.

¶ In rñsione ad tertium distingue, & ordina notitie, vnā, & eādem carnem ſm diuersa prædicata substantialia, ꝑponendo magis commune minus communi (Verbi gratia, secundum quòd est corpus, secundum q; animatum, &cæt.) & per species quod caro prius natura attingitur a verbo effectiue per essentiā, potentiā, & præsentiam, q̄ terminatiue per unionem personalem, quia prius natura est quoddam ens, puta corpus, q̄ aīata. Sed prius natura est animata, quàm unita verbo personaliter: tum, quia constituitur in esse assumptibili per esse animatum; tum, quia caro constituitur in natura rationali per esse animatum aīa rōnali, Constat autem, q; non est assumptibilis nisi ut pars naturæ rationalis: non solū ex parte sui, sed etiam ex parte personæ, quæ significat non quamlibet hypostasim, sed hypostasim naturæ rationalis.

Cap. 9 d. 2. q. 1, conc. 2. Medina ar. 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei assumpserit totam naturam humanam mediantibus partibus eius. Dicit enim Aug. in lib. de Agone Christiano,* quòd inuisibilis, & incommutabilis ueritas per spiritum animam, & per animam corpus, & sic totum hominem assumpsit: sed spiritus, anima, & corpus sunt partes totius hominis. ergo totum assumpsit mediantibus partibus.

¶ 2 Præt. Ideo filius Dei carnem assumpsit mediante anima, quia anima est Deo similior, quàm corpus: sed partes humanæ naturæ cū sint simpliciores, quàm corpus videntur esse similiores Deo, qui est simplicissimus, quàm totum. ergo assumpsit totum mediantibus partibus.

¶ 3 Præt. Totum resultat ex unione partium: sed unio intelligitur ut terminus assumptionis, partes autem præintelliguntur assumptioni, ergo assumpsit totum per partes.

SED CONTRA est, quòd Damasc. dicit in 3. lib.* in domino nostro Iesu Christo non partes partiū intuemur, sed, quæ proximè componuntur, idest deitatem, & humanitatem. Humanitas autem est quoddam totum, quod componitur ex anima, & corpore sicut ex partibus. ergo filius Dei assumpsit partes mediante toto. *li. 3. c. 16. circa fin.

RESP. Dicendum, q; cum dicitur aliquid medium in assumptione incarnationis, non designatur ordo temporis: quia simul facta est assumptio totius, & omnium partium:* ostensum est enim q; simul anima, & corpus sunt adinuicem unita ad constituendam naturam humanam in Verbo. Desi- *Ar. 1. huius q̄ō. & ar. 2.

SVPER Q. VI. Art. V.

41 COncl. Verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ, mediante toto.

¶ Proa. Primò, quia in incarnatione oportet attendere ordinem naturæ simpliciter, ex parte intentionis agentis (vt habetur ex B. Augustino ad Volusianum): Et secundum intentionem agentis prius est completum, quam incompletum, i. (in proposito) prius est totum, quam partes. Secundò, Quia sicut verbum assumpsit corpus propter ordinem, quem habet ad animā rationalem: ita assumpsit corpus & animam propter ordinem, quē habent ad humanam naturam.

3. d. 2. q. 2. art. 1. q. 3. & 2. 3. q. 1. c. & d. 3. q. 5. ar. 2. c. & dis. 5. q. 2. ar. 3.

* Colligit ex c. 18. 19. 20. & 21. tom. 3.

Primum

1m de conclusione. Mediantibus partibus. ℞. secundũ viam operationis. §. Sic enim sequtur ex B. Augustino. Nam ex verbis illis, &c. vt in textu. Tunc nihil, &c. Cum illa enim prioritate partium secundum uiam operationis stat simul prioritas totius secundum viam intentionis: de qua uia intelligitur articuli conclusio.

2m minor. Partes humanæ naturæ sunt similiores Deo, quã totum. ℞. Negatur. §. Ad probationẽ eius inferẽtam. s. ꝙ sunt simpliciores, respondetur; quod hoc non sufficit ad assimilari magis Deo, nisi cum simplicitate maiori perfectio etiam maior ibi simul inueniat. Nam Deus ita est simplex quòd etiã est, &c. vt in tex. Ex quo dic; quòd perfectio pręponderat simplicitati, ut sic præcise, in faciendo aliquid simile Deo. Quod si aliquid unum esset sine magna simplicitate perfectum. Et aliq̃d aliud esset æque perfectum cum maiori simplicitate; tũc hoc secundum præponderaret primo: vt patet consideranti.

*Non multũ remote ante med. est epist. 3. tom. 2.

3m de minori. Sed unio. ℞. Personalis. §. Tunc nihil, &c. Nam in maiori fit sermo de vnione naturæ: ideoque, cum in diuersis sensibus de unione intelligantur præmissæ, scilicet maior & minor, argumentum contra semetipsum peccat in forma, vt quod ex quatuor terminis existat.

bo. Designatur autem ibi ordo naturæ. vnde per id, quod est prius in natura, assumitur id, quod est posterius. Est autem aliquid prius in natura dupliciter, vno modo, ex parte agentis; alio modo, ex parte materię: hę enim duę causę pręexistunt rei. Ex parte quidem agentis est simpliciter primum illud, quod primo cadit in eius intentionẽ: sed secundum quid prius est illud, a quo incipit eius operatio. & hoc ideo, quia intentio est prior operatione. Ex parte uero materię est prius illud, quod prius existit in transmutatione materię. In incarnatione autem oportet maximè attendere ordinẽ, qui est ex parte agentis: quia ut August. dicit in Epist. ad Volusianum,* in talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis. Manifestum autem est, quòd secundum intentionem facientis prius est completum, quàm incompletum, & per consequens totum, quàm partes: & ideo dicendum est, quòd uerbum Dei assumpsit partes humanę naturę mediante toto. sicut enim assumpsit corpus propter ordinem, quem habet ad animam rationalem, ita assumpsit corpus, & animam, propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex uerbis illis nihil aliud datur intelligi, nisi ꝙ uerbum, assumẽdo partes humanæ naturæ, assũpsit totam humanam naturam, & sic assumptio partiũ est prior in uia operationis, intellectu, non tempore, assumptio autem naturæ est prior in via intentionis, quod est esse prius simpliciter, ut dictum est.*

*In cor. ar.

Ad secundum dicendum, ꝙ Deus ita est simplex, quòd etiam est perfectissimus, & ideo totũ est magis simile Deo, quàm partes, in quã tum est perfectius.

Ad tertium dicendũ, ꝙ unio personalis est, ad quã terminat assumptio, non autem vnio naturæ, q̃ resultat ex coniunctione partium.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis, Papa, & Damasceno insinuatum, quod verbum assumpsit partes mediante toto. A Damasceno, quidem: vt in argument. contr. A Papa autẽ Eugenio IIII. in Concilio Florent. Sacrosancta Ecclesia Romana uoce Domini fondata firmiter credit, profitetur, & prædicat: unam ex Trinitate personam uerum Deum, Dei filium, ueram hominis integramque naturam assumpsisse. Hæc ille: in constit. super vnione Iacobinorum. Vbi nota ly integram naturã. Per hoc enim mõstrat: quòd assumere totum fuit de principali intento; & quod non est facta assumptio partiũ, nisi secundum quod habebant ordinem ad naturã humanam integram. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Lucæ 1. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Nam ly quod nascetur, dicit totum; vt patet: & ly adeo, dixerat assumptionem: vt ex contextu, quem refert, manifestum est. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccl. S.Dei.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus articuli intelligendus est ut sonat.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo declaratur, quomodo intelligitur ly mediante, in mysterio assumptionis. Secundo, respondetur quæsito una conclusione. Quo ad primum dicit vnam propositionem multarum partium, scilicet in mysterio assumptionis medium intelligitur non temporis, sed naturæ ex parte agentis, & simpliciter. Vbi quatuor conditiones medij in hoc mysterio ponuntur.

¶ Prima est, quod non est medium secũdum tempus, quæ probatur, quia simul tempore omnia assumpta sunt.

¶ Secunda, ꝙ est medium secundum ordinem naturæ: Et hæc ex dictis supponitur.

¶ Tertia est, ꝙ est ibi talis ordo naturæ, s. ex parte agẽtis. Et hęc declaratur, quia in cõmuni ordo naturæ, quo aliquid est prius, & aliquid posterius in natura, dupliciter inuenitur: vel ex parte agẽtis, vel ex parte materiæ. Et redditur rõ, quare secundum has duas causas inuenitur, quia sunt causæ præexistentes ante effectũ: agẽs enim, & materia præexistunt, formam autem oportet non præexistere, & similiter finem generationis, cum concidat cum forma: in speciali autem hoc est in assumptionis mysterio, quia tota ratio facti est potentia facientis.

¶ Quarta conditio est, ly simpliciter, ad definiendum ꝙ mediũ simpliciter in hoc mysterio attenditur secundum ordinẽ naturæ ex parte agentis non quemcumque, quia non ẽm quid, sed simpliciter: est siquidem duplex naturæ ordo ex parte agentis: vel secũdũ ordinem intentionis, uel secundum ordinem executionis, Et differunt hi ordines inter se in hoc, quòd illud, quod est prius secundum intentionem, est prius simpliciter, quod uerò est prius secũdum quid Et ratio est, quia intentio prior est simpliciter executione, vt patet. Quoad ẽm conclusio responsiua quæsito est ista. Verbum Dei assumpsit partes humanæ naturæ; mediante toto. Probatur dupliciter: primo, quia ẽm ordinem naturæ ex parte intentionis agentis prius est completum, q̃ incompletum, & cõsequenter prius est totũ, quàm partes: secundo, ex proportionalitate: sicut assumpsit corpus mediante anima (quia assumpsit corpus propter ordinem, quem ad animam habet) ita assumpsit partes, mediante toto, quia assumpsit animam, & corpus propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.

¶ Sed occurrunt hic literalia multa inquirenda. Primo, cur existente naturæ ordine secundum quodlibet genus causæ, ordinem naturæ duobus eorum appropriat.

¶ Secundo, cur ordinem naturæ ex parte materię in hoc mysterio Auctor pertransiuit, cum prius natura ex parte causæ materialis corpus Christi fuerit conceptum, quam animatum? patiens enim præsupponitur actui, qui in eo fit.

¶ Tertio, cur Auctor in hoc mysterio, de medio secundum naturæ ordinem ex parte agentis secundum ordinem operationis respondendo tacuit, cum tamen in respõsione ad primum, postmodum de illo tractet.

¶ Ad primum dr, ꝙ quia ordo naturæ secundum genus causæ formalis, & finalis reducitur ad ordinem naturæ secundum genus causæ agentis, tamquam in quo clarius relucet, quoniam secundũ ordinem agentium ordinantur, & fines generationum, & formæ genitorum, & res natura priores secundum ordinem finis, aut formæ in his, quæ fiunt, sunt posteriores in esse, quoniam, & forma, & finis quanto ulterior in aliquo ordine, tãto prior, quia perfectior. Res uerò, vt sunt tam in materiæ transmutatione, quam in intentione, aut executione agentis priores, sunt etiam priores ẽm esse aliquod reale. s. vel secundum ipsam intentionem eorum, sicut domus est in intentione artificis, vel ẽm ꝙ saltem in inchoata transmutatione sunt: sicut alteratio est prior generatione, uel secũdum se, ut ab ipsis incipit executio, ut fundamentũ est prius parietibus. Meritò igitur naturæ ordinem duobus appropriauit Auctor generibus causarum, quia sunt priores in esse, tum quia clarius relucet prioritas naturæ in istis, tum quia prioritas aliorum apud generabilia reducitur ad ista.

¶ Ad secundum dr, ꝙ in mysterio incarnationis nulla fuit trãsmutatio materię nisi instãtanea formatio corporis ab infinita virtute Spiritussancti: & illa instantanea formatio, quãuis naturæ ordine prior ẽm genus causæ materialis sit, quã animæ rõnalis aduentus in eam, quia aĩa rõnalis non detulit secũ corpus, sed supposuit corpus organicum, in quo reciperet, cuius esset actus in quo fieret: quia tñ in illo priori naturæ non erat assumptibilis, (ut ex dictis patet) quia constituta est in esse assumptibili per esse aĩatũ, iõ Auctor loquẽs hic de priore, & posteriore ẽm naturã in ordine ad assumptionẽ, nihil de prioritate ex parte materię, utpotẽ extra ordinẽ ad assũptionẽ dixit, sed tãq̃ ĩpertinẽtẽ ad ꝓpositũ, dimisit.

¶ Ad

¶ Ad tertium dr, ꝙ in promptu cã est, quare rñdendo quæsito tacuit ordinem executionis: quia.s. rñdendum est quæsito simplr, de medio simpliciter, & non de medio sm quid: ac per hoc de medio, secundum ordinem simpliciter, & non secundum ordinẽ sm quid. Vnde meritò mediũ sm quid, reseruauit rñsionib. argumentorum, soluta quæstione de mediatione simpliciter, & absolute.

¶ In eodem ar. in rñsione ad primum, dubium occurrit ex Sco. & Duran. arguentib. in 3. Sent. dist. 2. contra hanc doctrinam, ꝙ.s. non assumpserit totũ mediantib. partibus. Arguit ergo Scot. 1. in q. 2. sic, Primũ assumptũ non est natura humana, sed pars, seu partes eius. ergo assumens non est primo hõ. Et confirmaẽ, quia sicut in instanti assumptionis se habuit ad totũ, & partes, ita, & modo. igitur, & modo non est primo homo, sicut Socrates est primo homo, quod vr inconueniens. Amplius, vr sequi, ꝙ Christus non sit homo. Probatur quia denoĩatio a parte, vel partib. non dat denominationem a toto. Præterea, Propter duas uniones verbi, ad partes naturæ humanæ, non est homo. ergo requiritur tertia, quę sic totius primo, propter quam tertiã. Verbũ est homo, sed ista tertia est sine alijs duab. igitur illæ duæ superfluunt. Demũ probat ostensiuè, ꝙ natura tota est primo sine medio assumpta. Quod est in se primo personabile, si sibi dimitteretur, hoc in alio primo personatur, qñ assumitur: sed tota natura, & nõ pars, vel partes, est primo. & immediatè hoc modo personabilis in se, si sibi dimittatur. ergo. Probatur. Maior, quia in eodem instanti naturę, in quo in se persoñaretur, si sibi dimitteretur, personaẽ in alio: vel ab alio, quia nihil ante illud instans est natum assũmi, quia non prius fuit natura singularis: nec post illud instans assumitur, quia tunc esset persona in se. Minor probatur, quia in eodem instanti naturæ in quo partes præcedunt totum, neutra nata est esse persona, sed tũc primo, quando ex istis unitis est tota natura, quia tunc ipsa tota est persona in se, si non impediatur ab assumente.

¶ Durand. aũt in q. quoque 2. arguit dupliciter, destruẽdo totaliter ordinem naturæ in assumptione totius, & partiũ primo, quia totum. & partes unitæ (sic enim assumptæ sunt) omnino sunt idẽ re. Secũdo, quia assumptio vna est unius ad unũ, sed assumptio humanæ naturæ, est una ad unum, quia ad ꝑsonalitatem Filij. ergo est vnius.s. naturæ integræ ex suis partib. constat enim eam esse assumptam. ergo tã natura quam partes sunt assumptæ ut unum, non est igitur ordo realis inter totum & partes in assumptione.

¶ Ad euidentiam positionis, quæ in hac litera explicatur, sciendum est, ꝙ ordo operationis, seu executionis eadẽ, & eodẽ modo intelligitur habere media, si est sm naturã tantũ, & si est sm progressum operationum, v.g. domus siue fiat per multas operationes, vt ab arte successiue fit: siue fiat simul a Deo, eadẽ media pertransiuit: puta: fundamentũ, parietes, tectum, & similiter eodẽ modo, hoc est, ꝙ quodlibet eorum est, ut medium quod. Nam sicut successiue operãdo, prius tpe fit fundũ, vt quod partiale, & mediante fundamento fiunt parietes, ẽt vt quod partiale, & postea tectum, ut quod partiale, & oib. mediantib. vt qđ partialib. fit dom⁹, vt quod totale, ita simul omnia operãdo, operatio illa prius natura sm executionis ordinẽ attingere intelligiẽ fundũ, & postea parietẽ, & c. vt dictum est, haberet.n. operatio illa unica unum per se primo terminum ordine intentionis.s. totum, qui esset ultimus ordine executionis, & multos partiales terminos ordine executionis priores, imo per se primo intẽto termino.s. toto. Simile.n. quid accidit in mysterio incarnationis, in quo simul tota natura, & omnes partes eius factæ, & assumptæ sunt, nisi ꝙ ad assumptionem referẽdo totum, & partes, non inueniẽ ordo inter partes (ut prædictum est) sicut una prius natura assumpta sit ut quod, q̃ altera: quia simul natura anima, & corpus assumpta sunt, Sed bene inueniẽ talis ordo inter partes simul, & totum, ꝙ.s. sm executionis ordinem prius natura terminata est assumptio ad partes simul (hoc est animã, & corpus, ut terminos partiales) q̃ ad totum, ad qđ primo: vt primo intentum, ultimo terminata est, & rõne huius primo intenti terminata præintelligiẽ ad partes, sicut rõne domus terminata præintelligereẽ creatio domus ad partes eius, ex quib. constat domus. Negantes autẽ hunc executionis ordinẽ inter partes, & totum in assumptione, imaginãtur quòd assumptio ẽt executiue terminata est prius ad totum, quam ad partes, ita ꝙ diffusa, seu quasi extensa est assumptio à toto ad partes, ita ut non oportuerit de nouo in morte Christi assumere partes: sed remanserit respectu partium. Et quãuis primo aspectu hæc positio non solum probabilis, sed probabilior uideaẽ, q̃ posita in litera, quia assumptio ꝑ se primo respicit totum, nec est ut factio totius, sed quasi præexistentis eleuatio, quæ ẽt in operando incipere debet a per se primo intento, ex quo supponit illud esse: si tñ perspicacius intuiti fuerimus, ꝙ ordo resolutionis uerax testis est ordinis cõpositionis, quia primum in resolutione fuit vltimum in compositione, & constare nos meminerimus quòd in morte Christi assumptio quasi resolui incæpit, dum natura ipsa ab assumptione desijt. partes aũt naturæ assumptæ remanserunt percipiemus ꝙ ex hoc ipso facto reuelauit Deus, ꝙ assumendo inchoauit executionis ordine a partibus, & qđ veluti primum in compositione assumptionis, fuit assumptio partium, vt sic diuina sapientia disposuerit etiam suauiter assumptio-

nem

nem secundum executionem, & resolutionem. Quo fit, vt probabilior sit positio in litera posita, fulta Aug. fauore.

¶ Vnde ad primum Sco. distingui potest, quòd primo assumptũ dupliciter, vt quod totale, & quod non totale, seu partiale: & similiter primum assumptum terminata totaliter assumptione, uel nõ terminata totaliter, & dici ꝙ natura humana est primo assumpta, ut quod totale, uel terminata totaliter assumptione, partes autẽ sunt secundum operationis ordinem prius assumptæ non terminata totaliter assumptione, non ut quod totale. Cum ergo dicitur, primo, assumptum non est natura humana, negatur loquendo de primo assumpto, terminata totaliter assumptione, & similiter de primo assumpto, ut totale passiuom assumptionis, in quo tamẽ sensu oportet uerificari tale antecedens, si consequentiæ suæ debent ualere. & inconuenientia sequi. Ad confirmationem negaẽ, quòd simili modo omnino se habeat Verbum assumens tunc, & semper quiã pro illo instanti assumptio erat dupliciter, s. in fieri & in facto esse, quia tunc erat uerum dicere, nunc est unita, & immediate ante hoc non erat unita, quod deinceps falso diceretur: quia assumptio remanet non in fieri, sed in facto esse. Et propterea cõceditur, ꝙ quantum ad factum esse eodem modo se habuit tunc, & habet modo, & sic tunc filius Dei uere fuit primo hõ, sicut Socrates est primo hõ ex primo assumpto terminata totaliter assumptione, & similiter ex primo assumpto ut totali passiuo assumptionis, ita, & nunc, & in æternum.

¶ Ad alia duo simul dicitur, quòd nec somniamus Verbum dici hominem a partialib. assumptis, & non totaliter terminata assũptione, nec esse ibi tot assumptiones, sed unam tantum, secundũ naturæ ordinem exequendo progredientem prius ad partes, quã ad totum: quia sumus certi, quòd quasi resoluendo desijt a toto, & non a partibus.

¶ Ad rõnem aũt ostensiuam, quæ est fundũ opinionis suæ, rñdetur ex Auctoris doctrina prænotata in art. 1. huius q. in rñsione ad secundum, quod.s. non est similis ordo assumptorum ad ꝑsonam assumentem, qui esset eorundem ad propriam personalitatem, cuius oppositum pro fundamento Scot. assumiẽ: Et rõ Auctoris ibidem est, quia persona assumens est altioris ordinis, quam esset persona propria. Et ne inuoluatur intellectus, distinguatur, quod quia quæstio est de ordine assumptionis, & non de ordine personationis, ideo ne æquiuocetur, dicatur, quòd per esse personale, & similiter per personari, potest intelligi posse fieri, uel fieri personam, uel quasi constitutiuum personæ, uel potest intelligi posse fieri, uel fieri aliquid personæ. Si primum intelligatur, concedatur totum, absque declinatione tamen tamquam impertinens, quia non est quæstio de prius natura personabili, illo modo, ut sit persona, aut quasi constitutum personæ, sed de prius natura assumptibili ad unitatem personalem. Si autem secundo modo, intelliguntur dicti termini, ad propositum quidem sunt, sed minus proprij. Veruntamen non fiat uis in uocabulis, & supposita distinctione, quæ in litera habetur de prius assumptibili ordine naturæ secundum intentionem, & secundum executionem, respondeatur quòd Maior est uera de primo sm ordinem intentionis, non autem de primo secundum ordinem executionis. Illud enim quod est in se per se primum personabile, illud primo, ordine intentionis, non primo, ordine executionis personatur in alio, hoc est, fit aliquid alienæ personæ, a qua assumitur, pars enim uel partes eius, stat, ꝙ prius secundum executionem fiat, uel fiant aliquid alienæ personæ, quàm tota natura, quæ est in se per se primo personabilis, si sibi dimitteretur. Probatio autem Maioris ad hunc sensum applicata, nihil ualet: quia secundum executionis ordinem illud totum non in se toto, sed in parte, vel partibus eius prius personaretur, hoc est, fieret aliquid assumentis personæ, quã esset in seipso toto personabile, si sibi dimittereẽ. Et cum contra hoc asseritur, quia in illo priori illud totum non est natum assumi, quia non est natura singularis, rñdetur, quòd uerum est, quod non est natum assumi in seipso toto ante illud naturæ instans, sed est natum assumi secundum sui partem, uel partes ante illud instans, secundum executionis ordinem: quoniam quælibet pars nata est assumi, ut sit aliquid personæ assumentis: quamuis solum natura integra nata sit assumi, ut sit uelut constitutiuum personæ: quia ipsa sola est sic personabilis, s. vt sit, uel persona, uel quasi cõstitutiua personæ, partes autem eius sunt personabiles, hoc est, assumptibiles ad unitatem personalem, antequam secundum executionem assumi intelligatur totum. Vbi scito, quod licet personæ propriæ prius secundum executionem intelligatur personari tota natura, quã partes, quia partes, puta anima, & corpus ad personandum concurrunt, mediante tota natura constituta per illas, ad assumptibilitatem tñ a diuina ꝑsona prius sm executionem cõcurrunt partes, s. anima, & corpus, quam natura integra: quia ad exequendũ assumptionem non oportet mediare executiuè, sed sm intentionẽ tñ, totam naturã, qñ constat diuinã personã posse inchoare assumptionem a partib. quasi progrediendo ad totum, & rationabiliter constat, quòd de facto sic fecit, ut probatum est. Respectu personæ propriæ non nisi naturalis ordo partium ad propriam personã attendiẽ, qui est ẽt executiue mediante toto: & iõ

non

non habet solidum fundamentum (vt ex Auctore allatum est) ratio Sco. eodem ordine partes naturæ humanæ, & totam ordinantis ad propriam, & ad diuinam personam.

¶ Ad primam autem Duran. rationem negatur, quod natura humana sit omnino idem secundum rem, quod suæ partes etiam
Vtilitas pro Eccle. S. Dei. simul sumptæ. Et quoniam quæstio hæc supponenda potius, quam discutienda hic est, ideo non moror.

¶ Ad secundam dr, q assumptionem esse vnius, contingit dupliciter, s. vnius simplicis, vel unius compositi. Et rursus vnius cõpositi, secundum quod unum tantum est, uel non solum ſm quod est in se unum: sed etiam ſm suas partes. Et subiungitur, q incarnatio est assumptio una, & ad unum, & unius ultimo modo exposito, quia sic filius Dei assumpsit unam naturam humanam cõpositam ex anima, & corpore, vt etiam simul tempore, & prius natura secundum nos ordine executionis, vel posterius natura secundũ alios assumpserit animam, & corpus in seipsis, & non solum secũdum quod sunt unum in tota natura, quod nihil aliud est quàm assumere totam naturam. Et quod hoc oporteat fateri, patet ex eo, quòd alioqui oporteret filium Dei in morte de nouo assumpsisse corpus, & animam, quud Sco. insolutum dimisit, & Duran. male uidetur posse euadere. Nihil igitur ualet illatio, Natura integra est assumpta. ergo partes assumptæ sunt ut unum, intelligẽdo cum præcisione, hoc est, vt sunt ut unum præcise, & non etiã, vt sunt in se diuersæ.

S. Bon. 3. ſ. d. 2. q. 2. ar. 3. Scot. 3. ſ. d. 2 q. 2. Rich. 3. ſ. d. 2. q 3. Dur. 3. ſ. d. 2. q 3. Medina ar. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum humana natura sit assumpta mediante gratia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt̃ q filius Dei assumpserit humanam naturam mediãte gratia. Per gratiam enim vnimur Deo: sed humana natura in Chřo maximè fuit Deo unita. ergo illa unio facta fuit per gratiam.

¶ 2 Præt. sicut corpus viuit per animã, quæ est eius perfectio, ita anima per gr̃am: sed humanũ corpus redditur congruũ ad assumptioné per animam, ergo filius Dei assumpsit animam mediante gratia.

¶ 3 Præt. Aug. in 15. de Trin.* dicit, q uerbum incarnatum est, sicut uerbũ nostrum unit̃ voci mediãte spũ. ergo verbũ Dei unitur carni mediãte Spũsancto, & ita mediante gratia quæ Spũsancto attribuit̃, ſm illud 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus.

SED CONTRA est, q gratia est quoddam accidens animæ ut in secunda parte habitũ est.* Vnio autẽ verbi ad humanã naturam est facta secundũ subsistentiã, & non secundum accidens, vt ex sup. dictis patet.† ergo natura humana non est assumpta mediante gratia.

RESP. Dicendum, q in Christo ponunt̃ gratia unionis, & gr̃a habitualis. Gratia ergo non põt intelligi, vt mediũ in assumptione humanæ naturæ, siue loquamur de gratia vnionis, siue de gr̃a habituali. Gr̃a enim vnionis est ipsum esse pſonale, quod gratis diuinitus dat̃ humanæ naturæ in pſona uerbi, quod quidẽ est terminus assumptionis. Gr̃a aũt habitualis pertinẽs ad spũalem sanctitaté illius hoĩs, est effectus quidam consequẽs unionem, ſm illud Ioã. 1. Vidimus gloriã eius sicut unigeniti a patre, plenũ gratiæ, & ueritatis. Per quod datur intelligi, q ex hoc ipso, q ille hõ est unigenitus a patre, (quod hẽt per vnioné) habet plenitudinem gratiæ, & veritatis. Si vero intelligat̃ gratia, uolũtas Dei, aliquid gratis faciẽs, vel donans, sic vnio facta est per gratiam, non sicut per medium, sed sicut per causam efficientem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q vnio nr̃a ad Deum est p operationé, inquantum, s. eum cognoscimus, & amamus, & ideo talis unio est per gr̃am habitualé, inquantum operatio perfecta procedit ab habitu: sed vnio naturæ humanę ad uerbũ Dei, est secundum esse personale, quod non dependet ab aliquo habitu, sed immediatè ab ipsa natura.

AD SECVNDVM dicendũ, q aĩa est perfectio substantialis corporis, gratia uero est perfectio aĩæ accidẽtalis. Et iõ gr̃a nõ põt ordinare aĩam ad unioné personalem, quæ non est accidentalis; sicut anima corpus.

AD TERTIVM dicẽdum, q uerbum nr̃m unit̃ uoci mediante spũ, nõ quidé sicut medio formali, sed sicut per mediũ mouens: Nã ex uerbo cõcepto interius procedit spũs, ex quo formatur uox, Et similiter ex verbo æterno procedit Spũsanct*, qui formauit corpus Christi, ut infra patebit.* Non auté ex hoc sequitur, q gratia Spiritussancti sit formale medium in unione prædicta. *quæst. 32 art. 11.

QVAE-

42 3. dist. 2. q. 2. art. 2. & d. 13. q. 3. ar. 1. Et ue rit. q. 29. 2. 2. Et opu. 3. c. 222.

SVPER Q. VI. ART. VI.

CONCL. 1. Neq; gratia unionis, neque gratia habitualis põt intelligi, vt mediũ in assumptione humanæ naturæ.

¶ PROB. Quia gr̃a vnionis est terminus assumptionis, & gr̃a habitualis est consequens vnionem.

¶ CONCL. 2. Si noĩe gratiæ intelligatur uoluntas Dei aliquid gratis faciens, vel donans; sic vnio facta est p gratiã: non sicut p mediũ, sed sicut per causam efficientem.

¶ PROB. Quia ex terminis patet.

1m de maiori. Vnimur. R. Per operationé. §. Tũc nihil, &c. Nam in minori trãsitur ad unioné in alio sensu acceptam. s. ad vnionem personalem.

2m illatio conclusionis. Ergo filius Dei, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex pmissis perfectioné in diuerso sensu accipientibus. Nam anima est perfectio, &c. vt in tex.

3m de minori. Voci. Mediante spũ. R. Tanquã medio mouẽte: non auté, formali. §. Nam conclusio prima intelligit̃ de medio formali: quo modo Spũsancti gratia nõ mediauit ibi. Argumentũ ergo sic glossatũ declinat in fauorem cõclusionis secũdæ, vt quædam probatio eius, absq; offensa primæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei. EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim. Nestorij dicẽtis: quòd filius Dei assumpsit naturã humanam per gratiam. Ex qua deducebat: q in Christo essent duæ personæ. Ité, q Christus non est Deus, sed in quo Deus speciali ꝓrogatiua habitæ. Item q Christus non Deus, sed Deiferus appellãdus est. Per rónem etiã articuli interimitur hæresis Seueri Antiocheni dicentis: q in Christo fuit vnio nõ personalis in duab. naturis uere subsistens, sed tantũ habitualis. i. ſm habitum, proprietatem, conditionemque quandam diuinam; qua cum solus esset homo, diuina tamen assistente per quandã participationem virtute, miracula operaretur. Secundo habes: qũo per rationé ostendas, has meritò dãnari a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florẽt. Sacrosãcta Ecclesia anathematizat Theodorum Mosuestenũ, atque Nestorium asserẽtes, humanitaté Dei filio unitã esse p gr̃am. Et ob id duas in Chřo esse pſonas, sicut duas fateor̃ esse naturas: cũ intelligere nõ ualerẽt, vnionem humanitatis ad verbum hypostaticã extitisse; & propterea negarent, verbi subsistẽtiam accepisse. Nam, secundũ hãc blasphemiã, non verbum caro factũ est, sed verbum per gratiã habitauit in carne; hoc est, non Dei filius homo fact⁹ est, sed magis Dei filius habitauit in homine. Hæc ille: in constit. ut. super vnione Iacobinorum. Ité a Cõcilio Ephesino I. cap. 5. Si quis audeat dicere; hoiem Christum theophoron. i. deiferum: ac non potius Deum esse veraciter, dixerit, tanquã unicum filiũ per naturam; secundum quòd verbum caro factum est; & communicauit similiter, vt nos, carni & sanguini: Anathema sit. Hæc ibi. Item a quinta synodo Constantinopolitana action. 1. Anathematizamus impium Seuerum acephalum & abscisum, & semper alienum factum a Domino Deo Iesu Christo, & a sancta ipsius catholica & Apostolica Ecclesia, & impium eius dogma. Hæc ibi. Item a dictis sup. articulorum numero 8. Tertio uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli 6. intelligendus est, vt sonat.

¶ In corpore artic. unica est conclusio, responsiua quæsito, Gratia non potest intelligi vt medium in assumptione humanæ naturæ. Et probatur sic: Gratia tripliciter dici potest, dupliciter quidem in Christo, s. gratia unionis, & gratia habitualis, & tertio modo ipsa uoluntas Dei gratis donans: sed nullus istorũ modorum habet rationé medij in assumptione naturæ humanæ, ergo.

ergo. Probatur singillatim, primo de gratia unionis, quia est ipsũ esse personale gratis datum, quod in assumptione se habet; vt terminus, non ut medium. Secundo de gratia habituali, quia se habet vt effectus consequens vnionem, ut patet Ioã. 1. Tertio de voluntate diuina, quia se habet vt causa efficiens, non ut medium.

¶ Nota hic primo, q gratia pōt dupliciter inesse, s. formaliter, vel effectiue, & quia gratia primis duob. modis dr̃ formaliter tertio aũt effectiue, ideo in litera Auctor duplicem tñ in Chr̃o principio cot. art. dicit, s. vnionis, & habitus: utraq; .n. est formaliter in Christo. Diuina autem uoluntas est gratia effectiue, ac per hoc velut extrinseca causa, & propterea non est in litera connumerata inter gratias in Christo. illa siquide ꝓpositio, in, denotat esse in Christo formaliter, sicut forma est in subiecto.

¶ Nota secundo, q cum quis gratiose dat seipsum alicui, tunc ipsemet uocatur, & est gratia, iuxta cōem usum loquendi, quo concessum gratiose donũ, gr̃a uocatur, dũ dicimus, iste fecit mihi hãc gratiam, &c. Et hoc modo, quia res data humanæ naturæ in mysterio assumptionis est esse personale filij Dei, ideo ipsum esse personale, vt induit rationem doni gratiose concessi, uocatur gratia t vnionis autem, quia per vnionem habetur a natura, cui datum est. De hac tamen vnionis gratia propter uaria, quæ de ipsa dici uidentur in artic. vlt. 7. q. erit latior sermo.

¶ Nota tertio, q Auctor seipso doctior, opinionem quam in 3. Sẽt. secutus est, dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. de gratia habituali, q erat medium congruentiæ respectu assumptionis, hic confutat auctoritate. Ioan. Euang. Et sic tenet, quòd prius natura humanitas Christi assumpta est, q̃ gratia habituali donata, vt ex personalitate omnia fluenta gratiæ ro homine illo essent pleno gratiæ, & ueritatis.

S. Bon. 3. s. d. 13. q. 1. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 13. q. 1.
Rich. 3. s. d. 13. q. 1.
Duran. 3. s. d. 13. q. 1.
Capr. 3. d. 13. q. 1. con. 1.
Alb. Mag. 3. d. 13. ar. 1.
Medina ar. 1.

SVPER Q. VII. ART. I.

CONCL. Necesse est; ponere in Christo gratiam habitualẽ.

¶ PROB. Quia & ex vnione animæ Christi ad verbum; & ex nobilitate eiusdem secundũ seipsam; & ex habitudine Christi ad genus humanum, conclusio ista patet (vt uidere est singillatim de his tribus in tex.)

1m minor. Christus est Deus, nõ participatiue, sed secundum ueritatem. R. Non tamen aĩa Christi est diuina ſm ueritatem essentialem. §. Tunc nihil, &cæt. Ex hoc enim quod nõ est diuina per essentiam, oportet q fiat diuina per participationem, i. per gratiam. Ex textu isto excluditur hæresis cuiusdam Augustini de Roma dicentis (vt refert Cardinalis Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 1. cap. 68): q humana natura ĩ Christo est persona verbi; & q humana natura assũpta a verbo in unione personali est ueraciter Deus naturalis & proprius. Et hæresis Metamorphistarum dicẽtiũ: corpus Chr̃i esse Deũ, omnino proprie dici debere. Ex hoc enim, q anima Christi non est diuina per essentiã, cum tamen anima sit nobilissima pars humanæ naturæ, patet falsitas utriusque prædictarum positionum. Vide quoq; eas damnatas esse a dictis sup. articulorum numero 8. Et in Addition. articulorum numero 389. Cum Elucid. & 1. q. 14. ar. 16. & q. 75. ar. 7. cum Elucid. Secun-

* In q8. 2.

43
3. d. 13. q. 1. ar. 1. Et verit. q. 27 ar. 1. Et opusc. 3. c. 211 Et Io. 3. lect. 6.

QVÆSTIO VII.

De gratia Christo, prout est quidam singularis homo, in tredecim articulos diuisa.

DEINDA considerandum est de coassumptis a filio Dei in humana natura. Et primo de his, quę pertinent ad perfectionem: Secũdo de his, quæ pertinent ad defectum.

¶ Circa primum cõsideranda sunt tria. Primo, de gratia Christi: secundo, de scientia eius: tertio, de potentia ipsius.

De gratia autẽ Christi considerãdum est dupliciter. Primo quidẽ de gratia eius, ſm q est quidam singularis homo: secundo, de gratia eius, secundũ q est caput Ecclesiæ. nam de gratia vnionis iam dictum est.*

CIRCA primum quæruntur tredecim.

¶ Primo, vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.
¶ Secundo, vtrum in Christo fuerint virtutes.
¶ Tertio, vtrum in eo fuerit fides.
¶ Quarto, vtrum fuerit in eo spes.
¶ Quinto, vtrum in Christo fuerint dona.
¶ Sexto, vtrum in Christo fuerit timoris donum.
¶ Septimo, vtrũ in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.
¶ Octauo, vtrum in Christo fuerit prophetia.
¶ Nono, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.
¶ Decimo, vtrum talis plenitudo sit propria Christi.
¶ Vndecimo, vtrum Christi gratia sit infinita.
¶ Duodecimo, vtrum potuerit augeri.
¶ Tertiodecimo, qualiter hæc gratia se habeat ad unionem.

ARTICVLVS I.

Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q in anima assumpta a verbo non fuerit gratia habitualis. Gratia .n. est quędam participatio diuinitatis in creatura rõnali, ſm illud 2. Petr. 1. Per quẽ maxima, & p̃ciosa promissa nobis donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ. Christus autẽ est Deus, non participatiuè, sed secundum ueritatẽ. Ergo in eo non fuit gratia habitualis.

¶ 2 Præt. Gratia ad hoc necessaria homini, vt per eam bene operetur (ſm illud 1. Corin. 15. Abundantius omnib. laboraui, nõ ego aũt, sed gr̃a Dei mecum) & ẽt ad hoc q hõ consequat̃ uitam æternã, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei uita æterna: sed Christo ex hoc solo, q erat naturalis filius Dei, debebatur ei hæreditas uitæ æternæ, ex hoc etiam, q erat uerbum, per quod facta sunt omnia aderat ei facultas omnia bene operandi, non ergo secundum humanã naturã indigebat alia gratia, nisi unione ad uerbum.

2m illatio conclusionis. Non ergo secundum humanam, &cæt. R. Nisi operatio, & fruitio, in Christo secundum humanam naturam differrent ab operatione, & fruitione in ipso secundum naturam diuinã. §. Tũc nihil, &c. Nã tales operationes ac fruitiones in eo differunt ad inuicem. Tertium

¶ 3 Præt. illud quod operatur per modum instrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes: sed habitus fundatur in principali agente. Humana autem natura in Christo fuit, sicut instrumentum diuinitatis, ut dicit Dam.* in 3. lib. Ergo non debuit in Christo esse aliqua gratia habitualis. * Li. 3. ort. fid. c. 15. a med.

SED CONTRA est, q dicitur Isa. 11. Requiescet super eũ spũs dñi. Qui quidẽ in hoĩe esse dr̃ per gr̃am habitualẽ; vt in 1. parte dictũ est. † Ergo in Chr̃o fuit gr̃a habitualis. † p. p. q. 43. ar. 6.

RESP. Dicendum, q necesse est ponere in Christo gratiam habitualẽ, propter tria. Primo quidẽ, ꝑp unionem animæ illius ad uerbum Dei: quanto .n. aliquid receptiuum est propinquius causæ influenti, tanto magis participat de influentia ipsius. Influxus autem gratiæ est a Deo, secundum illud Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit dominus. Et ideo maximè fuit conueniens, ut anima illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundo, propter nobilitatem illius animæ, cuius operationes oportebat propinquissimè attingere ad Deum per cognitionem, & amorẽ, ad quod necesse est eleuari rõnalẽ naturã per gratiam. Tertio propter habitudinẽ ipsius Chr̃i ad genus humanum. Christus enim inquantũ, homo, est mediator Dei, & hominum, ut dicitur 1. ad Timot. 2. & ideo oportebat, q haberet gratiam ẽt in alios redundantem, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q Christus est uerus Deus ſm personã, & naturã diuinã: sed quia cũ unitate personæ remanet distinctio naturarũ (ut ex supradictis patet. †) aĩa Christi nõ est per suam essentiã diuina, vnde oportet q fiat diuina per participationem, quæ est secundum gratiam.

AD SECVNDVM dicendũ, q Chr̃o, inquãtũ est naturalis filius Dei, debet̃ hr̃ditas æterna, q̃ est ipsa beatitudo increata, p increatũ actũ cognitionis, & amoris Dei, eundẽ s. quo pr̃ cognoscit, & amat seipsum, cuius act⁹ aĩa capax nõ erat ꝑp dr̃iam naturę. Vnde oportebat, q attingeret ad Deũ p actũ fruitionis creatũ, qui quidẽ esse non pōt nisi per gratiam. Similiter etiam, inquantũ est uerbum Dei, habuit facultatem

3^m de maiori. Per modum instrumenti. R. Nullo modo agentis, sed solum acti. §. Tunc nihil, &c. Nã humanitas Christi est instrumentum, &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatũ: q in Chři aĩa fuit gřa habitualis. Vt Ioan. 1. Plenum gratię & veritatis. Nã hoc de gratia habituali intelligitur: vt patet ex contextu. Item Psal. 44. Vnxit te De^9 Deus tuus oleo lętitię præ consortibus tuis. Quod de Christo exponitur Hebr. 1. Item Isa. 61. Spiritus Domini super me, eo quòd unxerit me. Hoc enim intelligendum esse de Christo, habetur ex Luc. 4. vbi hæc prophetia recitatur. Item Actu. 4. Sanctum puerum tuum, quem vnxisti. Ex c. 11. Iesum a Nazareth quõ vnxit Deus Spũsancto. Per vnctionem aũt intelligendam esse gratiam habitualẽ docet, per ly vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. 1. Io. 2. Secundo oides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

*q. 19. a. 1.

cultatem omnia bene operandi operatione diuina: sed quia præter operationem diuinam oportet poni in eo operationem humanam (vt infra patebit*) oportuit in eo esse habitualẽ gratiã, per quam huiusmodi operatio in eo esset perfecta.

AD TERTIVM dicendum, quod humanitas Chři est instr̃m diuinitatis, non quidẽ sicut instr̃m inaĩatũ, quod nullo mõ agit, sed solũ agitur, sed tanq̃ instr̃m aĩa rationali animatum quod ita agit, quod etiam agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit, eum habere gratiam habitualem.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN diuisione q̃onum de gřa Chři aduerte, q tripliciter gřa in Chřo ponit̃, s. gřa unionis, gřa singularis, & gřa capitalis, & quia gřa vnioois ẽ ipsa cõstictio p̃sonalis Dei ad nam humanã (de qua tractatũ est) iõ Auctor dt q de ipsa tractatũ est, q̃uis nõ sub noĩe gřæ, sed rei, quæ est gratia, & p̃pea de alijs duab. tractandum est.

Titulus art. 1. intelligendus est, ut sonat, ita q non oportet q ly gřa limitet̃ ad gřam singularis hoĩs: qm statim, ut dicetur, gřa habitualis sufficienter exprimit̃, q de p̃fectione aĩæ in seipsa est quæst. habitus. n. est perfectio eius cuius est habitualis perfectio. Et ne idem sæpius repetatur, hoc eodẽ modo intelligendi sunt tituli sequentium articulorum de virtutibus, & donis.

¶In corp. artic. est unica conclusio rñsiua quæsito affirmatiuè. Necesse est ponere in Chřo gratiã habitualẽ. Probatur tripliciter primo, quia anima illa maximè propinqua est principio gřæ. Secũdo, q aĩa illa nobilissimas operationes uidẽdi, & amãdi Deũ habet. Tertio, q a Chřs mediator gratiam in alios redundantẽ habere debet. Vbi nota q ly necesse, in cõclusione positũ, nõ denotat necessitatẽ logicã, hoc, est, quod impossibile oĩno est aliter se habere: qm non est hic, qõ de tali necessitate nec rõnes in litera allatę ad hoc tendunt: sed est sermo de necessario f̃m ordinem reb. consonum, seu f̃m potentiam Dei ordinatã ita, q impossibile est aliter habere stante ordine a diuina sapientia statuto, sicut dicimus in naturalib. necessarium esse, q hõ fiat ab hoĩe, & leo a leone, & in artificialib. q domus fiat ab artifice, &c. & hoc concludunt rõnes literæ. Vtrum aũt id, quod in secunda rõne dr̃, s. q necesse est rõnalẽ creaturam per gřam eleuari ad uidendũ, & amandum Deum dicat necessitatem simpliciter, non est p̃ntis, propositi eni sat. est, q dicat necessitatem f̃m ordinem rebus statutum & consonum: sic enim animæ Christi conditiones exquirimus, & non semper de diuina omnipotentia disserimus.

¶In eodem art. circa rationem tertiam dubium occurrit, quoniam quęstio ista tota proposita est de gratia Christi, secundum q est singularis homo: ratio autem ista procedit de Christo, secundum quod est caput aliorum hominum: diuertere igitur videtur a gratia singulari ad gratiam capitalem.

¶Ad hoc dicitur primo, q quia alia est ratio medij, alia rõ capitis, ideo, quũ in litera sit sermo de Chřo, f̃m q est mediator, non sequit̃ q diuertat̃ ad Chřm, f̃m q est caput. Dr̃ secundo, & melius q gratia Christi in ordine ad genus humanum, siue f̃m ordinem mediatoris, siue capitis, siue aliquo alio simili modo habet in se duo, primo est bonum habentis, quoniam idoneum ac dignum formaliter redditur ipsum, ut sit mediator uel caput, &c. secundo est bonum aliorum, dum mediat, & influit, &c. Et licet secundo modo spectet ad gratiam capitalem, primo tamen modo spectat ad gratiam singularem. Et proprerea optimè in litera concluditur ex effectu meditationis, vel influxus in alios esse habitum in Christo dignificantem ipsum formaliter, & constituentem in tali eminentia, vt ex ipso in alios redundet gratia. Constat enim bonitatem, & dignitatem hanc magnum esse bonum singularis hypostasis, uel animæ: sicut si ex necessitate illuminandi alios inferrem, quòd illud in se valde lucidum oportet esse. Nulla ergo est diuisio, sed gratia singularis ex effectu concluditur.

S. Bon. 3 s. d. 13. q. 1. ar. 1.
Scot. 3 s. d. 13 q. 1.
Rich. 3 s. d. 13. q. 1.
Duran. 3. s. d. 13. q. 1.
Medina ar. 2.

44
Inf. art. 3. ad 1. Et d. 15. ar. 2. c. Et 3. d. 13. q. 1. art. 2. cor.

SVPER. Q. VII. ART. II.

COncl. Christus habuit omnes virtutes.

*li. 7. Eth. in princi. to. 5.

¶Proa. Quia ex gratia procedũt uirtutes, sicut ex essentia animæ potẽtiæ eius. Et gřa in Chřo fuit p̃fectissima.

¶Corol. Plus ergo probat, quã proposuerat. Non solũ enim probat, q omnes virtutes in Christo fuerunt, quod erat in conclusione propositum; sed ẽt, q uirtutes illas Chřs perfectissimè habuit. Talẽ probandi exuberantiam multis in locis a S. Doctore nobis exhibitam vltra p̃missum p̃ teipsum, si studiosus fueris, facile comperies.

*1. 2. q. 65 art. 1. & 2.

1^m de minori. Ad omnia rectè agendum. R. Vel mediatè, vel immediatè. §. Tunc nihil, &c. vt patet I tex.

*gl. ordin. ibi ex Cassiodo: o.

2^m illatio conclusionis. Ergo Christus, &c. R. Negat̃ illatio. §. Procedit. n. ex mala intelligentia p̃missarum. Nã habitus ille a philosopho dictus heroicus vel diuinus, &c. vt in tex. Ex quo dic, q conclusio debuerat sic inferri, Ergo Chřs habuit uirtutes modo perfectissimo. Quędam igitur probatio conclusionis articuli est pręsens argumentum sic intellectum.

*p. 2. q6. 110. art. 2. & 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerint virtutes.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q in Christo nõ fuerint virtutes. Christus enim habuit abundantiã gratiæ: sed gratia sufficit ad oĩa rectè agẽdũ, f̃m illud 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Chřo non fuerũt uirtutes.

¶2 Præt. Secundum Philosophum 7. Ethic.* uirtus diuidit̃ contra quẽdam heroicum siue diuinum habitum, qui attribuitur hominibus diuinis: hic autem maximè conuenit Christo. ergo Christus nõ habuit uirtutes, sed aliquid altius virtute.

¶3 Præt. Sicut in secunda parte dictũ est, †virtutes omnes simul habẽtur: sed Christo non fuit conueniẽs habere oẽs virtutes, sicut patet de liberalitate, & magnificentia, quæ habent actum suũ circa diuitias, quas Christus cõtẽpsit, f̃m illud Matt. 8. Filius hoĩs non hẽt ubi caput suũ reclinet: tẽperantia etiam, & continẽtia sunt circa concupiscentias prauas, quæ in Christo non fuerunt. ergo Christus non habuit uirtutes.

SED CONTRA est, quod super illud Psal. 1. Sed in lege Domini voluntas eius, dicit gl.* Hic ostenditur Christus plenus omni bono: sed bona qualitas mentis est uirtus ergo Christus fuit plenus omni uirtute.

RESP. dicẽdum, q sicut in 2. parte dictum est.* sicut gratia respicit essentiam aĩæ, ita uirtus respicit potẽtiam eius. Vnde oportet q sicut potentiæ animæ deriuantur ab eius essentia, ita virtutes sint quædam deriuationes gratiæ. Quanto autẽ aliquod principium est perfectius, tãto magis imprimit suos effectus. Vnde cum gratia Christi fuerit p̃fectissima consequens est quòd ex ipsa processerint virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ quantum ad omnes animæ actus: & ita Christus habuit oẽs virtutes.

Tertium

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gratia sufficit homini, quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinem: horum tamen quædam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia hmõi, quædam aũt mediantib. uirtutibus, quæ ex gratia procedũt.

AD SECVNDVM dicendum, q habitus ille heroicus, vel diuinus, non differt a uirtute cõmuniter dicta, nisi f̃m perfectiorem modum, in quãtum, s. aliquis est dispositus ad bonum quodam altiori modo, quã communiter omnib. cõpetat. Vnde per hoc non ostenditur q Christus non habuerit uirtutes, sed q habuerit eas perfectissimè ultra cõmunẽ modum: sicut etiam Plotinus posuit quendam sublimem modum virtutum, quas esse dixit animi purgati.

3[m] minor. Christo non fuit conueniens habere omnes virtutes. R. Negatur. §. Ad probationem de liberalitate, magnificentia, & temperantia, dr: ꝙ non tantum nihil concludit contra articuli conclusionem; sed etiam stat maxime in fauorem eius: vt patet consideranti textum. De continentia verò. ſ. qood Christus eam, ut Philoſophus accipit; non habuerit; hoc non oſtendit conclusioné, de uirtutibus, non de iis, quæ ſunt minus uirtute loquentem.

Ad tertium dicendum, ꝙ liberalitas & magnificentia commédatur circa diuitias, inquantum aliquis non tantum appretiatur diuitias, ꝙ uelit eas retinere, prætermittendo, id quod fieri oportet. Ille autem minimè diuitias appretiatur, qui penitus eas contemnit, & obiicit propter perfectionis amorem. Et ideo in hoc ipſo, ꝙ Christus omnes diuitias contempſit, oſtendit in ſe ſummum gradum liberalitatis & magnificentiæ: licet etiam liberalitatis actum exercuerit, ſecundum ꝙ ſibi conueniens erat, faciendo pauperibus erogari, quæ ſibi dabantur. Vnde cum dñs Iudæ dixit, Ioan. 13. Quod facis, fac citius, diſcipuli intellexerunt dominum mandaſſe, quòd egenis aliquid daret. Concupiſcentias autem prauas Christus omnino non habuit, ſicut infra patebit: † nec propter hoc tamen excluditur quin habuerit temperantiam, quæ tanto perfectior eſt in homine, quanto magis prauis concupiſcétiis caret. Vnde ſm Philoſophum 7. Ethic. *téperatus in hoc differt a continente, ꝙ temperatus nõ habet prauas concupiſcentias, quas continens patitur. Vnde ſic accipiédo continentiam, ſicut Philoſophus accipit, ex hoc ipſo, ꝙ Christus habuit omné uirtutem, non habuit cõtinentiam, quæ non eſt d virtus, ſed aliquid minus uirtute.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S.Dei. Ex artic. habes primo: quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe a ſcripturis inſinuatum: qood Christus habuit omnes uirtutes: vt per hoc, quò dicitur Ioan. 1. Plenũ gratiæ. De plenitudine ſiquidem gratiæ profluunt virtutes plenæ. ideſt, proportionaliter ad illam plenitudinem perfectæ. Item per ly vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ pꝛ cõſortibus tuis. Pſal. 44. Nam cum hoc lætitiæ oleum i. gratia in conſortib. Christi, i. hominibus iuſtificatis cauſet virtutes, patet: ꝙ multo magis in Chřo illas cauſauit, inquantum, ſ. modo heroico, vt ad ſecuodum. Item per id, quod dr Hebr. 7. Talis decebat; vt nobis eſſet pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus. Ite Act. 10. Ieſum a Nazareth quumodo vnxit Deus Spiritusſancto, & virtute. Item per ly diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde Matth. 11. Ex hoc enim quòd in Christo fuerunt hæ uirtutes, ſcilicet mititas & cordialis humilitas, docemur; quod omnes fuerunt in ipſo: quoniam uirtutes connexæ ſunt. 1. 2. quæſtio. 65. artic. &cæt. Item per ly Cœpit facere, & docere Actu. 1. His enim uerbis innuitur; ꝙ Christus habuit perfectiones, quas docuit. Cum ergo docuerit nos uirtutes, ſcilicet miſericordiã & cæteras, de quibus patet in Euangelio paſſim: conſtat ex hoc, quod uirtutes illas modo ſibi conuenienti habuit. Vide art. 3. ad ſecundum, pro captu de ly modo ſibi conuenienti. Doctrina itaque Christi eſt quædam forma ſuæ probitatis, & virtutis expreſſa. Secundo vides: quomodu ex ijs bene penſatis & applicatis, doctrina pręſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur. a

*q. 15. art. 1. & 2.

* li. 7. ethi. c. 9. nõ remote a fine tom. 5.

D. 389.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo 2. art. q. 7. aduerte, ꝙ qõ eſt de virtutib. quæ ſimpliciter vocantur virtutes, quales in philoſophia, & in theologia ſimul ſunt morales & rurſus in theologia ſunt theologales: hæ enim bonum faciũt habenté. Intellectuales auté uirtutes nõ ſimpliciter bonum, ſed ſm intellectum faciunt hoiem bonum: non. n. dr hõ bonus ex hoc, ꝙ eſt doctus, ſed ex hoc ꝙ iuſtus, temperatus fortis, &c. Vñ de illis poſtea erit qõ ſ. de ſcia aiæ Chři tractabit.

¶In corpore artic. unica eſt concluſio rñſiua quæſito affirmatiue, Chřs oẽs uirtutes habuit. Probatur, gratia Chři fuit pfectiſſima, ergo ex ipſa proceſſerunt uirtutes ad perficiendum ſingulas potentias animæ, quantum ad oẽs aiæ actus. ergo Christus habuit omnes virtutes. Antecedens ſupponit. Conſequentia prima: quãtum ad duo in ea contenta probatur, primum eſt, ꝙ ex gratia pcedant uirtutes: ſecundum eſt, quod ex perfectiſſima procedant virtutes ad perficiendum ad omnes actus animæ. Primum probatur. Sicut gratia eſt in eſſentia animæ, ita virtus in potentia. ergo ſicut ab eſſentia fluunt potentiæ, ita a gratia uirtutes. Secundum vero probatur, quia quanto aliquid principium eſt perfectius tanto magis imprimit ſuos effectus.

¶Nota hic circa ſenſum concluſionis, quod inferius explicãdũ reſtat, qño cum hoc, ꝙ Christus habuit omnes uirtutes, ſtat quod non habuerit virtutem fidei, nec ſpei. Et ſtat reſolutio in hoc, ꝙ Christus habuit omnes uirtutes non ponentes ex ſui ratione defectũ aliqué in aĩa Chři, qui ſimul erat uiator, & cõprehéſor. Cæteta huius rõnis diſcuſſa ſunt ſuperius, quũ de gřa tractatum eſt.

¶In rñſione ad ſm euſdé artic. habes ab Auctore ſolõné illius qõnis. An uirtus heroica differat ſpé a uirtute cõiter dicta. hinc. n. aperte hẽs parte negatiuã. dũ dr, ꝙ nõ differt niſi ſm pfectioré modũ. Eſt ergo excellẽtia heroica in mõ, non in formali dřia ſita. Et hoc Auctor quaſi pbat ex ſimili apud Plotinũ. Vbi patet non eſſe dřiam formalé, ſed maioris, & minoris pfectionis tñ. Et conſonat rõni fugienti ad inſtar naturæ pluralitaté, ubi unũ ſufficit. Cõſtat. n. ꝙ ad actũ fortitudinis, quãtũcunq; celſum ſufficit fortitudinis latitudo: ſicut in naturalib. uidemus, ꝙ ad quãtũcunq; illuminationis actum ſufficit latitudo luminis, & ad actum frigefactionis, latitudo frigoris, & ſic de alijs.

¶In rñſioue ad tertiũ aduerte, ꝙ in uirtutib. q̃ ſunt paſſionum moderatiuæ (vt ſunt iſtæ in quib. eſt ſermo hic) duo inueniũt pñt. Primũ eſt intus in aĩa, & hoc eſt interior diſpõ appetitus humani. vt ſic ſit diſpoſitus, ne abduci poſſit a recto pp paſſiones, & hoc eſt ſimpłr neceſſarium haberi p uirtuté. Et quoad hoc oẽs morales virtutes moderatiuæ paſſionũ optime ſaluanť in Chřo, dũ aĩum ſic habituatũ intus habuit, tã circa diuitias q̃ circa uenerea, ut penitus abiecerit illa a ſe, ſm rectã rõnem, & ideo ſumme in eo commendat, & liberalitas, & magnificentia, & téperantia. Secundũ eſt quo ad actus exercitiũ, & ſic nõ oportet Chřm oĩs uirtutis pprio actu exteriori vti: qñ nũq̃ fuit tps, quo cõueniẽs eſſet pſonæ ſuæ, ꝙ uteretť oĩb. ſed aliqb. tñ. Nũquã. n. fuit tps utẽdi magnificẽtia, q̃ eſt circa magnos ſumpť, qa nũquã fuit cõueniẽs. vt eſſet diues, & haberet vnde magnos ſumpeus faceret, qui quum eſſet dñs omnium factus eſt egenut propter nos. Et ideo in litera actu liberalitatis dicitur uſus, non autem actu magnificentiæ.

¶In eadem rñſiooe ad tertiũ attende, ꝙ cauté Auctor loquiť negando in Christo continentiã, dum limitat continentiæ rõnem ad Ariſt. vſum: nã ſumendo continentiæ nomen, & rõnem communiori vſu, nihil prohibet Christum continentem appellare.

Medina ar. 3.

45

Infr. ar. 4. cor. & ar. 8 ad 2. & ar. 9. ad 1. & t. 2. q. 65. ar. 5. ad 1. Et 3. d. 13. q. 1. 2. 2. q. 1. ad 1. Et d. 16. ar. 2. ad 3. Et uerit. q. 29. ar. 5. ad 15. Et uer., q. 4. ar. 1. ad 11.

SVPER Q. VII. ART. III.

COncl. In Christo fides eſſe non potuit.

¶Prob. Quia Christus ab inſtanti ſuæ cõceptionis uidit plené Deum per eſſentiam. q. 10. arti. 1. Et fides eſt de Deo non viſo 2. 2. q. 1. ar. 4.

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit fides.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit fides. Fides enim eſt nobilior uirtus, quàm virtutes morales, puta téperantia, & liberalitas. Huiuſmodi autem virtutes fuerunt in Christo, vt dictum eſt. *Multo ergo magis fuit in eo fides.

*Ar. pced.

¶2 Præt. Christus nõ docuit virtutes, quas ipſe non habuit, ſecundũ Hebr. 12. quòd eſt auctor, & conſummator fidei. ergo illud Act. 1. Cœpit facere, & docere: ſed de Christo dicitur in eo maximè fuit fides.

¶3 Præt. Quicquid eſt imperfectionis excluditur a beatis: ſed in beatis eſt fides, nam ſuper illud Ro. 1. Iuſtitia Dei reuelatur in eo ex fide in fidé, dicit gl. † de fide uerborũ, & ſpei in fidem rerum, & ſpeciei. ergo videtur, quod etiã in Christo fuerit fides, cum nihil imperfectionis impottet. †Glo. ord. ibidem.

Sed contra eſt, quòd dicitur Hebr. 11. quod fides eſt argumenmm non apparentium: ſed Christo nihil fuit non apparens, ſecundum illud, quod dixit ei Petrus, Ioan. vlt. Tu omnia noſti. ergo in Christo non fuit fides.

Resp. Dicendum, ꝙ ſicut in ſecunda parte dictũ eſt, * obiectum fidei eſt res diuina non viſa. Habitus autem virtutis ſicut, & quilibet alius recipit ſpeciem ab obiecto. Et ideo excluſo, quod res diuina ſit non uiſa, excludiť ratio fidei. Chřs aũt a primo inſtanti ſuæ, cõceptionis plenè vidit Deum * 2. 2. q. 1 art. 4.

1m conclusio. Multo ergo magis fuit in eo fides. R. si fides cum illa sua nobilitate materiæ, nõ importaret defectus comparatiue ad ipsam materiam. §. Tunc nihil,&c. Na virtutes morales in sui ratione hmõi defectum,&c. vt in tex. 2m de maiori. Quas. R. Vel quarum meritum. §. Tunc nihil,&c. Quamuis enim Christus non habuerit habitum fidei; quicquid tamen ad meritum fidei pertinet, habuit. Et sic saltem. s. quo ad meritum intelligitur illud. Actu. 1. 3m minor. In beatis est fides. R. Impropriè accepta. §. Tunc nihil,&c. Nam articuli cõclusio loquitur de fide propriè dicta. Duo importantur in fide. s. non visio creditorum, & firma certitudo de creditis. Quando vtraque verificantur de fide (ut patet in fide viatorũ), tunc fides dicitur propriè fides; tanquam. s. habens totam fidei definitionem, quæ in prædicta duo resoluitur: qñ autẽ vnum solũ de fide verificatur (ut patet in fide compræhensorum), tunc fides uocatur impropriè fides; tanquam scilicet aliquid tantum ad fidem pertinens, habens; Cum hoc etiam adaptationem quandã habet ad hoc, quòd uocetur fides: quia visio succedit fidei.

Deum per essentiã, ut infra dicet.* Vnde in eo fides esse non potuit.

Ad primum ergo dicendum, q fides est nobilior uirtus uirtutib. moralibus, quia circa nobiliorem materiam: sed tñ importat quendã defectum in comparatione ad illam materiam, qui defectus in Christo non fuit. Et ideo non potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo uirtutes morales, quæ in sui rõne huiusmodi defectũ non important per comparationem ad suas materias.

Ad secundum dicendum, q meritum fidei cõsistit in hoc, q homo ex obedientia Dei assentit illis, quæ non uidet, sm illud Rom. 1. Ad obediendũ fidei in oĩbus gentib. pro noie eius. Obedientiã autẽ ad Deũ plenissimè habuit Christus, sm illud Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem. Et sic nihil ad meritum pertinens docuit; quod ipse excellentius non impleret.

Ad tertium dicendũ, q sicut glossa ibidẽ dicit,* fides propriè est, qua creduntur, quæ non uidentur: sed fides, quæ est rerum uisarum impropriè dicitur, & secundum quandam similitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhæsionis.

*Augu. in li. 2. quæst. Euang. q. 39. in pri. to. 4.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis; quòd fides non fuit in Christo. Vt Hebr. 11. secundum q adducitur in argumen. contr. Pro quo recolenda est regula de locis dialecticis: quod scilicet a quocunque remouetur diffinitio, remouetur & diffinitum. Quæ quidem regula non tantum uerificatur de re, sed etiam de modo: hoc est, quod & diffinitum remouetur ab eo, a quo remouetur diffinitio; & eo modo (puta propriè, uel impropriè) quo remouetur diffinitio ab ipso, remouetur quoq; diffinitũ. Vide ad tertium. Pro authoritate illa Ioan. vlt. Tu omnia nosti, aduerte: quod ad propositum hoc insinuandum multum facit, q Petrus hanc dixerit. Si enim secundum conditionem personarum proferentium verba cõ mensurandus est sensus uerborum ab eis intentus (ut habetur ex contra gentes lib. 4. cap. 4. de Socrate & Platone): facilè dicemus, quod Petrus per ly omnia nosti, etiam visionem diuinæ essentiæ cointellexit: quandoquidem Christo, cui nunc ista dicebat, antea a patre luminum edoctus, excedens semetipsum & coapostolos dixerat Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

D. 606.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus tertii articuli clarus est de fide, quæ est uirtus theologica, inquirens an fuerit in Christo.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue. In Christo non potuit esse fides. Probatur, obiectum fidei est res diuina non uisa. ergo excluso, q res diuina sit non uisa, nõ remanet ratio fidei. ergo in Christo nõ potuit esse fides. Antecedens ex priori patet lib. Prima consequentia probatur, quia habitus virtutis recipit speciem ab obiecto, sicut etiam, quilibet alius habitus. Secunda vero consequentia probatur, quia Christus ab instanti suæ conceptionis pleoe uidit Deum per essentiam.

¶ Sed occurrit statim hoc dubium, quum obiectum habeat rationem materiæ circa quam uersatur habitus, quo pacto ex defectu materiæ, circa quam potest inferri defectus habitus, quum cõtingat pauperem esse magnificum, & de Christo hoc iã affirmatũ est, & tñ defectus diuitiarum, seu magnorum sumptuũ (circa quos est magnificentia) interuenit. Cur nõ põt similiter dici, q in Christo fuit fidei habitus, quãuis defuerit illius materia, circa quam, s. res diuina non apparens, sicut fuit in eo magnificentia, quãuis illius defuerit materia circa quam.

¶ Ad hoc dr̃, q quãuis materia, circa quã uersat̃ uirtus & obiectum coincidere inueniant̃, alia tñ est rõ formalis obiecti, & alia ratio propria materię. Et iõ si deficiat aliquid sub rõne materiæ, non propterea oportet deficere habitum: sed si deficit sub rõne formali obiecti, oportet habitus illius rõnem formalem deficere. Et si impossibile fuit, & est obiectum aliquod formaliter locũ habere respectu alicuius, impossibile quoq; est, & fuit in illo locum habere habitum illum. In proposito aũt totũ oppositum inuenit̃ respectu magnificentiæ, & fidei, quia respectu fidei, res, quæ sunt materia, quæ creduntur, inueniuntur apud intellectum Christi, ut Trinitas, &c. sed non sub illa ratione formali qua creduntur, quia non ut non uisæ, quia huiusmodi rõ formalis ponit imperfectionẽ in Christi anima: & iõ nec fuit, nec esse potuit i Chro habitus fidei. Respectu aũt magnificentiæ, res, quæ sunt materia magnificentiæ, vt diuitiæ, defuerunt, sed ratio formalis earum, quomodo, s. qñ, vbi sicut, pro quo, &c. oportet, exponendæ essent non deerat animo Christi: quia hæc nullam imperfectionem ponit intus in anima eius, sicut nec etiam defectus materiæ magnificẽtiæ redundabat in aliquam imperfectionem animæ. Et ideo optimo ex defectu obiecti formalis defectus fidei conclusus est: ex defectu autem materiæ magnificentiæ non sequitur defectus magnificentiæ interioris.

¶ In rñsione ad secundum eiusdem articuli, nota glossam aliã, qño oẽs virtutes, includendo etiam fidẽ, & spem, fuerunt in Christo, s. quantum ad meritum: impleuit siquidẽ excellentius quicqd meritorii actus est, tam credendo, quã sperando, quamuis nõ eodem modo: quia non credendo, aut sperãdo: sicut quicquid cognoscit sensus, cognoscit intellectus, sed non eodem modo.

Medina ar 4.

SVPER Q. VII. ART. IIII.

46

Conc. 1. Christus virtutem spei nõ habuit; tamen spem habuit respectu aliquorũ, quæ nondum erat adeptus.

¶ Prob. Quia Christus a principio suæ cõceptionis plenè habuit fruitionem diuinam: & spes, inquantum est uirtus expectat fruitionẽ ipsam. Secunda autem pars. s. tamen, &c. probatur; quia per spem põt quis ẽt in alijs, a fruitione diuina, auxiliũ Dei expectare (vt patet) pportionaliter de habẽte fidem:) & Chrs expectabat immortalitatẽ atq; gloriã corporis.

¶ Coroll. Ergo in Christo spes minus defuit; quã fides. Nam respectu aliquorũ ex consequẽti ad fruitionẽ diuinã se habentium fuit in ipso spes; qm cũ fruitiõe ipsa stabat aliquorum carentia, quæ expectabantur: Sed fides respectu quorũcunque nõ fuit i eo, qm cũ plenitudine cognitionis, quam

*Ar. pręc.

Infr. ar. 6. ad 1. & ar. 1. ad 2. & ar. 9. ad 1. Et 1. 2. q. 65. a. 5. ad 3. Et 1. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. Et 3. d. 26. q. 2. a. 5. q. 1. & d. 36. ar. 2. ad 3. *2. 2. q. 17 ar. 5. ad 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Christo fuerit spes.

Ad qvartvm sic proceditur. Videt̃ q in Christo fuerit spes. Dr̃ enim in Psal. 30. ex psona Chri, In te dñe speraui: sed uirtus spei est, qua homo sperat in Deum. Ergo uirtus spei fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Spes est expectatio futuræ beatitudinis, vt in 2. parte habitum est: sed Christus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinens, uidelicet gloriam corporis. ergo uidetur, quòd in eo fuerit spes.

¶ 3 Pręt. Vnusquisque põt sperare illud quod ad eius perfectionẽ pertinet, si sit futurum: sed aliquid erat futurũ quod ad perfectionem Christi pertinet, secundum illud Ephes. 4. Ad consummationẽ sanctorum in opus ministerii, in ædificationẽ corporis Christi. ergo uidetur, q Christo competebat habere spem.

Sed contra est quod dicit̃ Rom. 8. Quod uidet quis, quid sperat? Et sic patet, quod sicut fides est de non uisis, ita & spes: sed fides non fuit in Christo sicut dictũ est.* ergo nec spes.

Resp. Dicendum, q sicut de rõne fidei est, q aliquis assentiat his, quæ non uidet, ita de rõne spei est

 quam

quam ipse de quibuscunque habebat, non poterat manere fides respectu aliquorum.

1m ex Psal. Sperani. ℞. Spe communiter dicta. §. Tunc nihil, &c. Ex hoc enim non habetur, ꝙ in Christo fuerit spes virtus theologica: quam in eo non fuisse, dicit conclusio. obiecto enim formali remoto non potest non remoueri id, cuius est obiectum: licet remaneat aliquo modo nomen eius. Diuina autem fruitio absens, est obiectum spei formale, ut uirtus theologa est: quod quidem obiectum non erat in Christo. Ideo spei uirtutis habitus ab eo in textu iure negatur: licet nomen spei, extensione quadam vsitatũ remansisse in ipso concedatur.

2m de maiori. Quæst.34. a.4. Futuræ beatitudinis. ℞. Animæ. §. Tunc nihil, &c. Nam minor trãsit ad beatitudinem corporis: quæ non est obiectum spei; sed quoddã consequens ad ipsum obiectum, inquantũ, s. ex fruitione diuina, q̃ participatur ab anima, redũdat glia in corpus.

3m de maiori. Ad eius perfectionem. ℞. Quam se perfectus est. §. Tunc nihil, &cæt. Nam ædificatio Ecclesiæ per conuersionem, &cæt. vt in tex. vbi nota in fin ꝙ ly ratione inducta, refertur ad rationẽ ab argumento ex Eph.4. nunc inductam. Ac si dixerit. Ratio in argumento inducta non cogit ad ponendum proprie spẽ in Chro.

A P-

ꝙ aliquis expectet id, quod nõdum habet. Et sicut fides, inquantũ est uirtus theologica, nõ est de quocũq; nõ viso, sed solũ de Deo, ita ẽt spes, inquantũ est uirtus theologica, habet pro obiecto ipsum Deum, cuius fruitionem homo principaliter expectat per spei virtutẽ: sed ex cõsequẽti, ille, qui hẽt uirtutẽ spei, põt ẽt in alijs diuinũ auxiliũ expectare, sicut, & ille, qui hẽt uirtutem fidei, nõ solum credit Deo de reb. diuinis, sed de quibuscunque alijs diuinitus sibi reuelatis Christus autem a principio suæ conceptionis plene habuit fruitionem diuinam, vt infra dicet, & ideo uirtutem spei non habuit, habuit tamen spem respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, licet non habuerit fidẽ respectu quorumcumque, quia licet plenè cognosceret omnia, per quod totaliter fides excludebatur ab eo, non tamen adhuc plene habebat omnia, quæ ad eius perfectionem pertinebant, puta immortalitatem, & gloriã corporis, quam poterat sperare.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ hoc non dicitur de Christo secũdum spem, quæ est uirtus theologica, sed eo, ꝙ quædam alia sperauit nondũ habita, sicut dictum est. *

Ad secundum dicendum, ꝙ gloria corporis non pertinet ad beatitudinẽ, sicut in quo principalr beatitudo cõsistat, sed per quãdã redundantiã a gloria aiæ, vt in 2. parte dictũ est, † Vnde spes sm ꝙ est uirtus theologica, nõ respicit beatitudinẽ corporis, sed beatitudinem animæ, quæ in diuina fruitione consistit.

Ad tertium dicendũ, ꝙ ædificatio Ecclesiæ per conuersionem fidelium, non pertinet ad perfectionem Christi, qua in se perfectus est: sed sm ꝙ alios ad participationem suæ perfectionis inducit. Et quia spes dicitur propriè respectu alicuius, quod expectatur ab ipso sperãte habendum, non propriè potest dici, quòd uirtus spei Christo, ratione inducta conueniat. *

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis, & Leone I. insinuatum: ꝙ spes uirtus non fuit in Christo. A scripturis quidem ad Christum loquentibus, vt Psal.64. Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Per hoc enĩ ꝙ humanitati assumptæ attribuit beatitudinem, quæ est inhabitare in atrijs diuinis; de quib. quia ibi tanq̃ ĩ loco spacioso ut De⁹ Deorum in Syon, dicitur Psal.83. melior est dies una in atrijs tuis super millia: per hoc, inquam, satis demonstratur intentum. Nam dum a Christo tollit obiectum spei, quod facit ponendo in ipso fruitionem beatificæ uisionis; eodem tenore simul tollit ab eo spei virtutem. Vide tex. corp. & ad secundum. item quæstio.4. artic.3. ad primum. A Papa etiam Leone insinuatur idem per hoc, ꝙ ait. Nec verbũ in carnẽ, aut in aĩam, aliqua sui parte cõuersum est, cũ simplex & incõicabilis natura Deitatis tota sit semp in sua essentia, nec dãnum sui recipiens, nec augmentũ: & sic assumptam naturã beatificans, vt glorificata in glorificante pmaneat. Hæc ille: in epist. nume. 11. ad Iulianum epm Coensem. Ex ly beatificans, &c. discurre, ut supra de ablatione obiecti spei. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccl. S.Dei.

*In cor.ar.

† p. 2.q.4. art.6. & q. 67.art.4.

* in arg. 1.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, de spe, quæ est uirtus theologica quærens.

¶ In corp. ar. duo sunt: primo, rñdeĩ q̃sito negatiue, s. in Christo non fuit spes: secundo, ponit dĩa inter defectũ fidei, & defectũ spei in Chro, quantũ ad hoc, quod fides nullo mõ fuit in Christo, spes aũt quantũ ad secundario sperata, in Chro fuit. Primũ probatur sic. Spes est de Deo nõ habito ut obiecto. ergo in Chro nõ fuit spes. Ans probatur quoad duo, s. & ꝙ spes sit de non habito ut obiecto, & ꝙ sit de Deo non habito ut obiecto. Primũ probaĩ ex proportionalitate fidei in assentiendo, & spei in expectãdo. Secundum ẽt probaĩ ex conuenientia theologicarum virtutũ: quia oẽs sunt de Deo ut obiecto. Consequentia aũt probaĩ: quia Chrs ab initio conceptionis suæ plene fruitionem diuinã habuit. Dĩa aũt secundo loco proposita inter fidem, & spem in Christo declaraĩ, ponendo primo conuenientiam extensiuã fidei, & spei, quia. s. vtraque est de solo Deo vt obiecto, & extendiĩ ad alia a Deo secundario, & subiungendo deinde dĩam cum sua rõne, ꝙ fides nec quantum ad principale creditum, nec quantũ ad secundario credita, locũ habet in Christo, quia hoc poneret imperfectiõnẽ cognitionis diuinæ in anima Chri. Spes aũt quantum ad secundario tm̃ separata in Christo locũ habuit, quia non omnia sperata habebat actu a principio, ut patet, de immortalitate corporis, & eiusdẽ gloria, quibus tñ carere nullam imperfectionem posuit in anima Christi: sed spectat ad assumptionem defectuum corporaliũ, quos dispẽsatiue ob immensam suam misericordiam, pro nobis assumpsit.

¶ Occurrit hic statim dubiũ, an spes in Chro respectu secũdario speratorũ, fuerit habitus aliquis, an solus actus sperãdi, & an theologicus, an moralis, siue actus, siue habitus fuerit. Et est rõ dubij, quia nihil prohibet fuisse habitum, quin potius si non fuit habitus, vr ꝙ actus ille sperandi fuit imperfectus, utpote, natus elici p habitũ (ut patet in nobis,) & de facto elicitus sine habitu. Quod sit ẽt theologicus, vr ex eo ꝙ actus sperandi respectu secundario speratorũ est ex suo gñe actus theologicus (ut patet in nobis) ergo si est ab habitu, oportet ꝙ sit ab habitu, qui uirtus est theologica.

¶ In oppositum aũt est, quia si est habitus, oportet ꝙ sit habitus spei, sed nõ est habitus spei, q a deficit rõ formalis obiecti, ergo. Et per idem patet, ꝙ nõ est habitus theologicus, quia, s. non est uirtus theologica, quæ est spes. Et ꝙ ẽt non sit actus theologicus, appareret, quia deficiente rõne formali obiecti theologici, deficit quoq; actus theologicus: sed cõstat hic deesse rõnẽ formalẽ obiecti theologici, quia non est hic Deus non habitus. ergo actus sperãdi gloriã corporis, non est actus theologicus: par siquidẽ rõ est actus, & habitus, quo ad specificari ex rõne formali obiecti, ita ꝙ cessante rõne obiecti, cessat specificatio tã habitus, quam actus ex obiecto.

¶ Ad primum horum dr, ꝙ in Christo nullus fuit habitus spei respectu secundario speratorum, quia nullus habitus infusus fuit in ipso, quin similis fuerit in hoibus sanctis, uel uiatorib. quum constet ꝙ ẽt habitus gratiæ capitalis sit secundũ essentiam idem, quod habitus gratiæ, (vt infra patebit) certũ est autem, in hominibus non esse talem habitum spei diuersum a spe uirtute theologica. igitur nec in Christo fuit huiusmodi habitus.

¶ Et quũ obijcit, ꝙ actus spei in Chro fuisset imperfectus sine habitu, negatur: Et ad probationẽ, Oĩs actus natus informari habitu, est sine habitu imperfectus, rñdetur dupliciter, & vtroq; mõ bene. Primo, ꝙ ista propositio non est uera in actu, nõ oĩno eiusdem rõnis, qualis est actus spei in Christo. Nã actus, quo speratur immortalitas, & gloria corporis, non est oĩno eiusdem rõnis ex parte obiecti in nobis, & Chro, quia in nobis habet rõnẽ ardui gloria illa, in Chro aũt non. Et rõ est, quia habenti gloriã animæ, gloria corporis paruum quid est, & vr. Secũdo, ꝙ illa propositio nõ est uera, qñ principium elicitiuum actus est melius dispositum ad actum illũ, q̃ si esset habituatũ. Sic aũt est in proposito, qm uolũtas Christi fruẽs Deo nõ in spe: sed in re est melius disposita ad expectandũ secundario sperataq; q̃ si haberet habitũ spei, quãto certior, & excellẽtior est res, q̃ spes. Quocirca expectatio, qua uoluntas Chri fert in secundario sperata, deficit a rõne actualis spei, & ex parte obiecti, & ex parte subiecti, & magis habet rõnẽ desiderij, quã spei. Nec mirũ, quia cũ spes sit de gñe imperfectorũ, quanto minus spei hr, tanto magis ab imperfecto receditur. Vtraq; rñsio clara sit, si ad beatos aspexeris, in quib. spes est, & non est sicut in Christo: expectant enim corporis gloriam immortalem.

¶ Ad secundum dr, quod actus põt dici theologicus dupliciter: vel ex parte elicitiui principij, vel ex parte principalis obiecti. Et quòd actualis illa spes corporis immortalis, licet ex parte elicitiui principij non sit de facto actus theologicus (quia nõ est actu a uirtute theologica) est tñ quantum est ex suo gñe actus secundarius tñ uirtutis theologicę. Ex parte uero obiecti formaliter, est magis theolo-

theologicus actus, quam si esset a uirtute theologica, quoniã si esset a uirtute theologica, s. spe, obiectum formale esset Deus habẽdus: quia in ordine ad Deum habendum speramus gloriam corporis. In Christo autem sicut, & in beatis ratio formalis obiecti est Deus habitus: hæc enim ratio succedit sperato pricipali, q formale obiectum est spei, ac per hoc respectu sperãtis Chři, & beatorum loco obiecti formalis suæ spei succedere vr, & consequenter actum secundarium spei remanentem magis theologicum reddit.

SVPER Q. VII. ART. V.

CONCL. In Christo fuerunt excellentissime dona.

47 ¶PROB. Quia anima Christi pfectissime mouebatur a spiritusancto Luc. 4. Et dona sunt pfectiones potentiarum animæ, secundũ quod natæ sunt moueri. i. secundũ quod facile sũt mobiles, a Spiritusancto. 1. 2. q. 68. ar. 1.

1m minor. Quod est in se perfectum, non indiget exteriori auxilio. R. Ad hoc, vt perficiat in se eo modo tantum, quo prius erat. §. Tunc nihil, &c. Stat enim cũ hoc, quod illud in se pfectũ indigeat exteriori auxilio ad hoc; vt pficiatur alio modo, quã prius in se perfectum erat. Et sic contingit in proposito. Nam uirtutes, quæ perficiunt potentias animæ, secundũ quod ducuntur ratione, &c. vt in tex.

*li. 6. Eth. c. 3. & seq. to. 5.

2m de maiori. Eusdem. R. Secundũ idem. §. Tunc nihil, &c. Stat enim simul: q eiusdem secundũ diuersa, sit dare & recipere. Et sic fit in proposito. Nã Chřs nõ, &c. vt in tex.

*Glo. ord. ibidem.

†P. 2. q. 68 art. 1.

3m minor. Christus habuit cõtemplationem patriæ. R. Et etiam cognitionem uiæ. §. q. 34. art. 4. Tunc nihil, &c. vt de se patet.

Item illatio conclusionis. Ergo non, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo fuerint dona.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q in Christo non fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium uirtutum: sed id, quod est in se perfectum, non indiget exteriori auxilio. Cum igitur in Christo fuerint uirtutes perfectæ, uidetur, quòd in eo non fuerint dona.

¶ 2 Præt. Non uidetur esse eiusdem dare dona, & recipere, quia dare est habentis, accipere autem non habentis: sed Christo conuenit dare dona, secũdum illud Psalm. 67. Dedit dona hoibus. ergo Christo non conuenit accipere dona Spũsancti.

¶ 3 Præt. Quatuor dona uidentur pertinere ad contemplationem viæ, scilicet sapientia, scientia, intellectus, & consilium, quod pertinet ad prudentiam, vnde & Philos. in 6. Ethi.* numerat ista inter uirtutes intellectuales: sed Christus habuit contemplationem patriæ. Ergo nõ, habuit huiusmodi dona.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 4. Apprehendẽt septem mulieres uirum unum. Glos.* idest septem dona Spiritussancti Christũ.

RESP. dicendum, q sicut in 2. parte dictum est, † dona proprie sunt pfectiones quædam potentiarũ animæ, secundum quòd sunt natæ moueri a Spiritusancto. Manifestum est autem, quòd anima Christi perfectissimè a Spiritusancto mouebatur, secundum illud Luc. 4. Iesus autem plenus Spiritusancto regressus est a Iordane, & agebatur a spiritu in desertum. Vnde manifestum est, quod in Christo fuerunt excellentissimè dona.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illud, quod est perfectum secundum ordinem suæ naturæ, indiget adiuuari ab eo quod est altioris naturæ, sicut homo, quantumcunque perfectus indiget adiuuari a Deo. Et hoc modo uirtutes, quę perficiũt potentias animæ, secundum quòd ducuntur ratione, quantumcũque sint perfectæ, indigent adiuuari per dona, quæ perficiunt potentias animæ, secundum quod sunt motæ a Spiritusancto.

AD SECVNDVM dicendum, q Christus non secundum idem est recipiens, & dãs dona Spiritussancti, sed dat secũdum q Deus, & accipit secundum q homo. Vnde Greg. dicit in 2. mor.* q Spiritussanctus humanitatem Christi nũquã deseruit, ex cuius diuinitate procedit.

AD TERTIVM dicendum, q in Christo non solum fuit cognitio patrię, sed etiam cognitio viæ, vt infra dicetur. † Et tamẽ etiã in patria sunt per aliquem modum dona Spiritussancti, vt in 2. parte dictum est.*

cedit enim ex falso in præmissis præsupposito. Præsuppont siquidem ibi implicitè; q dona omnia non sint in patria. Quod est falsum: quoniam & in patria per, &c. vt in tex. responsi huius secundi. Vide 1. 2. quæstio. 68. artic. 6.

APPENDIX.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatũ: quòd in Christo fuerunt dona spũsancti. Vt Isai. 4. secundum quòd est in argu. cõtr. Item cap. 11. Flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapiẽtiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & spiritus timoris Domini. Ac si aperte dicatur. Super Christum, qui de uirgine stirpis Iesse natus est, requieuerunt, idest perfectissime sine ulla umquam controuersia habitaoe ruot, dona septem, scilicet sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, timor Domini; quę sunt dona unius in se atque eiusdem spiritussancti, licet ratione donorum ipsorum dicatur septiformis. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*li. 2. c. 41. a med. illius.

†q. 34. a. 4.

*P. 2. q. 68 art. 6.

2

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus art. 5. clarus est.

¶In corporè articuli unica est cõclusio respõsiua quęsito affirmatiue. In Christo fuerunt excellentissime dona. Probatr. Anima Christi perfectissimè a Spiritusancto mouebatur, ergo in Christo fuerunt excellentissime dona. Antecedẽs probatur ex duplici auctoritate Euangelii. Consequentia probatur ex quidditate donorum, scilicet quòd sunt propriè perfectiones potentiarum animæ secundum quod sunt natæ moueri a spiritusancto.

SVPER Q. VII. ART. VI.

CONCL. In Christo fuit donum timoris Domini, non quidem secundum q respicit malum separationis a Deo per culpam, neque secundum quod respicit malum punitionis pro culpa; sed secũdum quòd respicit diuinam eminentiam: prout, scilicet anima Christi quandam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum a Spiritu sancto acta.

48 ¶PROB. Quia præsupponitur clara (vt patet ex argum. 2.) Secũda pars, scilicet, sed secundum, &c. probatur; quia hoc innuitur Hebr. 5.

Infr. q. 15. art. 7. & 3. d. 15. q. 2. ar. 1. q. 3.

*p. 2. q. 19. & 17. ar. 1.

†at. 4. huius quest.

Primum

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Christo fuerint donum timoris.

AD SEXTVM sic proceditr. Vr q in Christo non fuerit donũ timoris. Spes enim uidetur potior, quam timor: nam spei obiectum est bonum, timoris vero malum, *vt in secunda parte habitum est,* sed in Christo non fuit uirtus spei, ut s. habitum est. † Ergo etiam non fuit in eo donum timoris.

¶ 2 Præt. Dono timoris timet aliquis, uel separationem a Deo, qđ ptinet ad timorẽ castũ, uel puniri ab ipso, quod pertinet ad timorem seruilem, vt Aug. dicit* super Can. Ioã. sed Chřs non timuit separari a Deo per peccatũ, neq; etiam puniri ab eo propter suam culpam: quia impossibile erat ei peccare, vt infra dicetur, † Timor autẽ nõ est de impossibili. ergo in Christo non fuit donum timoris.

¶ 3 Præt. 1. Ioã. 4. dr, q perfecta charitas foras mittit timorem: sed in Christo fuit perfectissima charitas, secundum illud Eph. 3. Supereminentem scientię charitatem Christi. ergo in Christo non fuit donum timoris.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 11. Replebit eũ spiritus timoris domini.

RESP. Dicendum, q sicut in 2. parte dictum est. * timor respicit duo obiecta quorum unum est malum terribile, aliud est illud, cuius potestate malum potest inferri: sicut aliquis timet regẽ, inquantũ habet occidendi ptãtẽ. Nõ aũt timeretur

*Augu. in Can. Ioã. tract. 9. circa mediũ. tom. 9.

†q. 15. art. 1. & 2.

†p. 2. q. 19. art. 1.

1 de maiori. Timoris uerò malum. ℞. Doni tamẽ timoris est bonum. §. Tunc nihil, &c. Nam formaliter de dono timoris, idest principaliter vt donum, magis quã vt timor, loquitur conclusio articuli: vt patet eam consideranti. Habitus verò donorum, sicut & uirtutum propriè & per se, &c. vt in textu.

2m illatio conclusionis. Ergo in Christo, &c. ℞. Negatur illatio. §. Truncatè enim infertur ex præmissis conclusio: & propterea erratur. Inferatur ergo complete, vt præmissæ exposcunt, scilicet, ergo in Christo non fuit timor respectu mali. Et tunc non solum nihil contra articuli conclusionem habetur: sed in fauorem eius, s. probando partem suã primã, statur. Ad maiorem uero illam, scilicet dono timoris, &c. vt rectè intelligatur; & per hoc pateat, ipsam non offendere intentum articuli; applicato dicta 1 tex. respons. ad secundum, pro quanto opus fuerit.

3m ex Ioan. Timorem. ℞. Seruilem. §. Tunc nihil, &c. vt patet in tex. Ex quo dic: quòd aliud est timor seruilis, aliud autem donum timoris.

meretur ille, qui potest nocere, nisi haberet quandam eminentiã potestatis, cui de facili resisti non possit: ea enim quę in promptu habemus repellere, non timemus. Et sic patet, quòd aliquis non timetur, nisi propter suam eminentiam. Sic igitur dicendum est, quòd in Christo fuit timor Dei, non quidem secundum φ respicit malum separationis a Deo per culpam, neque etiã secundum φ respicit malum punitionis pro culpa, sed ſm, φ respicit ipsam diuinam eminẽtiam, prout, scilicet anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deũ a Spiritusancto acta. Vnde Heb. 5. dicitur φ in omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Hunc.n. affectũ reuerentiæ ad Deum, Christus ſm φ homo, præ cæteris habuit plenio rem. Et ideo ei attribuit scriptura plenitudinem timoris domini.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ habitus uirtutum, & donorum, propriè, & per se respiciũt bonum, malũ autem ex consequenti. Pertinet.n. ad rationem uirtutis, ut opus bonum reddat, vt in 2. Ethic.[*] dr. Et ideo de ratione doni timoris nõ est illud malum, quod respicit timor, sed eminentia illius boni, s. diuini, cuius potestate aliquod malum infligi potest: sed spes, secundum φ uirtus est, respicit non solum actorem boni, sed etiam ipsum bonum, inquantum est non habitum. Et ideo Christo, qui iam habebat perfectũ beatitudinis bonũ, non attribuitur virtus spei, sed donum timoris.

AD SECVNDVM dicendum, φ ratio illa procedit de timore, secundum quod respicit obiectum, quod est malum.

AD TERTIVM dicendũ, φ perfecta charitas foras mittit timorem seruilẽ, qui respicit principaliter pę nã: sic aũt timor non fuit in Christo.

APPENDIX.

EX articulo habes, primò: quomodo per rationem interimas, hæresim Petri Abaillardi dicentis (ut refert D. Bernardus epistola. 190.); in Christo non fuisse spiritum timoris Domini. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari abundãter ab Isa. 11. Replebit eum spiritus timoris domini. Vide tex. corp. fin. Item a Psalm. 18. Timor domini sanctus permanet in sæculũ sæculi. Per hoc enim φ in beatis ponitur talis timor. qõ. 34. art. 4. Simul, immo & magis, in Christo ponitur; qui adhuc in terris viuens fuit omniũ beatorum compræhensorum beatissimus. Itẽ ab Hæbr. 5. vt in corp. fin. Item ab Ecclesia in præfat. Miss. Maiestatem tuam tremunt potestates. Item a dictis a. a. articulorum numero 104. cum Elucid. Tertiò vides quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Vultus pro Eccl. S. Dei.

a

* li. 2. ethi. c. 6. in pri. to. 5.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito, In Christo fuit timor Dei, non respectu mali, sed respectu eminentiæ Dei præ cæteris hominibus. hæc conclusio in litera primum declaratur quo ad terminos duos, distinguendo duo obiecta timoris, scilicet malum terribile, & eminentiam potentis infligere malum. Quæ probatur: quia nisi esset eminens non timeretur. Deinde declaratur quid sit in Christo iste affectus timoris eminentiæ dicendo, φ est affectus reuerentialis tantæ eminentiæ. Demum probatur, quoad primam partem affirmatiuam auctoritate Apostoli ad Hębr. & quo ad cõparatiuam auctoritate Isaiæ. Replebit eum spiritus timoris domini.

¶ Occurrit hic dubium circa timorem reuerentialem Christi, ex eo quòd eminentia Dei potentis infligere malum, aut habeat rationem reuerendi, quatenus eminentia Dei absolutè, aut quatenus eminentia est potentis infligere malum. Non potest dici primum, tum quia eminentia Dei, ut sic, uenerandum, adorandumq; sonat, non timendum, quum non dicat ordinem ad malum, tum quia expresse Auctor in art. 1. q. 42. Prima secundæ dixit, quod tam Deus, quam quilibet alius potens, est obiectum timoris ut causa mali, ac per hoc Deus obiectum timoris, ut eminens, nõ absolute, sed ut eminentia est causatiua mali, intelligitur. Quod etiã in hac litera confirmatur, ubi eminentia ponitur ratio, φ timeatur, quia superatiua est ad causandum malum. Nec potest dici ſm: q.a Christus nullum malum pęnę pro culpa, aut separationem a Deo timebat, ut in litera dr. In idẽ autem redit timere malum aliqđ, & timere potentiã inflictiuã mali. Nec differunt nisi sicut per se, & per aliud, quia scilicet malum per se timemus, potentiam autem inflictiuam per aliud, hoc est propter malũ, quia in ordine ad possibile malum ab illa potentia timor insurgit: vnde si subtrahatur ab eminenti potentia ordo ad malum, nulla restat ratio timoris. Et quia sic fuit in Christo, quoniam certus, ac securus erat, φ nullum poterat a Deo sibi prouenire malum fugiendum, per donum timoris, consequens est quòd nec respectu diuinæ eminentiæ fuit in Christo timor reuerentialis, nam timor reuerentialis quidam timor est.

¶ Ad hoc dr, φ proculdubio Deus non est obiectum timoris, nisi in ordine ad malum: quia bonum non timetur nisi in ordine ad malum, quod est per se primo timoris obiectum. & ideo eminentia diuina in proposito ponitur timoris obiectũ, non absolute, sed ut causa mali. Verum duplicem habet diuina eminentia ordinem ad malum, ut causa ad effectũ: primò absolutè, secundo vt subdat diuinæ uoluntati. Si consideretur diuina eminentia ſm suũ posse, quod habet ad causandum malum, sic proculdubio, timendi rationem retinet, quia ſm se habet posse causare malũ: Si uero cõsideretur diuina eminẽtia, vt stat sub determinatione diuinæ uoluntatis ad causandum executiue malum, sic non habet rationem timendi, quia hæc conditio reddit creaturam securam, & certam de impossibilitate mali in effectũ. potest ergo diuina eminẽtia nõ solum absolutè, quo modo non est obiectum timoris, sed vt causa mali abstrahere à possibili executione mali, & sic esse obiectũ timoris absque ordine ad malum possibile euenire, sed non põt ut cã mali abstrahere ab hoc, φ ipsa ſm se est potens causare malũ. Et quia sic erat in Christo, ideo vtrumque de Christo dicitur, scilicet & quod non erat in eo timor mali possibilis fugiendi, scilicet per donum timoris, & quòd erat in eo timor eminentiæ diuinæ potentis infligere malum. Contemplando siquidem diuinam eminentiam, vt causam potentem, quantum ex se est infligere malum, insurgebat timor reuerentialis ad illam: quãuis sciendo eminentiam illam esse causam determinatam ad non causandum in se huiusmodi malum, securus esset absq; suspitione quacumque huiusmodi mali.

¶ Et per hæc patet solutio obiectorum, & quòd omnia consonant.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli sexti, si distinctionem iam dictam de duplici ordine causæ ad effectum, applicueris ad literam uidebis differentiam inter timoris donum, & spei uirtutẽ in litera positam: Habet siquidem actor, siue boni, siue mali duplicem ordinem ad suum effectum: primo secundum se, pro quanto est potens causare bonum, siue malum etiam mihi: secundo, ut præparatus est ad executionem boni, uel mali. Tunc autem tantum timetur malum, vel speratur bonum ex actore, quando uterque ordo interuenit, quando autem primus tãtum, tunc actor tantum respicitur.

¶ In litera igitur ponitur differentia inter uirtutem spei, vt donum timoris, in hoc, quod spes est respectu boni in executione, & respectu actoris boni utroque modo: timor uero non est respectu mali, nec respectu actoris vt executiui, sed respectu actoris potentis secundum se malum causare. Et ratio redditur in litera ex communi ratione doni, & virtutis, quia. s. commune est uirtuti, & dono per se primo respicere bonum, uirtus primo bonum facit. Hinc enim sequitur, quod spes, quæ non solum inquantum donum, sed secundum propriam rationem spei directè respicit bonum, omnia quæ conuenire nata sunt spei, retineat, ac per hoc quod sit boni habendi, seu non habiti.

Timor

Timor autem, quia secundum propriam rationem timoris directe respicit malum, sed quatenus eleuatus est in celsitudinem doni,& proprie & per se respicit bonum, non retinet, ea quæ se tenẽt ex parte mali, sed ad id, quod se tenet ex parte boni, tẽdit. Et ideo minimum retinuit de aspectu: ad malum, timoris donum in Christo, dum in solum tendebat actorem mali, non ut executiuum, sed ut in se potentem causare malum. Quo fit, ut uirtus spei in Christo non fuerit; vtpotè, ponens Deum non haberi ab anima Christi, timoris autem donum in eo fuerit, vtpote solum reuerẽtiam actoris mali ponens in Christi anima.

Ferr 4.cont.c.154.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerint gratiæ gratis datæ. Ei enim qui habet aliquid secundũ plenitudinem, non competit illud habere secundum participationem: sed Christus habuit gratiam secundum plenitudinem secundum Ioan. 1. Plenum gratiæ,& ueritatis. Gratiæ autẽ gratis datæ uidentur esse quædã participationes diuisim, & particulariter diuersis attributæ, secũdum illud 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt. ergo uidetur q in Christo non fuerint gratiæ gratis datæ.

¶ 2 Præt. Quod debetur alicui, non uidetur esse gratis ei datum: sed debitum erat homini Christo, q sermone sapientiæ,& scientiæ abundaret, & potens esset in uirtutibus faciendis, & in aliis huiusmodi, quæ pertinent ad gratias gratis datas, cum ipse sit Dei uirtus, & Dei sapientia, ut dicitur 1. ad Cor. 1. ergo Christus nõ fuit conueniens habere gratias gratis datas.

¶ 3 Præt. Gratiæ gratis datæ ordinãtur ad utilitatem fidelium, secũdum illud 1. Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: non autem uidetur ad utilitatem aliorũ pertinere habitus, aut quæcumque dispositio, si homo non utatur, secundum illud Eccl. 10. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisque? Christus autem non legitur usus omnibus gratiis gratis datis, præsertim quantum ad genera linguarum: non ergo in Christo fuerunt omnes gratiæ gratis datæ.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in Epistola ad Dardanum * quòd sicut in capite sunt omnes sensus, ita in Christo fuerunt omnes gratiæ.

RESPON. Dicendum, quod sicut in secũda parte habitum est, gratiæ gratis datæ ordinantur ad fidei, & spiritualis doctrinę manifestationẽ: oportet.n. eum, qui docet, hr̃e ea, per quæ sua doctrina manifestatur, aliàs sua doctrina esset inutilis. Spiritualis autẽ doctrinæ, & fidei, primus & pĩcipalis doctor est Christus, fm illud Hebr. 2. Cũ initiũ accepisset enarrari per dñm, per eos, qui audierunt, in nos cònfirmata est, cõtestante Deo signis,& portentis, &c. Vnde manifestum est. q in Christo excellẽtissimè fuerunt omnes gratiæ gratis datæ sicut in primo, & principali fidei Doctore.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q sicut gratia gratũ faciens, ordinatur ad actus meritorios, tã interiores, q̃ exteriores, ita gratia gratis data ordinatur ad quosdã actus exteriores, fidei manifestatiuos, sicut est operatio miraculorũ,& alia hmõi. In utraque autem gratia Christus plenitudinẽ habuit: inquãtum.n. diuinitati unita erat eius aĩa, plenã efficaciã hẽbat ad oẽs p̃dictos actus pficiendos: sed alii sãcti, qui mouẽtur à Deo sicut instr̃a non unita, sed separata, particulariter efficaciam recipiunt ad hos, uel ad illos actus pficiendos. Et ideo in aliis sanctis huiusmodi gratiæ diuiduntur, non autem in Christo.

AD SECVNDVM dicendum, q Christus dr̃ Dei uirtus, & Dei sapiẽtia, inquãtum est æternus Dei filius, sic autem non competit sibi hr̃e gratiam, sed esse potius datorem gratię: cõpetit autem sibi habere gratiam, secundum humanam naturam.

AD TERTIVM dicendũ, q donũ linguarũ datũ est Apostolis, quia mittebant ad docẽdũ oẽs gẽtes. Chr̃us aũt in una sola gẽte Iudęorũ noluit psonaliter prædicare, fm q ipse dicit Matt. 15. Nõ sum missus nisi ad oues, q̃ perierunt domus Israel. Et Apost. dicit Rom. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis. Et ideo non oportuit, q loqueretur pluribus linguis: nec tamen defuit ei omnium linguarum notitia, cũ etiã occulta cordium ei non essent abscõdita (ut infra dicetur *) quorum uoces quęcumque sunt signa: nec tamẽ inutiliter hanc notitiam habuit, sicut non inutiliter habet habitum, qui eo non utitur, quando non est opportunum.

AR-

SVPER Q. VII.

ART. VII.

49 3.cont.ca.154.fin. Et ueri. q.27. ar.1. & cor. Et opusc. 3. ca.221. Et Ro.1. lect. 3. Et Eph. 1.lect.

COncl. In Christo excellẽtissimè fuerunt omnes gratiæ gratis datæ, sicut in primo, & principali fidei Doctore.

¶ Prob. Quia oportet eũ, qui docet, habere ea, per quæ doctrina sua manifestatur (alioquin doctrina sua esset inutilis:) Et gratiæ gratis datæ ordinantur ad fidei, spiritualisque doctrinæ manifestationẽ.

1[m] de minori.

Diuisim, & particulariter diuersis. R. Sanctis. §. Tunc nihil, &c. Nã in Christo, de quo solo nunc loquimur, illæ gratiæ gratis datæ non diuiduntur, propter rationem allatam in textu. Ideo conclusio non debuit inferri, ut fit; sed sic: Ergo uidetur, q ĩ Christo non fuerint diuisim gratiæ gratis datæ. Nã (vt tactum in responsio est) illa descriptio gratiarum gratis datarum non conuenit Christo; sed tantum aliis sanctis: & ideo non est descriptio absolutè ipsarum gratiarum; sed ipsarum, pro quanto solum sunt ĩ sanctis aliis à Christo.

2[m] maior. Quod debetur alicui non uidetur esse gratis ei datum. R. Secundum illam considerationem accepto, secundum quam debetur ei. §. Tunc nihil, &c. Nã Christo secundum diuinitatem consideratio debebatur, quod abundaret sermone sapientiæ, & huiusmodi: quoniam est Dei uirtus & Dei sapientia, &c. ut in tex.

* Epist. 57. decimãdn uer. fi.c.2.

p.1.q.12. 3[m] de maiori.

Si homo non utatur. R. Quãdo est opportunũ. §. Tunc nihil &c. Non enim oportuit, q Christus loqueretur plurib. linguis. Ex rñsione dic: quod Ecclesiast. 10. Exponitur sic; sapientia abscondita, qñ est opportunum ipsam non abscondi, & thesaurus inuisus, quando est opportunum ipsum uideri; Quæ utilitas in utrisque? sic per te applica semper & ubique ueros sensus scripturarum eis ea responsis secundum diuersas materias datis: si quando scripturę, aut etiam authoritates Doctorum in argum. allegatæ fuerint. Regula.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a Scripturis & Augustino insinuatum; q in Christo fuerunt gratiæ gratis datę. A D. Aug. quidem: ut in argum. cont. Ex quo aperta tibi uia est; quod quotiescumque in scripturis Christus caput Ecclesiæ assignatur, per hoc ĩ ipso fuisse gratias gratis datas cõnotatur. Videas ergo per teipsũ, & applica, Luc. 20. Factus est in caput anguli, & Ephes. 1. 4. 5. & Colos. 1. 2. A scripturis uerò specialiter insinuatur per dicta Ioã. 1. De plenitudine ei[9] nos omnes accepimus; & Actu 2. Repleti sunt Spiritu sancto, & loquebãtur uariis linguis, & 1. Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, alii quidem p ipsum datur sermo sapiẽtiæ, &c. Ex eo enim q Apostoli, & alii, receperunt gratias gratis datas, patet intẽtum: cum de plenitudine Christi omnes accipiant. Auctoritates ergo illæ simul collectæ, si scholasticã loquellam induant ad propositum dicũt: Gratiæ omnes gratis datæ fuerunt in Christo. Nã ab effectu in membris Ecclesiæ uiso, infertur; quid in suo capite sit. Hinc quoque ulterius manifestum fit; q illud prædictũ in eod. c. Io. S. Plenum gratiæ, exponi dẽt amplissimè de gr̃a quacũq: siue iustificãte, siue gratis data. Secundò uides: q̃ro ex iis bene pensatis, & appl. doctrina præsens Angel. uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

* q.12.a.2.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli septimi, vt sonat intelligitur.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In Christo fuerunt excellentissime omnes gratiæ gratis datæ. Probatur, Oportet eum qui docet, habere ea, per quæ sua doctrina manifestatur. ergo oportet in Christo excellentissime fuisse omnes gratias gratis datas. Antecedens probatur quia aliàs sua doctrina esset inutilis. Consequentia uero probatur, quia Christus est primus, & principalis doctor fidei, & gratiæ gratis datæ sunt ea, per quæ fidei spiritusque doctrina manifestatur.

¶ Vbi

¶ Vbi nota, quod Christus dicitur primus, & principalis fidei Doctor, vel quia persona illa habet etiã tempore primatum in docendo, vel quia non obumbratæ, sed reuelatæ fidei doctor primus tempore, & principalis auctoritate fuit Christus secundum quod homo, prout de ipso est sermo hic. Et hoc auctoritati Apostoli ad Hebr. 2. consonat, vbi salus initium manifestæ narrationis à Christo, in quo Deus nouissime locus est, sumpsisse dicitur.

¶ Super hoc autem, quod Christus est primus, ac principalis Doctor fundatur consequentia non solum gratiarum, sed etiam excellentissimo modo gratiarum in Christo. Decet enim primũ, ac præcipuum doctorem excellentius aliis se habere in doctrina, & requisitis ad illã, propter quod in litera in calce corporis, huius sequelæ ratio tangitur dicendo. Sicut in primo, & principali fidei Doctore.

¶ In responsione ad primum eiusdem septimi articuli, cum legis differentia inter Christum, & alios sanctos, in hoc quòd in aliis sanctis gratiæ gratis datæ diuiduntur, non autem in Christo, intellige nõ de diuersitate, & vnitate quasi in Christo oẽs gratiæ gratis datæ sint vna gr̃a in aliis uero sanctis alia sit gratia prophetiæ, alia gr̃a sanitatum, alia gratia miraculorum, &c. qm̃ sicut virtutes infusæ, quæ spectant ad gratiam gratum facientem, multiplicantur in Christo, sicut in aliis sanctis, & non omnes virtutes in Christo sunt vna virtus, ita multiplicantur tam in Christo, quã aliis sanctis gratiæ gratis datæ: sed intellige de diuisione totius, & partium, hoc est quod in Christo fuit tota plenitudo gratiarum gratis datarum, in aliis vero sanctis fuit partialiter, quia vni sancto vna gratia, & alteri alia, iuxta doctrinam Apostoli. Et rursus uni sancto talis gratia (puta prophetiæ, aut miraculorum secundum talem mensuram) in Christo autem tota plenitudo, &c. Et ratio assignatur in litera quia humanitas Christi erat organum coniunctum diuinitati, alii vero sancti mouent̃ à Deo ut instrumẽta separata, quod si plenius non intelligis, vide vltra prius dicta, in 4. contra Gent. c. 14.

Medina, ar. 8.

SVPER Q. VII. ART. VIII.

50 Conel. Christus ante passionem, statũ nostrum attingebat, inquantum erat uiator & ideo propheticum erat hoc, scilicet quod ea, quę erãt procul ab aliorum uiatorum noticia, & cognoscebat, & annũciabat. Hoc est. In Christo fuit prophetia.

Inf. q. 31. art. 2. & 3. 2. q. 174. 2. 5. Et ps. 44. Et Mat. 1. Et Io. 4. lectio. 6. Et 2. Cor. 13. lect. 1.

¶ Prob. Quia patet. Secunda vero pars, scilicet, & ideo, &c. probatur; quia aliquis dicitur propheta ex eo, quod cognoscit atque annunciat ea, quæ sunt procul aliis, cũ quibus ipse est (vt patet de Eliseo 4. Reg. 5. & Isaia 44.)

¶ Not. Merito prima pars conclusionis, tanq̃ patens, præsupponitur. Ex euangelio siquidem constat Luc. 24. Hæc locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum. Hoc est. Hæc uerba locutus sum, quãdo eram viator. Pro prophetiæ dictis hic melius intelligendis iuuat 2. 2. quæstio. 174. ar. &c.

† art. 3. & 4. huius q.

2. 2. q. 174. ar. 4.

1^m de conclusione. Non ergo in Christo. ℞. Quantum ad partem intellectiuam comprehensiuam considerato, idest prout est comprehensor. §. Tunc &c. Nã conclusio articuli loquitur de Christo, quatenus viator erat. Ex authoritate ista Numer. 12. caue, ne erres cum Adelphio dicente prophetias esse somniorũ fantasias. Sed uide eius damnationem pri. par. articulorum num. 423. & 2. 2. articulorum numero 510. 831. Et veritates aureas super leg. ueterem. Leuitic. 7. conclus. 6.

2^m de maiori. Sed

* lib. 16. c. 18. to. 6.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Christo fuerit prophetia.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit prophetia. Prophetia enim importat quandam obscuram, & imperfectam notitiam, secundum illud Nume. 12. Si quis fuerit inter uos propheta domini, per somnium, autem in uisione loquar ad eum: sed Christus habuit plenã, & apertam notitiam multo magis quam Moyses, de quo ibi subditur, quod palam, & non per ænigmata videt Deum. Nõ ergo in Christo debet poni prophetia.

¶ 2 Præter. Sicut fides est eorum, quæ non videntur, & spes eorum, quæ non habentur, ita prophetia est eorum, quæ non sunt præsentia, sed distant, nam propheta dicitur quasi procul fans: sed in Christo non ponitur fides, nec spes, ut sup. dictũ est. * Ergo prophetia etiam non debet poni in Christo.

¶ 3 Præter. Propheta est inferioris ordinis, quam Angelus, vnde, & de Moyse, qui fuit supremus ꝓphetarũ (ut in secunda parte dictum est) dicitur Act. 7. quod locutus est cũ Angelo in solitudine, sed Christus non est minoratus ab Angelis, secundum notitiam animæ, sed solum secundum corporis passionem, vt habetur Hebr. secundo. ergo videtur quod Christus non fuit Propheta.

SED CONTRA est, quod de eo prædicitur Deuter. 18. Prophetam suscitabit uobis Deus de fratribus uestris. Et ipse de se dicit Matt. 13. & Ioan. quarto. Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.

RESPON. Dicendum, quod Propheta dicitur quasi procul fans, uel procul uidens: inquantum scilicet cognoscit, & loquitur ea, quæ sunt procul ab hominum sensibus: sicut etiam August. dicit 16. contra Faustum. * Est autem considerandũ, quod non potest dici aliquis Propheta ex hoc, quod cognoscit, & annunciat ea, quæ sunt aliis procul, cum quibus ipse non est. Et hoc manifestum est secundum locum, & secundum tempus: si enim aliquis in Gallia existens, cognosceret, & annunciaret aliis in Gallia existentibus ea, quæ tunc in Syria agerentur, propheticum esset: sicut Heliseus ad Giezi dixit, quarto Regum 5. quomodo uir descenderat de curru, & occurrerat ei, Si uero aliquis in Syria existens, ea, quę sunt ibi annunciaret, non esset propheticum. Et idem apparet secundum tempus. Propheticum enim fuit quod Esaias prænunciauit, quod Cyrus Rex Persarum templum Dei esset reædificaturus, ut patet Isa. 44. Non autem fuit propheticum, quod Esdras hoc scripsit, cuius tempore factum est. Si igitur Deus, aut Angeli, uel etiam Beati cognoscunt, & annuntiant ea, quæ sunt procul a nostra notitia, hoc non pertinet ad prophetiam: quia in nullo nostrum statum attingunt. Christus autem ante passionem nostrum statum attingebat, inquantum non solum erat comprehensor, sed etiam uiator. Et ideo propheticum erat, quod ea, quæ erant procul ab aliorum uiatorum notitia, & cognoscebat, & annuntiabat. Et hac ratione dicitur in eo fuisse d prophetia. D. 1068.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per illa uerba non ostenditur esse de ratione prophetiæ ænigmatica cognitio, D. 1066. quæ, scilicet est per somnium, & in uisione: sed ostenditur cõparatio aliorum prophetarum, qui per somnium, & in uisione perceperunt diuina, ad Moysen, qui palã, & nõ per ęnigmata Deum uidit, qui propheta, est dictus, secundum illud Deuter. ult. Non surrexit ultra propheta in Israel, sicut Moyses. Potest tamẽ dici, quod etsi Christus habuit plenam, & apertam notitiam, quantum ad partem intellectiuam: habuit tamen in parte imaginatiua quasdam similitudines in quibus etiam poterat speculari diuina, inquantum non solũ erat comprehensor, sed etiam uiator.

AD SECVNDVM dicendum, quod fides est eorum, quę non uidentur ab ipso credente & similiter spes est eorũ, quę non habentur ab ipso sperãte: sed prophetia est eorum, quæ sunt procul à communi hominum sensu, cum quibus propheta conuersatur, & communicat in statu uiæ: & ideo fides, & spes repugnant perfectioni beatitudinis Christi: non autem prophetia.

AD TERTIVM dicendum, q̃ angelus cũ sit comprehensor, est supra prophetam, qui est purus uiator, non autem supra Christum, qui fuit simul uiator, & comprehensor.

Sed distant. ℞. A communi hominum noticia, cum quibus propheta conuersatur. §. Tunc nihil &c. Nam talia non distant à noticia ipsius prophetæ; & ideò nihil imperfectionis ad beatitudinem Christi importat prophetia; & cõsequenter ex eo quod fides & spes in ipso non sunt, nõ sequitur quod prophetia in eo non sit.

3^m de maiori. Propheta. ℞. Qui est purus uiator. §. Tunc &c. Nã Christus & uiator & comprehẽsor fuit. Et ideo stant simul duo hæc, scilicet est quod fuerit ꝓpheta, & quod non fuerit secundum noticiam animæ minor Angelis.

APPEN-

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a Scripturis, quod in Christo fuit prophetia. Vt Matth.13. Ioan.4. & Deuteron. 18. Secundum quod ponuntur in argumen.contr. Pro cuius meliori captu vide veritates aureas super totam legem veterem, Deuteron. 18. conclus. 6. Secundò vides; quomodo ex his bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus octaui artic. intelligitur ut sonat.

¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quæsito affirmatiuo, scilicet, in Christo fuit prophetia. Probatur Christus fuit non solum comprehensor, sed viator & cognoscebat, ac dicebat, quæ procul ab aliorum erant notitia. ergo fuit propheta. Consequentia probatur, quia ad prophetiam requiritur, quod cognita sint prout ab aliis; cum quibus cognoscens, & annuncians est: quod probatur ex differentia secundum locum, & secundum tempus, & consequenter ex differentia inter pure comprehensores, & viatores.

¶ Vbi nota primo ex libro præcedenti, quæst. 173. artic. 1. & ex 3. quæst. 174. artic. 5. quod cognitio prophetica dupliciter sortitur esse procul, scilicet uel ex parte cognitionis (& penes hoc distinguitur cognitio prophetica communiter dicta à visione Dei per essentiam) vel ex parte cognoscentis, & penes hoc distinguitur prophetia Moysi, & Christi a cognitione beatorum, quoniam beati non sunt procul, quia comprehensores tantum. Moyses autem fuit simpliciter viator, Christus vero comprehensor, & uiator, & propterea Auctor hoc in loco prophetiam in Christo inuestigat, & concludit ex parte cognoscentis, quia scilicet Christus erat viator.

¶ Nota secondo nouitiæ, quod probatio literæ secundum locũ, & tempus, repetitione eiusdem loci, & similiter temporis respectu dicentis, & aliorum eget, ita quod in exemplo de loco ad partem negatiuam, scilicet. Si vero aliquis in Syria existens, ea, quæ sunt ibi annunciaret, subaudi, existentibus in Gallia, cum quibus non est, a quibus tamen procul sunt gesta in Syria, non esset propheticum: alioquin scribentes literas ex Syria de gestis ibi essent prophetæ. Et similiter in exemplo de tempore, non fuit propheticum, quod Esdras scripsit posteris, cum quibus non fuit, & a quibus procul fuit, ædificationem templi: alioquin omnes historici essent prophetæ. Exigitur ergo ad prophetam utriusque simul concursus conditionem, scilicet quod cognoscat ea, quæ sunt procul ab aliis, cum quibus ipse est: & ideo, nec Deus, nec sancti, aut angeli sunt prophetæ, sed uiatores.

¶ Nota tertio, quod duplici ratione Christus inquantum viator, potest dici propheta. Primo, ut ly inquantum viator denotet conditionem tam cognitionis, quam cognoscentis, quia scilicet prophetia conuenit Christo ratione cognitionis spectantis ad uiã, siue intellectu, siue imaginatiua (ut dicitur hic in respõsione secunda ad primum) & conuenit sibi ratione conditionis cognoscentis, quia erat viator. Secundo, ut ly inquantum viator, denotet conditionem cognoscentis tantum, ita quod Christus, quacũque creata cognitione nouerit occulta aliis propheta est: quia cognitio illa uiatoris est, quamuis non inquantum viator est, sibi cõueniat. Nec propterea sequitur, Christus ratione cognitionis comprehensiuæ est propheta. ergo inquantum comprehensor est propheta: quoniam ratione cognitionis comprehensiuę, non in quocumque, sed in uiatore est propheta Christus. Valeret autem si ratione cognitionis comprehensiuæ absolute Christus esset propheta, quod non dicimus. Et ad hoc tendit responsio prima ad primum cum toto corpore arti. dum de cognitionis conditione nulla est cura: sed de conditione cognoscentis.

¶ Nota nouitie quarto, ꝙ cum dr, Christus, inquantum viator, est propheta, ly inquantũ, non reduplicatiue tenetur: alioquin oĩs uiator esset propheta, sed specificatiue, quoniam denotat condõnẽ in Christo, qua suscipit prædicationẽ prophetæ. Est enim propheta, quia est uiator: sicut Socrates est crispus, inquantum capillatus: quia crispitudinem habet non, nisi quia capillatus.

Capr. 3. d. 13. q. 1. com. 2.
Palud. 3. d. 13. q. 1.
Medina art. 9.

SVPER Q. VII. Art. IX.

51

* Inf. a. 10. & 12. c. & 3. dis. 13. q. 1. ar. 5. q. 1. & di. 15. q. 1. ar. 2. ad 5. Et op. 3. c. 221. Et op. 60. c. 3.
* p. 2. q. 110. art. 4. ad 1.
† ar. 3. & 4.
* p. 2. q. 111 ar. 2.

Concl. Christus habuit plenitudinem gratiæ, & quãtum ad quantitatem intensiuam, & quãtum ad virtutem gratiæ.

¶ Proba. Quia Christus habuit gratiam in summo secundum perfectissimum modũ possibilem haberi (vt patet tum ex propinquitate animæ eius ad causam gratiæ; tum ex comparatione eiꝰ ad effectũ.) Secunda autem pars, scilicet, & quantum ad uirtutem &cæt. Probatur; Quia gratia conferebatur Christo tanquam uniuersali principio talis generis, idest habentium gratiam; & vniuersale principium alicuius generis habet uirtutem hanc, quod scilicet se extendit ad omnes effectus illius generis (ut patet de Sole.)

1^m maior. A gratia deriuãtur virtutes. R. Quarum receptibile est subiectum gratię. §. Tunc nihil &c. Licet enim gratia quantum est de se, causet etiam fidem, & spem, & spê, tñ quia subiectũ gratiæ, id est Christus fidei & spei non est receptiuus, ideo non causat duas illas uirtutes in Christo.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Christo fuerit plenitudo gratiæ.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur, quod non fuerit in Christo gratiæ plenitudo. A gratia enim deriuãtur uirtutes, ut in secunda parte dictum est. * sed in Christo non fuerunt omnes uirtutes: non. n. fuit in eo fides, neque spes, ut ostensum est. † ergo in Christo non fuit gratiæ plenitudo.

¶ 2 Præt. sicut patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt, * gratia diuiditur in operantem, & cooperantem: operans autem gratia dicitur per quam iustificatur impius, quod quidem non habuit locum in Christo, qui numquam subiacuit alicui peccato. ergo in Christo non fuit plenitudo gratiæ.

¶ 3 Præt. Iac. 1. dicitur, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est descendens à Patre luminum: sed quod descendit, habetur particulariter, & nõ plenè. ergo nulla creatura, nec etiam anima Christi potest habere plenitudinem donorum gratiæ.

Sed contra est, ꝙ dicitur Io. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & ueritatis.

Respon. Dicendum, quod plene dicitur haberi, quod perfecte, & totaliter habetur. Totalitas autem, & perfectio potest attendi dupliciter. Vno modo, quantum ad quantitatem eius intensiuam: puta si dicam aliquem plenè habere albedinem, si habeat eam, quantumcunque nata est haberi. Alio modo secundum uirtutem: puta si aliquis dicatur plene habere uitam: quia habet secundum omnes effectus, uel opera uitæ, & sic habet plenè uitam homo, nõ autem brutum animal, uel planta. Vtroque autem modo Christus habuit gratiæ plenitudinem. Primò quidem, quia habuit eam in summo modo secundum perfectissimum modum, quo haberi potest. Et hoc quidem apparet, primo, ex propinquitate animæ Christi ad causam gratiæ: dictum est * enim, quod quanto aliquod receptiuum propinquius est causæ influenti, tanto abundantius recipit. Et ideo anima Christi, quæ propinquius coniungitur Deo inter omnes creaturas rationales, maximam recipit influentiam gratiæ eius. Secundò ex comparatione eius ad effectum. sic enim recipiebat anima Christi gratiam, ut ex ea, quodammodo trãsfunderetur in alios. Et ideo oportuit, quod haberet maximam gratiam: sicut ignis, qui est causa caloris in omnibus calidis, est maximè calidus. Similiter etiam quantum ad uirtutem gratiæ plenè habuit gratiam: quia habuit eam ad omnes operationes, uel effectus gratiæ. Et hoc ideo, quia conferebatur ei gratia tanquam cuidam uniuersali principio in genere habentium gratiam. Virtus autẽ primi principii alicuius generis uniuersaliter se extendit ad oẽs effectus illius generis: sicut sol, qui est uniuersalis causa generationis (ut Dion. dicit in 4. cap. de Diuin. nomin. *) eius uirtus se extendit ad omnia, quę sub generatione cadunt. Et sic secunda plenitudo gratię extenditur in Christo, inquantum se extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui sunt uirtutes, & dona, & alia huiusmodi.

* ar. 1. huius q.

* c. 4. p. 1. inter prin. & med.

Ad primvm ergo dicendum, quod fides, & spes nominant effectus gratiæ cum quodam defectu, qui est ex parte recipientis

2m de minori. Per quam iustificatur impius. R. Si iustificandus sit in peccato. §. Aliàs sufficit dicere: Per quam iustificatur aliquis. Tunc nihil &c. ut patet in text. c

3m minor. Qund descendit, hr particulariter, & non plenè. R. Si fiat comparatio ad plenitudinem eius, à quo descendit. §. Descensus enim importat hic quoddam min' ab illo, undè deriuatur. Tunc &c. ut patet in tex.

recipientis gratiam, inquantum, s. fides est de non uisis, & spes non de habitis. Vnde non oportet, qd in Christo, qui est auctor gratiæ, fuerint defectus, quos important fides, & spes: sed quicquid est perfectionis in fide, & spe, in Christo est multo perfecti⁹: sicut in igne non sunt omnes modi caloris defectu ex defectu subiecti, sed quicquid pertinet ad perfectionem caloris.

AD SECVNDVM dicendum, q ad gratiam operantem per se, pertinet facere iustum: sed quod iustum faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte subiecti, in quo peccatum inuenitur. Anima Christi igitur iustificata est per gratiam operantem, inquantum per eam facta est iusta, & sancta a principio suæ conceptionis, non quod ante fuerit peccatrix, aut etiam non iusta.

AD TERTIVM dicendum, quod plenitudo gratiæ attribuitur animæ Christi secundum capacitatem creaturæ: non autem per comparationé ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse à scripturis insinuatum: quod in Christo est gratiæ plenitudo. Vt Ioann. primo. Secundum quod est in argumen. contr. Pro cuius meliori captu nota id quod Ioannes Baptista de plenitudine hac dicit infra capit. 3. Non ad mensuram dat Deus spiritum. Scilicet ei; quem ipse Deus misit: ut monstrat contextus. Per hoc enim, quod in Christo est spiritus ei datus non ad mensuram, monstratur: quod Christus habet gratias Spiritussancti in summo, scilicet secundum perfectissimum modú quemcunque, quo haberi possunt. Alioquin Spiritus ei fuisset datus ad mensuram: quod est contra Euangelium.
Secundò vides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur. 2

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli noni ab Auctore in principio corporis declaratur, quòd plenitudo importat totalitatem, & perfectionem, ita quod habere gratiæ plenitudinem, est habere gratiam totaliter, & perfecte. Et quia totaliter, & perfecte dupliciter inuenitur, uel in genere aliquo, uel simpliciter, intellige hic, quod est sermo de totalitate, & perfectione simpliciter, ita quod quæstio est an in Christo fuerit gratiæ plenitudo simpliciter.

¶ In corpore articuli tria sunt: primo declarantur termini, & distinguitur: secundo respondetur unica conclusione de plenitudine intensiua: tertio respondetur vnica conclusione de plenitudine extensiua.

¶ Declaratur in primis ly plenitudo, & distinguitur, uel intensiue, uel uirtualiter. Prima autem conclusio est: In Christo fuit plenitudo gratiæ intensiue. Probatur: habuit gratiam in summo ergo. Consequentia relinquitur per se nota. Antecedens vero probatur dupliciter: primo ex causa, quia anima Christi erat propinquissima causæ gratiæ, quia personaliter coniuncta: quanto autem propinquior, tãto magis gratiæ recipit. ergo in summu propinqua, est in summu gratiæ. Secundũ ex affectu anima Christi accepit gratiam vt ex ea transfunderetur in alios. ergo habuit summam gratiam. Et patet sequela in exemplo de calore in igne.

¶ Nota hic primo, quod expresśe litera loquens de quantitate intensiua gratiæ, dicit, quod Christus habuit eam in summo. Et hoc diligentissime nota contra attribuentes Auctori, quod non datur summum possibile in gratia: non enim haberet Christus gratiam in summo intensiue, nisi haberet summum possibile: sicut non habetur albedo in summo, si possibile esset dari albedinem intensiorem, ut patet.

¶ Nota secundò, quòd Auctor non dixit animã Christi recipere gratiam, vt esset in aliis gratiæ causa absolute, & simpliciter, sed cum additione: apposuit enim ly quodammodo, dicens, Vt ex ea quodammodo transfunderetur in alios: Deus enim ipse est gratiæ causa simpliciter, & absolute: anima autem Christi quodammodo, de quo modo inferius erit sermo diffusus in loco proprio.

¶ Secunda conclusio est: Christus habuit plenitudinem gratiæ quantum ad unitatem. Probatur, quia habuit gratiam ad omnes effectus gratiæ, scilicet uirtutes, dona & cætera. Probatur, Christus habuit gratiam, ut uniuersale principium in genere habentium gratiam. ergo. Probatur sequela: quia virtus primi principii alicuius generis, uniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis, ut patet de sole respectu generationis.

¶ Vbi nota, quod hic non occurrit quæstio. de conclusione, sed ratio eius non caret scrupulo: quoniam Christum esse principium uniuersale generis habentium gratiam, dupliciter potest intelligi primo, ut principium contentum in genere tali, scilicet habentium gratiam, vel ut principium uniuersale talis generis non contentum in tali genere, sed supra illud. Si primo modo intelligatur dato, quod sit uera, non tamen sic probatur in litera: quoniam in litera subsumitur sub illa maiore de principio uniuersali extra genus: sicut si sol poneretur causa generis eorum, quæ generantur, & corrumpuntur, ipse extra genus corruptibilium, generabiliumque existens. Si secundo modo intelligatur, propositio non apparet uera: nam Christus est vnus habentium gratiam, & non est extra genus habentium gratiam. iuxtá illud; Plenum gratiæ, & ueritatis. Ioann. primo. Aut igitur maior de uniuersali principio, ut sol respectu generabilium, intellecta, non est ad propositum: aut minor de Christo, quod sit uniuersale principium, sic est falsa.

¶ Ad hoc dicitur, quod propositio illa, Christus habuit gratiam, ut uniuersale principium in genere habentium gratiam, intelligitur de principio uniuersali, non contento in tali genere, ita quod concedendum est, quod Christus non est in genere, sed supra genus habentium gratiam: quoniam est supra generationem habentium gratiam in esse gratiæ. Nec propterea sequitur, Christum non habere gratiam: sed non habere gratiam per generationem, quia sunt habentes gratiam. Est si quidem inter Christum, & alios habentes gratiam hæc differentia, quod alii habent gratiam per adoptionem: Christus autem non per adoptionem, sed per naturam. Nam cęteri filii sunt adoptiui, Christus autem non, sed de eo Luc. primo, ad Beatam Virginem dictum est, Quod ex te nascetur sanctum. Cum ergo legis genus habentium gratiam, intellige perinde, ac si legeres genus filiorum adoptiuorum Dei: quoniam genus habentium gratiam per adoptionem est. Et quia Christus est uniuersale principium generis habentium gratiam, sicut si sol poneretur uniuersale principium generabilium secundum naturam, ideo oportet quod gratia Christi extendat se ad omnes gratiæ effectus, sicut uirtus Solis ad omnia generabilia in natura se extenderet.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduertè, quod aliud est loqui de gratia formaliter, hoc est sub ratione gratiæ, & aliud de ipsa re, immo ipsis rebus, quæ sunt gratia, & dona gratiæ. Nam gratia non inuenitur in Deo secundum se formaliter (cum creatæ rei nomen sit, sicut beneficium) dona uero gratiæ in Deo sunt etiam formaliter, ut patet de sapientia, intellectu, charitate, iustitia, &c. Et propterea cum argumentum tertium in litera esset de donis, Auctor non ad rationem gratiæ, sed donorum gratiæ aspitiens dixit duo: primo, quod plenitudo gratiæ, hoc est donorum gratiæ, attenditur in Christo secundum capacitatem creaturæ: Secundò, quod non attenditur per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ; & non dixit, gratiæ diuinæ: descendunt enim gratiæ creaturæ, non a gratia in Deo, sed a bonitate in Deo, ita quod inter gratiam formaliter, & res, quæ sunt dona gratiæ, tantum interest, quod dona gratiæ, quia communia sunt Deo, & creaturæ, si dicuntur plene inesse creaturæ, intelligitur secundum capacitatem creaturæ, & non secundum suas rationes formales absolutè, secundum quas in sola diuina sunt bonitate. Gratia uero si ponitur plene, & simpliciter, & absolute in creatura: non oportet, quod limitatio dicta sua intelligatur: quia secundum suam rationem creatæ rei nomen est proprium. Quocirca ideo in litera responsionis huius distincta est plenitudo secundum capacitatem creaturæ, & secundum quod in Deo, quia de donis gratię, quę descendunt à patre luminum agebatur.

Medina

ARTICVLVS X.

Vtrum plenitudo gratia sit proprius Christi.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod plenitudo gratiæ non sit propria Christi. Quod enim est proprium alicuius, sibi soli conuenit: sed esse plenum gratia, quibusdam alijs attribuitur: dicitur enim Luc. 1. Beatæ Virgini, Aue gratia plena. dicitur etiam Act. 7. Stephanus plenus gratia, & fortitudine. ergo plenitudo gratiæ nõ est propria Christo.

¶ 2 Præt. Illud quod potest communicari alijs per Christum, non videtur esse proprium Christo: sed plenitudo gratiæ potest communicari per Christum alijs: dicit enim Apostol. Ephe. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶ 3 Præt. Status viæ proportionari videtur statui patriæ: sed in statu patriæ erit quædam plenitudo: quia in illa cœlesti patria, ubi plenitudo est omnis boni, licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter, vt patet per Gregor. in homel. * de centum ouibus. ergo in statu uiæ habetur gratiæ plenitudo a singulis hominibus: & ita plenitudo gratiæ non est propria Christi.

SED CONTRA est, quod plenitudo gratiæ attribuitur Christo, in quantum est unigenitus à Patre, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ, & veritatis: sed esse vnigenitum à Patre, est proprium Christo. ergo, & sibi proprium est, esse plenũ gratiæ, & veritatis.

RESPON. Dicendum, quod plenitudo gratiæ potest attendi dupliciter, uno modo ex parte ipsius gratiæ: alio modo ex parte hñtis gratiam. Ex parte quidem ipsius gratiæ dicitur esse plenitudo, ex eo quod aliquis pertingit ad summum gratiæ, & quantum ad essentiam, & quantum ad uirtutem, quia scilicet habet gratiam, & in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo est propria Christo. Ex parte uero subiecti dicitur gratiæ plenitudo, quãdo quis habet plene gratiam secundum suam conditionem, siue secundum intensionem, prout in eo est intensa gratia vsq; ad terminũ præfixum ei à Deo, secundum illud Eph. 4. Vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi: siue etiam secũdum uirtutem, inquantũ scilicet habet facultatem gratiæ ad omnia, quæ pertinent ad suum officium siue statũ, sicut Aposto. dicebat Eph. 3. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. Et talis gratiæ plenitudo non est propria Christo, sed cõicatur alijs per Christum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ B. Virgo dicta est plena gratia, nõ ex parte ipsius gratiæ: quia non habuit gratiam in summa excellentia, qua potest haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, sed dicitur fuisse plena gratia per comparationẽ ad ipsam: quia scilicet habebat gratiam sufficientem ad statum illum, ad quẽ erat electa à Deo, ut esset. s. mater Vnigeniti eius. Et similiter Stephanus dicitur plenus gratia: quia habebat gratiam sufficientem ad hoc, quod esset idoneus minister, & testis Dei, ad qđ erat electus. Et idem dicendum est de alijs: harum tamen plenitudinũ una est plenior altera, secundum ꝙ aliquis est diuinitus præordinatus ad altiorem, uel inferiorem statum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Apostolus ibi loquitur de illa plenitudine gratiæ, quæ accipitur ex parte subiecti, in comparatione ad id, ad quod homo est diuinitus præordinatus, quod quidem est uel aliquid commune, ad quod præordinantur omnes sancti, uel aliquid speciale, quod pertinet ad excellentiam aliquorum. Et secundum hoc quædam plenitudo gratiæ est omnib. sanctis communis, ut scilicet habeant gratiam sufficientem ad merendum uitam æternam, quæ in plena Dei fruitione consistit, & hanc plenitudinem optat Apost. fidelibus, quibus scribit.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ illa dona, quæ sunt communia in patria, s. uisio, comprehensio, & fruitio, & alia huiusmodi, habent quædam dona sibi correspondentia in statu uiæ, quæ etiam sunt communia omnibus sanctis: sunt tamen quædam prærogatiuæ sanctorum, in patria, & in uia, quæ non habentur ab omnibus.

A R-

Medina art. 10.

SVPER Q. VII. ART. X.

52 3. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. CONCL. 1. Plenitudo gratiæ ex parte gratiæ considerata; est propria Christo.

¶ PROB. Quia solus Christus habet gratiam in maxima, tum excellẽtia possibili haberi, tum extensione ad omnes gratię effectus (vt patet ex tex. & ar. 9.)

¶ CONCL. 2. Plenitudo gratiæ, ex parte subiecti habentis gratiã considerata, non est propria Christo: sed communicatur alijs per Christum.

¶ PROB. Quia patet ex ad primum, & ad secundum. Et hic clara supponitur.

1^m maior. Quod est proprium alicuius, sibi soli conuenit. ℞. Secundum quod est propriũ eius. §. Tunc nihil &c. Nam plenitudo gratiæ sumpta secundum quod est propria Christo, nulli, nisi ipsi, conuenit. Beata enim virgo dicta est plena gratia, &c. ut in tex. vide conclusiones. *Hom. 34. in Euã. inter finẽ. & medium.

2^m maior. Quod potest communicari alijs per Christum, non uidetur esse proprium Christo. ℞. Secundum quod potest per Christum communicari. §. Tunc &c. Nam illa communicatio est secundum id, quo plenitudo gratiæ non est propria Christo: ut patet in tex.

3^m de conclusione. Ergo in statu uiæ habetur gratię plenitudo. ℞. Correspondenter ad futuram plenitudinem in patria. §. Tunc nihil &c. Non enim hinc sequitur, quod gratiæ plenitudo, ut in conclusione prima dicitur, non sit propria Christo: sed tãtũ quod plenitudo gratiæ, secundum quod declaratur in conclusione secunda non sit ei propria: ut habetur ex tex. Ergo non contra conclusione, sed pro conclusionibus, militat argumentum. Vide art. 9. & 11. pro pleniori præsentis articuli intelligentia.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod plenitudo gratiæ ẽ soli Christo propria. Vt per hoc, quod dicitur Io. 1. Vidimus eũ &c. Vt cum applicatione ponitur in argumen. cont. Ad cuius declarationem dixit Apostolus Colos. 1. Vt sit ipse in omnibus primatum tenens, quia in ipso complacuit omnẽ plenitudinem inhabitare. Vides enim hinc declarari; quod ly plenũ gratiæ, non tantum dicit plenitudinem, sed & omnem, idest plenitudinem ad omnium gratiarum gradus, & effectus abundantissimum tum intensiuè, tum extensiue. Item quod plenitudo illa importata per ly plenum gratiæ, non fuit in Christo ab instanti conceptionis ex meritis, quæst. 2. artic. 11. sed ex mera complacentia diuinæ uolũtatis, quod hic designatur per ly complacuit. Item, quod ly plenum gratiæ, non dicit temporalem, idest ad tempus (ut solet in quibusdam) datam, sed permanentem plenitudinem illam: quod annotatur hic per ly inhabitare. Quæ omnia & insinuãtur & confirmãtur quoque cap. 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Secundo vides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus occasionem sumit ex eo, quòd multis in sacra Scriptura attribuitur plenitudo gratiæ, ut patet de B. Virgine, & Stephano.

¶ In corpore est una distinctio bimembris, cum duabus conclusionibus responsiuis secundum singula membra. Distinctio est hęc, Plenitudo gratiæ duplex est, uel ex parte subiecti. Prima conclusio responsiua est, Plenitudo gratiæ, ex parte gratiæ, propria est Christo: secunda est, plenitudo gratiæ ex parte subiecti, nõ est propria Christo, sed communis est multis per Christum. Prima conclusio probatur, quia solus Christus pertingit ad summum gratię, tam intensiue, quantum ad essentiam, quam extensiue quantum ad uirtutem. Probatur, quia solus habet gratiam in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus. Secunda autem probatur, quia alijs gratia datur intensiue, secundum mensuram eis à Deo præfixam, iuxta Apost. auctoritatem. Et similiter datur virtus gratiæ ad omnia, quæ ptinẽt ad suum officium, uel statum, iuxta aliam Apostoli auctoritatem.

¶ Nota

¶ Nota hic primò, quod distinctio in præcedenti articulo posita de plenitudine gratiæ intensiuè, vel extensiuè, diuidit quodlibet membrum distinctionis in hoc articulo factæ. Nam plenitudo gratiæ secundum se attenditur hic tam intensiuè, quam extensiuè, & similiter plenitudo gratiæ ex parte subiecti attenditur tam intēsiue, quam extensiue. Quocirca in articulo præcedenti plenitudo gratiæ absolute, hoc est sine additione, considerata distinctaq́; est, hic uero cum explicata additione, vel ex parte sui; vel ex parte subiecti considerata, & distincta est. Vnde in Christo est plenitudo gratiæ simpliciter intensiue, & extensiue, iuxta præced. arti. Et in eodem solo est plenitudo gratiæ ex parte gratiæ tam intensiue, quam extensiue, & in eodem, & in aliis per ipsum est plenitudo gratiæ ex parte subiecti, iuxta hunc articulum Sed in Christo plenitudo ex parte subiecti coincidit cum plenitudine gratiæ secundum se: quoniam vnigenitum à Patre decet plenitudo gratiæ secundum se: in aliis autem est plenitudo ex parte subiecti limitata, ita quod non est plenitudo ex parte gratiæ secundum se, quoniam hæc est propria vnigeniti à Patre, ut prima huius articuli conclusio dicit.

¶ Nota secundò diligentissime, quod Auctor de quantitate intensiua gratiæ secundum se, loquens in hoc articulo dicit, quod inuenitur de facto in summo data animæ Christi, ut patet in primo membro distinctionis, & prima conclusione. Et declarat tale summum esse quantum ad essentiam, distinguendo cōtra uirtutē, & quantum ad excellētiam distinguendo contra extensionem, quæ ad virtutem spectat, dicendo, quod est in maxima excellentia, qua haberi potest, vbi impersonaliter loquitur, & ex parte gratiæ, & non ex parte subiecti, ut clare adeo patet in litera, quod nō potest inficiari.

¶ Et hæc ideo notanda duxi, vt videant Thomistæ secundum Auctoris doctrinam dari summam charitatem, summam gratiam, non solum ex parte subiecti, secundum mensuram, quam vnicuiq; præfixit Deus, sed ex parte ipsius charitatis, & gratiæ secūdum se, ut infra amplius clarificabitur.

¶ In responsione ad primum, nota sobrietatem doctrinæ præsentis circa plenitudinem gratię in Beata Virgine, scilicet ut sit plena gratia tam intensiue, quam extensiue non plenitudine gratiæ secundum se (quia illa est propria Vnigenito à Patre) sed plenitudine tam intensiue, quam extensiue requisita ad matrem Dei. Et hic nota contra loquaces, & gratiam Beatæ Virginis extendens ad omnes effectus gratiæ, quasi matris Dei laus indigeat nostris pro uoluntate non ratione laudibus sub quadam pietatis specie.

¶ Siste igitur uir uerè deuote, ac docte, in laudibus ratione fulti, ut scilicet sit gratia plena, non ex parte gratiæ, sed subiecti, nec in summo intensiue, aut extensiue ex parte gratiæ. Lauda in ea gratiam, sed in summo ex parte subiecti supra omnem puram creaturam: hæc enim plenitudo matrem Dei decet, quæ super omnes est puras creaturas exaltata.

SVPER Q. VII. Art. XI.

COncl. 1. Gratia vnionis in Christo est infinita.

53 — 3. d. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. & d. 14. ar. 1. q. 1. ca. Et ve. q. 29. a. 3. Et op. 3. c. 221. Et op. 60. c. 3. Et Ioan. 3. lect. 6.

¶ Prob. Quia persona verbi humanæ naturæ gratis vnita est infinita.

¶ Concl. 2. Gratia habitualis, secundum quod est ens, est finita.

¶ Prob. Quia anima Christi, quæ est gratiæ suæ habitualis subiectum, habet capacitatem finitam. Et esse idest entitas gratiæ, non excedit suum subiectū (ut patet).

¶ Concl. 3. Gratia in Christo habitualis, secundum propriam rationem gratiæ considerata, est infinita.

¶ Prob. Quia talis gratia Christi habet quicquid pertinere potest ad rationem gratiæ tum intensiue, tum extensiue, & non ad mensuram (vt patet ex ly eo quod secundum propositum Dei, cuius &c. ut in tex. & ar. 9. 10.)

1^m maior. Omne immēsum est infinitum. R. Secundum quod est immensum. §. Quod tripliciter contingit, ut in tex. Tunc nihil &c. Nā gratia habitualis, ut in conclusione secunda, q̄ oppugnatur, accipitur, non est immensa, sed quoddam ens creatione mensuratum, secundum illud Sap. 11. Omnia in mensura disposuisti.

2^m de maiori. Virtutem infinitam. R. Secundum rationē uirtutis. §. Tunc nihil &c. vt patet ly propter infinitatem prædictam gratiæ, idest propter infinitatem gratiæ, secundū rationem gratiæ, ut cō clus. 3. In hoc autem sensu stando, negatur de illa maiori ly quæ nō potest fundari, nisi in essentia infinita. Nam potest aliquid habere entitatē finitam, & tamen secundum rationem alicuius suæ uirtutis, dici infinitum, ut patet ex conclusionibus 2. 3. simul iunctis, & de exemplo lucis solis, tex. corp. ri.

3^m de antecedente. Ad quantitatem. R. Eiusdē rationis. §. Tūc nihil

ARTICVLVS XI.

Vtrum Christi gratia sit infinita.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quod gratia Christi sit infinita. Oē enim immensum, est infinitū: sed gratia Christi est immensa dicitur enim Io. 3. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum Filio, scilicet Christo. ergo gratia Christi est infinita.

¶ 2 Præt. Effectus infinitus demonstrat uirtutem infinitam, quæ nō potest fundari, nisi in essentia infinita: sed effectus gratiæ Christi est infinitus: extendit enim se ad salutē totius humani generis: ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris, & totius mundi, ut dicitur primæ Ioā. 2. ergo gratia Christi est infinita.

¶ 3 Præt. Omne infinitum, per additione finiti potest peruenire, ad quātitatem cuiuscumq; finiti. Si igitur gratia Christi esset finita, posset alterius hominis gratia tm̄ crescere, q̄ perueniret ad æqualitatē grę Christi, contra quod dr̄ Iob 28. Non adequabitur ei aurum, uel uitrum, secundū q̄ Gregor.* ibi exponit. ergo gratia Christi est infinita.

* li. 18. Moral. c. 3.

SED CONTRA est, q̄ gratia est quiddam creatum in anima: sed oē creatum est finitum, s̄m illud Sap. 11. Omnia in numero, & pondere, & mēsura disposuisti. ergo gratia Christi non est infinita.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut ex supradictis patet,* in Christo potest duplex gratia cōsiderari. Vna quidē est gratia unionis, q̄ sicut supra dictū est, † est ipsum uniri personaliter filio Dei, quod est gratis cōcessum humanę naturę, & hanc gratiā constat esse infinitā, s̄m q̄ ipsa persona uerbi est infinita. Alia uerò est gratia habitualis, quę quidem potest dupliciter considerari. Vno modo, s̄m q̄ est quoddā ens. Et sic necesse est, quod sit ens finitum, est. n. in anima Christi sicut in subiecto: anima autē Christi est creatura quædam habēs capacitatem finitam. vnde esse gratię, cū non excedat suum subiectum, nō potest esse infinitum. Alio modo potest considerari s̄m propriam rationem gratię. Et sic gratia Christi potest dici infinita, eo q̄ non limitatur, quia scilicet habet quicquid potest pertinere ad rationem gratię, & nō datur ei s̄m aliquam certam mēsuram id, quod ad rationē gratię pertinet, eo q̄ secundum propositum Dei, cuius est gratiam mensurare, gratia cōfertur animæ Christi, sicut cuidam uniuersali principio gratificationis in humana natura, secundū illud Eph. 1. Gratificauit nos ī dilecto filio suo, sicut si dicamus lucem solis esse infinitam, non quidem secūdum suum esse, sed secundū rationem lucis, quia habet quicquid ad rationem lucis pertinere potest.

* q. 2. a. 10.
† q. 6. ar. 9.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ id, q̄ dr̄. Pater non ad mēsurā dat Spiritū filio, uno mō exponitur de dono, q̄ Deus Pater ab ęterno dedit Filio. s. diuinā naturam, q̄ est donū infinitum. Vnde quędam gl.* dicit ibi. Vt tantus sit filius, quātus, & Pater. Alio modo pōt referri ad donū, q̄ datum est humanę naturę, ut uniatur diuinę personę, qđ ēt est donū infinitū. Vnde gl. † dicit ibidem, sicut Pater plenū, & perfectū genuit verbum, sic, & plenum, & perfectum est unitū humanę naturę. Tertio mō pōt referri ad gratiā habitualē, inquātū gr̄a Christi se extēdit ad oīa, q̄ sunt gr̄æ. Vñ Aug.* hoc exponens dicit, Mēsura, diuisio q̄dā donorū ē: alii. n. dat̄ p Spūm sermo sapiētię alii sermo sciē, sed Chr̄s, q dat, ñ ad mēsurā accepit.

* gl. interlinearis sup illud, Oīa dedit ī manus eius.
† gl. or. ibi.
* Trac. 14. in Io. ante med. to. 9.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ gratia Christi habet infinitum effectum, tum propter infinitatem prędictā gratię, tū propter unitatē diuinę personę, cui anima Christi unita est.

AD TERTIVM dicendum, quod minus per augmētum pōt peruenire ad quantitatē maioris, in his, quę habent quātitatem unius rationis, sed gratia alterius hominis comparatur ad gratiam Christi, sicut quędam uirtus particularis ad uniuersalem. Vnde sicut uirtus ignis, quantumcumq; crescat, non potest adęquare uirtutem solis, ita gratia alterius hominis, quantumcumque crescat, non potest adęquare gratiam Christi.

nihil &c. Nam gratia alterius hominis cõparatur ad gratiã Christi,&c. ut in tex. Ex quo habes interemptam hæresis Begardorũ rationem, quam ipsi sic uocabant, ab eis pro tutela suæ perfidiæ allatam. Dicebant enim, ut refertur in Clement. de hæretic. cap. ad nostrum. Homo in uita præsenti tantum, & talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non ualebit: Nam (ut dicunt) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri. Hanc hæresim cum radice illa sua infecta, Clemens V. in Concilio Viennensi damnat ibidem, damnat & eorum sectam, ipsorumque alios ibi connumeratos errores, quorum & doctrinam, uocat sacrilegam, peruersam, atque execrandam. Per consequens igitur Papa ibidem approbasse, & confirmasse, cointelligitur doctrinam textus præsentis D. Tho. tanquam ueridicam, catholicam, & Christi fidelibus acceptabilem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse à scripturis insinuatum, quod Christi gratia habitualis est & non est infinita. Quod quidem non sit: ut Sap. 11. Omnia in &c. ut cum discursu est in argumen. cont. Quod autem sit, insinuatur Io. 3. Non ad mensuram dat Deus spiritum. Vide artic. 9. appen. & item à 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis non tantum nostris, sed etiam totius mũdi. Hoc est. Etiam infinitorum mundorum, si essent: propter duplicem causam adductam in ad secundum. Si de hoc, & consequenter de pleniori noticia textus huius, uis instrui: vide omnino Compend. Alber. Mag. li. 4. c. 13. Schol. Et D. Tho. opusc. 3. quod dicitur Cópêdium Theologiæ tracta. 2. s. de fide ad humanitatem Christi. c. 31. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

DIuinæ vt non desim gratiæ, par est vt cœptum opus prosequamur, & quanto amplius Dei sanctissimique Domini nostri Leonis Decimi Pontificis Maximi gratia, Cardinea me dignitate attollens abundauit, tanto magis debeo Iesu Christi mysterium, Ecclesiæque sacramenta scrutari, in lucemque proferre.

¶ Hoc igitur eodem anno salutis quidem millesimo quingentesimo decimoseptimo, ætatis autem propriæ nono supra quadragesimum, inchoatum opus die duodecima Cardinalatus simul & mẽsis Iulii prosequendo, titulum huius undecimi, art. q. 7. intelligendum, vt sonat dicimus.

¶ In corpore articuli respondetur quæsito, diuidendo, & subdistinguendo, sic quod iuxta tria membra distinctionis tribus conclusionibus respondetur. Diuisio est, Gratia Christi duplex, uel vnionis, vel habitualis. Subdistinctio est, Gratia habitualis dupliciter consideratur, vel secundum rationem entis, vel secundum rationem gratiæ. Vnde consurgunt tria membra: videlicet gratia vnionis, gratia habitualis vt ens, gratia habitualis vt gratia. Prima conclusio iuxta primum membrum est, Gratia vnionis est infinita. Probatur. Vniri personaliter filio Dei, est infinitum, secundum q; ipsa persona verbi est infinita. ergo gratia vnionis est infinita. Vbi iuxta promissa expecta calcem ultimi articuli præsentis quæstionis. Secunda conclusio est, Gratia habitualis Christi, inquantum ens, est finita. Probatur. Est in anima Christi sicut in subiecto. ergo est ens finitum. Probatur sequela, quia non excedit suum subiectum, quod est finitæ capacitatis, quia creatura quædam est.

¶ Nota hic, quod quia finiti, & infiniti ratio quantitati soli congruit, vt dicitur in primo Physicorum, iuxta multiplicem quantitatem rei, multiplex finitas uel infinitas considerari potest. Verbi gratia, in linea iuxta duplicem quantitatem, scilicet molis, uel perfectionis, dupliciter potest dici finita, uel infinita: nam si esset linea aliqua infinitæ longitudinis, esset finita secundum perfectionem, (esset enim accidens, ac per hoc imperfectius ens, quàm substãtia quæcumque) & esset infinita secundum rationem lineæ. Et simile accidit in habentibus, tantum quantitatem perfectionis: multarum tamen rationum, quod scilicet possunt iuxta multiplicem perfectionis quantitatem, multipliciter dici finita, uel infinita, ita quod secundum quantitatem talis perfectionis sunt finita, & secundum quantitatem alterius rationis perfectionis sunt infinita: ut si esset albedo infinita intensiue secundum latitudinem albedinis, esset infinita secundum rationem albedinis; esset tamen finita secundum quantitatem perfectionis simpliciter, quoniam esset accidens, ac per hoc imperfectius ens qualibet substantia quantumcumque finitæ perfectionis.

¶ In litera igitur Auctor gratiam considerat, & secundũ quantitatem perfectionis conuenientis sibi secundum propriam gratiæ rationem, & secundum quantitatem perfectionis conuenientis sibi secundum communem rationem entis, quod est considerare ipsam, sicut, & quodlibet aliud ens secundum communem rationem perfectionis, nam quod est finitæ perfectionis, est finitæ entitatis: & econtra: & similiter qđ est infinitæ entitatis est infinitę perfectionis, & econtra. Et dicit in secunda conclusione, quod gratia habitualis Christi est finita secundum rationem entis, hoc est, ens finitum.

¶ In tertia autem, quod eadem est infinita secundum rationem gratiæ, hoc est, est gratia infinita: Quæ tertia conclusio in litera primò exponitur: deinde probatur. Explanatur quidem, & quantum ad uim nominis, scilicet quòd est infinita, quia non est limitata secundum aliquam creatam mensuram, & quantum ad rem, quia habet quicquid potest pertinere ad rationem gratiæ, & quantum ad exemplum de luce solis. Probatur autem, Animæ Christi confertur gratia sicut cuidam uniuersali principio gratificationis in humana natura. ergo animæ Christi gratia est infinita secundum rationem gratiæ. Antecedens probatur ex auctoritate Apostol. ad Ephes. 1.

¶ Nota hic, quod ly in humana natura, determinat subiectum necessitatis, non extensionis hoc est, quia Christus est uniuersale principium gratificationis, humanæ necessitatis est: nam causa necessitatis ad habendum Christum principium gratificationis, humana natura est. Sed licet necessitas ex humana occasionem sumpserit natura, extenditur tamen hoc principium non solum ad homines, sed ad Angelos, ut infra patebit: ita quod Christus est uniuersale principium gratificationis etiam angelorum, extensa iam sua capitali gratia, etiam ad angelos.

¶ In responsione ad secundum eiusdẽ articuli perspice, quod gratia habitualis Christi habet effectum infinitum ob duplicem (ut dicitur in litera) causam. Hinc enim habes, & meritum, & satisfactionem Christi infinitatem habere.

¶ In responsione ad tertium dubium occurrit: primo, quomodo uerũ sit, quod gratia cuiuslibet singularis personæ habeat quantitatem, alterius rationis a quantitate gratiæ Christi: secundo, quomodo uerum sit, quod gratia cuiuslibet singularis personæ sit uelut uirtus particularis, & gratia Christi uelut uirtus uniuersalis. Et est ratio utriusque dubii: quia gratia est eiusdem speciei specialissimæ in quacumque sit creatura, ut patet de charitate. Impossibile est autem quod in una specie specialissima inueniatur oẽrẽ tanta diuersitas, ut unum illius indiuiduum sit uirtus uniuersalis, & alterum particularis, cum uirtus uniuersalis, & particularis, loquendo per se, distinguantur ad minus specie, ut patet inductiue, & conuincitur ratione ex diuersitate actuum propriorum, uirtutis uniuersalis, & uirtutis particularis.

¶ Ad hoc dicitur, quod gratia habitualis Christi (de qua est sermo), & aliorum, licet sit eiusdem speciei specialissimæ, quo ad essentiam, est tamen diuersarum rationum quantum ad modum essendi. Est si quidem gratia in Christo, ut in toto adæquante ipsam secundum se, est autem in omnibus aliis, ut in partibus inadęquatis ipsi secundum se gratiæ. Et propterea est in Christo, vt in subiecto, & principio uniuersali gratiæ, in aliis uero ut in particulariter participantibus. Et ideo quantumcumque crescat aliorum gratia, nunquam peruenire potest ad quantitatem intensiuã, uel extensiuam gratiæ Christi.

¶ Et vt hæc doctrina facilius intelligatur, dicamus sub exemplo: Calor eiusdem est in se speciei siue in igne, siue in aere, siue in mistis; uerumtamen ignis adæquat calorem secundum se, quia tanti, tam extensiue, quam extensiue est susceptiuus caloris, quantus natus est esse secundum se calor. Aer autem siue mistum quodcumque, calorem participat, ita quod statim ut calor in alio quã igne poni intelligitur, limitatus, & deficiens a perfectione, quam natus est calor secundum se habere, intelligitur: ex hoc enim ipso, quod calor in subiecto inadæquante calorem secundum se ipsum ponitur, limitatus, ac deficiens ponitur. Et propterea quantumcumque crescere ponatur calor in tali subiecto inadæquate, nunquam perueniet ad quantitatem perfectionis caloris in igne adæquato subiecto, eo q; tale augmentum etiam si in infinitum ponatur, continebitur, & sistat infra latitudinem subiecti participantis, cuius tota latitudo succumbit subiecto adæquato.

¶ Ad propositum igitur hinc redeundo, dicimus iuxta prius habitam doctrinam, gratiam habitualem esse in Christo secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia secundum seipsam, & in nullo alio esse gratiam secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia, secundum seipsam, & propterea in Christo fuisse gratiam, ut in subiecto totali: in aliis uero ut in subiectis partialibus. Et hoc est gratiam esse diuersarum rationum, quantitatum, & perfectionum, non secundum essentiam, sed secundum modum. Et hinc prouenit, quod gratia Christi comparatur ad gratias aliorum, ut uirtus uniuersalis ad uirtutes particulares: nam spectando ad differentiam, quę est penes dictos modos essendi clare liquet, gratiam Christi habere quicquid perfectionis natum est conuenire gratiæ secundum seipsam, ac per hoc omnem illius perfectionem intensiuam, & extensiuam: utraque enim perfe-

ctio

ctio gratiæ secundũ seipsam exigit, & consequenter gratiã Christi esse uniuersalis uirtuti (utpote, quæ omnem gratiæ perfectioné intensiuam, & extensiuam in se continet) aliorum verò gratiam esse particularis virtutis, vtpote, partem intensiuæ, & partem extensiuæ perfectionis gratiæ in se continens: plus tamen, uel minus iuxta cuiu'que mensuram, qua mensus est illi Deus. Quo fit, vt quantumcumque quæcumque pura creatura crescat in gratia, numquam peruenire possit ad quantitatem æqualem gratiæ Christi: sicut numquam pars adæquare potest totum, nisi partis rationem amittat. Et hoc est quod in litera dicitur, reddendo rationem, quare finitum crescendo non potest adæquare aliud finitum: quia, scilicet habent quantitates diuersarum rationum penes hoc, quod Christi gratia est uirtutis, & quantitatis vniuersalis, aliorum vero gratia est perfectionis, & uirtutis particularis: quia in illo est gratia cum perfectione debita sibi secundum seipsam gratiam: in aliis uero est gratia cum perfectione modificata, & mensurata, secundum tale subiectum particulare. Et propterea in Clementina, ad nostrum, de hæreticis, damnatur error Beguinarum dicentium, hominem in uia posse peruenire ad talem gratiæ gradum, ut non possit ultra proficere, eo quod aliter excedi posset gratia Christi. Vtrumque etenim erroneum esse ex dictis iam patet, & amplius parebit.

ARTICVLVS XII.

Vtrũ gratia Christi potuerit augeri.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, qđ gratia Christi potuerit augeri. Omni enim finito potest fieri additio: sed gratia Christi fuit finita, ut dictum est.* ergo potuit augeri.

¶ 2 Pręt. Augmentum gratiæ fit per uirtutem diuinam, secundum illud 2. ad Cor. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in uobis: sed uirtus diuina, cum sit infinita, nullo termino coarctatur. ergo uidetur quod gratia Christi potuerit esse maior.

¶ 3 Pręt. Luc. 2. dicitur, quod Puer Iesus proficiebat sapientia, & ætate & gratia apud Deum, & homines. ergo gratia Christi potuit augeri.

SED CONTRA est, q̄ dr̄ Ioã. 1. Vidimus eum quasi vnigenitũ à Patre plenũ gratię, & ueritatis: sed nihil potest esse aut, intelligi, maius quam quod aliquis sit unigenitus a Patre. ergo etiam non potest esse, uel intelligi maior gratia, quã illa, qua Christus fuit plenus.

RESPON. Dicendum, quod aliquã formam non posse augeri, contingit dupliciter: Vno mõ ex parte ipsius subiecti: alio mõ, ex parte ipsius formæ. Ex parte quidẽ subiecti, qñ subiectum attingit ad ultimũ gradum in participatione illius formæ sm̃ suum modum: sicut si dicatur, q̄ aer non potest crescere in caliditate, qñ pertingit ad vltimum gradum caloris, qui potest saluari in natura aeris, licet possit esse maior calor in rerum natura qui est calor ignis. Ex parte autem formæ excluditur possibilitas augmenti, qñ aliquod subiectum attingit ad ultimã perfectionẽ, quam põt talis forma habere in natura: sicut si dicamus, q̄ calor ignis nõ potest augeri, quia non põt esse perfectior gradus caloris q̃ ille, ad quem pertingit ignis. Sicut aũt aliarum formarũ est ex diuina sapientia determinata, propria mensura, ita & gratiæ, sm̃ illud Sap. 11. Oĩa in numero, & pondere, & mensura disposuisti. Mẽsura autem unicuiq; formæ præfigit per comparationẽ ad suum finem: sicut nõ est maior grauitas, quam grauitas terrę, quia non potest esse inferior locus loco terræ. Finis aũt gratię est unio creaturæ rationalis ad Deũ: non potest autem esse, nec intelligi maior vnio creaturæ rationalis ad Deum, q̃ quæ est in persona. & ideo gratia Christi ptingit ad summã mẽsuram grãæ. Sic igitur manifestũ est, q̄ gratia Christi nõ potest augeri ex parte ipsius gratię, sed neq; etiam ex parte subiecti: quia Christus, sm̃ q̄ homo, a primo instanti suæ conceptionis fuit uerus, & plenus comprehensor. Vnde in eo nõ potuit esse gratiæ augmẽtum, sicut nec in aliis beatis: quorum gratia augeri non potest, eo q̄ sunt in termino. Hominum uerò, qui sunt purè uiatores, gratia potest augeri, & ex parte formæ, quia non attingunt summũ gratiæ gradum, & ex parte subiecti, quia nondum peruenerunt ad terminum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ si loquamur de quantitatib. mathematicis, cuilibet finitæ quantitati potest fieri additio: quia ex parte quantitatis finitæ, non est aliquid q̄ repugnet additioni. Si vero loquamur de quantitate naturali, sic potest esse repugnantia ex parte formæ, cui debetur determinata quantitas, sicut & alia accidentia determinata. Vnde Philos.* dicit in 2. de Anima: quod omnium natura constantium est terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti. Et inde est, q̄ quãtitati totius cęli, non potest fieri additio. Multo igitur magis in ipsis formis consideratur aliquis terminus, ultra quem non progrediuntur. Et propter hoc non oportet, q̄ gratiæ Christi possit fieri additio, quamuis sit finita secundum sui essentiam.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ virtus diuina licet possit facere aliq̃d maius, & melius, q̃ sit habitualis gratia Christi, non tñ posset facere, q̄ ordinaretur ad aliquid maius, q̃ sit unio psonalis ad Filiũ vnigenitum a Patre. Cui unioni sufficienter correspondet talis mensura gratiæ, secundum definitionem diuinæ sapientiæ.

AD TERTIVM dicendum, q̄ in sapientia, & gratia aliquis potest proficere dupliciter, uno modo, secundum ipsos habitus sapiẽtię, & gratię augmentatos, & sic Christus in eis nõ proficiebat: alio mõ, sm̃ effectus, inquantũ. s. aliquis sapiẽtiora, & uirtuosiora opera facit. Et sic Christus proficiebat sapiẽtia, & grãa, sicut, & ætate: quia sm̃ processum ætatis perfectiora opera faciebat, ut se uerũ hominẽ demonstraret, & in his, quæ sunt ad Deum, & in his, quæ sunt ad homines

AR-

SVPER Q. VII. ART. XII.

54
1.d.15.q.5.
a.1.q.4. &
di.17.q.2.
ar.4. ad 3.
Et 3.d.13.
q.1. art.2.
q.3.& dist.
18.art.5.c.
Et Isa. 11.
lec.2.prin.
*art.præc.

CONCL. 1. Gratia Christi non potest augeri, ex parte ipsius gratiæ: neque ex parte subiecti.

¶ PROB. Quia mensura gratiæ, ut gratię, attenditur secũdum vnionem ad Deum: & non potest esse, nec intelligi maior unio ad Deum, quam vnio personalis. Secunda autem pars scilicet neque &cæt. Probatur, quia Christus fuit semper plenus compræhensor.

¶ NOT. Primæ partis probatio uidetur solum concludere, quod gratia vnionis non possit augeri, propter hoc, quod dicit ly quam unio personalis. Tamen, si consideretur, quod gratia habitualis i Christo se habet correspondenter ad gratiam vnionis, modo, quo dictum est artic. 9. corp. & arti. 10. argument. cont. videbimus: quod ipsamet concludit etiam idem concomitanter de gratia habituali. Ac si, per ly quàm vnio personalis, dixerit. Quam vnio personalis in seipsa, & in sibi proportionaliter quodammodo correspondente.

¶ CONCL. 2. Hominum uerò, qui sunt &c. vt in text. usque in finem.

¶ PROB. Quia fert secum suas probationes.

¶ NOT. Directè ualet ista cõclusio contra hæresim Begardorum, scilicet quod non possit quis semper in gratia proficere. Vide art. 11, ad 3. Consequenter ergo monstrat, quod ex ratione duplici rectè dãnauit Papa Clemẽs illam hæresim: & uiceuersa ab eodem Papa per hoc Conclusio ista secunda adiuuatur.

1m maior. Omni finito potest fieri additio. ℞. Si illud finitum considere tur secundum quantitatem mathematicam: nõ autem, secundum quantitatem naturalem. §. vt declaratur in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid.

2m de conclusione. Esse maior. ℞. Absolutè: non autem, secundũ quod ordinatur ad vnionem personalem. §. Sic enim procedit ex præmissis. Nam uirtus diuina licet possit &c. ve in tex. Tunc nihil, &c. ut patet ibid. Hinc iuuaberis ad melius intelligendum dicta in not. post concl. 1.

3m de conclusione. Potuit augeri. ℞. Secundum effectus. §. Tũc nihil &c. Nam cõclusio prima, articuli intendit de non posse augeri in alio sensu, scilicet secũdum habitum gratiæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod gratia Christi non potest augeri. Vt Io. 1. Vidim* &c. secundum quod cum discursu est in argumen. contr. Item Coloss. 1.2. secundum quod est supra ar. 10. appen. Item à dictis ar. 11. append. Vide & articu. 9. Nam ista omnia mutuo se iuuant. Secundò vides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* Lib. 2. de Aia. text. 41. to. 2.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli duodecimi clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt: præponitur si quidem vna distinctio, & ponuntur, deinde duæ conclusiones responsiuæ quæsito. Distinctio est, Formam suscipientem magis, & minus posse, vel non posse augeri, contingit dupliciter, primo ex parte formæ; secundo ex parte subiecti. Exempla clara sunt in litera. Et ex hac distinctione radicis, posse, vel non posse augeri in communi, subintellige in speciali, quod gratiam non posse, vel posse augeri contingit dupliciter, vel ex parte gratiæ, vel ex parte subiecti. Et probatur primum membrum, scilicet ex parte gratiæ, quantum ad negatiuam partem, quæ est prima conclusio (scilicet gratiam Christi ex parte gratiæ, non posse augeri) quia sicut aliarum formarum, ita & gratiæ Christi propria mensura secundum se est ex diuina sapientia, ergo propria gratiæ mensura determinata est penes finem. ergo penes rationalis creaturæ vnionem ad Deũ, ergo gratia Christi pertingit ad summam mensuram gratiæ, ergo gratia Christi non potest augeri ex parte ipsius gratiæ. Antecedens probatur auctoritate Scripturæ. Prima consequentia probatur: quia mensura unicuique formæ præfigitur in comparatione ad finem: quod declarauit exemplo in terræ grauitate. Secũda autem: quia finis gratiæ est vnio creaturæ rationalis ad Deũ. Tertia uerò, quia nec esse, nec intelligi potest maior ad Deum vnio, quam personalis.

¶ Siste hoc in loco lector, & perspice primo, quod in præcedentis libri Commentariis, cum de charitate tractaretur, scripsimus, non somniasse nos, sed ab Auctore didicisse, scilicet gratiam, ac per hoc charitatem in creaturis habere secundum se terminum in summo, ita quod non sunt amplius augmentabiles, & verba Auctoris in illo loco, quæ videntur sonare oppositum, non esse falsa, aut correcta, seu retractata hic, sed sunt exponenda, ut ibi exposuimus: & sentiendum cum Auctore hoc in loco est, quod gratia habitualis Christi est uere in summo, ad quod potest gratia ex parte sui perduci, & hoc iam in præcedentibus huius libri pluries habuimus.

¶ Ad claritatem tamen doctrinæ præsentis intellige mensuram formæ præfixam esse penes relationem ad finem, non sic quod mensura penes extrinsecum sit (quoniam mensura formæ intrinseca est formæ cuius est mensura) sed sic, quod cum omne agens agat propter finem, ac per hoc id, quod substantialiter est propter finem, oportet commensuratum esse fini: sicut quod secundum aliquam figuram est propter finem, oportet vt figuratum esse commensuratum illi fini, propterea cum graue sit propter esse deorsum, oportet graue ut sic, commensuratum esse fini, ut, scilicet infimo deorsum commensuretur sola summa grauitas, & supremo sursum sola summa leuitas: ita summæ vnioni creaturæ rationalis ad Deum commẽsurari oportet solam summam gratiam.

¶ Sed est hic locus quæstioni, quo pacto finis gratiæ habitualis (de qua est sermo) est unio personalis, cum secundum antedicta, & in sequenti articulo ex proposito definita, unio personalis non sequatur, sed præcedat gratiam habitualem, finis autem posterior sit generationis ordine, eo quod est propter finem.

¶ Ad hoc dicitur. quod finis non dicitur tantum de fine consequendo, sed de fine præexistente, qui finalizat non ut sit, aut bene sit, sed quia est: sicut Deus, qui nec est nec conseruatur, aut quomodolibet augetur per creaturas, finis earum dicitur. Quocirca vnio personalis finis est gratiæ habitualis, non assequendus per eam, sed quia ipsa emanat ab vnione personali ordinata ad vnionem personalem ut ad finem, quia est, sicut creaturæ fiunt a Deo propter Deum ut finem earum, quia est. Nec est hoc remotum ab ordine, quem in rebus generabilibus uidemus, quoniam in istis perspicimus, quod non solum antecedentes dispositiones, sed consequentia etiam accidentia ordinantur ad substantiam prius natura genitam, ut ad finem; esse namque disciplinabilem, quod consequitur ad formam hominis, ordinatur ad hominem, ut ad finem. Stat ergo solida literæ doctrina, tradens gratiam habitualem Christi esse in summo, quia consonat, & commensuratur summæ vnioni ut fini.

¶ Secunda conclusio est, Gratia Christi non potuit augeri ex parte subiecti. Probatur ratione: quia Christus ab initio fuit plene comprehensor, ac per hoc in termino. Et a simili: quia nec beatorum in patria gratia potest ob dictam rationem augeri. Et a simili tam hæc quam præcedens conclusio manifestatur: quia pure uiatorum gratia potest augeri & ex parte gratiæ (quia non pertingunt ad summum secundũ se), ex parte subiecti: quia adhuc sunt in uia, & non peruenerunt ad viæ terminum.

¶ Vbi nota, quod ideo absque alia probatione in litera asseritur, nullum pure uiatorem attingere ad summum gratiæ ex parte gratiæ: quia consequuntur se hæc duo, videlicet summum gratiæ, ex parte gratiæ, & gratia virtutis vniuersalis. nam gratia secundũ se summa, ad quicquid potest spectare, ad rationem gratiæ se extendit, & si ad quidlibet perfectionis gratiæ se extendit, summa gratia est. Et quoniam utrumque constat esse plenitudinis propriæ vnigeniti a Patre, quem ipsa plenitudo gratiæ constituit ab initio cõprehensorem, ideo absque hæsitatione aliqua asserendum est, nullam puram creaturam siue in uia, siue in patria ad summum gratiæ ex parte gratiæ pertingere.

¶ In responsione ad primum eiusdem duodecimi articuli considerata perspicaciam responsionis, non solum propositioni obiectæ satisfacientis, sed ex radice oppositum monstrantis: propositionem si quidem illam, Omni finito potest fieri additio, cum finitum, & infinitum quantitatis proprio sit, distinguit secundum posse dupliciter, quantum finitum considerari Mathematice, hoc est abstrahendo a materia sensibili, ut loquimur de linea, superficie, uel corpore absolutè, uel Physicè, hoc est, ut ad specificas naturas rerum naturalium est determinatum, ut quantitas humana, uel cœlestis. Primo modo uera est propositio illa: secundo autem falsa, ut patet de quantitate cœli. Et quia ratio, quare quantitati determinatæ ad naturam talem, repugnat additio, est forma naturalis (ut patet ex secundo de Anima) ideo litera radicem attingens subdit, quod multò magis ipsi formæ naturali quantitatis finitæ repugnat additio: quoniam si forma naturalis efficit, ut quantitas, cui secundum se non repugnat additio, excludat additionem: multò magis efficit, ut a seipsa excludat additionem. Quo fit, ut quia gratia eiusdem est rationis, quo ad finitatem, uel infinitatem conformis naturalibus, cum sit illarum una, de quibus scriptum est, Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti: ideo gratia Christi, & finita, & excludens additionem simul est.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 12. artic. aduerte, quod quia in litera gratia Christi relata ad proprium finẽ, excludit melius se: & tamen compatitur aliquid maius, seu melius se, ideo manifestè litera ista docet gratiam Christi dupliciter posse considerari. Primo secundum id, quod in se est, hoc est secũdum propriam intrinsecam entitatem, qua est tale ens inter entia vniuersi. & sic potest aliquid esse nobilius eas: quam ipsa sit: immo omnis substantia est nobilior secundum sui generis ratione illa, cum sit essentialiter accidens. Alio modo, secundum id, ad quod ipsa sua entitas tantæ perfectionis ordinatur, vt ad proprium finem. Et sic non potest fieri aliquid maius, aut melius illa, quoniam suapte natura commẽsurata est vnioni personali Dei, ut proprio fini, qua nihil esse potest melius. Et ut melius percipias, quæ in litera subinnguntur, perspicaciter attendendum est, a diuina sapientia dupliciter aliquid ordinatum, quantum est ex parte rei ordinatæ ad unionem personalẽ filii Dei, uel per se, vt perfectio gratiæ secundum se, uel per accidens, ut humana natura. Per accidens si quidem euenit, quantum est ex parte humanæ naturæ, ut complaceret Deo illam eligere ad vnionem personalem sui: quoniam ipsa natura humana secundum se nullam habet proportionem, aut commensurationem ad assumptibilitatem: quia nullam habet potentiam passiuam ad ea, quæ omnem naturalem ordinem transcendunt: sed diuina charitas, ac sapientia eleuauit illam, ordinando ipsam, ut assumeretur. Gratia autem secundum se totaliter perfecta, quia ex proprii ordinis, ut pote supernaturalis ac diuini ratione, ad supernaturale, ac diuinum quid ordinatur, par est, ut suapte natura ad unionem personalem in sui summa plena perfectione ordinetur, ac commensuretur, ac per hoc non per accidens, sed per se a diuina sapientia ad unionẽ personalem ordinatur. Et ideo in litera dicitur, quod unioni personali correspondet sufficienter talis mensura gratiæ, hoc est, gratia in summo secundum se, secundum diuinæ sapientiæ ordinem, quo omnia disposuit ab æterno suauiter. Quocirca quantumcumque aliquod ens in se secundum suam intrinsecam entitatem melius gratia, quæ est in Christo, fieret: non fieret tamen ens suapte natura ordinatum per se ad melius, quam ordinetur perfectio, quæ in Christo est gratiæ, & hoc aperte intendit litera per se intellecta.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod similitudo profectus Christi quo ad sapientiam, gratiam, & ætatem, in litera asseritur, quo ad partem affirmatiuam, scilicet quod proficiebat quo ad effectus ætatis, sicut quo ad effectus sapientiæ, & gratiæ, & hoc constat esse uerissimum, quoniam opera sua consona ætati faciebat: sed non asseritur quo ad partem negatiuam, scilicet quod non proficiebat secundum ætatem ipsam, sicut non proficiebat secundum ipsam sapientiam, seu gratiam quoniam constat quod esset falsum hoc, nam Christus uere proficiebat ipsa ætate, quoniam secundum ætatis mensuram corporalis progressus est, constat enim Christum vere primum infantem, deinde puerum, inde adolescentẽ, atque in uirum tandem perfectum emersisse (sicut cæteros homines) sensim, & per incrementa temporum, augente naturali uirtute membra, roburque uiribus ministrante.

Medina ar. 13.

SVPER Q. VII. ART. XIII.

55 4.di.13.q. 3.a.2.q.3. Et op.3.c. 221.Et op. 60.c.3.

COncl. Gratia vnionis præcedit ordine naturæ, & intellectus, gratiam habitualē in Christo.

¶ Prob. Quia hoc patet, & ex ordine principiorum utriusque gratiæ, & ex habitudine gratiæ habitualis ad suam causam, & ex fine gratiæ habitualis ad quem ordinatur (ut de his tribus singillatim declaratur in tex.) *c.15.ante med. to.7.

1^m minor. Hæc gratia habitualis uidetur eadem esse cum gratia unionis. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur; quod nihil dicit ad propositum. Non enim nomine gratiæ ibi Beatus Augustinus intelligit gratiam habitualem neque gratiam unionis: sed gratuitam Dei uolūtatem gratis beneficia largientem.

2^m minor. Gratia habitualis uidetur esse quædam dispositio humanæ naturæ ad unionem personalem. ℞. Negatur. §. Vt patet quæstione 6. artic. 6. Immò talis gratia est, sicut quędam proprietas naturalis. Vide quęstio. 2. art. 12.

3^m maior. Commune est prius propria. ℞. Si utrûque sit eiusdem generis. §. Tunc nihil &c. Nam hæ gratiæ, scilicet unionis, & habitualis non sunt unius generis.

APPENDIX.

*q.2.a.10. & q.6.a.6. Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostēdas, meritò esse a scripturis insinoatum, quod gratia habitualis ī Christo subsequitur gratiam vnionis. Vt Isa.42. secundum quod cum discursu applicatur in argum. cont. Item p hoc, q dicitur Io. 1. Verbū caro factum est, anteq̄ dicatur, Plenum gratiæ. Ac si apertè dictum sit. Ista gratię plenitudo pręsupponit unionē Verbi ad carnem. Quod autē ad illam unionem sequat, sicut quædā proprietas naturalis ex ea resultās, insinuatur & ibid. per ly gloriam quasi vnigeniti a Patre. Hoc est; ex cōtextu. Gloria, quæ est gratia habitualis cōsūmata, quā uidimus in aia uerbi incarnati, erat gloria procedēs ex hoc; q illud Verbū caro factum filius est unigenitus a patre. Hinc.n. resultauit illa gloria. i. q fuit etiam cōpręhensor ab instanti cōceptionis; quamprimum. i. Verbū caro factum est. i. quam primum illa persona incarnata, & illa caro sic verbo unita, fuit onigenitus a Patre. Secundò uides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

ARTICVLVS XIII.

Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad unionem.

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quod gratia habitualis in Christo non subsequatur vnionem. Idem enim non sequitur ad seipsum: sed hæc gratia habitualis, videtur eadem esse cum gratia vnionis: dicit enim August. in lib. de Prædest.* Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicūque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Quorum duorum primum pertinet ad gratiam habitualem, secundum ad gratiam unionis. ergo uidetur, q gratia habitualis non subsequatur unionem.

¶ 2 Præt. Dispositio præcedit perfectionem tempore, uel saltem intellectu: sed gratia habitualis uidetur esse sicut quædam dispositio humanę naturę, ad unionem personalem. ergo videtur, quod gratia habitualis non subsequatur vnionem, sed magis præcedat.

¶ 3 Præt. Commune est prius proprio: sed gratia habitualis est communis Christo, & aliis hominibus, gratia aūt unionis est propria Christo. ergo prior est secundum intellectum gratia habitualis quàm ipsa vnio. non ergo sequitur eam.

SED CONTRA est, q dicitur Isa.42. Ecce seruus meus, suscipiam eum: & postea sequitur: Dedi Spiritum meum super eum, quod quidē pertinet ad donum gratiæ habitualis. Vnde relinquitur, quod susceptio naturæ humanę in unitatē personæ, præcedat gratiam habitualem in Christo.

RESPON. Dicendum, quod unio humanæ naturæ ad diuinam personam (quam supra * diximus esse ipsam gratiam vnionis) præcedit gratiam habitualem in Christo, non ordine temporis, sed naturæ, & intellectus. Et hoc triplici ratione. primo quidem, secundum ordinem principiorum vtriusque. Principium enim vnionis est persona Filii, assumēs humanam naturam, quæ secundū hoc dicitur missa esse in mundum, q humanam naturam assumpsit. Principium autem gratiæ habitualis, quæ cum charitate datur, est Spiritussanctus, qui s̄m hoc dicitur mitti, q per charitatem mentem inhabitat. Missio autem Filii s̄m ordinem naturę, prior est missione Spiritussancti, sicut ordine naturę Spiritussanctus ꝓcedit a Filio, & à sapientia dilectio. Vnde, & vnio personalis, secundum quā intelligitur missio Filii, est prior ordine naturæ habituali gratia, s̄m quam intelligitur missio Spiritussancti. Secundò accipitur rō huius ordinis ex habitudine gratiæ ad suā causam. Gratia enim causatur in hoīe ex præsentia diuinitatis, sicut lumen in aere ex præsentia solis. vnde dr̄ Ezech.43. Gloria Dei Israel īgrediebat̄ per uiam Orientalem, & terra splendebat à maiestate eius. Præsentia autem Dei in Christo intelligitur s̄m vnionem humanæ naturæ ad diuinā personam: vnde gratia habitualis Christi intelligitur, ut consequens hanc unionem, sicut splēdor solem. Tertio, ratio huius ordinis sumi pōt ex fine gratiæ: ordinatur enim ad bene agendum. Actiones autem sunt suppositorum, & indiuiduorum. Vnde actio, & per consequens gratia ad ipsam ordinans præsupponit hypostasim operantem. Hypostasis autem non præsupponitur in humana natura ante unionem, ut ex supra dictis patet.* Et ideo gratia unionis secūdum intellectum præcedit gratiam habitualem. *q.4.ar.2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug.† ibi gratiam nominat gratuitam Dei uoluntatem, gratis beneficia largientem. Et propter hoc, eadem gratia dicit hominem quemcumque fieri Christianum, qua gratia factus est homo Christus: quia vtrumque gratuita Dei voluntate absque meritis factum est. †Loco cit. in argu.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dispositio in via generationis præcedit perfectionem, ad quam disponit in his, q̄ successiuè perficiuntur, ita naturaliter pfectionē sequit̄, quā aliquis iā consecutus est: sicut calor, qui fuit dispō ad formā ignis, est effectus profluens a forma ignis iam p̄existentis. Humana aūt natura in Christo unita est personæ verbi a principio, abſq; successione. Vnde gratia habitualis non intelligitur, vt præcedens vnionē, sed vt consequens eā, sicut quædam proprietas naturalis. Vnde & Aug. dicit in Enchi.* quod gratia est quodammodo Christo homini naturalis. *Enchir. c. 40. to. 3.

AD TERTIVM dicendum, quod commune est prius proprio, si utrumq; sit unius generis, sed in his, q̄ sunt diuersorū generū, nihil prohibet ꝓpriū esse prius cōi. Gratia aūt vnionis non est in genere gr̄æ habitualis: sed est supra oē genus, sicut, & ipsa diuina p̄sona. Vnde hoc propriū nihil ꝓhibet esse prius cōi: quia non se hēt per additionem ad commune, sed potius est principium, & origo eius, quod est cōmune.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito, Gratia vnionis in Christo præcedit gratiam habitualem eius: non ordine temporis, sed naturę, & intellectus. Probatur tripliciter. Primo, missio Filii est prior naturæ ordine, missione Spiritussancti, ergo gratia unionis, &c. Antecedens probatur: quia Spiritussanctus procedit naturæ ordine a Filio, & dilectio a sapientia. Consequentia vero: quia secundum ipsam vnionem attenditur missio Filii, & secundum gratiam habitualem attenditur missio Spiritussancti.

¶ Vbi nota, quod cautè loquitur in litera Auctor, dum missiones ordinat, & secūdum prius, & posterius naturæ: processiones autem Filii, & Spiritussancti ordinat quidem naturæ ordine, sed non secundum prius, & posterius: quia, vt in vigesima dist. primi Sent. dicitur, in diuinis est ordo naturæ, non quo alter est prior altero, sed quo alter est ab altero. Missiones autem ad ea, quæ sunt extra Trinitatem respicientes, prioritatem etiam, & posterioritatem naturæ in suis rationibus, ac rebus admittunt. Secundo præsentia Deitatis est prior splendore eius: sed unio est ipsa præsentia, gratia habitualis, splendor eius. ergo. Tertio, Actio, & gratia ad ipsam ordinans præsupponit hypostasim. ergo gratia habitualis præsupponit unionem. Antecedens probatur: quia actiones

sunt

sunt suppositorum. Consequentia vero: quia gratia vnionis facit hypostasim in natura humana.

¶ Vbi caute perspice, quod aliud est dicere non præsupponit hypostasim: & aliud est dicere, non præsupponit hypostasim in natura humana. Gratia enim vnionis præsupponit, non facit hypostasim verbi Dei, quæ sola in Christo hypostasis est: sed eadem gratia vnionis non præsupponit, sed facit in Christo hypostasim in humana natura, dum facit quod persona filii Dei sit non solum persona diuina, sed etiam persona humana, dum facit quod subsistat non solû in natura diuina, sed etiam in natura humana. Et hoc est, quod in litera dicitur, & super hoc ratio fundatur, intendens quod actio humana supponit hypostasim humanam, &c.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 13. art. habes, quod gratia in Christo non habet rationem dispositionis respectu vnionis, sed habet rationem naturalis proprietatis, sicut calor consequens formam ignis. Et hoc bene nota.

¶ In responsione ad tertium, occurrit reddenda ratio tot dictorum de gratia vnionis. Dicitur enim de ipsa in hoc articulo in principio corporis, quod gratia vnionis est ipsa vnio, & in hac responsione, quod est supra omne genus, & in arti. 11. huiusmet quæstionis, quod est infinita, secundum quod ipsa persona Verbi est infinita, & in art. 6. quæst. 6. in corpore dictum est, quod gratia unionis est ipsum esse personale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturę in persona verbi, & in art. 12. q. 3. ad tertium, dicitur, quod gratia vnionis est causata à tota Trinitate, quod & hic replicatur in corpore articuli, dum principium appropriatum gratiæ vnionis, ponitur, persona Filij. hæc si quidem dicta licet dissonare inter se uideantur, facile tamen distincte perspicientibus apparet, quod gratia vnionis duo in se claudit, scilicet esse uerbi personaliter terminans humanitatem Christi, & compositionem, seu coniunctionem utriusque, nec loquor de terminatione, coniunctione, aut vnione, quæ est relatio, sed de fundamento, quod est esse Deum, & hominem, quod constat esse substantiam, & prædicta duo in se claudere, scilicet personam vnitam, & ipsam coniunctionem: de huiusmodi enim unione in litera dicitur, quod est esse personale, quod est infinita simpliciter, sicut ipsa persona diuina, quod est supra omne genus, quoniam hoc fundamentum relationis unionis, nihil aliud est, quam unum esse Deum, & hominem in esse diuino personali. Vnum autem, cum nihil positiui addat super ens quod unum dicitur (ut dicitur in 4. Meth.) consequens est, quod nihil in proposito addat super esse personale uerbi, ac per hoc unio pro suo principali sumpta, scilicet, pro ipsa re, in qua uniuntur, & sunt unum ens, una persona, ambę naturæ, infinita est, supra omne genus est, esse uerbi est, esse personale est: pro eo uero, quod addit ipsa unio super rem, in qua est unio, temporale quid est, causatum à tota Trinitate secundum rem, & per appropriationem à Filio, gratis concessum humanæ naturæ est.

¶ De quo quid sit, superius declaratum est, balbutiendo tamen. Consona igitur sunt omnia Auctoris dicta de unione, seu unionis gratia sane intellecta.

QVÆSTIO VIII.

De gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiæ, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiæ.

ET circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum Christus sit caput ecclesiæ.

¶ Secundò, Vtrum sit caput hominum, quantum ad corpora: uel solum quantum ad animas.

¶ Tertiò, Vtrum sit caput omnium hominum.

¶ Quartò, Vtrum sit caput angelorum.

¶ Quintò, Vtrum gratia Christi, secundum quam est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius, secundum quod est quidam homo singularis.

¶ Sextò, Vtrum esse caput ecclesiæ, sit proprium Christo.

¶ Septimò, Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

¶ Octauò, Vtrum Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

56 Infr. q. 48. 1. Cor. & q. 49. a. 1. co. Et 3. d. 13. q. 1. a. 1. Et ueri. q. 29. ar. 3. c. & 4. & 5. cor. & op. 3. c. 213. Et op. 69. c. 3. Et t. co. 11. le. 1. & Eph. 1. 5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christo secundum quod est homo, non competat esse caput ecclesiæ. Caput enim influit sensum, & motum in membra. Sensus autem, & motus spiritualis, qui est per gratiam, non influitur nobis a Christo homine: quia sicut Augustinus dicit in libro de Trinita.* nec etiam Christus, secundum quod est homo, dat Spiritumsanctum, sed solum inquantum est Deus. ergo ei secundum quod est homo non competit esse caput ecclesiæ.

* Lib. 1. de Trin. c. 12. ante med. to. 3.

¶ 2 Preter. Capitis non uidetur esse aliud caput, sed Christi secundum quod est homo, est caput Deus, secũdum illud 1. Corint. 11. Caput Christi Deus. ergo ipse Christus non est caput.

¶ 3 Preterea. Caput in homine est quoddam particulare membrum, influentiam recipiens a corde: sed Christus est uniuersale principium totius ecclesiæ. ergo non est ecclesiæ caput.

SED CONTRA est, quod dicitur Eph. 1. Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam.

RESPON. Dicendum, quod sicut tota ecclesia dicitur unum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundum diuersa membra habet diuersos actus, ut Aposto. docet Rom. 12. & 1. ad Corint. 12. ita Christus dicitur caput ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis, in quo tria possumus considerare, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem: ordinem quidem, quia caput est prima pars hominis, incipiendo a superiori: & inde est, quod omne principiũ consueuit vocari caput, secundum illud Ezec. 16. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: perfectionem autem, quia in capite vigẽt omnes sensus, & interiores, & exteriores, cum in cęteris in membris sit solus tactus, & inde est, quod dicitur Isa. 9. Senex, & honorabilis ipse est caput: virtutem vero, quia virtus, & motus cœterorum membrorum, & gubernatio eorum ĩ suis actibus, est a capite, propter vim sensitiuam, & motiuam ibi dominantem: vnde, & rector dicitur caput populi, secundũ illud 1. Reg. 15. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput ĩ tribubus Israel factus es. Hæc autem tria competũt Christo spiritualiter. Primo enim secundum propinquitatẽ ad Deũ, gratia eius altior est & prior, etsi nõ tempore: quia oẽs alii acceperunt gratiã per respectum ad gratiam ipsius, secundum illud Rom. 8. Quos pręsciuit, hos, & pręd̃estinauit conformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Secũdo vero perfectionem habet, quantum ad plenitudinem oĩum gratiarum, secundum illud Io. 1. Vidimus eũ plenum gratiæ, & ueritatis, ut etiã supra ostensum est.* Tertiò virtutem hẽt influẽdi gratiã in oĩa membra ecclesię, secundum illud Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et sic patet, quod Christus conueniẽter dicitur ecclesiæ caput.

* q. præce. art. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dare gratiam, aut Spiritumsanctum conuenit Christo, secundum quod Deus, auctoritatiuè; sed instrumentaliter conuenit etiam ei, secundum quod homo, inquantum, s. eius humanitas instrumentũ fuit diuinitatis eius. Et ita actiones ipsius ex uirtute diui-

Alb. Mag. 3. di. 13. ar. 2. Medina, ar. 1.

SVPER Q. VIII.

ART. I.

CONCL. Sicut tota ecclesia dicitur vnum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis: ita Christus dicitur caput Ecclesiæ, secundum similitudinem humani capitis.

¶ PROB. Quia patet ex terminis; adiuncta tum doctrina Rom. 12. & 1. Corin. 12. tum applicatione trium conditionum capitis ad Christum (ut de singulis declaratur in textu.)

1^m de minori.

Non influitur. R. Auctoritatiue. §. Tunc nihil &cæt. Sufficit enim quod Christus homo influat instrumentaliter ad hoc, quod ipse ut homo sit caput. Nam & caput materiale non influit motum corporeum & sensum in membra nisi præsupposita motione cordis. Sic & homo Christus, non nisi præsupposita authoritate suæ diuinitatis, influit gratiam in ecclesiam: & hoc est influere instrumentaliter.

2^m de maiori. Capitis. ℞. Naturalis. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli attribuit Christo esse caput in alio sensu, scilicet metaphoricum:& capitis taliter sumpti potest esse aliud caput.

3^m de maiori. Membrum. ℞. Manifestam eminentiam habens respectu exteriorum membrorum. §. Tunc nihil &cæt. Nam & Christus secundum manifestam, idest uisibilem naturam capiti naturali comparatur propter hoc; quia homo uisibilis hominibus ceteris præfertur tripliciter (ut in corpo.) ipsis eminens. Ad dictum verò illud argumenti, scilicet de particulari membro, stante quod Christus sit non particulare sed vniuersale principium, non respondet hic textus ad tertium, quoniam, iam ad illud iuit se satisfactum in responsione ad secundum prę supponit. Ibi siquidem pro doctrina uniuersali dictum fuit: quod in metaphoricis locutionibus non oportet attendi similitudinem quantum ad omnia. Implicite igitur monstratum est quod Christum esse caput non impedit hoc, scilicet quod caput materiale sit particulare quoddam, & Christus sit uniuersale principium. Seruauit ergo hic suum laudabilem morem Sanctus Doctor iuxta regulam positam in prima parte, quæstione 40. articulo primo, Elucid. & alibi.

Loco cita to in argu.

D.430.

nitatis fuerunt nobis salutiferæ, ut potè gratiam in nobis causantes, & per meritum, & per efficientiam quandam. Aug. * autẽ negat Christum, secundum quod homo est, date Spiritum sanctum per auctoritatem: instrumentaliter autem, siue ministerialiter etiam alii sancti dicuntur dare Spiritumsanctum, secundum illud Gal. 3. Qui tribuit nobis Spiritum &c.

Ad secundum dicendum, quod in metaphoricis locutionibus, non oportet attendi similitudinem quantum ad omnia: sic enim non esset similitudo, sed rei ueritas. Capitis igitur naturalis non est caput aliud, quia corpus humanum non est pars alterius corporis: sed corpus similitudinariè dictum, idest, aliqua multitudo ordinata, est pars alterius multitudinis: sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuilis: & ideo paterfamilias, qui est caput multitudinis domesticæ, habet supra se caput rectorem Ciuitatis. Et per hunc modum nihil prohibet, caput Christi esse Deum, cum tamen ipse Christus sit caput ecclesiæ.

Ad tertium dicendum, quod caput habet manifestam eminentiam respectu exteriorum membrorum: sed cor habet quandam influentiam occultam, & ideo cordi comparatur Spiritussanctus, qui inuisibiliter ecclesiam uiuificat, & vnit: capiti comparatur ipse Christus secundum uisibilem naturam, secundum quam homo hominibus præfertur.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse asseri pturis, & Concilio insinuatum, quod Christus est caput Ecclesiæ. Vt Ephes. 1. secundum quod est in argument. cont. Pro cuius ampliori noticia; uidendi sunt articulus 3. & 4. A Concilio autem Tridentino sessione sexta, capit. decimo sexto, Christus tanquam caput in membra in ipsos iustificatos iugiter virtutem influit: quæ uirtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur; & sine qua nullo pacto grata, & meritoria esse possent. Hæc ibi, ubi patet etiam de officio capitis. Ad quod facit & dictum eiusdem Concilii sessione vigesimaptima, Canone tertio, scilicet Christum esse omnium gratiarum fontem & authorem. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus primi artic. clarus est.

¶ In corpore articuli primo respōdet Auctor directè quęsito vnica conclusione. Secundo declarat terminum vnum conclusionis. Est igitur conclusio responsiua, Christus caput Ecclesiæ dicitur secundum similitudinem humani capitis. Probatur, sicut tota Ecclesia dicitur unum corpus ad Rom. 12. secundum similitudinem corporis humani, ita consequens est, quod Christus dicatur caput Ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis.

¶ Vbi nota, ǫ esse caput non dicitur de Christo propriè, sed metaphorice; sicut etiam esse unū corpus dicitur metaphorice de Ecclesia, & propterea non multa opus est discussione in re hac. Terminus autem in conclusione positus, qui declaratur in litera, est ly secūdum similitudinem ad humanum caput declaratur siquidem, quod similitudo ista attenditur quo ad tria, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem.

¶ Vbi scito primo, quod in corpore humano consideratur ordo, nō originis, sed situs, & ideo in litera dicitur, quod caput est primum, membrum, incipiendo a superiori, proculdubio secundum situm, quamuis etiam possit intelligi de superiori secundum naturales differentias positionis animalium, prout in animali distinguūtur sex naturales differentiæ, s. sursum, & deorsum, ante & retro, dextrum, & sinistrum. nam sursum in homine, est ipsum caput vnde trahit alimentum. Et quoniam utroq; modo caput humanum est sursum, s. secundum situm simpliciter, & secundum differentiā naturalem animalis, ideo vtroq; modo intelligi potest. Primo tamen modo manifestius sensui patet: & ideo magis consonat literæ, quę in responsione ad ultimum euidentiam sensibilem consideratā in hac similitudine dicit, dum capiti magis, quam cordis nomen Christus suscepisse dicitur.

¶ Scito secundo, quod uirtus attribuitur capiti humano respectu uirium, & motiuum reliquorum membrorum, non tanquā primo inter membra principio, sed tanquam comprincipio primi simpliciter membri, s. cordis: ex corde siquidem mediante capite omnis uis, & motus membrorum pendet. Et similiter Christus homo comprincipiū est Spiritussancti, qui est cor ecclesiæ ad uim, & motum reliquorum mēbrorum ecclesiæ. Et ideo Christus, ad Coloss. 2. caput ecclesię dicitur, ex quo tamquam ex comprincipio corpus ecclesiæ per nexus, & coniunctiones subministratū, & constructum, crescit in augmentum Dei.

¶ Scito tertio, ǫ gratia Christi dicit̄ prima, quia altior, & prior, hoc est secundum ordinem causæ formalis, simpliciter, & exemplariter. Nam ex eo ǫ altior, est prior secundum ordinem causæ formalis, in quo quanto quid est intensiue altius, tāto formalius. Ex eo autem ǫ ad conformitatem ipsius aliis gratia datur, est prior tamquam exemplar reliquarum gratiarum: & ut in litera dicitur, non est hoc exemplar prius tēpore exemplaris, sed ut finis in intentione, ut exemplar conceptum.

¶ In responsione ad primū eiusdem artic. aduerte duos modos, quibus Auctor ponit actiones Christi hominis causare in nobis gratiam, s. meritoriè, & effectiue. Et de modo quidem meriti nulla est ambiguitas quoniam potest cadere sub unius merito, ǫ Deus creet in altero gratiam, sed de modo efficientię obscurum est: quoniam, ut in prima parte habitum est, nec principaliter, nec instrumentaliter potest creatura aliqua creare: Christus autem dicitur hic instrumentaliter cōcurrere. Et licet quæstio hæc perplexa appareat, non habet tamen hoc in loco multum dubitationis, quoniā secundum commune dictum actiones Christi, siue mediis sacris, vt quotidie in ecclesia fit, siue absq; sacramētis, (vt Latronē gratificauit,) eodem modo ad creationem gratiæ concurrunt, non attingendo, s. ipsam gratiam, quæ creatur, sed efficiendo aliquid per modum dispositionis, quod est creare gratiam instrumentaliter: quod non inconuenit, cum creatur aliquid in subiecto præexistente, prædisponendo ad illam rem creandam, vt patet cum creatur anima intellectiua in corpore humano, tot dispositionibus pręparato ab agente naturali, necessitante naturalis ordinis exactione, passiuam creationem ipsius animæ. Altius tamen dicitur secundum excellētiorem Auctoris doctrinam inferius in q. 13. ar. 2. quod gratia non spectat simpliciter ad genus creationis, sed ad genus immutationis creaturarum, non secundum naturæ ordinem, sed secundum ordinem gratiæ: quod sufficienter probatur ex hoc, ǫ Deum non conseruare gratiam, non est annihilare, & ipsam desinere esse, non est annihilari, cum Deus nihil umquam annihilet, quamuis annihilare possit. Ex hoc enim quod creationi, & conseruationi diuinę respondet annihilatio, manifeste sequitur, quod si corruptio, seu desitio alicuius, non est annihilatio, productio quoque eiusdem ordinaria non est creatio. Quia igitur gratiæ infusio non simpliciter creatio est, sed mutatio quædam animæ in ordine gratuitorum ad cœlestem patriam, & ad huiusmodi mutationes extendit se anima Christi, ut instrumentum coniunctum verbi, non videtur negandum, gratiam attingi instrumentaliter ab actione humanitatis Christi: sed dicendum, quod effectus iste, qui est animam gratificari, ex illa parte qua interuenit, quodammodo creatio, est immediate a Deo: sed ex illa parte, qua interuenit animæ mutatio secundū obedientialem potentiam ad cœlestem beatitudinem, est a Deo mediante humanitate Christi instrumentaliter. Hoc enim non est creaturæ communicari potentiam creandi instrumentaliter, sed immutandi instrumentaliter, ad restauranda omnia, quæ in cęlis, & in terris sunt.

Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit caput hominum quantum ad corpora, uel solum quantum ad animas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non sit caput hominum, quo ad corpora. Christus enim dicitur caput ecclesiæ, inquantum influit spiritualem sensum, & motum gratiæ in ecclesiam: sed huius spiritualis sensus & motus capax non est corpus. ergo Christus non est caput hominum secundum corpora.

¶ 2 Præterea. Secundum corpora communicamus cum brutis. Si ergo Christus esset caput hominum quantum ad corpora, sequeretur, quod etiam esset caput brutorum animalium, quod est inconueniens.

¶ 3 Præter. Christus corpus suum ab aliis hominibus traxit, ut patet Matth. primo, & Luc. tertio, sed caput est primum inter cętera membra, ut dictum est. ergo Christus nō est caput ecclesiæ quantum ad corpora.

SED CONTRA est, quod dicitur Philipp. tertio. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

RESPON. Dicendum, quod corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem quæ est propria forma eius, & motor. Et inquantum quidem est forma eius, recipit ab anima uitam, & cæteras proprietates conuenientes humano corpori secūdum suam speciem, inquantum uero anima est motor corporis, corpus instrumentaliter seruit animæ. Sic ergo dicendum est, quod habet uim influendi humanitas Christi inquātum est coniuncta Dei uerbo, cui corpus unitur per animam, ut supra dictum est. Vnde tota Christi humanitas, secundum scilicet animam, & corpus, influit in homines, & quantum ad animam, & quātum ad corpus: sed principaliter quantum ad animam, secundario quantum ad corpus, uno modo, inquantum membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existente per Christum, vt Aposto. dicit Roma. 6. alio modo, inquantum uita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra ꝓpter inhabitantem spiritum eius in uobis.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod sensus spiritualis gratiæ non peruenit quidem ad corpus primo, & principaliter: sed secundario, & instrumentaliter, ut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quod corpus animalis bruti nullam habitudinem habet ad animam rationalem, sicut habet corpus humanum, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod licet Christus traxerit materiam corporis ab aliis hominibus: uitam tamen immortalem corporis omnes homines trahunt ab ipso, secundū illud 1. ad Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita, & in Christo omnes uiuificabuntur.

AR-

SVPER Q. VIII.

ART. II.

COncl. Tota Christi humanitas, secundum scilicet animā, & corpus, influit in homines, & quantum ad animas principaliter, & quantum ad corpora secundariò.

57 3. d. 13. q. 2. ar. 2. q. 3 Et ueri. q. 29. ar. 4. ad 7. Et opusc. 60.

¶ PROB. Quia corpus seruit animę nostrę in operibus iustitiæ (ut patet Roma. 6.) & gloria animæ nostræ deriuatur in corpus (ut patet Rom. 8.) vtrumque influente Christo (ut patet ex eisdem authoritatibus.)

1m de minori.

Capax non est. R. Primò. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim ad uerificandam cōclusionem, quæ iden dixit ly ad corpora secundariò, quod corpus nostrum sit capax secundariò & instrumentaliter, modo in probatione exposito, ipsius sensus, & motus spiritualis. In cuius signum dicit Psalmus octuagesimus tertius. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.

Art. præc. ad 3.

2m illatio conclusionis. Si ergo Christus &c. R. Negatur illatio. §. Nam corpus animalis bruti &c. ut in tex.

3m de maiori.

Corpus suum. R. Quantum ad corporis materiam. §. Tunc nihil &c. stant enim simul duo hæc, scilicet, & quod Christus suum corpus, quātum ad materiā, traxerit ab aliis hominibus, & quod alii homines corpora sua, quantum ad ipsorum corporum immortalitatem, trahant à Christo, quod est, Christus esse caput aliorum quantum ad corpora.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostēdas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod Christus est caput nostrum etiam quantum ad corpora. ut Philip. 3. Reformabit, &c. ut in argumen. contr. Ex quo datur intelligi, quod Christum secundum corpus suū esse caput nostrū, secundum corpora nostra est ipsum facere corpora nostra esse conformia etiam in sęculo uenturo corpori suo. A simili ergo, Christū secundum animam esse caput nostrum quantū ad animas, est ipsum facere animas nostras esse conformes etiam in sęculo uenturo animæ suæ. Et hoc est illud influere in vtrumque: de quo loquitur articuli conclusio. Ex quibus etiā patet, quod per ly immortalitatem, positā in ad tertium, intelliguntur tanquā nomine communissimo designatæ quatuor dotes corporis, de quibus 1. Cor. 15. scilicet impassibilitas, agilitas, claritas, subtilitas. De his quoque vide Addition. quæstio. 82. 83. 84. 85. articulis suis cum Elucidationibus, & quæstio. 95. articulo quinto, cum Elucidationibus. Secundò uides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

q. 6. art. 1. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*In corpo. art.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. 2. ar. aduertē, q̄ ly, quo ad corpora, non solum refertur ad corpora aliorum hominum, sed etiam ad corpus ipsius Christi, vt clare patet ex argum. 3. in litera, quod impugnat corpus Christi non posse esse caput aliorum, quia sumptum est ex aliis, & ex conclusione responsiua in corpore articuli. est igitur sensus tituli, An Christus etiam secundum corpus sit caput aliorum hominum, etiā quo ad corpora.

¶ In corpore artic. unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Tota humanitas Christi scil. animam, & corpus, influit in homines, & quantum ad animam principaliter, & quātum ad corpus secundario. Hæc conclusio primo probatur: deinde declaratur ultima eius particula. Probatur sic. Humanitas Christi habet uim influendi, quantum est coniuncta Dei uerbo cui corpus unitur per animam, & corpus humanum hēt naturalem ordinem ad animam dupliciter, scil. ut materia ad formam, & ut instrumentum ad principalem motorem. ergo tota humanitas Christi, &c.

¶ Vbi nota, q̄ quia duo continentur in conclusione, s. q̄ corpus Christi influat, & q̄ corpora aliorum recipiant influxum a corpore Christi, ideo duo principia assumpta sunt in litera, alterum cōe corpori Christi, & aliorum hominum corporibus de duplici naturali ordine inter corpus, & animam, ex quo habetur cōis mutua qua nō solum corpus accipit ab anima, sed anima accipit a corpore ministrante sibi, & hinc habes consequenter, q̄ corpus Christi non est alienum a uiribus suæ animæ, & q̄ corpora aliorum non excluduntur a donis suarum animarum. Alterum principium proprium est corpori Christi continens duo, s. q̄ humanitas Christi hēt uim influendi ex coniunctione ꝑsonali ad Deū, & q̄d corpus Christi cō iunctum est uerbo mediante anima. Ex his si quidem simul iunctis habes, q̄ corpus Christi mediante anima, habet uim influxiuam ex uerbo, sicut habet mediante anima coniunctionem ad illud, ut sic, & ex parte influentis, anima Christi principaliter, & corpus secundario inueniatur, & similiter ex parte recipientium influxum, animæ hominum principaliter, & corpora secundario inueniantur, & utrobique eadem sit ratio, s. propter naturalem ordinem corporis ad animam. Declaratur deinde, q̄ corpus secundario recipiat influxum, dupliciter uerificari, s. per modum ministerii, uel per modum deriuationis. Nam quando in præsenti uita anima iustificatur, mouet membra corporis ad assequendam, conseruandam, tuendā, augendamque animæ iustitiam, & sic corpus nostrum, secundario ut minister animæ mouetur a iustificante animam. Quando uero in resurrectione anima gloriosa iuncta erit corpori, ex gloria animæ deriuabitur gloria in corpus, & sic a glorificante immortali, diuinaque uita animam, glorificabitur secundariò corpus, redundante gloria animæ in corpus.

Medina, ar. 3.

SVPER QVAEST. VIII. ART. III.

CONCL. Accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominũ: sed secundum diuersos gradus.

¶ PROB. Quia omnes homines accepti secundum totum mundi tempus, uniuntur Christo vt membra vel actu vel potentia, aut quandoque, aut numquam, reducenda ad actum. Secunda verò pars, scilicet, sed secũdum &c. Probatur, Quia Christus est principaliter caput sibi actuum unitorũ per gloriam, secundò per charitatem, tertiò per fidem, quartò unitorum in potentia quandoque reducenda ad actum, quinto in potentia numquam reducenda ad actum.

58 Infr. q. 13. arti. 3. c. & q. 19. ar. 4. ca. & ad 1. Et 3. d. 13. q. 2. arti. 1. q. 2. & 3.

¶ EXAM. Ly non reducenda. Hoc est: quę de facto numquam reducetur ad actum. Cum hoc tamen stat: quod eadem potentia numquam reducenda ad actum, sit reducibilis ad actum, & sic de facto ad ipsum numquam reducetur, simulque de possibili reducetur ad ipsum. Alioquin potentia ista uiatorum, non esset uiatorum, vt sic; quoniam de nullo uiatore, quantumcumque pessimo, quamdiu est uiator, desperandum est: vt dicit Beatus Augustinus. Soli ergo damnati, etiam propter solum originale peccatum, excluduntur a tanto beneficio; quod est pertinere aliquo modo ad mysticũ corpus Christi, siue habere Christũ pro capite: quia soli dãnati nullo modo, idest neque in reducibili potentia sunt ad hoc, ut aliquando possint esse membra Christi. Tantò igitur magis uel minus aliqui adhuc in corpore uiuentes assimilantur damnatis: quanto magis uel minus elongantur ab uniti Christo, tanquam membra capiti. Per oppositum itaque tanto magis, uel minus aliqui adhuc in corpore uiuentes assimilantur beatis compræhensoribus: quantò magis uel minus uniũtur Christo, ueluti mẽbra capiti suo.

¶ COROLL. Ergo, quia mysticum corpus ecclesiæ coextenditur iuxta sui mystici capitis extensionem (ut ex conclusione, articu. primo, intelligitur) pertinentes ad Ecclesiam, sunt in quintuplici differentia. Quidam enim ad ipsam pertinent actu, & hoc tripliciter: quidam in potentia, & hoc dupliciter. Nam de corpore Ecclesiæ actualiter sunt, tanquam nobilissima pars, comprehensores, tanquam verò nobilior, viatores charitate vestiti: sed tanquam nobilis, uiatores fidem solam habentes. De corpore autem Ecclesiæ in potentia sunt omnes uiatores infideles: quorum tamen aliqui, de longe fient aliquando prope, idest de potentia reducentur ad actum, scilicet ad esse actualiter de Ecclesia, ut fuerunt ii, quibus dicebat Apostolus Eph. 2. uos, qui eratis longe, facti estis prope: aliqui uerò proficient in peius errantes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes 2. Tim. 3. hoc est, de potentia illa numquam reducentur ad actum, sed in

infide-

infidelitatis sordibus nati, & continuè nutriti, sordescent adhuc, Apocal. 22. id est usque ad mortem. Ergo soli damnati, etiam propter originale solum, excluduntur à tanto beneficio: quod est pertinere aliquo modo ad Ecclesiam, siue esse de corpore Ecclesiæ quoniam soli damnati nullo modo, i. neque etiam in reducibili potentia sunt ad aliquãdo esse mẽbrum corporis Christi, quod est ecclesia. Tanto igitur magis uel minus aliqui adhuc in corpore uiuentes assimilantur damnatis; quãto magis uel minus elõgãtur ab unati Ecclesię, tanquam matri suæ: sicut per oppositum comprehensoribus assimilãtur, quãto magis uel minus uniuntur Ecclesiæ, unicæ sponsæ Christi, Cant. 6. Item in Decretis 24. q. 1. cap. loquitur. c. omnibus, c. pudenda.

¶ NOT. Adhuc pro noticia pleniori præsentis artic. & descriptionis corporis mystici, notabis dicta S. Thomæ, 3. Senten. dist. 13. q. 2. art. 2. quæ sunt hæc. In corpore naturali inuenitur quadruplex vnio membrorum ad inuicẽ. Prima est secundum cõformitatem naturæ, quia omnia membra ex eisdem similib. partibus, & sunt unius rationis, sicut manus, & pes, ex carne & osse: & sic dicũtur mẽbra unum, sicut genere, uel specie. Secunda est per colligationẽ eorum ad inuicem per neruos, & iuncturas, & sic dicuntur unum continuatione. Tertia est sm ꝙ diffunditur uitalis spiritus & uires animæ per totũ corpus. Quarta est sm ꝙ omnia membra perficiuntur per animã, quæ est una numero in oib. membris. Hæ quatuor uniones inueniuntur in corpore mystico. Prima est, inquantũ omnia mẽbra eius sunt unius naturæ, uel specie, uel genere. Secunda est inquãtũ colligata sunt ad inuicẽ per fidem, quia sic cõtinuãtur in uno credito. Tertia est: sm ꝙ uiuificantur per gratiam & charitatẽ. Quarta est: sm ꝙ in eis est Spiritussanctus qui est principaliter perfectio corporis mystici, quasi anima in corpore naturali. Prima dictarũ unionum non est unio simpliciter, quia illud, in quo hæc unio est, nõ est vnum numero, sicut est in tribus sequentib. quia per fidem, & charitatem in numero credito & amato sm numerũ uniuntur, similiter Spiritussanctus unus numero omnes replet. Homines igitur infideles non pertinent ad unionem corporis ecclesiæ, sm ꝙ est una simpliciter, & ideo respectu horum Christus non est caput, nisi in potentia. Fideles autem peccatores pertinent quidẽ aliquo mõ ad unitatem ecclesiæ, inquantum continuantur ei per fidẽ, non tñ possunt dici membra propriè, nisi sicut membrũ mortuum, s. æquiuocè. Et sicut operationes, quæ sunt ad alterũ, possunt aliquo mõ fieri per membra arida (ut percutere, uel aliquid huiusmodi); non tñ operationes, q̃ sunt animæ in membris: ita nec mali recipiunt spiritualiter uitæ operationẽ à Spiritusancto: sed tñ Spiritussanctus p eos operatur spiritualem uitam in aliis, sm ꝙ aliis sacramẽta ministrant, uel alios docent. Fideles autem in gratia existentes uniuntur, & secundum tertiam unionem, quæ est formalis respectu huius secundæ, & secundum quartam unionem, quæ est completiua totius. Et ideo horum propriè dicitur Christus caput. Hæc ibi.

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus sit caput omnium hominum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non sit caput omnium hominum: caput enim non habet relationem, nisi ad membra sui corporis. Infideles autẽ nullo modo sunt membra ecclesiæ, quæ est corpus Christi, ut dicitur Ephes. 1. ergo Christus non est caput omnium hominum.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit ad Eph. 5. ꝙ Christus tradidit semetipsum pro ecclesia, vt ipse exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed multi sunt etiã fideles in quibus inuenitur macula, aut ruga peccati. ergo, nec etiam omnium fidelium Christus est caput.

¶ 3 Præt. Sacramenta ueteris legis comparantur ad Christum, sicut umbra ad corpus, ut dicitur Colos. 2. sed Patres ueteris testamenti, sacramentis illis suo tempore seruiebant, secũdum illud Heb. 8. Qui exemplari, & umbræ deseruiunt cœlestium. Non ergo pertinebant ad corpus Christi, & ita Christus non est caput omniũ hominum.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur 1. Tim. 4. Est Saluator omnium hominum, & maximè fidelium, & 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiã pro totius mundi. Saluare autem homines, & propitiationem esse pro peccatis eorum, competit Christo secundum ꝙ est caput. ergo Christus est caput omnium hominum.

RESPON. Dicendum, quod hæc est differentia inter corpus hominis naturale, & corpus ecclesiæ mysticum, quod mẽbra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, neque quantum ad esse naturæ, quia corpus ecclesiæ constituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi usque ad finem ipsius: neque etiam quantum ad esse gratiæ: quia eorum etiam, qui sunt in uno tempore, quidam gratia carẽt, postmodum habituri, aliis eam iam habẽtibus. Sic igitur membra corporis mystici accipiuntur, non solum secundum quod sunt in actu, sed etiam secundum quod sunt in potentia. Quædam tamen sunt in potentia, quæ numquam reducuntur ad actum. Quædam uero sunt, quę quandoque reducuntur ad actum. Et hoc secundum triplicem gradum: quorum primus est per fidem, secundus per charitatem uiæ, tertius per fruitionem patriæ. Sic ergo dicendum est, quod accipiendo generaliter secũdum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominum: sed secundum diuersos gradus. Primo enim & principaliter est caput eorum, qui actu uniuntur sibi per gloriam. Secundò eorum, qui actu uniuntur sibi per charitatem. Tertio eorum, qui actu uniuntur sibi per fidem. Quartu uero eorum, qui sibi uniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum, quæ tamen est ad actum reducenda, secundum diuinam prædestinationẽ. Quinto uero eorum, qui in potentia sunt sibi uniti, quæ numquam reducetur ad actum: sicut homines in hoc mundo uiuentes, qui non sunt prædestinati, qui tamen ex hoc sęculo recedentes, totaliter desinunt esse membra Christi, qui iam nec sunt in potentia, ut Christo uniantur.

AD

Ad primum ergo dicendum, ꝙ illi, qui sunt infideles, etsi actu nō sint de ecclesia, sunt tamen de ecclesia in potentia: quæ quidem potentia in duobus fundatur. Primo quidem, & principaliter in uirtute Christi, quæ est sufficiens ad salutē totius humani generis: secundariò in arbitrii libertate.

Ad secundum dicendum, ꝙ esse ecclesiam gloriosam non habentem maculam neque rugam est ultimus finis ad quē perducimur per passionem Christi. Vnde hoc erit in statu patriæ, non autem in statu uiæ, in quo, si dixerimus, quia peccatum non habemus nosipsos seducimus, ut dicitur 1. Io. 1. Sunt tamen quædam, s. mortalia, quibus carent illi, qui sunt membra Christi per actualem unionem charitatis. Qui vero his subduntur, non sunt membra Christi actualiter, sed potentialiter, nisi fortè imperfectè, per fidē informem, quæ unit Christo secundum quid, & non simpliciter, ut scilicet per Christum homo consequatur uitam gratiæ. Fides enim sine operibus mortua est, ut dicitur Iac. 2. percipiunt tamen tales à Christo quendā actum uitæ, qui est credere: sicut si membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine.

Ad tertium dicendum, quod sancti Patres non insistebant sacramentis legalibus tamquam quibusdam rebus, sed sicut imaginibus, & umbris futurorū. idem autem est motus in imaginem inquantum est imago, & in rem, ut patet per Philosophum in libro de memor. & remi.* Et ideo antiqui Patres seruando legalia sacramenta, ferebantur in Christum per fidem, & dilectionem eandem, qua, & nos in ipsum ferimur: & ita Patres antiqui pertinebant ad idem corpus ecclesiæ, ad quod nos pertinemus.

AR-

1m de maiori. Nisi ad membra. R. Saltem in potentia. §. Tunc nihil, &c. Nam illi, qui sunt infideles, &c. ut in tex.

2m ex Apost. Non habentem. R. In statu patriæ. §. Tunc nihil &c. Minor enim transit ad loquendum de ecclesia p statu uiæ In quo, si dixerimus qa peccatum non habemus, &c. ut in tex.

¶ Not. Optime examinauit D. Thomas tantam illam authoritatem Apostoli, antequam tam solidum, & breue responsum afferret. Ecce. Tradidit (inquit) semetipsum pro Ecclesia: vt sanctificaret illam, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ; vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. In tota enim ista authoritate bis ponitur ly vt, non autem semel tantum: secundum quod argumentum adducebat, vt truncata sententia utens facilius decipere posset. Primum quidem vt dicit finem proximum: qui & alio nomine vocari solet medium ad vlteriorem finem: Secundum verò, Vt, dicit finem remotum, qui & alio nomine vocatur finis vltimus. Hinc est, quod sub primo, Vt, Apostolus ponit mundationem Ecclesiæ per lauacrum uitale, scilicet per baptismi sacramentum: & sub secundo, Vt, ponit mundationem ipsius Ecclesiæ per non habere maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, idest per non habere peccatum, neque mortale, neque uenale, neque potestatem ad cadendum in aliquod illorum, idest per non habere peccatum vel minimum, neque actu, neque potentia. Consequenter ergo per primum Vt, loquitur de Ecclesia pro præsenti statu, in quo mundatur quidem per sacramenta, sed tamen (secundum Concilium Triden. sess. 6. Can. 23.) non potest esse omnino sine ruga, idest sine uenali, & multo magis non potest esse sine aliquo huiusmodi, idest sine potentia ad peccandum: Per secundum verò, Vt, loquitur de Ecclesia pro statu patriæ, in quo absque omni & peccato & peccandi possibilitate congregatio ipsa comprehensorum in æternum uiuet. In cuius signum Apostolus non sub primo, sed sub secundo, Vt, dixit non simpliciter Ecclesiam, sed gloriosam Ecclesiam.

¶ Not. 2. Rursus in eadem authoritate denotatur Ecclesia in duplici potentia, in actu imperfecto, in actu consummato: & consequenter ex illa ipsa confirmatur conclusio articuli cum eius probatione. Tradidit (inquit) semetipsum pro Ecclesia. Ecce, totus mundus: partim de Ecclesia in potentia vel reducenda, vel nunquam reducenda, ad actum; partim Ecclesia in actu. Nam mortuus est Christus pro omnibus, secundum Concilium Tridentinū sessione sexta, capitu. tertio. quorum aliqui erant fideles, puta Iudæi, aliqui infideles, puta gentes, ibidem capitu. secundo. Mundans (inquit) eam lauacro. Ecce, Ecclesia in actu imperfecto, scilicet in actu uiæ, ibidem capitu. trigesimoquarto, Gloriosam (inquit) Ecclesiam non habentem, &c. Ecce, Ecclesiam actu consummato, idest in actu patriæ.

¶ Not. 3. His nihilominus per textum corpor. articuli importatis, & pro ueris ab Apostolo etiam admissis, sciendum est: quod nomine Ecclesiæ simpliciter dicto, secundum vsitatum modum loquendi, intelliguntur illi, qui sunt de Ecclesia actualiter, idest Christi fideles siue sint in charitate, siue non (vt patet ex Concilio Triden. sessio. 6. Can. 28.) Et sic Ecclesia nominata & intellecta, est & catholica, & sancta, ratione saltem immaculatæ fidei, ut: sic, & Apostolica, ratione capitis sui non primi, sed Vicarii, idest B. Petri Principis Apostolorum, ac successorum eius pro tempore, & una ratione quia in his, quę sunt fidei, idipsum dicunt omnes, & non sunt in eis schismata. 1. Corin. 1. Porro Ecclesiam, secundū præmissum usum loquendi & quatuor eius notas, accipit responsalis textus à ly sunt tamen quædam, scilicet mortalia &c. usque in finem. Cuius dictum de fide informi declaratur simul & confirmatur ex Concilio Triden. sessio. 6. cap. 7. Fides, nisi ad eam spes accedat & charitas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit; qua ratione uerissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam & otiosam esse: & in Christo IESV neque circumcisionem aliquid ualere, neque præputium, sed fidem quæ per charitatem operatur. Hæc ibi. Ex prædictis ergo dic: quod textus corpor. sumendum subindicat nomen Ecclesiæ modo extensiori, quam sumatur in responsali textu præsignato. Cæterum pro eorundem pleniori notitia; vide omninò Compendium Alberti Magni libro septimo, capitulo nono. Schol. & libro quinto, cap. quadragesimotertio. Schol.

3m de minori. Sacramentis illis. R. Tanquam vmbris, id est imaginibus futurorum. §. Non enim sine causa Apostolus signanter illa sacramenta in proposito uocat umbras, per ly vmbræ deseruiunt. Tunc nihil, &cæt. ut patet in textu ly ideo antiqui Patres seruando legalia, &cæt. vsque in finem. Vbi diligenter notabis dictum Philosophi: ut uideas id, quod sæpè in secunda parte habitum fuit, scilicet, quod sancti Patres veteris Testamenti pertinebant ad nouum testamentum.

D. 720

*Cap. 2. in me. 10. 2.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interrimas hæresim cuiusdam Augustini de Roma (ut refertur in Concilio Basiliensi sessione vigesimasecunda.) dicentis; quod non omnes fideles iustificati, sunt membra Christi, sed soli prædestinati. Item hæresim Ioannis Huss, (vt refert Concilium Constantiense sessione decimaquinta,) dicentis, quod præscitus, quamuis aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, nunquam tamen est pars sanctæ Ecclesiæ: Vel (quod in idem redit) prædestinatum ad mortem, quantumcumque ipse bene viuat, nunquam posse esse membrum Dei. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari à Concilio Basiliensi ibidem, contra eum de Roma, & Constantiensi ibidem contra Huss; Et nota: quod licet post ultimam translationem de ann. 14[illegible]. ab Eugenio Papa factam Basiliense illud nihil ualeat, utpotè a uero suo capite dissolutum: tamen quo ad sententiam contra illum de Roma, quoniam lata fuit de ann. 1435. est ualidum. Si plenius uis scire, quid sit tenendum uel non tenendum de Basiliensi; vide summam Conciliorum ibidem, sessione ulti. ly Bulla Nicolai Quinti, &c. vide etiam Compend. Alber. Mag. lib. quarto, capitu. quarto. Schol. vide infra quæstio. decima, art. primo append. Item damnari à Concilio Tridentino, sessione sexta, capitu. tertio, quarto. & Cano. 28. Vbi decernitur ei per fidem ueram, licet non uiuam habet, esse Christianum. Item a 1. Timo. quarto, & primo Ioan. secundo. vt adducuntur hic in argum. contr. Item à Psal. 117. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Totus enim mundus, tanquam sectus in duos parietes in angulum unum concurrentes, diuidebatur in Iudæum & Græcum (quibus nominibus sæpe usum fuisse ad Roman. Apostolum legimus) hoc est in Iudęos, & Gentiles. Per hoc ergo, quod Christum esse caput anguli dicunt Scripturæ, designant; quod totus mundus, maxime autem fideles & charitatem habentes, sunt membra corporis Christi. Vide supra notatio. secunda, tertia, post responsionem ad secundum. Item damnari à primæ, quæstio. vigesima, articulo quarto, & quæstione vigesimatertia, articulo sexto, octauo, cum Elucidationibus. Item à veritatibus aureis super totam legem ueterem, Genesis quarto, conclusione sexta, septima, & Nume. 14. conclusio. 10. Tertiò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm, Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo, declaratur modus quo corpus Christi mysticum habet membra. Secundo respondetur quæsito. Ex differentia autem inter corpus naturale, & mysticum, quoad modum habendi membra simul, uel successiue declaratur modus, quo corpus Christi mysticum habet membra, scilicet non solum in actu, sed in potentia. Et potentia quidem in proposito dupliciter inuenitur, quæ scilicet quandoque reducetur, & quæ numquam reducetur ad actum. Actus vero tripliciter, uel secundum fidem, uel secundum charitatem uiæ, vel secundum fruitionem patriæ,

¶ Vbi nota primò, quod non distinguitur potentia in potentiam reducibilem, vel non reducibilem ad actum: sed in potentiam, quæ de facto quandoque reducetur ad actum, & in potentiã, quæ de facto numquam reducetur ad actum, quamuis reducibilis fuerit ad actum, alioquin non fuisset in potentia.

¶ Nota secundo, quod licet fides, vt in responsione ad secundum habes constituat membrum Christi imperfecte, & secundum quid, quia tamen infra latitudinem actus consistit, ideo hic primus gradus actus in esse gratiæ in membris Christi, assignatur fidei.

¶ Conclusio responsiua est Christus est; caput omnium hominũ diuersimode tamen, loquendo generaliter secundum totum mũdi tempus, probatur deducendo per quinque gradus secundum quos homines uniuntur Christo.

¶ Vbi nota Auctorem sex status omnes distinxisse, & omnes differentias eorum comprehendisse. In primo beati, in secundo uiatores in charitate, in tertio uiatores in fide tantum, in quarto uiatores sine fide, prædestinati tamen, in quinto uiatores sine fide nõ prædestinati, in sexto damnati sunt. Et primus quidem gradus licet hodie omnino sit clarus: relatus tamen ad totum mundi tempus comprehendit sub se beatos, etiam impeditos: quamuis in termino, ut erant sancti Patres in lymbo ante mortem Christi. Comprehenduntur siquidem in primo gradu omnes actu Christo coniuncti immutabiliter, seu in termino, quales tunc erant sancti Patres, quibus sola patefactio cęli deerat.

¶ Secundus vero gradus trifariam distinguitur: nam continet tam existentes in Purgatorio, qui adhuc extra uiam totaliter non sunt, quam existentes in charitate hic prædestinatos, quam existentes in charitate secundum præsentem iustitiam tantum, quos constat esse præscitos. Hi enim omnes, quia sunt in uia, & charitate cõputantur inter membra Christi actualiter: sed primi duo simpliciter tertii secundum præsentem tantum iustitiam.

¶ Tertius quoque gradus, qui etiam secundum actum licet imperfectum attenditur, duo continet genera hominum, scilicet fide tantum præditos, & tamen prædestinatos, & similes non prædestinatos. Vtrique enim inter membra Christi actualiter ratione fidei computantur: mortificata tamen, sed primi ut membra permansura, secundi ut membra abscindenda.

¶ Quartus gradus, qui secundum potentiam attenditur, assignatus est in litera in ordine ad actum simpliciter hoc est fruitionem patriæ, sicut & quintus: sed quartus secundum ordinem positiuũ ad dictum actum: quintus secundum negationem ordinis ad eundem actum. Et quoniam iustum est, ut potentiæ ad actus secundum quid, reducantur ad potentiam ad actum simpliciter, ideo quartus gradus comprehendit omnes viatores sine fide prædestinatos, & reducitur illos etiam sine fide, qui quandoque reducentur in actum fidei tantum, uel etiam charitatis uiæ tantum; hi omnes ratione status potentiæ, quæ quandoque reducetur ad actum simpliciter vt primi, uel secundum quid ut reliqui quartum constituunt gradum, iuxta distinctionem præmissam in litera ante conclusionem. Et propterea quinto gradui illi soli relinquuntur, qui sic in uita ista degunt in potentia ad actum simpliciter, uel secundum quid, quod numquam assequentur aliquem eorum, qui scilicet non solum præsciti sunt, sed numquam ad charitatem uiæ, numquam ad fidem informem peruenient, ut sunt fugitive infideles.

¶ Extra omnia autem Christi membra computatur sextus status hominum, hoc est status æternæ damnationis, qui etiam continet duo genera hominum, s. damnatorum ad pœnam sensus, & damni, quales sunt omnes adulti damnati, & ad pœnam damni tantum quales sunt infantes, & perpetuo amentes, qui sine sacramento fidei decesserunt. Hi namq; ut sic, quia nec actu, nec potentia inter membra Christi sunt, aliena omnino ponuntur a capite Christo. Est tamen inter istos latitudo, dum quidam eorum decidunt à potẽtia tantum, ut semper infideles, & qui numquam usum liberi arbitrij habuerunt, de quibus tantum fit mentio in litera. Quidã autem decidunt ab actu, uel fidei tãtum, uel etiam charitatis uiæ ut Christiani damnati, qui membra vere abscissa a corpore Christi sunt: quoniam illius fuerunt, secundum præsentem iustitiam, uel fidei sacramenta, membra.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, aduerte pro intellectu literæ, & prædictorum, quod dupliciter possumus loqui de potentia, ut patet 5. Met. s. Logice, uel Physice, hoc est uel de potentia, prout termini non implicant contradictionem, uel de potentia actiua, uel passiua existẽte in natura, ad agendum, uel patiendũ actum aliquem ordinata. In præsenti materia non est sermo de potentia logice, sed physice, vt patet ex hac litera, in qua Auctor fundat potentiam ecclesiasticam, hoc est posse esse membrũ ecclesiæ, quæ est corpus Christi mysticum super reali virtute Christi, & reali facultate liberi arbitrij humani in statu uiæ, secundum enim has duas potestates dicitur aliquis physice in potentia, uel non in potentia ad esse membrum Christi. Et propterea damnati omnes licet sint in potentia logice, ut sint membra Christi, quia tamen nõ sunt in potentia physice ad esse inter membra Christi, quoniã nec uirtus Christi est ordinata ad redẽptionem damnatorum, scriptum est enim, quod in inferno nulla est redemptio, nec illorum liberum arbitrium uertibile est amplius ad Christum: quia sunt in termino, ideo simpliciter, & absolutè dicuntur in litera totaliter desinere esse membra Christi.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod tres conditiones ecclesiæ hoc est gloriosam, & sine macula, sine ruga esse, non conuenire ecclesiæ militanti rõne primæ conditionis: manifeste patet. Sed, & Auctor rõne tertiæ hoc est peccatorum uenialium probat, quod intellige formaliter de ecclesia militãte hoc est, de congregatione fideliũ existentium in charitate: quia huiusmodi congregatio rõne oium suarũ partium in uia hac, rugam aliquã uetustatis hẽt, licet nõ semper in singulis. Põt. n. uiator aliquis aliquanto tempore sine omni actuali peccato inueniri: non potest tñ omninò uitam hanc agere sine aliquo peccato, ut in litera Apostolica probat auctoritas.

Alb. Mag. 3 d. 13 ar. 9. Medina art. 4.

59

3. d. 13. q. 2, 2. 2. q. 1. & d. 14. ar. 3. q. 2. & 6. ca. Et uer. q. 29. a. 4. c. & ad 5. Et opusc. 3. c. 213. & 1. Corin. 11. Et Eph. 1. in fi.

SVPER Q. VIII. ART. IIII.

Concl. 1. Corpus Ecclesiæ mysticum non solum consistit ex hominibus, sed etiam ex Angelis.

¶ Prob. Quia ad unum finem, qui est diuina fruitio, ordinantur & homines & Angeli.

¶ Concl. 2. Christus non solum est caput hominum, sed etiã Angelorum.

¶ Prob. Primò, quia Christus perfectius participat dona Dei, quam homines atque Angeli. Et influit in utroq;. Secundò, quia hoc innuitur ex Ephes. 1. Tertiò, quia de Angelorũ subiectione ad Christũ, tanquam membrorum ad caput, dat signum Matt. c. 4. per ly ministrabant et.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrũ Christus sit caput Angelorum.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus, secũdum quod homo, non sit caput Angelorum. Caput enim, & membra sunt unius naturæ: sed Christus secundum quod est homo, non est cõformis in natura cum Angelis, sed solum cum hominibus: quia ut dicitur Heb. 2. Numquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. ergo Christus secundum quod homo non est caput angelorum.

¶ 2 Præt. Illorum Christus est caput qui pertinent ad ecclesiã, quæ est corpus eius, ut dr Eph. 1. sed angeli non pertinẽt ad ecclesiam, nam ecclesia est congregatio fidelium: fides autẽ non est in angelis: non. n. ambulãt per fidem, sed per speciẽ, alioquin peregrinarentur a dño, secũdum quod Apostolus argumentatur 2. ad Cor. 5. ergo Christus secundum, quod homo, non est caput angelorum.

¶ 3 Præt. Aug. dicit super Ioan.* quod sicut uerbũ, quod erat in principio apud patrẽ, uiuificat animas, ita uerbũ caro uiuificat corpora, quibus angeli carẽt: sed uerbum caro factum est Christus, secũdum quod homo. ergo Christus secundum quod homo non influit uitam angelis. Et ita secundum quod homo, non est caput angelorũ.

*Tract. 23. ante med. & 19. trac. a me. to. 9.

Sed contra est, quod Apost. dicit Colos. 2. Qui est caput oĩs principatus, & potestatis: & eadẽ ratio est de angelis aliorum ordinum. est ergo Christus caput Angelorum.

Respon. Dicendum, quod sicut dictum est,† ubi est unum corpus, necesse est ponere unum caput. Vnum autem corpus similitudinariè dicitur una multitudo ordinata in unum, secundũ distinctos actus siue officia: manifestum est autem, quod ad unum finem, qui est gloria diuinæ fruitionis, ordinantur, & homines, & angeli. Vnde corpus ecclesiæ mysticum nõ solum consistit ex hominibus, sed etiam ex Angelis. Totius autem huius multitudinis Christus est caput:

† Ar. 1. ad 2.

1m de maiori. Sunt unius naturæ. R. Saltem genericæ. §. Tunc nihil,&c. Nam licet Christus, secundum quod homo, non sit conformis Angelis in natura speciei; tamen est eis conformis in natura generis: loquendo. s. de homine quo ad principale suum. i. quo ad animam. Tam enim Angeli, quam homines, conueniunt in genere intellectualitatis.

2m minor. Angeli nō pertinent ad Ecclesiā. R. Negatur. §. Ad probationē dicitur: quod non concludit intētum. Nā Ecclesia secundum statum viæ est, &c. vt in tex. Ex quo patet: quòd diffinitio absoluta Ecclesiæ est hæc. s. Ecclesia est congregatio fidelium vel etiam cōprehendentium.

3m ex D.Aug. Verbum caro factum viuificat corpora. R. Si loquamur, secundum quādam assimilationē causæ ad effectū. §. Tūc nihil,&c. Nam cū hoc stat: quòd verbum caro factum viuificet ēt animas, immo quoscūque spiritus; si loquamur absolute, propter rationem adductam in textu: Et taliter viuificare spiritus, sufficit ad hoc; quod verbum caro factum. i. Christus secundum quod homo sit caput Angelorum.

caput: quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius, non solum quam homines, sed etiam quā angeli, & de eius influentia non solum homines recipiunt, sed etiā angeli. Dicitur enim Ephes. 1. quod constituit eum, s. Christus Deus pater ad dexteram suam in cęlestib. supra omnem potestatem, & principatum, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedib. eius: & ideo Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum: vnde, & Matth. 4. legitur, quod accesserunt angeli, & ministrabant ei.

Ad primum ergo dicendū, quod influentia Christi super homines, principaliter quidem est quantum ad animas, sm quas homines conueniunt cū angelis in natura generis, licet non in natura speciei. Et ratione huius conformitatis Christus potest dici caput angelorum, licet deficiat conformitas quā tum ad corpora.

Ad secundum dicendum, quod ecclesia secundū statum viæ est congregatio fidelium: sed secundum statum patriæ est congregatio cōprehendentium. Christus autē non solum fuit uiator, sed comprehensor: & ideo non solum fidelium, sed etiam comprehendentium est caput, utpotè plenissimè habens gratiam, & gloriam.

Ad tertium dicendum, quod Aug.* ibi loquitur secundum quandam assimilationem causæ ad effectum, prout, s. res corporales agit in corpus, & res spūales in res spūales: tamen humanitas Christi ex virtute spiritualis naturæ, s. diuinæ, potest aliquid causare non solum in spiritibus hominum, sed ēt in spiritibus angelorum, propter maximam coniunctionem eius ad Deum, scilicet secundum vnionē psonalem.

ly Angelus, nunc intelligitur quodcunque nominabile, cuius, scilicet essentia nomine comprehendi potest. Hoc vero tum superioribus tum inferioribus Angelis commune est: quoniam solus Deus in tali sensu innominabilis est. 1. q. 13. art. 1. corp. & ad primum. Id ergo, quod implicitè continetur in hac authoritate. s. quia est caput omnis principatus & potestatis, posuit explicitè idē Apostolus Ephes. 1. constituit eum supra omnem potestatem & principatum, & omne nomen, quod nominatur. Rursum expone ly caput, scilicet quantum ad conformitatem naturæ in genere solum, & quantum ad influentiam ad actos hierarchicos tantum pertinē tem Id quod expressit. D. Thomas 3. distinct. 13. quæst. 2. artic. 2. dicens. Christus, secundum quod homo, est caput Angelorum; non tamen ita proprie, nec eodem modo, sicut hominum, propter duas conditiones. Primo quantum ad conformitatem naturæ: quia cum hominibus conuenit etiam secundum speciem in natura, cum Angelis autem non secundum speciem, sed secundum genus intellectualis naturæ. Secundo quantum ad influentiam: quia non influit Angel. remouendo prohibens, aut merendo gratiam, aut orando pro eis, quia iam beati sunt; sed in his, quæ ad actus hierarchicos pertinent; secundū quod vnus Angelus illuminat, purgat, & perficit alium (ut in 2. lib. distinct. 6. dictū est). Hoc. n. multo eminentius a Christo recipiunt. Hęc ibi.

* loco citato in arg.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, me rito esse a scripturis insinuatum: quod Christus est caput Angelorum. Vt Coloss. 2. secundum quod est in argum. contr. Vbi expone ly eadem est ratio aliorum ordinum. i. vt Angeli sunt, non autem, vt præcise superiores sunt. Non enim formaliter valet cōsequentia affirmatiua ab inferiori ad superius in tali sensu, puta est caput ordinum inferiorum, ergo & superiorum; valet tamen ab eo, in quo conueniunt superiores cum inferioribus: quoniam sic quædam similia sunt; & de similibus, vt sunt similia, idem est iudicium: puta est caput ordinum inferiorum, vt Angeli sunt, ergo & superiorum vt Angeli sunt. Per hoc siquidem nomen Angelus, intelligitur nunc ei creatura excellens; & cum omnis quantumcūque excellens creatura sit nominabilis, i. nomine comprehensibilis, per ly Angelus, nunc intelligitur (see above). Secundò vides: quomodo ex iis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore art. una est conclusio responsiua quæsito, Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum. Probat dupliciter, scilicet ratione, & auctoritate, ratione quidem sic: Homines, & angeli ordinantur ad unum finem, scilicet gloriam diuinæ fruitionis. ergo corpus mysticum ecclesiæ non solum ex hominibus, sed etiam ex angelis consistit. ergo totius huius multitudinis est caput unū, quod est Christus. igitur Christus est caput non solum hominum, sed angelorum. Prima consequentia probatur: quia corpus similitudinariè dr quæcunque vna multitudo ordinata in unum secundum distinctos actus, seu officia. Hinc apertè patet, quod multitudo angelorum, & hominum ex eo, quod ordinatur ad unum finē, est unum corpus mysticè: nulla enim est ambiguitas, quia in his sit diuersitas actuum & officiorum in ordine ad cælestem fęlicitatem. Secunda uero consequentia habet duas partes, prima est, quod inferatur caput unum secunda est, quod illud caput sit Christus. Et quo ad primam probatur ex eo, quod ubi est unum corpus, oportet esse caput unum. Quo ad secundam vero probatur dupliciter. Primo ex tribus conditionibus capitis antedictis, s. primitate, perfectione, & uirtute, inuentis in Christo: quia propinquior est Deo, & perfectius habet dona Dei, & influit in homines, & angelos. Secundo, auctoritate Apostoli ad Philip. 1. Deinde probatur conclusio principalis ex signo: quia, s. angeli ministrabant Christo, Matth. 4. hoc enim signum est subiectionis cū minor sit, qui ministrat.

¶ In responsione ad primū eiusdem artic. aduerte notitie, quod non apponitur hic supradictis trib. conditionib. capitis quarta cōditio, puta conformitas naturæ: sed prius fuit sermo de conditionibus proprijs capitis quibus differt, & præstat cæteris membris modo autem loquimur de conditione communi capiti, & reliqs mēbris. Oporteret siquidem omnia membra corporis vnius esse naturæ, puta humanæ, uel leoninæ, uel equinæ, &c. Vnde cōditio ista conformitatis in natura, exigit ad caput, ut præsupposita, sicut cōmune præsupponitur proprio. Et propterea in litera dicitur, quod propter conformitatem Christi cum angelis in natura generis, potest Christus dici caput angelorum, non quod conformitas sit ratio Christo, quod sit caput (cum conformitas cōis sit Christo, & angelis) sed quia conformitas ratio est, quod in Christo inueniatur cōmunis conditio capitis, & membris: & ideo propter conformitatem vt cōditionem communem Christus habens proprias capitis conditiones, potest dici caput angelorum.

Tract.13.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium occurrit circa causalitatem corporalis naturæ Christi super angelos, qui sunt puri spūs, & corporib. nec uniti, nec unibiles, vt formæ. Non vł siquidem intelligibile, quod corpus possit agere in spūm separatū omnino, peripatetice loquendo, cum non cōsicent, & lōge inferioris, immo infimæ naturæ sit corpus quodcunque cum corporalib. respectu substantiarum omnino separatum a materia, quales supponimus angelos esse.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet hoc mirum appareat, si tamen consideremus phantasma sub lumine intellectus agentis posse in animam intellectiuam agere, non erit incredibile, quod aliqua res corporea virtute diuinitatis, cui iuncta est personaliter, possit in substantiam separatam agere, ut sic quod phantasma ex naturali vinculo cum anima intellectiua sortitum est, humanitas Christi ex supernaturalissima, & maxima coniunctione ad diuinitatem adepta sit excellentiori modo: quia potest liberè, instrumentaliter tamen, causare in angelis, & animabus nostris aliquid spirituale. Non intelligo tamen hunc causandi modum excedere modum, quo ponimus, sacramenta causare in animabus nostris spirituales gratias.

SVPER

SVPER Q. VIII. ARTIC. V.

CONCL. Eadem est secundum essentiam gratia personalis, qua anima Christi est iustificata, & gratia eius, secundum quã est caput Ecclesiæ iustificans alios: differt tamen secundum rationem.

¶ PROB. Quia idem est actus, quo aliquid est actu, atque agit; dũmodo actus ille sit secundum eminentiam quandam: Et in anima Christi actu est gratia habitualis, secundũ maximam eminentiam. q. 7. ar. 9. ‡Secunda autem pars, s. differt, &c. probatur; quia patet ex terminis. (Nam gratia illa una, secundum q̃ habitualis, iustificat animã Christi, & secundũ quòd capitalis, iustificat alios.)

60 3. d. 13. q. 3. ar. 2. q. 1. & 2. Et 4. d. 5. q. 1. a. 3. q. 2. ad 3. Et uer. q. 29. ar. 2. c. & ad 6. Et op. 3. c. 223. et 223. et Io. 3. lec. 6.

¶ EXAM. Ly secundum eminentiam quãdam. Hoc est. Eminentiam condecentem, & sufficientem ad agendum in alterum. Non enim omnis eminentia sufficit ad hoc: vt patet. Eminentia namque B. Virginis in gratia non est ad iustificandum alios sufficiens, licet fuerit grandis super omnes puras creaturas: & consequẽter ad id multo magis non est sufficiẽs Apostolorum, vel quorumcũq; aliorum gratia secundum eminentiam habita. Nõ ergo eminentia vlla gratiæ est eminentia capitalis, nisi solius Christi.

‡q. 6. ar. 6.

1m illatio conclusionis. Ergo alia ẽ gratia personalis, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim idem iudicium faciendum est de peccato Adæ personali atq; originali, & de gratia Christi personali atq; capitali, quo ad esse numerale vtriusque; propter rationem adductã in textu. Nec ad tale iudicium sic faciendũ cogit illud Rom. 5. quoniam sufficit illi auctoritati, quod gr̃a Christi sit in multorum salutem, per oppositum ad delictũ Adæ, quod fuit in multorum perniciem. Quod uero sit vna uel plures, gratia illa in Christo, siue delictum in Adam hoc est præter ipsius sententię intentum.

*q. 7. ar. 9.

¶ EXAM. Ly deriuatum est a peccato actuali ipsius. Scilicet primo: non autem aliquo alio. De qua re uideas 1. 2. q. 81. ar. 1. 2. 3. & hinc, atque inde, dicissim vtrobiq; dicta penetrabis. (vt decet).

2m de maiori. Secundum actus. ℞. Quorum unus non est ratio alterius. §. Tunc nihil, &c. vt patet in tex. Ad cuius pleniorem captum iuuat reminisci huius exẽpli, scilicet quod charitas est habitus solummodo vnus: cum tamẽ habeat duos actus, s. diligere Deum, & proximum. Ratio est; quia vnus istorum est ratio alterius actus: quoniam diligere Deum est ratio diligendi proximum.

3m illatio conclusionis. Ergo ẽt, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim faciendum est idem iudicium (vt facit arguens) de gratia illa tripliei. Nam gratia personalis & gratia, &c. vt in textu, vsque ad ly Quamuis.

* Aug. lib. 12. ca. 16. circa med. tom. 3.
† Arist. de anima lib. 3. tex. 19.
* ar. 1. hui* q. & q. 7. ar. 9.

Item minor. Gratia singularis Christi est alia a gratia unionis. ℞. Si loquamur ꝓprie. §. Prout. s. gratia vnionis est esse personale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ: in quo sensu de gratia unionis hactenus hic textus locutus est, & q. 6. artic. 6. corp. Nam persona diuina, puta verbum, si consideretur vt est res talis gratuito. i. absque ullis meritis. q. 2. art. 11. donata naturæ humanæ tunc uocatur gratia: si verò consideretur, quòd eo ipso illi donatur, quo illi ꝑ vnionem hypostatice. i. personaliter coniungitur tunc uocatur unionis. Verbum ergo ipsum est gratia unionis: & quia gratis datur, vt uniatur; & quia gratis unitur, q. 2. ar. 6. Dixi in responso, ly si loquamur proprie: quoniam si extenso uocabulo impropriè quodammodo loquamur de gratia vnionis, prout s. vnio accipitur pro unione duarum naturarum in Christo. q. 2. ar. 7. 9. & gratia dicitur illud, quod facit ad decentiam istius unionis: tunc secundum istum sensum illa propositio minor adducta, s. gratia singularis Christi est alia a gratia unionis, non est uera. Nam sic vna per essentiam est gratia illa singularis, & gratia unionis. Quia enim extenso uocabulo gratia vnionis dicitur illud, quod facit ad decentiam vnionis ipsarum naturarũ in Christo; & gratia singularis. i. habitualis facit ad decentiam ipsius unionis (vt patet:) ideo secundum cõsiderationem hanc oportet dicere, quòd gratia habitualis essentialiter est idem cum gratia unionis. Hæc dicta sunt ꝑ declaratione textus ly quamuis personalis (. i. habitualis) gratia possit quodammodo dici, &c. vt ibi. Quæ verba addixit Sanctus Doctor ad hunc finem: vt. s. pro more suo laudabili (quem & alibi anaota-

D. 3006.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia Christi, secundum quã est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius, secundum q̃ est quidam homo singularis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ non sit eadem gratia, qua Christus est caput ecclesiæ, cum gratia singulari illius hominis. Dicit enim Apost. Rom. 5. Si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit: sed aliud est peccatum actuale ipsius Adæ, & aliud peccatum originale, quod traduxit in posteros. ergo alia est gratia personalis, quæ est propria ipsius Christi, & alia est gratia eius, inquantum est caput ecclesiæ, quæ ab ipso ad alios deriuatur.

¶ 2 Præt. Habitus distinguitur secũdum actus: sed ad alium actum ordinatur in Christo gratia eius personalis, s. ad sanctificationem illius animæ, & ad alium actum ordinatur gratia capitis, s. ad sanctificandum alios. ergo alia est gratia personalis ipsius Christi, & alia est gratia eius, inquantum est caput ecclesiæ.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum est, †in Christo distinguitur triplex gratia, scilicet gratia unionis, gratia capitis, & gratia singularis illius hominis; sed gratia singularis Christi est alia a gratia vnionis. ergo etiam est alia a gratia capitis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: secundum hoc auté est caput nostrum, q̃ ab eo accepimus. ergo secundum hoc, quòd habuit plenitudinem gratiæ, est caput nostrum. Plenitudinem autem gratiæ habuit, secundum q̃ perfectè fuit in illo gratia personalis, vt sup. dictum est, * ergo secundum gratiã personalem est caput nostrum, & ita non est alia gratia capitis, & alia gratia personalis.

RESP. Dicendum, quòd quia vnumquodque agit, inquantum est ens actu, oportet quòd idẽ sit actus, quo aliquid est actu, & quo agit, sicut idem est calor, quo ignis est calidus, & quo calefacit. Non tamẽ omnis actus, quo aliquid est actu, sufficit ad hoc, q̃ sit principium agendi in alia: cum enim agens sit præstantius patiente, ut August. dicit 12. sup Gen. ad literam, *& Phil. in 3. de anima, †oportet q̃ agẽs in alia, habeat actum secundum eminentiam quãdam. Dictum est autem sup. * q̃ in anima Christi recepta est gratia secundum maximam eminentiam: & ideo ex eminentia gratiæ, quam accepit, competit sibi quod gratia illa ad alios deriuetur, quod pertinet ad rationem capitis: & ideo eadem est secundum essentiam gratia personalis, qua anima Christi est iustificata, & gratia eius, secundum quam est caput ecclesiæ, iustificans alios: differt tamen secundum rationem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ peccatum originale in Adã, quod est peccatũ naturæ, deriuatum est a peccato actuali ipsius, qđ est peccatum personale: quia in eo persona corrumpit naturam, qua corruptione mediante, peccatum primi hominis deriuatur ad posteros, secundum quod natura corrupta corrumpit personam; sed gratia nõ deriuatur a Christo in nos mediante natura humana, sed per solam personalem actionem ipsius Christi. Vnde non oportet in Christo distinguere duplicem gratiam quarũ una respondeat naturæ, alia personæ, sicut in Adam distinguitur peccatum naturæ, & personæ.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd diuersi actus quorum unus est ratio, & causa alterius, non diuersificant habitum: actus autem personalis gratiæ, qui est sanctum facere formaliter habentem, est ratio iustificationis aliorum, quæ pertinet ad gratiam capitis. Et inde est, quod ꝑ huiusmodi differentiam non diuersificatur essentia habitus.

AD TERTIVM dicendum, q̃ gratia personalis, & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actum, sed ad esse personale: & ideo gratia personalis, & gratia capitis conueniunt in essentia habitus, nõ autem gratia unionis. Quamuis ꝑsonalis gratia possit quodammodo dici gratia vnionis, prout facit cõgruitatem quandam ad unionem. Et secundum hoc una per essentiam est gratia unionis, & gratia capitis, & gratia singularis personæ, sed differens sola ratione.

AR-

annotauimus) illud omne, quod in argumentis adducitur, vltra solutionem argumentorũ & declaret, si declaratione indiget, & ad aliquem bonum sensum reducat, si boni sensus capax est.

¶ Exam. Ly facit congruitatem quandam ad vnionem. Hoc facere, intelligitur consequenter, non autem antecedenter. Non.n. ad unionem fiendam gratia habitualis præ requiritur, quasi prædispositio quædam ad hoc, vt vnio fiat; cum mediante gratia unio illa facta non sit. q. 6. art. 6. Sed ad vnionem ipsam iam factã gratia illa habitualis statim subsequitur, tamquam aliquod condecens naturam humanam Deo vnitam. Hinc patet: quod D. Thomas breuibus verbis confirmat, cuius confirmationis radicem posuerat supra quæst. 6. ar. 6. corp. per ly quidam effectus consequẽs vnionem, doctrinam bene a seipso in 3. Sentent. distin. 13. q. 3. art. 1. corp. datam, diffusiusque sic declaratam. Gratia unionis potest intelligi aliqua qualitas ad unionem disponens: sed aliquid potest disponere ad aliquam perfectionem tripliciter. Vno modo, ita ꝙ cadat medium inter subiectum & perfectionem illam, quasi stramentum perfectionis illius; sicut diaphanceitas disponit ad lucẽ: & hoc modo non potest aliquid disponere naturam ad unionem; quia natura unitur personæ immediate, quantũ ad esse. Alio modo aliquid disponit ad formam; sicut præparando materiam ad receptionem formæ, ita quòd præexistat in materia ante formam ordine fiendi, non ordine essendi (sicut calor disponit ad formam ignis; non quia cadat medium inter formam & materiam, sed quia materia appropriatur ad formam ignis per aduentum caloris): & sic etiam non potest aliquid disponere naturam ad unionem in persona; quia natura humana, secundum quod est talis natura, assumptibilis est a diuina persona. Tertio modo aliquid disponit aliud ad perfectionem aliquam, sicut quod facit ad bonitatem & decentiam perfectionis illius (sicut decor personæ facit ad dignitatem regiam: secũdum ꝙ dictum est, species Priami digna est imperio): Et hoc modo gratia vnionis potest dici omne illud, quod decet naturam humanam Deo unitam, siue ex parte corporis, siue ex parte animæ. Hæc ibi.

¶ Coroll. Non ergo Sanctus Doctor suam doctrinam olim traditam, de gratia habituali disponente ad vnionem, subsequẽter quantum ad congruentiam, retractat aut repræhendit (ut uidetur quibusdam); immo eandem in textu præsenti repetit breuissime atque confirmat. Ex his ergo magis firmam, & claram redditam esse cognoscito notationem nostram in Elucid. supra 1. par. q. 1. ar. 3. post respon. ad secundum circa medium notationis ipsius vsque in finem. Procul ergo a sui retractationibus est. B. Thomas: nisi modo illo suo mihi per Elucidationem expresso. Tantoq; magis adhuc & in prædictis stabilire debes: quanto non semel loco sententiarum citato, sed etiam bis, eandem in sensu doctrinam, de congruitate præmissa gratiæ ad unionem, explicauit. Dicit enim eod. lib. 3. Sentent. dist. 1. q. 2. art. 2. Gratia dupliciter dicitur. Vno modo ipse Deus gratis dans, uel gratuita uoluntas eius: Alio modo donum aliquod gratis datum. Primo ergo modo accipiendo gratiam; Gratia est medium vnionis, quasi unionẽ efficaciter causans: quia gratuita sua uoluntate sine meritis præcedentibus carnem assumpsit. Secundo modo accipiendo gratiam; non cadit ibi aliquod medium, habituale donum, sicut unionem vel unibilitatem formaliter causans; sed solum sicut medium congruitatis: sicut etiam scientia, & perfectio corporis, & huiusmodi, quæ decuit naturæ assumptæ nõ deesse. Hæc ibi. Vbi in primo modo ly quasi, tenetur expositiue: & in secundo ly medium congruitatis, tenetur consequenter ad unionem, non antecedenter. In cuius euidens signum assumptionem iam factam, cui congruitas ista superaddatur, præsupponit & contextus per ly quæ decuit naturæ assumptæ non deesse; & ibidem responsio ad tertium sic dicens. Quamuis assumi in unitatem diuinæ personæ sit supra facultatem humanæ naturæ; non tamen exigitur aliquid formaliter naturam humanam eleuans ad talem assumptionem: tum quia quocunque addito talis natura a persona diuina etiam in infinitum distaret; tum quia, cum assumi per se naturæ conueniat, omnia autem accidentia præter rationem naturæ sint, non poterit humana natura secundum id, quòd assumptibilis est, eleuari per aliquod accidens additum ad hoc, ut assumptibilior fiat: sed ad hoc, ꝙ assumatur, exigitur benignitas diuina humanam naturam ad tantam dignitatem gratis eleuans. Hæc ibi.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum esse; quod eadem realiter est gratia habitualis in Christo & gratia capitalis. Vt per hoc, ꝙ dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius, &c. secundum quod cum discursu applicatur in argum. contr. Pro cuius pleniori captu uide. quæst. 7. art. 9. 10. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur a atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est: de identitate enim reali quæritur.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Gratia personalis, qua anima Christi iustificata est, & gratia eius, secundum quam est caput Ecclesiæ iustificans alios, est eadem secundum essentiam: differt tamen secundum rationem. Probatur, Quo aliquid est actu, & quo agit, est unus actus; oportet tamen ad hoc vt sit quo agat in alia, ꝙ actus secundum eminentiam quandam habeatur. ergo gratia Christi habet etiam, quod sic actiua in alios, quod pertinet ad rationem capitis. ergo gratia personalis, qua anima Christi, iustificata est, & gratia eiusdem, qua est caput Ecclesiæ iustificans alios, est eadem. Antecedẽs quo ad primam partem probatur ratione, quia vnumquodque agit secundũ quod est ens actu, & exemplo in calore ignis. Quo ad secundam verò partem, quia agens oportet esse præstantius patiẽte, vt Aug. & Aristot. testantur. Consequentia uero prima probatur: quia in anima Christi recepta est gratia secundum maximam eminentiã: secunda autem est per se euidens.

¶ Sed occurrit hic dubium, quantum ualeat processus iste ex hoc, quòd actus habetur secundum quandam eminentiam, inferens quod sit actiuus aliorum eiusdem rationis: supponimus.n. habitualem gratiam in anima Christi, & in alijs, esse unius speciei specialissimæ secundum essentiam. Et est ratio dubij: quia licet ex hoc, quod actus aliquis eminet, & præstat, habeat quod sit actiuus sibi similis, non tamen ex hoc sibi vẽdicat, quod sit caput omnium aliorum sibi similium, hoc est quod sit actiuum omnium sibi similium, ut patet inductiue: alioquin quodlibet actiuum esset actiuum omnium sibi similium; Peccat ergo processus iste: quia aliud est probare, quòd actus sit actiuus sibi similis, quod probatur in litera, & aliud quod sit actiuus omnis sibi similis, quod erat probandum: quia hoc importatur nomine gratiæ capitalis.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia sermo literæ formalis est, non spectat ad locum hunc probare, sed supponere ex ante discussis gratiam Christi, qua ipsum alius esse capitalem, hoc est, influxiuam in omnes. & propterea saltem obiciendo assumitur, quod erat hic probandum, gratiam Christi esse actiuam omnis sibi similis, seu capitalem. Sed litera synonyme utitur gratia Christi qua agit in alios, & gratia Christi vt est caput, hoc est, qua agit in omnes: quia supponit, quod agere in alios coincidit cum agere in omnes respectu gratiæ Christi, quam superius manifestauit esse gratiam capitis, cuius est in omnia membra influere. Quia igitur ve synonyma hæc hic habentur, ideo Auctor solicitus tantum fuit, vt probaret identitatem actus, quo Christi anima est in se sancta, & quo alios sanctificat. Et hanc identitatem probat sufficienter ex hoc, quòd posse agere non addit super actum dantem esse, nisi eminentiam quandam, quam constat non mutare essentiã actus. Vnde restat processus solidus, & efficax.

¶ Cum his quoque scito, quod in litera non dicitur quod habeatur actus intensissime, sed dicitur quòd habeatur secundum eminentiam quandam, & de Christo subditur, quòd habuit gratiam secundum eminentiam maximam: plus enim comprehenditur sub eminentiæ nomine, quam intensionis quantæcumque. Et re uera quando actus habetur secundum eminentiam intensionis & modi habendi, est causa vniuersalis, homogenea, tamen reliquorum: vt patet in calore, qui quoniam in summo inuenitur in igne, & habetur eminenti modo, quia calor in summo, est naturalis proprietas ignis solius, ideo est causa vniuoca cæterorũ calidorum. Et proportionabiliter, quia in anima Christi gratia est in summo, & habetur eminentissimo modo, quia vt naturalis proprietas consequens vnionem personalem iuxta illũ: Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti a patre plenum gratiæ, &c. ideo gratia Christi ex eminentia tali est actiua in alios, & est actiua in omnes, ut caput, ac ꝑ hoc vt conforme, seu homogeneum. Vltima pars conclusionis, hoc est, differt tamen ratione, non aliter probatur in litera, quia clara est: constat enim secundum rationem differre, ꝙ gratia est actus faciens formaliter esse gratum, & ꝙ est principium agendi in alios: alioquin esse gratum, & causa reddere gratum in alios essent idem.

¶ In responsione ad primum scito nouitie, quod in Adam distinguitur peccatum personæ, & naturæ, quia peccatum personæ, vocatur peccatum illud, quod in actu primi peccati Adæ consistit: peccatum uero naturæ, uocatur fomes peccati cum priuatione originalis iustitiæ. Et quia hoc secundum causatum fuit in Adã ex primo, ideo dicitur quòd persona, hoc est actus personalis corrumpit naturam, hoc est, naturale bonum, ac donum. In nobis autẽ dicitur, quod natura corrumpit personam, quia ex fomite, & cæt. quem cum natura contraximus, persona, & damnationi obnoxia semper est, nisi per baptismum reparetur, & in peccatum actuale labitur. Non proportionaliter autem se habet Christi gratia, ut &
alia,

alia, sit gratia naturæ, alia personæ, tum quia gratia non est data Christo ex animæ suæ actuali operatione, tum quia gratia non cõmunicatur nobis a Christo per actionem naturæ, seu cõmunicando naturam, sed per actionem personalem Christi, quia meruit nobis, & voluntarie influit nobis gratiam.

¶In responsione ad tertium unde noutie, quòd Auctor primo appellat gratiam vnionis id, quod proprie est gratia vnionis, & de illa dicit, quòd non est eadem gratiæ personali, seu habituali. Deinde propter reuerentiam aliorum permittit appellari ipsam habitualem gratiam Christi, nomine gratiæ unionis, non simpliciter sed quodammodo, pro quanto, scilicet ipsa habitualis gratia in Christo facit congruitatem quandam ad unionē. Et intelligit de congruitate non antecedēte vnionē uelut disponente ad illā, sed de congruitate consequente ad unionem: reddit enim habitualis gratia animam Christi congruam dignitati unionis, ad quam præeleuata intelligitur, sicut grauitas congruit terræ, & sicut desponsata iam mulier principi, congrua redditur principi ex ornatu iocalium, quæ ex dono sponsi accepit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum esse caput Ecclesiæ sit proprium Christo.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd esse caput Ecclesiæ non sit proprium Christo. Dicitur enim 1. Reg. 15. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es: sed una est ecclesia in nouo, & ueteri testamento. ergo videtur quòd eadem ratione aliquis alius homo præter Christum poterit esse caput Ecclesiæ.

¶2 Præt. Ex hoc Christus dicitur esse caput ecclesiæ, quòd gratiam influit ecclesiæ membris: sed etiam ad alios pertinet gratiam aliis præbere, secundum illud Ephes. 4. Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ędificationem fidei, vt det gratiam audientibus. ergo videtur, quod etiam alii quam Christo competat esse ecclesiæ caput.

¶3 Præt. Christus ex eo quod præest ecclesiæ, non solum dicitur caput, sed etiam pastor, & fundamentum ecclesiæ: sed non sibi solum Christus retinuit nomen pastoris, secundum illud 1. Petri 5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam: nec etiam nomen fundamenti, secundum illud Apocalyp. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. ergo videtur, quod nec etiam nomen capitis sibi soli retinuerit.

SED CONTRA est, quod dicit, Coloss. 2. Caput ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei: sed hoc soli Christo conuenit. ergo sol⁹ Christus est caput ecclesiæ.

RESPON. Dicendum, quòd caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo, quodam intrinseco influxu, prout scilicet virt⁹ motiua, & sensitiua, a capite deriuatur ad cætera membra. Alio modo, secundum quandam exteriorem gubernationem prout scilicet secundū visum, & alios sensus, qui in capite radicantur, dirigitur homo exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non est ab aliquo, nisi solo Christo, cuius humanitas ex hoc, quòd est diuinitati coniuncta, habet uirtutem iustificandi: sed influxus in membra ecclesiæ, quantum ad exteriorem gubernationem, potest aliis conuenire. Et secundum hoc aliqui alii possint dici capita ecclesiæ, secundum illud Amos 6. Optimates capita populorum: differenter tamen a Christo. Primo quidem quantum ad hoc, quod Christus est caput omnium eorum, qui ad ecclesiam pertinent, secundum omnem locum, & tempus, & statum: alii autem homines dicuntur capita, secundū quædam specialia loca, sicut episcopi suarum ecclesiarum, uel etiam secundum determinatum tempus, sicut Papa est caput totius ecclesiæ, scilicet tempore sui pontificatus, & secundum determinatum statum, prout scilicet sunt in statu uiatoris. Alio modo, quia Christus est caput ecclesiæ propria uirtute, & auctoritate: alii uero dicuntur capita, inquantum vicem gerunt Christi, secundum illud 2. ad Corint. 2. Nā, & ego quod donaui, siquid donaui propter vos in persona Christi, & secundum illud secundæ ad Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur, tamen Deo exhortante per nos.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd verbum illud intelligitur, secundū quòd ratio capitis consideratur ex exteriori gubernatione, prout dicitur rex caput regni sui.

AD SECVNDVM dicendum, quòd homo non dat gratiam interius influendo, sed exterius persuadendo ad ea, quæ sunt gratiæ.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Augustinus * dicit super Ioan. Si præpositi ecclesiæ pastores sunt, quomodo unus pastor est, nisi quia sunt illi omnes unius membra pastoris? Et similiter alii possunt dici fundamenta, & capita, inquantum sunt unius capitis, & fundamenti membra. Et tamen sicut Augustinus ibidem dicit, †pastorem esse dedit membris suis, ostium uero nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprium tenuit: & hoc ideo, quia in ostio importatur principalis auctoritas, inquantum ostium est, per quod omnes ingrediuntur in domū, & ipse solus Christus est per quem accessum habemus in gratiam istam, in qua stamus: per alia vero nomina prædicta potest importari auctoritas, non solum principalis, sed etiam secundaria.

* Trac. 46. in med. illius, to. 9.
† Trac. 47. in Ioan. inter princ. & med. tom. 9.

Medina art. 6.

SVPER Q. VIII. ART. VI.

61
Inf. ar. 7. c.
Et uer. q. 29. ar. 4. c.
Et 1. Cor. 11.

CONCL. 1. Esse Ecclesiæ caput, secūdum influxum interiorē, est proprium.

¶PROB. Quia interior influxus gratiæ nō est ab aliquo, nisi a Christo; cuius humanitas ex hoc, quod est cōiuncta diuinitati, habet virtutem iustificādi. ar. 1. ad primum. arti. 4. ad tertium.

¶EXAM. Ly nisi a solo Christo. Hoc dictū manifeste insinuat quòd articulus non intendit loqui de Christo comparatiue ad alias psonas diuinas, sed ad creaturas. Stat ergo sine offensione huius articuli dictum supra arti. 1. ad secūdum. s. quòd Deus est caput Christi; & dictū ibid. ad tertiū. s. quòd spiritussanctus est cor Ecclesiæ.

¶CONCL. 2. Esse Ecclesiæ caput, sm exteriorē gubernationem, non est ꝓpriū Christo.

¶PROB. Quia aliqui alij possunt dici Ecclesiæ capita, quantum ad exteriorē gubernationem (ut habetur ex Amosē 6.).

¶CONCL. 3. Quāuis aliqui dicantur capita Ecclesiæ modo cōclus. a. dicto; in hoc tamē differenter a Christo se habent dupliciter.

¶PROB. Quia alij sūt capita Ecclesiæ sm determinationē vel loci, vel tēporis, uel status; tum ut uicem Christi gerentes. (vt patet in tex. ac 2. Cor. 2. 5.): Et Christus est ēt quo ad exteriorē gubernationē, caput Ecclesiæ, tum sm vniuersalitatē locorum, tēporum, statuūq; tū sm propriā uirtutē atque authoritatem.

1^m de conclusione. Caput Ecclesiæ. R. secundū exteriorē gubernationem. §. Sic. n. quilibet princeps, uel prælatus, est caput multitudinis sibi subiectæ. Tūc nihil, &c. Nā cōclusio prima, quæ oppugnatur sm intentum argumēti, loquitur de esse caput ī alio sensu. s. sm interiorem influxum.

2^m de maiori. Quod gratiam influit. R. Interius causando. §. sup. ar. 1. ad primū. Tūc nihil, &c. Nā authoritas adducta loquit de date gratiā in alio sensu. s. exterius tm̄ psuadendo: & ideo minor propositio. s. gratiam pbere aliis, pertinet etiā ad alios, loquit extra sensum articuli; aut, si eā velis loqui de præbere gratiam, in proposito ei⁹, tunc negatur omnino tanquam falsa.

¶EXAM. Ly exterius persuadendo. Hoc dicit pro quanto sufficit ad satisfaciendum intēto Apli, Eph. 4. Alioquin si uniuersaliter absolutè loqueretur, diceret; exterius vel persuadendo, vel sacramēta ministrando, & ex consequenti instrumētaliter ad gratiæ collationem concurrendo, artic. 1. ad primum, & q. 63. ar. 1. 3. 4.

3^m maior. Christus ex eo, quòd præest Ecclesiæ, non solum dicitur caput; sed etiā pastor, & fundamentum Ecclesiæ. R. Et ostium. §. Hoc enim dicit authoritatem principalem in Christo, propter rationem dictam in textu: & consequenter Christus ex eo, quod præest, dicitur etiam ostiū Ecclesiæ. Tunc nihil, &c. Nam ex insufficientia diuisione, cum maior ab argumento adducta sit mutila, fit, vt nihil exinde efficaciter concludatur. Quòd si non mutilè, sed sufficienter, adducatur illa maior; ut responsum forma-

AR-

formale insinuauit. s. est caput Ecclesiæ, pastor, fundamentum, & ostium: tunc concluderetur in fauorem articuli. Sic enim subsumeretur minor, sed Christus sibi soli retinuit, non quidem nomen pastoris. 1. Pet. 5. nec nomen fundamenti, Apoc. 21. Sed nomen ostij. Ioan. 10. Ergo uidetur, quod etiam nomen capitis sibi soli reseruauerit.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationē & ostendas, & recte intelligas, meritò a scripturis Cōcilijs, & sāctis insinuatum esse: quod proprium est, & non est Christo esse caput Ecclesiæ. Quod quidē fit, a scripturis insinuatur; vt Coloss. 2. caput, &c. secundum quod est in argum. contr. Item a Ioan. 19. Vnus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Ad huius enim expositionem inquit Papa Clemens V. in Concilio Viēnen. In assumpta natura ipsum Dei uerbum, emisso iam spiritu, perforari lancea sustinuit latus suum: vt exinde profluentib. vndis aquæ & sanguinis formaretur vnica & immaculata ac uirgo sancta mater Ecclesia, coniunx Christi. Hæc in Clement. 1. de sum. trin. & fide cathol. Secundum prædicta ergo Christus, ut caput, in membra influit dona gratiarum, & salutis. Quod autem nō sit, a Matth. 17. Mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius staterem illum sumens, da eis pro me, & te. Per hoc enim quod Christus iubet Petro, vt nummum hunc. i. staterem, soluat tum pro se, tum pro ipso Petro exactorib. tributi siue census, demonstrat aperte intentum intelligentibus: quod secundum B. Hieronymum ista census solutio Imperatori, cui iam facta erat Iudæa tributaria, dabatur pro capite. Exponatur ergo secundum planum sensum ly da eis pro me, & pro te. i. pro me capite, & pro te capite. Verum cum differētia hac: q. ego sum caput primum & interius influens & exterius gubernans; tu autem es caput secundarium exterius solum gubernans. A concilijs verò insinuatur, quod non sit; vt à Florentino in liter. sanct. vnion. Definimus Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & uerum Christi uicarium, totiusque Ecclesiæ caput. Hæc ibi. Vide Compend. Alber. Mag. lib. 5. cap. 43. schol. Itē a Concilio Constantinopolita. Veneramur secundum scripturas, & Canonum definitiones, sanctissimum antiquæ Romæ episcopum; primum esse, & maximum episcoporum. Hæc illud. A sanctis autem doctoribus idem insinuatur per hoc; quod uocant B. Petrum caput. Vt Chrysost. super Matth. homil. 55. expressis uerbis dicit Petrum esse caput Ecclesiæ, uerticem totius consortij; hom. 87. super Ioan. Principem Apostolorum; & de laudibus B. Pauli, Petrum Apostolorum caput. Eusebius Ecclesiast. hystor. li. 2. cap. 14. Petrum esse maximum, & primorum principem. Cyrillus, super ly vos quem me esse dicitis, Petrum nominat principē capitque cæterorum Apostolorum. Dionysius sæpe inquit: Verticalem Petrum, summum præ cæteris. De his græcis, alijsq; latinis doctoribus uide Ioannem Episcopum Roffensem lib. Assertionis Lutheranæ cōfutatio. artic. 25. Vide & Elucidationes Additionē articulorum nume. 94. 102. 168. Item ueritates aureas super totam legem veterem, Leuit. 8. concl. 8. & Numer. 27. concl. 5. & Deuter. 17. concl. 7. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo articu. 6. nota quòd in dubium dupliciter potest uerti, an esse caput ecclesiæ sit proprium Christo. Primo, in ordine ad Deum, & personas Patris, & Spiritussancti: Secundo, in ordine ad creaturas angelicas, & humanas. In hac tamen litera non disputatur, & consequenter non quæritur, nisi secundo modo, ita quod ly proprium, excludit commune Christo, & alijs creaturis. De Deo enim patre dictum est, caput Christi, (ac per hoc ecclesiæ totius, hoc est totius integri corporis ecclesiastici ex capite, & mēbris constituti,) Deus: de Spiritusancto autem, quod est cor ecclesiæ & propterea esse caput homogeneum; idest eiusdem naturæ, specificæ, vel genericæ, proprium Christo esse, & non commune toti Trinitati, relictum est. Nunc superest uidere, an sit commune Christo secundum naturam humanam, & alteri creaturæ, an soli Christo conueniat.

¶ In corpore articuli unica est distinctio bimembris, cum duabus conclusionibus responsiuis iuxta singula membra. Distinctio est de esse caput, vel secundum influxum interiorem, vel secundū exteriorem gubernationem. Prima conclusio est, esse caput ecclesiæ secūdum interiorem influxum est proprium Christo. Probatur, quia sola humanitas Christi habet uirtutem iustificandi: quia sola coniuncta est personaliter diuinitati. Secunda conclusio est, esse caput ecclesiæ secundum exteriorem gubernationē est commune Christo, & alijs, differenter tamen. Prima pars cōclusionis utpote clara, manifestatur auctoritate Amos: secunda autem pars ex duplici differentia. Prima secundum extensionē, vel restrictionem: quia gubernatio Christi extenditur ad omne tempus, omnem locum, omnemque statum, scilicet uiæ, & termini; aliorum uero restringitur, vel ad certum locum, vel certum tempus, vel certum statum. Secunda secundum uirtutem propriam, vel uicariam: quia Christus propria auctoritate est caput, alij vt uices gerentes Christi, ut patet auctoritatibus.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli discerne notitie inter ostium, & ostiarium: quia licet esse ostium ecclesiæ, ac regni cœlorum sibi soli dominus reseruauerit, esse tamen ostiarium alijs communicauit, claues regni tribuendo, & Petrum ianitorem cœli instituendo.

SVPER Q. VIII. ART. VII.

COncl. Diabolus est omnium malorum caput secundum exteriorē gubernationem.

62 ¶ Exam. Ly exteriorem gubernationem.
Inf. ar. 8. c. sub hac gubernatione exteriori comprehenditur etiam immutatio imaginationis, & sensus hominis. Potest enim diabolus immutare utrūque. 1. q. 111. art. 3. 4. Et utraque immutatio dicitur exterior, respectu uoluntatis q̃ immutare non potest, ibid. art. 2. cum Elucid. Ergo & hic, & supra p gubernationē exteriorem sola uoluntas excluditur; sicut e contra per interiorem ipsa includitur, cuius motio soli Deo reseruat. 1. q. 105. art. 4. cum Elucid.

* Cap. 82. lib. inter opa Aug. tom. 3. ¶ Prob. 1. Quia a Iob 41. hoc innuitur. Secundo. Quia diabolus ad suum finem, qui est auersio a Deo (ut patet ex Genes. 3. in tentatione hominis) adducit omnes malos, (ut patet ex ad secundum. item 1 q. 114. artic. 1. 2. 3.) Et ad gubernatorem

ARTICVLVS VII.

Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd diabolus non sit caput malorum. Ad rationē enim capitis pertinet, quòd influat sensum, & motum in membra, ut dicit quædam glo. super illud ad Eph. 1. Ipsum dedit caput, &c. sed diabolus non habet uirtutem influendi malitiam peccanti, quod ex uolūtate peccantis procedit. ergo diabolus non potest dici caput malorum.

¶ 2 Præt. Per quodlibet peccatum fit homo malus: sed non omnia peccata sunt a diabolo: quod quidem manifestum est de peccatis dæmonum, qui non ex persuasione alterius peccauerunt. Similiter etiam nec omne peccatum hominis ex diabolo procedit: dicitur enim in lib. de Ecclesiast. dogmatibus. * Nō omnes cogitationes nostræ malæ, semper diaboli instinctu excitantur: sed aliquoties ex motu arbitrij nostri emergunt. Ergo diabolus non est caput omnium malorum.

¶ 3 Præt. Vnum caput vni corpori præficitur: sed tota multitudo malorum non videtur habere aliquid, in quo unianturr: quia malum malo cōtingit esse contrarium: contingit ēt ex diuersis defectibus, vt Diony. dicit 4. cap. de diui. nominibus: * non ergo diabolus potest dici caput omnium malorum. * Cap. 4. par. 4. iter medium & fi.

SED CONTRA est, quòd super illud Iob 18. Memoria illius pereat de terra, dicit glo. † De vnoquoque iniquo dicitur, vt ad caput, idest, diabolum reuertatur. † Est Greg. lib. 14. moral. cap. 21. circa prīc.

RESP. Dicendum, quòd sicut supra dictum est. * caput non solum interius influit in membra, sed etiam exterius gubernat, eorum actus dirigendo ad aliquem finē. * Art. pce.
Sic ergo potest dici aliquis caput alicuius multitudinis, vel secundum vtrumque, scilicet, secundum interiorem influxum, & exteriorem gubernationem, & sic est Christus caput ecclesiæ, vt dictum est, * vel secundum exteriorē gubernationem, & sic quilibet princeps, vel prælatus est caput multitudinis sibi subiectæ. Et per hunc modum dicitur diabolus caput omnium malorum: nam, vt dicitur Iob 41. * Art. pce.
Ipse

Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Pertinet autem ad gubernatorem, vt eos, quos gubernat, ad suũ finem adducat: finis autem diaboli est auersio rationalis creaturæ a Deo: vnde & a principio hominem ab obedientia diuini præcepti remouere tentauit. Ipsa autem auersio a Deo, habet rationem finis, inquantum appetitur sub specie libertatis, secundum illud Hierem. 2. A sæculo confregisti iugum rupisti vincula, & dixisti, non seruiam. Inquantum igitur ad hunc finem aliqui adducuntur peccando, sub diaboli regimine, & gubernatione cadunt, & ex hoc dicitur eorũ caput.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod licet diabolus interius non influat rationali menti, tamen suggerendo inducit ad malum.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd gubernator nõ semper suggerit singulis, vt suæ voluntati obediant, sed proponit omnibus signum suæ voluntatis, ad cuius sequelam aliqui excitantur inducti, alii propria sponte: sicut patet in duce exercitus, cuius vexillum sequuntur milites etiam nullo persuadente. Sic igitur primum peccatum diaboli, qui ab initio peccat, vt dicitur 1. Ioan. 3. propositum est omnibus ad sequendum, quod quidam imitantur per suggestionem ipsius, quidam propria spontè absque ulla suggestione. Et secũdum hoc omnium malorum caput est diabolus, inquãtum ipsum imitantur, secundum illud Sapien. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia peccata conueniunt in auersione a Deo licet ab inuicem differant, secundum cõuersionem ad diuersa commutabilia bona.

rem pertinet ad proprium finem. i. ad propriũ intentum (vt aisit) adducere eos quos gubernat. Not. Pro textu ly auersio a Deo habet rationem finis, inquantum appetitur sub specie libertatis, uide 1. q. 63. art. 8. ad secundum cum Elucid. Et 2. 2. q. 11. art. 1. ad secundum cum Elucid. & veritates aureas super legem veterem, Genes. 3. concl. 1. 2. & quotidianam peccantium, specialiterq; hæreticorum experientiam.

1m maior. Ad rationẽ capitis pertinet, quòd influat sensum & motum in membra. R. Vel quòd exterius suggerẽdo inducat ad aliquid. §. Tunc nihil, &c. Nam licet diabolus, &c. vt in text. Pro cuius ampliori capcu, uide primæ partis locos nunc in examen citatos. Ex diuisione capitis habita art. 6. dic: quòd maior illa, secundum quod adducitur solum ab argumẽto, verificatur tantum de capite interius gubernante; & quod illa ratio capitis, secundũ quod a formali respon sis adducitur, vera est de capite extrinsecus mouente: quod si de capite vniuersaliter sit sermo (ut uidebatur intendere argumentum proferendo, simpliciter, idest nullo addito, ly capitis): tunc maior illa est nulla: sed completur per partem illam, quam formale responsum apposuit.

2m minor. Non omnia peccata sunt a diabolo. R. Negat. §. Ad probationem de non eius persuasione, dicitur: quod non probat intentum, s. quòd omnia peccata non sint a diabolo. Nam in plus est. i. vniuersalius est, peccata esse a diabolo; quam ipsa fieri ex speciali suggestione eius. Gubernator enim nõ semper suggerit singulis, &c. vt in tex. Pro quo vide & 1. q. 114. art. 3. Ex quo etiam dic: quod proponere aliis aliquid ad imitandum, vt sic. i. absq; alia persuasione, cadit sub exteriori gubernatione. Et meritò quidem. Nam ipsum proponere aliquid, maxime a se factum ad imitandum, est per se solum persuasio; immo & maior persuasio, quam uerbalis: inquantum magis mouent exempla, quã verba. Consequenter igitur vltra prædicta in examine concl. patet; quòd ly exteriorem gubernationem, comprehendit quoque istam propositionem, i. proponere aliis aliquid ad imitandum, seu ad sequendum. Pro textu ly peccatum primum diaboli propositum est omnibus ad sequendum, vide 1. q. 63. ar. 8. cum Elucid. De duplici tentationis diabolicæ modo in textu breuiter dicto uide 1. 2. q. 80. art. 2. 4. cum Elucid. & quod textu argumenti in lib. de Eccles. dogmatib. vide Compend. Alber. Mag. lib. 3. cap. 32. schol.

3m de minori. Non uidetur habere aliquid. R. Considerandum secundum conuersionem. §. Tunc nihil, &c. Ad hoc enim quod tota multitudo malorum quo ad istam partem sit unum corpus, sufficit: quod ipsa tota conueniat in hoc uno, scilicet in auersione. Et sic est. Nã omnia peccata, &c. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Ioannis Huss dicentis (vt refertur in Concilio Constantiensi sess. 15. quòd Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus Ecclesiæ malignantium consimiles. Et illorum, qui a Sigiberto Monacho in suis Cronicis uocantur Prædestinati; qui eodẽ referente, vniuersaliter dicebant. Prædestinatum a Deo ad uitam, etiam si ipse mala opera agat, nunquam posse esse membrum diaboli: Ex hoc enim quod articul⁹ præsens, diabolum esse omniũ malorum caput ostendit, expugnat hæreses prædictas: easque implicare in seipsis cõtradictionem insinuat. 2
Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, easdem meritò dãnari a scripturis, quæ hoc, quod denotãt; diabolum esse caput omniũ malorum. Eodem enim tenore sententialiter cõnotant, omnes malos, vt sic. i. vt mali sunt, esse membra diaboli. Vt a Iob 41. ipse est rex super omnes filios superbiæ, i. super omnes peccatores. Nam initium omnis peccati est superbia; & initium superbiæ est apostatare a Deo, Eccles. 10. Item a Iob 18. cum glossa, secundũ quod adducitur in arg. contr. Item a 2. Tim. 2. Resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Ecce, quod diabolus gubernat, idest ad finem propriæ voluntatis inducit peccatores: quod est esse caput eorũ, eosq; esse membra eius. Item specialiter Ioannis Huss dictum damnatur ab ipso Concilio Constantiensi sess. eadem, vt sup. s. sess. 15. In suo itaque simili condemnat & illud phantasma prædestinatorum. Nã, una hæresi damnata, omnes consimiles cointelliguntur reprobati; quoniam de similibus, quatenus similia sunt, idem est iudiciũ. Item ab Ephes. 2. Aliquando ambulastis secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conuersati sumus. Ecce quod seipsum connumerat quondam filiis diffidentiæ; quorum principem. i. caput dicit diabolum. Item a 1. Tim. 1. Christus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Item a B. Gregor. hom. super Matth. 4. Certe iniquorum omnium diabolus caput est; & huius capitis membra, sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra Iudæi persequentes, & milites crucifigentes fuerunt? Hæc ibi. Et tamen de his militibus Centurio, & qui cum eo erant, postmodum percutientes pectora sua reuertebantur, Matth. 27 Mar. 15. Luc. 23. En quod de iis, quorum quidam (vt ex his signis probabile est) erant ad uitam æternam prædestinati; dicit B. Greg. quod pro statu illo, quo erant in peccato mortali, diaboli membra erant. Item a Concilio Trid. sess. 5. Adam incurrisse indignationem Dei, atq; ideo mortẽ, & cum morte captiuitatẽ sub eius potestate, qui mortis deinde habuit Imperium: hoc est, diaboli. Hæc ibi. Adam erat de numero simpliciter prædestinatorum, quem & sapientia increata duxit a delicto suo Sap. 10. qui tamen pro tẽpore peccati sui fuit sub Imperio diaboli. Quod (ut ex tex. corp. hẽs) est diabolum esse caput, & subiectos sibi esse ipsius membra. Item a veritatib. aureis super totam legem veterẽ, Genes. 4. concl. 6. 7. & Numer. 14. concl. 10. Item ab Elucid: pri. par. q. 20. ar. 4. & q. 23. artic. 4. 6. 8. Tertiũ uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli repetitur primo supra posita distinctio de capite, secundum interiorem influxum, & secundum gubernationem exteriorem. Et ponitur deinde conclusio responsiua quæsito iuxta alterum membrum distinctionis. Diabolus est caput omnium malorum secundum exteriorem gubernationem. Probatur dupliciter. primo, auctoritate Iob, ipse est rex, &c. secũdo ratione, Finis diaboli est auersio a Deo. ergo inquantum quicumque adducuntur peccando in hunc finem, sub diaboli gubernatione cadunt. ergo diabolus est omnium malorum caput, secundum gubernationem. Antecedens probatur primo, ex hoc quòd tentauit ab initio a diuinis abducere. Manifestatur deinde, quomodo auersio potest habere rationem finis, scilicet sub specie libertatis. Probatur auctoritate Hiere. Consequentia vero prima probatur: quia ad gubernatorem pertinet adducere quos gubernat in suũ finem. Altera autem sequela est per se nota.

¶ Coniũge huic doctrinæ rñsionẽ ad 2m, & perspice, quod ad gubernatorem spectat, ad suum finẽ alios adducere, non uno tñ modo, sed diuersis, s. vel impellẽdo, uel solũ ex proposito signo sui regni. Et sic uidebis primã consequentiã tenere, dũ ex fine diaboli, oẽs ad illũ finẽ tendentes sub diaboli regimine cõcludi inferi, tamẽ diabol⁹ ipse olim taliũ dux fuerit, hoc vel illo mõ ad suũ uexillũ.

Medina art. 8.

SVPER Q. VIII. ART. VIII.

CONCL. Antichristus est caput omnium malorum propter malitiæ perfectionem: non autem quantum ad ordinem temporis, neque propter uirtutem influendi.

¶ PROB. Quia glossa super illud 2. Thess. 2. ostendens se, &c. hoc denotat (vt in tex.) Secunda vero pars, scilicet nó autem, &c. probatur; Quia homines multi peccatores tempore præcesserunt antichristum (ut patet). Tertia autem pars, scilicet neque, &c. probatur; quia mali præcedētes tempore neque ab antichristo exterius persuadente inducti sunt ad malum; neque eum, tamquam actu peccasset, imitati sunt.

63 1.2.q.84. art.3.&4. Et 3.d.13. q.2.ar.1.c. & verit.q. 29.ar.4.c. Et mal. q. 6.art.1. ca. Et op. 3.c. 223. Et 1. Cor.11.

¶ COROLL. Ergo ex probatione secundæ & tertiæ partium patet: quod in conclusione ly omnium malorum intelligitur solum de hominibus. Ergo, ex prima parte conclusionis probata sequitur: quod Antichristus est tanquam figuratum, vtpote habens plenitudinem malitiæ in cumulo; Et reprobi ipsum præcedentes sunt tanquam figuræ illius, utpote malitiæ eius plenitudinem non adæquantes, sed plus uel minus inter sese ad illam futuram accedentes; & per hoc ipsam plenitudinem velut in seipsis uariis coloribus effigiantes. Itá non mirum, si ipsos nomine Antichristorum vocauit scriptura 1. Io. 2. Et nunc Antichristi multi facti sunt. Figura enim nomine figurati, non quia sit illud, sed quia illud figurat, sæpe uocatur: quoniā, cum secundum aliquā realitatē quod est maius, in seipsa exprimet figuratum, consequens videtur; quód & nomine, quod est minus, possit ipsum conuenienter exprimere.

Et gl. Gre. li.15. Mor. cap. 38. in prin.

† Ar.2. huius quæst.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum antichristus possit etiam dici caput omnium malorum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd antichristus non sit caput malorum. Vnius enim corporis non sunt diuersa capita: sed diabolus est caput multitudinis malorum. Non ergo antichristus est eorum caput.

¶ 2 Præt. Antichristus est membrū diaboli: sed caput distinguitur a mēbris. ergo antichristus non est caput malorum.

¶ 3 Præt. Caput habet influentiam in membra: sed antichristus nullā habet influentiam in malos, qui eū præcesserunt. ergo antichristus non est caput malorum.

SED CONTRA est, quòd Iob 21. super illud, Interrogate quemlibet de uiatoribus, dicit glo.* Dum de omnium malorum corpore loqueretur, subito ad oīum iniquorū caput antichristū verba conuertit.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, † in capite naturali tria inueniuntur, scilicet ordo, perfectio, & uirtus influendi. Quantum igitur ad ordinem temporis, non dicitur antichristus esse malorum caput, quasi eius peccatū præcesserit sicut præcessit peccatum diaboli. Similiter etiam non dicitur esse caput malorum propter uirtutem influendi: etsi enim aliquos sui temporis ad malum sit conuersurus, exterius inducendo: non tamen illi, qui ante eum fuerunt, ab ipso sunt in malitiam inducti, nec etiam eius malitiam sunt imitati. Vnde secundum hoc non posset dici caput omnium malorum, sed aliquorum. Relinquitur ergo, quod dicatur caput omnium malorum propter malitiæ perfectionem. Vnde super illud 2. ad Thess. 2. Ostendens se tamquam sit Deus, dicit gl.* Sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit; ita in antichristo omnis malitiæ plenitudo, non quidem ita, quòd humanitas eius sit assumpta a diabolo in unitatem personæ, sicut humanitas Christi, a filio Dei, sed quia diabolus suam malitiam eminentius ei influet suggerendo, quam omnibus aliis. Et secundum hoc omnes alii mali, qui præcesserunt, sunt quasi quædam figura antichristi, secundum illud 2. ad Thess. 2. Mysterium iam operatur iniquitatis.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod diabolus, & antichristus non sunt duo capita, sed unum, quia antichristus dicitur esse caput, inquantum plenissimè inuenitur in eo impressa malitia diaboli. Vnde super illud secundæ ad Thess. 2. Ostendens se tamquam sit Deus, dicit glo.* In ipso erit caput omnium malorum, scilicet diabolus, qui est rex super omnes filios superbiæ. Non autem dicitur in eo esse per unionem personalem, nec per intrinsecam inhabitationem, quia sola Trinitas menti illabitur ut dicitur in lib. de Eccles. dog. † sed per malitiæ effectū.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut caput Christi est Deus, & tamen ipse est caput Ecclesiæ, ut supra dictum est, * ita antichristus est membrum diaboli, & tamē est caput malorum.

AD TERTIVM dicendum, quod antichristus non dicitur caput omnium malorum propter similitudinē influētiæ, sed propter similitudinem perfectionis. In eo enim diabolus quasi malitiam suā ducet ad caput per modum, quo dicitur aliquis ad caput suum propositum ducere, cum illud perfecerit.

QVAE-

* Glo. ord. ibidem.

* Glo ord. ibid.

† ca. 83. inter opera Aug. to. 3.

* art. 1. huius quæst.

1^m de conclusione. Eorum caput. R. Diuersum a capite diabolo. §. Antichristus enim dicitur aliorum malorum caput, inquantum inuenitur plenissime impressa in eo malitia diaboli. Tunc nihil, &c. Nam unius corporis per metaphoram dicti, possunt esse plura capita realiter distincta. art. 1. ad secundum maxime cum ad inuicem sunt subordinata: quoniam ipsa, ut sic accepta, non sunt duo capita, sed unū. Vbi enim unum propter alterum, ibi unum tantum est. 1. quæstio. 5. artic. 6.

2^m illatio conclusionis. Ergo Antichristus, &c. R. Negatur illatio. §. Nam sicut caput Christi est Deus, &c. vt in textu.

3^m conclusio. Ergo antichristus, non est caput malorum. R. Ratione influentiæ in eos. §. Sic enim sequitur ex præmissis. §. Tunc nihil, &c. vt patet in tex. & in præmissa articuli conclusione. Immò argum. etiam est in fauorem tertiæ partis eius; tanquam sua probatio. Ex textu dic: quod illa maior, scilicet caput habet influentiam in membra, erat mutila; vnde supplenda sic fuerat, Caput habet influentiam in membra, & perfectionem maiorem quam sit perfectio membrorum. Sic igitur cōcludendum postea erat: Ergo antichristus non est caput malorum ratione influentiæ (quod conceditur) neque ratione perfectionis (quod negatur.)

¶ EXAM. 1. Ly similitudinem perfectionis. Scilicet, secundum maliciam consideratæ. Hanc siquidem intelligentiam subministrat cōtextus; dum cum rationali coniunctione, quasi rationem reddēs prædictæ perfectionis, subiungit; in eo enim diabolus quasi maliciā, &c. Vbi ly quasi, ponitur ad denotandum accommodam applicationem illius uulgati dicti. s. ducere ad caput; non autē ad diminuendum uel quid minimū de perfecta malitia antichristi.

¶ EXAM. 2. Ly diabolus, &cæt. Et hic, & in corp. & ad primū facit mentionem de diabolo in materia antichristi; non tantū quia omnium malorum malitia est ex suggestione diaboli aliquo dictorū modorum art. 7. ad secundum. Sed principaliter, quia scripturarū uocabulis de antichristo loquentium vti uoluit; ad denotandum etiam in hoc una cum ipsis, quod antichristus speciale quid familiaritatis seu consortii præ cæteris omnibus citra tamē personalem unionem, intrinsecamq; inhabitationem, habiturus est cum diabolo, Cuius (inquit) aduentus erit secundum operationem Sathanæ, 2. Thessal. 2. Et dedit illi draco uirtutem suam, & potestatem magnā. Apocalip. 13.

¶ NOT. Perfectio malitiæ antichristi, quā textus hoc solo nomine contentus sic sæpe vocauit, quid sit specialiter; explicat ex Apostolo 2. Thessal. 2. Daniel 9. Matth. 24. Mar. 13. August. in lib. de antichristi ortu. Quorum Doctorum Sāctorum summatim sententias perstringendo, pro textus præsentis declaratione; dicimus. Plenitudo malitiæ erit in antichristo ita, quod ipse erit a catholica fide discessio, idest maximus hæreticus sic in abstracto propter hoc denominatus; Homo peccati, i. tantus peccator, vt totus videatur ipsum peccatum; Filius perditionis, Abominatio desolationis, Elatio supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; Ostentans seipsum Deum; Veniens secundum operationem Sathanæ in omni uirtute, signis, & prodigiis mendacibus; Pronuncians & se esse Messiam olim in lege promissum, & Christum seduxisse orbem; Iudaica gens in illum credet; Iudæos in Hierosolymam conuocabit; ostendet se illis in templo, tanquam sit Deus. Erit præterea in concupiscentiis fœminarum, Dan. 11. Contra principem principum, idest contra Deū consurget, cap. 8. Cor suum in tantam superbiam eleuabitur, quód leges omnes, & ceremonias contemnet, vt qui in profundum peccatorum uenerit, Prouerb. 15. Non putabit se a Deo puniendum, eo quod videbit iudicium differri; vnde est illud Psal. 10. Auferentur iudicia tua a facie eius. Erit blasphemus Apocal. 12. & Daniel 11. Ad maiorem Dei contumeliam faciet imaginem suam adorari, in hoc

figuratus

figuratus a Nabuchodonosor Dan. cap. 3. Destruet omnes alias imagines, vt ipse solus Deus habeatur, ab eodẽ figuratus, Iudith. 3.5.6. Omnes suos charactere quodam sibi proprio faciet signari in mano, & in fronte, Apocal. 13. Impediet pro suo posse ne diuina scriptura secundum veritatem catholicam exponatur; & ipse cum suis eam deprauabit, & ad falsos sensus extorquebit 2. Pet. 3. & Exod. 34. conclus. 8.9. in Veritatibus aureis super totam legem veterem. Libros legis Christi, & Dei comburet, & quoscunq; obseruatores legis Dei persequetur, figuratus 1. Mach. 1. Finget se a mortuis resurgere, ita ut dicat curata plaga mortis eius Apocal. 13. In cęlũ ascendere volet, sed in nubes elatus in ima tartara præcipitabitur a Michaele archangelo iussu Domini. 2. Thess. 2. vbi & per totum videas D. Thomæ expositionem. De antichristi pfecta malitia uide adhuc Compend. Alber. Mag. lib. 7. cap. 7. vsq; ad 14. cum schol. Et quia hæretici oẽs fuerunt, & sunt figura Antichristi (ut habetur ex textu corp. fin.); & figuratum semper habet in maiori excellentia conditiones figuræ suæ: adeo descriptas hæreticorum plurimas conditiones, ut eas ad antichristum multo magis applices, uide in Veritatibus aureis super totam legem veterẽ, Numer. 16. concl. 2. ibi. Pro eccl. sanc. Dei. De influendi virtute antichristi in suos contemporaneos quam textus corp. tetigit; vide Compend. Alb. vbi sup. cap. 9. schol. Et ne erres in talo virtutis influendi intelligentia cum Bartholomæo Ianouesio, cuius libellus propterea combustus est, uideas diligenter Elucidationes pri. par. articulorum, numero 564.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem euellas radicitus atq; interimas hæresim Lutheri & Caluini dicentium (vt refert Gabriel Prateolus titul. antechristus. Lutherani, Caluinistæ); quod Papa, i. Romanus Pontifex est antichristus. Per hoc enim q Sanctus Doctor demonstrat, in antichristo futuram esse plenitudinem pfectæ malitiæ, commõstrat necessario consequenter (maxime si intelligatur quid rei horũ terminorũ, ut sup. not. post respon. ad tertiũ.): q impossibile est Papã, i. Romanum
2 Pontificem esse antichristum. Secundo igitur habes; qũo per rationem ostendas, illam meritò damnari ab Apostolo 2. Thessal. 2. Daniele 9. &c. vt sup. not. post ad tertiũ. Nam ex eo, q dicunt pessimas illas conditiones de antichristo, satis superq; manifestũ relinquunt; q Papa non est antichristus. Qũo enim (ut ordine illo pgrediamur) Papa est discessio; vt. s. a Christo homines discedere faciat: si ipse tanquam vicarius eius ad Christi ouile oues reducit? Quomodo homo peccati; vt. s. alios ad peccandum seducat: si ipse tot sanctionibus, legibus, ac pęnis, homines a peccando cõpescit? Quomodo filius perditionis; vt s. sacramenta, Deiq; præcepta pdat: si ipse nihil magis in suis decretis, generalibusq; concilijs, quã sacramentorum Christi susceptionem, eiusdemq; mandatorum obseruantiam inculcat? Quænam abominatio desolationis, dicta a Daniele propheta? Quænam aduersaria elatio contra & supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur? In quonam tẽplo sederunt vnquam Romani Pontifices, ostendentes, se esse Deum? Immo, quod plus urget, quando passi sunt (inquit D. August.) se instar Dei adorari Romani Pontifices? Quando dixerunt, vel vnus eorum, se esse Messiam; aut Iesum Nazarenum Crucifixum seduxisse orbem? Aliud quippe, & in infinitum distans, est dicere; se (quod tota Ecclesia catholica de Romano Pontifice confitet) esse Christi Vicarium, & ut tantum vicarium uelle adorari: Aliud verò est dicere se Christum, ostendere se Deum. Quando in Pontificem Romanum Iudaica gens, velut in suum Messiam credidit? Quando ipsorum quispiam conuocauit Iudæos Hierosolymam; aut in templo inibi ædificato seipsum Iudæis pro Deo uenditauit? Quis horum diuinam scripturam iuxta uerum sensum interpretari prohibuit; aut falsum pro catholico sensum ipsius acceptauit? Immo uero sanctos literarũ sacrarum doctores speciali veneratione quotannis celebrant, & celebrari faciunt, Romani Pontifices: inuigilantes præterea (vt patet in vere sancto officio Inquisitionis) ne super illud bonum semen inimicus homo seminet zizania; scientes, sibi fuisse a Deo mandatum Leuit. 19. Agrũ tuũ non seres diuerso semine. Hoc est; Neq; tu seres, neq; alios, quãtum in te est, seri permittes. De hoc uide ueritates aureas super legem veterẽ Leuit. 19. concl. 5. & Exod. 34. conclus. 8.9. Quando Romani Pontifices Euangelicæ legis ueros obseruatores terroribus, minis, falsis blanditijs, signis atq; prodigijs mendacibus, persecuti sunt? Immo uerò legis ipsius cultores honorificarunt, honorificant, & honorificari per totum orbem præcipiunt: vt patet in quotidiana institutione, celebritatum de sanctis martyribus, confessoribus, uirginibus, &c. Quis tandem Romanorum pontificum finxit, se a mortuis resurrexisse; vel se ad cœlum in nubes quasi volitando ascendere: vel inde a Michaele archangelo in terram deiectus circa montem oliueti occubuit? Hinc patet quam indocti sint, ac instabiles, 2. Petr. 3. quam superbi, nihil scientes, & a veritate priuati. 1. Timot. 6. quam sint conuersi in uaniloquium, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, 1. Timoth. 1. Hæreticos dico talis zizaniæ superseminatores in medio tritici cum ipsorum credentibus. Quis enim nõ stultissimus, etiam apud rationis mediocriter capacem, haberetur & esset: qui aliquam rem (puta piscem) proprietates, seu conditiones hominis non habentem diceret esse hominem? Quid, si aliquam rem contrarias hominis conditionibus conditiones habentem diceret hominem? Tales profectò fuerunt in suo illo zizanico semine de Rom. Pontifice Vuiclefi in Anglia, Hussi in Bohemia, Lutheri in Germania, Caluini in Geneua, & alij similes: vt ex applicatione supradictarum conditionum vtriusque, scilicet antichristi & Romani Pontificis manifeste constat (ut singillatim aperiendo uiam veritatis non ex accidentalibus, sed ex proprijs, ut Philosophum Theologumq; decet, procedentes demonstrauimus). Tertio consequenter ha- 3
bes: quomodo per rationem ostendas, hæresim eandem a fortiori totaliter (quod plus est) condemnari a sanctis omnibus, atque concilijs, per hoc; quod affirmarunt, Romanum Pontificem pro tempore existentem esse Vicarium Christi, caput ecclesiæ, pastorem, patrem, doctorem, etiam pastorum, patrum, atque doctorum. De Sanctorum Doctoribus sufficiat nunc adduxisse Bernardum & Augustinum. Quorum Bernardus in lib. de consideratione ad Papam Eugenium III. inquit. Indagemur diligentius quid sis; quam geras videlicet personam, pro tempore, in ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, tu summus pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum. Tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham; Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses; iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ; cui oues creditæ sunt. Sunt & alij quidem cœli ianitores, & gregum pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto differentius utrumque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi greges, singuli singulos: tibi uniuersi crediti vni summus. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu unus omnium pastor. Hæc ibi. Vbi nota ly quam personam geras pro tempore in Ecclesia Dei. Per dictum siquidem hoc indicat ille quod vnusquisque Romanus pontifex canonice electus est sacerdos magnus, summus pontifex princeps episc. &c. vt sup. usq; in finem ipsius aureæ authoritatis. Pro quo & vide Addition. quæst. 19. artic. 4.5. cum Elucid. & quæst. 26. artic 4. cum Elucid. contra antichristos disseminantes: q prælati mali nõ habent potestatem. Augustinus verò de Romanorum pontificum fide a quibus in totam Ecclesiam, tanquam a capite in membra diffunditur, sic habet. Fides ista, quam Romani habent, ipsa eademque est, & non alia; quæ in uniuerso mundo annunciatur, & creditur; quæ non solum in terra, sed & in cœlis, prædicatur. Quia IESVS pacificauit per sanguinem suum non solum terrestria, sed & cœlestia. Et hoc est: In uniuerso mundo fidem prædicari; per quam omnis mundus fit subditus Deo. Hæc ille. Vt recitat Papa Leo nonus, in episto. aduers. præsumption. Michaelis & Leonis Archiepiscoporum. cap. 20. De generalibus item Concilijs nonnulla breuiter, ad propositum præmissum apprime facientia, referre pro nunc sufficiat. Concilium Florentinum ex Latinis, & Græcis patribus vnanimi consensu coadunatum sic ait. Definimus: Sanctam, Apostolicam sedem, & Romanum pontificem in uniuersum orbem tenere primatum; & ipsum pontificem Romanum successorem esse Beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; & ei in Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse. Quemadmodum etiam in gestis æcumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Hæc illud sessio. vltima in liter. sanct. vnionis. Concilium item Nicænum primum, 318. Patrum; Constantinopolitanum primum, 150. Patrum; Ephesinum primum 200. Patrum, Calcedonense 600. Patrum; Constantinopolitanum secundum 164. Patrum; Constantinopolitanum tertium 289. Patrum (sex primæ uniuersales synodi, aliarum omnium exemplar ac norma. vt in decretis distinct. 15. cap. sicut. cap. Sancta.) pro capite suo reuerenter agnoscunt Romanum Pontificem, dum eum in suis legatis, seu uicarijs præsidentem sibimetipsis singillatim acceptant; nihilque sine illius authoritate a seipsis firmatum esse profitentur: ideoque per hoc & dictis & factis hæresim in principio appendicis positam vnanimiter execrantur, atque condemnant. Manifesta sunt hæc omnia videntibus in Conciliorum magnis voluminibus ipsorum progressus, ac gesta. Veruntamen, ut compendiose quasi in unum colligamus ipsa inibi uarie dispersa, sufficiat nunc audire Concilium Lateranense sub Leone X. in sessio. XI. ponderosa hæc ita decernens. Solum Romanum pontificem pro tempore existentem, tanquam authoritatem super omnia concilia habentem; Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissoluendorum, plenum ius & potestatem habere; nedum sacræ scripturæ testimonio, dictis Sanctorum Patrum, sacro-

rumque

rumque canonum decretis; sed propria etiam eorundem conciliorum confessione, manifeste constat. Quorum aliqua referre placuit; reliqua vero (vtpote notoria) silentio prætereire. In Alexandrina enim synodo legimus; Nicænam synodum statuisse, non debere absque Romani Pontificis authoritate cōcilia celebrari. Neque nos latet: Leonem primum Pontificem Ephesinam synodū secundam ad Calcedonensem transtulisse; Martinum quintum præsidentibus suis in Concilio Senensi potestatem transferendi Concilium dedisse. Ephesinam quoque primam synodum Calestino, Calcedonensem Leoni primo, sextam Agathoni, septimam Adriano, octauam Nicolao, Romanis Pontificibus, maximam reuerentiam exhibuisse; eorundemque Pontificum institutionib. & mandatis in sacris Conciliis per eos editis & factis reuerēter & humiliter obtemperasse, &c. Conueneruntque antiquorū Conciliorum Patres pro eorum, quæ in suis Conciliis gesta fuerint, corroboratione a Romanis Pontificibus subscriptionem, approbationemq; humiliter petere, & obtinere: prout ex Nicæna, Ephesina, Calcedonensi, sexta Constantinopolitana, septima itē Nicæna, Romana, synodis habitis, earumque gestis manifeste colligitur. Hæc ibi. Nec mirum. Fęlix enim Papa & martyr, in epist. ad Beginum episcopum ait. Semper dubia, & maiora negocia terminum ab hac sede, a tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueuerunt. Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur; nec ab hæreticis nouitatibus deprauata succubuit. Sed, vt in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis Apostolorum principibus, illibatam firmiter tenet: secundum ipsius Domini pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est Euangelijs: Petre (inquiens) ego rogaui pro te; vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Hæc ibi. Sed & B. Hieronymus, in detectione nugarum Ruffini epistol. 40. par. 1. ait. Scito: Romanam fidem Apostolica uoce laudatam eiusmodi præstigias non recipere; etiam si Angelus aliter annunciaret, quam semel prædicatum est; Pauli authoritate munitam non posse mutari. Hæc ibi. Quibus concordat Beatus Ambrosius lib. 3. de sacram. Ecclesiæ Romanæ typum in omnibus sequimur, & formam. Hæc ibi. Quibus consentit & Beatus Athanasius cum episcopis Aegypti scribens ad Fęlicem Papam sic. Tu profanarum hæresum atque imperitorum, atque omnium infestantium depositor; princeps & doctor, caputq; omnium orthodoxæ doctrinæ & immaculatæ fidei existis. Hæc ibi. Nunquid non tres doctores quasi ad digitum Lutherum & Caluinum cum similibus præmonstrarunt; ipsissimis uerbis ueritatibus vno ore damnantes? Quarto itaque vides: quo ex prædictis, velut ex oppositis ad Antichristum in hoc artic. 8. traditum, si bene pensentur, & applicentur doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmet.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli est vnica conclusio responsiua quæsito: antichristus est omnium malorum hominum caput secundum perfectionem tantum. Hæc conclusio habet tres partes, vnam affirmatiue, quod est omnium caput secundum perfectionem, & duas negatiue, & quod non est caput secundum ordinem, nec secundum uirtutem, tam interiorem, quam exteriorem, iuxta tres modos, quibus potest dici caput secundum similitudinem ad tres conditiones capitis, scilicet ordinem, uirtutem, & perfectionem. Et propterea in litera probatur processu diuisiuo, sic, quod primo reperitur trimembris, ac sufficiens diuisio conditionum, secundum quarum similitudinem caput dicitur in sacris literis mystice. Deinde excludit sigillatim duo membra, scilicet secundum ordinem, quod secundum uirtutem tam intus quam extra, & sic concludit tertium membrum, scilicet secundum perfectionem.

¶ Vbi, quia processus clare patet in litera, nota quod Auctor licet quærat, an antichristus sit caput omnium malorum hominum: quia tamen hoc ex auctoritate constat sic esse, respondet ad id, quod est obscurum in hoc quæsito, scilicet qua ratione sit caput omnium hominum malorum, & dicitur, quod ratione perfectionis. Nec hoc exorbitat ab arte: quoniam, vt patet 2. Poster. omnis quæstio est quæstio medii: constat autem quod quid est, esse, medium ad omnem quæstionem soluendam. Ratio autem, qua antichristus est caput omnium malorum, est, quod quid est, esse capitis in antichristo respectu omnium malorum. Confirmat autem litera conclusionem illatam ex auctoritate Glossæ, quam etiam declarat, tollens falsum sensum, qui posset ex illa accipi, & clare patent oia. Et demū declarat quo pacto mali priores antichristo secundum tempus se habent ad ipsum, scilicet vt figura quædam, vt ex glossa super illud. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, dicit. Vbi perspicere potes, esse inter antichristum, & alios malos ipsum præcedentes non solum simplicem habitudinem perfecti ad imperfectos, quia ille perfectionem omnis malitiæ, isti minus mali. sed esse talem modum habitudinis imperfectionis, quo, scilicet figura est imperfectior figurato, ita quod antichristus est caput præcedentium malorum ratione perfectionis, & quia in ipso est plenitudo malitiæ, in alijs pars aliqua malitiæ, & quia ipse est ueritas malitiæ, illi, vt figura tantæ futuræ malitiæ. Et propterea dicitur operari iam mysterium iniquitatis: quia iniqui operantur malum, non solum secundum se, sed vt figura malitiæ sui capitis. Figura.n. mysterium est respectu figurati, & figuratum operari dicitur non secundum se, sed secundum se figurantes quando ad ipsum figurandum operantur, vt contingit quando mali inique agunt.

¶ Memento hic doctrinæ acceptæ in 5. Metaphysic. quòd perfectum, & imperfectum transferimus etiam ad mala, dum dicimus perfectum latronem, & perfectum tyrannum, & huiusmodi. Sic namque hic dicimus antichristum esse caput ratione perfectionis, quia scilicet perfecte malus.

¶ Occurrit hic dubium, an antichristus dicatur caput omnium malorum, tam dæmonum quam hominum, an hominum tantum. Et est ratio dubij: quia in litera nunquam restringuntur membra antichristi ad malos homines, sed absolutè dicitur caput malorum, & quod plus est, dum in litera distinguuntur articuli huius quæstio. post locatum articulum septimum, an diabolus sit caput omnium malorum, locando hunc octauum dicitur, an antichristus etiam possit dici caput omnium malorum. Vbi apponendo ly etiam, ostendit quòd ad eosdem omnes malos refert antichristum, ad quos retulerat diabolum: constat autem diabolum esse caput omnium malorum, tam dæmonum, quam hominum. ergo antichristus etiam erit caput eorundem. Et confirmatur ratione ex auctoritate gloss. 2. ad Thessalonic. 2. Sicut in Christo est plenitudo diuinitatis, ita in antichristo plenitudo malitiæ: Si enim in antichristo habitabit plenitudo malitiæ Luciferi, sequitur, quod erit perfectior in malitia, quam quicunque alii mali tam dæmones, quam homines, & consequenter est caput ratione perfectionis, tam dæmonum quam hominum malorum. In oppositum est, & quia absurdum est ponere antichristum caput dæmonum, & quia antichristus, cum sit viator purus, non potest poni caput malorum in termino, quales sunt dæmones. cum quilibet damnatus, utpote omnino pertinax, & inflexibilis ad bonum, sit peior quocumque viatore: sicut econtra quilibet beatus melior est quocumque puro uiatore, iuxta illud Matth. 11. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo, scilicet Ioanne Baptista.

¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio antichristus non est caput dæmonum malorum, sed hominum tantum, quia nec ordine, nec uirtute, nec perfectione illos excedet in malitia, cum sit futurus purus viator, ac per hoc non habiturus ita malā voluntatem, sicut habent dæmones, qui in quolibet opere suo sunt mali, adeo quod etiam naturalibus actibus apponunt circunstantias malas. Antichristum autem nihil prohibet operaturum aliquid de genere suo bonum sine mala operis circunstantia, puta quia honorabit parentes, & huiusmodi. Vnde, & Angelum custodem habebit, persuasurum quandoque vt ab aliquo desistat malo. De diabolo autem aliud est dicendum absolute. & aliud infra expositionem præsentis literæ, nam absolute uerum est, quod Lucifer est caput omnium malorum, tam dæmonum quam hominum, quod facile deduci potest utendo ratione septimi articuli. Secundum præsentem autem literam diabolus dicitur caput omnium malorum hominum, ita quod tam in 7. quam in 8. artic. non est sermo nisi de malis hominibus. Et ly diabolus, non sumitur pro aliquo vno diabolo solo, sed pro toto ordine diabolico, uel melius, pro Lucifero, vt continet totum ordinem diabolicum, ita quòd sensus est, quod diabolus, hoc est Lucifer cum suis, vel ordo diabolicus, est caput omnium malorum hominum. Et huic sensui attestantur tentationes hominum, quæ non ab aliquo vno diabolo fiunt. Vnde patet responsio ad duas primas obiectiones.

¶ Ad tertiam autem dr, q in antichristo ponitur plenitudo malitiæ non simpliciter, nec Luciferi, sed inter homines, ea ratione, quia in eo est diabolus, hoc est diabolicus ordo, secundum plenū effectum malitiæ.

¶ In responsionibus ad primum, & secundum simul, dubium occurrit, quia in responsione ad primum dicitur, diabolum; & antichristum non esse duo capita, sed unum caput: in responsione autem ad secundum, dicitur, antichristum esse membrum

brum diaboli. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, quia si Antichristus est membrum diaboli, oportet diabolum esse caput Antichristi, ac per hoc Antichristus est caput subordinatum altiori capiti, scilicet diabolo: & sic Antichristus, & diabolus sunt duo capita.

¶Ad hoc dr̃ q̄ diabolus potest dupliciter considerari, scilicet secundum se, vel vt est in Antichristo. Si secundum se, sic Antichristus, & diabolus sunt duo capita, quorum unum subordinatur alij, s. Antichristus diabolo, & hoc dicit responsio ad secundum. Si autem consideretur diabolus, ut est in Antichristo, sic ambo sunt unum caput, & sic verificatur responsio, ad primum. Vel, & melius respondetur, quòd diabolus, & Antichristus dupliciter considerari possunt, primo in ordine ad multitudinem malorum hominum (de quibus est sermo) & sic ambo sunt caput unũ, corporis unius. Et hoc directe intendit responsio ad primam, dum duo capita vnius, & eiusdem omnino corporis mystici excludit. Secundo cõsiderantur inter se, & sic Antichristus respectu diaboli est membrum, diabolus autem caput eius, sicut Deus caput Christi, cum quo stat, quòd respectu multitudinis malorum hominum Antichristus est caput, & sic Antichristus est caput subordinatum altiori capiti, qui diabolus est. Et hoc dicit responsio ad secundum.

Capr. 3. d. 14. q. 1. con. 1. Medina ar. 2.

QVÆSTIO IX.

De scientia Christi in communi, in quatuor articulos diuisa.

SVPER Q. IX. ART. I.

64 3. d. 14. ar. 1. q6. 1. Et ver. q. 20. ar. 1. & op. 3. c. 222. CONCL. Oportuit in Christo esse aliquam scientiam creatam, præter scientiam increatam.

¶PROB. primo, Quia perfectio animæ Christi, quam imperfectam relinquere, inconueniens erat, scientiam creatam exigebat: Secũdo. Quia aliter Christus haberet animam intellectiuam frustra. Tertio. Quia nihil naturalium Christo defuit: Et aliqua scientia, idest cognitio pertinet ad animæ humanæ naturam.

1^m de minori. Sed Christus. R. Vt Deus. §. Tũc nihil, &c. Nam licet ipse, vt De^s, cognosceret omnia per scientiam diuinam: tamen per eandem nihil cognoscebat, ut homo. Hic enim actus, scilicet intelligere per diuinam scientiam, non potuit esse animæ humanæ Christi, & cæt. vt in textu.

2^m maior. Lux minor per maiorem offuscatur. R. Si sint eiusdem ordinis. §. Tunc nihil, &c. Nam scientia creata & increata in Christo sunt diuersi ordinis: vt declaratur in textu.

3^m de minori. Quædam scientia vnionis. R. Existens eadẽ cum scientia vnitorũ §. Et hæc est scĩa creata in

* q. 2. ar. 2.

DEINDE considerandum est de scientia Christi. Circa quam duo consideranda sunt. Primo. quam scientiam Christus habuerit, secundo de vnaquaq; scientiarum ipsius.

CIRCA primum quæruntur quatuor

¶Primo, vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

¶Secundo, vtrum habuerit scientiam, quam habent beati, vel cõprehensores.

¶Tertio, Vtrum habuerit scientiã inditam, vel infusam.

¶Quarto, Vtrum habuerit aliquã scientiam acquisitam.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia præter diuinam. Ad hoc enim necessaria est scientia, vt per eam aliqua cognoscantur: sed Christus per scientiam diuinam cognoscebat omnia. superfluum igitur fuisset quòd in eo esset alia scientia.

¶2 Præt. Lux minor per maiorem offuscatur: sed omnis scientia creata comparat᷑ ad sciẽtia Dei increatam, sicut lux minor ad maiorem. ergo in Christo non refulsit alia scientia, quam diuina.

¶3 Præt. Vnio humanæ naturæ ad diuinam, facta est in persona, vt ex supradictis patet. * Ponitur autem in Christo secundũ quosdam quædã scientia unionis per quã, s. Christus ea quę ad mysteriũ incarnationis pertinent, plenius sciuit, quam aliquis alius. Cum ergo unio personalis continet duas naturas, uidetur quod in Christo non sint duæ scientiæ, sed vna scientia pertinens ad vtramque naturam.

SED CONTRA est, quod Ambrosius dicit in libro de Incarna. * Deus in carne perfectionẽ naturæ assumpsit humanæ, suscepit sensum hominis, non sensum carnis inflatum: sed ad sensum hominis pertinet scientia creata. ergo in Christo fuit scientia creata. *In lib. de incar. Do. c. 7. a medio to. 2.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex supradictis patet, filius Dei humanam naturam integram assumpsit, id est, non solum corpus, sed etiam animam, non solum sensitiuam, sed etiam rationalem. Et ideo oportuit, quòd haberet scientiam creatam propter tria. Primo quidem propter animæ perfectionem. Anima enim secundum se considerata est in potentia ad intelligibilia cognoscenda: est enim sicut tabula, in qua nihil est scriptum, & tamen possibile est in ea scribi per intellectum possibilem, in quo est omnia fieri, vt dicitur in tertio de Anima. * Quod autem est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Non autem fuit conueniens, quòd filius Dei humanam naturam imperfectam assumeret, sed perfectam, utpotè qua mediante, totum humanum genus ad perfectum erat reducendum. Et ideo oportuit, quod anima Christi esset perfecta per aliquam scientiam, quæ esset propria perfectio eius. Et ideo oportuit in Christo esse aliquam scientiam præter scientiam diuinam, alioquin anima Christi esset imperfectior animabus aliorum hominum. Secundo, quia cum quælibet res sit propter suam operationem, vt dicitur in secundo de Cœ. * frustra haberet Christus animam intellectiuam, si non intelligeret secundum illam, quod pertinet ad scientiam creatam. Tertio, quia aliqua scientia creata pertinet ad animæ humanæ naturam, scilicet illa, per quam naturaliter cognoscimus prima principia, scientiam enim hic largè accipimus pro qualibet cognitione intellectus humani. Nihil autem naturalium Christo defuit, quia totam humanam naturam suscepit, vt supra dictum est. * Et ideo in sexta Synodo damnata est positio negantium in Christo esse duas scientias, vel duas sapientias.

* Lib. 3. de aia tex. 18. to. 2.

*Lib. 2. de Cęlo tex. 17. to. 2.

* q. 5. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus cognouit omnia per scientiam diuinam operatione increata, quę est ipsa Dei essentia: Dei enim intelligere, est sua substantia, vt probat * Philosophus 12. Metaph. Vnde hic actus non potuit esse animæ humanæ Christi, cum sit alterius naturæ. Si igitur non fuisset in anima Christi aliqua alia sciẽtia præter diuinam, nihil cognouisset, & ita fuisset frustra assumpta, cum omnis res sit propter suam operationem.

* Lib. 12. Meta. tex. 39. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd si duo lumina accipiantur eiusdem ordinis, minus offuscatur per maius, sicut lumen solis offuscat lumen candelæ, quorum vtrumque accipitur in ordine illuminantis. Si uero accipiant᷑ duo lumina, ita q̄ maius sit in ordine illuminantis, & minus in ordine illuminati, minus lumẽ non offuscat᷑ per maius, sed magis augetur, sicut lumẽ aeris per lumen solis. Et hoc mõ lumen scientiæ non offuscatur, sed clarescit in anima Christi per lumen scientiæ diuinæ, quæ est lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, vt dicitur Ioan. 1.

AD TERTIVM dicendum, q̄ ex parte vnitorũ ponitur scientia in Christo, & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad humanam, ita q̄ propter vnionem, secundum quam est eadẽ hypostasis Dei, & hominis, id, quod est Dei, attribuitur homini, & id, quod est hominis, attribuit᷑ Deo, vt sup. dictum est. * sed ex parte ipsius unionis non potest poni in Christo aliqua scientia. nam unio illa est ad esse personale, scientia autem non conuenit personæ, nisi ratione alicuius naturæ.

* q. 3. ar. 1. in argu. & responsi.

AR-

In anima Christi vnita diuinæ personæ; per quam scientiam ipse Christus ea, quæ ad vnionem illam, i. ad mysterium incarnationis pertinent, plenius sciuit, quam aliqua creatura. Tūc nihil, &c. vt patet. Nam cum hoc stat, quòd ex parte unionis non possit poni in Christo aliqua scientia differens a scientia prædicta animæ Christi (vt putat argumentū:) & consequenter, q̄ nulla sit in ipso scientia pertinens ad vtramque naturam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationē interimas hæresim Macarij (vt in sexta synodo actio. 8. refertur) dicentis; In Christo non esse duas operationes. Et loquitur de operationibus intellectiuis. Nam ibi simul dicit in ipso non esse duas voluntates. Ex quo sequebatur secundum illum; in Christo non esse, duo velle, nec duo intelligere; & consequenter nec duas scientias,
2 scilicet vnam creatā & alteram increatam. Secundò habes quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari ab eadem sexta synodo in eadem actio. 8. per hoc, quòd ideo eum & duos, aut tres eius discipulos ipsi consentientes exilio relegatos coram toto ipso Concilio denodauerunt pallio episcopali. Et actione 16. tota synodus anathematizat eosdem. Et actione 17. ab eadem synodo explicatur mysterium Dominicæ incarnationis in unitate personæ duas concurrisse naturas, & duas naturales uoluntates, & duas naturales operationes; indiuise, inseparabiliter, inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam in Christo copulatas. Item damnari a Ioan. 1. Verbum caro factum est, &c. plenum gratiæ & veritatis. Per hoc enim demonstrat: quod ex vnione illa Verbi & carnis, resultaute in anima Christi & gratia & veritas. Gratia quidem in essentia animæ, quæst. 7. art. 1. veritas autem in intellectu eiusdem. Et hæc est scientia creata. Tertio uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applica- 3
tis doctrina præsens Aogelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria fiunt. Primo repetitur integritas naturæ assumptæ pro radice conclusionis. Secundo respondetur quæsito vnica affirmatiua conclusione (.s. oportet in Christo esse scientiā creatam) trib. rationibus super dicto fundamento fabricatis, probando illam. Tertio confirmaī conclusio auctoritate sacri Concilij, reddendo illius rationem. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, dubia duo occurrunt circa illud, vnde hic actus non potuit esse animæ humanæ Christi, cum sit alterius naturæ. Primum quidē circa id, quòd dr̄ de impossibilitate actus intelligendi diuini, quòd sit actus intelligendi animæ Christi, nam multi reputant hoc esse possibile. Secūdum circa dictū rationem, scilicet cum sit alterius naturæ, quoniā non apparet quantum valeat.

¶ Circa primum igitur habes in tertio Sentent. Ioannis Capr. dist. 24. q. 1. argumēta multa, Ioannis de Ripa, & aliorum, quę q̄m procedunt, ex extraneis aut immiscent illa (puta q̄ visio sit spēs) aut differentiam inter matutinam, & uespertinā cognitionē, aut cognitionem creaturarum in verbo, aut drām inter cognitionem ænigmaticam, & facialem, aut intuitiuam, aut ēt magis extranea, aut illa, quæ in litera hac soluuntur, & scientia debet tradi ex proprijs, non ex extraneis, resecareque debet superflua, ideo omittenda censui, allatis tm̄ duob. motiuis. Primū est, Deus respectu beatorum se habet vt species intelligibilis. ergo multo magis pōt se habere ut intellectio. Antecedēs patet. Et consequentia probaī, q̄a magis repugnat Deo ratio habitus, seu habitualis formæ, quam actus seu formæ actualis: sed species habet rōnem habitus, seu habitualis formæ. intelligere autem habet rationē actus. ergo. Secūdum est ex authoritate Aug. 4. de Trinit. cap. vlt. dicentis de visione beata duo. primò q̄ illa. Deus est bonus, & beatus: secundo, q̄ ipsa sola est summum bonum, cuius adipiscendi gratia pcipimur agere quicquid ratione agimus. Ex his. n. patet, q̄ visio beatorum est quid increatū. alioquin Deus esset bon⁹, & beat⁹ aliquo creato, & aliquod creatum esset summum bonum, & finis vltimus, &c.

¶ Circa s̄m autem occurrit statim obiectio, q̄ alietas naturæ, licet inferat intellectionem diuinam non posse esse naturalē animæ humanæ, nō tn̄ infert nō posse cōicari aīæ humanæ. Magna. n. drīa est inter cōuenire ut nāle, & cōuenire vt cōicatū: pprietas siqdē ignis nō cōuenit rei ignitæ, ut naturalis illi rei, puta ferro, sed ut cōicata ferro. Et ad diuina ascendendo, personalitas Verbi nō conuenit humanitati Chr̄i, vt naturalis sibi, sed vt cōicata. Quocirca sicut personalitas verbi est ipsa Dei substantia, & tamen cōuenit animæ humanæ, sed ut cōicata sibi, ita intelligere diuinum, q̄ est essentia Dei, pōt animæ humanæ alterius naturæ conuenire, non ut naturale animæ humanæ, sed ut cōicatum. Alietas siquidē naturæ (vt monstratum est) non prohibet proprietatis cōmunionem, sed naturalitatem. Vana igitur est hæc rō. Et si hæc ratio nō ualet uoluntatis conclusio affertur, quum inueniantur tenentes oppositum Philosophi, vt patet de Auerroe, in 3. de Anima com. 36. dicente, quòd in statu intellectus adepti, intelligemus p substantiam intellectus agentis, ex quo apparet, quòd possibile est actum proprium naturæ superioris, qui est illius substantia cōmunicari inferiori.

¶ Ad huius quēnis solutionem euidentem, sciendum est, duplici uia posse procedi, ad uidendū impossibilitatē propositam, s. q̄ intelligere substantiæ superioris, non potest communicari sicut intelligere quo formaliter intelligit substantia inferior. Altera via est ex dependentia intellectionis ab intelligente, quia s. intelligere est operatio uitalis intelligentis, de rōne aūt operationis vitalis est, quòd sit ab eo, cui⁹ est operatio uitalis, alioqn viuere actualiter non esset a viuere substantialiter, quod non videtur intelligibile, quia sic anima non esset principium vegetandi, sentiendi, appetendi, intelligendi, & secundum locū mouendi, & sic anima non esset anima. Et confirmatur, quia sicut non est intelligibile, quòd Socrates generet Platonem, & actus generandi nō sit a Socrate, & similiter quòd Socrates motu animali progrediatur, & motus eius non sit ab ipso, & similiter quod appetat, aut uelit, & appetitus eius non sit ab anima, ita non est intelligibile quòd uiuat uita intellectuali actuali, quæ nihil aliud est, quam ipsum intelligere, & quòd tale intelligere, tale uiuere non sit ab intelligēte. Constat autem quòd diuinum intelligere, non potest dependere ab aliqua creatura. Impossibile est igitur, quòd actus intelligendi, quo Deus intelligit, fiat actus intelligendi quo creatura formaliter intelligat. Ex hac igitur via, quòd actus uitalis cuiusque uiuentis aut est ipsa substantia uiuentis, aut est ab ipsa, concluditur primo impossibilitas proposita. Quia tn̄ multi ignorantes propriā vocem, non sunt capaces dictæ rōnis, offert se secunda uia, ex hoc q̄ operatio est actus operantis secundum esse naturale. Hæc propositio habet duas partes, prima est, quòd operatio, est actus operātis: & quo ad illam partem sobrie intellectam, hoc est proportionaliter de operatione transeunte, & immanente, per se nota est, nam operatio transiens, est actus agētis, ut a quo saltem, operatio autem immanens, est actus operantis, vt cuius saltem. Secunda verò pars est ly secundum esse naturale, quæ etiam est per se nota inducendo, nam generare est a generante secundum esse naturale, & sentire est in sentiente secundum naturale esse, & similiter desiderare in desiderante, & intelligere in intelligente. Et ex terminis patet, quia operans inquantum operans s̄m suum naturalē esse operatur, sicut & est. Sub hac autem propositione subsumēdū est, q̄ diuina substantia non pōt esse actus secūdum esse naturale alicuius creaturæ, ut patet, igiī non pōt diuinū intelligere esse intelligere, quo formaliter intelligat creatura. Dico aūt naturale esse, ad drām actus s̄m esse intelligibile, vt obiectum intellectus est pfectio, & actus intellectus, s̄m esse intelligibile, nihil n. prohibet, substantiam aliquā, quæ est actus, non solū in genere entis, sed in ordine intelligibili esse perfectionē, ac p hoc actū alterius s̄m esse intelligibile. Hoc siquidem modo ponunt Theologi diuinā essentiam esse, vt spēm intelligibilē intellectus creati beati, & similiter Philosophi ponentes inferiorem intelligentiam intelligere per superiorem. Et hac via processit Auctor in litera afferens pro ratione alietatem naturæ: quia enim operatio est actus operantis in esse naturæ, impossibile est, q̄ operatio, quæ est substantia vnius, conueniat alienæ naturæ, nisi substantia illa in esse naturæ iungatur alienæ naturæ, quod in proposito esse impossibile clare liquet. Et per hæc patet responsio ad primam obiectionem in primo dubio. Nam patet iam non esse idem, aut par iudicium de specie intelligibili, & actu intelligendi, quia illa potest esse alterius actus in genere intelligibili, iste non nisi in genere naturæ. Nec ratio allata de actu, & habitu obstat, quia licet species intelligibiles s̄m communem uiam sint formæ habituales (quod tamen Auicenna negauit) diuina tamen substantia non supplet uicem speciei intelligibilis, quatenus est forma habitualis: quia habitus claudit in se imperfectionem potentiæ, quam in sua ratione admistam habet, sed quatenus est forma actualis tantum, & hoc in esse intelligibili tantum, ut dictum est.

¶ Ad auctoritatem primam August. dicitur, q̄ non intendit August. eandem numero visionem esse beantem Deum, & nos, sed eādem obiectiue, & modaliter, quia idē obiectum, & idem modus est vtriusque, dum Deus per seipsum a se, & nobis videtur.

¶ Ad secundam dr̄, quod non inconuenit aliquam operationē creatam esse summum bonum, non simpliciter, sed inter creata, & similiter esse ultimum finem. Idem, & in idem redit, dum dicitur summum bonum inter concupiscibilia simpliciter, & vltimus finis vt concupiscibilis simpliciter.

¶ Ad secundi autem dubij obiecta respondetur, quod proces-

ſus literæ eſt efficax ad probandum, quòd intelligere diuinum non poteſt eſſe actus animæ Chriſti, ex eo quod eſt alterius naturæ, & cum dicitur, quòd alietas naturæ compatitur habere actum alienum per communionem reſpondetur, quòd licet hoc, in communi uerum ſit, (quia in quibuſdam poteſt natura ipſa alteri naturæ communicari, vt forma communicatur materiæ, & ignis ferro) in tali tamen natura, quæ eſt incommunicabilis alteri naturæ in eſſe naturæ falſum eſt, quia alietas naturæ excludit alienum actum a ſe, non ſolum vt naturalem, ſed ut communicatum ſibi, ita quòd ſit actus eius. Et quia diuina natura eſt in communicabilis ſecundum eſſe naturæ cuicunque naturæ, ideo efficaciter loquens, explicite de ipſa Auctor concluſit, quod non poteſt ipſius intelligere eſſe actus animæ humanæ Chriſti.

¶ Quod autem obijcitur, quaſi a ſimili, de perſonalitate diuina communicata naturæ humanæ facile ſoluitur ex eo quod perſonalitas non communicatur, vt actus creatæ naturæ, Auctoris autem ratio de actu loquitur, dum ex eo, quòd intelligere Dei eſt actus, qui natura eſt diuina, infert quod non poteſt eſſe actus animæ, quia eſt alterius naturæ. Non eſt ergo ſimilis ratio de communione perſonalitatis, vt perſonalitas, & actu intelligendi, vt actus intelligendi: quia perſonalitas diuina poteſt fieri perſonalitas humanæ naturæ, ſine hoc quod ſit actus eius, actus autem intelligendi diuinus non poteſt fieri actus intelligendi humanæ animæ, niſi fiat actus animæ humanæ, quòd eſt impoſſibile. Rationabiliter igitur concluſio literæ aſſeritur.

¶ Philoſophi autem ponentes inferiores intelligentias intelligere per ſubſtantias ſuperiorum intelligentiarum, non aduerſantur doctrinæ huic, quoniam ex hoc non habetur, quòd ponant intelligere ſuperioris communicari inferiori idem numero, ſed ſolum ꝙ ſubſtantia ſuperioris ſe habet reſpectu inferioris, vt forma, ſeu ſpecies intelligibilis, vt nos dicimus de eſſentia diuina reſpectu beatorum. Vnde nihil obſtant eorum dicta, ſiue uera, ſiue falſa ſint in ſe.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte, quòd Auctor ad rem ſpectans, monſtrat non dari ſcientiam unionis, vt diſtinguitur contra unita, hoc eſt, non dari ex parte vnionis aliquam ſcientiam, ſed ſolum ex parte naturarum unitarum, diuinæ, ſcilicet & humanæ. Et loquitur de his ſubiectiue: illi autem, qui allegantur in argumento, poſuerunt ſcientiam unionis obiectiue, & ideo non curauit de illis Auctor.

¶ Appellatur autem ſcientia unionis, vel unitorum ſubiectiuè, quæ ſcilicet conſequitur ad unitas naturas (vt diuina ad diuinã, & humanam ad humanam) & quæ conſequeretur ad ipſam unionem naturarum, quam Auctor monſtrat non dari.

¶ Scientia autem unionis, vel unitorum obiectiuè uocatur, quæ de vnione, uel unitis eſt, vt obiecto. Et talis ſcientia vnionis datur in Chriſto, quia ſcitur a Chriſto vnio ut illi dicebant, ſed non niſi ſcientia diuina, uel humana, ut Auctor in litera explanat.

Capr. 3. d. 14. q. 1. conc. 2. Medina art. 2.

SVPER Q. IX. ART. II.

CONCL. Oportuit quod cognitio beata in Dei viſione conſiſtens Chriſto homini conueniret; excellentiſſime.
65 Infr. art. 3. co. Et opu. 3. c. 223.

¶ PROB. Quia Chriſtus homo reducit homines ad finem beatitudinis in uiſione Dei cõſiſtentis (vt patet Heb. 2.): Et reducẽs ad actũ beatitudinis aliqd exiſtens in potentia, oportet eſſe actu beatũ (cũ illud, quod eſt in potentia non reducatur in actum, niſi per id quod eſt actu: Vt patet de calefaciente). Secũda autem pars, ſ. excellentiſſimè, probatur; Quia oportet, cauſam ſemper eſſe potiorem cauſato.

¶ NOT. Semper ꝓſupponuntur, & ſubintelliguntur, in probationis huiꝰ (ſicut & ſequẽtium) propoſitionibus ꝓdicta de Chriſto: puta ꝙ ſua humanitas ſit ad ſalutem noſtrã operandam diuinitatis inſtrumentum liberũ & coniunctum. quæſtio. 2. articu. 6. ad quartum. & quæſt. 7. arti. 1. ad tertiũ, item ꝙ ſit caput hominum & Angelorum. q. 8. art. 1. 4. His ꝓdictis nãq; ſubintellectis (ut decet) clarius apparebit: & ꝙ reducẽs aliquid de potentia ad actum beatitudinis debet eſſe actu beatum; & ꝙ cauſam talem eſſe oportet excellẽtiſſimè potiorem. Pro regula uerò uniuerſali deſeruiat tibi notabile hoc, ſcilicet quòd in articulis ſequentibus ſemper & vbique (niſi aliud in contrarium obſtet), præmiſſa anteriorũ articulorũ doctrina ſubintelligi debet. Ideo enim tam artificioſum illorum ordinem ſic cõtexuit Angelicus doctor.

1^m de minori.

Tanquam participatum. ℞. In anima reſpectu vnionis in perſona diuina. §. Tunc nihil, & cætera. Ex hoc enim non ſit; ꝙ Chriſtus non habuerit lumen diuinum tãquam participatum in anima, reſpectu claræ viſionis eſſentiæ diuinæ. Nam diuinitas unita eſt humanitas Chriſti, &c. vt in tex.

2^m de maiori.

Eos beatos. ℞. Beatitudine creata. §. In quo ſenſu etiam procedit probatio illa ſecundum Ioan. 17. Tũc nihil, &cæt. Nam beatitudo, de qua minor loquitur, tranſit extra propoſitum; & ideo nõ rectè ſubſumitur ipſa propoſitio minor ſub illa maiori. Ex unione enim in perſona homo ille eſt beatus beatitudine increata, &c. vt in tex.

3^m de maiori.

Alia ſupra naturam. ℞. Vel aliqualiter, uel totaliter. §. Tunc nihil, &c. Nam cũ hoc ꝙ ponitur in ſciẽtia beata in

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus habuerit ſcientiam, quam habent Beati, vel comprehenſores.

AD SECVNDVM ſic proceditur: Videtur, ꝙ in Chriſto nõ fuerit ſcientia beatorum, uel comprehenſorum. Scientia enim beatorum eſt per participationem diuini luminis, ſecundum illud Pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen: ſed Chriſtus non habuit lumen diuinũ tãquam participatũ, ſed ipſam diuinitatem in ſe habuit ſubſtantialiter manentem, ſecundũ illud Coloſſ. 2. In Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo in Chriſto non fuit ſciẽtia beatorum.

¶ 2 Præt. Sciẽtia beatorum eos beatos facit ſecundum illud Ioan. 17. Hæc eſt uita æterna, vt cognoſcant te ſolum uerum Deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: ſed homo ille fuit beatus ex hoc ipſo: quòd fuit Deo vnitus in perſona, ſecundum illud Pſal. 64. Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti. non ergo oportet, ponere in ipſo ſcientiam beatorum.

¶ 3 Præt. Scientia duplex homini competit, una ſecundum ſuam naturam, alia ſupra naturam. Scientia autem beatorum, quæ in diuina uiſione conſiſtit, non eſt ſecundũ naturam hominis, ſed ſupra eius naturam. In Chriſto autem fuit alia ſupernaturalis ſcientia multo altior, ſcilicet ſcientia diuina. non ergo oportuit in Chriſto eſſe ſcientiam beatorum.

SED CONTRA ſcientia beatorũ in Dei cognitione conſiſtit: ſed ipſe plenè cognouit Deũ, etiam ſm ꝙ homo, ſm illud Ioan. 8. Scio eum, & ſermonem eius ſeruo. ergo in Chriſto fuit ſcientia beatorum.

RESP. Dicendum, ꝙ illud, quod eſt in potẽtia, reducitur in actũ ꝑ id, quod eſt actu: oportet. n. eſſe calidũ id, ꝑ quod alia caleſiunt, Hõ autem eſt in potẽtia ad ſcientiam beatorũ (quæ in Dei viſione conſiſtit) & ad eam ordinatur ſicut ad finem: eſt. n. creatura rationalis capax illius beatæ cognitionis, inquantũ eſt ad imaginẽ Dei. Ad hunc aũt finem beatitudinis hoĩes reducuntur per Chri humanitatem, ſm illud Heb. 2. Decebat eum, propter quem oĩa, & ꝑ quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionẽ cõſummari. Et ideo oportuit, ꝙ cognitio beata in Dei viſione conſiſtens excellẽtiſſimè Chriſto homini conueniret. quia ſemper cauſam oportet eſſe potiorem cauſato.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ diuinitas vnita eſt humanitati Chri ſm perſonam, non ſm eſſentiã, vel naturã: ſed cũ unitate perſonæ remanet diſtinctio naturarũ. Et iõ aĩa Chri, quæ eſt pars humanæ naturę, per aliquod lumẽ participatũ a natura diuina, ꝑfecta eſt ad ſciam beatã, qua Deus per eſſentiam videtur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ex ipſa vnione hõ ille eſt btũs beatitudine increata, ſicut ex vnione eſt Deꝰ: ſed ꝑter beatitudinẽ increatã oportuit in natura humana Chri eſſe quandam beatitudinem creatam, per quã anima eius in vltimo fine humanæ naturę cõſtitueretur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ uiſio, ſeu ſcientia beata eſt quodã modo ſ. naturã aĩę rõnalis, inquãtũ, ſ. propria uirtute ad eã peruenire nõ põt. Alio verò modo eſt ſm naturã ipſius, inquantũ, ſ. ſm naturã ſuã eſt capax eius, prout, ſ. eſt ad imaginẽ Dei facta, vt ſ. dictũ eſt: *ſed ſcĩa increata, eſt omnibus modis ſupra naturam animę humanę. In cor. ar.

AR-

in Christo, stat simul veritas istius maioris, s. quòd scientia duplex homini competat, vna secundum suam naturam, alia supra naturam. Vtraque enim harum scientiarum. s. beata, & diuina est supra naturam; quamuis diuersimode. Visio siquidem, seu scientia beata est quodammodo supra, &c. vt in tex. Ex quo manifeste prudens lector elicere poterit uerum sensum authoritatis. D. Aug. in lib. de præ dest. sanctor. dicentis: Posse habere fidem, sicut posse habere charitatē, naturæ est hominum; habere autem gratiæ est fidelium. Hoc est, secundū textum hunc; & quidē a fortiori. Fides, & charitas sunt quodammodo supra naturā animæ rationalis, inquantum, s. propria uirtute ad eas peruenire non potest; sunt uero etiam secundum naturam ipsius, inquantum, s. anima rationalis secundum naturam suam est capax earum, prout, scilicet est ad imaginem Dei facta. Dixi ly a fortiori: quia si de visione beata verum est hoc, scilicet quod aliquomodo est secundum naturam, stante quod alio modo sit supra: multo magis id de fide & charitate verificabitur. Quatenus ergo fides, & charitas sunt secundum naturam hominum; eatenus dixit ly posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: quatenus uero eædē virtutes sunt supra naturam hominum, eatenus subiunxit ly habere autem gratiæ est fidelium. Ex his tamen recte e textu deductis, prudens ipse lector uidebit, non esse inferendum: quod visio beata sit naturalis homini; aut quod fides & charitas sint ei naturales. Quod enim esse sic secundum naturā (vt in textu) non sit idē, quod esse naturale, habetur (omissis alijs) ex hoc: quod licet S.D. dixerit eam sic esse secundum naturā, semper tñ uigilāter abstinuit a dicendo, quòd esset naturalis; imo in textura argumēti, quasi tacite contrarium expressit. Nam ibi, postquam in minori de sciētia beatorum locutus fuerat, annectit ly in Christo autem fuit alia supernaturalis scientia multò altior. Ne igitur in uanum dicatur ly alia, inferat prudens; ergo scientia beatorum, secundum textum hunc, est supernaturalis; & ulterius ad primum propositū retrogrediatur dicens; ergo esse sic, vt in textu responsali dicitur, secundum naturam non est idem, quod esse naturale.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum; quod Christus habuit scientiam comprehensorum. vt per hoc, quòd dicitur Ioan. 8. secundū quod est in argum. contr. Pro cuius capitis exponitur ly scio eum, idest plena scientia quanta. s. alicui animæ cōicari potest. Et hanc expositionem subindicat idem Euangelista cap. 1. per ly vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre; plenum gratię & ueritatis. Ac si dixerit. Plenam veritatis cognitionem habet secundum quod caro, idest secundum quod homo est; & tam plenam, quantam condecet vnigenitum a patre. Et hoc est: Christum hominem fuisse comprehensorem in summo, ab instanti illo, quo verbū caro factum est. Secundo vides: quō ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli una est conclusio. In Christo est sciētia beata consistens in visione Dei excellentissime. Conclusio ista habet duas partes. Prima est, quòd in Christo est scientia beata, secunda, quòd excellētissime. Probatur in litera primo prima pars. Omne quòd est in potentia, reducitur in actum per aliquod ens actu. homo est in potentia ad scientiam beatam in Dei visione consistentem, & reducitur in actum istum per Christi humanitatem. ergo in Christo est scientia beata. Maior probatur in calida: Minor quo ad primam partem probatur, quia homo est capax illius beatitudinis: quia est ad imaginem Dei, & ad illam ordinatur, vt ad finem, Quo ad secundam uero, auctoritate Apostoli. Decebat eum, &c. Deinde in calce corporis articuli probatur secunda pars conclusionis, scilicet quod excellentissime, quia semper causam oportet esse perfectiorem causato.

¶ Aduerte nouitie, quod quia propositiones euidentes, ac usitatæ, tamquam statim perceptæ truncatæ quandoque dicuntur, ideo Auctor Maiorem sic attulit, non curans limitare eam, ut debet intelligi, scilicet si reducitur ad actum, neque enim omne quod est in potentia, reducitur ad actum (quum multa sint in potentia, quæ nunquam erunt) sed omne, quod est in potentia, si reducitur ad actum oportet quod reducatur ad actum per aliquod ens actu: hoc enim intendit litera, & hoc solum est ad propositum. Et propterea in Minore ponuntur tot conditiones, scilicet quòd homo est in potentia, & quod ordinatur ad illam vt finem. ex hoc enim ostendit necessitatem, quod potentia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impossibile est, quòd potentia ad finem sit frustra in tota vniuersali specie.

¶ Circa hunc literæ processum, dubium occurrit, quia propositio illa fundamentalis, Reducens aliquid de potentia in actū, est in actu, quamuis sit uerissima in causis principalibus, non tamen est uera in causis instrumentalibus, vt ex Alex. patet 12. Metaph. & ad sensum patet, instrumenta non esse talia in actu, qualia fiunt ab ipsis, vt semina in naturalibus, & organa artificum testantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, sed instrumentale respectu nostræ beatitudinis, nō igitur sequitur ex sua efficientia, quod sit actu beata, quamuis de facto beata sit, non est ergo efficax processus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd instrumentum est duplex, quoddam pure instrumentum, vt organa artium, & semina, & huiusmodi: quoddam ita instrumentum, quod est etiam causa sui, sicut seruus est organum domini, ita tamen quod libero arbitrio suorum motuum causa est. Quamuis autem primum instrumentorum genus non habeat actu quod instrumentaliter efficit, secundum tamen instrumentorum genus, quatenus sui dominium habet ad mutuum, actu habet quod in aliis efficit. Et quia Christus homo sic est instrumentum Dei, ut liber sit, libere cooperetur, & efficiat nos beatos, ideo in litera illatum est, quod ipse est actu beatus.

¶ In probatione secundæ partis conclusionis, nota nouitie, quod Auctor plus concludit, quam probet explicitè ratio allata: quia ratio non probat explicite nisi, quòd Christus est perfectius beatus, quam alii homines, & tamen concluditur. quod est beatus excellentissimè. Licuit autem hoc gratia materiæ, quia iam declaratum est, Christum esse caput omnium beatorum, tam hominum, quam angelorum, ac per hoc subintelligendo nunc, quod Christus est causa efficiens beatitudinem nostram, vt caput beatorum, optime infertur, quod est excellentissime beatus, vtpote, causa, vt caput.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota distinctionem de supra naturam, vel secundum naturam, quoniam hinc habes intellectum diuersorum dictorum de beatitudine nostra, cum inuenies quòd est naturalis, aut quòd est supernaturalis. Verumtamen esto cautus, vt bene notes in secundo membro ly inquantum, scilicet secundum naturam suam est capax eius: quoniam est conditio hæc diminuens a simpliciter ad secundum quid; non enim quia homo est capax illius visionis, sequitur, ergo est illi naturalis, aut habet illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem simpliciter, & ad potentiam naturalem, scilicet naturalis inclinatio in illum actū, sed solum sequitur, quod habet naturam, quæ potest eleuari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, scilicet ex hoc ipso, quod est intellectualis animæ, quod bruta non possunt eleuari in actum videndi Deum, homo autem potest eleuari in illum, quòd hinc prouenit, quia intellectualitas est capax uisionis illius, pars autem sensitiua tantum non est illius capax. Quocirca uisio Dei est aliquo modo naturalis animæ nostræ, sed secundum quid, quia est capax ex sua natura illius: non est autem simpliciter naturalis illi aut alteri cuicumque creaturæ, sed soli Deo.

66

Inf. q. 12. a. 1. cor. Et 3. d. 14. ar. 3. q. 3. Et ver. q. 20. ar. 2 c. fi. & ar. 3. Et opusc. 9. c. 223. & op. 2. q. 81.

Capr. 3. d. 14. q. 1. con. 2. Medina ar. 3.

SVPER Q. IX. ART. III.

COncl. Præter scientiam increatam, est in Christo secundum eius animam scientia creata, tā beata, quam cognoscit ver bum

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus habuerit scientiam inditam, vel infusam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non sit alia scientia indita, uel infusa præter sciētiam beatam. Omnis. n. alia scientia comparatur ad scientiā beatam, sicut imperfectū ad perfectū; sed præsente cognitione perfecta, excluditur cognitio imperfecta, sicut manifesta visio faciei excludit ænigmaticam visionem fidei, vt patet 1. ad Cor. 13. Cum igitur in Christo fuerit scientia beata, vt dictum est. * uidetur, quod non potuerit in eo esse alia scientia indita.

¶ 2 Præt. Imperfectior modus cognitionis disponit ad perfectiorē, si-

bū, & res in verbo: tum infusa, seu indita, per quā cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas.

¶ Prob. Quia præsupponitur ex ar. 1. & 2. Secunda autem pars, scilicet, tum infusa, &c. probatur. Quia decebat, vt natura huma- * Art. præce.

cut opinio, quæ est per syllogismū, dialecticum, disponit ad scientiam, quæ est per syllogismum demōstratiuum. Habita autem perfectione non est vlterius necessaria dispositio, sicut habito termino, non est necessarius motus. Cum ergo cognitio quæcumque alia creata comparetur ad cognitionem beatam, sicut imperfectum ad perfectum, & sicut dispositio ad terminum, uidetur ꝙ cum Christus habuerit cognitionē beatam, ꝙ non fuerit ei necessariū habere aliam cognitionem.

¶ 3 Præt. Sicut materia corporalis est in potentia ad formam sensibilē, ita intellectus possibilis est in potētia ad formam intelligibilem: sed materia corporalis nō potest simul recipere duas formas sensibiles, unā perfectiorem, & aliam minus perfectam. ergo neque anima potest simul recipere duplicem scientiam, vnam perfectiorem, & aliā minus perfectam, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, ꝙ dicit Col. 2. ꝙ in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictum est,* decebat, vt natura humana assumpta a uerbo Dei, imperfecta non esset. Omne autem quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actum per species intelligibiles, quæ sunt quædam formæ completiuæ ipsius, vt patet ex his, quæ dicuntur in 3. de Anima.* Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, inquantum per uerbum Dei, animæ Christi sibi personaliter unitæ, impressæ sunt species intelligibiles ad omnia, ad quæ intellectus possibilis est in potentia. Sicut etiam per uerbum Dei impressæ sunt species intelligibiles menti angelicæ in principio creationis rerum, vt patet p Aug.* 2. super Gen. ad literam. Et ideo sicut in Angelis secundum eundem August. † ponitur duplex cognitio (vna scilicet matutina, per quam cognoscunt res uerbo, & alia vespertina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita præter scientiam diuinam increatam est in Christo secundum eius animam scientia beata, qua cognoscit verbum, & res in verbo, & scientia infusa, siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ visio imperfecta fidei, in sui ratione includit oppositum manifestæ visionis, eo ꝙ de ratione fidei est, ut sit de non uisis, vt in 2. parte dictum est.* sed cognitio, quæ est per species inditas non includit aliquid oppositum cognitioni beatæ. Et ideo non est eadem ratio vtrobique.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ dispositio se habet ad perfectionē dupliciter. Vno modo, sicut via ducens ad perfectionem: alio modo, sicut effectus a perfectione procedens. Per calorem.n. disponitur materia ad suscipiendam formā ignis, qua tamen adueniente, calor nō cessat, sed remanet quasi quidam effectus talis formæ. Et similiter opinio ex syllogismo dialectico causata, est via ad scientiam, quæ per demōstrationem acquiritur, qua tamen acquisita, potest remanere cognitio, quæ est per syllogismum dialecticū, quasi consequens scientiam demonstratiuam, quæ est per causam: quia ille, qui cognoscit causam, ex hoc etiam magis potest cognoscere signa probabilia, ex quib. procedit dialecticus syllogismus. Et similiter in Christo, simul cum scientia beatitudinis manet scientia indita, non quasi via ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata.

AD TERTIVM dicendum, quod cognitio beata non fit per speciem, quæ sit similitudo diuinæ essentiæ, uel eorum, quæ in diuina essentia cognoscuntur, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt,* sed talis cognitio est ipsius diuinæ essentiæ immediatè per hoc, quod ipsa essentia diuina vnitur menti beatæ, sicut intelligibile intelligenti, quæ quidem essentia diuina est forma excedens proportionem cuiuslibet creaturæ. Vnde nihil prohibet, quin cum hac forma superexcedente, simul insint rationali menti species intelligibiles proportionatæ suæ naturæ. AR-

na assumpta a verbo non esset imperfecta (vt patet art. 1.): & tunc fuisset imperfecta, nisi intellectus suus possibilis cognouisset res in propria natura per species intelligibiles, sibi infusas, seu inditas cum talis intellectus sit in potentia ad omnia intelligibilia.

¶NOT. Pro intelligentia probationis secundæ partis aduerte; quod naturæ imperfectio reputatur non tantum, si deficiat sibi aliquod essentialium, puta anima uel corpus, vel vtriusque vnio ad inuicem; sed etiam si deficiat sibi aliqđ quasi accidentalium, idest complementum actuale potentialitatis naturalis potentiarum animę suæ (de quo i tex.) Imperfectio enim partium redundat in totum; sicut & illarum perfectio: adeo vt imperfectum iudicetur totum, si partes ipsius taliter imperfectæ sint; & perfectum, si perfectæ. Rursum aduerte: quod hac de causa oportuit, intellectum possibilē animæ Christi non solum cognoscere actualiter res in propria natura per species intelligibiles, sed etiam cognoscere statim, idest ab instanti conceptionis Christi alioquin natura assumpta fuisset imperfecta per aliquod tunc, quousque cognouisset actu illa, ad quæ intellectus ipse erat in potentia. Hoc autem, scilicet quod pro quantūcunque minimo instanti natura assumpta in Christo fuerit imperfecta, est inconueniens. Hinc est: quod oportuit, species illas intelligibiles haberi aliunde, quam per uiam sensus (sicut contingit in nobis. 1.q. 84.ar.6.): hoc est, haberi pro impressione a verbo, atpote ab ipso creatas intellectui possibili creādo infusas. Propter hoc scientia sic ab ipso intellectu habita uocat & infusa, quia per species infusas habetur; & indita, quia per species in principio suæ creationis sibi concreatos. His itaq; annotatis, atque ibi subintellectis, clara reddit illa eiusdē probationis pars, s. & tūc fuisset impfecta, nisi intellect⁹ suus possibilis cognouisset res in ꝓpria natura p spēs intelligibiles sibi infusas, seu inditas.

1^m de minori. Cognitio imperfecta. ℞. Includēs aliquid oppositū cognitioni perfectę. §. in quo sēsu ꝓcedit ꝓbatio ibi subiecta: qm uisio impfecta fidei, &c. vt i tex. Tunc nihil, &c. vt patet ibid. ly sed cognitio, quæ est per spēs, &c.

2^m de minori. Non est ulterius necessaria dispositio. ℞. Vt via ad perfectionę ipsam. §. Tunc nihil, &c. Nā licet in Christo simul cum scia beata, nō sit scia indita, ut via

ad beatitudinē (vt arguitur): cum illa tamen est hæc, tanquam per beatitudinem confirmata. Dispositio enim se habet ad perfectionem dupliciter, &c. vt in tex.

3^m conclusio. Ergo neque anima potest simul recipere duplicem scientiam, vnam perfectiorem, & aliam minus perfectā. ℞. Nisi altera illarū scientiarum sine specie creata recipiatur. §. Stādo, scilicet in subiecta materia, i. loquendo solū de his duob. scientiis in art. tractatis. Tunc nihil, &c. Nā licet scientia indita fiat per species creatas; tamen per nullam speciem creatā fit scientia beata. 1.q. 12.ar.2.9. Cognitio.n. beata est ipsius diuinæ essentiæ, &c. vt in tex.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatū; ꝙ in Christo fuit scia indita, siue infusa. Vt Colus. 2. ſm ꝙ est in arg. contr. Item Gen. 2. p ly oē qđ uocauit Adā aiæ viuētis, ipsum est nomē eius. His. n. verbis denotat; ꝙ oīa imposita rebus ab Adamo erāt conuenietia reb. ipsis & cōsequēter; ꝙ ipse habuit cognitionē rerū nō superficiariā, sed perfectā. Nā alicui rei nomē ab aliquo impositū sibi cōueniens non est: nisi ſm proprietatē rei ipsius ei cōueniat: & cōseqnēter nisi tale nomē imponēs (dūmō talis impositio nō fiat a casu) cognitionē proprietatis eiusdem rei cognoscat. Cū igit impositio noīum ab Adā nō fuerit a casu, & fuerit reb. ipsis cōueniēs; oportet dicere: ꝙ scriptura per illā sniam denotauit; ꝙ Adā habuit cognitionē perfectā rerū naturaliū, i. cognitionē ipsarū quo ad earū ꝓprietates. Quia uerò ista ei⁹ scia non fuit experimētalis, i. per uiam sensus, quod longum tēpus exposcit, acquisita, cum a principio suæ creationis eam habuerit (ut inde colligitur): ideo eam fuisse inditam, seu illi infusam, dicere necessarium est. Argumētari itaque scholasticè vale sic. Si in Adamo fuit scientia indita, qua intellectus suus possibilis cognoscāt res in propria ipsarum natura per species sibi infusas: ergo multo magis vtique talis scientia fuit in Christo Nam scientia indita ponitur in Adamo, quia fuit principium hominum, vt patet 1.q.84 art.3. & Christus est caput omnium hominum. q.8. art. 3. magis, q̄ Adamus, vt hr ex 1. Cor. 15. cum Ro 5. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Margin notes:

* Ar. 1. huius q.

* lib 3. tex. 18. & 38. to. 2.

* lib. 2. c. 8. to. 3.

† lib. 11. de ciu. Dei c. 7. med. to. 5. Et li. 3. sup. Gen. c. 14. to. 3.

* 2. 2. q. 1. ar. 4.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 485.

* p. p. q. 12. ar. 2.

a

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo tertij artic. ponitur disiunctio terminorum illorum, videlicet, indita vel infusa, vt satisfiat diuersimode illam appellantibus. Scientia siquidem illa, quia simul cum natura animæ datur, indita uocatur: quia uero non acquiritur, nec ex ui naturæ animę ipsam comitatur, sed Deo alia actione creante animam, & alia actione influente scientiam, quamuis simul tempore habeatur, ideo infusa nuncupatur. Et reuera infusa uocanda est, si proprie loquendum est. Angelorum autem scientia indita proprie vocatur, quia comes est naturæ vt albus proprietas naturalis, eademque actione, qua uerbum Dei creat angelicam naturam, imprimit in illam species intelligibiles perfectiuas intellectus angelici. Potest nihilominus gratia materiæ, scilicet animæ Christi dici scientia indita, pro quanto comitatur naturaliter animam Christi, nō vt creatam, sed vt assumptam a uerbo, sicut & gratia habitualis: est. n. vnigenitus a patre plenus non solum gratiæ, sed ueritatis.

¶ In corpore art. vnica est conclusio responsiua quæsito dupliciter probata. Conclusio est. Oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur primo ex vitanda imperfectione naturæ assumptæ. Decebat, ut natura humana assumpta, a verbo Dei, imperfecta non esset. ergo oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur consequentia, quia aliter intellectus eius possibilis fuisset imperfectus. Probatur hoc, quia omne quod est in potentia est imperfectum, nisi reducatur in actum: sed intellectus possibilis humanus est in potentia, & reducitur in actum per species intelligibiles. ergo esset imperfectus, si non haberet species intelligibiles, quod est habere scientiam inditam. Et hoc explanatur in litera apponendo conclusionem, inquantum per uerbum Dei impressæ sunt species intelligibiles, &c. & declaratur ex subiuncto exēplo in angelis. Deinde probatur a simili ex auctoritate Aug. Sicut in angelis ponitur duplex cognitio, matutina, & uespertina, ita in Christo vtraque. Litera clara est.

¶ Aduerte hic, q natura humana assumpta a uerbo, debet absque imperfectione poni ex parte animæ. nam ex parte corporis nihil prohibet imperfectionem affirmare in illa, in sui principio, quia minoratus est paulo minus ab angelis, propter corpus passibile: scientia autem ad animam spectat.

¶ Circa probationem conclusionis dubium occurrit, quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus possibilis, quæ psicitur per spēs intelligibiles naturales (de quibus allata auctoritas Philosophi loquitur) ac per hoc de imperfectione naturali. Conclusio autem loquitur de scientia tam naturali, quam reuelata, ut patet in 1. ar. q. 11. inferius, vbi de scientia tractatur. excedit ergo conclusio rationem, immo nec consonat conclusioni, quia ut in sequenti habetur art. alterius rationis est scientia infusa Christo. ab illa, quæ est naturalis, de qua loquitur auctoritas allata Aristotelis.

¶ Ad hoc dr, q proculdubio litera nō arctat ad imperfectionē, & potentiā naturalē intellectus possibilis, sed in communi loquit de potentia intellectus nostri ad actum sibi commensuratū, & similiter de imperfectione priuatiua actus proportionati intellectui humano possibili, & hoc siue secundum statum naturæ, siue sm statum gratiæ. ita q intendit litera, q quia in intellectu humano sm esse naturæ, est potentia naturalis, ad sciendum oīa naturalia per actus commensuratos sibi, & similiter sm esse gratiæ ad sciendum omnia ecclesiastica per actus commensuratos sibi, & omne quod est in potentia est imperfectum, nisi reducat in actum, ideo esset imperfectus, nisi ponatur reductus in actum omnium intelligibilium tam spectantium ad ordinem naturæ, quam spectantium ad ordinem ecclesiæ, siue militantis, siue triumphantis, per actus proportionatus ipsi humano intellectui. Auctoritas autem Aristotelis est allata directe ad monstrandum, q intellectus humanus est in potentia ad sciendum omnia per species intelligibiles, ut actus commensuratus sibi, ut per hoc habeatur intentum, q sicut in esse naturale esset imperfectus intellectus. nisi esset reductus in actum commensuratum sibi (scilicet scientiam per species, quātumcumque illa met sciat in uerbo actu omnino superexcedente omnem facultatem naturæ) ita in esse ecclesiastico esset imperfectus nisi nosset omnia per actus commensuratos sibi. quantumcumq; eadem nouerit in verbo. Consonat ergo ratio conclusioni, & probat eam, siue ista scientia infusa cum suis speciebus, sit alterius, siue eiusdem rationis cum illa, de qua loquitur Arist. quoniam, ut patet ex dictis, non arctatur ad naturalem scientiam, & multo minus ad talem modum naturalitatis, qualis est in scientia de qua loquitur Aristot. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicē scientiam naturalem: alteram sm statum coniunctionis ad corpus, de qua locutus est Arist. alteram secundum statum separationis a corpore, quam non nouit Arist. Præsens autem tam ratio, q̄ quā conclusio non arctatur ad actum commensuratum naturæ intellectus possibilis secundum istum, vel illum statum, sed in communi indistincteque de potentia intellectus possibilis humani ad actum sibi commensuratum loquitur, quem esse species intelligibiles ex eo, quod in isto apparet statu ex auctoritate Arist. probat.

¶ In responsione ad secūdum discerne verba literæ ex industria mutata, dū primo proponitur cognitio ex dialectico, syllogismo, acquisita, ut uia sub noīe opinionis, & deinde resumitur eadem cognitio vt consequens, non sub nomine opinionis, sed sub nomine cognitionis. Oportuit autem sic dicere, quia cum scientia alicuius conclusionis non potest simul stare in eodem subiecto, opinio eiusdem, sed bene potest cognitio eiusdem per medium probabile stare in eodem subiecto. Addit siquidem opinio super cognitionem per medium probabile, formidinem in subiecto respectu alterius partis, quæ repugnat subiecto excludenti formidinem, quale est sciens demonstratiue. vnde cognitio dialectica ante demonstratiuam habens rationem opinionis, post demonstratiuam scientiā non habet ratione opinionis, sed remanet solum cognitio dialectica, cessante illa conditione formidinis ex parte subiecti.

¶ In responsione ad 3. eiusdem artic. nota, quod qualiter species infusæ sint humanæ menti commensuratæ, inferius patebit: qualiter autem diuina essentia sit species superexcedens, clarum est.

art. 4. cap. 3. d. 14. q. 1. com. 2.
Medina art. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia experimētalis acquisita. Quicquid enim Christo conueniens fuit, excellentissimè habuit: sed Christus non habuit excellentissimè scientiam acquisitam, non enim institit studio literarum, quo perfectissimè scientia acquiritur, dr enim Io. 7. Mirabant Iudæi dicentes, Quō hic literas scit, cū nō didicerit? ergo uidetur q in Christo nō fuerit aliqua sciētia acquisita.

¶ 2 Præt. Ei q est plenum, non potest aliquid superaddi: sed potentia animæ Christi fuit impleta per species intelligibiles diuinitus inditas, vt dictum est. * ergo non potuerunt superuenire eius animæ aliquę species acquisitæ.

¶ 3 Præt. in eo, qui iam habet habitum scientiæ, per ea, quæ a sensu accipit, non acquiritur nouus habitus (quia sic duæ formæ eiusdē spēi simul essent in eodem) sed habitus, qui prius inerat confirmatur, & augetur. ergo cum Christus habuerit, habitum scientiæ inditæ, non videtur quod per ea, quæ sensu percepit, aliquam aliam sciētiam acquisierit.

SED CONTRA est, q Hebr. 5. dicitur, Cum esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam, Glo. * idest, expertus est. Fuit ergo in Christo aliqua experimentalis sciētia, quæ est in scientia acquisita. (* Gl. inter lin. ibid.)

RESP. Dicendum, quod ut ex supra dictis patet, * nihil eorum, quæ Deus in nostra natura plantauit, defuit humanæ naturæ assumptæ a Dei uerbo. Manifestum est autem, quod in humana natura Deus plātauit, non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Vnde necesse est dicere quòd in anima Christi, fuit non solum intellectus possibilis, (* Ar. 1. huius q6. & q. 5.)

SVPER Q. IX. ART. IIII.

67 Inf. q. 12. art. 12. & c. 15. 2. 8. Et opusc. 3. c. 225. Et 3. d. 14. ar. 3. q6. 5. ad 3. & d. 8. 2. 3. ad 5. Et ve rit. q. 20. 2. 3. ad 1.

CONCL. In Christo fuit scientia acquisita, quam quidam experimentalē nomināt; & hæc est proprie sciētia secundum humanā totaliter.

¶ EXAM. Ly scientia acquisita, q. q. exp. nominant, Hoc est. Sciētia per species intelligibiles media intellectus agentis actione ex phātasmatibus abstractas, & in intellectu possibili receptas. Hinc patet; quid quæratur in titulo per ly scientia experimentalis. Est enim hoc, ac si ibidem * diceretur: vtrum in Christo fuerit scientia per species intelligibiles ab intellectu agente ex phantasmatibus abstractas habita. Quasi ex ordine articulorum dicatur. Postquam conclusum est articulo tertio, quod intellectus possibilis animæ Christi cognouit res in sua ipsarum natura per species sibi infusas: nunc inquirendum restat, vtrum idem intellectus possibilis cognosceret res in propria ipsarum natura per species ex phantasmatibus vigore luminis intellectus agentis abstractas. (* Ar. pced.)

¶ PROBAT. Quia si scientia sic acquisita non fuisset in Christo; sequeretur inconueniens hoc, scilicet q intellectus agens animæ

mæ eius non habuisset propriam operationem, i. non fecisset species intelligibiles actu per abstractionem a phantasmatibus: & consequenter intellectus agens in Christo fuisset frustra. Secunda autem pars, scilicet & hæc est, &c. probatur; Quia scientia taliter acquisita est humana, & ex parte subiecti recipientis, scilicet intellectus possibilis, & ex parte causæ agentis, i. luminis intellectus agentis (cum vtrumque, scilicet tum intellectus possibilis, tum lumen intellectus agentis, sit quoddam homini connaturale.)

* lib. 1. de Cœl. te. 32 & lib. 2. te. 59. to. 2.

1^m minor. Christus nō habuit excellentissime scientiam acquisitam. R. Negatur. §. Ad probationē dicitur: quod non probat negatum. Scientia enim per studium literarum habita non est excellentissime acquisita; cum magis per disciplinam, q̃ per propriam inuentionē, aggeneretur in studente literis ipsis. Vnde argumentum facit ad oppositum; inquantum scilicet monstrando, quod Christus non didicit studio literarū, commonstrat; q̄ ipse non habuit scientiam acquisitam minus excellenter. Quòd uerò absolute talem scientiam non habuerit, (quod erat eiusdem argumenti propositum) non probat: quoniam procedit ac si esset tantū unus modus acquirendi scientiam; cum tamen ipsius acquirendæ sint duo modi, ut patet in tex. Pro cuius ultimis confirmandis melius ac declarandis; nota concilium Trident. sessi. 6. can. 21. Si quis dixerit: Christum Iesum a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant; non etiam vt legislatorem, cui obediant: Anathema sit. Hæc ibi.

* lib. 2. de Cœlo. tex. 17. to. 2.

† lib. 3. de Ani. te. 18. to. 2.

D. 1218.

3. Sent. d. 14. q. 3. a. 3.

*p. p. q. 12. art. 4.

lis, sed etiam intellectus agens. Si autem in alijs Deus, & natura nihil frustra faciunt (vt Philosoph. dicit in 1. de Cœ.*) multo minus in anima Christi aliquid fuit frustra. Frustra autem est, quod non habet propriam operationem, cum omnis res sit propter suam operationem, ut dicitur in 2. de Cœl.* Propria autem operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles actu, abstrahendo eas a phantasmatibus, vnde dicitur † in 3. de Anima, q̄ intellectus agens est, quo est omnia facere. Sic igitur necesse est dicere q̄ in Christo fuerint aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu possibili eius receptæ, quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidā experimentalem nominant.

Et ideo quamuis aliter alibi scripserim, dicēdum est, in Christo fuisse scientiam acquisitam, quæ propriè est scientia secundum modum humanum, non solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis. Nam talis scientia ponitur in Christo secundum lumē intellectus agentis, quod est animæ humanæ connaturale. Scientia autem infusa attribuitur animæ humanæ secundum lumē desuper infusum, qui modus cognoscendi est proportionatus naturæ angelicæ. Scientia uero beata, per quam ipsa Dei essentia videtur, est propria, & connaturalis soli Deo, ut in prima parte dictum est.*

Ad primvm ergo dicendū, q̄ cum duplex sit modus acquirendi scientiam, s. inueniendo, & addiscē do, modus qui est per inuentionem, est præcipuus: modus autem, qui est per disciplinam, est secundarius. Vnde dicitur in 1 Eth.* Ille quidem est optimus, qui omnia per seipsum intelligit, bonus autem rursus est ille, qui bene dicenti obedit. Et iō Chrō magis competebat habere scientiā acquisitam per inuentionem, quam per disciplinam, præsertim cum ipse daretur a Deo omnibus in doctorem, secundum illud Ioel 2. Lætamini in domino Deo nostro, quia dedit uobis doctorem iustitiæ.

Ad secvndvm dicendū, q̄ humana mens duplicem habet respectum. Vnum quidē ad superiora, & secundum hunc respectum, anima Christi fuit plena per scientiam inditam. Alius autem respectus eius est ad inferiora, i. ad phantasmata, quæ sunt nata mouere mentē humanam per virtutē intellectus agētis. Oportuit autem, q̄ etiam secundum hunc respectum anima Christi, scientia impleretur, nō quin prima plenitudo mēti humanæ sufficeret secundum seipsam, sed oportebat eā perfici, etiam secundū cōparationem ad phantasmata.

Ad tertivm dicendum, q̄ alia ratio est de habitu acquisito, & de habitu infuso. Nā habitus sciētiæ acquirit' per comparationē humanæ mētis ad phantasmata, vnde sm eandem rationem nō pōt aliusd habitus iterato acquiri: sed habitus scientiæ infusæ est alterius rōnis, vtpotè, a superiori descēdens in animam, non secundū proportionem phantasmatum. Et ideo non est eadem ratio de utroque habitu.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*lib. 1. c. 4. in fi. to. 5.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò a scripturis esse insinuatum; quod in Christo fuit scientia per experientiam acquisita, vt per hoc, quod dicitur Hebræ. 5. didicit, &cæt. secundum quod cum expositione est in argumen. contr. Vbi ly didicit, non dicit disciplinam, quasi quod Christus acquisierit scientiam hāc per disciplinam: sed dicit inuentionem propriam ex rebus experimento cōprobatis. Ac si dictū fuerit. Ex his, quæ passus est, cognouit experimentaliter p̄ seipsum; q̄ difficile sit obedire. Christum ergo didicisse obedientiā ex his, quæ passus fuit, est; ipsum experimēto tot, tātarumq; passionum suarum, q. 46. art. 5. 6. 7. cognouisse; quod laboriosum ualde est in omnibus simpliciter, ac veraciter (vt decet) obedire. Quod autem ly didicit, dicat scientiam acquisitam, seu experimentalem, patet ex ipso Apostoli contextu, scilicet cū esset filius Dei. Ac si apertius dixisset. Christus, vt filios Dei, cognouit ab æterno simplici intelligentia, quòd ualde laboriosum est in tam arduis rebus obedire vsque ad mortem, & mortem crucis: sed inquantum homo, cognitionem de hoc acquisiuit in tpe ex horū, quæ passus est, experientia. Item insinuat per dictū Luc. 2. Iesus p̄ficiebat sapiētia. Hoc. n. cū neq; de diuina, neq; de beata, neque de infusa Christi scientia intelligi possit, quasi aliqua istarū triom sm seipsam augmentet, intelligendū necessario est de scientia experimento acquisita: & consequenter p̄ hoc supponit Euangelista, talem scientiam fuisse in Christo. Secūdo vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina p̄sens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

D. 1183.

D. 1109.

D. 69.

2^m maior. Ei, quod est plenum, non potest aliquid superaddi. R. secundum quod est plenum. §. Tunc ni. &c. Cum hoc enim stat; quod pleno, secundum cōsiderationem aliā, scilicet qua non est plenum, possit aliquid superaddi: Et sic fuit in Christo. Nam humana mens duplicem, &c. vt in tex.

3^m de antecedente. Qui iam habet habitum scientiæ. R. Acquisitum. §. Tunc nihil, &c. Nam in habente habitū scientiæ infusum potest per ea, quæ sensu percipit, generari habitus scientię acquisitus. Ad probationem in cōtrariū, i. quia sic duæ formæ eiusdem speciei simul essent in eodem, respōdetur: negando illam in proposito hoc. Alia enim ratio est de habitu acquisito, &c. vt in tex.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quòd aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experimentalem acquisitam, quæ communiter se habet ad actualem experientiam, quam quis acquirere potest, vel ad habitualem scientiam, intellectu ex experientia acquisitam, tendit autem ad perscrutationem huius secundi membri, quia de hoc tantum est difficultas.

¶ In corpore articuli est unica conclusio responsiua quæsito, in Christo est sciētia acquisita. Probatur dupliciter, primo. Nihil eorum, quæ Deus in humana natura plantauit defuit humanitati assumptæ a uerbo Dei. ergo in anima Christi fuit non solum intellect⁹ possibilis, sed ēt intellectus agēs. ergo nō fuit in Christo intellectus agens frustra. ergo habuit propriam operationem, ergo in Christo fuerunt aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agentis intellectu eius possibili receptæ. ergo in ipso fuit scientia acquisita. Prima consequentia probatur, quiā in humana natura Deus plantauit non solum intellectum possibilē, sed etiam intellectum agentem. Secunda verò, quia Deus, & natura in alijs nihil faciunt frustra, ex 1. Cœli. Tertia autem, quia frustra est quòd non habet propriam operationem, probatur, quia omnis res est propter propriam operationem, ex 2. Cœli. Quarta deinceps, quia propria operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles in actu abstrahendo eas a phantasmatibus. Quinta demum, quia hoc est esse in Christo scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant. Secundo probatur conclusio connaturalitate talis scientiæ, seu modi sciendi ad naturam humanam. Et consistit uis rationis in hoc, ex quo in Christo ponitur scientia connaturalis soli Deo, scilicet beata, & scientia

tia connaturalis angelis, scilicet infusa, consequens est, ut ponatur in illo scientia connaturalis undique naturæ humanæ, scilicet sciẽtia acquisita, quæ est cõnaturalis homini ex parte agentis, & patientis, ac per hoc scientia propria: est secundum humanum modum, & totaliter humana.

¶ In hoc processu duo occorrunt dubia. Primum circa illam propositionem, Frustra est, quod caret propria operatione, potest enim habere duplicem sensum; vel quod intelligatur de genere, vel specie, uel quod intelligatur de quolibet indiuiduo. Nam si in primo intelligitur sensu, vera est, frustra enim esset potens operari natura aliqua generica, vel specifica, si secundum totam latitudinem generis, uel speciei careret propria operatione, sed in hoc sensu non infert conclusionem literæ, quæ de uno indiuiduo humanitatis Christi est. Si autem in secundo sensu intelligitur, tunc est sensus, quod frustra est potentia quæ in quolibet indiuiduo suo caret propria operatione. Et sic est quidem ad propositum, sed est falsa, inquit Scotus in 3. quæstio. 14. distinct. 3. Senten. quoniam stat, quod potentia in aliquo præueniatur ab alio superiore agente, & propterea careat propria operatione, & ipsa non est frustra, quia est ad integritatem perfectionemque naturę. Affertque instantias in beatis, in quibus est intellectus agens: & sic possent acquirere scientiam. Et similiter est potentia augmentatiua, & sic possent augeri, &c.

¶ Secundum dubium est circa eandem propositionem iunctam minori, quoniam aut est sermo de omni operatione alicuius, ita quod sensus sit, Frustra est quod caret omni propria operatione. Et tunc minor est falsa, scilicet quod omnis propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu cum præter hanc operationem habeat alias sibi proprias operationes, scilicet facere euidentiam propositionum per se notarum, & mediante ista euidentia facere euidentiam omnium quæ per prima principia cognoscuntur. Si uerò non est sermo de omni propria operatione, sed de quacumque, propria tamen (ita quod sensus sit. Frustra est quod caret aliqua operatione sibi propria) tunc esset ad propositum, sed est falsa, quia non est frustra: quod caret vna propria operatione, & habet aliam propriam operationem, esset enim propter illam, quam habet, operationem: sicut mutus non frustra habet os, & linguam quia quamuis non habeat locutionem, habet tamen aliam operationem puta sumere, & discernere alimentum.

¶ In eodem corpore circa conclusionem principalem, occurrũt primo obiectiones Scoti in loco allegato, deinde Durandi ibidem. Et Scotus quidem arguit dupliciter, primo ex dictis (ut ipse ait) opinantis, scilicet Auctoris: secundo contra conclusionem in se. Sed quoniam omnes obiectiones eius consistunt in hoc, quod sciẽtia infusa, & acquisita sunt eiusdem rationis, aut distinguũtur sicut matutina, & uespertina, aut secundum originem (quia una a Deo: altera ab intellectu agente apud nos, sicut homo genitus, & homo creatus) quorum nullum Auctor etiam somniauit, ut expresse in hoc eodem articulo respondendo ad tertium docet, ideo omittendas censui. Durandus uero probat probabile esse, scientiam infusam, & acquisitam esse unius rationis, quia oculi nati, & oculi restituti, vel dati a Deo, sunt vnius rationis. Probareque nititur indignum esse Christo, quod acquisierit scientiam a sensibilibus, sicut non decuit ipsum discere ab homine: quia æquiualent, hæc duo, quum homo docens non se habeat, nisi ut proponens obiectum.

¶ Ad horum euidentiam scito, quod scientiam esse, & uocari infusam, contingit dupliciter, hoc est per se, uel per accidens. Sciẽtia est, & uocatur infusa per se, cuius naturalis generatio est infusio, qualis est scientia angelorum: per accidens autem infusa est, cui accidit quod habita sit per infusionem, ut scientia Adæ. Scientia autem acquisita non nisi per se inuenitur, cuius scilicet naturalis generatio est acquisitio, quoniam non potest scientia ex suo genere infusa acquiri, sicut econtra potest scientia ex suo genere acquisita infundi, quia agens superius potest præuenire inferiorem causam, inferius autem agens non potest superioris ordinis effectũ producere. Vnde scientia, quæ nata est haberi per lumen intellectus agentis, siue habeatur per acquisitionem, siue per infusionem, est, & uocatur, per se loquendo, scientia acquisita, quia ex suo genere est scientia acquisita. Et propterea scientia naturalium, quam habuit Adam, fuit scientia acquisita ex suo genere, & per se, quamuis ipse non acquisierit illam, sed fuerit sibi a Deo infusa. Scientia autem infusa in Christo conclusa, in præcedenti artic. est infusa ex suo genere, & non est sicut Adæ scientia, sed sicut scientia angelica, ut in hoc articulo dicitur.

¶ Intellige igitur hunc titulum de scientia tam infusa, quàm acquisita ex suo genere, seu per se, & non per accidens ab actu infusionis, uel actualis acquisitionis, & tunc illucescet altitudo veritatis huius literæ tam male intellectæ. Noli ergo præponere ante mentis oculos, Christum uelut Adam plenum scientiæ acquisibilis ex suo genere, sed infusę per accidens, quia si sic Christum imaginatus fueris, processus literæ corruet & tamen sic est imaginatus Christus a non intelligentibus hanc literam, & ubiacentibus. Neq; enim

enim in Adam frustra fuit intellectus agens, sicut nec potentia augmentatiua: sed imaginare Christum plenum scientiæ infusæ ex suo genere, & sicut tabulam rasam, quo ad scientiam acquisitam ex suo genere, & tunc processu literæ vtere, dicẽdo, quod si in Christo nõ esset scientia acquisita ex suo genere (dico autem, non esset omnino, scilicet nec per se, nec per accidens, hoc est neque per acquisitionem, quæ est per se generatio eius, nec per infusionem, quæ est per accidens generatio eius) si inquam in Christo non esset omnino scientia acquisita, intellectus agens esset in ipso frustra, quia nihil esset impediens, aut tollens quouis modo operationem eius, & tamen non posset habere operationem suam. In Adam siquidem caruit operatione sua principali, quia non erat ibi patiens dispositum ad recipiendum: quia erat iam in actu ab alio agente reductum, nec erat amplius in potentia ad recipiendum intelligibilia ab intellectu agente, sicut potentia augmentatiua non poterat augere, quia corpus eius iam erat actu perfectum in quantitate naturali.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quod propositio illa, frustra est quod caret propria operatione, non est arctanda ad genus, speciem, aut indiuiduum quodlibet, uel aliquod, sed absolute sumenda est. Et sane debet intelligi, scilicet subintellectis conditionibus generalibus, quæ quum de operibus est sermo, subintelliguntur, scilicet quando, ubi, & in quo, &c. debet operari, ita quod sensus est, quod frustra est quod caret operatione, quãdo debet illam habere. Et sic propositio ista efficaciter in litera probatur, ex hoc quod unumquodque est propter suam operationem, frustra si quidem est, quod finem suum non assequitur, quãdo debet, & per hoc satisfit omnibus instantiis. Nam status beatus habet, ut ibi non debeat abstrahere intellectus agens, quia homo est in termino. Et Adam fuit suppositum, in quo intellectus agens non debebat abstrahere species, quia intellectus possibilis plenus erat acquisita scientia. Et similiter potentia augmentatiua non fuit frustra, quia caruit quidem operatione, sed non quando, & in quo debuit operari: quoniam constat, quod operatio eius debet esse in subiecto imperfecto secundum quantitatem, & in statu augmenti, quorum nullum locum habuit in Adam creato perfecto, secundum quantitatem naturalem. Stat ergo solida prima literæ propositio.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod non refert, utro modo propositio intelligatur, quia unius potentiæ non est nisi una operatio propria principalis, quæ se habet ad ipsam ut finis, cuius priuatione dicitur frustra: quia potentia naturalis determinata est ad unum, & rationalis alterum contrarium principaliter respicit. Et rursus omnis potentia natura quædam est, & propterea una est cuiusque principalis operatio, fundans reliquas ordine quodam. Ad literam tamen auctor loquitur de operatione principali, quæ est finis. Et multo minus refert quouis modo sumatur in proposito, quia si in Christo nõ est sciẽtia ex suo genere acquisita, intellectus agens esset frustra, quia careret operatione principali; quę est finis, & hoc intendit Auctor, ut patet in articu. 2. quæstio. 12. Et nihilominus sequi uidetur, quod esset omnino frustra ĩ ipso, quia careret, & principali operatione, quæ est facere species intelligibiles, & secundaria, quæ est facere euidentiam primarum propositionum immediate, & mediante illa facere aliorum euidẽtiam: quoniam tam cognitio primorum principiorum, quam reliquorum ex illis ad scientiam acquisitam ex suo genere spectat, quam supponimus in Christo non esse, sed infusam ex suo genere tantum. Quocirca si in Christo supponeretur scientia ex suo genere acquisita, per infusionem habita (sicut ponitur in Adam) intellectus agens non careret omni operatione sibi propria, sed prima tantum, scilicet abstractione specierum intelligibilium, fecisset namq;, sicut de facto in Adam fecit, euidentiam primarum propositionum immediate, & aliarum mediante illa. Nam eodem lumine fuerunt per se nota Adæ prima principia, & conclusiones per principia, quomodo sunt euidentia nobis, quamuis nos acquiramus nostra actione species, & studio nostro conclusiones, ille autem per infusionem habuit quicquid nos acquirimus, sub illo tamen lumine, quo acquirere nos possumus. Sed quia in Christo supponitur non esse quouis modo scientiam ex suo genere acquisitam, sed ex suo genere infusam, quæ est supra lumen intellectus agentis, ideo omnino frustra poneretur, utpote, absque omni sua propria operatione intellectus agens in Christo. Et stat omnino solida, & inconcussa propositio literæ iuncta etiam subsumptis. Et hæc intelligito, quantum est ex parte sui, hoc est intellectus agentis quoniam ex libertate animæ Christi potuisset cooperari ad illustrandum phantasmata ministrantia scientiæ infusæ, quando placuisset uti scientia illa, conuertendo se ad phantasmata, similiter ad intellectioné multorum intelligibilium.

¶ Ad obiecta Scoti contra conclusionem ipsam, nam incipit patere, quod in responsione ad tertium amplius explanabitur. Nam secundum Auctorem scientia infusa ex suo genere, seu per se, & scientia acquisita ex suo genere, seu per se, sunt diuersarum rationum. Et licet differant penes origines, & agentia diuersarum rationum, non tamen differunt tantum penes origines, & agentia, sed

sed penes formalia obiecta, ac per hoc per intrinsecas differentias, vt patebit. Et ideo ridiculum est obiicere, quod differunt, sicut homo natus, & homo creatus, aut sicut oculi cæci nati, miraculose illuminati, & oculi aliorum. Hæc enim vera sunt de scientia acquisita, & scientia per accidens infusa, vt fuit scientia Adæ, quæ ex suo genere erat eiusdem rationis cum nostra, non autem de scientia ex suo genere infusa, quoniam hæc altioris ordinis ex intrinseco est, & ideo non potest acquiri, & exigit infusionem. Et de hac Auctor assuetus sermonibus formalibus, & per se, loquitur in hac litera: isti autem ad per accidens declinarunt, dum ad scientiam, cui fieri accidit, quod sit infusio, diuerterunt.

¶ Vnde patet Durandi suppositionem, non a probabilitate, sed a possibilitate alienam esse, loquendo per se: sed ipse loquitur de infusa per accidens, & credit se opponere contra hanc literam, in qua æquiuocat, quia litera loquitur de per se acquisita, & per se infusa, sciens quod ea, quæ sunt per accidens, relinquuntur ab arte. Ad rationem autem Durandi ex dignitate Christi, respondetur quod non eadem est ratio acceptionis scientiæ a rebus, & a Doctore, quoniam res causant scientiam, quasi ut instrumenta Dei, qui fecit illas, ut exemplatas à sua sapientia, iuxta illud Ecclesiastic. primo. Effudit sapientiam super omnia opera sua. Doctor uero licet se habeat vt proponens obiectum, non tamen se habet sic tantum, sed principalius se habet ut proponens conceptiones suas per uoces, quæ sunt signa eorum, quæ sunt in anima, & ordinando, ac subordinando has conceptiones illis, & deducendo has ex illis, vt experimur quotidie, quod indignum erat Christo domino, qui vnus est magister totius generis humani. Et habes hanc responsionem inferius quæstio. duodecima, articu. 3. ad 2.

¶ In eodem articulo quarto, in responsionibus ad secundum & tertium perspicere facile potes, quæ diximus esse vera de intentione Auctoris. Nam in responsionibus his habes tres differentias per se inter habitum infusum, & acquisitum. Prima est secundum causas efficientes, quia infusa à superiori, acquisita ab inferiori. Secunda sequens ad istam, secundum origines, scilicet infusionem, & acquisitionem. Tertia est secundum obiecta, quia acquisita est commensurata, & proportionata phantasmati, quod se habet ad intellectum, vt color ad uisum (ut dicitur in tertio de Anima). infusa autem est superexcedens proportionem phantasmatum. Et hæc est differentia intrinseca, & essentialis, propter quam istæ scientiæ sunt diuersarum rationum. Et quum hæc ultima differentia clarissimè habeatur in litera, mirum est quo modo Scotus ausus est imponere Auctori oppositum. Et debes scire nouitie, quod scientiam esse commensuratam phantasmati, nihil aliud est, quam esse proportionatam, & adæquatam obiecto, ut relucet in phantasmatibus, qualis est scientia humana, & fuit scientia Adæ. Et per oppositum scientiam excedere commensurationem phantasmatum, est illam esse proportionatam obiecto excellentiori, & excellentiori modo, quam sit obiectum phantasiabile. Et hæc inferius clara erunt, quum de utraque scientia tractabitur, & dicetur quod scientia acquisita habet pro obiecto quod quid est abstrahens à singularibus, & non omne quod quid est, sed sensibilium rerum tantum. Et ideo illa scientia non se extendit ad singularia, nec ad substantias separatas, sicut nec nostra scientia ad hæc se extendit. Scientia autem infusa ex suo genere est, sicut angelica scientia, habens quiddi-catem pro obiecto, non abstrahentem, sed concretam singularibus, ita quod extendit se ad essentiam, & omnia illius tunc accidentia, & cætera. ut patuit in primo libro. Et similiter habet pro obiecto quidditatem non solum rerum sensibilium, sed etiam intellectualium, circa actum purum, qui soli sibi ipsi est quidditatiuè notus, & beatis ut sic, ut ibidem monstratum est. Conclude ergo, sicut in communi loquendo, habitus per se infusi, & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsecus, & essentialiter (ut patet de charitate, fide, spe, & uirtutibus intellectualibus, & moralibus) ita in speciali de scientia dicendum est, quod scientia per se infusa, seu ex suo genere, & per se, seu ex suo genere acquisibilis, sunt diuersarum rationum.

¶ Oritur autem ex dictis nonum dubium simpliciter, & ad hominem, cur in Christo asseritur non fuisse scientiam ex suo genere acquisibilem per infusionem, ut fuit in Adam. Et est ratio dubii simpliciter, quia melius est, ut Christus semper habuerit talem scientiam, quam post lapsum temporis: actus enim melior est potentia in bonis, ut dicitur nono Metaphysic. Et confirmatur, quia eadem ratio militat de Adam, & Christo, scilicet quia datus est à Deo uterque Doctor generis humani. Vnde si Adam, quia creatus instructor succedentis generis habuit talem scientiam per infusionem, multò magis Christus, qui datus est in doctorem humani generis, debuit perfectus creari, quo ad animam, ut scilicet perfecta esset scientia acquisibili ex suo genere. Ad hominem uerò, quia licet in litera probetur, in Christo fuisse scientiam acquisitam ex suo genere, non tamen probatur, quod fuit talis scientia in Christo, per talem uiam, scilicet per acquisitionem. Stat enim, quod talis scientia fuerit in Christo, & non per talem uiam, sed per infusionem, ut patet in Adam, in quo fuit scientia acquisita ex suo genere, licet non per acquisitionem, sed per infusionem, non sequitur, intellectum agentem fuisse frustra, ut patet ex dictis. Et eadem ratione non fuisset in Christo intellectus agens frustra, si scientia acquisita ex suo genere, fuisset in ipso per infusionem.

¶ Ad hoc dicitur, quod rationabiliter hæc scientia in Christo ponitur per acquisitionem, & non per infusionem, tum ex parte scientiæ, tum ex parte scientis, tum ex perfectione modi sciendi. Ex parte quidem scientiæ, quia acquisitio est talis scientiæ generatio per se (quoniam ipsa illius naturalis generatio est) infusio autem est talis scientiæ generatio per accidens, accidit enim ex miraculo, quod infundatur: generatio autem per se, præstat generationi per accidens. Ex parte uerò scientis, quia nobilius est quod seipsum mouet, quam quod ab alio mouetur (ut dicitur in octauo Physicorum,) sciens autem per inuentionem seipsum mouet, sciens per infusionem ab extrinseco mouetur: hoc est, reducitur de potentia ad actum. illud ergo est Christo attribuendum. Ex parte autem modi sciendi, quia sicut in Christo fuit scientia beata modo beatorum, & scientia indita modo inditæ, ita debuit esse sciētia acquisita modo acquisitæ, ut nullus modus sciendi cōuenire potens Christo illi defuerit.

¶ Ad obiectionem autem primam dicitur, quod actus melior est potentia, cæteris paribus; in proposito autem cætera non sunt paria, nam esset motus ab alio, ubi nunc ponitur mouere seipsum, & carere connaturali, & per se modo generationis talis scientię, ut patet ex dictis, quæ præponderant illi præuentioni actualis scientiæ. Ad confirmationem dicitur, quod non est similis ratio, quia Adam creatus est, ut principium naturæ humanæ in naturalibus, tam secundum corpus, quam secundum animam, & quia perfecta sunt, secundum naturæ ordinem priora imperfectis (ut duodecimo Metaphysic. Aristot. dicit) ideo Adam sicut secundum corpus creatus est perfectus in quantitate, ita, & secundum animam creatus est perfectus in scientia. Christus autem non est productus ut principium hominum in esse naturæ, nec in naturalibus pro hoc statu, sed ut Doctor mysteriorum Dei, & regni cælestis. In cuius signum productus est secūdum corpus quantitatis imperfectæ, & similiter secundum animam in pura potentia, quo ad scientiam naturaliter acquisibilem. Et sicut creuit ætate, & uere augmentum corporale habuit, ita creuit sapientia: simul enim Euangelista hæc dicit. Nec docuit Mathematicam, aut Astrologiam, & huiusmodi, sed arcanum Trinitatis, & uias, ac secreta regni cælorum.

¶ Ad obiectionem contra literam dicitur, quod licet illa ratio, quod intellectus agens esset frustra, si absolutè sumatur, non concludat utrumque scilicet scientiam talem ex suo genere acquisibilem, & uiam talem, scilicet per acquisitionem (ut instantia de Adā manifestat) contractè tamen sumpta, hoc est in Christo, infert utrumque. Nam in Christo supponitur, nullam esse per accidens productam scientiam, sed omnino in illo scientiam esse cum suo proportionato naturaliter modo, tam in se, quam in sua origine: decet enim Christum perfectionem omnem suæ animæ per se habere, & non per accidens. In Christo igitur in quo omnis suæ animæ conueniens perfectio per se ponenda est, frustra poneretur intellectus agens, si in eo non esset scientia acquisita, & per acquisitionem: quia careret propria principali operatione, scilicet causatione specierum intelligibilium in illo quo debet talem operationem habere, hoc est in Christo uiatore, quem decet scientiam acquisitam habere, & modo humano habere. Vnde in litera ad explicandam plene probationem conclusionis, subiungitur connaturalis cuiusque scientiæ inuentæ in Christo, scilicet quod beata est Deo connaturalis, infusa angelo, acquisita homini. Et est sermo non solum de ipsa scientia, sed de modo habendi ipsam, ut patet in litera, tamquam si diceret, quod quia Christum decet habere humanam scientiam more humano, est secundum animam subiectum, in quo intellectus uterque debet habere propriam operationem more humano. Ac per hoc optimè dictum est, quod frustra, utpotè carens propria operatione principali, quando, & in quo debet esse intellectus agens, nisi causaret scientiam in Christo humanam. Nec obstat instantia de Adæ scientia, quia illum, utpote principium naturæ humanæ, decebat esse ab initio perfectum, & scientia ex suo genere acquisita: quæ absolutæ quidē sortitur infusionem pro generatione per accidens: in tali uero supposito, scilicet primo totius generis humani, sortitur infusionē pro productione quodammodo, quasi per se, pro quanto principia exigūt, q̄ sint perfecta, quoniam perfecta sunt naturaliter priora imperfectis, ut dicitur 12. Metaphys.

argumentatoris processit ex hoc, quod male intellexit ly per gratiam, dictum ab Augustino. Argumentator siquidem pro gratia accepit gratiam habitualem, quæ tamquam accidens est in anima Christi, quæstio. 7. ar. 1. Et propterea deducebat falsum: scilicet quod anima ipsa per gratiam comprehendebat Verbum: cum tamen Diuus Augustinus pro gratia intelligat gratiam unionis personalis. Ac si ipse apertius dicat. Illud quod conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per hoc, quod persona suæ humanitatis est Deus. Quod quidem singulare est in Christo propter gratiam hypostaticæ unionis; qua scilicet Verbum caro factum est. Vt in proposito, secundum eandem sententiam Beati Augustini dicamus. Comprehendere diuinam essentiam cōuenit filio hominis per gratiam, idest ratione suæ personæ, cui scilicet gratuito humanitas sua unita est.

*L. 83. qq. q. 14 i p. n. to. 4.

*q. 2. ar. 2. & q. 6. ar. 6.

*Li. 3. c. 3. & 4.

D. 366.

a. p. qō. 12. art. 7.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdam Augustini de Roma dicentis (ut refertur in Concilio Basileensi sessione 22.) quod anima Christi uidet Deum tam clare & intense, quantum clare, & intense uidet Deus seipsum. Secundo habes quomodo per rationem ostēdas, illam merito damnari ibid. ab eodem Cōcilio post multos errores eiusdē Augustini recitatos dicente. Quas propositiones, & alias ex eadem radice procedentes, tāquam erroneas in fide, damnat, & reprobat hæc sancta Synodus. Anno 1435. Hæc ibi. De hoc Concilio, ubi ualeat, uel non ualeat, uide supra quæstio. 8. articu. 3. appen. De quo te notato etiam dicta in summa Cōciliorum in fine illius Basileēsis quæ sunt hæc Bulla Papæ Nicolai V. qui successit Eugenio IIII. De approbatione gestorum in Concilio Basileensi propter securitatem animarum, & cauenda pericula conscientiarum, confirmat Nicolaus Papa gesta per congregatos in Concilio Basileensi, quod spectat ad censuras, & causas beneficiales. De aliis nihil, nec de approbatione ipsius Concilii. Anno 1449. Pontificatus sui anno tertio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*consumetur.

a

*Est epist. 3. non multū remote a prin. t. a.

t. p. qō. 12. ar. 7.

Hęc

Medina, ar. 1.

SVPER QVAEST. X. ART. I.

Concl. Anima Christi nullo modo comprehendit prope diuinā essentiam.

¶ Prob. Quia anima Christi post unionē remāsit creatura (ut patet ex quæstio. 2. artic. 1. 2.) & impossibile est, quod aliqua creatura comprehēdat diuinam essentiam (ut patet ex 1. q. 12. ar. 7.)

1m ex Isidoro.

*Q. 14.

*Q. 12.

Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. R. Non tamen pariformiter nota. §. Tūc nihil &c. ut de se patet. Si Isidorus ibi intellexisset æqualem notitiā utriusque non dixisset ly sibi soli, sed tantum ly sibi. Nam ly soli, excludit hominem assumptum a consortio prædicati coæqualiter sumpto (ut consideranti patet.) Vult ergo dicere Isidorus; quod in notitia Trinitatis ipsa Trinitas, & homo assumptus habent quandam excellentiam præ omnibus aliis. Quod uero illa excellentia sicuti est utrique communis, ita sit in utroque æqualis, pertinet ad quæstionem seu considerationem alterā: nec de hoc affirmatiue locutus est ibi Isidorus. Vnde trahitur extra intentum suum ab argumento: dum ex eo, quod talis noticia secundum eum est communis utrique, concludit, quod secundum eum est æqualis in utroque.

68

3. d. 24. ar. 2. q. 1. & 2. & ver. q. 20 ar. 4. & 5. c. & quolī. 3. q. 2. ar. 1. c. & opu. 3. c. 23. & 1. Timo. 6. lectio. 3.

*Lib. 3. de sum. bono c. 3.

2m ex Damasceno.

Est unita humanæ naturæ. R. Non tamen comprehensa ab humana natura. §. Tunc nihil &c. ut patet in tex. Ex quo dic, quod argumentum in fauorem cōclusionis articuli uenit per illam eādem uiam, per quam facere credidit ad destructionem eius.

†Li. 3. orth. f. c. 6.

3m de conclusione.

Et ita uidetur, quod anima Christi per gratiam verbum comprehendat. R. Negatur. §. Non enim ex præmissis, sequitur ista propositio falsa: licet illa omnia præmissa sint uera, secundum quod declaratur in textu. Ex quo dic, quod deceptio tota a. gu-

*Li. 1. c. 13. tom. 3.

QVÆSTIO X.

De scientia beata animę Christi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de qualibet prædicta rum scientiarum: sed quia de scientia diuina dictum est in prima parte, restat nunc dicendum de aliis tribus: primo de scientia beata: secundo de scientia indita: tertio, de scientia acquisita. ¶ Sed quia etiam de scientia beata, quæ in Dei uisione consistit, plura dicta sunt in prima parte, * hic illa sola uidentur dicenda, quæ proprie pertinent ad animam Christi.

Circa hoc ergo quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum siue diuinam essentiam.

¶ Secundò, Vtrum in Verbo cognouerit omnia.

¶ Tertiò, Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

¶ Quartò, Vtrum uideat Verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum, siue diuinam naturam.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod anima Christi comprehenderit, uel comprehendat Verbum siue diuinam essentiā. Dicit enim Isidor. * quod Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Igitur homo assumptus communicat cum sancta Trinitate in illa notitia sui, quæ est sanctæ Trinitati propria: huiusmodi autē est notitia comprehensionis. ergo anima Christi comprehendit diuinam essentiā.

¶ 2 Præterea. Magis est uniri Deo secundum esse personale, quam secundum uisionem: sed sicut Damascen. † dicit in tertio libro, tota diuinitas in una personarum est unita humanæ naturæ in Christo. Multo ergo magis tota natura diuina uidetur ab anima Christi, & ita uidetur, quod anima Christi comprehendat diuinam essentiam.

¶ 3 Præter. Illud, quod conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam, ut Augustin. * dicit in primo de Trinit. sed comprehendere diuinam essentiam, competit filio Dei per naturam. ergo filio hominis competit per gratiam: & ita uidetur quod anima Christi per gratiam Verbum comprehendat.

Sed contra est, quod Augustin. dicit in lib. 83. qq. * Quod se comprehendit, finitum est sibi: sed essentia diuina non est finita in comparatione ad animam Christi, cum in infinitum eam excedat. ergo anima Christi non comprehendit Verbū.

Respon. Dicendum, quod sicut ex supra * dictis patet, sic facta est unio naturarum in persona Christi, quod tamen proprietas utriusq; naturæ inconfusa permanserit, ita scilicet quod increatum manserit increatum, & creatum manserit infra limites creaturæ, sicut Damascen. * dicit in tertio libro. Est autem impossibile, quod aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam (sicut in prima parte ostensum † est) eo, quod infinitum non comprehenditur a finito. Et ideo dicendum, quod anima Christi nullo modo comprehendit diuinam essentiam.

Ad primum ergo dicendum, quod homo assumptus * diuinæ Trinitati in sui cognitione, non ratione comprehensionis, sed ratione cuiusdam excellentissimę cognitionis pręcęteris creaturis.

Ad secundum dicendum, quod nec etiam in unione, quæ est secundum esse personale, natura humana comprehendit Dei uerbum, siue naturā diuinam, quæ quamuis tota unita fuerit humanę naturę in una persona filii, non tamen fuit tota uirtus diuinitatis ab humana natura quasi circumscripta. Vnde Augu. * dicit in epis. ad Volusianum, Scire te uolo, nō hoc Christianam habere doctrinam, quod ita Deus infusus sit carni, ut curā gubernandæ uniuersitatis, uel deseruerit, uel amiserit, uel ad illud corpusculum quasi contractam, collectamq; transtulerit. & similiter anima Christi totā Dei essentiā uidet, non tamen eā cōprehendit, quia non totaliter eam uidet. i. nō ita perfectè sicut uisibilis est, ut in 1. parte, * expositum est.

Ad tertium dicendum, quod uerbū illud Aug. est intelligendū de gratia unionis, secundum quam oia, quæ dicuntur de filio Dei, secundum diuinā naturam, dicuntur de filio hominis, propter identitatem suppositi, & secundum hoc verè potest dici quod filius hominis est comprehensor diuinæ essentiæ, non quidem secundum animam, sed secundum diuinam naturam: per quem etiā modum potest dici, quod filius hominis est creator.

Hæc ibi. Vnde patet, quod censura prædicta, quæ damnauit hæresim illius Augustini de Roma, est valida: quoniam authoritate Summi Pontificis censuræ à congregatis illis factæ approbantur, Quapropter, vt uno uerbo dicatur, sciendum per semper: quod illorum, quæ in Concilus Basileensi, & Constantiensi statuta sunt, nihil habet authoritatis robur; nisi dumtaxat ea, quæ in Bulla Nicolai Quinti, aut Martini Quinti, Pontificia authoritate probata fuerunt. Item meritò hæresis illa damnatur a dictis in Additionibus articulorum numero 398. cum Elucidationibus. Vide & eam, cum nonnullis alijs eiusdem erroribus, damnari à Cardinali Turrecremata in summa de Ecclesia, libro primo, capitulo sexagesimooctauo. Item a Beato Augustino secundum quod cum discursu ponitur in argumento contra. Tertio vides: quomodo ex iis bene pensatis, & 3
applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex dictis in prima parte, quæstione duodecima, vbi de Dei compræhensione tractatum est. Compræhendere namque est cognoscere rem, quantum cognoscibilis est, ita quod non possit plus cognosci, quam cognoscitur.

¶ In corpore est unica conclusio responsiua quæsito negatiue. Anima Christi non comprehendit diuinam essentiam. Probatur. Impossibile est, quod aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam ergo impossibile est animam Christi comprehendere diuinam essentiam. Antecedens probatur, quia infinitum non comprehenditur a finito. Consequentia probatur, quia unio naturarum in persona Christi facta est sic, quod salua est utriusque naturæ proprietas, &c.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit, quia diuertere videtur Auctor a uirtute deitatis in personando, ad uirtutē deitatis in operando. Respondendo si quidem Auctor dicit, quod licet tota deitas sit unita humanitati Christi: non tota tamen deitatis virtus est quasi circumscripta, quod de uirtute personatiua directe. & secundum planum literæ contextum intelligitur, quasi dixerit, quod tota quidem deitas est coniuncta in una persona Christi, non tamen comprehensa, quia potest in eadem persona coniungi aliis naturis, ut ex supradictis patet, & sic uirtus personatiua illius non est comprehensa ab humanitate Christi. Allegando autem auctoritatem Augustini ad uirtutem operatiuam digreditur, ad quam spectat cura gubernandi mundum.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor declarat a virtute operatiua non contracta, uirtutem deitatis absolute siue in personando (de qua directe erat dicendū) siue in operando, quæ sub deitatis uirtute cōprehenditur, non esse cōprehensā ab humanitate Christi. Vnde, nulla digressio commissa est, sed a notioribus doctrina tradita est.

S. Bon. 3. s. d. 14. q. 3. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 14. q. 1.
Richar. 3. s. d. 14. q. 3.
Duran. 3. s. d. q. 2.
Mayro. 3. s. d. 14. q. 1.
Bac. 3. s. d. 13. q. 1.
Capr. 3. d. 14. q. 2. con. 1.
Palud. 3. d. 14. q. 1.
Medina ar. 3.

69
3. d. 12. ar. 2. c. 1. & ad 4. ad 2. & 4. Et ueri. q. 8. ar. 4. c. & q. 20. ar. 4. & 5. & quolibe. 3. q. 2. ar. 1. c. & opu. 3. c. 213. & op. 9. q. 81.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima Christi in verbo cognouerit omnia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod anima Christi in uerbo non cognoscat omnia. Dicitur enim Marci 13. de die autem illa nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius nisi Pater. Non ergo omnia scit in uerbo.

¶ 2 Præt. Quanto aliquis perfectius cognoscit aliquod principium, tanto plura in illo principio cognoscit: sed Deus perfectius uidet essentiā suam, quam anima Christi. ergo plura cognoscit in uerbo, quam anima Christi. non ergo anima Christi in verbo cognoscit omnia.

¶ 3 Præt. Quantitas scientiæ attenditur secundum quantitatem scibilium. Si ergo anima Christi sciret in uerbo omnia, quę scit uerbum, sequeretur, quod scientia animæ Christi æquaretur scientiæ diuinæ, creatum uidelicet increato, quod est impossibile.

SED CONTRA est, quod super illud Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est accipere diuinitatem, & sapientiam gl.* dicit, id est omnium cognitionem.

RESP. Dicendum, quod cū quæritur an Christus cognoscat omnia in verbo, ly omnia, potest dupliciter accipi. Vno modo, propriè, ut distribuat pro omnibus, quæ quocumque modo sunt, uel erunt, uel fuerunt, vel facta, uel dicta, vel cogitata a quocumque, secundum quodcumque tēpus. Et sic dicēdum est, quod anima Christi in uerbo cognoscit omnia. Vnusquisque enim intellectus creatus in uerbo cognoscit, non quidem omnia simpliciter, sed tanto plura, quāto perfectius videt uerbum: nulli tamē intellectui beato deest, quin cognoscat in uerbo omnia, quæ ad ipsum spectant. Ad Christum autē, & ad eius dignitatem spectant quodammodo omnia, inquantum ei subiecta sunt omnia. Ipse etiā est omnium iudex constitutus a Deo, quia filius hominis est, ut dicitur Io. 5. Et ideo anima Christi in uerbo cognoscit omnia existentia, secundū quodcumque tempus, & etiam hominū cogitatus, quorum est iudex, ita ut quod de eo dicitur Io. 2. Ipse enim sciebat quid esset in homine, potest intelligi non solum quātum ad sciētiam diuinam, sed quantum ad scientiam animæ eius, quam habet in uerbo. Alio modo, ly omnia, potest accipi magis large, ut extendatur non solum ad omnia, quæ sunt actū secundum quodcumque tempus, sed etiā ad omnia quæcumque sunt in potētia numquā reducenda, uel reducta ad actum. Horum autem quædam sunt in sola potentia diuina, & huiusmodi nō omnia cognoscit in uerbo anima Christi. Hoc enim esset cōprehendere omnia, quę Deus potest facere, quod esset comprehēdere diuinam uirtutem, & per consequens diuinā essentiam. Virtus enim quælibet cognoscitur per cognitionem omnium, in quæ potest. Quædam uero sunt non solum in potentia diuina, sed etiam in potentia creaturę, & huiusmodi omnia scit anima Christi in uerbo. Comprehendit enim in uerbo omnis creaturæ essentiam, & per consequēs potentiā, & uirtutē, & oia quæ sunt in potentia creaturæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud uerbum intellexerunt Arrius & Eunomius, non quantum ad sciētiam animæ, quam in Christo non ponebant (ut supra dictum est*) sed quantum ad diuinam cognitionem filii, quem ponebāt esse minorem Patre, quantum ad scientiam, sed illud stare non

* q. 9. art. 1.

SVPER Q. X. ART. II.

COncl. 1. Anima Christi in Verbo cognoscit omnia existētia secundum quodcumque tempus, & etiam omnium hominum cogitationes.

¶ Prob. Quia ad Christum omnia talia spectant (tum quod omnia subiecta sunt ei, tū quod ipse est omnium iudex): & nulli intellectui beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia, quæ ad ipsum spectant.

¶ Not. Pro huius ultimę propositionis aliqua maiori notitia, vide 2. 2. quæstio. 83. art. 4. ad secundum, ubi ex Beato Gregorio habetur, quod mortuis beatis manifestantur in Verbo illud, quod decet eos cognoscere de iis, quæ hic circa nos aguntur; etiam quantum ad interiores motus cordis, maxime uero orationum mentalium ad eos a nobis directarum. Nam hinc, inde, iuuaberis uicissim: si bene applicanda applicaueris.

*Glo. ibi.

¶ Concl. 2. Non omnia, quæ sunt in sola potentia diuina, quæ nunquam reducentur ad actum, cognoscit in Verbo anima Christi.

¶ Prob. Quia anima Christi si cognosceret in Verbo omnia huiusmodi, comprehenderet diuinam essentiam.

¶ Concl. 3. Omnia quæ sunt in potentia creaturæ, quæ numquā reducentur ad actum, cognoscit in Verbo anima Christi.

¶ Prob. Quia anima Christi comprehendit in verbo essentiam omnis creaturæ.

1[m] de conclusione. Non ergo omnia scit. R. Ad reuelandum hominibus. §. Ex Actu. 1. Tunc nihil &c. Cū hoc enim stat; quod Christus absolutè sciat omnia; de quibus loquitur conclusio prima, & tertia.

¶ Examen. Ly super hoc. Hoc est. De die iudicii. Nomine huius iudicii, prout Actuum auctoritate connotatur, intelliguntur etiam multa alia, puta circumstantia aliquo modo diem ipsam iudicii. Hoc enim habetur ex Concilio Lateranensi sub Leone X. sessio. 11. dicente. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, uel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicii, prędicare, uel asserere nequaquam præsumant, cum ueritas dicat, non esse nostrū nosce tempora uel momēta. Hæc ibi.

Secundum

2m de conclusione secunda. Omnia. ℞. Quæ sunt in sola potentia creatoris, quæ numquam reducentur ad actum. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus articuli. Argumentum autem stat in fauorem conclusionis secundæ, tanquam eius probatio: absque offēsa primæ, & tertiæ, ut considerabit prudens ex tex. In quo per ly non tamen omnia, quæ Deus in seipso cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ, designantur tantum existentia in sola potentia diuina: ut patet per ly in seipso, & per hoc, quod ex prædictis deducitur illatiue, idest cum ly ergo. In prædictis enim de his, quæ potest Deus facere, id est de potentia diuina, non autem de his, quæ potest facere creatura, mentio facta fuerat. vide 1. quæstio. 14. arti. 9. cum Elucid.

Hom. 72. in Mat. c. 2. & Hom. 14. In Mar. idē mouet, c. to. 2. Hom. 30. 1 Mat. 1 ulti. illius hom. no. 2.

3m de antecedente. Secundum quantitatē scibilium. ℞. Et secundum modum cognoscēdi scibilia. §. Hoc est. Secundum claritatem cognitionis. Tūc nihil &c. Quamuis enim scientia animæ Christi, quam &c. ut in tex.

non potest, quia per uerbum Dei facta sunt omnia, ut dicitur Ioan. 1. Et inter alia facta sunt etiam per ipsum omnia tempora. Nihil autem per ipsum factum est, quod ab eo ignoretur. Dicitur ergo nescire diem, & horam iudicii, quia non facit scire: interrogatus enim super hoc ab Apostolis Act. 1. hoc eis noluit reuelare: sicut econtrario legitur Genesis uigesimosecundo. Nūc cognoui, quod timeas Deum, idest, nunc cognoscere te feci. Dicitur autem Pater scire, quia huiusmodi cognitionem tradidit filio. Vnde in hoc ipso, quod dicitur, Nisi Pater, datur intelligi quod Filius cognoscit, & non solum quantum ad diuinam naturam, sed etiam quantum ad humanam: quia ut Chryso.* argumentatur, si Christo homini datum est, ut sciat, qualiter oporteat iudicare quod est maius, multo magis datum est ei scire, quod minus est, s. tēpus iudicii. Origenes tamē † hoc exponit de Christo secundū corpus eius, quod est Ecclesia, quæ hoc tempus ignorat. Quidam autem dicunt hoc esse intelligendum de filio Dei adoptiuo, non de filio naturali.

Ad secundum dicendū, quod Deus i tm̄ perfectius cognoscit suā essentiam, q̄ aia Christi, q eam cōprehendit. & ideo cognoscit omnia non solum, quæ sunt in actu secundum quodcumq; tempus, quæ dicitur cognoscere scientia uisionis: sed etiam omnia quæcumq; ipse facere potest, quæ dr̄ cognoscere per simplicem intelligentiam, ut in 1. habitū est.* Scit ergo anima Christi omnia, quæ Deus in seipso cognoscit p scientiam uisionis: non tamen omnia, quæ Deus in seipso cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ: & ita plura scit Deus in seipso, quam anima Christi.

Ad tertium dicendum, q quantitas scientiæ non solum attenditur secundum numerum scibiliū: sed etiam secundum claritatem cognitionis. Quamuis igitur scientia animæ Christi, quam habet in uerbo, parificetur scientię uisionis, quā Deus habet in seipso, quātum ad numerum scibilium: scientia tamen Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis scientiam animæ Christi, quia lumen increatum diuini intellectus, in infinitum excedit lumen creatum, quodcumque receptum in anima Christi: licet absolutè loquendo, scientia diuina excedat scientiam animæ Christi non solum quantum ad modum cognoscendi: sed etiam quantum ad numerum scibilium, ut dictum est.*

*1. p. q. 14.

*In corpo. ar.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas hæreses duas, scilicet unam Agnoetarum & Ignotarum dicentium; humanitatem uerbi, secundum subsistentiam ei unitam diē ultimum, horamque totius consummationis. Et alteram Arnoldi dicentis: filium Dei assumpsisse humanitatem æqualem diuinitati, ut tantum ualeat, quantum diuinitas. Per quod ostenditur: quod iste arbitrabatur, animam Christi scire omnia coæqualiter diuinitati, cui personaliter unita est. Vnde pro tantò solum hæc Arnoldi positio hic adducitur. Contra igitur primam istarum hæresum est articuli ratio conclusionis primæ, & tertiæ: contra secundam uero est ratio conclusionis secundæ. Secundū habes quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari ab Isa. 63. Dies ultionis in corde meo. Hunc enim ad planum sensum contextus dicitur in persona Christi secundum humanitatem Crucifixæ ut patet legenti cap. illud. Item a dictis Addition. articulorum numero 378. cum Elucid. & 1. q. 75. ar. 7. cū Elucid. Item ab Actu 10. Ipse est, qui constitutus est à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Nam manifestum est quod iudicare quis recte non potest, nisi notitiā habeat de omnibus rebus iudicandis, & de omnibus requisitis ad iudicium, inter quæ computatur dies ad iudicandum præfixa. Cum itaque Christus sit iudex omnium etiam quo ad intimas cogitationes (secūdum scripturas); & eius iudicium fit secundum rei ueritatem, Roma. 2. & Isa. 11. patet, quod per illam Actuum authoritatē importatur, quod Christus secundum humanitatē cognoscit uniuersa, etiam uniuersorum cogitata, & diem, locū, horamq; iudicii. Quod si ultimum illum iudicii diem (ut dixit hæresis) ignoraret: iā sequeretur inconueniens maximum, scilicet, quod ipse dies præcedentes iudicium etiā nesciret. Nam si ultimum tantū diem ignorat, tūc sciet, quod ille solus dies est sibi ignotus. Si uerò sciat omnes dies præcedentem ultimum; tunc necessario cognoscet; q dies immediatè sequēs illos est ultimus: alioquin nō esset certus de hoc, quod nosset omnes dies antecedentes. Si ergo scit pro certo dies omnes præcedentes ultimum: tunc quoque sciet diem proxime sequentem fore ultimum. Sic igitur si præcedentes nouit & ultimum nouit, aut si ultimum nescit, & pręcedentes pariter nescit. Quomodo ergo iudex rectus esse poterit uiuorum & mortuorum, in nouissimo die, secundum scripturas? Cæterum Arnoldus etiam damnatur a dictis ar. 2. in tex. & in append. Tertiò uides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus sumendus est ut sonat: in corpore namque articuli distinguetur.

¶ In corpore sunt tres conclusiones, iuxta tria membra distinctionis, quia distinguitur quot modis potest distribuere ly, omnia. In litera igitur fit talis distinctio bimembris. Ly, omnia potest sumi, uel propriè, & sic distribuit pro omnibus, quæ quandoque actu secundum aliquod tempus, sunt, uel large, & sic distribuit etiam pro his, quæ sunt in potentia numquam reducta ad actum. Et hoc sub distinguitur in duo membra, quia uel in potentia diuina sola, uel non in sola potentia diuina, sed etiam in potentia creaturæ. Ex quibus patet quod ex uniuersa distinctione, & subdistinctione tria tantum membra constituuntur, & sic iuxta membrorum horum numerum tribus conclusionibus respondetur quęsito. Prima est, Anima Christi nouit in Verbo omnia propriè, hoc est quę quandoque in actu sunt, erunt, aut fuerunt. Probatur primo absolute (licet inter intellectus beatos sit differentia) Nulli intellectui beato deest cognoscere in Verbo omnia, quæ ad ipsum spectant, sed ad Christum, & eius dignitatem spectant omnia. ergo anima Christi cognoscit in Verbo omnia. Probatur minor, tum quia omnia Christo subiecta sunt, tum, quia est omnium iudex constitutus a Deo. Probatur secundo, quo ad cogitationes hominum auctoritate Ioan. secundo.

¶ Circa hūc processum dubium occurrit, quoniam propositio dicens, cuilibet Beato conuenire, quod uideat in Verbo omnia spectantia ad se difficultatem patitur. Sequeretur enim ex ipsa coniuncta præcedēti propositioni in litera positæ, scilicet quilibet beatus tanto plura in uerbo cognoscit, quanto perfectius uidet uerbū, quod aliquis Sanctus minus beatus puta, sanctus Antonius, esset magis beatus altero beatiore se, puta sancto Petro, quod implicat contradictoria. Et patet sequela posito quod plura singularia spectent ad sanctum Antonium, quam ad sanctum Petrum, quia multo plures orationes emittuntur ad sanctum Antonium quam sine singularia spectantia ad sanctum Petrum, quem nemo interpellat. Ad hoc dicitur, quod propositio dicens quemlibet beatum uidere in uerbo omnia spectantia ad se, potest dupliciter intelligi, scilicet uel formaliter, uel causaliter. Si formaliter sensus est, quod ipsa uisio uerbi est etiam uisio spectantium ad se. Et sic sumpta propositio intelligitur de spectantibus ad beatum, tunc cum primo fit beatus, & non de spectantibus postea ad ipsum, quoniam hæc per reuelationem habent, ut patet de Angelis, qui spectantia ad ipsos de dispositione populorum sibi commissorum nesciebat ut testatur eorum pugna uiginti, & uno diebus. Dan. 10 cap. Et sic ad obiectionē dicitur, quod impossibile est plura singularia spectare ad minus beatum, tunc, quando primo fit beatus: quoniam ex hoc ipso quod ponitur minus beatus, ponitur quod uisio sua in uerbo ad pauciora se extendat, ut in litera dicitur. Si uero intelligatur, siue formaliter, siue causaliter, sic est sensus, quod quilibet beatus uidet, uel forma-

formaliter vel causaliter in verbo omnia ad se spectantia. Et est indubie verum, quoniam, vel ipsa visio verbi est illorum visio, vel est causa visionis illorum, quod suo tempore innotescant sibi spectantia, ad se: aliter visio illa non substantialiter constitueret beatum: beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundum hoc patet obiectionem cessare, quocumque autem modo intelligatur in proposito, infert intentum literæ, tum quia omnia fuerunt subiecta Christo ab instanti conceptionis suæ, in quo fuit beatus uidendo verbum, & sic in primo sensu processus inuenitur efficax, tum quia in Christo non habet locum noua notitia per reuelationes nouas, vt in aliis beatis, ac per hoc quicquid aliis beatis conuenit ex uisione uerbi formaliter, uel causaliter, Christo conuenit secūdum ipsam visionem uerbi formaliter, & sic habetur intentum.

¶ In eodem processu nota, quod Auctor distinguēdo ly omnia, in omnia quandoque in actu, vel in omnia, siue in actu, siue in potentia, appellauit primam distributionem proprie, & secundam large, ea ratione, quia quæ sunt in potentia non sunt, & sicut excludūtur a numero entium, ita excluduntur a numero omnium. Fecit autem hoc ob dignificandos sermones de Christo, ut scilicet simpliciter loquendo, affirmandū doceret, quod Christus, inquantum homo, nouit omnia.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi non nouit in uerbo omnia, quæ sunt in sola potentia Dei. Probatur ducendo ad impossibile, quia nosce omnia, quæ sunt in sola Dei potentia, est comprehendere omnia, quæ Deus potest facere. ergo est comprehendere diuinam virtutem. ergo est comprehendere diuinam essentiā quod est impossibile. Prima consequentia probatur, quia virtus quælibet comprehenditur per cognitionem omnium in quæ potest.

¶ Vbi nota omnes has propositiones loqui de notitia, seu comprehensione omnium non in seipsis, sed in verbo, ceu in causa. Ex comprehensione enim omnium effectuum in seipsis, non infertur comprehensio causæ altioris ordinis, & præsertim in infinitum excedentis omnia, quæ sunt in potentia sua, qualis est Deus, cum omnia sint entia limitata, ipse autem Deus sit infinitum esse, sed ex cōprehensione omnium possibilium in sua causa, infertur comprehēsio illius virtutis causatiuæ, quæ in proposito est omnipotentia diuina, & consequenter comprehensio essentiæ diuinæ. Nam in tali modo cognoscēdi, cognitio possibilium sequitur naturaliter cognitionem causæ, ac per hoc maior maiorem, & tandem maxima maximam. Maior autem possibilium cognitio haberi non potest in causa, quam, ut omnia comprehendantur in illa, vt patet in cognitione primorum principiorum, quanto enim aliquis perfectius illorum penetrat virtutem, tāto plura in illis, & ex illis cognoscit, adeo ut cum omnia ex illis, & in illis cognoscibilia quis comprehendit, tam perfectè illa nouit, ut perfectius cognosci nequeant: adæquat si quidem tunc cognitio cognoscibilitatem illorum. Et scito, quod materia ista, an sit possibile, creaturam cognoscere omnia in Verbo, & an visio omnium in Verbo sit comprehensio, in arti. 8. quæstio. 12. primi libri discussa est, ubi respōsum est Scoto & aliis, nec repetenda duxi.

¶ Tertia conclusio est: Anima Christi scit in uerbo omnia, quæ sunt in potentia creaturæ. Probatur: Anima Christi comprehendit in uerbo omnis creaturæ essentiam. ergo uirtutem, & potentiam. ergo omnia in quæ potest. Omnia relinquuntur in litera pro constantibus, & uere constant præsupposito antecedente, quod rationabiliter affirmatur de anima Christi, quia tribuendum ei est quicquid potest excellentiæ tribui.

¶ In responsione ad secundum nota primo illud Verbum Animæ Christi scit in verbo omnia, quæ Deus in seipso scit scientia visionis: habebit enim inferius quæstionem non paruam. Nota secundo, quod aliud est dicere, animam Christi scire omnia nota Deo simplici intelligentia, & aliud est dicere, animam Christi scire tantum ea quæ sunt nota Deo scientia uisionis, quoniam hoc secundum dictum aufert ab anima Christi quicquid notum est Deo simplici intelligentia, quod constat esse falsum ex litera, dicente, quod anima Christi nouit multa in potentia, numquam in actu. Vnde patet error Scoti, qui hoc uidetur imponere Auctori in quæstio. 1. 14. distin. 3. Sent.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod quia vnum, & idem est lumen claritatis diuinæ in scientia visionis, & simplicis intelligentiæ, ideo litera non subsumit, quod scientia visionis in Deo est clarior, sed absolute, quod scientia Dei excedit in infinitum ad claritatem cognitionis. Quocirca excessus in infinitum conceditur simpliciter, parificatio autem non simpliciter, sed secundum quid, hoc est quo ad aliquid. hoc est, quo ad numerum scitorum scientia visionis.

¶ In eadem responsione dubium occurrit ex Durando in 3. Sent. distinct. 14. quæst. 1. art. 2. tenente, quod anima Christi, uidet in verbo quicquid uidet uerbum, quo ad quæstionem quid est, & sic scientia animæ Christi æquatur diuinæ scientiæ simplicis intelligentiæ quo ad numerum scitorum, licet non quo ad claritatem cognitionis. Probatque hoc sic. Videns Deum, uidet uisione beata quicquid naturaliter repræsentatur in diuina essentia, ergo uidet quidditates omnium possibilium. Consequentia patet, quia diuina essentia naturaliter repræsentat omnem possibilem quidditatem. Antecedens uero probatur, quia nec ex parte repræsentantis, aut repræsentationis est impedimentum, cum ex naturali necessitate sit huiusmodi repræsentatio, nec ex parte cognoscētis, quia potest in longe, immo infinite maius, scilicet essentiam diuinam. ergo, & in omnia possibilia quidditatiue, quæ in infinitum minus sunt cognoscibilia.

¶ Ad hoc dicitur, quod antecedens est falsum. Et ad illius probationem dicitur, quod impedimentum in promptu est, & apparet ex parte cognoscentis, qui non est capax totius repræsentationis naturalis diuinæ essentiæ, sicut nec comprehensionis illius. Et ad probationem inductam, scilicet potest in longe maius &c. respondetur, quod peccat secundum figuram dictionis, sub posse in maius, & minus, subsumendo posse tali modo, hoc est posse uidere quidditates possibiles in verbo. Nam licet longè, & infinite maius sit uidere Deum, quam uidere omnia alia, longe tamen maius est uidere sic Deum, quod in ipso uiso uideantur omnes quidditates possibiles, quam uidere Deum. Ex hoc iam duxerat Auctor, & tamen ille non erubuit cōcludere ex tali sophistica ratione.

S. Bon 3. s. d. 14 q 3. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 14. q. 2.
Ricbar. 3 s. d 14. q. 3.
Duran. 3. s. d. q 2.
Mairo. 3. s. d. 12 q. 1.
Bacc 3. s. d. 13. q. 1.
70 *Capr. 1. d 43. q 1. ar. 2. con. 9. & 3. d. 14 q. 2. con. 2.*
Medina ar. 3.

1. p. q. 14. a. 12. & 3. di. 14. ar. 2. q. a. 2. ad 1. & q. 4. ad 2. & verit. q. 20. a. 4. c. & ad 1. 2. & 5. & quo. 3. q. 2. ar. 1. & up. 9. q. 81.

*Li. 3. Physic. text. 63. to. 2.

SVPER Q. X. ART. III.

CONCL. 1. Anima Christi actu infinita non scit.

¶ PROB. Quia entia, etiam secundum quodcumque tempus successiue, simul accepta non sunt infinita actu.

¶ CONCL. 2. Anima Christi infinita in potentia scit in Verbo.

¶ PROB. Quia entia in potentia creaturæ existentia sunt infinita (ut patet de cogitationibus possibilibus haberi, de &c.) & anima Christi scit omnia quæ sunt in potentia creaturæ, quæ nunquam reducentur ad actum, art. 2. concl. 3.

¶ NOT. Pro noticia probationum prędictarum uide pri. par. q. 14. ar. 12. ad scientiam animæ Christi applicādo, pro quanto sufficit, iuxta hic dicta articu. 2. ad secundum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum anima Christi in verbo cognouerit infinita.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod anima Christi non possit cognoscere infinita in uerbo. Quod enim infinitum cognoscatur, repugnat diffinitioni infiniti, prout dicitur in 3. Physicor.* quod infinitum est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid extra accipere. Impossibile autem est definitionem a diffinitio separari, quia hoc esset contradictoria esse simul. ergo impossibile est quod anima Christi sciat infinita.

¶ 2 Præt. Infinitorum scientia est infinita: sed scientia animæ Christi non potest esse infinita: est enim capacitas eius finita, cum sit creata. Non ergo anima Christi potest cognoscere infinita.

¶ 3 Præt. Infinito non potest esse aliquid maius: sed plura continentur in scientia diuina, absolutè loquendo, quam in scientia animæ Christi, ut dictum est,* quia anima Christi non cognoscit infinita. *q. præc. ar. 2.

SED CONTRA, Anima Christi cognoscit totam suam potentiam, & omnia in quę potest. Potest autem in emundationem infinitorum peccatorum, secundum 1. Io. 2. Ipse est ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̄is: non aūt pro nostris tm̄, sed & pro totius mundi. ergo aīa Christi cognoscit infinita.

RESPON. Dicendum, quod scientia non est nisi entis, eo quod ens, & uerum conuertuntur. Dupliciter autem dicitur aliquid ens. Vno modo, simpliciter, quod scilicet est ens actu: alio modo, secundum quid, quod scilicet ens in potentia, & quia, ut dicitur in 9. Met.* unumquodque cognoscitur, secundum quod est actu, non autem, secundum quod est in potentia, scientia primo, & principaliter respicit ens actu, secundario autem respicit ens in potentia, quod quidem non secundum seipsum cognoscibile est, sed secundum quod cognoscitur illud, in cuius *Li. 9. Met. tex. 20. c. 3.

ius potentia existit. Quantum igitur ad primũ modum scientiæ, anima Christi non sit infinita, quia non sunt infinita in actu, etiam si accipiantur omnia, quæcumque sunt in actu, secundum quodcumque tempus, eo quod status generationis & corruptionis non durat in infinitum. Vnde est certus numerus, non solum eorum, quæ sunt absque generatione, & corruptione, sed etiam generabilium, & corruptibilium. Quantum uero ad alium modum sciendi anima Christi in Verbo scit infinita, scit enim ut dictum est, omnia, quæ sunt in potentia creaturæ, Vnde cum in potentia creaturæ sint infinita, per hunc modum scit infinita, quasi quadam scientia simplici intelligentię, non autẽ scientia uisionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod infinitum (sicut in prima parte dictum est *) dupliciter dicitur. Vno modo, secundum rationem formæ, & sic dicitur infinitum negatiuè, scilicet id, qđ est forma uel actus non limitatus per materiam, uel subiectum in quo recipiatur, & huiusmodi infinitum, quantum est de se, est maximè cognoscibile, propter perfectionem actus, licet non id sit compræhensibile a potentia finita creaturæ: sic enim dicitur Deus infinitus, & tale infinitum anima Christi cognoscit, licet non compræhendat. Alio modo, dicitur infinitum secundum * rationem materiæ, quod quidem dicitur priuatiuè, ex hoc scilicet, quod non habet formam, quam natum est habere, & per hunc modum dicitur infinitum in quantitate. Tale autem infinitum ex sui ratione est ignotum, quia scilicet est materia cum priuatione formæ (ut dicitur 3. Phys. hominis autem cognitum est per formam, uel actũ. Sic ergo si huiusmodi infinitum cognosci debeat secundum modum ipsius cogniti, impossibile est, quod cognoscatur: est enim modus ipsius vt accipiatur pars eius post partem, ut dicitur in 3. Phys. * Et hoc modo uerũ est, quod eius quantitatem accipientibus, scilicet parte accepta post partem, semper est aliquid extra accipere, sed sicut materialia possunt accipi ab intellectu immaterialiter, & multa unita, ita infinita possunt accipi ab intellectu non per modum infiniti, sed quasi finite, ut sic ea, quæ sunt in seipsis infinita, sint in intellectu cognoscentis finita. Et hoc modo anima Christi scit infinita, inquãtum, scilicet scit ea non discurrendo per singula, sed in aliquo uno, puta, in aliqua creatura, in cuius potentia existunt infinita, & principaliter in ipso uerbo.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid esse infinitum vno modo, quod ẽ alio modo finitũ: sicut si imaginemur in quãtitatibus superficiem, quæ sit secundum longitudinem infinita, secundum latitudinem, autem finita. Sic igitur si essent infiniti homines numero, haberent quidem infinitatem secundum aliquid. f. secundum multitudinem, sm tamen essentiæ rationem haberent finitatem, eo ꝙ omnium essentia esset limitata sub ratione vni⁹ speciei, sed id, quod est simpliciter infinitum secundum essentiæ ratione est Deus vt in 1. parte dictum est.* Proprium autem obiectum intellectus est id ꝙ quid est (dicitur 3.† de anima) ad qđ pertinet ratio speciei. Sic igitur anima Christi propter hoc, quod habet capacitatem finitam, id, quod, est simpliciter infinitum secundum essentiam, s. Deum attingit quidem, sed nõ cõprehendit, ut dictũ est. * Id autem infinitum, quod in creaturis est in potentia, põt comprehendi ab anima Christi, quia comparatur ad ipsam secundum essentię rationem: ex qua parte infinitatem non habet. Nam etiam intellectus noster intelligit vniuersale, puta naturam generis, uel speciei, quod quodãmodo habet infinitatem, inquantum potest de infinitis prædicari.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ id, quod est infinitum omnibus modis, non potest esse nisi vnum. Vnde & Philos. dicit in 1. de Cę. * ꝙ quia corpus est ad omnẽ partem dimẽsio natum, impossibile est esse plura corpora infinita. Si tñ aliquid esset infinitum uno modo tantum, nihil prohiberet esse plura talia infinita: sicut si intelligeremus plures lineas infinitas secundum longitudinem, protractas in aliqua superficie finita secundum latitudinem.

Quia igitur infinitum nõ est substantia quædam, sed accidit rebus, quę dñr infinitæ (ut dr 3. Phys.) sicut infinitum multiplicatur sm diuersa subiecta, ita necesse est, ꝙ proprietas infiniti multiplicetur, ita ꝙ conueniat unicuiq; illorũ, sm illud subiectum. Est autẽ quędã proprietas infiniti, ꝙ infinito non sit aliquid maius. Sic igitur si accipiamus unã lineã infinitã, in illa nõ est aliqd maius infinito. & similiter si accipiamus quãcumq; aliarũ linearũ infinitarum, manifestum est ꝙ vniuscuiusq; earum partes sunt infinitæ, oportet ergo ꝙ oib. illis partib. infinitis non sit aliquid maius in illa linea: tñ in alia linea, & in tertia erũt plures partes ẽt infinitæ præter istas. Et hoc ẽt uidemus in numeris accidere: nam species numerorũ parium sunt infinitæ, & similiter species numerorum imparium, & tamen numeri pares, & impares, sunt plures quam pares. Sic igitur dicendum est, quod infinito simpliciter & quo ad omnia nihil est maius: infinito autem secundum quid determinatum non est aliquid maius in illo ordine: potest tamen accipi aliquid aliud maius extra illum ordinem. Per hunc igitur modũ infinita sunt in potẽtia creaturæ, & tñ plura sunt in potentia Dei, quam in potentia creaturę, & similiter aĩa Christi scit infinita scientia infinita simplicis intelligentię; plura tñ scit Deus sm hũc scientiæ, uel intelligentiæ modũ.

Lib. 3. tex. 37. & 38. to. 2.

1m de maiori.

D. 1225.

Quod infinitum cognoscatur. ℞. Per modum infiniti materialis cogniti. §. Tunc nihil &c. Conclusio enim articuli secunda intelligit, animam Christi scire infinita in alio sensu, scilicet unite, idest in aliquo uno (ut declaratur in tex. fin.) non autem discurrẽdo per singula, quod esset scire infinitum per modum infiniti.

D. 477.

2m de maiori.

Art. præc.

Infinitorum. ℞ Secundum essentiam. §. Non tamen infinita plura secundum essentiam dantur, prima quæstione 7. artic. 2. Tunc nihil &c. Conclusio enim secunda intendit de infinitis in alio sensu, scilicet secũdum multitudinem: ut ex eius probatione habetur. Sic igitur anima Christi ꝑpter hoc, quod &c. ut in tex.

* 1. p. q. 7. ar. 1.

3m de maiori.

Infinito. ℞. Simpliciter idest quo ad omnia. §. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio secunda accipit infinitum in alio sensu, scilicet secũdum quid. Et sic infinito secundum quid determinatũ licet aliquid non sit maius in illo ordine: potest tamen &c. ut in tex. Vbi exponere ly secundum hunc sciẽtiæ modum, idest secundum scientiam simplicis intelligentiæ. 1. quæstio. 14. art. 9. Vult ergo hic textus dicere, quod Deus scit omnia, quæ sunt in potẽtia propria quæ nunquam reducẽtur ad actum, idest ad hoc, quod a seipso fiant actu in rerum natura: & hæc omnia nescit anima Christi, licet reliqua omnia nouerit, artic. secundo.

D. 366.

* Aliàs potentiam.

Lib. 3. tex. 63. to. 2.

* Li. 3. Physic. tex. 63. & 92. to. 2.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem destruas errorem Agnoetarum dicentium, humanitatem verbi multa ignorare. Secundo habes quomodo per rationẽ ostendas, hunc merito damnari à 1. Io. 2. Ipse est &c. ut cum discursu applicatur in argumen. contr. Si enim infinita quorum capax natura creata esse potest, scit Christus secundum humanitatem; multa utique ignorare, dicendus non est. Nec huic obstat: quod nõ omnia, quæ in sola potentia diuina sunt, nouit, artic. 2. quia respectu istorum non potest dici ignorare, licet hæc nesciat. Nã ignorantia differt à nescientia, tamquam priuatio a simplici negatione, in cuius signum in Angelis ponitur nescientia. 1. quæstio. 58. arti. 5. in quibus tamen nullus ponitur defectus ut est priuatio, ꝑ quod ignorantia denotatur, 1. quæstio. 12. art. 4 ad secundum, vt patere potest bene consideranti. Stant igitur simul duo hæc, scilicet quod uerũ sit, animam Christi nescire multa, utpote quorum creatura capax nõ est, vt patet ar. 2. conclusione secunda. Et quod error sit, animam Christi ignorare eadem, uel aliquid cæterorum. Nam si falsum est, quod in intellectu Angeli sit aliquis defectus, ut dicit priuationem, prima quæstione 12. articulo quarto, ad secundum. erit quoq; falsum, quod in intellectu animæ Christi sit aliquis defectus priuationem importans, quoniam Christus non est minoratus ab Angelis secundum notitiam animæ, quæstio. 7. articu. 8. tertium, immò est illis, quo ad hoc, excellentior, quæstiõ. hac articu. sequen. Item meritò condemnatur ex dictis artic. 2. in textu, & appendic. Tertio vides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

* 1. p. q. 6. 7. ar. 2.

D. 752.

† Lib. 3. de anima tex. 26. to. 1.

* ar. 1. huius quæst.

* Li. 1. tex. 2. to. 2.

3

Comm.

A R-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo ponitur distinctio bimembris de modo sciendi. Secundo, respondetur quæsito, iuxta primum modum sciendi unica negatiua conclusione. Tertio, respondetur quæsito, iuxta secundum modum sciendi, una conclusione affirmatiua. Quo ad primum distinctio est, quod dupliciter aliquid est cognoscibile, vel secundum seipsum, ut ens in actu, vel non secundum se, sed secundum illud, in cuius potentia existit, ut ens in potentia. Probatur distinctio. Ens dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, ut: ens in actu, & secundum quid, ut ens in potentia. ergo, & scibile dicitur dupliciter, illud secundum se, hoc secundum quod est in alio. Antecedens patet, & consequentia quo ad primam partem probatur, quia scientia non est nisi entium quod probatur, quia ens; & verum conuertuntur. Quo ad secundum vero: quia vnumquodque cognoscitur, secundum quod est actu, & non secundum quod est in potentia: ex hoc enim sequitur, quod scientia primo tendit ad ens in actu, & secundario ad ens in potentia, hoc est tendit ad ens in actu secundum se, & ad ens in potentia, ut est in alio: hoc enim est secundario cognosci & illud est primo cognosci.

¶ Quo ad secundum conclusio negatiua est, Anima Christi nõ scit infinita in actu, Probatur quia non sunt infinita in actu, sed est certus numerus non solum incorruptibilium, sed etiam generabilium, & corruptibilium. Probatur, quia status generationis, & corruptionis non durat in infinitum.

¶ Occurrit hoc in loco dubium ad hominem, quo pacto stet doctrina hæc cum antedicta. Dictum quippe in præcedenti articulo est animam Christi scire, quæcumque scit Deus scientia visionis, & in 1.p.quæst.14.art.12. Auctor determinat Deum scientia visionis cognoscere infinita, & reprehendit ac confutat rationem hic allatam de finito statu generationis, & corruptionis. Vnde videtur Auctor hic oblitus doctrinæ, & ponere contraria, dum dicit animam Christi nescire infinita in actu, negat infinita actu secũdum quodcumque tempus, & ex alia parte dicit animam Christi scire omnia, quæ scit Deus scientia visionis, & dicit illa esse infinita in actu si sumantur omnia, quæ sunt, erunt, & fuerunt in actu quia cogitationes, & affectiones creaturarum rationabilium, quæ perpetuæ sunt, in infinitum multiplicabuntur.

¶ Ad hoc dicitur, quod utrumque dictum est uerum diuersimode intellectum. Nam dictum hoc in loco verificatur de simpliciter entibus in actu (quæ sunt solæ substantiæ) quæ sunt actu quandoque, quæ constat esse finita, secundum fidei sententiam decernentis mundum incœpisse, & generatione desiturũ. In prima autem parte, sermo de simpliciter, uel secundũ quid entibus in actu quandoque est, quæ etiam patet esse infinita, quia in infinitum actus intellectus multiplicabuntur, etsi non in tẽpore hoc continuo, in tempore tamen discreto. Et quod hæc sit Auctoris mens, patet ex tribus. Primo, quia ab ente incipit corpus articuli, & ad ens simpliciter deuenit, distinguendo illud contra ens secundum quid, quod dicitur, & de ente in potentia, & de accidentibus, sed solum ens in potentia explicauit, quia soluens in potentia erat ad distinctionem modi cognoscendi necessarium. Secundo, quia ex statu generationis, & corruptionis probat, qui non comprehendit accidentia vniuersaliter, sed omnes substantias, & quædam tantum accidẽtia ut patet de actibus nouis futuris post iudicium. Tertio, quia in articulo præcedenti expresse ad omnia existentia secũdum quodcumque tempus adiungit etiam hominum cogitatus infinitos per hoc, quod per existentia secundum quodcumque tempus intelligit hic ea sola, quæ simpliciter existunt, quæ sunt solæ substantiæ. Est igitur doctrina Auctoris, quod omnia cognita scientia visionis, possunt dici, & infinita, & finita. Finita quidem, si ly omnia distribuit pro entibus simpliciter, infinita uero, si ly omnia distribuit tam pro entibus, quam accidẽtibus entium. Et propterea vtrumque est uerum, scilicet quod scientia uisionis animæ Christi est infinitorum, & quod non est infinitorum. Quo ad tertium, secunda conclusio responsiua affirmatiue est. Anima Christi scit in Verbo infinita in potentia. Probatur primo. In potentia creaturæ sunt infinita. Probatur consequentia, quia scit omnia, quæ sunt in potentia creaturæ. Declaratur secundo modus illius scientiæ, & dicitur quod est ad modum simplicis intelligentiæ, & non per modũ scientiæ uisionis. Omnia ex supradictis clara sunt.

¶ In responsione ad primum uide Nouitie, quod infinitum quãtitatiue, accipiendo partem post partem in actu, sicut est impertrãsibile tam realiter, quàm secundum designationem, ita est impertrãsibile secundum cognitionem. Et ideo dicitur, quod ut sic est ignotum, & implicat, quod pertranseundo cognoscatur.

¶ In responsione ad secundum nota, quod respõsio consistit in hac distinctione. Infiniti secundum essentiam scientia comprehensiua est infinita. infiniti autem aliter finiti tamen secundum essentiam, scientia comprehensiua non est infinita, quia scientia est finita, uel infinita ex finitate, uel infinitate proprii obiecti, & non ex alia finitate, uel infinitate. Proprium autem obiectum intellectus est, quod quid est, & ideo si qđ qđ est: hoc est essentia, est infinita, scientia comprehensiua est infinita, & si quod quid est, seu essentia est finita, scientia est finita. Vnde cum infinita scita ab anima Christi sint infinita secundum essentiam, licet infinita secundum multitudinem, non inferunt scientiã aiæ Christi esse infinitã.

¶ In hac responsione dubium occurrit ex Adam in 3. Sent. probare conante, quod intellectus creatus non potest simul uidere infinita, ita quod distinctè cognoscat quodlibet eorum, eo quod sequeretur, quod uisio illa esset infinitæ perfectionis in genere cognitionis, quia æquipolleret infinitis cognitionibus etiam specie distinctis, quæ ad infinita illa terminari possent: & quia non plus potest creatura simul uidere, quam Deus possit simul facere, & quia sequeretur, quod esset odium infiniti demeriti, puta si quis uellet ex odio Dei occidere infinitos homines uisos simul: uel charitas infiniti meriti, puta si quis ex charitate illos infinitos diligeret.

¶ Sed ex hac litera primum argumentum (quod extra propriam materiam non uagatur) facile soluitur, dicendo quod uisio non est infinita, nisi essentia comprehensa sit infinita essentialiter. Et quia arguens apponit ly, in genere cognitionis, idem ne in æquiuoco disputetur, distingue, quod si per hoc intendit, quod sit cognitio infinita simpliciter, patet responsio ex litera hac, quod scilicet consequentia nihil ualet. Nec ex eo quod una cognitio æquipollet infinitis in aliquo certo genere, sequitur, quod sit infinita simpliciter, sed satis est quod sit altioris ordinis: vnũ si quidem indiuiduum superioris ordinis, excedit infinita inferioris ordinis, & una species altioris ordinis excedit perfectionem infinitarum specierum inferioris ordinis: sol enim est perfectior omnibus generabilibus, & corruptibilibus, etiam si mundus æternus esset. Vnde uisio animæ Christi, qua uidet uerbum, & in illo infinita, non solum æquipollet, sed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita, & tñ nõ est infinita simpliciter. Nec illæ cognitiones essent infinitæ perfectionis simpliciter, etiam ut cognitiones, quia infinitas simpliciter cognitionis (ut in hac habes litera) numquam habetur nisi essentia infinita essentialiter comprehendatur, quod constat non inueniri in infinitis cognitionibus infinitorum specie distinctorum creatorum, uel creabilium: quoniam, & singula, & omnia simul habent essentias finitas essentialiter, ut patet, si fingas infinitas species animalis, omnes enim simul ad animalis genus essentias limitatas haberent. Simile est enim de tota latitudine possibilium, quoniam omnia simul non essent actus purus, sed infra latitudinem haberent potentiam admistam. Si autem intendit quod sit cognitio infinita secundum quid, cum infinitas secundum quid non repugnet creaturæ, nihil omnino probatur.

¶ Ad secundum autem ex extraneis, s. ex potentia Dei, neganda est maior, quia modus intelligendi ecõtrario se habet ad modum, quo res in esse ponuntur. nam in intellectu adunantur diuisa, ad extra uero prodeuntia diuiduntur, quæ in causa erant non solum simul: sed unum. Et hinc fit, quod uideri simul non repugnat infinitis, produci autem simul repugnat eis.

¶ Ad tertium de merito, & demerito, respondetur quod neutrũ sequitur infinitum, nisi secundum quid, & non simpliciter. Magnitudo si quidem simpliciter tam meriti, quam demeriti, nõ ex multitudine obiectorum, sed ex quantitate essentiali iam pensatur.

¶ In responsione ad tertium eiusdem tertii articuli, perspice q̃ tota uis responsionis consistit in hoc, quod proprietates infiniti, in quocumque ponatur infinitas, arctãtur ad subiectum infinitatis, puta, proprietates infiniti positi in linea arctantur ad lineam, & positi in superficie arctantur ad superficiem, & positi in numeris paribus arctantur ad numerum parem, & positi in motibus Saturni, arctantur ad circulationes Saturni, & sic de aliis. Nec hoc dicitur voluntarie, sed cum sufficienti ratione: quia scilicet infinitum non est substantia, sed accidens, constat autem accidens non excedere suum subiectũ, sed arctari ad illud, & si accidẽs arctaĩ ad subiectũ, multo magis ꝓprietates comitãtes accñtis naturã, arctãĩ ad idẽ subiectũ, ut patet inductiuè. Et hãc rõnẽ ꝑspicaciter serua, qm̃ ex illa elucescẽt solões multarũ qq. & q̃ nõ icõuenit unũ ĩfinitũ eẽ maiꝰ alio.

SVPER Q. X. ART. IIII.

71 Sup. q. 9. art. 2. ca. & infr. q. 13. a. 5. ad 11.

COREL. Anima Christi præ ceteris creaturis perfectius uidet primam ueritatem, quæ est Dei essentia.

¶ Nov. Licet respõsio in cõclusione sit de essentia diuina, cum interrogatio in titulo fuerit de persona, scilicet de

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Christi uideat Verbũ, siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi non perfectius uideat uerbũ quam qualibet alia creatura. Perfectio enim cognitionis est secundum medium cognoscendi: sicut perfectior est cognitio quæ habetur per medium syllogismi demonstrati-

de uerbo: tamen responsio ipsa interrogationi prædictæ re uera quadrat. Diuinæ enim personæ, & essentia sua, sunt penitus idem realiter. 1. quæst. 28. ar. 2. & quæst. 29. ar. 2. & quæst. 30. ar. 1. Videre ergo diuinam essentiam est idem realiter, quod est uidere uerbum, seu alias personas: & vice versa idem realiter est uidere personam aliquam diuinā siue omnes, quod est videre essentiam ipsam.

¶ Prob. Quia anima Christi, unione personali hoc faciente, recipit plenius influentiā diuini luminis, quam quælibet alia creatura (ut patet): & secundū diuini luminis participationem uidetur diuina essentia. 1. quæst. 12. art. 6.

*p. p. q. 12. ar. 2.

1^m de maiori.

*Cap. 4. a medio ill.

Perfectio cognitionis. ℞. Ex parte cogniti considerata. §. Tunc nihil &cæt. Nam, quod in anima Christi sit maior pfectio cognitionis de diuina essentia, non prouenit ex parte cogniti, quasi quod diuina essentia, secundum diuersitatem medii cognoscendi uideatur plus, & minus: sed procedit ex parte cognoscētis, quia scilicet cognoscens abūdantiori lumine fertur in uisionem eius.

2^m maior. Perfectio uisionis non excedit potentiam visiuam. ℞. Si assignetur potentia visioni correspondens. §. Hoc est. Si vtraque scilicet potentia, & visio accipiantur secundum eundem ordinem. Tunc nihil &c. Nam argumentum loquitur in minori de potentia naturali intellectus animæ Christi, & tamen potentia ipsa intellectiua, ut naturalis, nō correspondet uisioni diuinæ essentiæ, id est non attenditur secundū eūdem ordinem, secundū quem fit illa uisio. Non enim sm ordinē naturæ fit uisio ipsa, sed secū dum ordinem gratiæ:

D. 426.

m, quā quę habetur per medium syllogismi dialectici: sed omnes beati vident verbum immediate per ipsā diuinam essentiam, vt in 1. parte dictum est.* Ergo anima Christi non perfectius uidet uerbum, quā quęlibet alia creatura.

¶ 2 Præt. Perfectio uisionis non excedit potentiam uisiuam: sed potētia rationis animę, qualis est anima Christi, est infra potentiam intellectiuam angeli, ut patet per Dionys.* 4. c. Cęl. Hier. Ergo aīa Christi nō perfectius uidet uerbū quam angeli.

¶ 3 Pręt. Deus in infinitum perfectius uidet uerbū suum, quam anima. Sunt ergo infiniti gradus medii possibiles, inter modum, quo Deus uidet uerbum suum, & inter modum, quo anima Christi uidet uerbum ipsum. Ergo non est asserendum, quod anima Christi perfectius uideat uerbum, uel essentiam diuinam, quam quęlibet alia creatura.

Sed contra est, quod Apostol. dicit ad Eph. 1. quod Deus constituit Christum ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sęculo, sed etiam in futuro: sed in illa cœlesti gloria tanto aliquis est superior, quanto perfectius cognoscit Deum. ergo anima Christi perfectius uidet Deum, quam quæuis alia creatura.

Resp. Dicendum, quod uisio diuinæ essentiæ conuenit omnibus beatis, secundum participationem luminis deriuati in eos a fonte verbi Dei, secundum illud Eccles. 1. Fons sapiētiæ, uerbū Dei in excelsis. Huic autē uerbo Dei propinquius coniungitur aīa Christi, quæ est unita uerbo in persona, quam quæuis alia creatura, & ideo plenius recipit influentiam luminis, in quo Deus uidetur ab ipso uerbo, quam quęcumq; alia creatura, & ideo prę cęteris creaturis perfectius uidet ipsam primam ueritatem, quę est Dei essentia. Vnde dicitur Io. 1. Vidimus gloriā eius, quasi Vnigeniti a Patre, plenum nō solum gratię, sed etiam ueritatis.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ perfectio cognitionis, quantum est ex parte cogniti, attenditur secūdum medium: sed quantum est ex parte cognoscentis, attenditur secūdum potentiam, uel habitum, & inde est, quod etiam inter homines per unum medium, unus perfectius cognoscit aliquam conclusionem, quam alius. Et per hunc modum, anima Christi, quę abundantiori repletur lumine, perfectius cognoscit diuinam essentiam, quam alii beati: licet omnes ipsam Dei essentiam uideant per seipsam.

Ad secundum dicendum, quod uisio diuinę excedit naturalem potentiam cuiuslibet creaturę, ut in prima parte* dictum est. Et ideo gradus in ipso attenduntur magis secundum ordinem gratię, in quo Christus est excellentissimus, quam secundum ordinem naturę, secundum quem natura angelica prefertur humanę.

Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictum est,* de gratia, ꝙ non potest esse maior gratia, quam gratia Christi, per respectum ad unionem uerbi, idem etiam dicendū est, & de perfectione diuinæ uisionis, licet absolutè cōsiderando, possit esse aliquis gradus sublimior secundum infinitatem diuinæ potentię.

QVAE-

3^m illatio conclusionis secundæ. Ergo non est asserendum &cęt. ℞. Negatur illatio. §. Stant enim hæc omnia simul, & ꝙ anima Christi perfectius qualibet alia creatura uideat uerbum: & quod Deus in infinitum perfectius uideat uerbum quam anima, & quod sint infiniti gradus medii possibiles inter modum, quo Deus uidet verbum ac inter modū, quo anima uidet ipsū. Possibiles, inquam secūdū infinitatem diuinæ potentiæ absolute consideratam: non autē cōsideratam per respectū ad unionem uerbi personalem. Nam sicut nō potest esse maior gratia, quam &c. ut in tex. Pro cuius clariori captu uide q. 7. ar. 12. maxime totam respon. ad 2. Ex quib. omnib. consideratis colliges intelligentiam cōclusionis articuli expressiorem, scilicet ꝙ ipsa conclusio intelligitur de aīę Christi uisione respectu creaturarum quarumcūque non solum qnq; actualiter creatarū uel creādarū, sed ēt creabilium: licet numquā actu producendarum. Sic intelligas in illa cōclusione ly pręcęteris creaturis. Anima ergo Christi omnibus his uidet Deum perfectius: quia nec per diuinæ potentiæ infinitatem attendendo tamen præcise respectū ad unionē personalem ipsius animæ cū verbo, potest vnquam esse maior perfectio uidendi Deum in creatura, quā

*p. p. q. 12. ar. 4.

*q. 7. ar. 12

& ideo pro exercenda uisione illa non debet assignari potentia intellectiua, ut naturalis (quod facit argumentum) sed vt gloriosa: Nam uisio diuinæ essentiæ excedit & c. ut in tex. Pro quo uide 1. quæst. 12. ar. 4.

¶ Not. Licet gloriam, i. visionem diuinę essentiæ, Angeli sint consecuti secundum quantitatem suorum naturalium. 1. q. 62. ar. 6. Propter hoc tamen non fit, ꝙ uisio ipsa attendatur formaliter secundum ordinem naturæ ut naturæ (quod in tex. negatur) & ꝙ non attendatur secūdum ordinem gratiæ, ut sic (quod in tex. affirmatur). Item licet angelica natura, secundum ordinē naturæ, præferatur humanæ (ut hic dicitur), & consecuta sit gratiam secundū quantitatem naturalium. 1. q. 62. ar. 6. tamen ob hoc non præfertur humanæ, secundum ordinem gratiæ. In cuius euidens signum est: quod aliquis purus homo est beatior aliquibus angelis (ut Apostoli) uel omnibus (ut B. Virgo): stante nihilominus ueritate hac, scilicet quod natura eorumdem angelorum est maior, quam naturam eorumdem hominum, uidelicet Apostolorum, & Beatæ Virginis. Quod si Angeli secundum ordinem gratiæ præferrentur hominibus, tunc nullus homo posset esse beatior aliquo angelo uel minimo: sicut, quia secundum ordinem naturæ præferuntur homini, ideo nullus quantumcumque supremus homo est excellentior secundum ordinem naturæ angelo quantumcumque in cœlis minimo. Vide hic in textu utrumque prædictorum verum: dum affirmat, & Christum secundum ordinem gratiæ esse excellentissimum omnium Angelorum, & secundum ordinem naturæ Angelos præferri.

sit in anima Christi. Benè pondera, huc applicando, locum citatū, scilicet respon. ad secundum, quæstio. 7. articu. 12. & 1. par. quæstio. 25. ar. 6. ad quartum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem interimas & quidem a fortiori, hęresis Origenis dicentis, quod filius Dei non potest uidere patrem. Et quod Spiritussanctus, nec uidet illum. Verba autem Origenis in libris Periarchon (Epiphanio referente) sunt hæc. Sicut incongruum est dicere, ꝙ possit filius uidere patrem: sic inconsequens est opinari, quod Spiritussanctus possit uidere filium. Articulus enim pręsens per hoc, quod demonstrat, animam filii Dei incarnati posse, immo & de facto, videre diuinam essentiam, commonstrare necessariū intelligitur: quod multo magis filius Dei, ut filius Dei, potest uidere illam, & ideo patrem; quoniam pater est realiter idem cum essentia diuina (vt suprà not. ante ad primum.) Nam si secundum humanitatem uidet essentiam diuinam: utique magis, immo & in infinitum magis, secundum diuinitatem uidet illam. Rursus. Si per articulum demonstratur, quod anima Christi potest videre patrem (ut di-

(vt dictum eſt) : utique eodem articulo cōmonſtratum fuiſſe intelligitur, quod multo magis Spiritusſanctus poteſt videre filium. Nam Spiritumſanctum eſſe Deum, & conſequenter infinities ani ma Chriſti maiorem, conſtat : & filium quoque realiter idem eſſe cum eſſentia diuina (ut patet ex not. ante argumenta.) Secun
a do habes, quomodo per rationem oſtendas, has merito damnari à Matth. vndecimo. Nemo nouit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit, niſi filius. Patet enim hic, & ad literam, quod filius uidet patrem; & ad ſenſum, quod Spiritusſanctus uidet filium. Ad ſenſum, inquam, literæ : quia dictio excluſiua, qualis eſt ly niſi, a conſortio prædicati eſſentialis de una perſona non excludit alias perſonas diuinas propter eſſentiæ vnitatem, 1. quæſt. 31. artic. 4. ad primum, & ſecundum. Immo tunc concludi quidem illæ ſupponuntur, & excludi aliquid creatorum. Vnde per ly nemo nouit filium niſi pater, non ſignificatur, quod filius non agnoſcat ſeipſum, aut quod Spiritusſanctus non agnoſcat filium, ſed quod nulla creatura ex ſe nouit filium. Similiter per ly nemo nouit patrem, niſi filius, non denotatur, quod pater non agnoſcat ſeipſum, aut quod Spiritusſanctus non agnoſcat patrem: ſed quod nulla creatura vi ſua cognoſcit patrem. Iuuat ad hoc uidere, 1. quæſtione 36. artic. 2. maxime ad ſecundum, in fin. Item meritò damnari a dictis in 1. quæſt. 42. ar. 6. cum Elucidat. Item per hoc, quod damnatur author illarum a Concilio quinto Conſtantinopol. actione 8. cap. 11. Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Neſtorium, Eutychem, & Origenem, cum impiis eorum ſcriptis, & omnes alios hæreticos, &cæt. talis anathema ſit. Hec ibi. Item à Concilio Lateranenſi ſub Martino Primo Canone 17. Si quis ſecundum ſanctos Patres conſonanter nobiſcum eadem credens non reſpuit, & ana- thema-
thematizat anima, & ore omnes; quos reſpuit, & anathematizat nefandiſſimos hæreticos, cum omnibus impiis eorum ſcriptis, uſque ad unum apicem, ſancta Dei catholica Eccleſia; Sabellium, Arrium, Macedonium, Eunomium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioſcorum, Timotheum, Elurum, Seuerum, Theodoſium, Cholutum, Themiſtium, Paulum Samoſatenum, Chodorum, Theodorum, Neſtorium, Periam, Origenem, Didymum, Euagrium, & omnes alios hæreticos, qui &cæt. Et infra. Anathematizamus & eos, qui nobiſcum conſonanter non reſpuunt, & anathematizant prædictos hæreticos, eorumque ſcripta. Hæc ibi. Item in Concilio ſexto Conſtantinopolitano actione undecima. Vbi in ultimis Epiſtolæ Sophronii Patriarchæ Hieroſolymorum (quę poſtea actione decimatertia, à tota Synodo approbatur) recenſentur plurimi hæretici, à Simone Mago vſque ad illud tempus, qui perperam de myſterio Trinitatis ſunt locuti. Recenſentur inter cæteros, & Origenes, & eius diſcipuli, ſcilicet Didimus, & Euagrius. Item in Papa Gelaſio, in libro Decretorum diſtinctione decimaquinta, capitu. Sancta Romana. Origenis nonnulla opuſcula, quæ uir Bexius Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus: reliqua autem omnia, cum authore ſuo, dicimus eſſe renuenda. Hæc ibi. Et infra. Origenis ſciſmatici. Et infra. Liber, qui appellatur de pœnitentia Origenis Apocryphus. Et infra. Hæc, & his ſimilia, ab omni Romana Eccleſia eliminata, atque cum ſuis authoribus, authorumque ſequacibus, ſub anathematis indiſſolubili uinculo in æternum confitemur eſſe damnata. Hæc ibi. Tertiò uides: quomodo ex iis bene penſatis, & b
applicatis, doctrina præſens Angelica uiciſſim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli eſt una concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuo. Anima Chriſti præ cæteris creaturis perfectius uidet diuinam eſſentiam. Probatur, uiſio diuinæ eſſentiæ conuenit omnibus beatis ſecundum participationem diuini luminis, deriuati in eos a fonte diuini Verbi: ſed anima Chriſti coniungitur propinquius verbo Dei, & plenius recipit influxum luminis, in quo Deus videtur. ergo. Maior probatur Eccleſiaſt. 1. Minor quo ad primam partem, quia coniungitur in perſona: quo ad ſecundam, quia tamquam Vnigenitus eſt plenus ueritatis. Io. 1.

¶ In reſponſione ad ſecundum, nota expoſitionem Maioris propoſitionis aſſumptæ in corpore articuli, in qua dictum eſt, quod uiſio Dei attenditur ſecundum participationem diuini luminis, explanatur ſiquidem hic, quod uiſio Dei attenditur, & ſecundum uirtutē naturæ uidentis, & ſecundum lumen gloriæ, ſed magis ſecundum lumen gloriæ, quod ſpectat ad ordinem gratiæ, & ideo Chriſti anima perfectius uidet, quam angeli, præſtātes uirtute intellectus naturalis: dicendo ſiquidem, quod magis attenduntur gradus uiſionis ſecundum ordinem gratiæ, quam ſecundum ordinem naturę, ſufficienter explicauit, quod ſecundum vtrumque ordinem attenditur. Et hoc bene notabis, quia hic habes, quod pari exiſtente lumine gloriæ in homine, & angelo, perfectius uidet Deum angelus, quam homo, & merito, quia viſus acutior melius uidet, quā uiſus minus acutus, cæteris paribus. Et ex hoc ulterius ſequitur quod ſi uerbum Dei aſſumpſiſſet in unitatem perſonalem angelicam aliquam naturam, cum lumine gloriæ æquali illi, quod anima Chriſti de facto habet, angelus ille perfectius uideret diuinam eſſentiam quam modo uideat anima Chriſti.

¶ In reſponſione ad tertium circa illa uerba, licet abſolutè cōſiderando poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ, dubium occurrit, quonam pacto ſtat cum ſupradictis, quod gratia animæ Chriſti eſt in ſummo ſimpliciter, ita quod non eſt dabilis maior gratia habitualis illa, quia eſt in ſummo. Simile ſiquidem iudicium eſt de lumine gloriæ, quod eſt ipſa gratia conſummata formaliter, uel cauſaliter. Si enim lumen gloriæ eſt in anima Chriſti in ſummo, impoſſibile eſt ſecundum quamcumque potentiam inueniri gradum ſublimiorem: ſicut non poteſt inueniri ſublimior gradus caloris, quam ſit calor in ſummo: eſſet enim implicare contradictoria ſimul, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, quod cum in litera non dicatur, quod poſſet eſſe ſublimior gradus luminis gloriæ, nec uiſionis diuinę, ſed ſublimior gradus ſine additione aliqua, nullam habet litera difficultatem, cum de facto multi ſint gradus perfectiores gradu diuinæ uiſionis, ſcilicet gradus ſubſtantiæ, cum quælibet ſubſtantia ſit ſublimior ſimpliciter, quolibet accidente. Sed hæc reſponſio diſſonat a litera, quæ gradum ſublimiorem poſſibilem dicit ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ: per hoc namque manifeſte ſignificauit, quod de ſublimiori, de potentia non ordinaria, ſed de po- tentia
tentia abſolute loquitur. Et contextus ipſe planè intellectus ſonat, quod loquitur de ſublimiori gradu diuinæ uiſionis de cuius altitudine tractatur. Vnde, & propter ſenſum plani contextus, & propter attributum ſublimiorem gradum infinitati diuinæ potentiæ, aliter reſpondetur, dicendo quod litera loquitur de ſublimiori gradu diuinæ uiſionis, uerum quia diuina uiſio graduatur, vel ex parte luminis gloriæ, uel ex parte naturæ intellectiuę, diuerſimode aſſignatur ſublimior gradus diuinæ uiſionis. Primo namque ſublimatur diuina uiſio ex lumine gloriæ ſublimioris ſpeciei, ita quod lumen gloriæ ponatur genus ad ſpeciem unam luminis gloriæ inuenti de facto in Chriſto, & in aliis beatis, & aliam, uel alias ſpecies luminis gloriæ poſſibiles fieri. Sed hæc poſitio diuinat, nec habet unde formalem, ſeu ſpecificam differentiam inter lumina gloriæ oſtendat, cum ſit unum obiectum formale abſque medio, nec uarietur ſpecie ex receptiuis, ut patet ex hoc, quod eiuſdem ſpeciei eſt in angelis, & hominibus. Secundo itaque ſublimatur diuinæ uiſionis gradus ex augmento in infinitum luminis gloriæ, ita quod a formis terminabilibus ad ſummum excipitur lumen gloriæ, quod eſt tale, quod quocumque lumine gloriæ poſito, adhuc poteſt poni maius. Et in Chriſto eſt lumen gloriæ in ſummo, ſecundum Dei potentiam ordinatam, non ſecundum Dei potentiam abſolutę; ſecundum quam poteſt quocumque poſito, ſemper poni maius. Et eſt ratio exceptionis ſingularis, quia ſolum lumen gloriæ eſt qualitas propria cæleſtis patriæ. Reliquæ namque qualitates ſupernaturales, aut ſunt uiæ, ut fides, aut ſunt communes uiæ, & patriæ, ut charitas. Sed huic poſitioni obſtat, quia ſecundum hoc maiori lumini gloriæ non reſponderet maior charitas in patria, ac per hoc non quanto aliquis perfectius uideret Deum, tanto maiorem charitatem haberet, quia charitas ponitur in ſummo ſimpliciter in Chriſto, & ſic lumen gloriæ poſſet poni maius, & charitas non poſſet poni maior.

¶ Relinquitur igitur, quod alio modo, ſublimior gradus diuinæ uiſionis intelligatur poſſibilis, ſcilicet ex parte naturę intellectiuę, quia ſcilicet ſi ad ęquale lumen glorię angelus aſſumeretur a uerbo Dei in unitatem perſonę, angelus ille perfectius uideret Deum, quam anima Chriſti, & eſſet ſublimior uiſionis diuinę gradus non ex ſublimiori lumine, aut gradu luminis, ſed ex ſublimiore intellectu illuminato ęqualiter. Et rurſus ſi Deus aſſumeret ſublimiorem angelum in unitatem perſonæ cum ęquali lumine glorię, perfectius iſte uideret Deum quam Chriſtus, & prior angelus, & iterum ſi alium ſublimiorem, & ſic deinceps aſſumeret cum ęquali lumine ſemper ſublimior perfectius uideret. Et ſic ſecundum infinitatem diuinę potentię infiniti gradus uiſionis diuinæ mediant inter perfectiſſimam uiſionem animę Chriſti, & uiſionem, qua Deus ſeipſum uidet. Et quia hęc reſponſio ab ante dictis non diſſonat, & clara eſt abſque ambiguitatibus, ideo amplectenda eſt.

Medina

Medina, ar. 3.

SVPER Q. XI
ART. I.

CONCL. 1. Per scientiam inditam, siue infusam anima Christi cognouit, & quæcumque ab homine per uirtutem luminis intellectus agentis cognosci possunt; & omnia illa, quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt.

¶ PROB. Quia, si anima Christi per scientiam infusam non sciret omnia ista, tunc sua potentialitas passiua tã naturalis, quàm obedientialis non fuisset perfecta (cum talis potentialitas perficiatur per hoc, quod reducitur ad actum): Et hoc scilicet potentialitatem animæ Christi non esse sic perfectam fuisset inconueniens (ut patet ex supra.)

¶ CONCL. 2. Prædicta, in prima conclusione, omnia per talem scientiam anima Christi cognouit abundantius præceteris, & plenius: diuinam tamen es-
72 sentiam per hanc scientiam non cognouit.

Inf. q6. 12. a. 1. c. & ad 3. Et 3. dist. 14. ar. 3. q6. 1. & q6. 4. cor. & q. 5. ad 2. Et ve 21. q. 20. ar. 6. Et opusc. 3. c. 223.

¶ PROB. Quia supponitur clara, ex quæstio. 10. artic. 4. & quæstio. 9. art. 2. circa dicta conclusionis.

1^m de maiori.

Ad perfectionem potentiæ. R. Non solum naturalis, sed etiam obedientialis. §. ut patet ex corpo. Tunc nihil, &cæt. Nam argumentum, ut ex minori propositione cognosci potest, procedit solum de potentia naturali, &c. ut in tex. Ex quo dic: quod ideo argumentator deceptus est, quia argumentabatur ex insufficienti, ac si conclusio prima articuli potẽtiam naturalem tantum attenderet in intellectu.

* Ex lib. 3. tex. 3. 18. & 39. to. 2.

2^m de maiori.

Ad intellectum humanum. R. Pro præsenti statu consideratum. §. Hoc est. Pro statu uiatorum non solum considératum. Tunc nihil &c. Nam Christus ante passionem, &c. ut in tex. Pro quo vide 1. quæstio. 89. art. 2. & q. 88. ar. 1. 2.

3^m de antecedente. Intellectus. R. Secundum

QVÆSTIO XI.

De scientia indita vel infusa animæ Christi in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia indita, uel infusa animæ Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum secundum hanc scientiam Christus sciat omnia.

¶ Secundò, Vtrum hac scientia uti potuerit non conuertendo se ad phantasmata.

¶ Tertiò, Vtrum hæc scientia fuerit collatiua.

¶ Quartò, De comparatione huius scientiæ ad scientiam Angelicam.

¶ Quintò, Vtrum fuerit scientia habitualis.

¶ Sextò, Vtrum fuerit distincta per diuersos habitus.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum scientiam inditam, uel infusam Christus omnia sciat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod secundum hanc scientiam Christus non cognouerit omnia. Hæc enim sciẽtia indita est Christo ad perfectionẽ possibilis intellectus eius: sed intellectus possibilis animæ humanæ non uidetur esse in potentia ad omnia simpliciter, sed ad illa sola, in quæ potest reduci in actum per intellectum agentem, qui est proprium actiuum. ipsius, quæ quidem sunt cognoscibilia secundum rationem naturalem. Ergo secundum hanc scientiam non cognouit Christus ea, quę naturalem rationẽ excedunt.

¶ 2 Præt. Phantasmata se habent ad intellectum humanum sicut colores ad uisum, ut dicitur tertio, de anima: * sed non pertinet ad perfectionem uisiuæ potentiæ cognoscere ea, quæ sunt omnino absque colore. ergo neq; ad perfectionem intellectus humani pertinet cognoscere ea, quorum non possunt esse phantasmata sicut sunt substantiæ separatæ. Sic ergo cum huiusmodi scientia fuerit in Christo ad perfectionem animæ intellectiuæ ipsius, uidetur quod per huiusmodi scientiam non cognouerit substantias separatas.

¶ 3 Præt. Ad perfectionem intellectus non pertinet cognoscere singularia. Videtur ergo quod per huiusmodi sciẽtiam anima Christi singularia non cognouerit.

SED CONTRA, est quod dicitur Isa. 11. quod repleuit eum Spiritus sapientiæ, & intellectus, & scientiæ, & consilii: sub quibus cõprehenduntur omnia cognoscibilia: nam ad sapientiam pertinet cognitio omnium diuinorum: ad intellectum autem pertinet: cognitio omnium immaterialium: ad scientiam autem pertinet cognitio omnium conclusionum: ad consilium autem cognitio omnium agibiliũ. Ergo uidetur, q̃d Christus secundũ scientiam inditam sibi per Spiritumsanctum habuerit omnium cognitionem.

RESPON. Dicendum, quod sicut prius dictum est, * conueniens fuit ut anima Christi omnino esset perfecta per hoc quod omnis eius potentialitas sit reducta ad actum. Est autem considerandum quod in anima humana, sicut in qualibet creatura, consideratur duplex potentia passiua: una quidem, per cõparationem ad agens naturale: alia uero per comparationem ad agens primum, q̃d potest quamlibet creaturam reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale: & hæc consueuit uocari potentia obedientiæ in creatura. Vtraque autem potentia animæ Christi fuit reducta in actum, secundum hanc sciẽtiam diuinitus inditam. Et ideo secundum eam anima Christi, primo quidem cognouit quæcumque ab homine cognosci possunt per virtutum luminis intellectus agentis: sicut sunt quæcumque pertinent ad scientias humanas. Secundò uero per hanc scientiam cognouit Christus omnia illa, quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt, siue pertineant ad donum sapientiæ, siue ad donum prophetiæ, siue ad quodcumq; donum Spiritussancti. Omnia enim ista abundantius, & plenius cęteris cognouit anima Christi: ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognouit, sed solum per primam de qua supra dictum est.* *q. præced. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de potentia naturali animę intellectiuę, quę scilicet est per comparationem ad agens naturale, quod est intellectus agens.

AD SECVNDVM dicendum, quod humana anima in statu huius uitę, quodammodo est ad corpus obligata ut sine phantasmate d intelligere non possit, non potest intelligere substantias separatas. Sed post statum huius uitę, aĩa separata poterit aliqualiter substantias separatas per seipsas cognoscere, ut in 1. parte dictum est. Et hoc pręcipuè manifestum est, circa animas beatorum. Christus autẽ ante passionem non solum fuit uiator, sed etiam comprehensor: vnde anima eius poterat cognoscere substãtias separatas per modum, quo cognoscit anima separata. D. 190. * p. p. q. 9. ar. 1.

AD TERTIVM dicendum, q̃ cognitio singulariũ non pertinet ad perfectionẽ animę intellectiuę s̃m cognitionẽ speculatiuam: pertinet tamẽ ad perfectionẽ eius s̃m cognitionem practicam, quæ non perficitur absq; cognitione singularium in quibus est operatio, ut d̃r in 6. Ethic.* Vnde ad prudentiam requiritur memoria p̃teritorum, cognitio p̃sentium, & prouidentia futurorum, vt Tul. dicit in sua Reth.* Quia igitur Christus habuit plenitudinem prudentię secundum donum consilii, cõsequens est quod cognouerit omnia singularia d pręsentia, pręterita, & futura. *Li. 6. c. 7. cir. fi. to. 5. Li. 2. de inuẽtione in fol. ante fi. li. ... D. x. 217.

Tertia S. Tho.

dum cognitionem speculatiuam accepo. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim in proposito, quod cognitio singularium pertineat ad perfectionem intellectus secundum cognitionem practicam semper; ut patet in tex. à ly pertinet tamen &c. usque in fi.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem, ostendas meritò esse a scripturis insinuatum, quod Christus per inditam scientiam cognouit omnia. Vt per dictum Isa. 11. Quod scilicet repleuit eum &cæt. secundum quod cum discursu declaratorio est in argum. contr. Item à Coloss. 2. In quo sunt omnes thesauri &c. ut q. 9. art. 3. append. Et a similibus ibi dictis. Secundò uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angel. uicissim declaretur, atque confirmetur. Vtilitas pro Eccle. S. Do. * q. 9. ar. 3. a

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus articuli clarus est; intelligitur quippe sonat.

¶ In corpore est vnica conclusio: Anima Christi per scientiam inditam nouit omnia, excepta diuina essentia: Probatur. Conueniens fuit, vt anima Christi esset omnino perfecta, ita vt eius omnis potentialitas fuerit reducta ad actum: sed in illa est potentia naturalis ad cognoscendum per humanas scientias nota, & potentia obedientiæ ad sciendum omnia, quæ reuelantur à Deo hominibus: ergo utraque eius potentia est reducta ad actum: & consequenter omnia nouit per scientiam inditam, excepta essentia diuina. Hic est processus literæ.

¶ In quo primo recolendum est ex supradictis, 1. arti. 3. q. 9. q; non intendit litera dicere, q; omnis potentia obedientiæ in Christi anima sit reducta ad actum, cum potentia obedientiæ in qualibet creatura inexplebilis sit; quia secundum ordinem ad id quod potest in creatura facere Deus attenditur. Sed intendit q; omnis potentia obedientiæ ad actum naturæ animę proportionatum, est reducta ad actum: constat autem q; cognoscere per reuelationes est actus naturæ animæ in statu tam uiæ, quam patriæ locatæ proportionatus immo debitus, vt patet de reuelationibus necessariis, & factis Ecclesiæ tam triumphanti, quam militanti. Et si quis diceret potentiam hanc esse quidem respectu animæ humanæ, absolute potentiā obedientiæ: respectu uerò eiusdem in utroque statu esse naturalem (vtpote naturali concomitantia consequentem statum) non aberraret. Vnde cum Christus fuerit verus viator, & compręhensor simul, optime de ipsius anima infertur, q; utraque illius potentia reducta est ad actum. Aduerte secundo, quod ideo essentiæ diuinæ cognitio excepta est, quia non cognoscitur naturaliter, nec per reuelationem. Et intellige reuelationis nomine quemcumque influxum speciei cuiuscumque intelligibilis, & per cognitionem diuinæ essentiæ, non quamcumq; cognitionem, sed uisionem illius. Nouit si quidem anima Christi per scientiam inditam, diuinam naturam multo magis, quam quicumque Philos. immò quam anima separata, immo quam angeli naturali cognitione, qui clara reuelatione nouit Deū esse trinum in personis, & alia huiusmodi spectantia ad gratiæ ordinem, quæ angelorum naturalem cognitionem excedunt. Sed quia per eam non videbat diuinam essentiam, quam per scientiam beatam uidebat, ideo excepta est cognitio diuinæ essentiæ a scientia indita. Sola autem essentia diuina excepta est, quia reliqua omnia, aut ad naturalē, aut ad reuelatam cognitionem spectant, cuius etiam angeli ipsi per reuelationem, hoc est, per infusas species, ab anima nostra separata cognoscantur.

¶ In responsione ad secundum eiusdem art. nota primo, q; cum dicitur animam separatam cognoscere substantias separatas per se ipsas, non est sensus, q; intelligantur per proprias substantias ut species intelligibiles ab anima separata: sed est sensus, q; per seipsas, hoc est per proprias species intelligibiles, & nō per species rerum sensibilium (ut modo fit) intelligentur: sicut color dicitur videri p seipsum quando per propriam speciem videtur. Patet autem hūc esse sensum intentum ex hoc, quod ad prima partem se remittit, ubi in ar. 8. q. 89. determinatum est, animam separatam cognoscere substantias separatas per species diuinitus sibi infusas.

¶ Nota secundo, quod cum de anima Christi dicitur, quod cognouit substantias separatas per modum, quo cognoscit illas anima separata, communicatio hæc in modo cognoscendi intelligitur solum quoad substantialitatem modi cognoscendi, & non quo ad perfectionem, hoc est, q; anima Christi cōmunicat cum anima separata in hoc q; utraq; cognoscit substātias separatas per species influxas à Deo. sed anima Christi tali modo cognoscens perfecte, & distincte cognoscit substantias separatas, ut in 4. ar. infra patet: anima vero separata imperfecte nouit substantias separatas, ut in prima parte patet Et propterea in litera hac dicitur, quod anima separata aliqualiter nouit substantias separatas, & non dicitur absolute, quod nouit illas.

¶ In responsione ad tertium, circa cognitionem singulariū omnium, triplex dubium occurrit. Primum ex Scoto in 3. Sent. dist. 14. q. 3. ubi infert, q; si in Christo ponitur cognitio abstractiua omnium singularium, concedendum est, cuiuslibet singularis esse propriam speciem in intellectu Christi, & consequenter duo alia, hoc est, & plures, species eiusdem speciei simul in codē, & infinitas species infinitorum singularium possibilium.

¶ Secundum dubium est etiam ex Scoto ibidem probāte, q; in Christo nō fuit cognitio intuitiua per species infusas omnium singularium, quæ sunt, fuerunt, & erunt, tum, quia species infusa repręsentat obiectum, vt abstrahit ab actuali existentia, quia eodem modo repręsentat obiectum, siue existat, siue non existat, ac p hoc non est ratio cognoscendi existens, vt existens, tum quia veritates cognoscibiles cognitione intuitiua, sunt veritates contingentes, quæ non pōt cognosci per quascumq; species innatas, quia ex cognitione terminorum contingentium non pōt cognosci ueritas cō plexorum contingentiū de illis terminis, quia illarū cōplexionum

ueritas

ueritas nō includitur in illis terminis quemadmodum ueritas necessaria complexionis scibilis clauditur in extremis.

¶ Tertiū dubium est, quia ex ratione literæ male uidetur cōcludi in anima Christi per scientiam infusam notitia omnium singularium, quia ex plenitudine prudentiæ in anima Christi non habetur cognitio omnium singularium, sed agibilium tantum, cum prudentia sit ratio agibilium, extra agibilia autem sunt, & singularia factibilia (quæ spectant ad artem), & singularia nec agibilia, nec factibilia, ut singularia speculabilium, ut sunt singularia arenæ, leminum, animalium, & huiusmodi.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, q; species intelligibiles infusæ non per accidens, sed ex suo genere, nō solum sont alterius rationis à speciebus acquisitis quæ habent aliud obiectum formale (ut contingit inter species innatas angelis, & acquisitas à nobis) sed sunt longe alterius ac altioris ordinis, quia sic sunt similitudines naturæ, puta leoninæ, quod repræsentant ea, in quacumque dispositione accidentali subsit, ita quod per unam speciem potest intellectus cognoscere, quidditatiue leonem, & omnia eius indiuidua, secundum indiuiduales conditiones, & intueri leones omnes actu existentes. Nec hoc est mirabile, ita quod sit incredibile, sed ratione fultum, quia, s. huiusmodi species sunt exemplatæ à diuina essentia, quæ una existens est similitudo, ita cuiusque propria, ut nihil in quocumqne pręetermittatur irręprę sentatum distinctissime. Si enim hoc de facto fatemur inueniri in diuina essentia respectu omnium, cur non possibile fatemur, in multis illius participationib. inueniri, q; quælibet earum repręsentat aliquam unam naturam cum suis quomodolibet accidentibus, ut quod unite prę habetur in essentia diuina super omnes ordines diuisim; participetur in aliquibus speciebus spectantibus ad supremum ordinem cognoscitiuorum, quales sunt substantiæ separatæ, & animæ super naturali lumine illustratæ.

¶ Vnde ad primum dubium respondetur, negando illationem primam, & dicendo, quod una species superioris ordinis, seu infusa ex suo genere, potest sufficere ad notitiam abstractiuam, hoc est quidditatiuam, tam speciem, quam singularis, ut singulare est, nec oportet multiplicare species illas iuxta numerum singularium. Reliquæ autem consequentiæ, quia istam primam supponunt, manifeste ruunt.

¶ Ad secūdum uerò dubium dicitur, quod quia Christi animæ attribuenda est scientia infusa absque diminutione, ideo asserendum est. Christum notitia intuitiua infusa uidisse omnia indiuidua, ut in hac litera dicitur.

¶ Et ad primam obiectionem respondetur, quod falsum est, speciem infusam ex suo genere, abstrahere necessariò ab actuali existentia: nam talis species potest repræsentare naturam, puta leoninam, secundum omnia prędicata quidditatiua, & secūdum indiuiduales conditiones, & existentias, quas habet, ac coniuncta in ea accidentia, vtpote exemplata à diuina essentia, vt exemplari talis naturæ sic, & sic indiuiduatæ, ac existens, & qualificatæ, ac quantificatæ. Ad probationem uero, quia siue existat, siue nō eodem modo repræsentat, respondetur q; repræsentare eodē modo contingit dupliciter, uel ex parte repręsentati, & sic falsum est q; eodem modo repręsentet leonē, siue existat, siue non, quia existente leone repręsentatur existens: non existente autem, non repręsentatur existēs, Vel ex parte repręsentātis, & sic verum est, quod eodem mō repręsentat: non. n. mutatio fit in specie illa per hoc, quod repręsentat naturam leoninā in hoc nunc de nouo existentem, sed eodem modo se habet ex parte sui: uerū ipsa natura leonina in re mutationē patitur. Et breuiter ita respondetur de istis speciebus in anima Christi, sicut de essentia diuina, vt repræsentat hæc eadem, de qua constat quod repræsentat eodem modo, ex parte repræsentantis, diuersimode autem ex parte repræsentati. Et per hæc patet responsio ad secundam obiectionem, quia supponit hoc falsum, s. quod species istæ sint species adæquatæ terminis incomplexis. Nos autem dicimus, quod species istæ, quæ in anima Christi sunt, sunt adeo altioris ordinis, ut imitentur diuinam essentiam vt repręsentantem veritatem contingentium, & non solum ut repræsentantem naturam quamlibet secundum se. Et propterea anima Christi intuitiue, perfecte per illas uidet præterita, præsentia, & futura.

¶ Ad tertium dubiū notandum est, quantum seipso doctior fuerit, Auctor hic, qm̄ in 3. Sen. d. 14. q. 1. ar. 3. q. t. & in q. de ueri. q. 20. ar. 6. modificās infusam Christo scientiam, eximit ab ea nō solum diuinam essentiam, sed singularia, ut cogitationes cordium, quia non pertinent hæc ad perfectionē humani intellectus, tā s̄m naturæ, quam gratiæ statum. Hic autem perspicacius discernens intellectus practici perfectionem à perfectione intellectus speculatiui humani, probat per hanc scientiam animam Christi noscę omnia singularia præterita, præsentia, & futura: quia pertinent ad perfectionem intellectus practici. Et uere sic est, non solum de cogitationibus hominum, sed de omnibus singularibus, quia omnia subiecta sunt prouidentiæ Christi inquantum homo, ut patet ex auctoritate Apostoli ad Hebr. secundo, & ipsius Domini. Matth. ulti. Data est mihi omnis potestas in Cœlo; & in terra. Ex plenitudine igitur prudentiæ, non solum monasticę, sed

politicę,

politicæ, immo regalis, immo monarchicæ totius uniuersi (cuius prudentiæ constat partem esse prouidentiam) recte concluditur ad perfectionem intellectus practici humani in Christo, etsi non in aliis hominibus, spectare cognitionem omnium singularium, quæ sunt subiecta prouidentiæ suæ. Constat autem ex 1 ad Corinth. decimoquinto, Quod omnia sunt Christo homini subiecta, præter, eum qui subiecit sibi omnia. ergo sola essentiæ diuinæ diuisione excepta, anima Christi per scientiam infusam scit quæcumque scit Deus scientia uisionis. Et per hæc clare patet responsio ad obiecta.

Medina ar. 2.

SVPER Q. XI. ART. II.

73 Inf. 2.4.6. & q. 34. 2. 2. ad 3. & 3. d. 1. q. 2. ar. 4. 2. ad 2. & d. 14. ar. 3. q. 2. & 3. c. & ue. q. 20 ar. 3. ad 1.

CONCL. Animæ beatæ, & ante resurrectionem corporũ suorum, & post intelligere possunt absque cõuersione ad phantasmata, & hoc oportet dicere de anima Christi, quæ plene habuit facultatem compræhensoris.

¶ PROB. Quia conditio animæ beatæ est, ut nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat, sed totaliter ei dominetur: Et anima Christi etiam ante passionẽ habuit plene conditiones beatorum.

1[m] ex Philosopho. Sicut colores ad uisum. R. Inquantum colores dicunt id, ad quod uisus aspicit: non autẽ, inquãtum colores, id est cognoscere colores, sunt finis uisus. §. Tunc nihil &c. ut patet in tex.

2[m] de maiori. Est eiusdem naturæ. R. Et alterius status. §. Scilicet, comprehensoris. Tunc nihil &c. Nam intelligere non posse sine phantasmate conuenit animæ nostræ ratione status præsentis, non autem ratione naturæ, ut sic (quod putabat argumentum.)

3[m] illatio prima conclusionis. Si igitur anima & cæt.

* q. 15. ar. R. Negatur illatio. §. Infertur enim diminutè. Sic enim debebat inferri: si igitur anima Christi intelligere potuit absque conuersione ad phantasmata, quæ per sensus accipiũtur, & intelligere non potuit cõuertendo se ad phantasmata: sequeretur, quod sensus frustra fuisset in anima Christi. Valet si quidem sic illatio (præsupposito tamen quod sensus nõ dentur homini, nisi propter seruitium intellectus): sed tunc falsum est illatum pro illa parte, qua innuitur, quod anima Christi non posſit intelligere conuertendo se ad phantasmata. D. 190.

Item de maiori. Vt deseruiant intellectui. R. Et necessitati uitæ animalis. §. Tunc nihil, &c. Nam dato ẽt quod animæ intellectiuæ Christi nullo mõ deseruirẽt phantasmata, adhuc sensus nõ essent frustra in Christo: quia ordinarentur ad operationem aliã, i. ad necessitates animalis uitæ ipsius, puta ad sentire & noxia uitæ pro fugiendo, & utilia uitæ pro prosequendo. Vide 2. resp. textus ly præsertim cum &c. D. 185. D. 175.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, ostendas meritò a scripturis esse insinuatum, quod anima Christi per scientiã infusam potuit intelligere sine conuersione ad phãtasmata. Vt Isa. 11. per ly repleat eũ spiritus sapientiæ, & intellectus. Per hoc enim denotatur: quod in hoie Christo, qui flos ab Isaia ibi nocat, fuit cognitio & diuinorũ, & aliorũ immaterialium; quia ad sapiẽtiã pertinet cognoscere diuina ad intellectum autẽ immaterialia; ut dicitur ar. 1. argu. contr. Immateria lia uero connotant substantias separatas. 1. q6. 50. ar. 1. 2. Cognoscit ergo Christi anima substãtias separatas, secundum seipsas, iuxta prophetiam illã: & consequenter cognoscere potuit, etiã ab istãti cõceptionis Chri (hoc. n. instãs, sub noie floris de radice ascẽdẽtis, innuit Isaias) non conuertendo se ad phãtasmata. Substantiæ si quidẽ separatæ secundum seipsas cognosci non possunt per phantasmata. 1. q. 88. ar. 2. Secundo uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Ang. uicissim declaretur, atque confirmetur. a

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus hac scientia uti potuerit, non conuertendo se ad phantasmata.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi non potuerit intelligere secundum hãc scientiam, nisi conuertendo se ad phantasmata, quia ut dicit 3. de Anima, phantasmata comparãtur ad animam intellectiuã humanã, sicut colores ad uisum: sed potẽtia uisiua Christi non potuit exire in actum, nisi conuertendo se ad calores. ergo ẽt neque anima intellectiua eius potuit aliquid intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata.

¶ 2 Præt. Anima Christi est eiusdẽ naturæ cum animabus nostris, alioquin ipse non esset eiusdem speciei nobiscum, contra id, quod Apost. dicit Phil. 2. quod est in similitudinem hominum factus: sed anima nostra nõ potest intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata. ergo etiam neque anima Christi.

¶ 3 Præt. Sensus dati sunt homini, ut deseruiant intellectui. Si igitur anima Christi itelligere potuit absque conuersione ad phantasmata, quæ per sensus accipiuntur, sequeretur quod sensus frustra fuissent in anima Christi, quod est inconueniens. uidetur igitur, quod anima Christi nõ potuerit intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata.

SED CONTRA est, quod anima Christi cognouit quædam, quæ per phantasmata cognosci nõ possunt, i. substantias separatas. Potuit igitur intelligere, non conuertendo se ad phantasmata.

RESPON. Dicẽdum, quod Christus in statu ante passionem fuit simul uiator, & cõprehensor, ut infra magis patebit. *Et præcipuè quidẽ conditiones uiatoris habuit ex parte corporis in quantum fuit passibile, conditiones uero compræhensoris maximè habuit ex parte animæ intellectiuæ. Est autem hæc conditio aïæ cõpræhensoris, ut nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat, sed totaliter ei dñetur. Vnde & post resurrectionẽ, ex anima gloria redundabit ad corpus. Ex hoc autem aïa hominis uiatoris indiget ad phantasmata conuerti, quod est corpori obligata, & quodãmodo ei subiecta, & ab eo dependens: & ideo animæ beatæ, & ante resurrectionem, & post intelligere põt absque conuersione ad phantasmata. Et hoc etiam oportet dicere de anima Christi, quæ plene habuit facultatem compræhensoris.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod similitudo illa, quã Philosophus ponit, non attenditur quantum ad omnia. Manifestum est. n. quod finis potẽtiæ uisiuæ est cognoscere colores: finis autem potentiæ intellectiuæ non est cognoscere phantasmata, sed cognoscere species itelligibiles, quas appræhendit a phantasmatibus, & in phantasmatib. secundum statum præsentis uitæ. Est igitur similitudo, quantum ad hoc, ad quod aspicit utraque potentia, non aũt quãtũ ad hoc, in quod utriusq; potentiæ conditio terminatur. Nihil autem prohibet, secundum diuersos status ex diuersis rẽ aliquã ad suum finem tendere: finis tamen proprius alicuius rei semper est unus: & ideo licet uisus nihil cognoscat absq; colore, intellectus tamen secundum aliquem statum põt cognoscere absque phantasmate, sed non absque specie intelligibili.

AD SECVNDVM dicendum, quod licet anima Christi fuerit eiusdẽ naturæ cũ aïabus nostris, habuit tñ aliquẽ statũ, quẽ animæ nostræ non habent nunc in re, sed solum in spe, scilicet statum compræhensoris.

AD TERTIVM dicendum, quod licet aïa Christi potuerit intelligere non conuertendo se ad phantasmata: poterit tñ intelligere se ad phantasmata cõuertendo: & ideo sensus non fuerunt frustra in ipsa, præsertim cum sensus nõ dentur homini solũ ad scientiam intellectiuam, sed etiã ad necessitatem uitæ animalis.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica est conclusio. Anima Christi secundum scientiã infusam poterat intelligere absque conuersione ad phantasmata. Probatur. Conditio animæ compræhensoris est, ut nullo modo subdatur suo corpori: aut ab eo depẽdeat. ergo animæ beatæ ante, & post resurrectionem intelligere potest absq; conuersione ad phantasmata. ergo anima Christi potuit intelligere absque conuersione ad phantasmata. Antecedens manifestatur, quia post resurrectionem ex anima redundabit gloria ad corpus. Et prima consequentia probat, quia indigere conuersione ad phantasmata, est ex hoc, quia aïa ẽ corpori obligata, & quodã mõ ei subiecta, & ab eo

eo dependens; secunda vero consequẽtia probatur: quia Christus ante passionem fuit simul viator, & comprehensor, comprehensor præcipue ex parte animæ intellectiuæ, viator ex parte corporis.

¶ Circa efficaciam istius processus, dubium statim occurrit: quia concesso toto, non infertur propositæ qõnis intenta conclusio. Nã conclusio inferenda est, q anima Christi potest absque cõuersione ad phantasmata intelligere secundum scientiam infusam; in litera autem infertur non dicta conclusio, sed absolute, q absq; conuersione ad phantasmata anima Christi potuit intelligere.

¶ Ad hoc dicitur, q auctor solicitus fuit nõ circa verba, sed circa illud, in quo consistit difficultas. Concurrentib. aũt duob. simul ad propositam quæstionem, scilicet potentia intellectiua, & habitu scientiæ infusæ, & cum ex parte scientię ex suo genere infusæ nulla habeatur ratio vinculi ad phantasmata, quin potius ex hac parte hr̃ eleuatio supra phantasmata, restat ut tota difficultas ex parte intellectus, qui naturali necessitudine deuinctus experitur phantasmatibus se teneat: an scilicet naturale vinculum inter intellectum humanum, & phantasmata efficiat, vt non possit etiam infusa vti scientia, nisi conuertendo se ad phantasmata. Et ideo difficultatis huius veritate aperta, monstrando quod intellectus cõpræhensorum, ac per hoc animæ Christi, non obligatur ad phantasmata, pro constanti, & claro dimissum est, quid dicendum sit ad quæsitum, scilicet, quod potuit secũdum infusam scientiam Christi anima intelligere absque conuersione ad phantasmata.

¶ In eodem processu dubium occurrit ex Duran. in 3. Sen. dist. 14. q. 2. tenente oppositam conclusionem, hoc est: q Christus indigebat conuersione ad phantasmata in vsu scientiæ infusæ. Et ratio eius est: quia scientia infusa erat perfectio animæ Christi secundum q erat uiator, naturalis autem conditio viatoris est indigẽtia phantasmatum ad vsum scientiæ. Sed hæc rõ facile apparet infirma, ac uoluntaria: qm̃ scientia infusa est perfectio animæ Christi, absolute, aut secundum quod nata est communicare cum angelis in habendo scientiam infusam, quod constat conuenire animæ humanæ non in uia, sed in termino in statu, s. separationis. Vtro autẽ mõ sit, liquet qđ non est pfectio Christi, in quantũ erat simul uiator. Et qm̃ erat simul uiator, & cõpræhensor, ex lrã hac hẽs rõnẽ, quare magis usus huius scientiæ sequitur cõditiones cõpræhensoris, quam uiatoris, quia. s. in Christo hæc inuenitur differentia, q conditiones uiatoris habuit ex parte corporis, cõditiones uero cõprehensoris habuit maxime ex parte animæ intellectiuæ, ad quã constat spectare scientiam infusam. Falsum est ergo, scientiam infusam esse perfectionem animæ Christi, inquantum viator erat, cum ratio ducat ad oppositum.

¶ In responsione ad primum circa illud uerbum, Finis potentiæ intellectiuæ est cognoscere species intelligibiles, cautus esto: quoniam summunt hic species intelligibiles, vt species intelligibiles, hoc est, vt repræsentatiuę sunt, hoc est secũdum repræsentata per illas, & non secundum quod sunt secundum se res quædam: sic. n. ad repræsentatorum ordinem spectant; finis enim intellectiuæ potentiæ est intelligere res intelligibiles, quæ non nisi per species intelligibiles, aut earum uices, seu locum tenentes repręsentantur. Quocirca differentia in litera posita inter phantasmata, & species intelligibiles in hoc, quod non illa sed istas cognoscere est finis intellectus, intelligitur etiam sumendo vtraque in repręsentando. Phantasmata enim sunt singularium: species autem quidditatum. Finis aũt intellectus nostri est, nosce qđ quid est, utpote propriũ obiectũ, & non est nosce materialia singularia, quorũ tñ sunt phãtasmata, q̃ nõ nisi reflexione, aut extẽsione attingunt ab intellectu.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæc scientia fuerit collatiua.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q anima Christi hãc scientiam non habuerit per modũ collationis. Dicit enim Damas. in 3. li.* In Christo nõ dicimus consiliũ, neq; electionem. Non autem remouentur hæc a Christo, nisi inquantum important collationẽ, & discursum. ergo vr̃ q in Christo nõ fuerit scientia collatiua, uel discursiua.

¶ 2 Præt. Hõ indiget collatione, & discursu rationis, ad inquirenda ea, quæ ignorat: sed anima Christi cognouit omnia, vt supra dictum est.* non ergo in ea fuit scientia discursiua, uel collatiua.

¶ 3 Præt. Scientia aĩæ Christi se habuit per modũ compræhẽsorũ, qui angelis conformantur, ut dicitur Mat. 22. sed in angelis non est scientia discursiua, seu collatiua, ut patet per Dion.* 7. c. de diu. nomin. ergo nec etiam in anima Christi fuit sciẽtia discursiua, seu collatiua.

SED CONTRA, est q Christus habuit animam rationalẽ, ut supra habitum est.* Propria aũt operõ aĩæ rationalis est conferre, & discurrere de uno in aliud. ergo in Chr̃o fuit sciẽtia discursiua, uel collatiua.

RESPON. Dicendum, quod aliqua scientia põt esse discursiua, uel collatiua dupliciter. Vno mõ, quantum ad sciẽtiæ acquisitionem, sicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoscendum unum per aliud, sicut effectus per causas, uel econuerso. Et hoc mõ scientia animæ Christi nõ fuit discursiua, uel collatiua, quia hæc scientia, de qua nunc loquimur, fuit sibi diuinitus indita, nõ per inuestigationem rationis acquisita. Alio modo põt dici aliqua scientia discursiua, uel collatiua, quantũ ad vsum: sicut interdum scientes, ex causis concludunt effectus, non ut de nouo addiscant, sed uolentes uti scientia, quam iam habent. Et hoc mõ scientia animæ Christi poterat esse collatiua, & discursiua poterat. n. ex uno aliud concludere, sicut sibi placebat. Sicut Mat. 17. cũ Dñs q̃sisset a Petro, a quib. reges terrę tributũ acciperẽt a filiis suis, an ab alienis, Petro respondente, q ab alienis conclusit. ergo liberi sunt filii.

AD PRIMVM ergo dicendum, q a Christo excluditur consiliũ, q est cum dubitatione, & p consequẽs electio, quæ in sui ratione tale cõsilium includit. Non autem à Christo excluditur usus consiliandi.

AD SECVNDVM dicendum, q ratio illa procedit de discursu, & collatione, prout ordinantur ad scientiam acquirendam.

AD TERTIVM dicendum, quod beati conformantur angelis, quãtum ad dona gratiarum: manet tamen differentia, quæ est secundũ naturã, & ideo uti collatione & discursu, est connaturale animabus beatorum; non autem angelis.

Medina, ar 3.

SVPER Q. XI.

74 ART. III.

3.d. 14. ar. 3. q6. 3. Et ve. q. 20. a. 3. ad 1. * li. 3. c. 14. nõ procul a fi. & li. 2. c. 22.

CONCL. 1. Scientia animæ Christi indita si consideretur quãtum ad sui acquisitionem, non fuit discursiua, seu collatiua.

¶ PROB. Quia patet ex terminis (cum per ly indita, denotet; quod scientia talis fuit diuinitus infusa, nõ per inuestigationem rationis acquisita.)

*q. preced. ar. 1.

¶ CONCL. 2. Scientia indita animæ Christi, si consideretur quantum ad usum, potuit esse collatiua, seu discursiua.

¶ PROB. Quia anima Christi per talem scientiam poterat ex uno aliud concludere (ut patet Matt. 17.)

cap. 7. iter prin. & medium.

1^m minor. Non autẽ remouẽtur hæc a Christo, nisi inquantum important collationem & discursum. R. Negatur. §. Remouentur. n. hæc à Christo, inquantũ important dubitationem. Et in hoc sensu loquit Damasc. Nã à Christo excluditur Consilium, quod &c. ut in tex. Ex quo dic, quod ista duo sunt in ipso, vt includũt collationem, & discursum; omni tamen dubitationis commixtione exclusa.

*q. 3. ar. 3.

2^m conclusio. Non ergo in eo fuit scientia discursiua, vel collatiua. R. Secundum quod discursus, seu collatio, ordinatur ad scientiam acquirendam. §. Sic enim sequitur ex præmissis: vt patet considerantι maiorem propositionem. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus.

Tertium

3^m de maiori. Angelis conformantur. R. Quantũ ad dona gratiarum. §. Sic intelligitur illud Matt. 22. Tũc nihil &c. Nõ enim per talem conformitatem tollitur differentia naturarũ, qua scilicet Angelis non inest scientia discursiua (ut dicit minor), & beatis hominibus inest.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem, & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis & Conciliis insinuatũ, qđ scientia indita Christi fuit discursiua. A scripturis quidẽ, p hoc, qđ dicitur Philip. 2. In similitudinẽ hominũ fact⁹. Hoc est, similis hominibus in specie. s. eiusdem speciei cũ hominibus. Quod (tamẽ) exponẽs B. Athanas. in symbolo suo dixit; qđ Christus est pfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Rõnalis enim animę est ratiocinari. i. intelligẽdo discurrere. 1. q. 79. ar. 8. & propterea Apostolus, per ly in similitudinem hominum factus, ponit discursum scientiæ in Christo. A Conciliis autem per hoc, quod Cõcilium Florentinum referens Concilia Generalia quartum, quintum, sextum, eis consentit dicentibus. Sequentes sanctos Patres consonanter omnes docemus; Dñm nostrum Iesum Christũ ex aĩa rõnali, & corpore fm humanitatem per oĩa nobis similẽ absq; peccato. Hæc in constit. Concilii Florentini super unione Armenorum. Quia ergo Christus fm quod homo est per omnia similis hominibus absque peccato;

D. 142. & 186.

cato; & scientia hominam est discursiua, 1. quæstio. 14. artic. 7. & quæstio. 85. art. 5. ideo ex illis uerbis Concilia scholasticis perspicacibus concludendum reliquerunt; quod scientia Christi humana, licet infusa, fuit discursiua secundum quod ei placebat. Quod infusum esse non tollat a scientia, quod sit humana, vide 1 quæstio. 94. articu. 3. Dixi ly secundum quod ei placebat, quia Christus poterat discurrere, & non discurrere, secundum scripturam illam, sicut & secundum eandem poterat intelligere cum conuersione, & sine conuersione, ad phantasmata: articulo secundo. Hoc enim uel illo modo intelligere non facit: quod Christus secundum humanitatem non sit similis nobis: ut considerantí patet ex dictis ar. 2. ad secundum. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, vt sonat, sumendus est.

¶ In corpore vnica distinctio est bimembris, cum cõclusionib. singulis, iuxta singula membra. Distinctio: scientia discursiua, seu collatiua dicitur dupliciter, uel quo ad acquisitionem, vel quo ad usum. Prima conclusio est. Scientia infusa animæ Christi non est collatiua secundum acquisitionem. Probatur: quia fuit nõ per inuestigationem acquisita, sed diuinitus indita. Secunda conclusio est. Scientia huiusmodi potuit esse collatiua, quantum ad vsum. Probatur, quia poterat, ut sibi placebat, uti illa, & manifestatur de facto in Christi discursu Matt. 17. Omnia clara sunt in litera.

Medina ar 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hęc scientia in Christo fuerit maior scientia angelorum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod huiusmodi scientia in Christo fuerit minor, quam in angelis. Perfectio enim ꝓportionatur perfectibili: sed anima humana sm ordinẽ naturæ est infra naturã angelicã. Cum igit scientia, de qua nũc loquimur, sit indita aię Christi ad perfectionem ipsius, videtur quod huiusmodi sciẽtia fuerit infra scientiam, qua perficitur natura angelica.

¶ 2 Præt. Scientia animæ Christi fuit aliquo mõ collatiua, & discursiua, qd non põt dici de scientia angelica. ergo scientia animę Christi fuit inferior scientia angelorum.

¶ 3 Præt. Quanto aliqua scientia est magis immaterialis, tãto est potior: sed scientia angelorum est immaterialior, quam scientia animæ Christi: quia aia Christi est actus corporis, & habet cõuersionem ad phantasmata, quod de angelis dici non potest. ergo scientia angelorũ est potior, quam scientia Christi.

SED CONTRA est, ꝙ Apost. dicit Hebr. 2. Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum. Ex quo apparet, quod propter solam passionem mortis dicatur Christus ab angelis minoratus. non ergo propter scientiam.

RESPON. Dicendum, quod scietia indita animæ Christi, potest dupliciter considerari. Vno modo secundum illud, quod habuit à causa influente. Alio modo secundum id, quod habuit ex subiecto recipiẽte: quantum igitur ad primum, sciẽtia indita animæ Christi, fuit multo excellentior, quam angelorũ scientia, & quantum ad multitudinẽ cognitorum, & quantum ad scientiæ certitudinem: quia lumẽ spiritualis gratiæ, quod est inditũ aiæ Christi, est multo excellentius, quã lumen, quod pertinet ad naturam angelicã. Quantum aũt ad sm, sciẽtia indita animæ Christi, est infra scientiã angelicam, s. quantũ ad modũ cognoscendi, qui est naturalis aiæ humanæ, qui. s. est per conuersionem ad phantasmata, & per collationem, & discursum. Et per hoc patet respõsio ad obiecta.

AR-

SVPER Q. XI. ART. IIII.

75 Sup. q. 10. a. 4. & infr. art. 6. ad 1. & q. 34. ar. 4 c. & q. 59 a. 6. c. Et 3. d. 14. ar. 1. qõ. 2. ad 1. & 2. 2. q. 2. c. & ar. 3. q. 2. c. Et uer. q. 20. ar. 3. c. & 2. 4. c. & 6. ca. Et op. 3. c. 113

CONCL. 1. Scientia indita animę Christi, si consideretur secũdum illud quod habet à causa influente, fuit multo excellentior, ꝙ Angelorum scientia, & quantum ad multitudinem cognitorum, & quantum ad scientiæ certitudinem.

¶ PROB. Quia Lumen utrisq; scilicet animę ipsi, & Angelis, infusum id monstrat.

¶ CONCL. 2. Scientia animæ Christi indita, si consideretur secũdum illud, quod habet ex subiecto recipiente, idest ex ipsa anima, est infra scientiã Angelicã.

¶ EXAM. Ly secundum illud, quod habet ex subiecto recipiente. Hoc est. Quantum ad modum cognoscendi connaturalem animæ humanæ.

¶ PROB. Quia scire per conuersionem ad phantasmata, atque discursum non est ita excellens, sicut scire sine tali conuersione, ac discursu. 1. q. 58. ar. 3. 4.

1m de conclusione. Videtur, ꝙ huiusmodi scientia. ℞. Considera ta quantum ad id quod habet ex subiecto recipiente. §. Sic enim debere glossari ly, huiusmodi scientia, demonstratur à præmissis considerantí illas: cum de naturarum utriusq; in se excellentia loquantur. Tunc nihil &c. ut patet ex articuli conclusionibus.

2m de conclusione. Ergo scientia animæ Christi. ℞. Vt considerata ex parte modi sciendi sibi conuenientis ex subiecto recipiente. §. Quod eñi sic glossanda sit ly scientia, habetur ex præmissis: cũ discursus ẽ collatio, de quibus loquũtur, dicãt modum cognoscendi subiecto. i. animæ humanæ connaturalem. Tũc nihil &c. vt patet.

3m de maiori. Tanto est potior. ℞. Quantum est ex parte subiecti sciẽtiam illam recipientis. §. Tunc nihil &c. Cum hoc enim stat simul, quod illa met scientia non sit potior, quã alia minus immaterialis ex parte subiecti, si considerata fuerit quantum est ex parte causæ influentis. Sic ergo restat clarũ, quod scientia indita animæ Christi est potior simpliciter, quam scientia Angelorum, licet hæc Angelorum sit secundum quid potior, quã illa Christi.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, & ostendas, & rectè intelligas meritò esse a scripturis insinuatum, ꝙ scientia indita animæ Christi fuit excellentior, quam Angelorum. Vt, per hoc, ꝙ dicitur Hebr. 2. Secundum ꝙ cum discursis ponitur in argum. contr. Pro cuius captu meliori vide q. 7. ar. 8. argu. 3. comtelligendo, quod Christus secundum quod homo, est caput Angelorum, q. 8. ar. 4. Quæ loca citata aperte mentum sensus eorum penetrantibus indicant. Secundò uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina pręsens Ang. uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore articuli est unica distinctio bimembris, cum singulis conclusionibus. Distinctio est: Scientia indita animæ Christi potest dupliciter considerari: primo secundum id; quod habuit ex causa influente: secundo secundum id, quod habuit ex subiecto recipiente. Prima conclusio est. Scientia indita animę Christi est multo excellentior scientia angelorum, quãtum ad id, quod se tenet ex parte Dei influentis, quo ad duo hoc est, multitudinem cognitorum, & certitudinem cognitionis. Probatur, quia lumen spiritualis gratiæ inditum animæ Christi est multo excellẽtius, quam lumen naturaliter inditum naturæ angelicæ. Secunda conclusio est. Scientia indita animę Christi, quantum ad id, quod se tenet ex parte subiecti recipientis, est infra scientiam angelicã. Manifestatur, quia modus cognoscendi naturalis aiæ humanę est inferior angelico, ut patet ex collatione, & discursu, & phãtasmate.

¶ Nota hic, quod formalis differentia inter has duas conditiones scientiæ infusæ animæ Christi, consistit in diuersitate eius, qđ se tenet ex parte gratuiti influxus, & eius quod sa tenet ex parte subiecti. Et primus quidem effectus gratuiti influxus uidetur lumen gratiosũ inditum animæ Christi, quod extẽdens se, & ad tot, & ad tam excellẽm certitudinem parit duos hos effectus, hoc est quod anima Christi per infusam sciẽtiam multo plura cognoscit, quam angeli (quia scit omnia creata, quæ quandoque sunt,) & certius scit etiam illa, quorum cognitio communis est sibi, & angelis. Primum autem consequens subiectum recipiens, est modus recipiendi scienciam, quia scilicet recipit illam diuisim, per species minus uniuersales, quàm sint species angelicæ: hoc enim ex parte subiecti se tenet, ut in articu. sexto. huius quæstionis patet, & hic effectus, ac defectus est essentialis scientiæ infusæ. Alii autem effectus, scilicet conferre, discurrere, &c. sunt accidentales: quia possunt, & adesse, & abesse huic scientiæ, & manifestiores sunt illi, & ille seruabat 6. articu. eius usui. Verũ quia

ticu. (vbi ex proposito tractandus erat, tanquam proprias habens difficultates) ideo Auctor horum in litera hac meminit, non tanquam in his consisteret essentialis differentia, sed tanquam in illis sat esset manifestare defectum scientiæ infusæ ex parte subiecti. Et potes hos effectus collationes, discursus & phantasmatum eleuare, & dicere, licet actualiter discursus, aut phantasmate vti sit accidentale scientiæ infusæ, attamen scientia infusa animæ Christi ex hoc ipso, quod apta nata est compati in suo usu discursum, ac phantasmata, manifestatur a posteriori essentialiter consequente, inferior scientia angelica, quæ nec discursum, nec phantasma patitur, suo admisceri usui. Et quod Auctor ab essentiali proprietate in 2. artic. iam manifestata, declarauit intentum hic, a notioribus tradente doctrinam, reseruans proprio loco essentialem differentiam de particularitate specierum.

¶ Circa doctrinam prædictam essent duo dubia ex Scot. in 3. Senten. distinct. 14. quæstione 4. Alterum de perfectione, seu nobilitate specierum infusarum animæ Christi: sed quoniam Auctor ad sextum hoc differt articulum, ideo illic tractandum reseruetur. Alterum de actualis ac intuitiuæ cognitionis perfectione, quam anima Christi habuit in proprio genere, quod hic tractandum est. Tenet si quidem, quod anima Christi imperfectius quocumque angelo intuitiuè cognouerit in proprio genere quicquid intueri utrique datum est. Et ratio sua est: quia obiectum idem respectu utriusq; & intellectus animę Christi, & imperfectior, quã intellectus angeli. Reprimenda uox, ponens os in cœlum: sed quia ex errore in principiis procedit excusanda venit: prouenit enim hic error ex illo falso principio, Notitia intuitiua in proprio genere nõ est per speciem, & rursus, Ad huiusmodi notitiam cõcurrit solus intellectus cum obiecto. Primum enim iam ex dictis patet esse falsum, secũdum uero ex requisito lumine infuso ad cognitionem supernaturalem rerum in proprio genere, arguitur falsitatis. Et potes tu ex hoc lapsu arguere principia hæc esse falsa, utpotè deducenda ad infandam de Christi anima sniam, est namq; sm gratuita dona animæ intellectiuę, non minoratus ab angelis, sed super oẽs angelos sublimatus, cum non nisi paulo minus, hoc est, sm corporis passionẽ, vt exponit Apost. ad Heb. 2. fuerit minoratus ab angelis. Cognoscit ergo anima Christi tam abstractiue, quam intuitiue per infusas species in proprio genere res lõgè perfectius, quam quicumque angelus, & hoc excellentiori lumine gratuito sibi collato, quam sit lumen naturale angelorum, ut in litera dicitur.

Medina, ar. 5.

SVPER Q. XI.

ART. V.

76 CONCL. Scientia indita animę Christi fuit habitualis, & poterat ea uti, quando uolebat.

3. d. 14. a. 1. q. 2. & 3. & ueri. q. 20. ar. 2.

¶ PROB. Quia modus scientiæ inditæ animæ Christi fuit conueniens subiecto recipienti (cum receptum recipiatur per modum *recipientis); & modus connaturalis animæ humanæ est, ut recipiat scientiam per modum habitus. Secunda autem pars, scilicet, & poterat &c. patet ex prima. (Nam diffinitio habitus est; quod quis vtitur eo, quãdo vult, infra ad secundum.

* q. 9. ar. 1. * q. 10. a. 2.

1m de maiori.

Maxima perfectio. R. Vel simpliciter, uel secundum quid. §. Pro diuersitate, scilicet sciẽtiarum. Tunc nihil &c. Licet enim perfectio scientiæ in actu sit maior absolutè, idest simpliciter, quam scientiæ perfectio in habitu (ut dicit minor); tamen perfectio scientiæ in habitu est maior secundum quid, idest in genere humanæ cognitionis. Et ideo hæc perfectio, scilicet habitualis est magis proportionata Christi sciẽtiæ inditæ, quam illa actualis, licet actualis sit proportionata magis eiusdem scientiæ beatæ (ut declarat textus.)

2m de maiori.

Frustra uidetur esse habitualis scientia, quæ nunquam in actũ reducitur. R. Negatur si uniuersaliter, sic absolutè prolata, intelligatur. §. Ad hoc enim q scientia habitualis non sit frustra, sufficit, quod id solum de illa reducatur in actum, quod congruit ad debitum finem uoluntatis, secundum exigentiam negociorum, & temporis. Ad probationem insertam ipsi maiori propositioni, scilicet ly cum habitus ordinetur ad actum respondetur: quod nihil contra prædicta probat: & hoc ideo, quia truncate adducitur. Non enim habitus ordinatur ad actum, sic præcisè, id est nullo alio requisito: sed ordinatur ad actum, secundum imperium uoluntatis. Hinc est, quod ad uoluntatem, tamquam ad aliquid principale, oportet respicere, quando iudicandum est, utrum habitus sit, uel non sit, frustra. Id quod non fecit argumentum, & ideo errabat, sed facit data responsio, & ideo ueritatem sine errore dicit. Pro constanti igitur, secundum textum hunc, tenendum est: quod ordinatum ad executionem, si actu non fiat, potest dici non esse frustra; quando ipsum ideo actu non fit, quia non conuenit loco & tempori. Ergo tunc, quando actualiter in executione non ponitur, solummodo est frustra; cum idipsum actualiter in executione poni deberet, attenta exigentia negociorum, locorum, & temporum, hoc est, quando recta ratio dictat, quod ponatur actu in executione. Quando igitur ratio recta

* Ar. præc.

ARTICVLVS V.

Vtrum hæc scientia fuerit habitualis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerit habitualis scientia. Dictum est * enim, quod animam Christi decuit maxima perfectio scientiæ: sed maior est perfectio scientiæ existentis in actu, quam existentis in potentia, uel habitu. ergo conueniens fuisse uidetur, quod omnia sciret in actu: non ergo habuit habitualem scientiam.

¶ 2 Præterea. Cum habitus ordinetur ad actum, frustra uidetur esse habitualis scientia, quæ nunquam in actũ reducitur. Cum autem Christus sciuerit omnia, sicut iam dictum est, * non potuisset actu omnia illa considerare, unum post aliud cogitando: quia infinita non est enumerando pertransire. Frustra igitur fuisset in eo, quorumdam scientia habitualis, quod est inconueniens. Habuit ergo actualem scientiam omnium, quæ sciuit, & non habitualem.

¶ 3 Præt. Scientia habitualis est quadam perfectio scientis: perfectio autem est nobilior perfectibili. Si igitur in anima Christi fuisset aliquis habitus sciẽtiæ creatus, sequeretur quod aliquid creatum esset nobilius, quam anima Christi. nõ igitur in anima Christi fuit sciẽtia habitualis.

SED CONTRA, Scientia Christi de qua nunc loquimur, vniuoca fuit scientiæ nostræ: sicut & anima eius fuit unius speciei cum anima nostra: sed scientia nostra est in genere habitus. ergo, & scientia Christi fuit habitualis.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * modus huius scientiæ inditæ animæ Christi fuit conueniens ipsi subiecto recipienti: nam receptum est in recipiente per modum recipientis. Est autem hic modus connaturalis animę humanę, ut quandoque sit intelligens actu, quandoque in potẽtia: medium autem inter puram potentiã, & actum completum, est habitus: eiusdem generis sunt medium, & extrema, & sic patet quod modus connaturalis animæ humanæ est, ut recipiat scientiam per modum habitus, & ideo dicendum est, quod scientia indita animæ Christi fuit habitualis, & poterat ea uti, quando uolebat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in anima Christi fuit duplex cognitio, & utraque suo modo perfectissima. Vna quidem excedens modum naturæ humanæ, qua scilicet uidet Dei essentiam, & alia in ipsa, & hæc fuit perfectissima simpliciter, & talis cognitio non fuit habitualis, sed actualis respectu omnium, quę hoc modo cognouit. Alia autem cognitio fuit in Christo secundum modum proportionatum humanæ naturæ, prout scilicet cognouit res per species sibi diuinitus inditas, de qua cognitione nunc loquimur. Et hæc cognitio non fuit simpliciter perfectissima: sed perfectissima in genere humanæ cognitionis: unde non oportuit, quod esset semper in actu.

AD SECVNDVM dicendum, quod habitus reducitur in actum ad imperium uoluntatis: nam habitus est quo quis agit, cum uoluerit. Voluntas autem indeterminatè se habet ad infinita. Nec tamen hoc est frustra, licet non in omnia actualiter tendat, dummodo tẽdat actualiter in id, quod cõuenit loco, & tempori: & ideo etiam habitus non est frustra, licet non omnia reducantur in actũ, quæ habitui subiacent, dummodo reducatur in actũ id, quod congruit ad debitum finẽ uoluntatis, secundum exigentiam negociorum, & temporis.

recta dictat oppositu m, scilicet quòd illud ordinatum ad actum non ponatur sic, uel sic, actualiter in executione; tunc ipsum non est frustra, si ad actum executionis non perducatur: quoniam illud non reduci tunc ad actum, non est inconueniens; sed est opportunum, & bene factum.

3m de maiori.

Quædam perfectio. R. Secūdum quid. §. Tūc nihil, &c. Licet enim sit inconueniens; quòd aliquid creatum sit simpliciter melius, dignius seu nobilius, quam anima Christi: non tamē est inconueniens, quod aliquid creatum sit secundum quid melius ipsa; puta accidens ratione solum, qua informat ipsam. Sic igitur scientia habitualis non est simpliciter, &c. vt in textu.

AD TERTIVM dicendum, quòd bonum, sicut, & ens, dupliciter dicitur. Vno modo simpliciter, & sic bonum, & ens dicitur substantia, quæ in suo esse, & sua bonitate subsistit. Alio modo dicitur ens, & bonum secundum quid, & hoc modo dicitur ens, & bonum accidens: non quia ipsum habeat esse, & bonitatem, sed quia eius subiectum est ens, & bonum. Sic igitur sciētia habitualis non est simpliciter melior aut dignior, quam anima Christi, sed secundum quid, cum tota bonitas habitualis scientiæ cedat in bonitatem subiecti.

AP-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rōnem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum; q̄ scientia indita Christi fuit habitualis. Vt per hoc, quod dicitur Hebr. 2. Debuit p̄ omnia fratrib. assimilari. His.n. verbis, ad propositum scholasticè loquendo, innuitur ab Apostolo; q̄ scientia p̄dicta Chri fuit vniuoca scientiæ nostræ: alioquin nō esset similis per omnia. Cum ergo scientia nostra sit in genere habitus, idest habitualis; & Christi scientia talis fuit, secundum Apostolum habitualis. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio. Scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Probatur, Modus scientiæ inditæ animæ Christi fuit conueniens subiecto recipienti. ergo scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Antecedens probatur: quia receptum est in recipiente per modum recipientis. Consequentia uero probatur; quia modus connaturalis animæ humanæ est, vt recipiat scientiam per modum habitus. Probatur hoc. Modus connaturalis animæ humanæ est, ut quandoque sit intelligens actu, & quandoque in potentia. ergo modus connaturalis einsdem est, vt quandoque sit in habitu, quia medium inter puram potentiam, & actum completum est habitus, & medium est einsdem generis cum extremis, hoc est si extrema sunt naturalia medium est naturale, & si extrema sunt connaturalia, medium est connaturale: hoc enim ad identitatem generis spectat: quia penes unitatem subiecti communis extremis, & medio, attenditur genus. Et sicut est naturalis uia inter extrema per medium, ita oportet esse connaturalem uiam per medium in illo, cui vtrunque extremum est vicissim connaturale, alioquin transitus de connaturali extremo ad aliud connaturale extremum, non esset connaturalis, aut sine medio, extremis non, habentibus medium, quorum vtrunque a naturæ ordine exorbitat.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod ideo cognitio animæ Christi, qua uidet uerbum, dicitur perfectissima simpliciter: quia tam negatiue, quàm positiue est perfectissima inter omnes creatas cognitiones. Est namque ita perfecta: quod nulla est perfectior ipsa, & ipsa est omni alia perfectior, quia nō habet parem: scientia autem ipsius infusa dicitur perfectissima, non simpliciter, q̄a neutro mō est perfectissima, sed in gn̄e hoc est gn̄e cognitiōnis rerum in proprio genere. In hoc siquidem genere est perfectissima, & negatiuè, quia nulla scientia in proprio genere inuenitur perfectior illa, quæ data est animæ Christi, & positiue, quia ipsa est perfectior qualibet alia scientia in proprio genere inuenta, tam in hominibus, quam in angelis.

¶ In responsione ad secundum nota primo, quòd cum multipliciter potuisset argumento secundo satisfieri, puta ex parte ipsius habitus, dicendo quod licet non possit tali modo, hoc est numerando unum post aliud exire in actum cognitionis infinitorum, quæ habitualiter nouit, potest tñ exire in actum cognitionis eorūdem alio modo. s. simul cognoscendo actu quæcunq; per unā speciem repræsentantur ita q̄ cognitio sit successiua quo ad numerū specierum intelligibilium, quæ sunt finitæ, & non quo ad numerū per illas cognitorū quæ sunt infinita. Nec exigit habitualis cognitio infinitorum, ut possit exire in actū tali modo, s. numerando cognita unum post aliud: qm̄ non sic est in potentia ad actum consumandum, sed ad actus inconsumabiles. Maluit tamen Auctor aliunde soluere, hoc est ex parte uoluntatis, quæ est reductiua habitus de otio in operationem, & dicere, q̄ quia uoluntas in determinata se habet ad infinita, ad hoc deseruit infinitas habitualiter cognitorum, vt uoluntas ad quodcunque infinitorum maluerit habitu utatur, quod non esset in potestate sua, si habitualis cognitio ad infinita se non extenderet. Quo fit, vt non frustra sit infinitas cognitorum habitualiter, licet non omnia actualiter in vsum cognitionis ueniant, quia ad hoc est necessaria, vt ad quodcunque maluerit applicari possit habitus pro loco tempore, negocio, fine. & huiusmodi.

Modena ar. 6.

ARTICVLVS VI.

SVPER Q. XI. ART. VI.

77 COncl. Scientia indita animę Christi fuit distincta secundum diuersos habitus.

3 d. 14. ar. 5. q. 3.

¶ Prob. Quia diuersa sunt genera scibiliū ab anima Christi per scientiam sibi inditam, quæ habet modum cōnaturalem animæ humanæ (vt patet supra artic. 2.): Et ex diuersis generibus scibilium contingit quod in nobis sunt diuersi habitus scientiarum.

* p. p. q. 55. ar. 3.

¶ Not. De isto modo naturali animæ humanæ, de quo in textu vide 1. q. 55. ar. 3.

1m de maiori.

Perfectior. R. Ex parte subiecti recipientis. §. In hoc enim sensu procedit eius probatio; vnde & Angeli superiores per formas magis vniuersales cognoscunt. Tunc nihil, &c. Nam licet scientia indita animæ Christi sit perfectissima, & cæt. vt in textu, uide artic. 4.

* 2. 2. q. 4. art. 6.

Vtrum hac scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in anima Christi non fuerit nisi unus habitus scientiæ. Quanto enim scientia est perfectior, tanto est magis vnita: vnde, & angeli superiores per formas magis vniuersales cognoscunt, vt in prima parte dictum est: * sed scientia Christi fuit perfectissima. ergo fuit maximè vna. Non ergo fuit distincta per plures habitus.

¶ 2 Præt. Fides nostra deriuatur a scientia Christi: vnde dicitur Heb. 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum: sed vnus est habitus fidei de omnibus credibilibus, vt in 2. parte dictum est. * ergo multo magis in Christo non fuit nisi vnus habitus scientiæ.

¶ 3 Præt. Scientię distinguuntur secundum diuersas rationes scibiliū: sed anima Christi omnia sciuit secundum vnam rationem, s. secundum lumen diuinitus infusum. ergo in Christo fuit tantum vnus habitus scientiæ.

SED CONTRA est, q̄ Zac. dicitur, q̄ super lapidem vnum idest, Christum sunt septē oculi: per oculum autem scientia intelligitur. ergo uidetur, quod in Christo fuerint plures habitus scientiæ.

Secun-

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dictum est, * scientia indita animæ Christi, habuit modum cōnaturalem animæ humanæ. Est autem connaturale animæ humanæ, ut recipiat species in minori vniuersalitate, quam angeli, ita scilicet q̄ diuersas naturas specificas, per diuersas species intelligibiles cognoscat. Ex hoc autem contingit, q̄ in nobis sint diuersi habitus scientiarum, quia sunt diuersa scibilium genera, inquantum s. ea, quæ reducuntur in unum genus eodem habitu scientiæ cognoscuntur, sicut dicitur in 1. Poste. * q̄ vna scīa est, quæ est unius generis subiecti. Et iō scīa indita animæ Christi, fuit distincta secundum diuersos habitus.

* art. 2. huius quæst.

* li. 1 Post. tex. 43. co. 2.

D. 1216.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ sicut supra dictum est, * scientia animæ Christi est perfectissima, & excedens angelorum

* art. 4. huius quæst.

2^m de maiori. A scientia Christi. ℞. Diuina. §. Hunc.n. sensum suggerit subiuncta eius probatio ly Hebr.12. Aspiciens in actorem fidei. Tunc nihil,&c. Nam scientia indita est alia a scia diuina:& propterea argumentũ transeundo de vna ad aliam scientiam committit fallaciam æquiuocationis.

3^m de maiori. Secundum diuersas rationes. ℞. Proprias. §. Tunc nihil,&c. Nam licet aĩa Christi uia sibi diuinitus reuelata sciat secundum unam rationem communem, scilicet secundum lumen infusum; & ideo ex hac parte non distinguatur scientia ipsa per diuersos habitus: tamen non omnia illa scit cognitione propria secundum eandem rationem communem, sed secundum distinctas rationes proprias. Lumen enim diuinitus infusum,&c. vt in textu.

lorum scientiam, quantum ad id, quod cõsideratur in ea ex parte Dei influentis: est tamen infra sciẽtiam angelicam, quantum ad modum recipientis. Et ad huiusmodi modum pertinet, quod scientia illa per multos habitus distinguatur quasi p species magis particulares existens.

AD SECVNDVM dicendum, q fides nostra innititur primæ ueritati: & ideo Christus est auctor fidei nostræ secundum diuinam scientiam, quæ est simpliciter vna.

AD TERTIVM dicendum, q lumen diuinitus infusum est communis ratio intelligendi, quæ diuinitus reuelantur: sicut, & lumen intellectus agentis eorum, quæ naturaliter cognoscuntur. Et ideo oportuit esse in anima Christi proprias species singularum rerum, ad cognoscendum cognitione propria vnumquodque. Et secundum hoc oportuit esse diuersos habitus scientiæ in animæ Christi, ut dictum est.*

AP-

APPENDIX.

Utilitas pro Eccle. S.Dei.

EX art. habes primo: qũo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatũ: q scia Chri indita fuit distincta per diuersos habitus. Vt per hoc, q dicitur Zach.3.&c. vt ponitur cum expositione in argumen. contr. Item per ly debuit per &c. Heb.2. vt in artic.5. appen. Si enim scientia Christi cum nostra est per omnia similis, i. unius rationis, sequitur ex Apostolo: q, cum scientia nostra sit secundum diuersos habitus, & illa Christi similiter sit. Iuuabit item ad hunc locum, uidere ar.3. appẽ. q scilicet eiusdem speciei naturæ est anima Christi cum nra. Ex hoc nãq; ad propositũ scientiæ sic pro cõditione subiectĩ modificatæ discurrere facile est. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pẽsatis & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

*In cor. ar. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

De scientia siquidem infusa quæritur, an sit infusa Christo in unica specie, seu habitu, an in diuersis. Et est ratio dubij, excellentia magna talis scientiæ infusæ animæ Christi.

¶In corpore unica est conclusio responsiua quæsito: Scientia indita animæ Christi fuit distincta secundum diuersos habitus. Probatur. Habitus scientiæ diuersificatur in nobis ex diuersitate generis scibilis, sed respectu scientiæ inditæ animæ Christi inuenitur diuersitas generis scibilis. ergo scientia indita animæ Christi distinguitur in diuersos habitus. Maior probatur ex 1. Post. Minor, quæ non nisi implicite ex litera habetur, hoc est in sua probatione, probatur in litera sic. Connaturale est animæ humanæ, vt recipiat species in minori vniuersalitate, quam angeli, ita.s. q diuersas naturas specificas per diuersas species intelligibiles cognoscat. Sed scientia indita animæ Christi habuit modum connaturalem animæ humanæ. ergo scientia indita animæ Christi est distincta per species intelligibiles secundum diuersitatem naturarũ specificarum. Hoc autem nihil aliud est, quam scientiam talem respicere diuersa genera scibilia: nam si diuersificatur secundum diuersas naturas specificas, multo magis distinguitur secundum diuersa genera scibilia, cum minor sit distinctio per genera scibilia, quam per specificas naturas: quoniam sub uno genere scibili comprehenduntur multæ naturæ specificæ, vt patet ex supradictis.

¶ Et scito, q cum dicitur species intelligibiles oportere diuersificari secundum diuersas naturas specificas, intelligendum est de naturis proprie, hoc est substantijs, nam per unam, & eandem speciẽ infusam intelligit anima Christi substantiam, & proprietates, accidentiaque eius. Rursus, non ita intelligas species intelligibiles infusas de articulari ad naturas specificas, vt præcise repræsentent eas, & non principia indiuiduantia, vt faciunt species intelligibiles abstractæ a phantasmatibus, & quales fuerunt species infusæ primo homini: quoniam species infusæ animæ Christi, sunt non per accidens, sed ex suo genere infusæ, & ita ad naturas substantiarum specificas arctantur, vt simul indiuidua earum ostẽdãt distincte, alioquin aut non nouisset hac scientia omnia, aut infinitæ species ponerentur quorum vtrumq; esse falsum monstratũ est.

¶ Circa hanc doctrinam iunctam responsioni ad primum dubium superius reseruatum ex Scõ. in 3. Sentẽ. d. 14. q. vlt. volente, quod species intelligibiles infusæ animæ Christi fuerunt perfectissimæ: quia sicut ponitur animæ Christi collatam esse gratiam summam possibilem creaturæ, ita probabile est infusas esse sibi species perfectissimas, & nobilissimas, per quas perfectissime nouit habitualiter res cognitione abstractiua.

¶Ad hoc dicitur, q proportionalis similitudo assumpta est falsa. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd dono gratiæ respõdet directe donum gloriæ, & consequenter sicut animæ Christi collata ponitur summa gratia, ita collata est summa gloria, ad quã spectas cognitio beata, & non cognitio infusa de qua est quæstio. Vnde, quia cognitio infusa non respondet gratiæ, consequens est, vt malè assumpta sit similitudo proportionalis, ut sicut ponitur, summam habere gratiam, ita ponendum est habere summas species infusas. Et si quæratur, cur gratia, gloria, & visio beata non modificantur, & articulantur iuxta modum naturalem animæ humanæ, scientiam autem infusam modificari ponitur in litera ad naturalem modũ animæ humanæ, & ideo species eius intelligibiles esse minus vniuersales, ac per hoc minus perfectas, quam spẽs angelorum, respondendum est ex responsione ad primum in art. præc. q visio beata, & huiusmodi, sunt de ordine connaturalium soli diuinæ naturæ, ac per hoc superexcedentium modũ cuiuscũque naturæ creatæ. Et propterea non articulantur aut modificantur ex modo naturali animæ, uel angeli. Scientia autem infusa est de ordine connaturalium creaturis, s. angelis, & animabus nostris in statu separationis, ac per hoc est de ordine, proportionatorum modo humanæ naturæ, & propterea meritò ponitur ipsam modificari, & dearticulari, iuxta cõnaturalem modum humanæ naturę, ac per hoc, vt in litera dicitur, ponitur, species ipsius esse minus vniuersales, & imperfectiores, quam sint species angelicę. Cũ qua tamen imperfectione specierũ stat, q scientia infusa animę Christi, quo ad euidentiam, certitudinem, multitudinemque cognitorum sit perfectior scientia angelica, propter excellentius lumen, vt prędictum est.

¶In responsione ad tertium ejusdem art. 6. nota, q sicut Aristoteles posuit, ad intellectionem nostram concurrere tria, scilicet obiectum in sua specie intelligibili, & intellectum possibile elicientem intellectionem, & lumen intellectus agentis, quo clarent immediate principia, & illis mediantib. reliqua (concurrere.n. intellectum agentem non solum ad generationem specierum intelligibilium, sed etiam ad faciendã euidentiam cognitorum ex eo patet, quòd ipse, vt inquit Auerr. in pro̧mio de aĩa est cã primarum propositionũ proculdubio quo ad euidentiã, & consequenter reliquarũ, mediantib. illis primis) ita proportionabiliter auctor ponens scientiam altioris ordinis in anima humana, posuit species altioris ordinis, & lumen altioris ordinis, sub quo clarè cognoscuntur ea, quæ per species infusas repræsentantur, & propterea vt in litera dicitur, illud lumen commune est omnibus reuelatis, sicut lumen intellectus agentis: & est mediũ, sub quo, species autẽ intelligibilis est medium in quo res repræsentantur.

S.Bon. 3.s.d.14.q.2.a.3.
Scot. 3.s.d 14.q.3.
Rich.3.s.d. 14.q 1.
Dur.3.s.d.14.q.1.
Palu.3 s.d.14.q 2.
Medina ar.1.

SVPER Q. IX. ART. I.

COncl. Sicut per scientiam inditã sciuit anima Chri omnia illa, ad quæ intellectus possibilis est quocunque modo in potẽtia: ita per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt sciri p actionem intellectus agentis.

¶Prob. Quia scientia

QVÆSTIO XII.

De scientia animæ Christi acquisita, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de scientia animæ Chri acquisita, vel experimentali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum secundum hanc scientiam cognouerit omnia.

¶Secundo, Vtrum in hac scientia profecerit.

¶Tertio, Vtrum aliquid ab homine didicerit.

¶Quarto, Vtrum acceperit aliquid ab angelis.

tia acquisita ponitur in Christo propter perfectionem intellectus agentis, sicut scientia indita ponitur in ipso propter perfectionem intellectus possibilis. q.9.ar.3.4. Et perfectio intellectus tum agentis, tum possibilis, tendit ad omnia (cum intellectus agens sit, quo omnia facere; possibilisque sit, quo omnia fieri.)

1^m de maiori. Per experientiam. R. Rerum; vel in seipsis, vel in quibusdam aliis. §. Ex quibus, scilicet in
78 ipsarum notitiam deuenire potest. Tunc nihil, &c. Nam licet Christus non fuerit omnia expertus (ut dicit minor); ex his tamen, &c. vt in textu.

2^m illatio conclusionis. Non igitur &c. R. Negatur illatio. §. Homo enim scientiã acquirit per sensum nõ solum quando res tales in seipsis sentit; sed etiam, quando easdem sentit in quibusdam aliis rebus modo, quo declaratur in textu ad primum. Quamuis ergo sensibus corporalibus Christi non fuerint subiecta in seipsis sensibilia omnia: fuerũt tamen, &c. vt in tex.

3^m de conclusione prima. Si secundum hanc sciẽtiam Christus omnia. R. Illa, quæ simpliciter, idest absolute, possunt cognosci. §. Tunc sequitur quidem id, quod inde mox deducit: sed nihil contra articuli ueritatem. Nam secundũ
* q.9.ar.4. acquisitam scientiã anima Christi, &cæt. vt in tex. Ad cuius ampliorem intelligentiam iuuat videre q. 10. art. 2. 3. Ex his facile patebit: quod ex hoc, quod Christus secundũ scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ per lumen intellectus agentis sunt homini cognoscibilia, non sequitur
*lib. 3. de aia tex. 38. to. 2. (vt putare uidebatur argumentum): ꝙ scientia acquisita in Christo sit æqualis scientiæ inditæ vel beatæ; sed inter ipsas scientias inæqualitas maxima remanet. Omnia enim absolutè, includendo etiam diuinam essentiam, cadunt sub scientia beata: quorum tamen solum omnia creata simpliciter cadunt sub infusa; & horum tantummodo omnia secũdum quid, i. quæ per lumen agentis cognoscunt̃, cadunt sub acquisita.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd secundum hãc scientiam Christus non omnia cognouerit. Huiusmodi enim scientia per experientiam acquiritur: sed Christus non omnia expertus est. non igitur omnia secundum hanc scientiam sciuit.

¶ 2 Præt. Homo scientiam per sensum acquirit: sed non omnia sensibilia sensibus corporalibus Christi fuerunt subiecta. non igitur secundum hanc scientiam omnia cognouit Christus.

¶ 3 Præt. Quantitas scientiæ attenditur secundum scibilia. Si igitur secundum hanc sciẽtiam Christus omnia sciuisset, esset in eo scientia acquisita æqualis scientiæ infusæ, & scientiæ beatæ, quod est inconueniens, non ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

SED CONTRA est, quod nihil imperfectũ fuit in Christo quãtum ad animã. Fuisset autẽ imperfecta hæc eius scientia, si sm eã non sciuisset omnia: quia imperfectum est, cui potest fieri additio. ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

RESP. Dicendum, quod scientia acquisita ponitur in anima Christi (vt supra dictum est*) propter conuenientiam intellectus agentis, ne eius actio sit otiosa, quæ facit intelligibilia in actu: sicut scientia indita, vel infusa ponitur in anima Christi ad perfectionem intellectus possibilis. Sicut autem intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ita intellectus agens est, quo est omnia facere: vt dicitur in 3. de anima.* Et ideo sicut per scientiam inditam sciuit anima Christi omnia illa, ad quæ intellectus possibilis est quocumque modo in potentia, ita per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt sciri p̃ actionem intellectus agentis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sciẽtia rerum acquiri potest non solum per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiam quarũdam aliarum rerum, cum ex uirtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia per similia, & contraria per contraria. Sic igitur licet Christus non fuerit omnia expertus: ex his tamen, quæ expertus est, in omnium deuenit notitiam.

AD SECVNDVM dicendum, quod licet sensib. corporalib. Christi non fuerint subiecta omnia sensibilia: fuerunt tamen sensibus eius subiecta aliqua sensibilia, ex quibus propter excellentissimam vim rationis eius, potuit in aliorum notitiã deuenire per modum prædictum:* sicut videndo corpora cęlestia, potuit comprehendere eorum uirtutes, & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebant. Et eadem ratione ex quibuscunque aliis, in aliorum notitiam deuenire potuit.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ secundum istam scientiam anima Christi nõ simpliciter cognouit omnia: sed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini sunt cognoscibilia. Vnde per hanc scientiam non cognouit essentiam substantiarum separatarum, nec etiam singularia præterita, præsentia, & futura, quæ tamen cognouit per scientiam inditam, vt supra dictum est.*

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rõnem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum: quod anima Christi per sciẽtiam acquisitam cognouit omnia. Vt per hoc, quod dicitur Hebræ. 5. Didicit ex his, &cæt. vt sup. quæst. 9. artic. 4. appẽ. His enim Apostoli verbis monstratur; quod scientia p̃ experientiam erat in anima Christi, tanquã ornatus eius: scientia namq; ornat animam, in qua est; atque ideo dicitur forma eius, licet accidentalis, quæst. 11. artic. 5. ad tertium. Addatur ergo Apostolo dictum Genes. 2. Perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum: & tunc manifeste uidebitur ex scripturis intentum. Si enim omnis ornatus cœli & terræ est perfect*, inquantum, scilicet de requisitis nihil ei deest, sed omnia ad ornatum facientia sunt optimè in genere suo disposita. 1. quæstio. 25. art. 6. ad tertium, multo magis vtique ornatus omnis animæ Christi, quæ cœlo & terra simpliciter melior est. quæstio. 11. artic. 5. ad tertium debuit esse perfectus: Scientia ergo omnis in Christo existens fuit perfecta, secundum scripturas; & consequenter scientia etiam acquisita. Fuisset autem imperfecta, si secundum eam ipsius anima non sciuisset omnia; quoniam imperfectum est illud, cui potest in suo genere fieri additio (vt dicitur in argumẽ. contr.): ergo per scientiam acquisitam anima illa nouit omnia tali scientia cognoscibilia. Testimonio itaque scripturarũ qualibet scientia, tanquam ornatu suo, Christus fuit perfectus, idest cognouit omnia: in genere tamen proportionaliter sibi conueniente, intelligendo ly omnia; quod patet ex supradictis. quæstio. 10. art. 2. & q. 11. ar. 1. Et hic. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
D. 32 c8.
*In cor. ar.
D. 32 c7.
* In cor. 2. & q. pc. & q. 9. art. 3. & 4.
2

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito: Anima Christi per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt per actionem intellectus agentis sciri. Probatur ex proportionali similitudine inter scientiam infusam respectu intellectus possibilis, & acquisitam respectu intellectus agentis: nam sicut illa ponitur propter perfectionem potentiæ intellectus possibilis, ita ista propter conuenientiam potentiæ actiuæ intellectus agentis. Et ideo sicut illa se extendit ad omnia, ad quæ se extẽdit possibilis intellectus potentia, ita ista ad omnia, quæ potest intellectus agens facere.

¶ In responsione ad primum, & secundum simul dubium ex Duran. in 3. Sent. d. 14. q. 3. occurrit, arguente directe contra vtramque responsionem. Primo, contra secundam, dicens, quod ex visione corporum cœlestium nullus potest comprehendere uirtutes eorum, sed potius experientia effectuum. Deinde cõtra primam, dicens, quod experientia non parit scientiam nisi rerum expertarum, & consimilium secundum speciem: quoniam sic ex multis sensibus fit memoria, & inde experimentum, & inde vniuersale, quod est principium artis, & scientiæ (vt dicitur in proœmio Metaph. 1.) nõ ergo ex quibusdam expertis, Christus venit in notitiam omnium, vt in litera dicitur.

¶ Ad primum horum dicitur, quod Durandus uoluit esse cæcus: nam in litera non dicitur, quod ex sola uisione corporali corporum

porum cælestium Christus comprehenderit cęlestia: sed expressa ꝑmittitur in hac ipsa responsione ad secundum ibi, Per modum prædictum, scilicet per experientiam. & subditur statim exemplariter. Sicut videndo, &c. Est ergo sermo literæ de uisione experimentali, & non de visione absolute.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd connexio specierum, causarum, effectuum, & huiusmodi, manifestat quòd experientia in quibusdam, puta in calidis, generat non solum scientiam calidorū sed excellenti existente ingenio, ex scientia calidorū generat scientiā frigidorum. & ex his mediorum, & ex his omnibus elementorum, & mistorum, & ex his ad causas ascenditur superiores. Quocirca, experientiam parere scientiam similium tantum potest intelligi dupliciter, scilicet vel immediate, & sic est verum: vel quouis modo, & sic est falsum, vt in litera hac dicitur. Scientia, inquit Auctor, rerum, non solum acquiri potest ex experientia ipsarum, sed ex experientia quarundam aliarum. Et ratio assignatur; quia ex uirtute luminis potest homo procedere, &c.

¶ Et scito quod tota difficultas nostra consistit in comprehendendo substantiam unam inferiorem: quoniam illa comprehensa, facilè reliquæ comprehenderentur. Et similiter in comprehēdendo vnum corpus cæleste, vno enim comprehenso, facile omnia comprehenderentur ab excellentissimo ingenio quale fuit illud animæ Christi. Non est autem impossibile tali ingenio comprehendere unum corpus cæleste, & unum mistum perfectum, puta hominem. non est igitur impossibile, quod omnia quæ possunt virtute intellectus agentis cognosci cognouerit per inuentionem.

¶ At si quis dixerit, sensibus Christi omnia singularia opportuna ad perfectam per inuentionem scientiam omnium naturali ratione cognoscibilium oblata esse angelorum ministerio supplente, non aberraret: quoniā si (Euangelista testante) esurienti Christo angeli cibum corporalem ministrauerunt, Matt. 4. multo magis rationabile est, vt indigenti Christo spirituali cibo scientiæ acquisitæ ministrauerint angeli singularia opportuna, ex quibus ipse suo ingenio adinueniret scientiam. Hoc enim nullum inconueniens habet annexum, nec est miraculum voluntatis fictum sed super simili & minus necessario expresso in Euangelio fundatum propterea vt rationabile amplectendum est.

Medina ar. 2.

SVPER Q. XII. ART. II.

79

Su. q. 7. a. 12. ad 3. & inf. a. 3. ad 3. & q. 15. ar. 8 & 3. d. 14. li. in fi. & d. 14. a. 3. q. 3. & ver. q. 20. a. 3. ad 3. & o. 3. c. 223. & Ioa. lec. 23. fin. & Hæb. 5.

† Ar. ꝓce.

CONCL. I. Christus in scientia s̄m effectum profecit, & in gratia; sicut in ætate.

¶ PROB. Quia Chřs secundum augmētum ętatis, &c. vsque ad ly demonstrabant.

¶ CONCL. 2. In sciētia infusa Chřs non ꝓfecit s̄m habitū; hoc est, habitus scientiæ infusæ in Christo non est augmentatus.

¶ PROB. Quia a principio, &c. vsq; ad ly infusa.

¶ CONCL. 3. Scientia beata in Christo augeri non potuit.

*li. 3. c. 21. Orth. fid. paulo a princ.

¶ PROB. Quia ꝓsupponitur clara. Vide q. 10. ar. 3. 4. & Addition. q. 93. ar. 2. cum Elucid.

¶ CONCL. 4. Sciētia Christi diuina non potuit augeri.

¶ PROB. Quia patet ex 1. q. 14. ar. 15. & q. 9. artic. 1.

¶ NOT. Ex hoc loco, vbi textus declarat ly ꝑ experiētiā, aduertas: q̃uo clare intelligi debeāt, q̃ dñr de scientia experimentali, i. quare dicatur scientia s̄m experientiā. Sic ergo bñ glossabis. q. 9. ar. 4. & alibi sæpe dicta de tali experientia.

† li. de incarn. Do. sac. c. 7. me. to. 2.

CONCL. 5. In sciētia acquisita Christus profecit s̄m habitum; hoc est, habitus scientiæ acquisitæ in Christo potuit augmentari ꝑ abstractionē specierum, idest per hoc, ꝙ intellectus agens post primas species intelligibiles abstractas a fantasmatib. poterat etiam alias abstrahere.

¶ PROB. Quia incōueniens est, ꝙ aliqua naturalis actio intelligibilis Christo deesset (ut patet): Et abstrahere species intelligibiles a fantasmatibus est actio naturalis homini secundum intellectū agentē.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in hac scientia profecerit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod secundum hanc scientiam Christus non profecerit. Sicut enim secundum scientiam beatitudinis, & secundū scientiam infusam Christus cognouit omnia ita & secundum hanc scientiam acquisitam vt ex dictis patet: † sed secundum illas scientias non profecit. ergo nec secundum istam.

¶ 2 Præt. Proficere est imperfecti: quia perfectum additionem non recipit: sed in Christo non est ponere scientiam imperfectam. ergo s̄m hanc sciam Christus non profecit.

¶ 3 Præt. Dam. dicit. Qui proficere dicunt Christum sapientia, & gratia, vt additamentum sensus suscipientem, nō uenerantur vnionem, quæ est secundum hypostasim: Sed impium est illam vnionem non uenerari. ergo impiū est dicere ꝙ scientia eius additamentum acceperit.

SED CONTRA est, quod dicit Luc. 2. ꝙ Iesus proficiebat sapiētia, & ætate, & gratia, apud Deū, & homines. Et Amb. † dicit quòd ꝓficiebat secundum sapientiam humanam. Humana autem sapientia est, quæ humano modo acquiritur, scilicet per lumen intellectus agentis. ergo Christus secundum hanc scientiam profecit.

RESP. Dicendum, quod duplex est profectus scientiæ. Vnus quidē secundum essentiam, prout s. ipse habitus scientiæ augetur. Alius autem secundum effectum, puta si aliquis secundum eundem, & æqualē scientiæ habitum, primo minora alijs demonstret, & postea maiora, & subtiliora. Hoc autem secundo modo manifestum est, quod Christus in scientia, & gratia profecit, sicut & in ætate: quia, s. secundum augmentum ætatis opera maiora faciebat, quæ, scilicet maiorem scientiā, & gratiam demonstrabāt: sed quātum ad ipsum habitum sciētiæ, manifestum est, quod habitus scientiæ infusæ, in eo non est augmentatus, cum a principio plenariè fuerit sibi omnium scientia infusa, & multo minus scientia beata in eo augeri potuit. De scientia enim diuina, quod non possit augeri, supra in prima parte dictum est. *Si igitur præter habitum scientiæ infusum, nō sit in anima Christi aliquis habitus scientiæ acquisitæ (vt quibusdā uidetur, † & mihi aliquando uisum est) nulla scientia in Christo augmentata fuit secundum essentiam, sed solum per experientiam, idest, conuersionem specierum intelligibilium inditarum ad phantasmata. Et secundum hoc dicunt, quod scientia Christi profecit secundum experientiam, conuertendo scilicet species intelligibiles inditas ad ea, quæ de nouo per sensum accipit: sed quia incōueniens uidetur, quod aliqua naturalis actio intelligibilis, Christo deesset, cum extrahere species intelligibiles a phantasmatibus, sit quædam naturalis actio hominis secundum intellectum agentem, conueniens videtur hanc etiam actionem in Christo ponere: Et ex hoc sequitur, quòd in anima Christi aliquis habitus scientię fuerit, qui per huiusmodi abstractionem specierum potuerit augmentari, ex hoc scilicet, quòd intellectus agens post primas species intelligibiles abstractas a phantasmatibus poterat etiam alias, & alias abstrahere. D. 1118. D. 1099.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tam scientia infusa animę Christi, quam scientia beata, fuit effectus agētis infinitę uirtutis, qui potest simul totū operari, & ita in neutra scientia Christus profecit, sed a principio eam perfectam habuit: sed scientia acquisita causatur ab intellectu agente, qui non simul totum operatur, sed successiuè: & ideo secundum hanc scientiam Christus non a principio sciuit omnia, sed paulatim, & post aliquod tēpus, s. in perfecta ętate, quod patet ex hoc quòd Euangelista simul dicit eum profecisse scientia, & ętate.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hęc etiam scientia semper fuit perfecta secundum tempus: licet non semper fuerit perfecta simpliciter & secundum naturam: & ideo potuit habere augmentum.

1m maior. Sicut secundum scientiam beatitudinis, & s̄m scientiam infusam, Christus cognouit omnia; ita & secundum hanc scientia acquisitam. R. Cū hac tñ differentia: ꝙ scientia acquisita causata fuit ab agente uirtutis finitæ; & aliæ duæ ab agēte virtutis infinitæ, S. Tunc nihil, &c. vt patet in tex. *p. p. q. 14. ar. 25. † 3. Sēt. d. 14. q. 3. a. 3

2m de maiori. Est imperfecti. R. Vel perfecti secūdum tempus, solum. S. Hoc est. Vel nullam priuationē habenus; licet aliquid nesciētis pro tempore, quo non erat sibi decēs seu opportunum, scire illud. Vide a simili sup. q. 10. ar. 3. appen. Tunc nihil, &c. Nam scientiā Christi acquisita semꝑ fuit perfecta secundum tempus, licet, &c. vt in textu.

Ad

textu. Ex quo dic. q aliud est, scientiam illam fuisse imperfectam, quod nũquam fuit: aliud aũt est, illam scientiam fuisse non pfectã simplr. Illud.n. dicit priuationem: hoc verò puram negationem.

3m ex Damasceno. Sapientia. R. Infusa. §. Tunc nihil, &c. Conclusio enim quinta, quam argumentum oppugnare intendit, loqtur de sapientia in alio sensu. s. de scia acquisita. Argumentum ergo conclusionem secundã iuuat, tãq pbatio eius; sine ostensa quintæ.

*li.3.c.21.

Ad tertium dicendum, q verbum Damasc.* intelligitur quantũ ad illos, qui dicunt simpliciter fuisse factam additionem scientiæ Christi, s. secundum quamcumque eius scientiam, & præcipuè secundum infusam, quæ causat in anima Christi ex vnione ad verbum: non autẽ intelligitur de augmento scientiæ, quæ ex naturali agente causatur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rõnem ostendas, & rectè intelligas, meritò esse a scripturis insinuatum: quod Christus in scientia acquisita profecerit. Vt Luc. 2. &c. secundum quod cum expositione B. Ambrosij ponitur in argum. contr. Pro cuius amplioti captu dic, quod in tali sapientia humana profecit & secundum effectum, iuxta primam conclusionem, & secundum habitũ, iuxta quintam: licet in alijs scientijs trib. prædictis profecerit secundũ effectum tantum, iuxta conclusiones primã, secundam, tertiam, & quartam. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo ponitur distinctio bimembris. Duplex est profectus scientiæ, alter secundum ipsius essentiam, alter secundum effectum. Secundo respondetur quæsito, iuxta secundum membrum Christus profecit secundum effectum in scientia, gratia, sicut, & ætate. Probatur, quia iuxta ætatis augmentum maiora opere faciebat, quæ maiorem scientiam, & gratiam demonstrabant. Tertio respondetur quæsito iuxta primũ membrum, quo ad quadruplicem Christi sciẽtiam, s. infusam, beatam, diuinam, & acquisitam. Et de trib. primis quidem negatiuè, scilicet quod Christus non profecit. De acquisita vero recitatur prius aliorum, & sua olim opinio q non est augmentata secundũ se, sed secundum experientiam, hoc est conuersionem, seu applicationem illius ad phantasmata, quæ ex sensibus, & experientiis ab extra veniebant. Deinde repetitur propria nunc opinio, q acquisita secundum essentiam aucta fuit: quia inconueniens videtur, deesse Christo aliquam intelligibilem actionem. Vbi nota, & modestiam auctoris, q opinantis, personam induit, dum ait, inconueniẽs videtur, & explanationem supra dictorum de operatione intellectus agentis, quod scilicet de principali illius operatione, cuius priuatione otiosus, seu frustra, poneretur, fuit sermo.

Medina ar. 3.

SVPER Q. XII. ART. III.

Concl. Non fuit cõueniens dignitati Christi; q ab ab homine aliquo, quisq; ille sit, doceretur.

¶Prob. Quia Chrs uenerat, tanquã doctor ueritatis, respectu omniũ hominũ (vt patet Ioan. 18.): Et primum mouens in quolibet genere non mouet̃ sm illam spẽm motus (alioquin non esset primum mouẽs in tali genere).

1m de minori. Est addiscentis. R. Vel erudientis. §. Tunc nihil, &c. Dñs.n. non interrogabat, &cæt. vt in tex. Cui & quotidiana experientia attestatur: qm magistri interrogare solẽt scholares suos, vt eos nescientes rñdere doceant. Eos quoq; magistri interrogare solent: vt ipsi discipuli, tã quã ab ipsa interrogatione excitati, ignorantiã propriã cognoscentes ad interrogãdũ eosdem magistros animentur: sicque magistri eis rñdeant, ac ideo eos p modũ rñsionis doceãt. Solent & magistri audire attẽte discipulos inter se inuicem de literis loquẽtes: ut eos deficientes in scientia, de qua loquunt̃, doceant absidantur. Ecce; q interrogare audire, & rñdere non est tñ addiscentis (vt uolebat argumentum): sed ẽt est erudientis; maximè qñ ciuiliter. i. modo quodã curiali, affabili, humilitatéq; redolenti, erudit (vt intendebat rñsum). Tali igit̃ vltimo modo tñ tali fine, i. vt erudiret, & audiebat, & interrogabat, & rñdebat Chrs; vt inde cognosceremus, ipsum fuisse datũ mũdo magistrum non solũ discipulorũ minorũ, sed ẽt magistrorũ magnorũ.

*art. præc.

*art. præc.

*q. 8. ar. 3.

2m maior. Acquirere scientiã ab hoie docẽte vr̃ esse nobilius, quã acquirere a rebus sensibilibus. R. Negatur. §. Ad probationem ly q a in anima, &c. dicitur: q nihil concludit: immo q ex ipsa bene intellecta habetur oppositum illius maioris (vt de horum vtroq; declaratur in tex.).

3m minor. Quilibet audiens sermonẽ significatiuum alicuius põt addi-

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit.

Ad tertium sic proceditur. Videtur q Christus aliqd ab hominibus didicerit. Dicitur.n. Luc. 2. q inuenerunt eum in templo in medio doctorum interrogantem illos, & respondentem, interrogare vero, & respondere est addiscentis, ergo Christus aliquid didicit ab hominibus.

¶ 2 Præt. Acquirere sciam ab hoie docente, vr̃ esse nobilius, q̃ acquirere a reb. sensibilib. quia in aia hois docentis sunt spẽs intelligibiles in actu, in reb. aũt sensibilib. sunt spẽs intelligibiles solum in potentia: sed Chrs accipiebat sciam experimentalẽ ex reb. sensibilib', vt dictũ est.* ergo multo magis poterat accipere scientiam addiscendo ab hoĩbus.

¶ 3 Præt. Christus sm sciam experimentalem non oĩa a principio sciuit, sed in ea profecit, vt dictũ est:* sed quilibet audiens sermonem significatiuũ alicuius, põt addiscere, quod nescit. ergo Christus potuit ab hominibus aliqua addiscere, q̃ secundũ hanc scientiam nesciebat.

Sed contra est, q dr̃ Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac pceptorẽ gentibus: pceptoris aũt non est doceri, sed docere. ergo Christus non accepit aliquã sciẽtiam p doctrinã alicuius hominis.

Resp. Dicendum, q in quolibet genere id, quod est primũ mouens, non mouetur sm illam speciẽ motus: sicut primum alterans non alteratur. Christus autẽ constitutus est a Deo caput ecclesiæ, quinimmo omnium hoĩum, vt sup. dictũ est,* vt non solũ oẽs per ipsum gratiam acciperent: sed ẽt ut oẽs ab eo doctrinam veritatis reciperent. Vnde ipse dicit Io. 18. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdũ, vt testimoniũ perhibeam ueritati: & ideo non fuit conueniens eius dignitati, vt a quocunque homine doceretur.

Ad primum ergo dicendum, q sicut Orig.* dicit super Luc. Dñs interrogabat, nõ vt aliquid addisceret: sed ut interrogans erudiret. Ex uno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & rñdere sapienter. Vnde, & ibidẽ in Euangelio sequit̃, q stupebant oẽs, qui eũ audiebant, super prudentia, & responsis eius. Hom. 19. & fin. to. 3.

Ad secundum dicendũ, q ille, qui addiscit ab homine, non accipit immediatè scientiam a speciebus intelligibilib. quæ sunt in mente ipsius, sed mediantib. vocib. sensibilibus, tanquã signis intelligibiliũ conceptionum. Sicut autẽ voces ab homine formatæ sunt signa intellectualis sciẽ ipsi', ita creaturæ a Deo cõditæ sunt signa sapientiæ eius. Vnde dr̃ Eccl. 1. Quod Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. Sicut igitur dignius est doceri a Deo, quam ab homine, ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturas, quã per hominis doctrinam.

Ad tertium dicendum, quòd Iesus proficiebat in sciẽtia experimẽtali, sicut, & in ætate, vt dictũ est.* Sicut autem ætas opportuna requirit̃ ad hoc, quòd homo accipiat scientiam per inuentionẽ, ita etiã ad hoc, q accipiat scientiam per disciplinam. Dñs autem nihil fecit, quod non congrueret eius ætati: & ideo audiendis doctrinæ sermonibus, non accommodauit auditum nisi illo tempore, quo poterat etiam per uiam experientiæ talem scientiæ gradum attigisse. Vnde Greg.* dicit super Ezech. Duodecimo anno ætatis suæ interrogare dignatus est homines in terra: quia iuxta rationis vsum doctrinæ sermo non suppetit nisi in ętate perfecta. *art. præ. *Ho. 2. par. 1ũ a prin.

AR-

addiscere, quod nescit. ℞. Nisi ille audiens scinerit prius per propriam inuētionem illud, quod a sermone ipso audito significatur. §. Tunc nihil, &c. Dominus enim nihil fecit, quod nō congrueret eius ætati; & ideo audiendi, &c. vt in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. EX art. habes primo: q̄uo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis, & Ecclesia insinuatum: quod Christus nihil ab hominibus didicit. A scripturis quidē per hoc, quod dicitur Isa. 55. Ecce, &c. vt in argumen. contr. Item per dictum Ioan. 3. Rabbi, scimus: quia a Deo venisti magister. Si enim Christus a Deo venit magister hominibus (vt verissime venit): vtiq; non docendus, sed doctu-doctturus venit; quemamadmodum & dicitur Ioan. 4. Messias, cum venerit, nunciabit nobis omnia. Magistri enim est docere, non doceri. Ab Ecclesia verò insinuatur idem per hoc, quod in collecta sexagesimæ dicit. Deus, qui &c. concede propitius; vt contra aduersa omnia doctoris gentium protectione muniamur. Ipsa siquidem ex eo, quod Christum uocat doctorem gentium, scholasticis Theologis indubie concludendum relinquit: quod Christus a gentibus quibuscunque non didicit aliquid. Discipulorū enim quales ibi significantur esse omnes gentes respectu Christi, non est docere magistrum; sed ab ipso doceri. Vide dicta circa respon. ad primum. Secundò uides: quomodo ex iis bene pēsatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

In corpore artic. vna est conclusio responsiua quæsito negatiue, Christus nihil ab homine didicit. Probatur. Primum mouens in quolibet genere, non mouetur illa specie motus: Christus est primus doctor hominum omnium. ergo nō docetur ab aliquo homine. Maior manifestatur in primo alterante. Minor auctoritate domini. Ioan. 18.

Medina ar. 4.

SVPER Q. XII.

ART. IIII.

81 CONCL. Anima Christi in scientia
Inf. q. 30. a. 2. ad 1. & 3. d. 13. q. 2. a. 2. q. 1. & d. 14. a. 3. q. 6. fuit perfecta ex duob. Ex sensibilib. quidem s̄m scientiam experimentalē; ex impressione verò superiori s̄m scientiam infusam: Ex neutro modo didicit aliquid ab Angelis.

¶ PROB. Quia aīa humana est media inter * C. 4. non p̄cula fi. c. substātias omnino spirituales (idest sine corpore naturaliter existētes) & inter res corporales. Secunda autem pars, scilicet ex sensibilibus, & cæt. probatur; quia patet ex quęstio. 9. artic. 3. 4. Tertia verò pars, scilicet & neutro, & cæt. probatur; quia ad habendam scientiam experimentalem non requiritur lumen Angelicū: & sciētiam infusam Christus imediate adeptus est a Deo (vt patet ex supra naturali unione animæ suæ ad verbum.)

1^m de minori.

Sed confortatio. ℞. Facta per modum instructionis. §. Hoc est. Ad instruendum eum, cui fit confortatio. Tūc nihil, & cæt. Nam illa * C. 7. post med. illi⁹. confortatio Angeli facta fuit in alio sensu, scilicet non per modum instructionis; sed &c. vt in tex.

2^m ex S. Dion.

Ipse Iesus. ℞. Consideratus secundum rationem earum rerum, quæ circa incarnationem & ministrationē, eius agebantur. §. Tūc nihil, &c. Ad veritatem enim conclusionis articuli tuendam sufficit; quod ipse Christus consideratus secundum suipsius rationem non fuerit formationibus Angelicis subiectus. Aliud siquidem est, quod Angeli docuerint homines D. 1218. aliquos de his rebus, quæ circa incarnationem vel ministrationem Christi erant fienda (id quod per illam authoritatem intendit): aliud autem est, quod Angeli aliquādo docuerint Christum (quod Beatus Dionysius ibi nunquā intellexit.

3^m conclusio.

Ergo etiam eius mens humana subiacebat illuminationibus super- *lib. 2. c. 8. to. 3. cælestium spirituum. ℞. Nisi ipse assumpsisset animam perfectam scientia. §. Tunc nihil, & cæt. vt patet in textu. Ex quo dic: q * lib. 6. in Luc. c. 92. s̄m ordin. Bedæ, ante me. t. a. Christus præuenit illum naturalem ordinem mentis, de quo maior loquitur; secundum quē, scilicet mens humana alias ab Angelis illuminari potest.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis & Dionysio insinuatum: quod Christus non docetur ab Angelis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus aliquid acceperit ab angelis.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd Christus ab angelis scientiam acceperit. Dicitur enim Luc. 22. quod apparuit Christo angelus de cęlo, confortans eū: sed confortatio fit per uerba confortatoria docentis, secundum illud Iob 4. Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti, uacillantes confirmauerunt sermones tui. ergo Christ⁹ ab angelis edoctus est.

¶ 2 Præt. Dion.* dicit in 4. cæl. hierar. video enim quod, & ipse Iesus, supercęlestium substantiarum supersubstantialis substantia, ad nostram intransmutabiliter veniens, obedienter subiicitur patris, & Dei per angelos formationibus. videtur igitur quod ipse Christus ordinationi legis diuinæ subiici uoluerit, per quam homines mediantibus angelis erudiuntur.

¶ 3 Præt. Sicut corpus humanum naturali ordine subiicitur corporibus cęlestibus, ita etiā humana mēs angelicis mentib. sed corpus Christi subiectum fuit impressionibus cęlestium corporū: passus est enim calorem æstate, & in hyeme frigus, sicut, & alias humanas passiones. ergo etiam eius mens humana subiacebat illuminationibus super cęlestium spirituum.

SED CONTRA est, quod Dion.* dicit 7. c. cęl. hier. q supremi angeli ad ipsum Iesum q̄onem faciūt diuiniq; illius operis, & pro nobis assūptæ carnis scientiā discunt, & eos ipse Iesus sine medio docet. Nō est aūt eiusdē docere, & doceri. ergo Chr̄s non accepit scientiam ab angelis.

RESP. Dicendum, quòd sicut aīa humana media est inter sp̄uales substantias, & res corporales, ita duob. modis nata est perfici. Vno quidem modo, per sciētiam acceptā ex reb. sensibilibus: alio modo, per scientiā inditam, siue impressam ex illuminatione spiritualium substantiarū. Vtroque autem modo anima Christi fuit perfecta: & sensibilibus quidem secundum sciētiam experimētalem, ad quam quidem non requiritur lumen angelicum, sed sufficit lumen intellectus agentis, ex impressione uero superiori secundū scientiam infusam, quam est immediate adeptus a Deo. Sicut enim s. communem modum creaturæ anima illa unita est verbo in unitate p̄sonæ, ita supra communem modū hominum, immediatè ab ipso Dei verbo repleta est scientia, & gratia. Non autem mediantibus angelis, qui etiam ex influentia verbi, rerum scientiam in sui principio acceperunt, sicut in 2. super Gen. ad literam Aug. dicit.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa confortatio angeli nō fuit per modū instructionis, sed ad demōstrandam proprietatē humanæ naturæ. Vnde Beda dicit sup Luc.* in documento vtriusque naturæ, & angeli ei ministrasse, & eū confortasse dn̄r. Creator. n. creaturæ suæ non eguit p̄sidio: sed hō factus, sicut propter nos tristis est, ita p̄pter nos confortatur, vt. s. in nobis fides incarnationis ipsius confirmetur.

AD SECVNDVM dicendum, q Dion. dicit Christum fuisse formationib. angelicis subiectum, nō rōne suiipsius, sed rōne eorum, quę circa eius incarnationem agebant, & circa ministratiunē eius in infantili ętate constituti. Vnde ibidē subdit, quod per medios angelos nūciatur Ioseph a patre dispensata Iesu ad Aegyptū recessio, & rursum ad Iudęam de Aegypto traductio.

AD TERTIVM dicendum, q filius Dei assumpsit cor pus passibile, vt infra dicet,* sed animam pfectam scientia, & gratia: & ideo corpus eius conuenienter fuit subiectum impressioni cœlestium corporum: anima uero eius non fuit subiecta impressioni cęlestium spirituum. *q. 14. a. 1.

Angelis. A Santo Dionysio quidem; secundum quod eum di-scentiu ponitur in argument.contr. A scripturis uero per hoc, quòd Christus, secundum quod homo, caput Angelorum dicitur, Colossens.2.& Eph.1.Vide quæstio.8.artic.4.argumen.contr. & corp. Non enim capitis est gubernari, sed gubernare; non est accipere influētiā licet ministeriō,a membris,sed eius est influere in mēbra. Secūdo videsquo ex us bh penlatis & applicatis,doctrina præsens Angelica vicissim declaretur,atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

1 Titulus clarus.

¶ In corpore articuli primo ponitur distinctio, de duplici modo,quo anima nata est scientia perfici: secundo respondetur quæsito. Quo ad primum dicitur,quod anima dupliciter nata est scientia perfici,vel ex sensibilibus,vel ex substantijs immaterialib. Et manifestatur distinctio; quia est media inter substantias separatas,& corporales. Quo ad secundum respondetur duabus conclusionibus,iuxta dictos duos modos. Prima est, Anima Christi perfecta est scientia experimentali ex sensibilibus, absque angelico lumine. Probatur,quia sufficit ad hanc lumen intellectus agentis. Secunda est, Anima Christi perfecta est ex impressione superioris, quo ad scientiam infusam a Deo immediate. Probatur, sicut anima illa supra communem creaturæ modum unita est verbo in vnitate personæ.ita supra communem hominum modum immediate a Deo repleta est scientia.

¶ Et scito,quod hæc ratio non solum est similitudinis proportionalis:sed etiam est redditiua ueræ causæ, quare anima Christi immediatè repleta est scientia infusa a Deo. Indignum quippe fuisset,vt assumpta anima in fontem sapientiæ, vnde angeli sapiūt non ex ipso fonte,sed mediis riuulis deriuatis ad angelos perfunderetur. Consonat autem valde,vt sicut in vnione creaturæ limites sint excessi,ita in perfectione nōn creaturæ,sed humanæ naturæ limes excedatur.

¶ In responsione ad primum, nota quod confortationem Christi ab angelo fuisse testificationis naturæ humanæ,non aufert quin fuerit indigētiæ,nō vt egeret instrui ab angelo:sed quia egeret exteriori,ac sensibili propositione obiecti seruatiui inferioris partis ne plus cruciatus propassionis procederet.

¶ Ad cuius euidentiam oportet nunc supponere ex Damasceno,quod in Christo non fuit redundantia inferiorum uirium in superiores,aut econuerso, sed cuicunq; permissum est agere quod suum erat,propter quod cruciatus propassionis Christi fuit valde magnus,vt sanguis decurrens in terram testatur. Et quia pars superior non redundabat in inferiorem, processisset suapte natura in tantum cruciatus ille,ut motum,& sensum abstulisset a corpore Christi: aut ualde impedisset, sed prouidentia diuina suppletum est per exterius confortatiuum, ac si homo aliquis confortasset eum, ita q,sicut tentatus fuit a diabolo exterius proponēdo obiecta inuitantia ad malum,ita confortatus est ab angelo exterius proponente obiecta consolatoria,quę naturaliter nata sunt proposita,confortare uires,ac corpus. Vt sic quasi signum ex sensibiliter propositis,cruciatui propassionis appositum sit ab extra, vt sic inferior pars habuerit etiam in confortatione quod suum erat ab extra. Et hoc maxime monstrat ueritatem,ac proprietatem humanæ naturæ in Christo.

Cap.3.d.15.q.1.conc.1.
Palud.3.d.14.q.3.
Alb.Mag.3.d.14.ar.5.
Medina ar.1.

SVPER Q. XIII. ART. I.

Conc. Cum anima Christi sit ps humanæ naturæ: impossibile est, q ipsa habeat omnipotentiam.

¶ Prob. Quia omnipotētia consequitur naturam, cuius esse est incircumscriptum.i. naturam infinitam (vt patet de omnipotētia naturæ diuinæ): & natura humana non est essentialiter infinita.

¶ Not. Ex textu describente quid sit habere omnipotentiam per ly habere potentiam actiuam respectu omnium, quæ possunt habere rationem entis, dic tu: q obiectū oīpotentiæ est ens saltē in potentia.i. illud quod est possibile esse. Dic ergo inde ulterius: q illa, quæ non possunt esse,vt cōtradictoria,(puta idē numero animal simul esse uiuum,& nō uiuū) non cadunt sub omnipotentia. Non potest ergo negari,q quis sit omnipotens, eo q non possit facere contradictoria, quæ re uera contradictoria sint: puta facere quòd Deus nō sit Deus, q dies hesterna non pterierit. Ex his iuuaberis ad 1. qō. 25.art.2.3.

82 Inf.3.a.huius q.& q.21.a.1.ad 1.& 1.dis.43.q.1.a.2.ad 2.& 3.& d.14.a.4.

*Glo ord. id hēt ex Amb. Lu ex t.sup illud, hic erit magnus.

1q.10.a.1.

1^m de minori.

Hoc præcipuè vr esse sm animam.R. Negatur.§. Homo.n.accepit ex tēpore oīpotentiam, &c. vt in tex. vide quid simile in qō.10.art.1 ad tertiū. vt textum hunc facilius penetres.

2^m illatio conclusionis.

Ergo &c,&c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis

QVAESTIO XIII.

De potentia animæ Christi in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de potentia animæ Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum habuerit omnipotentiam simpliciter.

¶ Secundo, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ Tertio, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu proprii corporis.

¶ Quarto, vtrum habuerit omnipotentiam respectu executionis suæ voluntatis.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiā. Dicit enim Ambr.*super Luc. Potentiam, quā Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tēpore accepturus: sed hoc præcipuè videtur esse secundū animam, quæ est potior pars hominis. Cum ergo filius Dei ab æterno omnipotentiam habuerit, videtur quod anima Christi ex tempore omnipotentiam acceperit.

¶ 2 Præt. Sicut potentia Dei est infinita,ita etiā,& eius scientia: sed anima Christi habet omnium scientiā, quæ scit Deus, quodammodo, vt s. dictum est. †ergo & habet omnium potentiam, & ita est omnipotens.

¶ 3 Præt. Anima Christi habet omnem scientiam: sed sciarum quædā est practica,quędam speculatiua. ergo habet eorum, quæ scit,sciām practicam, vt s.sciat facere ea, quæ scit. Et sic vr, q omnia facere possit.

Sed contra, Illud, quod est proprium Dei,nō potest alicui creaturæ conuenire: sed proprium est Dei esse omnipotentem,secundum illud Exod.15. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Et postea subditur, Omnipotens nomen eius. ergo anima Christi, cum sit creatura,non habet omnipotentiam.

Resp. Dicendum,quod sicut supra dictum est,*in mysterio incarnationis,ita facta est vnio in persona, quod tamen remansit distinctio naturarū,utraque.s.natura retinēte id,quod sibi est proprium. Potentia aūt actiua cuiuslibet rei,sequitur formam ipsius,quæ est principium agendi. Forma autem,vel est ipsa natura rei,sicut in simplicibus, uel est constituens ipsam rei naturā, in his.s. quæ sunt composita ex materia, & forma. Vnde manifestum est,q potentia actiua cuiuslibet rei,consequitur naturā ipsius. Et per hūc modum,omnipotentia consequenter se habet ad diuinam naturam: quia enim natura diuina est ipsum esse Dei incircūscriptum,vt patet per Dion.*5.c.de Diui.no. inde est, quod habet potentiam actiuam respectu oīum, quæ possunt habere rōnem eius, quod est habere omnipotentiam: sicut, & quælibet alia res habet potentiam actiuam respectu eorū, ad quæ se extendit perfectio suæ naturæ, sicut calidum ad calefaciendum. Cum igitur anima Christi sit pars humanæ naturæ impossibile est,quòd omnipotentiam habeat.

*q.2.ar.2.

*c.5. ante med.

D.944.

Ad primum ergo dicendum, q homo accepit ex tēpore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab æterno p ipsam vnionem personæ, ex qua factum est, vt sicut homo dicitur Deus,ita dicatur omnipotens, non quasi sit alia omnipotentia hominis,quam filii Dei,sicut nec alia deitas: sed eo,quòd est una persona Dei,& hominis.

Ad secundum dicendum, q alia ratio est de sciētia,& de potentia actiua,sicut quidam dicunt. Nam potentia actiua consequitur ipsam naturam rei, eo q actio consideratur vt egrediens ab agente. Scientia autem non semp

habetur

missis facientibus idē iudicium de sciētia, & de potentia: & tamen non idem, sed diuersum, est de vtraq;. Nulla siquidem res est, (vt dicit tex. circa fin.) ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur virtus infinita: cum tamen quædam sint, quæ non nisi a uirtute infinita fieri possunt sicut creatio, &c. vt ī tex. Ex quo dic breuiter ꝙ plus requiritur ad faciendum, & ad posse facere, res: quam ad cognoscendam easdem.

3ᵐ de maiori.

Habet omnem scientiam. ℞. Non tamen respectu cuiuscunque rei. §. Quod explicatur in textu ly non tamen oportet: quòd omnium illorum, &c. vsque ad ly quam solum lucere. Tunc nihil, &c. vt patet in textu ly & inde est, quod anima Christi habet quidem, &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo ꝑ rationem interimas hæresim cuiusdam August. de Roma dicentis virtualiter, animā Christi esse simpliciter omnipotentem, per hoc; ꝙ formaliter (vt refert Concilium Basileense, sessione 22.), dicit; quòd humana natura in Christo est persona verbi, est veraciter Deus naturalis & proprius. Quia enim persona verbi, Deus uerè naturalis & proprius est simpliciter omnipotens. 1 questio. 25. artic. 3. ideo sequitur de necessitate, quod anima Christi, si est persona verbi, habeat omnipotentiam simpliciter. Quia ergo prędictus August. dicebat primum, scilicet animā Christi esse personam verbi; ideo & ibi necessariò includebat secundum, scilicet animam Christi esse simpliciter omnipotentem. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hanc meritò damnari ab Exod. 15. iste Deus, &c. secundum quod cum discursu applicatur in argumen. contr. Pro tāto enim reprobare intendimus nūc August. prædictum, pro quanto loquit̄ de animæ Christi omnipotentia: sicut etiam pro tanto illum nunc adduximus. Item meritò damnari a Cōcilio ipso Basileensi sessio. eadem, secūdum ꝙ contra plures eius errores recitatur supra. quæst. 10. art. 1. appen. Damnando enim illud primum ab ipso Augustino dictum, co- intelligitur & damnare illud secundum necessario sequens. Vnde etiam in condemnatione propositionum eius dicit ly & alias ex eadem radice procedentes. Cæterū de ualore & inualiditate eiusdē Cōcilij dicta ibi signāter notabis per totum: ne quando alicubi erres. Videas quoque de hac re, q. 8. ar. 3. app & citatum ibi Compend. Alb. Mag. Scholion. Itē meritò damnari a q. 2. ar. 2. appē. & a. 1. q. 75. ar. 7. appen. & ab Additiōn. articulorū numero 389. semper cum Elucidation. Tertiò vides: quomodo ex ijs 3
bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

habetur per ipsam essentiam scientis, sed potest haberi per assimilationem scientis ad res scitas, secundū similitudines susceptas: sed hæc ratio non videtur sufficere: quia sicut aliquis potest cognoscere per similitudinem susceptam ab alio, ita etiā potest agere per formam ab alio susceptam: sicut aqua, vel ferrum calefacit per calorē susceptum ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin sicut anima Christi per similitudines omnium rerum sibi a Deo inditas, potest omnia cognoscere, ita per easdem similitudines possit ea facere. Et igitur vlterius considerandum, quod id, quod a superiori natura in inferiori recipitur, habetur per inferiorem modum: non enim calor in eadem perfectione, & uirtute recipitur ab aqua, qua est in igne, quia igitur anima Christi inferioris naturæ est, quam natura diuina, similitudines rerum non recipiuntur in ipsa anima Christi secūdum eandem perfectionem, & uirtutem, secundum quam sunt in natura diuina. Et inde est, quòd scientia animæ Christi est inferior scientia diuina, quantum ad modum cognoscendi, quia Deus perfectius cognoscit res, quam anima Christi, & quantum etiam ad numerum scitorum: quia anima Christi non cognoscit omnia, quæ Deus potest facere, quæ tamen Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, licet cognoscat omnia præsentia, præterita, & futura, quæ Deus cognoscit scientia visionis. Et similiter similitudines rerū animæ Christi inditæ, non adæquant virtutem diuinam in agendo, vt scilicet possint omnia agere, quæ Deus potest, vel etiam eo modo agere, sicut Deus agit, qui agit infinita virtute, cuius creatura non est capax. Nulla autem res est, ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur virtus infinita, licet aliquis modus cognoscendi sit uirtutis infinitę, quędam tamen sunt, quæ non possunt fieri, nisi a uirtute infinita, sicut creatio, & alia huiusmodi, vt patet ex his, quę in prima parte dicta sunt. * & ideo anima Christi, quæ cum sit creatura, est uirtutis finitæ, potest quidem omnia cognoscere, sed nō per omnem modum: non autem potest omnia facere, quod pertinet ad rationem omnipotentię: Et inter cętera manifestum est, quod non potest creare seipsam.

a

*p.p.q.45.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ anima Christi habuit, & scientiam practicam, & speculatiuam: non tamen oportet, quod omnium illorum habeat scientiam practicam, quorum habuit scientiam speculatiuam. Ad scientiam enim speculatiuam habendam, sufficit sola conformitas, vel assimilatio scientis ad rē scitam: ad scientiā aūt practicam requiritur, quòd formæ rerum, quæ sunt in intellectu, sint factiuę. Plus autem est habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quam solum habere formā: sicut plus est lucere, & illuminare, quam solum lucere. Et inde est, quod anima Christi habet quidem speculatiuam scientiam creandi, scit enim qualiter Deus creat, sed non habet huius rei scientiam practicā: quia non habet scientiam creationis factiuam.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito. Impossibile est, animæ Christi conuenire omnipotentiam. Probatur: In mysterio incarnationis unio facta est in persona, remanente distinctione naturarum, hoc est vtraque natura retinente quod sibi proprium est; ergo diuina natura retinuit sibi omnipotentiam: ergo impossibile est animæ Christi conuenire omnipotentiam. Prima consequentia probatur: quia omnipotentia est, vt proprietas, consequenter se habens ad naturam diuinam. Quod probatur. Potentia actiua cuiuslibet rei sequitur formam ipsius, ergo sequitur cuiusque naturam. ergo potentia actiua respectu omnium, qui possint habere rationem entis consequitur naturā diuinam. ergo omnipotentia consequitur diuinam naturam. Antecedens huius prosyllogismi probatur, quia forma est principiū agendi. Prima verò consequentia: quia natura, aut est ipsa forma, aut constituitur per formam. Secunda autem, & probatur a priori, quia natura diuina est ipsum, incircumscriptum: & a similibus, quia quælibet alia res habet potentiam actiuam respectu eorum, ad quæ se extendit perfectio suæ naturæ: sicut calidum ad calefaciendum. Tertia deinde consequentia, per se nota ex terminis est. Secunda autem consequentia principalis probatur: quia anima Christi est pars humanæ naturæ non diuinæ.

¶ Aduerte hic, ꝙ qualiter oīpotētia sequat̄ esse ipsum in se subsistens, ac ꝑ hoc illimitatū & infinitū suppositum ex doctrina Primi libri notū. Illa aūt ꝓpositio, Quælibet res hēt potētiā actiuā respecto eorū, ad q̄ se extēdit suæ naturæ ꝑfectio, cū grano salis sumēda est, hoc est, vt intelligat̄ in gñe rerū actiuarū. Qđ dico ꝓꝑ formas, quæ nō sunt ex suo genere actiuæ, vt quantitas, & relatio.

¶ In rñsione ad tertiū aduerte, ꝙ Auctor hic corrigit loquēdi modū de scia aię Chri respectu oim, q̄ a Deo fiūt. In tertio nāq; Sen. d. 14. ar. vlt. ad fin, vocauerat practicā sciam, q̄ hic ꝓbat nō esse practicā, quia non est factiua. Et tu doctrinam hanc sequeris.

Medina ar. 2.

SVPER Q. XIII. ART. II.

83 COncl. 1. Si loquamur de aīa Christi secundum propriam naturam & uirtutem, siue naturalem, siue gratuitam; ipsa habuit potentiam ad illos effectus faciendos, qui sunt animæ conuenientes.

¶ Prob.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod anima Christi habeat omnipotētiam respectu immutationis creaturarū. Dicit enim ipse Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: sed nomine Cęli, & terræ intelligitur omnis creatura, ut patet cum dicit

¶Prob. Quia supponitur clara ex terminis, (cum animę Christi nihil deesset eorum, quæ conueniens erat ei inesse).

¶Concl. 2. Si loquamur de anima Christi, secundum quod est instrumentum Verbi sibi personaliter vniti; ipsa habuit virtutem ad omnes immutationes miraculosas faciendas, ordinabiles ad incarnationis finem; non autem ad immutationes creaturarũ; sm q sunt uertibiles in nihilum.

*li. 3. ca. 4. nõ procul a princip. to. 3.

¶Prob. Quia supponitur clara ex te. Vide ad tertium. Secunda vero pars, s. non aũt, &c. probatur; Quia sicut solus Deus potest creare. 1. q. 45. ar. 5. ita solus potest, eas in nihilum redigere. 1. quæst. 104 art. 1. 3.

* c. 7. post med.

¶Concl. 3. Simpliciter dicendũ est; quod anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

*per totã epist.

¶Prob. Quia patet ex conclusionibus 1. & 2. Vide ad tertium.

1^m ex Matth. vlt. Mihi. R. Homini vnito personaliter Deo. §. Tũc ni. &c. Aliud enim est loqui de homine illo ratione qua persona eius est diuina, seu ratione, qua ipse personaliter est Deus; aliud autem est loqui de anima illius hominis, quoniam hæc non est Deus, sed creatura. Vnde Christus dixit ly data est mihi: nõ autem dixit, Data est animæ meæ. vide ar. 1. ad primum. & q. 11. ar. 3. ad tertium.

D. 219.

2^m de minori. Potest moueri. R. Secũdum aliquam mutationem. §. Sic enim & probatio ex August. subiuncta glossandũ esse, insinuat. Tũc nihil, &c. Nam omnipotentia potest sup oẽm mutationem creaturarũ, nõ super aliquam tantum: creatura autem nõ potest ab alia creatura moueri secundum omnem mutationem, licet enim omnis creatura sit mutabilis ab, &c. vt in tex.

3^m illatio conclusionis. Ergo anima Christi, &c. R. Negatur illatio. §. Non. n. anima Christi gratiam illam

Genes. 1. in principio creauit Deus cœlum, & terram. ergo vr̃ q anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ 2 Præt. Anima Christi est perfectior qualibet creatura: sed qualibet creatura potest moueri ab aliqua creatura: dicit enim Aug. *in 3. de Trin. quòd sicut corpora crassiora, & inferiora, per subtiliora, & potentiora quodam ordine regitur, ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem, & spiritus uitæ rationalis desertor, atque peccator, per spiritum vitæ rationalem, pium, & iustum. Anima autem Christi etiam ipsos supremos spiritus mouet, illuminando eos, vt dicit Dion. 7. *c. Cœl. hier. ergo videtur, q anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarũ.

¶ 3 Præt. Anima Christi habuit plenissimè gratiam miraculorum, seu virtutum, sicut & cęteras gratias: sed omnis immutatio creaturę potest ad gratiam miraculorum pertinere, cum etiam miraculosè cęlestia corpora a suo ordine immutata fuerint, sicut Diony. probat in Epist. *ad Polycarpum. ergo anima Christi habuit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

Sed contra est, q eiusdẽ est transmutare creaturas, cuius est eas conseruare: sed hoc est solius Dei, secundum illud Heb. 1. Portãs omnia uerbo uirtutis suæ. ergo solius Dei est habere omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Non ergo hoc conuenit animæ Christi.

Resp. Dicendum, quod hic duplici distinctione est opus, quarum prima est ex parte transmutationis creaturarum, quæ triplex est. Vna quidem est naturalis, quę, s. fit a proprio agente secundum ordinem naturæ. Alia uero est miraculosa, quæ fit ab agente supernaturali, supra cõsuetum ordinem, & cursum naturę: sicut resuscitatio mortuorum. Tertia autem est, sm quòd omnis creatura vertibilis est nihil. Secunda autem distinctio est accipienda ex parte animæ Christi, quæ dupliciter cõsiderari potest. Vno modo sm propriam naturam, & uirtutẽ, alio modo prout est instrumentum uerbi Dei, sibi personaliter uniti. Si ergo loquamur de anima Christi, secundum propriam naturam, & uirtutem, siue naturalem, siue gratuitam, potentiam habuit ad illos effectus faciendos, qui sunt animæ conuenientes. puta ad gubernandum corpus, & ad disponendos humanos actus, & etiam ad illuminandum per gratiæ, & scientiæ plenitudinẽ, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes, per modũ, quo hoc est conueniens creaturæ rationali: si autem loquamur de anima Christi secundum q est instrumentum verbi sibi uniti, sic habuit instrumentalem uirtutem ad omnes immutationes miraculosas faciendas, ordinabiles ad incarnationis finem, qui est instaurare omnia, siue, quæ in cœlis, siue, quæ in terris sunt. Immutationes uero creaturarum, secundum quòd sunt uertibiles in nihil, correspondent creationi rerum, prout, s. producuntur ex nihilo. Et ideo, Sicut solus d Deus potest creare, ita solus potest creaturas in nihilum redigere, qui etiã solus eas in esse conseruat, ne in nihilum decidant. sic ergo dicendum est, quod anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Hier. * dicit, illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit, idest Christo, secundum quod homo. Dicitur autem sibi omnis potestas data, ratione unionis, per quam factum est, ut homo esset omnipotens, vt supra dictum est. * Et quamuis hoc ante resurrectionem innotuerit angelis; post resurrectionem tamen innotuit omnibus hominibus, vt Remigius dicit. Tunc autem dicuntur res fieri, quando innotescunt: & ideo post resurrectionem dicit dominus sibi datam omnem potestatem in cœlo, & in terra.

Ad secundum dicendum, q licet omnis creatura sit mutabilis ab alia creatura præter supremum Angelum, qui tamen potest illuminari ab anima Christi, non tamen immutatio omnis, quæ potest fieri circa creaturam, potest fieri a creatura: sed quædam immutationes possunt fieri a solo Deo. Quæcunque tamen immutationes possunt fieri per creaturas, possunt etiam fieri per animam Christi, secundum quòd est instrumentum uerbi, non autem secundum propriam naturam, & uirtutem: quia quędam huiusmodi immutationum non pertinent ad animam, neque quãtum ad ordinem naturę, neque quantũ ad ordinem gratię.

Ad tertium dicendum, q (sicut dictum est *in Secunda parte) gratia uirtutum, seu miraculorũ datur animę alicuius sancti, non ut propria uirtute ei conueniat miracula facere, sed vt per virtutem diuinã hmõi miracula fiant. Et hęc quidem gratia excellentissimè data est animę Christi, vt scilicet non solum ipse miracula faceret, sed etiam ut hanc gratiam in alios transfunderet. Vnde dicitur Math. 10. quod. Conuocatis duodecim discipulis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.

illam miraculorum, de qua loquitur maior, habuit ita: vt propria virtute faceret miracula. Nam sicut dictum est in 2. 2. q. 178. art. 1. 2. gratia uirtutũ, seu miraculorum, &c. vt in tex. Ex quo dic, applicando ad illatã conclusionẽ q ad hoc, q aliqua res dicatur habere omnipotẽtiam proprie sumptam, requiritur; ut habeat uirtute propria facultatem operandi illa, quæ facit. Ex his ergo patet consideranti: & quomodo intelligatur conclusio articuli secunda, quãtum ad cõcursum animæ Christi ad facienda miracula; & quòd meritò ipsa nunquam dixit, q illa anima propter huiusmodi facta habeat omnipotentiam. Concordat prædictis de omnipotentia, Diuus Thomas in 3. distin. 16. q. 1. ar. 3. corp. vbi dicit: q neque aliqua virtus animæ Christi potuit ad immutationem legis diuinitus impositæ naturæ. i. rebus naturalibus; nisi per modum orationis, aut intercessionis. i. orationis, aut instrumentalis mediationis. Vt ly orationis, referatur ad animam Christi cõsideratã, sm se, (vt a simili patet de sanctis alijs 2. 2. q. 178. ar. 1. ad primũ): Et ly intercessionis. i. instrumentalis interuentionis, referatur ad animam Christi, sm quòd verbo unita est (cum sic sit eius instrum anthonomatice dictum. i. cõiunctum). Cadit ergo ly orationis, super huius articuli cõclusionem primã; tanquã declaratio ipsius, qñ animæ Christi sm se attribueretur facere miracula: Et ly intercessionis (modo exposito) cadit super conclusionem secundam.

D. 314. & 680.

D. 896.

* super illud Matt. 28. data ẽ mihi ois potestas. to. 9.

*art. pced. ad 1.

D. 352.

¶Coroll. Ex omnibus igitur antedictis colligitur: quod anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum, tum quia non potest circa omnes immutationes, puta creationis,

* 2. 2. q6. 178. 2. 1. 2.

tionis; annihilationis; tum quia illud, quod potest circa alias immutationes, non habet ex uirtute propria.

APPENDIX

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatũ: quod aĩa Chri non est oĩpotens respectu immutationis creaturarum. Vt per hoc, quod dicitur Hebr. 1. portas, &c. Secundum quod cum distrutsu applicatur in argum. contr. Vbi ly portans, refertur ad filium Dei: vt monstratur in praecedenti contextu per ly in filio. Filius autem est Deus, 3. q. 31. ar. 1. immo & Christus secundum q̃ homo, si reduplicatio intelligatur ratione suppositi, non est creatura, sed creator. q. 16. art. 10. Item ly portans omnia, exponatur pro conseruans, & immutans omnia. Ly verbo virtutis suæ. i. imperio suo uigoroso, & efficaci, seu virtute propria. Vnde ad ampliorem captum huius faciet, uidere de rerum conseruatione a Deo, in 1. q. 104. articulis suis, & de earundem ab ipso immutatione, ibidẽ. q. 105. articulis suis. Itẽ idipsum insinuatur per hoc, quod Deus dicit Isa. 48. Gloriam meam alteri non dabo. Hoc est. Quod mihi propriè conuenit, id quod est in gloriam meam singulariter cedere (vt in proposito est, portare omnia uirtute sua) ego non patiar transferri ad aliquam creaturam. Cum itaque anima Christi sit creatura, illud portare omnia, quod gloriam Dei singulariter infert, non potest secundum scripturam hanc attribui animæ ipsi. Item per id, quod dicitur Iob 34. Quem constituit alium (Deus omnipotẽs) super terram; aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Ac si aperte in proposito, diceret. Solus Deus habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum omnium. Secundò uides q̃ sic ex ijs bene pẽsatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus, vt sonat, intelligendus est.

¶ In corpore tria sunt. Primo ponuntur duæ distinctiones: secundo ponuntur tres conclusiones: tertio ex dictis conclusionibus respondetur quæsito negatiuè. Quo ad primum, ponitur distinctio trimembris. Transmutationes sunt triplices, quædam naturales, quædam miraculosæ, quædam secundum uertibilitatem in nihil. Altera distinctio est bimembris. Anima Christi sumitur dupliciter. vel secundum propriam virtutem, siue naturalem, siue gratuitam, uel secundum quod est instrumentum verbi Dei. Quo ad secundum prima conclusio est: Anima Christi secundum propriam uirtutem habuit potentiam ad illos effectus faciendum, qui sunt animæ conuenientes. Hæc conclusio non probatur, sed manifestatur quo ad effectus tres, hoc est gubernationem corporis, dispositionem humanorum actuum, & illuminationem omnium per gratiam, & scientiam. Secunda conclusio est: Anima Christi, vt est instrumentum verbi sibi personaliter vniti, habuit instrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculosas ordinabiles ad incarnationis finem. Et hæc quoque conclusio non aliter probatur: sed manifestatur declarando incarnationis finem esse instaurare omnia, siue, quæ in cœlis, siue, quæ in terris sunt, quòd consummabitur, cum noua fient omnia, & Deus erit omnia in omnibus. Tertia conclusio est, solus Deus potest creaturas in nihilum redigere. Probatur: quia solus potest creare, & conseruare immutatio autem in nihil respondet creationi ex nihilo. Principalis conclusio est: Anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Et relinquitur clara, tanquam consequens ex antedictis conclusionibus.

¶ Et scito, quòd primæ duæ conclusiones intelliguntur cũ præcisione aliorum: puta quod secundum propriam uirtutem habuit tantum potentiam ad gubernandum &c. & similiter vt instrumentum verbi, habuit potentiam ad illa tantum, & non ad annihilandum, aut creandum. Nec hunc sensum oportet probare: quia distinctio ipsa in litera facta probat, & in litera huius quæstionis clare habetur, vt patet intuenti. Sed si quæritur, quare Auctor non probauit primas conclusiones, respondeatur, quòd prima ex natura animæ, & ex dictis de gratia Christi, quod est caput hominum, & Angelorum, &c. per se nota relicta est. Secunda aũt sufficienter probata est ex fine monstrato: quia instrumentum ductiuũ debet esse ad finem, commensuratumq; illi, vt instrumentum in medio. Vnde ex hoc ipso, quod anima Christi est instr̃m proprium uerbi incarnati, & finis incarnationis est instauratio omnium, habetur statim, quod anima Christi instrumentaliter potest omnia miracula opportuna ad instaurationem omnium.

¶ Nota diligentissime, vt ex doctrina præsentis articuli discernas in speciali, quid sub quoque membro contineatur, vt inde scias quid cadit sub instrumentali Christi potentia. Dico autem hoc specialiter, primo propter infusionem gratiæ gratum facientis, q̃ membra Ecclesiæ habere a Christo capite effectiue instrumentaliter Author superius dixit. Et hinc apparet non comprehẽdi sub mutationibus, quæ conueniunt creaturæ, secundum uertibilitatem in nihil: quoniam cum peccator perdit gratiam, constat gratiam non annihilari, cum Deus numquam aliquid annihilet. Et consequenter patet, quòd gratiam pœnitenti cõcedere, non creare, propriè loquendo. Et similiter Deum conseruare gratiam in anima, non est conseruare continuans creationem, de qua dicitur, quòd omnia in nihilum redigerentur, nisi ea manus omnipotentis conseruaret. Hæc enim tria, scilicet creatio, conseruatio, & annihilatio sibi inuicem ita respondent, vt creationi, ac conseruationi non opponatur nisi annihilatio, & econtra. Clauditur ergo infusio gratiæ sub genere miraculosarum mutationũ, quamuis non sit propriè miraculosa: quia est secundum ordinatum cursum ordinis supernaturalis ad patriam cœlestem. Secundo dico hoc propter transsubstantiationem panis in corpus Christi: quoniam hoc quoque sub genere eodem continetur: scilicet immutationum miraculosarum, & non sub mutatione creationis. Quod ex eo patet, quod creatio est ex nihilo, transsubstantiatio autem est ex pane, creatio facit totum nouum, transsubstantiatio transfert quod erat in aliud præexistens. Vnde, & sancti Patres, & specialiter Ambrosius arguit transsubstantiationem possibilem ex creatione, tanquam magis difficili, dicens, Sermo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, multo magis facere potest vt sit, quod erat, in aliud transmutatum, vt patet de consecr. distin. 2. cap. panis, & cap. reuera. Et hæc notata sint, vt aduertat lector hæc posse fieri à Deo mediantibus instrumentis, non solum immediate: sicut etiam fieri potest resurrectio mortuorum, & ponit duo corpora in eodem loco, & quicquid eiusmodi est: quamuis requirat infinitam virtutem in agente principali.

¶ Circa doctrinam præsentis articuli dubium occurrit, pro quanto ponit in anima Christi uirtutem instrumentalem ad omnia miracula. Est autem ratio dubij: quia uel Auctor intelligit de causa instrumentali propriè, vel large pro causa, sine qua non. Si propriè, obstat tunc doctrina Auctoris, & Durandi. Nam Auctor superius in prima parte, quæstio 45. artic. 5. docet instrumentum oportere secundum id, quod est sibi proprium, aliquid operari dispositiue ad effectum principalis agentis, constat autem quod anima Christi nihil operatur faciens ad effectum miraculi; puta cum dixit, Lazare veni foras intellectio, uolitio, imaginatio, vox cum clamore nullum effectum ex proprijs habuerunt circa cadauer aut animam Lazari: sed deitatis uirtute anima reunita est corpori concurrentibus illis actibus humanis Christi vt medio, seu causa sine qua non, & sic de alijs. Et confirmatur: quia in 3. Sentent. distinctio. 16. quæstio. 1. artic. 3. Auctor dicit, quod nec Angelo, nec animæ Christi impressa est aliqua uirtus spiritualis ad facienda miracula, nisi per modum orationis, aut intercessionis. Durandus quoque in 3. Sentent. distinct. 14. quæstio. vlt. probare nititur, quod humanitas Christi faciebat miracula, nulla uirtute supernaturali inhærente animæ, aut corpori Christi, sed sola diuina uirtute assistente sibi: quia miracula faciebat Christus ad testificandam deitatem, sicut defectus subibat ad testificandam suam humanitatem, & propterea sicut defectus omnes sunt humanitatis, ita miracula omnia sunt diuinitatis. Si uerò large sumitur instrumentum, tunc obuiat litera præsens, attribuendo animæ Christi vt instrumento uerbi, operationem omnium mutationum, tam naturalium quam miraculosarum, & reseruando soli Deo mutationes annihilationis, & creationis. Nam large de instrumento loquendo, potest oratione, aut intercessione simili modo concurrere anima Christi ad creationem, aut annihilationem, sicut concurrit ad miracula. Obuiat quoque doctrina Auctoris quæstio. de Pot. quæst. 6. artic. 4. dicentis, Angelos, & homines non solum oratione, sed ex potestate quandoque miracula facere, iuxta doctrinam Gregorij. Et declarat potestatem illam esse per modum intentionis, seu motus in ipsis angelis, seu hominibus sanctis.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est, secundum Auctoris doctrinam indubitatum esse, quod anima Christi instr̃aliter non abusiue, sed propriè loquẽdo de instr̃o, concurrit ad miracula faciendũ. Hoc. n. quid sit, & qualiter fiat, accipi põt ex ipsa rõne agẽdi instr̃i. Instr̃m si quidem habet duplicem actionẽ, s. propriã, & instr̃alem, vt scindere est propria operatio serræ: facere vero sedem secãdo, est ipsius operatio instr̃alis, & calefacere est propria operatio caloris, augere vero animal est instr̃alis illius operatio. Et sicut instr̃i est operatio duplex, ita & est duplex quo operatur. Alterũ sibi propriũ, vt dentatura ferrea, & acuta serra, qua scindit, & ipsa natura caloris, qua calidum calefacit. Alterum a principali agente participatum, quo extenditur, & facere dr̃ principalem effectum. Et hoc est motus ipse, quo instr̃m mouetur a principali agente, ut testa-

vt testatur Auctor inferius q.62.ar.1.dicens. Causa instrũtalis non agit per virtutem suæ formæ: sed solum per modum, quo mouetur a principali agente. Qui quidẽ motus uocatur uirtus instrũtalis quandoq;, & q̃nq; virtus intẽtionalis, & virtus spũalis quãdoq;, eo ꝙ est motus res, quæ assumitur in instrũm: & ideo motus, & constituit ipsum in esse factiuo, & ideo vis seu virtus. Vnde etiam cum lapidem baculo moueo, baculus ex hoc ipso quod utor eo, fit, & est, motor effectiuæ lapidis. Et quia diminutiua quædam meditatio est inter principale agens, & effectum, deferens principale agens ad effectum, ideo intentionalis: & quia insensibilis est, & ad spũalẽ q̃nq; effectum, ideo spũalis. Et est sermo de illo instrumẽti motu, quo mouetur ab agẽte principali vt sic: quod ut clarius intelligas, considera in instrumentis artium duplicem potẽtiã, alterã ad motum localem, alteram ad cooperandũ arti, exequendo operationẽ ipsius artis. Verbi gratia, instrũa artis musicæ sunt in potẽtia, ut moueantur contractu digitorum, & sunt in potentia vt musicẽ sonẽt. Et constat ꝙ de prima potentia reduci possunt ad actum a quocumq; sine arte potente illa commouere: sed de secunda potẽtia, non nisi ab arte reduci possunt ad actum. Cum aũt mouere nihil aliud sit, quàm educere de potentia actum, & moueri sit educi de potentia ad actum, clarè constat ꝙ instrũm tunc mouetur a principali agente, cum educitur de secunda potentia ad actum, cum sit cooperans ipsi principali agenti, cuius sit exequẽs operationẽ principalis agentis, quod fit per hoc, ꝙ principale agens vt sic, vtitur illo ad opus ipsius principalis agentis: puta cum ars musica utitur instrũo musico ad sonum musicum. Ipse enim vsus est quidam ingressus artis in instrumẽta, est quædam actuatio instrũorum. Et ꝓpterea oportet certæ artis certa esse instrumenta: nũquam.n.musica ingredietur instrũa artis sutoris, aut econuerso. Et propterea habet rõnem uis, & virtutis, & intentionis artis, & ad genus eius reducitur. Ex quib.ad propositum ascendendo dicimus, quòd Deus omnipotens, qui potest sine causis secundis cooperantibus effectiue miracula facere dignatur quandoq; illa efficere per causas secundas non dando illis virtutes aliquas naturales, aut gratuitas permanentes: sed vtendo illis instrũaliter ad opera miraculosa, ita quod ex hoc ipso, quòd Deus utitur aliqua re; vt instrũo ad opus miraculosum, eleuatur res illa in ordinem causæ instrumentalis, & ipse passiuus usus, quo Deus illa utitur ad hoc opus, est motus quo a principali agente instrũm mouetur. Et ex hoc ipso est vis actuatiua, atque constitutiua ipsius in esse instrumenti, ac per hoc in esse causæ effectiuæ instrumentaliter operis miraculosi: reducitur enim res illa de potentia obedientiali ad actum, cum de non instrumento fit instrumentũ, quod fieri constat ex hoc solo, quòd Deus vtitur illa instrumentaliter ad opus miraculosum. Quod nõ esse impossibile constat: cum nulla sit ratio impossibilitatis, & q̃nque de facto sic fuisse Gregorij auctoritate patet in 2. Dialog. ponentis, Sanctos ex potestate quandoq; miracula facere. Et uere decet diuinam liberalitatem eleuare etiam in hoc quosdam amicos suos, vt etiam coeffectores miraculorum efficiat, & non solum benemeritos, aut intercessores. Et quia omnipotentia non est alligata certis instrumentis, locis, aut propinquitatibus, ideo non refert quauis re utatur Deus instrũaliter ad quodcumq; miraculũ: nam sicut potest sine instrumento opus illud perficere, ita põt non solum efficere per instrũm, sed per quodcumque, & vbicunq; existat, & quantumcũq; distet. Neq; enim minuitur, aut arctatur omnipotentia diuina ad limites instrumenti, quod assumit, sed instrumentum eleuatur ad omnipotentiæ exequutionem in tali miraculo, ad quod efficiendum ordinatur ab ipsa. Et propterea Auctor in Secunda secundæ qõ.178.art.primo ad primum de his loquẽs, dicit, quòd Deus vtitur instrũaliter interiori actu hominis, uel eius loquutione, vel actu exteriori, uel contactu alicuius corporis etiã mortui. Quamuis ergo tunc minus perspicaciter textum illum exposuerim: non enim illuxerat mihi, quod modo trado. Et qm homo Christus Iesus plenitudinem omniũ gratiarum habuit, consequens est, vt anima sua quatenus diuini verbi instrũm, non qualecunque, sed coniunctum, omnia possit miraculosa opera efficere. Nec opus est quærere alium modum, aut quid, & qualiter, nisi ꝙ verbum utetur instrumentaliter anima, seu humanitate coniuncta sibi ad opera miraculosa. Applicãdo.n.dicta ad uerbũ, & humanitatẽ Chri, ꝓspicies, q̃ dicimus, q̃ in hac lrã ab Auctore traduntr.

¶Dicendum est ergo ad qõnem, quòd de instrũo proprio loquitur Auctor, & hic, & in Secunda Secundæ, loco allegato, & in prima parte. Et ad obiectionem ex doctrina Primæ partis rñdetur, ꝙ ad instrumentum exigitur, quòd habeat propriam operationẽ vltra illam, quam participat a principali agente, & quod operatio ꝓpria sit præsupposita operationi participatæ, ita quòd prius intelligatur propria operatio terminari ad illud, in quod tenditur ꝙ operatio participata, sicut præsuppositum prius intelligitur, quam iunctum illi. Et hmõi præuiam operationem appellauit Auctor operari dispositiue, non quod oporteat illam operationẽ propriè disponere. Nec hanc ego fingo glossam: sed ex ipso Auctore inferius in qõ.62.accepi, Vbi baptismũ instrumentalem cãm ponens, expresse docet sufficere, vt aqua sm propriam operationem corpus tangat, diluẽdo, ad hoc, vt participata operatione aĩam abluat. Et hoc sufficit proposito, & intento in prima parte: quia per hoc concluditur efficaciter, quòd nulla creatura põt instrũaliter creare: quia nulla potest propriam operationem ꝓuiam creationi circa creandum, ponere, cum nihil sit, ut ibi dr. In proposito autẽ cum Deus utitur creatura aliqua instrumẽtaliter ad opus miraculosũ, opus proprium illius creaturæ se habet vt præuium operi miraculoso: quia se habet ut præsentans, seu deferens diuinum imperium ad creaturã, in qua fit opus miraculosum, vt Auctor docuit in loco allegato in qõ. de potentia. Et hoc esse verum, ex eo conuincere potes, quia hinc utriusq; difficultatis solutio habetur, hoc est, quare operari miracula per modum meriti, seu intercessionis, & ex ptãte, seu instrumentaliter distinguuntur, etiam si solus actus interior instrumentum ponatur, & quare opus creationis inter miraculosa non computatur. Prima siquidem quæstio soluitur ex hoc, quod iam meritum quam oratio, vt sic, præcedit actionem diuinam ad miraculum, actus uero quicumque etiam interior, etiam ipsa oratio, non ut oratio, sed ut instrumentum Dei, sequitur diuinam actionem, ut illius executio, ita quòd ex hoc ipso quòd Deus eleuat illũ in suum instrũm ad opus miraculosum, fit exequutorius diuini imperij, tanquã deferens (vt dictum est) illud creaturæ, in qua miraculum fit.

¶Quando igitur sanctorum actus, aut opera solum meritoriè, aut intercessoriè se habent ad miracula, tunc dñr facere miracula impetrando, quæ Deus per seipsum facit. Quando uero actus aliquis se habet ut exequens diuinum imperium (cui omnia obediunt) tunc dicuntur operari miracula ex potestate instrumentali tamen, vt Auctor declarauit.

¶Secundæ autem quæstionis solutio ex hoc habetur: quia delatio imperij nõ potest fieri ad nihil, oportet enim ens esse ad quod executiue delatio imperij fit: ad nihil namque nihil potest deportari.

¶Ad id uero, quod ex 3.Sent.assertur, dici põt, uel quòd Auctor doctior seipso correxit illud: uel ꝙ sub modo intercessionis, vel orationis, cõprẽhendit ẽt modũ instrũalem: quia conueniũt in hoc generali modo, quòd non sunt de genere permanentium, sed consistentium in motu. Et per hæc patet intellectus infinitorũ dictorum de instrumentali efficientia attributa humanitati Christi, vel passioni, uel sacramentis Ecclesiæ, & alijs huiusmodi.

¶In responsione ad sm eiusdem secundi ar. 13.q.aduerte, quòd hic Auctor assertiuè dicit, animam Christi, ut instrumentum uerbi posse in omnes mutationes, quas quæcunque creaturæ possunt facere, quòd in 3.Senten.non nisi credendo dixit.

¶In responsione ad tertium memento, gratiam Christi, esse nõ solum singularem, sed capitalem, ita quod homini illi vt uniuersali capiti conuenit. Ac per hoc gratia miraculorum, vt uniuersali instrumento confertur dupliei uniuersalitate, hoc est uniuersalitate miraculorum, quia poterat omnia miracula instrumentaliter efficere, & vniuersalitate generationis sibi similium, participatiuẽ tamen: quia poterat instrumentaliter efficere alios homines cooperatores miraculorum ex potestate instrumentali quoque participata, ut euangelico testimonio in litera allato probatur. Nã sicut uerbum potest uti humanitate sibi iuncta, ad faciendum miracula, ita, & eadem ratione potest illa vti ad communicandum alijs potestatem faciendi miracula. Est siquidem huiusmodi cõmunicatio miraculum quoddam, comprehensum sub uniuersalitate miraculorum.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis. Dicit Damasc. *in 3. lib. quòd omnia naturalia fuerunt Christo voluntaria: uolẽs enim esuriuit, uolens sitiuit, uolens timuit, uolens mortuus, &c. sed ex hoc Deus dicitur omnipotens, quia omnia quæcumque voluit fecit. ergo videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam respectu naturalium operationum proprij corporis.

84 *lib.3.ort. fid. ca. 20. & 23.

Medina ar. 3.

SVPER Q. XIIII. ART. III.

CONCL. 1. Anima Christi, si consideretur secũdum propriã naturã & uirtutẽ, non poterat immutare proprium corpus a naturali dispositione.

¶PROB. Quia aĩa sm propriã naturã habet determinatã proportionẽ ad suum corpus.

¶CONCL. 2. Potestati aĩæ Chri, sm ꝙ est instrũm verbo unitũ, subdebat totaliter omnis dispõ ꝓprij corporis.

¶PROB. Quia supponitur clara ex ic. Vide a simili art. 2.

¶ Concl. 3. Talis omnipotentia, quæ dicta fuit in secunda cõclusione, attribui debet magis ipsi verbo Dei, quam animæ Christi.

¶ Prob. Quia virtus actionis attribuit proprie principali agenti.

1^m ex Damas.

Voluntaria. R. ſm volũtatē diuinã. §. Tũc, &c. Ex hoc.n.nõ oſtendit, q̃ uolũtas aĩæ Chriſti fuerit oĩpotēs reſpectu naturaliũ operationum ſui corporis; ſed q̃ uolũtas eius diuina.

2^m illatio conclusionis. Ergo multo magis, &c. R. Negat illatio. §. Procedit.n. ex falſo intellectu antecedentis.ſ. ex hoc, q̃ Adã habuerit oĩpotentiã reſpectu ſui corpis. Nõ.n. ptinebat hoc ad originalē, &c. vt ĩ tex.

3^m de maiori.

Corpus immutatur. R. Quantũ ad aliqua, tñ. §. Tunc, &c. Nam oĩpotentia non attenditur, quantũ ad poſſe aliqua tñ; ſed quantũ ad poſſe oĩa; ideoque ex illa immutatione corporis facta ab anima non hr, q̃ anima ſit reſpectu corporis* omnipotens.

* art. pced.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: q̃ñ per rationem & oſtendas, & recte intelligas, meritò eſſe a ſcripturis, & concilijs inſinuatũ: q̃ anima Chri nõ habuit oĩpotētiam

¶ 2 Præt. In Chriſto fuit perfectius humana natura quam in Adam, in quo ſecundum originalem iuſtitiã, quam habuit in innocentiæ ſtatu corpus habebat omnino ſubiectũ animæ, vt nihil in corpore poſſet accidere contra animæ uoluntatem. ergo multo magis anima Chriſti habuit omnipotentiam reſpectu ſui corporis.

¶ 3 Præt. Ad imaginationem animæ, naturaliter corpus immutatur, & tanto magis, quanto magis fuerit fortis anima imaginationis, vt in Prima parte habitum eſt: ſed anima Chriſti habuit virtutem perfectiſſimam, & quãtum ad imaginationẽ, & quantum ad alias vires. ergo anima Chriſti fuit omnipotens in reſpectu ad corpus proprium.

Sed contra eſt, quòd dicitur Hebr. 2. quòd Debuit per omnia fratrib. aſſimilari, & præcipuè in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ: ſed ad conditionem humanæ naturæ pertinet, quòd valetudo corporis, & eius nutritio, & augmentum, imperio rationis, ſeu voluntatis non ſubdantur: quia naturali a ſoli Deo, qui eſt Actor naturæ, ſubduntur. ergo nec in Chriſto ſubdebantur. Non igitur anima Chriſti fuit omnipotens reſpectu proprij corporis.

Resp. Dicendũ, quòd ſicut dictũ eſt,* anima Chriſti poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, ſecundum propriam naturam, & virtutē. Et hoc modo ſicut non poterat immutare exteriora corpora a curſu, & ordine naturæ, ita etiam non poterat immutare proprium corpus a naturali diſpoſitione: quia anima ſecundum propriam naturam, habet determinatã proportionem ad ſuum corpus. Alio modo poteſt conſiderari anima Chriſti, ſecundum quod eſt inſtrumẽtum unitum verbo Dei in perſona. Et ſic ſubdebatur eius poteſtati totaliter omnis diſpoſitio proprij corporis: quia tamen virtus actionis nõ propriè attribuitur inſtrumento, ſed principali agēti, talis omnipotentia magis attribuitur ipſi verbo Dei, quam animæ Chriſti.

Ad primum ergo dicendum, q̃ uerbum Damaſc.* eſt intelligendum quantum ad voluntatem Chriſti diuinam: quia ſicut ipſe in præcedenti cap.† dicit, beneplacito diuinæ uoluntatis permittebatur carni pati, & operari quę propria.

Ad secundum dicendum, q̃ non pertinebat hoc ad originalem iuſtitiam, quam Adam habuit in ſtatu innocentiæ, quod anima hominis haberet uirtutem trãſmutandi proprium corpus in quamcunque formam, ſed quod poſſet ipſum conſeruare abſq; omni nocumento. Et hanc etiam virtutem Chriſtus aſſumere potuiſſet, ſi uoluiſſet: ſed cum ſint tres ſtatus hominum, ſcilicet innocentiæ, culpæ, & gloriæ, ſicut de ſtatu gloriæ aſſumpſit comprehenſionem, & de ſtatu innocentiæ immunitatem a peccato, ita & de ſtatu culpæ aſſumpſit neceſſitatem ſubiacendi pœnalitatibus huius vitæ: vt infra dicetur.

Ad tertium dicendum, quòd imaginationi, ſi fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantum ad aliqua, puta quantum ad caſum de trabe in alto poſita: quia imaginatio nata eſt eſſe principium motus localis, vt dicitur 3. de Anima.* Similiter etiam quantum ad alterationem, quę eſt ſecundum calorem, & frigus, & alia conſequentia: eo quòd ex imaginatione conſequenter natæ ſunt cõſequi animæ paſſiones, ſecundum quas mouetur cor, & ſic per commotionem ſpirituum, totum corpus alteratur. Alię verò diſpõnes corporales, q̃ nõ habẽt naturalē ordinē ad imaginationem, non trãſmutant̃ ab imaginatione, quantũcũq; ſit fortis: puta figura manus, vel pedis, vel aliquid ſimile.

tiã reſpectu pprij corporis. A ſcripturis quidē p hoc, q̃ dr Heb. 2. debuit, &c. vt eſt diſcuſſũ applicat̃ in arg. cõtr. A concilijs aũt vltimis quarto, quĩto, & ſexto, p hoc, q̃ dicunt. Confitẽtur oẽs docemuſq; dñm nr̃m Ieſum Chriſtũ conſubſtantialē nobis ſm humanitatē, & per oĩa nobis ſimilem abſq; peccato. Hæc in conſtit. Concil. Flor. ſuper vnione Armenor. Ex hac.o. conciliorum ſnĩa ſcholaſticis Theologis interiũ concludēdũ perſuadetur, mõ ſimili; qui eſt in arg. cõt. Secundò uides: q̃ñ ex ijs bene penſatis, & applicatis doctrina plena angelica viciſſim declaretur, atq; cõfirmetur.

* citatũ in arg.

† li. 3. c. 15 a med. & c. 14. a

* q. 14. a. 2.

* lib. 3. de aĩa tex. 48 & ſequēt. to. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica diſtinctio bimembris repetitur: & duabus concluſionibus iuxta duo diſtinctionis bimembra reſpondetur. Diſtinctio eſt de anima Chriſti ſecundum propriam uirtutem, vel ſecundum quod eſt inſtrumentum verbi. Prima concluſio eſt, Anima Chriſti ſecundum propriam virtutem non habuit omnipotentiam reſpectu proprij corporis. Probatur ex ſimilitudine proportionali: quia ſicut non poterat exteriora corpora immutare propria uirtute, ita nec proprium. Et probatur ratione: quia anima Chriſti habebat determinatam proportionem ad ſuum corpus, ac per hoc non omnia, ſed aliquid determinatum poterat reſpectu ſui corporis.

¶ Secunda concluſio eſt, Anima Chriſti, vt inſtrumentum uerbi, habuit omnipotentiam reſpectu proprij corporis. Hæc concluſio non aliter probatur, ſed ex præcedenti articulo, vt clara relinquitur. Et hoc intellige ſobrie, hoc eſt de omnipotentia reſpectu, & naturalium & miraculoſarum tranſmutationum, non reſpectu conſeruationum ex nihilo, aut annihilationis, vt in præcedenti articulo determinatum eſt. Subdit tamen Auctor, vnde poſſis doctorum dicta intelligere abſque dictæ concluſionis præiudicio: quod ſcilicet hæc omnipotentia attributa inuenitur magis uerbo Dei, quam animæ Chriſti, intantum, vt inuenias forte negatam ab anima Chriſti, & attributam verbo: quia uirtus actionis factiua, principali agenti attribuitur ſimpliciter: inſtrumento autem, ignoto præſertim, aut non attribuitur, aut etiam aufertur.

Medina ar. 4.

SVPER Q. XIIII. ART. IIII.

85 Concl. 1. Anima Chriſti quicquid per ſe implendum uoluit, potuit.

¶ Prob. Quia huius contrarium nõ conuenit ſapientiæ eius.

¶ Concl. 2. Anima Chri quicqd p aliud, i. per uirtutem diuinam, implendum voluit: ipſa, ſm q̃ eſt inſtrumentum diuinitatis, potuit.

¶ Prob. Quia patet ex ar. 2. 3.

¶ Coroll. Ergo Aĩa Chri eo modo, quo voluit, ſe poſſe, potuit. Si enim voluit, aliqua per

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu executionis suæ voluntatis.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd aĩa Chriſti non habuerit omnipotentiam reſpectu executionis propriæ uoluntatis. Dicitur enim Mar. 7. quod ingreſſus domum, neminem uoluit ſcire, & non potuit latere. Non ergo potuit in omnibus exequi propoſitum ſuę uoluntatis.

¶ 2 Præt. Præceptum eſt ſignum voluntatis, vt in prima parte dictum eſt.* ſed dominus quædam facienda præcepit, quorum contraria acciderunt: dicitur.n. Matt. 9. quòd cęcis illuminatis, cõminatus eſt Ieſus

* p. p. q. 19. art. 2.

per seipsam facere; omnia sic volita potuit virtute sua creata: si autem voluit, aliqua per uirtutem Christi diuinam fieri; omnia sic volita potuit, nō quidem virtute propria creata, sed secundum quòd est instrumentum diuinæ uirtutis, i. potuit uirtute diuina cuius est instrumentum coniunctum. Ergo (omnibus simul considératis) anima Christi habuit omnipotétiam respectu executionis ꝓpriæ voluntatis.

dicitur; quod non probat negatum. Sicut enim Gregorius dicit, &c. vt in text. Ex quo breuib. dic: quòd etiam hic factum est illud, quod Dominus voluit. Volebat enim per tale præceptum dare exemplum humilitatis, & dedit: volebat absolute publicationem miraculi ad vtilitatem aliorum, & publicatum est.

1m ex Marc. 7.

Scire. ℞. Per prædicationem factam a suis. §. Tūc nihil, &c. Quòd enim latere nō potuit, fuit aliunde, scilicet ex deuotione aliorum, puta aliquorum gentiliū: non autem processit id ex prædicatione a suis. Nam Dominus voluit requiri ab aliquib. ideo que ipsi, tanquam ab efficaci eius uoluntate attracti, vltra uenerāt ad eū: Noluit uerò a suis tunc prædicari eisdem gentilib. cum præfixum tempus prædicandi eis nondum uenisset, & ita factum est. Cognitus ergo est eo modo, quo sibi placuit cognosci; & latuit eo modo, quo sibi placebat nesciri: Et sic sua voluntas vtrobique adimpleta est, secūdum quòd volebat.

* in lib. q. ex nouo test. qui incipit: Deus quidem ꝑfectus est q. 77. I ꝑ cā. to. 4.

Item de conclusione, Volūtatis.

℞. Volentis aliquid implendum per alios. §. Sic enim intellecta admittitur conclusio hæc argumenti; quoniā implenda qui alios, idest ꝙ alii hoc uel illud implerent, non subiacebāt humanæ uolūtati Christi. Tunc tamen nihil, &c. Nam conclusio prima articuli intendit de volūtate Christi respectu implendorum ꝑ se: vt patet videnti illam.

* Ar. 1. huius q. & c. citatis 1 arg. sed cont.

Vide in textu responsum secundum ly potest dici, quod hæc uoluntas, &c. Ex quo dic, quod prima responsio intelligitur de uoluntate Christi diuina.

2m minor.

Dominus quædam fienda præcepit, quorum contraria acciderunt. ℞. Negatur. §. Ad probationē dicitur:

dicens, Videte ne quis sciat: illi autem exeuntes, diffamauerunt illum per totam terram illam. Non ergo in omnibus potuit exequi propositum suæ uoluntatis.

¶ 3 Præt. Id, quod potest aliquis facere, non petit ab alio: sed dominus petiuit a Patre, orando illud, quod fieri uolebat: dicitur enim Lucæ 6. quòd exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. ergo non potuit exequi in omnib. propositum suæ uoluntatis.

SED CONTRA est, ꝙ dicit Aug. in lib. de Quæstionibus Veteris, & noui Testamenti: Impossibile est, ut Saluatoris uoluntas non impleatur, nec potest velle, quod scit fieri non debere.

RESP. Dicendum, quod anima Christi dupliciter aliquid uoluit. Vno modo, quasi per se implendū, & sic dicendum est: ꝙ quicquid voluit, potuit. non enim conueniret sapientiæ eius, vt aliquid uellet per se facere, quod suæ uirtuti non subiaceret. Alio modo uoluit aliquid, vt implendum virtute diuina: sicut resuscitationem proprii corporis, & alia huiusmodi miraculosa operā, quæ quidem nō poterat propria virtute, sed secundum ꝙ erat instrumētum diuinitatis, vt dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de Quōnibus, Veteris & noui Testamenti, Quod factum est, hoc voluisse dicēdus est Christus. Aduertendum est enim quod illud in finibus gestum est gentilium, quibus adhuc tēpus prædicandi non erat: vltro tamē venientes ad fidem, non suscipere, inuidiæ erat. A suis ergo noluit prædicari, requiri autem se uoluit: & ita factū est. Vel potest dici, quod hęc voluntas Christi non fuit de eo, qd per eum fiēdū erat: sed de eo, quod erat fiendum per alios, quod nō subiacebat humanæ uoluntati ipsius. Vnde in epistola* Agathonis Papę, quæ est recepta in sexta Synodo, legitur.† ergo ne ille omnium Conditor, ac Redemptor, in terris latere volens non potuit, nisi hoc ad humanam eius voluntatem, quam tēporaliter est dignatus assumere, redigatur?

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut Gregor.* dicit 19. Moral. per hoc, quòd dominus præcepit taceri virtutes suas, seruis suis se sequentibus exemplum dedit, vt ipsi quidē virtutes suas occultari desiderent: & tamen vt alii eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti. sic ergo præceptum illud designabat uoluntatem ipsius, qua humanam gloriam refugiebat secundum illud Ioā. 8. Ego gloriā meam non quæro. Volebat tamen absolute præsertim secūdum diuinam uoluntatem, vt publicaretur miraculum factum, propter aliorum vtilitatem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Christus orabat, & pro his, quæ virtute diuina fienda erant, & pro his etiam, quæ humana uoluntate erat facturus, quia virtus, & operatio animæ Christi dependebant a Deo, qui operatur in nobis uelle, & perficere, vt dicitur Philip. 2.

3m maior.

Id, qd potest aliquis facere, non petit ab alio. ℞. Nisi uirtus, & operatio sua dependeat ab eo. §. Tunc nihil, &c. Nā Christus orabat, &c. vt in tex. Ex quo dic: ꝙ pro omnib. fiendis est orandum. Hinc ergo per exemplum Christi patet iusta condemnatio hæresum negantium oratiōnes debere fieri. Contra quas hæreses vide & Veritates aureas sup. totā legem Veterem, Genes. 8. conclus. 6. Et c. 20. concl. 4. & Exod. 32. concl. 2. Et Numer. 13. concl. 1. Item vide 2. 2. articulorum numero 439. 444. 451. Quæ omnia consequēter eodem Christi orantis cōfirmantur exemplo ꝑ textum hunc narrato.

* Quæ hſ in 6. syn. gener. Cōstā. a med. illius in actione 4.

† recepta ē in 8. act. 6. syn. gener. & lecta fuit 1 ac. 4.

* lib. 19. c. 18. post medium.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis, & August. insinuatum: quod anima Christi habuit oīpotētiā respectu executionis ꝓprię voluntatis. A D. Aug. quidē; vt in arg. contr. A scripturis aūt; vt Sap. 12. Subest tibi (Dñe), cum uolueris, posse. Licet. n. principaliter, & absolute intelligatur hoc de Christo quo ad uolūtatem diuinā: tñ secundario pōt etiam de ipso, quò ad voluntatem humanam animæ eius, intelligi. Ac si aperte dictū sit. ò Christe, qui es sapiētia pr̄is (de qua cap. 7. 8.) potes facere: quæcunque uolueris, siue diuina siue humana volūtate. Qđ tñ intellige, seruata semp distali cōsiderōne vtriusq; volūtatis. Secūdò uides: qūo ex iis bñ pēsatis & applicatis, doct. p̄iens Angelica vicissim declaret, atq; cōfirmet.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est intelligentib. terminos. Ille. n. dī oīpotēs respectu executionis ꝓpriæ uolūtatis, qui pōt exeq. qcq̄d vult exeq., ita ꝙ potētia executiua ęqparaſ in illo volūtati executiōis.

¶ In corpore est una distō bimēbris cū duab. cōclusionib. rñsiuis ꝗsito, iuxta mēbra distōnis. Distō est, Volūtas Chri dupliciter aliqd voluit, uel ꝑ seipsum exequēdum, vel per virtutem diuinam.

¶ Vbi nota, ꝙ ly ꝑ seipsum, signat per propriam virtutē naturalem, uel gratuitam, immanentē, s. in ipso, ita ꝙ distinguit hue mēbrum contra illa, quæ poterat Chrs per virtutē instālem, ut patet in litera. Sumit siquidem hic per seipsum, sicut in secundo art. sumptum est per propriam virtutem: vtrobiq;. n. contra virtutem instrūalem distinctio fit, vt patet in litera. Prima ergo cōclusio est, Aīa Christi quicquid voluit per seipsum exequendū, potuit. Probat: quia deceret sapientiam suā, ut aliquid vellet per seipsum efficere, quod non subiaceret uirtuti suæ. Secūda conclusio est, Anima Christi quicquid uoluit efficiēdum diuina virtute, potuit instrumētalr, & non ꝓpria uirtute, ut patet de operib. miraculosis.

¶ In rñsione ad primū respice ex secūda rñsione, ꝙ distinctio in corpore art. posita, non fuit cōprehensiua oīum, quæ Christi humana uoluntas voluit fieri: qm sub neutro mēbro cōprehendunt, q̄ Christus voluit per alios hoīes fieri, quæ non subiacebant potestati eius naturali, aut gratuitæ, cuius executio ad humanam spectabat voluntatem: sed comprehendit oēs modos quib. aīa Chri pōt dici omnipotens, respectu executionis propriæ volūtatis, s. respectu exequendorū per ipsum, & exequendorū instrumentaliter tantum per ipsum, Deo principaliter operante respectu siquidem reliquorum non ponitur omnipotens: iuxta hanc secundam respōsionem auctoritate Agathonis firmatam.

¶ Sed dubio nō caret hæc secūda rñsio, qūo verificeſ, ꝙ Chrs voluerit humana uoluntate aliquid fieri ꝑ alios hoīes: & nō potuerit facere, ꝙ sic fieret, cū minus pio sonare hoc uideaſ. Posse dici, qđ uerificaſ de uolūtate āncedēte nō cōsequēte, sed hæc rñsio nō cōsonat Agathoni, qa hoc cōe est uolūtati tā diuinę, q̄ humanæ, vt cōtra volūtatē antecedētē agaſ. Snia aūt Agathonis, fm dīam inter diuinā, & humanā uoluntatē in hoc ꝙ diuina q̄cūq; voluit fecit, humana aūt aliq̄d vult, & nō pōt, ꝓcedit, vt patet in litera.

¶ Dicendum est ergo quod non inconueniat, Christum humana uoluntate uerè noluisse aliquid per aliquos operandum, vel

non operandum, cuius oppositum factum est, puta, potuit velle, quod aliquis non peccaret, desiderando quòd ille non offenderet Deum, & tamen ille peccabat, Christo non permittente secundū humanam voluntatem: quia non erat in potestate virtutis eius, cohibere peccatum contra peccantis voluntatem. Et est sermo de Christo homine secundum propriam virtutem. Et hoc modo Agathon dicit, quod voluit latere, & non potuit, scilicet secundū propriam virtutem: potuisset tamen secundum instrumentalē virtutem. Nec hæc minus pie sonant apud discernentes inter subiacentia, & non subiacentia Christo homini secūdum propriam virtutem, quam quòd decuerint humanam Christi uolūtatem recta de***teria etiam sine opere.

¶ In responsione ad 2m, optimè vteris distinctione inter volūtatem antecedenter vel absolute, attribuendo præceptū taciturnitatis voluntati etiam humanæ Christi antecedenter. Volebat siquidem, quantum ex se erat, gloriam fugere, & hanc uolūtatem præcepto taciturnitatis significabat: uolebat tamen absolute, hoc est omnibus consideratis, taceri, & ideo non peccabant publicantes illa miracula.

¶ In rōne ad tertium cōsidera quanta sit necessitas ordinis, cū & ad ipsa opera, quæ Christus sciebat se facturum, orationis medium adhiberet, ea rōne, quia orationes causæ mediæ sunt ad operanda, & consequenda: sine causis autem medijs, velle effectus, stulta est, sicut uelle colligere frumenta sine seminatione.

Ferr. 4 cont. g. 55. 11.
Alb. Mag. 3. d. 15 art. 1.

SVPER Q. XIIII. ART. I.

COncl. Cōueniēs fuit corpus à filio Dei assumptum humanis infirmitatibus, & defectibus subiacere.

¶ Prob. 1. Quia alioquin Christus non satisfecisset pro peccatis nostris per pœnalitates in nostra natura, uice nostra: quod tamē scilicet taliter satisfacere, erat finis incarnationis. Secundò, Quia fides incarnationis eiusdem, scilicet quod verus homo esset, requirebat; quod tales defectus assumpsisset. Tertiò. Quia exemplum patientiæ, quod nobis daturus uenerat ꝑpter salutem nostram Heb. 12. ipsum uolebat.

¶ Coroll. Ergo & fini, & fidei, incarnationis & consuluit Verbum; insuper & exemplar patientiæ se nobis exhibuit: dum corporales defectus nostros assumpsit. Ergo (vt inquit B. Gregorius in homil. super Luc. cap. 18.) vnde Deus humani patitur; inde homo ad diuina subleuatur.

86 — 3. d 11. q. 2. a. 1. & d. 22. q. 2. ar. 1. q. 1. c. & 4. cōtra c. 55. 11. & opusc. 3. c. 43. & 47.

1m maior. Sicut anima vnita est personaliter verbo Dei, ita & corpus. §. Cum hac tamen differentia: vt ex parte animæ facultatem satisfaciendi, & ex parte corporis materiam satisfactionis, haberet. §. Nam satisfactio pro peccatis alterius, &c. vt in textu vsque ad ly procederet, vt infra dicetur. Tunc nihil, &c. vt patet in textu, ly ideo oportuit animam Christi & perfectam esse, &c. vsque in finem.

* q. 7. ar. 9. & q. 9. a. 2.

* q. 9. ar. 2.

* Epist. 56. nō multū ante med. to. 2.

Ex 2m minor. beatitudine animæ glorificatur corpus. §. Quātum est ex naturali habitudine animæ ad corpus. §. Tunc nihil, & cætera. Nam hæc naturalis

QVAESTIO XIIII.

De defectibus corporis assumptis a filio Dei in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de defectibus, quos Christus in humana natura assumpsit. Et primo de defectibus corporis, secundo, de defectibus animæ.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶ Secundo, vtrum assumpserit necessitatē his defectib. subiacēdi.

¶ Tertio, vtrum hos defectus contraxerit.

¶ Quarto, vtrum omnes huiusmodi defectus assumpserit.

ARTICVLVS I.

Vtrum filius Dei in humana natura assumere debuerit corporis defectus.

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd filius non debuerit assumere humanam naturā cum corporis defectibus. Sicut enī anima vnita est personaliter uerbo Dei, ita, & corpus: sed anima Christi habuit omnimodam perfectionem, & quantum ad gratiā, & quantum ad scientiam, vt supra dictum est. * ergo etiam corpus eius debuit esse omnibus modis perfectū, nullum in se habens defectum.

¶ 2 Præt. Anima Christi videbāt verbum Dei ea visione, qua beati vident, vt supra dictum est, * & sic anima Christi erat beata: sed ex beatitudine animę glorificatur corpus: dicit enim August. * in epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redundet etiā in inferiorem naturam, quæ est corpus, non beatitudo, quæ fruentis, & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis. i. incorruptionis vigor. Corpus igit' Christi fuit incorruptibile, & absque omni defectu.

¶ 3 Præt. Pœna consequitur culpā: sed in Christo non fuit aliqua culpa secūdum illud 1. Pet. 2. Qui peccatum nō fecit. ergo nec defectus corporales, qui sunt pœnales, in eo esse debuerunt.

¶ 4 Præt. Nullus sapiēs assumit id, qd impedit ipsum a proprio fine: sed p hmōi defectus corporales, multipliciter vr̄ impediri finis incarnationis. primò quidē, quia pp hmōi infirmitates, hoīes ab eius cognitione impediebant', s'm illud Isa. 53. Desiderauimus eū despectū, & nouissimū virorum, virum dolorum, & scientē infirmitatē, & quasi absconditus vultus eius, & defectus: vnde nec reputauimus eū. Secūdo, quia sanctorū patrū desideriū non vr̄ impleri, ex quorum psona dr̄ Isa. 51. Consurge, consurge, induere fortitudinē, brachium dn̄i. Tertio, quia congruentius per fortitudinē, quā per infirmitatē, uidebatur, & ptās diaboli posse superari, & humana infirmitas posse sanari. Non ergo vr̄ conueniens fuisse, q̄ filius Dei humanam naturam assumpserit cum corporalibus infirmitatibus, siue defectibus.

Sed contra est, q̄ dr̄ Hebr. 2. In eo in quo passus est, & tentatus, potens est, & eis, qui tētant', auxiliari: sed ad hoc venit, vt nos adiuuaret: vnde, & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in montes, vnde ueniet auxiliū mihi. ergo conueniens fuit, vt filius Dei carnem assumpserit, infirmitatibus humanis subiacentem, vt in ea possit pati, & tentari, & sic auxilium nobis ferre.

Respon. Dicēdū, cōueniēs fuisse, corpus assumptū a filio Dei humanis infirmitatib. & defectib. subiacere, & p̄cipue, pp tria. Primo quidē, q̄a ad hoc fili' Dei carne assūmpta, uenit in mūdū, vt ꝑ pcō humani gn̄is satisfaceret. Vnus aūt ꝑ pcō alteri' satisfacit, dū pęnā pro pcō alterius debitā, in se suscipit. Hmōi autem defectus corporales, s. mors, fames, sitis, & hmōi, sunt pęna pc̄i, qd est in mūdū p Adā introductū, s'm illud Ro. 5. Per vnū hoīem peccatū intrauit in mundū, & p peccatū mors. Vnde cōueniēs fuit quantū ad finē incarnationis, q̄ hmōi pęnalitates ī nr̄a natura susciperet uice nr̄a, s'm illud Isa. 53. Verè languores nr̄os ipse tulit. Scdo, pp fidē incarnationis astruendā. Cū. n. natura humana nō alr̄ esset nota hoib. nisi ꝑut hmōi corporalib. defectib. subiacet, si sine his defectib. filius Dei humanā naturā assumpsisset, uideret', nō fuisse uerus hō, nec verā carnē habuisse, sed phātasticā, vt Manichęi posuerunt. Et iō, vt dr̄ Phil. 2. Exinaniuit semetipsum, formā serui accipiēs, in similitudinē hoīum factus, & habitu inuētus vt hō. Vnde, & B. Th. p aspectū vulnerū est ad fidē reuocatus, vt dr̄ Ioā. 20. Tertio pp exēplū patientiæ, qd nobis exhibet, passiones, & defect' humanos fortiter tolerādo. Vn̄ dr̄ Heb. 12. Sustinuit a pc̄orib. aduersus semetipsum cōtradōnē, vt nō fatigemini, aīs vestris deficiētes.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ satisfactio pro peccatis alterius, hēt quidē quasi materiā, pęnas, quas aliquis ꝑ peccato alterius sustinet: sed pro principio habet habitū aīæ, ex quo inclinat' ad uolendum satisfacere pro alio, & ex quo satisfactio efficaciā habet: non. n. esset efficax satisfactio, nisi ex charitate procederet. vt infra dicetur. * Et ideo oportuit animā Christi, & perfectam esse, quantum ad habitus scientiarum, & virtutum, vt haberet facultatem satisfaciendi, & quòd corpus eius esset obiectum infirmitatibus, vt ei satisfactionis materia non deesset.

*In materia de satisf. id erat facturus nō cōpleuit.

Ad secvndvm dicendum, q̄ secundum naturalem habitudinē quæ est inter animam, & corpus, ex gloria animæ redundat gloria ad corpus: sed hæc naturalis habitudo in Christo subiacebat voluntati diuinitatis ipsius, ex

qua

turalis habitudo in Christo subiacebat,&c.vt in tex. Ex quo ad illam minorẽ formaliter dic: quod non semp, quãdo est ex bñplacito diuinæ uolũtatis, glorificatur actualiter corpus ex beatitudine animæ. Ergo ex eodem textu a simili dic de passione corporis, s. ꝙ ista, maxime si sit fortis, trahit naturali habitudine ad se animã seu animæ intentionẽ, nisi ex diuinæ uoluntatis beneplacito aliter fiat (vt in martyrib. & quibusdã alijs sanctis, infirmitate corporali viq; ad mortem grauatis patet; qui inter tantas passiones animo iubilabant).

*li. 3. c. 15. a med. & c. 14.

3^m de maiori. Consequitur culpam. ℞. Alicuius.s. Vel patientis; vel eius, ꝓ quo patiẽ. §. Tunc nihil,&c. vt patet in textu ly & ita accidit in Chr̃o,&c.

4^m minor. Per huiusmodi defectus corporales multipliciter vr̃ impediri finis incarnationis. ℞. Negatur. §. Ad probationes dicitur; quod non probant, quod volunt: immo quòd stant in fauorem nostrum contra ipsam minorem, si recte intelligantur. Singulis enim ipsarum probationum trium ostenditur; quod per corporis defectus & non impediebatur finis incarnationis, & (quod ex superabundanti est) promouebatur vt singillatim patet in textu ly & quamuis per huiusmodi infirmitates, &c. Ex quo textu a simili vniuersaliter addisce, quomodo intelligendæ sunt scripturæ attribuentes Christo fortitudinem, in materia liberationis nostræ a peccatis, & alijs inimicis nostris factæ ab eo. Item exinde, maxime iungendo tertiam probationem in argumento adductã, vide, quam vehementer, quam enormiter, quam perniciosissime, humanum secundum hominem iudicium sæpe fallatur.

qua factum est, quòd beatitudo remaneret in anima & non deriuaretur ad corpus, sed caro pateretur, q̃ conueniunt naturæ passibili, secundum illud quod Damasc. *dicit, ꝙ beneplacito diuinæ voluntatis, permittebatur carni pati, & operari quæ propria.

Ad tertium dicendum, ꝙ pœna semper sequitur culpã actualem uel originalem: quandoq; quidem eius qui punitur: quãdoq; autem alterius, pro quo ille, qui pœnas patitur, satisfacit. Et ita accidit in Christo, secundum illud Isa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nr̃as, attritus est ꝑꝑ scelera nr̃a.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ infirmitas assumpta a Christo non impediuit finem incarnationis, sed maximè promouit, vt dictum est,* Et quamuis per huiusmodi infirmitates absconderetur eius diuinitas, manifestabatur tamen humanitas, quæ est via ad diuinitatẽ perueniẽdi, sm̃ illud Rom. 5. Accessum habemus per Iesum Christum ad Deũ. Desiderabãt autẽ antiqui patres in Christo non quidẽ fortitudinẽ corporalem, sed spiritualem per quã, & diabolum vicit, & humanam infirmitatem sanauit.

* In cor. a.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Iuliani Halicarnassæi (vt ait Gabriel Prateolus titul. Acephali) dicentis: Christi corpus ab ipsa conceptione esse incorruptibile. Et Apthartodocitarum dicentium: quod caro Christi, quam ex uirgine assumpsit, ante passionem fuit incorruptibilis. Et nonnullorum aliorum dicentium: quod Christus humanum corpus passibile non assumpsit.

2 Secundo habes; quõ per rationem ostendas, has meritò damnari a Papa Clemente V. in Cõcilio Viennensi. Firmiter confitemur: vnigenitum Dei filium humanum corpus passibile, & animam intellectiuã ipsum corpus uere, per se, & essentialiter informantẽ assumpsisse ex tẽpore in virginali thalamo ad unitatem suæ personæ. Hæc in Clem. de sum. trin. & fid. cathol. Itẽ a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florent. Sacrosancta Rom. Ecclesia firmiter credit, ꝓfitetur, & prędicat; quod vnus & idẽ Dei filius, & homo est immortalis & æternus ex natura diuinitatis; passibilis & temporalis ex cõdõne assumptæ humanitatis. Ipsum in assumpta humanitate ex uirgine uere passum, uerè mortuũ. Hæc in constitut. Concilij Floren. super vnione Iacobinorũ. Itẽ a Concilio Ephes. 1. cano. 12. Si quis non confitetur, Dei verbũ passũ carne, crucifixũ carne, & mortem carne gustasse; anathema sit. Et cano. 13. Is, qui est ante sæcola oĩa, ex uirgine in ipso vtero virginali carnẽ secũ coniunxit. Sic illum dicimus passum esse, non quia Deus verbũ in sua natura passus sit plagas, clauorũ transfixiones, aut alia vulnera (Deus namq; incorporalis extra passionem est); sed quia corpus illud, qđ ipsi propriũ factũ est, hæc sustinuit: ideo hæc oĩa pro nobis ipse dr̃ passus. Inerat.n. in eo corpore, quod patiebat̃, Deus, qui pati non poterat. Hæc ibi. Item a Concilio Toletano 1. in assertione fidei catholicæ contra Priscillianistas. Credimus: Filium Dei ex virgine Maria uerum hoĩem sine virili generatum semine suscepisse; duabus duntaxat naturis .i. deitatis & carnis, in unam conuenientiũ omnino personam. Nec imaginarium corpus, aut fantasmatis alicuius in eo fuisse; sed solidum, & verum. Hunc & esuriisse, & sitiisse, & doluisse, & fleuisse, & omnis corporis iniurias pertulisse. Hæc illud ibi: & approbatum est a Papa Leone. Ex his .n. omnibus patet: quod Christus per hoc, quòd fuit uerus hõ, habuit corpus uere passibile & corruptibile per mortẽ, præuiusq; defectus. Item meritò dãnari a symbolo fidei in ly passus, crucifixus, mortuus. Item a dictis sup. q. 5. ar. 1. 4. appen. & q. 1. art. 1. appen. Item a Veritatibus aureis super totam legem Veterẽ, Deuter. 9. cõcl. 7.

Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus articuli clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio, Conueniens fuit corpus assumptum a filio Dei, defectibus subiacere. Probatur tripliciter. Primo ex fine incarnationis: secundo, ex fidei susceptione: tertio ex exemplaritate patientiæ. Et omnia clara sunt in litera.

S. Bon. 3. s. d. 16. q. 3. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 16. q. 1.
Rich. 3. s. d. 16. q. 2.
Duran. 3. s. d. 16 q. 1.
Mairo. 3. s. 17. q. 2.
Capr. 3. d. 16. q. 1. con. 3.
Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus necessitatem his defectibus subiacendi assumpserit.

AD Secvndvm sic proceditur. Vr̃ ꝙ Christus non ex necessitate his defectibus subiacuerit. Dr̃ enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, & loquitur de oblatione ad passionem: sed voluntas opponitur necessitati. ergo Christus non ex necessitate subiacuit corporalibus defectibus.

¶ 2 Præt. Dam. *dicit in 3. lib. Nihil coactum in Christo consideratur, sed omnia uoluntaria: sed quod est voluntarium, non est necessarium. ergo huiusmodi defectus nõ fuerũt ex necessitate in Christo.

*li. 3. c. 20. in fine.

¶ 3 Præt. Necessitas infertur ab aliquo potentiori: sed nulla creatura est potentior, quã anima Christi, ad quã pertinebat proprium corpus cõseruare. ergo huiusmodi defectus, seu infirmitates nõ fuerunt in Christo ex necessitate.

Sed contra est, ꝙ Apost. dicit Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati: sed conditio carnis peccati est, quòd habeat necessitatem moriendi, & sustinendi alias huiusmodi passiones. ergo talis necessitas sustinẽdi hos defectus fuit in carne Christi.

Resp. Dicendũ, ꝙ duplex est necessitas. Vna quidẽ coactionis, q̃ fit ab agẽte extrinseco. Et hęc quidẽ necessitas cõtrariatur, & naturę, & uolũtati, quorũ vtrumq; est principium intrinsecum. Alia aũt est necessitas naturalis, q̃ consequit̃ principia naturalia, puta formam, sicut necessarium est ignẽ calefacere: vel mate-

87 SVPER Q. XIIII. ART. II.

Inf. q. 15. ar. 5. ad 1. Et d. 3. q. 3. art. 2. q. 2. c. fin.

COncl. 1: Secundum necessitatem naturalẽ, quę consequitur materiam, corpus Chr̃i subiectũ fuit necessitati mortis, & aliorum hmõi defectuum.

¶ Prob. Quia bñplacito diuino permittebatur carni pati, quę propria: Et pati mortẽ, huiusmodiq; defectus est carni propriũ (cũ hoc sit necessitas naturalis.

¶ Concl. 2. Si loquamur de necessitate coactionis, sm̃ ꝙ repugnat naturæ corporali; sic corpus Chr̃i, sm̃ conditionẽ ꝓprię naturę cõsideratum, subiacuit necessitati, puta claui ꝑforantis, & flagelli percutientis.

¶ Prob. Quia patet ex terminis, (ly sm̃ ꝙ repugnat naturę corporali, ly sm̃ cõdõnem ꝓpriæ nãæ cõsideratũ).

¶ Concl. 3. Si loquamur de necessitatẽ coactionis, secundum ꝙ talis necessitas repugnat volũtati, manifestũ est, quod in Christo non fuit necessitas corporalium defectuum: nec ꝑ respectum ad diuinam voluntatem, nec per respectum ad voluntatẽ eius humanã absolute, prout sequitur rõnẽ deliberatẽ; sed solũ secun-

secundum naturalem motum voluntatis, prout, s. naturaliter refugit mortem & corporis nocumenta.

¶ Prob. Quia supponitur clara, per ly manifestum est. s. ex scripturis secundum sensum rectum intellectis.

1m de cōclus. Ergo Christus. R. secundum voluntatem diuinam, & humanam deliberatam considera tus. §. Sic enim ex præmissa authoritate sequitur. Nam Christus dr̃ oblatus, &c. vt in textu. Tunc nihil, &c. Cum hoc enim stat: q Christus, secundum naturalem motum voluntatis humanæ consideratus, ex necessitate subiacuerit corporalib. defectibus; vt declarat in tertia cōclusione. Hoc est. Prout naturalis motus voluntatis humanæ naturaliter absque ullo peccato refugit mortē, & corporis nocumēta. Vide q. 18. ar. 2. 5. 6.

D. 904.

*art. pced. ad 2.

*In isto ar.

2m ex Damasceno. Omnia voluntaria. R. Voluntate diuina, & humana deliberata. §. Funt nihil, &c. Vt patet ex ad primum. Vide quæst. 13. art. 3. ad primum. & q. 18. art. 5.

3m de maiori. Ab aliquo potentiori. R. Vel absolute, uel secundum quid. i. quantum ad aliquem effectum. §. Tunc nihil, &c. Licet enim nihil fuerit potentius absolute quam anima Christi, nihil tamen, &c. vt in textu, quodlibet 2. artic. 2.

riam, sicut necessarium est corpus ex contrariis compositum dissolui. Secundum igitur hanc necessitatē, quæ consequitur materiam, corpus Christi subiectum fuit d necessitati mortis, & aliorum huiusmodi defectuum: quia sicut dictum est,* bene placito diuinæ uolūtatis, carni Christi permittebatur agere, & pati, quæ propria. Hæc autem necessitas causatur ex principiis carnis humanæ, vt dictum est.* Si autem loquamur de necessitate coactionis, secūdum quidem quòd repugnat naturę corporali: sic iterum corpus Christi secundum conditionem propriæ naturæ necessitati subiacuit, & claui perforantis, & flagelli percutientis. Secundum vero quòd necessitas talis repugnat voluntati, manifestum est quod in Christo non fuit necessitas horum defectuum, neq; per respectum ad diuinam uoluntatem, neq; per respectum ad uoluntatem humanam Christi absolutè, prout sequitur rationem deliberantē, sed solum s̃m naturalem motum voluntatis, prout scilicet naturaliter refugit mortem, & etiam corporis nocumenta.

Ad primum ergo dicendum, q Chr̃s dr̃ oblatus, quia voluit d & volūtate diuina, & uoluntate humana deliberata: licet mors esset cōtra naturalem motum uoluntatis humanæ, vt Damasc.* dicit.

Ad secundum. patet responsio ex dictis. †

Ad tertium dicendum, q nihil fuit potētius, q̃ anima Chr̃i absolutè: nihil tñ prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectum: sicut clauus ad perforandum. Et hoc dico, secundum quod anima Christi consideratur secūdum propriam naturam, & uirtutem.

*Li. 3. c. 23. & 24.

† In cor. a.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationē & ostendas, & recte intelligas merito insinuatum esse a scripturis, & Conciliis: q in Christo sint necessitas sustinendi defectus corporales. A scripturis quidem per hoc; q dr̃ Rom. 8. misit Deus, &c. vt cū discursu ponitur in arg. contr. Item Luc. 24. Oportuit; Chr̃s pati. Per hoc. n. monstrat: q Christus non solum sustinuit passiones corporales, sed etiā ex necessitate sustinuit. A cōciliis autē vniuersalib. quarto, quinto, sexto, insinuatur idē, sic. Cōsonanter omnes docemus: Christum, secundum humanitatem, per omnia nobis similem absq; peccato. Hæc in constitut. Concil. Florent. super vnione Armenorum. Si enim ipse est similis nobis p om̃ia; vtique cum nos de necessitate patiamur defectus istos, sequitur aperte: q & ipse habuit necessitatem sustinendi tales defectus. Adeo quod Christus pro nobis nō tantum volūtarie assumpsit defect* corporales; sed etiā necessitatem patiendi defectus huiusmodi. Absq; peccato tamē, inquit Concilium: & quia patiendo prædictam necessitatem nunquam ullo modo peccauit; & quia neq; illos defectus, neque ullam necessitatem contraxit: ad differentiam nostri. Secundo uides: quomodo ex iis bene pēsatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 915.

a

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus intelligendus est vt iacet.

¶ In corpore duo fiunt. Primo ponit una distinctio bimēbris cum conditionib. membrorū, & multiplicitatē vtriusq;. Secūdo; rñdetur quæsito trib. conclusionibus. Distinctio est. Necessitas est duplex, coactionis, uel naturalis. Conditio necessitatis coactionis est, q est ab extrinsecu, multiplicitas eius est, q contrariatur qñq; naturæ, qñq; uoluntati; quia tam natura, quā voluntas est principium intrinsecum: illa autē est ab extrinsecu. Conditio necessitatis naturalis est, q consequit principium naturale: multiplicitas eius est: quia, vel consequit formam, vel materiā. Prima conclusio est: corpus Christi secundum necessitatem naturalem consequentem materiam subiectum fuit necessitati mortis, & aliorum huiusmodi defectuum. Probat. Carni Christi permittebatur agere, & pati, quæ erant propria: sed necessitate horum defectuū causatur ex propriis carnis, ergo. Secunda conclusio est, corpus Christi secundum conditionem propriæ naturæ subiacuit necessitati coactionis repugnantis naturæ corporali, vt patet de clauo perforante, & flagello percutiente. Tertia conclusio est. In Christo non fuit necessitas coactionis repugnantis voluntati diuinæ, aut humanę absolute: sed solum s̃m naturalem motum uoluntatis. Hæc cōclusio non aliter probat: sed ex declaratione terminorū relinquit euidens apud theologos. Declarat siquidē uoluntas absolute, hoc est consequens rationem deliberantem, & naturalis prout naturaliter refugit mortem, corporisque nocumenta.

¶ Vbi nota primo, q apud Auctorē hic, deliberō est actus rōnis. Et uoluntas dr̃ deliberata denominatiue a rōne deliberāte, & causaliter: quia consequit rōnem deliberantem (quæ. s. rō omnib. consideratis concludit aliquid esse malum, vel bonum, fugiendū, vel prosequendum) & sequitur motus voluntatis conformis tali rōni appetens, uel fugiens, qui vocatur voluntas deliberata. Naturalis aūt uoluntas uocatur motus ille uoluntatis, qui consequitur rōnem apprehendentem bonum vel malum, nō consideratis oib. circunstantiis, sed ipsum modum obiectum bonum (puta uitam, sanitatem) vel malum, puta mortē, infirmitatem, flagellari, & hmōi, ad huiusmodi. n. apprehensionem sequitur naturaliter motus voluntatis nolens bonum, uel nolēs malum. Et tñ, vt dictum est, (superaddita rōni consideratione circunstantiarum puta mori, pp bonū virtutis) sequit in uoluntate motus nolitionis respectu mali puta: mortis pp iustitiam, & nolitionis, respectu boni, puta uitæ cum detrimento virtutis. Renuit siquidem viuere cum defectu etiam negatiuo talis actus uirtutis, puta redemptionis humanæ.

¶ In rñsione ad tertiū. vnde q auctor necessitatē coactionis cōtrarię corpori, (quā in corp. ar. respectu corporis Chr̃i posuit) hic extēdit ēt ad aiam Chr̃i s̃m propriā naturā & uirtutē: quia superius dictū est, q aïa Chr̃i s̃m propriā nāu, & uirtutē nō poterat mutare nālē cursum rerū, s̃m quē cōstat, clauū esse potētiorē ad pforādō carnē humanā, q̃ aïa sit potens seruare corp' illęsū a pforatione: q̃m hoc nō sine miraculo fieret. Et hoc est qđ litera docet.

Alb. Mag. 3. d. 15. ar. 7.

SVPER Q. XIIII. Art. III.

COncl. Christus non contraxit defectus corporales, quasi ex debito peccati eos suscipiens: sed ex propria uoluntate.

88

3. d. 15. q. 1. a. 3. & d. 21. q. 2. a. 2. ca. & opu. 3. ca. 223.

¶ Prob. Quia Christus accepit naturā humanam absq; peccato, quod

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus defectus corporales contraxerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q Christus defectus corporales contraxerit. Illud enim contrahere dicimus, quòd simul cū natura ex origine trahim': sed Christus simul cum natura humana defectus, & infirmitates corporales per suam originem traxit a matre, cuius caro huiusmodi defectibus subiacebat. ergo videtur, quòd hos defectus contraxerit.

¶ 2 Præt. Id, quod ex principiis naturæ causatur, simul cū natura trahitur, & ita contrahitur: sed huiusmodi pœnalitates causantur ex principiis naturæ humanæ. ergo eas Christus contraxit.

¶ 3 Præt. Secundum huiusmodi defectus Christus aliis hominibus similatur, ut dicitur Hebr. 2. sed alii homines huiusmodi defectus contrahunt. ergo videtur quòd etiam Christus huiusmodi defectus contraxerit.

SED

quod est proxima causa defectuum corporalium: & contrahere est effectum simul cum causa proxima trahere. Secunda autem pars, scilicet sed &c. patet.

1^m de maiori. Quod simul cum natura. ℞. Et culpa. §. Tunc nihil &c. Licet enim Christus ex B. Virgine hos defectus traxerit cum natura; non tamen cum culpa.

2^m de conclusione. Contraxit. ℞. Idest simul cum principiis naturæ traxit. §. Sic enim hoc glossandum esse, & ostenditur ex maiori pmissa. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio accipit ly contraxit, in alio sensu: vt eius probatio ibi monstrabat. Sumit enim contrahere, pro simul cum causa proxima trahere: & argumenti huius conclusio sumit contrahere, pro simul cum causa remota trahere. Principia si quidem naturæ sunt causa remota mortis, & aliorum defectuũ corporalium, ut declaratur in tex. Argumentum ergo loquitur extra propositum.

* refertur. 3. Sent. di. 16. & habetur in glo. ord. super hũc locũ.

3^m de maiori. Secundum huiusmodi defectus. ℞. Quantum ad qualitatem considerates, non autem, quantum ad causam proximam. §. Sine peccato enim fuit Christus. Tunc nihil &c. vt patet ex tex. & corp.

SED CONTRA, est quod huiusmodi defectus contrahuntur ex peccato, secundum illud Roma. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundũ, & per peccatum mors: sed in Christo nõ habuit locũ peccatum. ergo huiusmodi defectus Christus non contraxit.

RESPON. Dicendum, quod in verbo contrahendi, intelligitur ordo effectus ad causam, ut scilicet illud dicatur contrahi, quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur. Causa autem mortis, & horum defectuum in humana natura est peccatum: quia per peccatum mors intrauit in hunc mundum, ut dicitur Rom. 5. Et ideo illi propriè dicuntur hos defectus cõtrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Christus aũt hos defectus non habuit ex debito peccati, quia ut August. dicit exponens illud Io. 3. Qui de sursum uenit, super omnes est, de sursum uenit Christus id est, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatum primi hominis. Accepit enim naturam humanam absque peccato, in illa puritate, in qua erat in statu innocentię, & simili modo potuisset assumere humanam naturam absque defectibus. Sic igitur patet, quod Christus non contraxit hos defectus, quasi ex debito peccati eos suscipiẽs, sed ex ꝓpria uolũtate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caro Virginis concepta fuit in originali peccato: & ideo hos defectus contraxit. † sed caro Christi ex virgine assumpsit natura absque culpa. Et similiter potuisset naturam assumere absque pęna: sed uoluit suscipere pęnã propter opus nostræ redemptionis implendum, ut dictum est.* Et ideo habuit huiusmodi defectus, nõ contrahendo, sed uoluntariè assumendo.

D. 370.

† Alias, sed caro Christi ex Virgine sumpsit naturam absq; culpa.

* ar. 1. huius q.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ causa mortis, & aliorũ corporaliũ defectuũ in humana natura, est duplex. Vna quidem remota, quę accipitur ex parte principiorum materialium humani corporis, inquantum est ex contrariis cõpositum: sed hæc causa impediebatur per originalem iustitiam. Et ideo proxima causa mortis, & aliorũ defectuũ, est peccatum: per quod subtracta est originalis iustitia. Et propter hoc, quia Christus sine peccato, dicitur non contraxisse huiusmodi defectus, sed uoluntariè assumpsisse.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus in huiusmodi defectibus, assimilatus est aliis hominibus, quantum ad qualitatem defectuum, non autem quantum ad causam. Et ideo Christus non contraxit huiusmodi defectus, sicut alii.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem, ostendas meritò esse a scripturis, Symbolo, & Concilio insinuatum, quod Christus non contraxit defectus corporales. A scripturis quidem Rom. 5. Per &c. vt in argumen. contrà. Item per hoc quod dicitur Hebr. 4. Tentatum per omnia absque peccato: & cap. 7. Sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Ex eo enim, quod Christus sine peccato fuisse ostendit ab Apostolo, Theologis Scholasticis concludendũ firmiter relinquitur: quod ipse corporales defectus nõ contraxit. Vide corpo. & artic. 2. append. circa fin. A Concilio autem Floren. insinuatur sic. Sacrosancta Romana Ecclesia firmiter credit, profitetur, & docet, quod Christus sine peccato conceptus, natus, & mortuus, humani generis hostem peccata nostra delendo solus sua morte prostrauit. Hæc in constitutio. Eugenii IIII. in Concil. Floren. super unionem Iacobinorum. Ergo secundum Cõcilium omnes, præter Christum, corporales defectus cõtraxerunt, quoniam solum ipsum dicit sine peccato conceptum: vt ibi patet. A Simbolo etiam fidei idem insinuatur, sic. Qui conceptus est de Spiritusancto. Nam ad hoc, quod quis contrahat uel actu, uel in debito, peccatum originale, & consequenter sic, uel sic, cõtrahat corporales defectus, exigitur; quod ab Adam deriuetur non tantum secundum corpulentam substantiam, sed etiam secundum seminalẽ rationem, 1. 2. quæstione 81. articulo tertio, quarto, id quod non fit in eo, qui concipitur de Spiritusancto. Secũdò uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angel. uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus totus consistit in verbo cõtractionis. Nihil n. aliud vertitur in dubiũ hic, nisi an defectus corporales, qui in Christo fuerunt, fuerint cõtracti, an nõ fuerint contracti, sed aliter habiti.

¶ In corpore articuli est unica conclusio responsiua q̃sito: Christus non contraxit defectus corporales, sed uolũtarie suscepit. Probatur quo ad primam, principalemq; partem: Contractio importat ordinem affectus ad causam. ergo illi proprie dñr contrahere defectus mortis, &c. qui ex debito peccati hos defectus incurrunt: ergo Christus hos defectus non contraxit. Antecedens probatur: quia contrahere est simul trahere effectum. s. cum causa sua. Prima consequentia probatur: quia causa mortis, & horum defectuũ in humana natura est peccatum. Probatur ex auctoritate ad Roma. 5. Per peccatum mors, &c. Secunda uero conclusio probatur: quia Christus non habuit hos defectus ex debito peccati. Probatur auctoritate Augustini. Vltima pars conclusionis probatur: quia potuisset, si uoluisset Christus assumere naturam absque pœna, sicut assumpsit absque culpa.

¶ In responsione ad secũdũ, nota Auctorẽ in Theologia Theologice loqui, cum dicit causam proximam mortis esse peccatum, remotam autem compositionem ex contrariis. Formaliter si quidem loquitur, ubi omnino Theologica materia, qualis est ista.

Palud. 3. di. 15. q. 1.
Medina, ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus omnes defectus corporales hominũ assumere debuerit. Dicit enim Damas.* Quod est inassumptibile, est incurabile: sed Christus uenerat oẽs defectus nostros curare. ergo oẽs defectus nostros assumere debuit.

¶ 3 Præterea. Dictum est, quod ad hoc quod Christus pro nobis satisfaceret, debuit habere habitus perfectiuos in anima, & defectus in corpore: sed Christus ex parte animæ assumpsit plenitudinem omnis gratiæ. ergo ex parte corporis debuit assumere omnes defectus.

¶ 3 Præt. Inter omnes defectus

SVPER Q. XIIII. ART. IIII.

89

Sup. q. 3. ad 1. 2. 4. ad 3. & in s. q. 15. ar. 1. c. & q. 46. a. 4. ad 3. & 3. d. 1. q. 2. ad 2. & d. 15. q. 1. ar. 1.

COncl. 1. Non fuit conueniens, quod Christus assumeret omnes defectus humanos.

¶ PROB. Quia defectuũ humanorum quidam repugnant gratiæ, ac scientiæ, quidam ex particularib. causis causantur (ut exemplificatur in tex.) & Christus defectus illos assumere non debuit (cum ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, quam satisfactionem ipse in assumptione defectuum intendebat, non proficiant.)

& d. 22. q. 2. a. 3. q. 1. & 4. conc. c. 55. ad u. & op. 3. c. 223. & 238

* lib. 3. c. 6. & 18.

† Ar. 1.

¶ CONCL. 2. Christus suscepit omnes illos defectus corporis, qui & in omnibus hominibus

bus communiter inueniuntur ex peccato primi parentis, & non repugnant gratiæ, atque scientiæ (vt mors, fames, sitis, &c.)

¶ Prob. Primo, quia hæc conclusio ex primæ conclusionis probatione, quasi ex opposito, patere potest. Secundò quia Damascenus huius conclusionis ueritatem innuit.

peccato primi parentis prouenit, id quod non sic est de quibusdam alus defectibus. Vide corpo. & ad primum. Argumentum ergo committebat fallaciam secundum non causam, ut causam. Putauit enim quod causa assumptionis mortis esset unū: & erat aliud.

1^m ex Damasceno. Est incurabile: ℞. Nisi curetur in causa sua. §. Tunc nihil &c. Defectus enim illos, quos non assumpsit, Christus curauit in causa sua, id est, in communi passibilitate corporis, quā assumpsit (ut patet per conclusionem secundam). Omnes siquidem particulares defectus hominum, &c. ut in text.

Art. 1. & 2. huius q.

2^m conclusio. Ergo ex parte corporis debuit assumere omnes defectus. Respond. Si defectus isti secundum se Christo competerent. §. Hæc enim glossam suggerit comparatio illa præmissarum de habitibus perfectiuis animæ. Nam plenitudo omnis scientiæ, &c. ut in tex. usque ad ly gratiæ Christ⁹ assumpsit. Tūc nihil &c. Nam corporis defectus secundum se Christo non competunt: ut patet in textu à ly sed defectus nostros dispensatiue, & cætera. usque in finem.

3^m illatio conclusionis. Ergo multo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim assumpsit mortem, eo quod sit maior defectus inter omnes alios (in quo sensu procederet illatio argumēti:) sed ideò assumpsit eam, quia ex pec-

corporales, præcipuum locū tenet mors: sed Christus mortem assumpsit. ergo multò magis omnes alios defectus assumere debuit.

Sed contra est, quod cōtraria non possunt simul fieri in eodē: sed quædam infirmitates sunt sibiipsis contrariæ, vtpotè, ex contrariis principiis causatæ. ergo non potuit esse, quod Christus omnes infirmitates humanas assumeret.

Resp. Dicendum, quod sicut dictum est, Christus defectus humanos assumpsit, ad satisfaciendū pro peccato humanæ naturæ: ad q̄ requirebatur, quod haberet perfectionem scientiæ, & gratię in anima. Illos ergo defectus Christus assumere debuit, qui consequuntur ex peccato cōi totius naturæ, nec tamen repugnant, perfectioni sciētiæ gratiæ. Sic igitur non fuit conueniens, ut omnes defectus, seu infirmitates humanas assumeret: sunt enim quidam defectus, qui repugnant perfectioni scientiæ, & gratiæ: sicut ignorantia, pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. Quidam autem defectus sunt, qui non consequuntur communiter totam humanam naturam, propter peccatum primi parentis, sed causantur in aliquibus hominibus ex quibusdam particularibus causis: sicut lepra, & morbus caducus, & alia huiusmodi. Qui quidem defectus quandoque causantur ex culpa hominis, puta ex inordinato uictu, quandoque autē ex defectu uirtutis formatiuę, quorum neutrū conuenit Christo, quia & caro eius de Spū sancto concepta est, qui est infinitæ sapientię & virtutis, errare, & deficere non potens & ipse nihil inordinatum in regimine suæ uitæ exercuit. Sunt autē tertii defectus, qui in omnibus hominibus communiter inueniuntur, ex pec̄cō primi parētis: sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi, & hos defectus omnes Christus suscepit quos uocat Dam.* naturales, & indetractibiles passiones: naturales q̄dem, quia consequuntur communiter totam naturā humanam: indetractabiles autem, quia defectū sciētiæ, & gratię non important.

Ad primum ergo dicendum, q̄ omnes particulares defectus hominum, causantur ex corruptibilitate, & passibilitate corporis superadditis quibusdam particularibus causis. Et ideo cum Christus curauerit passibilitatē, & corruptibilitatē corporis nostri, per hoc quod eam assumpsit, ex consequenti omnes alios defectus curauit.

Ad secundum dicendum, q̄ plenitudo omnis gratiæ, & scientię animæ Christi s̄m se debebatur ex hoc ipso, quod erat à uerbo Dei assumpta, & ideo absolutè omnē plenitudinem sapiētiæ, & gratiæ Christus assumpsit: sed defectus nostros dispensatiuè assumpsit, ut pro peccato nostro satisfaceret, non quia ei secundum se competerēt, & ideo oportuit, q̄ omnes assumeret, sed solum illos, qui sufficiebant ad satisfaciendum pro peccato totius humanæ naturæ.

Ad tertium dicendum, quod mors in omnes homines deuenit ex peccato primi parentis, non autem quidam alii defectus, licet sint morte minores. Vnde non est similis ratio.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse à scripturis insinuatum, q̄ Christus non assumpsit oēs defectus corporales. Vt per hoc, q̄ dicitur 2. Cor. 8. Christus pro nobis egenus factus ē. Sicut. n. ex eo, q̄ pro nobis. i. ad satisfaciēdū pro nobis, defectū hunc. s. egestatē assumpsit, ostendit̄ à simili, q̄ oēs defect⁹ ad talē satisfactionē valētes assumpsit, ita ex eodē, tāq̄ ab oppositis, ostenditur, q̄ defectus ad huiusmodi satisfactioē non facientes nō assumpsit. Dixi ly pro nobis. i. ad satisfaciendum pro nobis: quia Apostoli contextus expositionē hāc subministrat. Sic. n. sequitur, ut illius inopia nos diuites essem⁹. Qđ quidē principaliter intelligendum est de satisfactione Christi pro peccatis nostris: quoniā sic. i. tali uia, facti sumus uere diuites. Nam solæ diuitiæ uerę sunt; quæ mentis nostræ inopiam expellunt, quæ nos uirtutibus diuites faciunt, ut patet ex D. Gregorii hom. super Luc. c. 8. Dixi ly principaliter, quia minus principaliter de diuitiis materialib. potest etiam intelligi, sed hoc non facit ad articuli huius propositum. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*Lib. 1. or. fid. c. 14. in fi. & lib. 3. c. 29.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus consistit in uniuersalitate defectuum humanorum corporalium, an scilicet omnes assumi a Christo fuerit conueniens.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito. Non fuit conueniens, vt Christus assumeret omnes defectus, seu infirmitates humanas. Probatur, Christus assumpsit defectus humanos ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ. ergo illos tantum defectus assumere debuit, qui consequuntur ex peccato communi totius humanæ naturæ, nec tamen repugnant perfectioni scientiæ, & gratiæ. ergo non fuit conueniens vt omnes defectus, seu infirmitates humanas assumeret. Antecedens patet. Et prima consequentia, quo ad primam partem, relinquitur clara. Quo ad secundam uero probatur, quia ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, requiritur satisfactor perfectus in anima scientia & gratia. Secunda autem, quia defectus sunt trifariam: quidā repugnantes perfectioni scientiæ, vt ignorantia, uel gratiæ, ut pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, quidam particulares, ut uarii morbi, quidam communes toti humanæ naturæ, ut fames, sitis, fatigatio, mors, &c.

¶ Vbi nota tria. Primò, quod quia rationis ordo poscit, ut satisfactio, quæ pœnalis est, respondeat culpæ (& culpæ communi respondeat pęna communis) ideo litera ex eo quod Christus defectus pœnales assumpsit ad satisfaciendum pro peccato naturæ humanæ optime ut clarum intulit, consequens, quod solos communes humanæ naturæ defectus pœnales assumere debuit. Secūdo quod quia negatio particularium defectuum in Christo illata, non erat probata (quamuis fuerit probata affirmatio uniuersaliū defectuum in eodem ex proportione pœnæ ad culpam) ideo litera subiunxit rationem eximētem corpus Christi a specialibus defectibus, ex negatione causarum eorundem ad negationem eorū procedentem, ex eo, quod defectus speciales, aut sunt ex defectu principii, uel principiorum, aut ex defectu progressus uitæ, quorū neutrum in Christo locum habuere potuit.

¶ Et si quis obiecerit, qđ possit esse aliquis horum defectuum, ex tertia causa, puta, ex cœlo, vel concursu elemēti alicuius, fiat, omnes huiusmodi cōcursus causatiuos morbi specialis, nihil aliud esse quam defectum principii: cōcurrens enim causa impedit principio a naturali perfectione actionis, uel passionis suę, & ideo reducitur huiusmodi causa ad defectum uirtutis formatiuę, causam positam in litera.

¶ Tertio, q̄ Auctor doctrinam suam conformem Damasc. ostendens, confirmat simul, & exponit illum.

¶ Sed restat hic dubium, quo pacto licuerit, vbi de defectib. corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes comparare, cum constet ignorantiam esse defectum animæ.

¶ Ad hoc

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor licèt tractet de defectibus corporis: infert tamen vniuersalem doctrinam de defectibus humanis, qui non debuerunt assumi a Christo, vt ex vniuersali regula habeatur discretio inter defectus etiam corporis, qui debuerunt, vel non debuerunt assumi. Et hoc propter pronitatem ad malũ, & difficultatem boni, quoniam alia est lex in membris humanis repugnans legi mentis, secundum quam proni sunt sensus hominis ad malum, & non quod uolumus bonum hoc agimus, id autem quod de ignorantia admiscetur, exempli gratia positum est.

¶ Sed quia hæc responsio dicta secundum eundem contextum separat, dum ignorantiam vt exemplum; pronitatem vero ad malum, & difficultatem ad bonum uere interpretatur, aliter dicitur, quod per ignorantiam hic intelligitur copulatio corporalis causatiua ignorantiæ: nascuntur si quidem aliqui inepti ad scientiam sicut alii inclinati ad iram; & huiusmodi.

¶ Sed hoc minus consonat literæ, diuidenti contra defectus repugnantes perfectioni scientiæ, uel gratiæ, defectus corporis speciales: constat autem has complexiones exorbitantes a temperantia humanæ medietatis, inter speciales computari defectus. Vnde dicendum est, quod ignorantia dupliciter sumi potest, vel secundum se, & sic est defectus non corporis, sed animæ, sicut sciẽtia: contraria enim circa idem nata sunt fieri, vel secundum suam causam occasionalem communem toti naturæ humanæ, & sic est defectus tenens se ex parte corporis, quoniam ex hoc ipso, quod anima fit in corpore, non recipit influxum scientiæ a superioribus, & manet ignorans: in cuius signum statim, quod a corpore separatur anima, perficitur scientia infusa à superioribus. Christus autem licet susceperit animam in corpore, non suscepit tamen defectum scientiæ concomitantem animam ex hoc quod fit in corpore, quoniam ab initio eius anima repleta est, & beata, & infusa scientia, ut patet ex antedictis. Et ideo inter defectus corporis, hoc est se tenentes ex parte corporis computata est hoc in loco ignorantia.

¶ In responsione ad secundum perspicaciter uide, quod animæ Christi secundum se debebatur plenitudo omnis gratiæ, & scientiæ, ex hoc ipso, quod erat assumpta a Verbo: est enim hoc sumptum ex Ioannis primo. Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, quasi vnigenitum a Patre. Et docemur ex hoc non solum differentiam intentam in litera inter scientiam, ac gratiam, & defectus, quod illæ debebantur animæ Christi secundum se, hoc est ob propriam perfectionem, isti uerò solum propter aliud, hoc est satisfactionem, & exemplaritatem, & cætera, sed etiam quod non sunt duo miracula, gratia unionis, & gratia virtutum in anima Christi: sed sicut in naturalibus generans dat una generatione formam, & consequentia ad formam, ita in mysterio incarnationis assumens dat gratiæ, & scientiæ plenitudinem, ut consequentia assumptionem. Et propterea sicut debentur genito concomitantia formam, debito naturali, ita debetur assumptæ animæ plenitudo gratiæ, & scientiæ, debito quasi naturali, seu connaturalis ordinis. Connaturalis quippe est assumptæ animæ plenitudo gratiæ, & scientiæ.

S. Bona. 3. s. dist. 12. q. 1. art. 2.
Scot. 3. s. d. 12. q. 1.
Richar. 3. s. d. 12. q. 1.
Duran. 3. s. d. 12. q. 2.
Capr. 3. d. 12. q. 1. conc. 1. & 2.
Medina ar. 3.

SVPER Q. XV. ART. I.

CONCL. Christus nullo modo assumpsit defectum peccati, nec originalis, nec actualis.

¶ PROB. Quia peccatum nihil operatur ad satisfactionem, non demonstrat ueritatem naturæ humanæ, non facit ad dandum exemplum uirtutis (ut de his tribus patet in tex.) & Christus assumpsit defectus nostros, ut pro nobis patiendo satisfaceret, ut ueritatem naturæ humanæ comprobaret, ut nobis fieret exemplum virtutis, quæstio. 14. ar. 1.

1^{m} ex Psalmo. Delictorum meorum. R. Id est, delictorum amicorum meorum. §. Tunc nihil, &c. Conclusio enim intendit de Christo secundum se sumpto, non autem secundum affectum quẽdam ad amicos suos, quo dici solet, quod amicus est alter ego. Hoc enim affectu loquens Christus delicta aliorum reputabat quodãmodo sua: licet eius secundum seipsum nullo modo essent. Nomine amicorum intellige hic ea membra, id est homines: quorũ Christus caput est, q. 8. ar. 1.

96 Inf. qõ. 32. a. 7. & 3. d. 6. q. 8. cor. f. & d. 12. q. 1. cor. f. & quol. 4. q. 12. ar. 1.

3. Ac si dixisset, longè à salute mea uerba dictorum hominum, quibus ita ex corde afficior, sicut caput membris suis. Volebat siquidem Christus per hoc ostendere, quod causa, quare derelictus esset à Deo, idest quare fuit tot tantisque passionib. expositus, erant uerba delictorum hominum, idest delicta hominum ad Dei aures clamantia instar clamoris Abel occi-

QVÆSTIO XV.

De defectibus animæ à Christo assumptis in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de defectibus pertinentibus ad animam.

ET circa hoc quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum in Christo fuerit peccatum.
¶ Secundò, Vtrum in eo fuerit fomes peccati.
¶ Tertiò, Vtrum in eo fuerit ignorantia.
¶ Quartò, Vtrum anima eius fuerit passibilis.
¶ Quintò, Vtrum in eo fuerit dolor sensibilis.
¶ Sextò, Vtrum in eo fuerit tristitia.
¶ Septimò, Vtrum in eo fuerit timor.
¶ Octauò, Vtrum in eo fuerit admiratio.
¶ Nono, Vtrum in eo fuerit ira.
¶ Decimò, Vtrum simul fuerit viator, & comprehensor.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo fuerit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo fuerit peccatum. Dicitur enim Psal. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, longe à salute mea uerba delictorum meorum: sed hæc uerba dicuntur ex persona ipsius Christi, ut patet ex hoc, quod ipse ea in cruce protulit. ergo uidetur quod in Christo fuerint delicta.

¶ 2 Præt. Roma. 5. dicit Aposto. quod in Adam omnes peccauerunt, quia scilicet in eo originaliter fuerũt: sed Christus etiam originaliter fuit in Adam. ergo in eo peccauit.

¶ 3 Præ. Apost. dicit Heb. 2. quod in eo, in quo Chr̃s passus est, & tentatus, potens est, & his, qui tentãtur, auxiliari, sed maximè indigebamus auxilio eius contra peccatum. ergo uidetur quod in eo fuerit peccatum.

¶ 4 Præt. Secundæ ad Cor. 5. dicitur quod Deus eum, qui non nouerat peccatũ, scilicet Christum, pro nobis peccatum fecit: sed illud uerè est, quod a Deo factum est. ergo in Christo uerè fuit peccatum.

¶ 5 Præt. Sicut August.* dicit in lib. de Agone Christiano, in homine Christo se nobis ad exemplum uitæ præbuit filius Dei: sed homo indiget exemplo non solum ad rectè uiuendum, sed etiam ad hoc, quod pœniteat de peccatis. ergo videtur, quod in Christo debuerit esse peccatum, ut de peccatis pœnitendo, pœnitentiæ nobis daret exẽplum. * cap. 11. in 6. to. 3.

SED CONTRA est, quod ipse dicit Io. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato?

RESP. Dicendum, quod sicut supra dictum est,* Christus suscepit defectus nostros, ut pro nobis satisfaceret, & ut ueritatem humanæ naturæ comprobaret, & ut nobis fieret exemplum uirtutis: secundum quæ tria manifestum est, quod defectum peccati assumere non debuit, Primo quidem, quia peccatum nihil operatur ad satisfactionem, quinimmo uirtutem satisfactionis impedit: quia ut dicitur Eccl. 34. dona iniquorum non probat Altissimus. Similiter etiam ex peccato non demonstratur ueritas humanæ naturæ, quia peccatum non pertinet ad humanam naturam, cujus Deus est causa, sed magis est contra naturam, per seminationem Diaboli introductum, ut Damasc.* dicit. Tertio, peccando exemplum uirtutis præbere nõ potuit, cum peccatum contrarietur uirtuti. Et ideo Christus nullo modo assumpsit defectum peccati, nec originalis, nec actualis, secũdum illud quod dicitur 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit. * Ar. 1. & 2. huius q. * Lib. 2. c. 30. & li. 3. c. 20.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Dam.* dicit in 3. lib. dupliciter dicitur aliquid de Christo, uno modo secundum proprietatem naturalem, & hypostaticam, sicut dicitur quod Deus factus est homo, & quod passus est pro nobis * Li. 3. orth. fi. c. 25.

Capr 3.d.12. q.1.conc.1.& 2. Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerit fomes peccati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo fuerit fomes peccati. Ab eodē enim principio deriuatur fomes peccati, & passibilitas corporis, siue mortalitas, s. ex subtractione originalis iustitiæ, per quam simul inferiores vires animæ subdebantur rationi, & corpus animæ, sed i Christo fuit passibilitas corporis, & mortalitas. ergo etiam in eo fuerit fomes peccati.

¶ 2 Præt. Sicut Dam.* dicit in 1. li. Beneplacito diuinæ voluntatis permittebatur caro Christi pati, & operari, quæ propria, sed proprium est carni, vt concupiscat delectabilia sibi. Cum igitur nihil aliud sit fomes, qui concupiscentia, ut dicitur in gl. Roman. 7. videtur quod in Christo fuerit fomes peccati.

¶ 3 Præt. Ratione fomitis peccati, caro concupiscit aduersus spiritum, vt dr Gal. 5. Sed tanto spiritus ostenditur fortior, & magis dignus corona, quanto magis superat hostem, s. concupiscentiam carnis, secūdum illud 1. ad Tim. 2. Non coronabitur nisi, qui legitime certauerit. Christ* autem habuit fortissimum, & victoriosissimum spiritū, & maximę dignum corona, fm illud Apoc. 6. Data est ei corona, & exiuit uincens, vt uinceret. videtur ergo, qd in Christo maxime debuerit esse fomes peccati.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 1. Quod in ea natum est, de Spiritusancto est, sed Spiritussanctus excludit peccatum, & inclinationē peccati, quę importatur nomine fomitis. ergo in Christo non fuit fomes peccati.

RESP. Dicendum, quod sicut supra dictum est,* Christus perfectissime habuit gratiā, & oēs uirtutes. Virtus autem moralis, quæ est † in rationali parte animæ, eam facit esse rationi subiectā, & tanto magis, quāto perfectior fuerit uirtus: sicut temperantia concupiscibilē, & fortitudo, & mansuetudo irascibilem, ut in 2. par. dictū est,* ad rōnē autē fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id, quod est contra rationem. Sic igitur patet, quod quantū virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tāto magis in eo debilitatur uis fomitis. Cum igitur in Christo fuerit virtus fm perfectissimum gradū consequens est, quod in eo fomes peccati non fuerit, cum etiam iste defectus non sit ordinabilis ad satisfaciēdum, sed potius inclinet ad contrarium satisfactioni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod inferiores uires pertinētes ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedibiles rationi: non autem uires corporales, uel humorum corporalium, uel etiam ipsius animæ uegetabilis, ut patet in 1. Ethico.* Et ideo perfectio uirtutis, quæ est fm rationem rectam, non excludit passibilitatem corporis, excludit autem fomitem peccati: cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem.

AD SECVNDVM dicendum, quod caro naturaliter concupiscit id, qd est sibi delectabile concupiscentia appetitus sensitiui, sed caro hominis, qui est animal rationale, hoc cōcupiscit secundum modum, & ordinem rationis, & hoc mō caro Christi concupiscentia appetitus sensitiui naturaliter appetebat escam, & potum, & somnum, & alia, quæ secundum rectam rationem appetuntur, ut patet per Damasc.* in 3. libro. Ex hoc autem non sequitur, quod in Christo fuerit fomes peccati, qui importat concupiscentiam delectabilium, præter ordinē rationis.

AD TERTIVM dicendum, quod fortitudo spiritus aliqualis ostenditur, ex hoc, quod resistit concupiscentiæ carnis sibi contrariantis, sed maior fortitudo spiritus ostenditur, si per eius virtutem totaliter caro comprimatur, nec contra spiritum concupiscere possit. & ideo hoc competebat Christo, cuius spiritus summum fortitudinis gradum attigerat. Et licet non sustinuerit impugnationem interiorem ex parte fomitis, sustinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi, & diaboli, quos superando uictoriæ coronam promeruit.

AR-

* Li. 3. ort. fid. c. 15. a med. & ca. 14.

* q. 7. a. 2. & 9.

† Alias irrōnali.

* 1. 2. q. 56. ar. 4.

* Li. 3. Eth. c. ult. to. 5.

* Li. 3. ort. fi. c. 14.

SVPER QVAEST. XV. ART. II.

CONCL. In Christo non fuit fomes peccati.

¶ PROB. Primò quia in Christo fuit uirtus secundū omnino perfectissimū gradum. q. 7. ar. 2. 9. Et quāto magis uirtus in aliquo fuerit perfecta, tanto magis in eo debilitatur vis fomitis, (vbi ergo erit virtus fm totaliter perfectissimum gradum, ibi nullo mō erit fomes). Secundò, quia iste defectus. s. fomes, nō est ordinabilis ad satisfaciēdum, sed potius inclinat ad contrariū satisfactioni (cum fomes sit inclinatio appetitus sensualis in id, quod est contra rationem): Et Christus venerat in mūdum pro nobis satisfacturus, q. 14. ar. 1. Not Pro prima probatione iuuat videre. 1. q. 95. ar. 1. 3. Nam perfectio illa virtutis in Christo statū quendā innocentię pręsefert, immo eum superat, quantum ad hoc, s. quātum ad magnitudinem gratiæ, virtutū, & elongationē a peccato.

91 Inf. qō. 27. a. 3. c. & ad 1. & 3. d. 17. 2. 1. q. 2. ad 2. & opu. 3. & 231.

1^m^ maior. Ab eodē principio deriuatur fomes peccati, & passibilitas corporis siue mortalitas. Non tn̄ eodem modo se hēt ad rationē utrumq;. s. fomes peccati & passitas, seu mortalitas corporis. Vt declaratur io tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid. ly, & ideo perfectio virtutis, quæ &c. Ex quo dices quod argūm nō attingebat sensum radicalē cōclusionis articuli. Putabat siquidē, conclusionem ipsam in excludēdo fomitē attendisse ad principiū fomitis ibi adductū. & in conclusio ipsa in excludēdo fomitem attendit ad aliud. s. ad respectum rationis.

2^m^ de conclusione. Quam cōcupiscentia. ꝙ. Delectabilium ꝑter ordinē rōnis. §. Sic intelligitur illa glossa Rom. 7. Tūc &c. Nā caro Christi, fm quod homo, appetitus sensitiui concupiscētia appetebat escā, &c. vt in tex. Ex cuius principio, tamq̄ a simili, dic quod caro, ut sic, naturaliter appetit multiplicari per generationē, sed caro hominis, cū sit animal rōnale, hoc non appetit nisi fm modū & ordinē rōnis, ita caro sine fomite existens (ut erat caro Christi) nec leuissimo appetitu desideras hoc, si rō non dictat. Qn̄ igitur Deus hoibus dicit Genes. 1. Crescite, & multiplicamini, intelligit quod multiplicent modo nō bestiarum, sed hominum. i. fm modū & ordinem rōnis. Irrationabilib. quippe, ibid. quinto die dixerat multiplicamini, qd quidem, multiplicamini, nō replicaret hominibus, nisi alio modo homines multiplicari debere intendisset. Cuius signum manifestum est, quod bestiis, iumentis, reptilib. factis sexto die non replicauit ly multiplicamini, tamq̄ per hoc denotans, quod eodē modo. i. sine ducatu rōnis propriæ, & illa oīa multiplicanda erant, sicut & aues, piscesq; quib. ꝓdixerat ly multiplicamini. At cū eodē sexto die vētum est ad hominē, ipsi iā facto dictum est ly crescite, & multiplicamini. Ac si ex serie cōtextus dixerit Deus. Ly crescite & multiplicamini, qd quinto die dixi ad pisces, & aues, deseruit ēt multiplicationi bestiarū iumentorū reptibiliumq; sexto die factorū, nō āt deseruit multiplicationi hominū, cum homines multiplicandi sint aliter. i. fm modū & ordinem rectum rationis proprię. Ne putet uerò quispiam, quod ly crescite & multiplicamini, dictū hominib. referat ēt ad bestias, iumēta, & reptibilia, eo quod eodem sexto die, quo & homo, creata sint, ideo signāter, ut hanc fantasiam excluderet. Deus ad ly crescite & multiplicamini, apposuit unū quid, quo manifeste cognosceretur, hoc solis hominib. posse aptari. Non sic inqt. Crescite, & multiplicamini, & dn̄amini piscib. maris, & uolatilibus coeli, & uniuersis aiantib*. Ecce illud unum appositum, quod animalium nulli, nisi homini cōuenire pōt, s. dnīū vniuersale super oīa uniuersa sublunaria: de quo hēs a B. Tho. i 1. q. 96. ar. 1. Additio igitur illa, dn̄ationi, &c. procul dubio restringit ly crescite & multiplicamini, ad standum solummodo ꝓ hominib*. Ex his a textu præsentis rn̄si submintstratis patet: q̄ ignoranter Condormientes, & alii similes, applicent ly crescite & multiplicamini, ad promiscuas libidines uelandas: quas impudentissime verbis & factis docent. Sed nō mirum, seu nouū quod indocti & instabiles scripturas sacras deprauāt ad suam ipsorum perditionem, 2. Petr. 3. Contra hos tamen condormientes &c. vide etiam 1. 2. articulorum numero 753. cum Elucidat. & pri. par. articu. numero 178. 405. cum Elucidat. & Additio. artic. numero 204. 267. 269. 271. 273. item 218. 255. 284. cum Elucidario. Et Veritates Aureas, super totam legem veterem, Genes. 26. concl. 4.

3° illatio conclusionis. Videtur ergo, quod in Christo magis, &c. ꝙ. Negatur illatio §. Procedit enim ex falso intellectu impliciteconteto in præmissa minori prima, scilicet tāto spiritus &c. Putat enim ibi, quod fortitudo spiritus tunc solum reprimat hostem, quando eius-

ei insorgenti resistit, quod non est verum. Quinimmo hostem etiam, & magis, reprimit: quando ad intuitum ipsius spiritus non audet, uel non potest, hostis insurgere. Ex eo itaque, quod Christus habuit spiritum fortissimum & victoriosissimum, debebat argumentator inferre contrarium, scilicet Ergo in Christo non fuit ullo modo fomes. Ex textu ly & licet non sustinuerit &c. dicr quod aliquis posset coronari propter exteriorem impugnationem, cui uiriliter resistit, etiam si interior impugnatio deesset.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatum, quod in Christo non fuit fomes peccati. Vt per illud, quod dicitur Matth. 1. Quod in ea &c. vt cum discursu ponitur in argumen. contr. Pro cuius captu notabis: quod fomes est aliquid quasi effectus, siue quædã reliquia, peccati originalis, & propterea conceptionem non de Spiritusancto, sed de semine uirili præsupponens, per quam contrahitur peccatum originale, 1.2. quæst. 81. ar. 1.4. Cum igitur dicere, Christum esse conceptum ex semine uirili sit hæresis pessima, & dicere, ipsum conceptum de Spiritusancto sit fides catholica; necessariò sequitur: & quod ponere in Christo fomitem sit damnabilissima hæresis, & quod negare fomitem in ipso fuisse sit simpliciter de fide necessarium ad salutem. Ex textu ergo hoc argumenti in contrarium a D. Thoma facti habes campum magnũ, & latum ad ostendendum per scripturas, per symbolum fidei, per concilia, &c antenium in principio appendicis dictum, scilicet ꝙ in Christo non fuit fomes peccati. Vniuersæ si quidem scripturæ, quæ dicunt uel Christum de Spiritusancto conceptum, uel ex conceptum in uirginali utero, uel etiam uirginem concepisse ipsum, demonstrant per talia dicta, quod non potuit esse peccati fomes in Christo. Quod autem dico de scripturis, dicendum quoque est de symbolo fidei, de Conciliis, de summorum Pontificum, de sanctorum Doctorum dictis. Ecce, quam grandis uia ad concludendum id, quod intendis. Iuuat præterea uidere, articulo primo, in text. & append. cui uicissim ista suffragantur. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo fomes peccati importat inclinationem appetitus sensitiui in id, quod contrariatur rectæ rationi, puta, in superfluam delectationem, in excessiuam cupiditatem, & similia.

¶ In corpore unica est conclusio respõsiua quæsito: in Christo non fuit fomes peccati. Probatur dupliciter, primo sic: Virtus moralis facit rationalem partem animæ, in qua est, rationi esse subiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit. ergo quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur uis fomitis. ergo in Christo non fuit fomes peccati. Antecedens declaratur, in temperantia, & mansuetudine. Prima consequentia probatur, quia ad rationem fomitis pertinet inclinatio appetitus sensualis in id, quod est contra rationem. Secunda vero, quia in Christo fuit uirtus secundum perfectissimum gradum: qđ probatur, quia Christus perfectissime habuit gratiam, & omnes uirtutes morales. Secundo, probatur conclusio principalis, quia iste defectus non est inordinabilis, ad satisfaciendum: sed potius inclinat ad contrarium satisfactioni. ergo nõ debuit assumi à Christo. Et patet sequela ex præcedentibus.

¶ Occurrit hic dubium, quia secundum primam rationem in litera allatam, sequitur, quod non solum in Christo, sed etiam in puris hominibus puta, Ioan. Baptista, non fuerit fomes peccati, quia in ipso a principio fuerunt uirtutes perfectæ: non solum in habitu, vt sunt in pueris baptizatis, sed in exercitio, cum fuerit tãtæ perfectionis, ut iustitia appellatus sit, ut dicit Glo. in verbo, Iustitia, ubi scriptum est, iustitia ante eum ambulabit.

¶ Ad hoc dicitur, quod differentia inter animam Christi, & aliorum est, quod anima Christi est secundum quod erant animæ in statu innocentiæ, quantum ad elongationem a peccato. animæ vero reliquorum quantumcumque sanctificatorum in utero, in hac uita sunt sicut anima hominis, qui incidit in latrones, & non solum spoliatus est gratuitis, sed uulneratus est in naturalibus. Et ideo in anima Christi secundum se sola naturalis inclinatio partis sensitiuæ in bonum sibi consonum erat per uirtutem subiicienda perfectæ rationi, ut nulla fomitis ratio maneret in eo: in aliis autem non solum est naturalis inclinatio partis sensitiuæ in bonum sibi consonum, sed talis inclinatio est vulnerata. Et propterea non sufficit in aliis ad tollendum fomitem, perfectio uirtutis: sed speciali est opus gratia, sic sanante, vt extinctus sit fomes peccati, quod soli Beatæ Virgini in hac uita concessum credimus. Non sequitur igitur ex processu literæ, quod perfectio uirtutis regulariter tollat fomitem, sed quod perfectio uirtutis in Christo infert in ipso non fuisse fomitem.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit ignorantia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo fuerit ignorantia. Illud enim uere fuit in Christo, quod sibi competit secundum humanam naturam, licet ei non competat secundum diuinã, sicut passio, & mors: sed ignorantia conuenit Christo, secundum humanam naturam, dicit. n. Dam.* in 3. lib. quod ignorantem, & seruilem assumpsit naturam. ergo ignorantia uere fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Aliquis dicitur ignorans per notitiæ defectum, sed aliqua notitia defuit Christo: dicit. n. Apost. 2. ad Cor. 5. Eum, qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. ergo in Christo fuit ignorantia.

¶ 3 Præt. Isa. 8. dicitur, Antequam sciat puer uocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci. Puer autem ille est Christus. ergo in Christo fuit aliquarum rerum ignorantia.

SED CONTRA, Ignorantia per ignorantiam non tollitur. Christus autem ad hoc uenit, ut ignorantias nostras auferret, uenit. n. ut illuminaret his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedẽt. ergo in Christo ignorantia non fuit.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ, & uirtutis, ita in ipso fuit plenitudo oĩs sciẽtiæ, ut ex præmissis * patet. Sicut autẽ in Christo plenitudo gratiæ, & uirtutis excludit fomitem peccati, ita plenitudo scientiæ, excludit ignorãtiã, quæ scientiæ opponitur. Vnde, sicut in Christo non fuit fomes peccati, ita non fuit in eo ignorantia.

AD PRIMVM ergo dicendum, qđ natura a Christo assumpta põt dupliciter considerari. Vno modo, ſm rõnem suæ speciei, & ſm hoc dicit Dam.* eam esse ignorantem, & seruilẽ. Vnde subdit, Nã serua quidẽ est hominis natura eius, qui fecit ipsã, Dei, s. & non hẽt futurorum cognitionem. Alio mõ, põt cõsiderari ſm id, qđ hẽt ex unione ad hypostasim diuinã, ex qua hẽt plenitudinẽ scientiæ, & gratiæ, ſm illud Io. 1. Vidimus eum quasi unigenitum à Patre, plenum gratiæ, & ueritatis, & hoc modo natura humana in Christo ignorantiam non habuit.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus dicitur non nouisse peccatum, quia nesciuit per experiẽtiam, sciuit autem per simplicem notitiam.

AD TERTIVM dicendum, quod loquitur ibi Propheta de sciẽtia humana Christi. Dicit enim, Antequam sciat puer,

Medina, ar. 3.

SVPER Q. XV. ART. III.

97 3. d. 17. a. 1. q. 1. ad 5.

CONCL. In Christo non fuit ignorantia.

¶ PROB. Quia in Christo fuit plenitudo omnis scientiæ. q. 9. vsque ad q. 13. Et plenitudo scientiæ omnis excludit ignorantiam sciẽtiæ oppositã (ut patet.)

* Li. 3. ort. fid. c. 2. in prin.

1^m maior. Ignorantia conuenit Christo secũdum humanã naturã. ℞. Si humana natura cõsideretur secundum rationem suæ speciei. §. In quo etiam sensu procedit adducta probatio ex Damasceno. Tunc nihil &c. Nam ad uerificandam conclusionem articuli requiritur, quod natura humana consideretur alio modo, scilicet secundum id, quod habet ex vnione ad personam diuina.

2^m de maiori. Per noticiæ. ℞. Simplicis cognitionis. §. Tunc nihil &c. Nam licet nõ habuerit noticiam experimentalem peccati, vt arguitur ex 2. Cor. 5. tamen peccati noticiam simplicem habuit. Pro quo sciendum, quod ille nouit experimentali noticia peccatum, qui facit peccatũ, quod non fecit unquam Christus, * & consequẽter ex eo, quod aliquis taliter nescit peccatum, nõ dicitur ignorans, sed innocens: ille vero nouit simplici noticia peccatum, quod speculatiue cognoscit, puta quod tale quid sit peccatum, qđ peccatum sic diffiniatur, diuidatur &c.

* q. 7. a. 9. & q. 9. ar. 1.

3^m ex Isai. Antequam sciat. ℞. Idest antequam fiat homo, sciẽtiam humanam habens: Vel antequam ostendat, se scire. §. Tunc nihil &c. Nã patet: quod ex hoc non sequitur, ignorantiam fuisse

* Loco cit. in arg. 1.

fuisse in Christo. Antequam enim fieret homo, non potest intelligi fuisse ignorans per priuationem scientiæ humanæ, similiter nec ex eo quia dici potest ignorans, quod non manifestat se scire, illud quod scit. Esset autem contra conclusionem articuli, si Isaias ibi uoluisset dicere, quod Christus fuit aliquando homo puer, & nesciuit pro tunc aliquid pota vocare patrē & matrem. Sed hunc sensum numquam habuit ipse ꝑpheta. Quia ergo male intelligebatur scriptura ab argumento: ideo & mala, id est falsa conclusio inde inferebatur.

puer, scilicet secundum humanitatem, uocare patrem suum, scilicet Ioseph (qui pater eius fuit putatiuus), & matrem suam, scilicet Mariam, auferetur fortitudo Damasci: quod non est sic intelligendum, quasi aliquando fuerit homo, & hoc nesciuerit: sed antequam sciat, idest, antequam fiat homo scientiā habens humanam, auferetur uel ad literam, fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, per Regem Assyriorū, uel spiritualiter, quiā nondū natus, populum suum sola inuocatione saluabit, ut gl.* Hier. ibi exponit Aug.

tamen in sermo. † de Epi. dicit hoc esse cōpletum in adoratione Magorum. Aut.n. Antequam per humanā carnem humana uerba proferret, accepit uirtutē Damasci, s. diuitias, in quibus Damascus præsumebat: in diuitiis aut principatus, auro defertur. Spolia uero Samariæ iidem ipsi erant: Samaria namq; pro idolatria ponitur: illic enim populus ad idola colenda conuersus est. Hæc igitur prima spolia puer idolatriæ detraxit. Et hoc intelligitur, antequam sciat, idest, antequam ostendat se scire.

ctis q.10.ar.2.appen. & q.11.ar.1.appen. & q.12.ar.1.appen. Item à Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris & umbra mortis sedent. Licet enim per modum orationis ad Christum oō ex alto uisitaturum hoc dicatur: tamen etiam est prophetia nobis prænuncians, qđ Christus adueniens erat illuminaturus uniuersum mundum. Illuminationem uerò hanc causat ipse non solum ut Deus, sed etiam ut homo, secundum quod declaratur, q.8.ar.4. ad tertiū. Cum ergo ignorantia per ignorantiam non tollatur, & Christus uenerit, ut &c. ut in argumen. contr. Item à Ioā. 16. scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget. Ac si aperte dictum sit. Adeo scis omnia, ut nullus te, quasi aliquid nescientem, interrogare ualeat, quasi tentans de ignorantia aliqua te conuincere.

† Angu. in ser. 4. qui est 32. Ior di. ante medium, tomo 10.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
* Hier. ibi to. 5.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas hæresim Agnoetarum dicentium, humanitatem secūdum subsistentiam uerbo unitam multa ignorare. Hoc est, pro quanto nunc hic adducitur, ignorantiam fuisse in Christo.
2 Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari à di-

ctis

3 Tertiò uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio: In Christo non fuit ignorantia. Probatur, Sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ, & uirtutis, ita fuit plenitudo omnis scientiæ. ergo sicut prima plenitudo excludit fomitem peccati, ita secunda excludit ignorantiam. ergo in Christo non fuit ignorantia: prima cōsequentia probatur, quia ignorantia opponitur plenitudini scientiæ: secunda, quia non fuit fomes peccati in Christo.

¶ In

¶ In responsione ad tertium, aduerte nouitie, quod trium expositionum uerborum Isaiæ, quæ in litera ponuntur, duæ primæ conueniunt in hoc, quod ly. Antequam puer sciat, exponunt, antequam Deus fiat puer sciens, hoc est, antequam incarnetur habens matrem, & patrem putatiuum. In hoc enim sensu uerificatur tam literalis expositio, quod rex Assyriorum auferret spolia ante incarnationem filii Dei, quam spiritualis, quod filius Dei ante incarnationem inuocatus saluaret populum suum. Tertia autem post incarnationem exponit quod ly Ante, dicat ordinem temporis, secundum ætatem infantilem Iesu Christi.

Alb Mag 3.d.15.art.2. Medina ar. 4.

SVPER Q. XV. ART. IIII.

93
3.d.13. q.2. a 1. q. 1. ad 3. & d. 15. q. 2. a 1. q. 3. & 2. & d. 32. litt. Et opusc. 3. c. 48. Et opusc. 60. c. 3.
* Aug. lib. 12. c. 16. in medio, t. 3. Arist. 3. de ani. tex. 10. to 2.
* Lib. 4 in s. 3. a prin. lib. & seq.
† Ar. 2. huius quęst.

COncl. 1. Necesse fuit, quod anima Christi esset passione corporali passibilis.

¶ Prob. Quia corpus Christi fuit passibile q. 14. ar. 1. 2. Et corpore ex passione perturbato, necesse est, quod anima tanquam forma eius perturbetur per accidens.

¶ Concl. 2. Affectiones appetitus sensitiui, quæ proprissime dicuntur passiones. 1.2. q.22. ar.2.3. fuerunt in Christo. Hoc est. Anima Christi fuit passione animali passibilis.

¶ Prob. Quia in Christo erat uerum hominis corpus, uerusque hominis animus: & ubi est uerum hominis corpus, uerusque hominis animus, ibi est uerus humanus affectus.

¶ Concl. 3. Passiones, seu affectiones omnes, quę fuerūt in Christo, fuerunt aliter in ipso, quam in nobis, quantum ad tria.

¶ Prob. Quia passiones animales in Christo numquam ferebantur ad illicita, numquam præueniebant iudicium rationis, numquam ullo modo impediebant rationem a faciendo ea, quæ conueniebāt: Et in nobis quādoque feruntur ad illicita, quandoque præueniunt rationem, quandoque illam impediūt ab executione conuenientium.

Primum

¶ Pr an.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū anima Christi fuerit passibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aīa Christi non fuerit passibilis. Nihil enim patitur nisi a fortiori, quia agēs pręstantius est patiēte, vt patet per August. 12. super Gen.* ad literam, & per Philoso. 3. de anima: † sed nulla creaturæ fuit pręstantior, quam anima Christi, ergo anima Christi nō potuit ab aliqua creatura pati, & ita non fuit passibilis: frustra enim in ea fuisset potentia patiendi, si a nullo pati potuisset.

¶ 2 Præt. Tul. in lib.* de Tusculanis quæstionibus dicit, quod passiones animæ sunt quædam ægritudines, sed in anima Christi non fuit aliqua ægritudo: nam ægritudo animæ sequitur peccatum, ut patet per illud Ps. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ergo in Christo non fuerunt animæ passiones.

¶ 3 Præt. Passiones animæ uidentur idem esse cum fomite peccati, vnde & Apost. Rom. 7. vocat eas passiones peccatorum: sed in Christo non fuit fomes peccati, ut supra dictum est. † Ergo uidetur quod non fuerint ī eo animæ passiones, & ita anima Christi non fuit passibilis.

SED CONTRA est, qđ in Psal. 78. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea, non quidem peccatis, sed humanis malis. i. doloribus, ut gl.* ibi exponit. Sic ergo anima Christi fuit passibilis.

* Aug. gl. in hoc loc. ps. 87. to. 8.
D. 194.

RESPON. Dicendum, quod animam in corpore constitutam dupliciter contingit pati. Vno modo, passione corporali: alio modo, passione animali. Passione quidem corporali patitur per corporis læsionem. Cum enim anima sit forma corporis, consequens est quod unum sit esse animæ, & corporis, & ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passionē necesse est, quod anima per accidens perturbetur, scilicet quantum ad esse, quod habet in corpore. Quia igitur corpus Christi fuit passibile, & mortale (ut supra habitū est*) necesse fuit ut etiam eius anima hoc modo passibilis esset. * q.14.ar.2.
Passione autem animali pati dicitur anima secundum operationem, quæ uel est propria animæ, uel principalius est, animæ, quam corporis, & quamuis etiam secundum intelligere, & sentire dicatur hoc modo, anima aliquid pati, tamen sicut in secunda parte dictum est, † proprissimè dicuntur passiones animæ, affectiones appetitus sensitiui, quæ in Christo fuerunt, sicut & cætera, quę ad naturam hominis pertinent. Vnde August. dicit in 14. de Ciuit. Dei,* Ipse Dominus in forma serui uitam agere dignatus, humanitus adhibuit eas, ubi adhibendas esse iudicauit: neque enim in quo uerū erat hominis corpus, & uerus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Sciendum tamen est, quod hmōdi passiones aliter fuerunt in Christo, quam in nobis quantum ad tria: primo quidem, quantum ad obiectum,

† 1.2.q.22. ar.2.& 3.)
* Li.14.c.9. parū ante med. to.5.

quia

1m maior. Nullus patitur, nisi à fortiori. ℞. Vel nisi ab aliquo alio, cui se propria voluntate subiicit. §. Dato etiam, scilicet quod illud, a quo patitur, non esset fortius. Tunc nihil &c. Nam anima Christi poterat quidem &c. ut in tex. Ad probationem maioris ex Diuo Augustino dic: quod agens patiente est præstantius, uel simpliciter, uel secundum quid. Per agens vero præstantius simpliciter, intellige agens illud, cui patiens resistere non potest: per agens autem præstantius secũdum quid, intellige agens illud cui patiens, quamuis absolute possit resistere, sese tamen ꝓpria uoluntate subiicit. Quam distinctionē applica ad agens respectu animæ Christi, secundũ quod docet tex. hic, & quæst. 14. articu. 2. ad tertium.

Li.14. c.9. parū ante med. to.5.

2m de conclusione. Non fuerũt animæ passione. ℞. Inordinatæ. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniā Tullius ibi loquitur &c. ut in textu. Tūc nihil &c. Nam conclusiones articuli intelligunt tantum de passionibus ordinatis: ut patet maxime in conclusione tertia.

† Ca.26. in Matt. sup illud Cœpit trist. to mo 9.

3m maior. Passiones animæ uidentur idem esse cum fomite peccati. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod male adducitur Apostolus: & ideo nihil probatio valet. Adducitur enim ac si loqueretur de passionibus animæ, ut sic, & tamen non loquitur dē his hoc modo sumptis, sed alio modo, s. ꝓut sunt passiones peccatorum. Grandis autem differentia est inter duo hæc. Nam passiones animæ, ut sic, nihil mali culpabilis important: cum sint affectiones pure naturales: Passiones autem peccatorum sunt &c. ut in tex. Stat ergo firmũ sine controuersia: quod in Christo fuerunt passiones animæ, nō ut peccatorum, sed ut naturales, quandoquidem omnia, quæ ad naturam hominis pertinent, fuerũt in ipso, secundum textum corpor.

quia in nobis plerumque huiusmodi passiones ferũtur ad illicita, ꝙ in Christo non fuit. Secundo, quãtum ad principium, quia huiusmodi passiones frequenter in nobis præueniũt iudicium rationis: sed in Christo omnes motus sẽsitiui appetitus oriebantur secundum dispositionē rationis. Vnde Aug. dicit 14. de Ciu. Dei, ꝙ hos motus certissimæ dispẽsationis gratia, ita cũ uoluit Christ⁹ suscepit animo humano, sicut cum uoluit, factus est homo. Tertio, quãtum ad effectum, quia in nobis quãque huiusmodi motus non sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahunt rōnem, ꝙ in Christo nō fuit, quia motus naturaliter humanæ carni cōuenientes, sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, ꝙ ratio ex his nullo modo, impediebatur facere, quæ conueniebant. Vñ Hie. † dicit super Matt. ꝙ Dominus noster ut ueritatem assumpti probaret hominis, uerè quidē cōtristatus est: sed ne passio in animo illius dñaretur ꝑ propassionē dr̃ ꝙ cœpit contristari, ut passio pfecta intelligatur, qñ animo, i. rōni dñat: propassio aũt, quãdo est inchoata in appetitu sensitiuo, sed ulterius non se extendit.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ aĩa Christi poterat qdē resistere passionib. ut ei non superuenirent, præsertim uirtute diuina: sed ꝓpria uoluntate se passionib. subiiciebat tam corporalibus, quam animalibus.

Ad secundum dicendum, ꝙ Tulli⁹ ibi loquit fm opinionē Stoicorum, qui non uocabãt passiones quoscumque motus appetitus sensitiui, sed solum inordinatos: tales autem passiones manifestum est in Christo non fuisse.

Ad tertium dicendum, ꝙ passiones peccatorũ, sũt motus appetitus sensitiui ĩ illicita tẽdẽtes, ꝙ nō fuit ĩ Chr̃o sicut nec fomes peccati.

APPENDIX.

Ex arti. habes primo: quo per rōnē ostendas, mirum esse insinuatum à scripturis, ꝙ in Christo aĩa fuit passibilis. Vt per hoc, ꝙ dr̃ ps. 87. Repleta, &c. vt cũ glossa ponit in arg. cōt. Item a Io. 12. Nunc aia mea turbata est. Item à Luc. 19. Videns ciuitatē fleuit super illam. Item à Marc. 3. Circũspiciēs eos cũ ira, cōtristatus sup cæcitate cordis eorũ. Itē ab Heb. 2. Quia pueri cōicauerũt carni, & sãguini, & ipse similiter participauit eisdē. Cōicare. n. carni & sanguini ē passionib. carnis & sãguinis affici (ut patet ĩ nobis): quod fuit in Christo, sine peccato tñ. Item apertius ad intentum artic. subditur ibid. ly debuit per omnia fratribus assimilari. Inuaĩ eris uicissim ex q. 5. ar. 4. append. & q. 24. artic. 1. append. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*Loco cit. in arg. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo passibilitas, ut sonat, sumenda est.

¶ In corpore articuli duo sunt. Primo respondetur quæsito: secundo declaratur responsio.

¶ Quo ad primum, primo distinguitur de passione animæ coniunctæ corpori, uel corporali, uel animali.

¶ Secundo, declaratur terminus primus, quid, s. est animam pati passione corporali.

¶ Tertio, respondetur secundum talem passionē quæsito una conclusione: Anima Christi fuit passibilis passione corporali. Probatur: Corpus Christi fuit passibile, & mortale. ergo necesse fuit animam esse passibilem. Patet cōsequentia ex terminis declaratis.

¶ Quartò, declaratur alter terminus, quid, s. est animã pati passione animali, & hic distinguitur, uel propriè, uel proprissimè.

¶ Quintò, respōdetur iuxta talem passionem, quæsito unica cōclusione: Anima Christi fuit passibilis passione animali. Probatur; Affectiones appetitus sensitiui fuerunt in Christo. ergo. Antecedens probatur dupliciter. primo, quia pertinent ad naturam hominis: secundo auctoritate August.

¶ Quo ad secundum declaratur, secunda conclusio responsiua qualiter, & quales fuerint passiones animales in Christo. Et ponitr̃ triplex differentia fm triplicē modum, quo deordinantur passiones, uel ex parte obiecti, uel principii, uel effectus: ita ꝙ summa differentiæ cōsistit inter passiones esse ordinatas, uel inordinatas. Et illæ quidē in hoc proposito uocant̃ passiones, istæ aũt ꝓpassiones. Et ideo cum de Dño Iesu Christo sermo est (ne cuiuquã aures offendamus,) animales passiones negamus, propassiones autem asserimus in Christo fuisse. Hieronimum imitantes, dicentem de Christi tristitia, Non passio, sed propassio est.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis.

S.Bona.3.s.dist.16 q.2. art.2
Scot.3.s.d.18 q.2.
Richar.3.s.d.15.q.2.
Duran 3.s.d 18 q.1.
Capr.3.d.15 q.1.con 2.
Palud.3.d.15.q.2.
Medina, ar 5.

94
Inf. q.64. a.6.c. Et 3. di. 15.q.2. a.3.q.1. Et ve.q.26.2. 8.cor.fi. & ad 5. Et o. q.c.239.
*Hil.li.10. in a. fol.a. prin.li.
† Li.10.de Trin. ante med.li.

SVPER Q. XV. ART. V.

Conc. Nulli dubium debet esse, ꝙ in Christo fuerit uerus dolor.

¶ Prob. Quia corpus Christi lędi poterat, q.14.ar.1. ac sensus læsionis animæ eius inerat, arti.4. Et ad uerũ dolorem sensibilem ista duo sufficiunt, 1.2.q6. 35.ar.1.

Primum

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit uerus dolor sensibilis. Dicit enim Hila. in 10. de Trinita. *Cum pro Christo mori sit uita, quid ipse in mortis sacramento doluisse æstimandus est, qui pro se morientibus uitam rependit? Et infra dicit, † Vnigenitus Deus hominem uerum, non deficiens à se Deo sumpsit: in quo quãuis aut ictus incideret, aut uulnus descenderet, aut nodi cōcurrerent, aut suspensio eleuaret, afferrẽt quidem hæc impetũ passionis, non tñ dolorem passionis inferrent, non igitur in Christo fuit uerus dolor.

¶ 2 Præt. Hoc proprium uidetur esse carni in peccato cōceptæ, quod necessitati doloris subiaceat: sed caro Christi non est cum peccato concepta, sed ex Spiritusancto in utero uirginali. non ergo subiacuit necessitati patiendi dolorē.

¶ 3 Præt. Delectatio contemplationis diuinorum diminuit sensum doloris, vnde & Martyres in passionibus suis, tolerabilius sustinuerunt ex consideratione diuini amoris: sed anima Christi summe delectabatur in contemplatione Dei, quem per essentiam uidebat, ut supra dictum est. * Nō ergo poterat sentire aliquem dolorem. *q.9.ar.2.

Sed contra est, quod Isa. 53. dicitur, uerè dolores nostros ipse tulit.

Resp. Dicendum, quod (sicut patet ex his, quæ in 2. parte dicta sunt) ad ueritatem doloris sensibilis, requiritur læsio corporis, & sensus læsionis. Corpus autem Christi lædi poterat, quia erat passibile, & mortale, ut supra habitum est. * Nec defuit ei sensus læsionis, cum anima Christi perfecte haberet omnes potẽtias naturales. Vnde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit uerus dolor. *p.2.q.35. *q.14 a.1.

AD

1m ex Hilar. Non tamen dolorem. R. Vt dependentem ex peccato. §. q. 14. ar. 3. Tunc nihil &c. Conclusio enim articuli sumit dolorem in alio sensu, s. prout dependet ex compositione contrariorum, i. ex principiis naturalibus: sm quod habetur ex dictis, q. 14. ar. 2. Dolorem ergo hoc modo acceptum vere Christus sustinuit: nec B. Hilarius ibi sentit cōtrarium (vt argumentum putat.) Nam in omnibus illis verbis, &c. ut in tex. vbi discernit: quod inter authoritatem Hilarii exponēs Diuus Thom. loquitur à ly & accepit (.i. Hilarius) necessitatem per comparationem, &c. vsque ad ly non fuit in ea peccatum.

Luco citato in argu.

2m de maiori. Quod necessitati. R. Vt dependenti etiam ex peccato. §. Tunc &c. vt patet in tex. Qui ualet quoque ad primum, & iuuatur à q. 14. ar. 2. 3.

3 de maiori. Diminuit. R. Quantam est de se; non autem, si à Deo retineatur. §. Vt à simili habes, quæstione, 14. art. 1. ad secundum. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

† q. 14. a. 1. & art. 3. ad 2.

* Lib. 10. de Trin. ante medium.

Ad primum ergo dicēdum, quod in omnib. illis uerbis, & similibus, Hilarius a carne Christi nō ueritatē doloris, sed necessitatē excludere intendit. Vnde post præmissa uerba subdit. Neque. n. cum sitiuit aut esuriuit, aut fleuit, bibisse Dñs, aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandam corporis ueritatem, corporis consuetudo suscepta ē, ita ut naturæ nostræ consuetudine, consuetudini sit corporis satisfactū, vel cum potū, & cibum accepit, nō se necessitati corporis, sed consuetudini tribuit, & accepit necessitatē p comparationē ad causam primā horū defectuū, quæ est peccatū, ut sup. dictum est, † vt .s. ea rōne dicat caro Christi nō subiacuisse necessitati horū defectuū, qu nō fuit in ea pctm. Vnde subdit* Habuit. n. s. Christus, corpus, sed originis suę proprium, neque ex uitiis humanæ conceptionis existens, sed ī forma corporis nostri, uirtutis suæ potestate subsistens. Quantum tamen ad causam propinquam horū defectuum, quæ est compositio contrariorum, caro Christi subiacuit necessitati horum defectuum, ut supra dictum est. *

Ad secundum dicendum, q caro in peccato concepta subiacet dolori, non solū ex necessitate naturalium principiorū, sed ēt ex necessitate reatus pctī. Quæ quidē necessitas in Christo non fuit, sed solū necessitas naturalium principiorum.

Ad tertium dicendū, quod sicut sup. dictū est, * uirtute diuinitatis Christi dispēsatiuè, sic beatitudo in anima continebatur, qd nō deriuabatur ad corpus, ut eius passibilitas, & mortalitas tolleret. Et eadē rōne delectatio contēplationis, sic retinebat in mente, quod non deriuabatur ad uires sensibiles, ut per hoc dolor sensibilis excluderetur.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rōnem interimas hæresim Manichęi, Albanēsium, Cerdonis, Marcitæ (ut de hoc ultimo refert Prateolus, tit. Lucianus) dicentium, q Christus nō fuit vere, sed putatiue, seu phantastice, passus. Secundò habes:
2 quomodo per rationem ostendas, hāc meritò damnari ab Isai. 53. Vere &c. ut in argu. cont. Item à Ioan. 8. Si filius nos liberauerit, vere liberi eritis. Liberauit enim nos per passionem, dolores, vsque ad sanguinem suum, Apocal. 1 & consequenter si nos uere liberati sumus (vt re uera sumus), de necessitate sequitur, quod ipse Christus Dei filius sit uere passus, & dolens vsque ad sanguinem. Nam sicut ex falso non nisi falsum (ut dicit Philosophus): ita ex actiua liberatione phantastica, quod esset Christum esse phantastice passum, non nisi passiua liberatio phantastica processisset. Adhuc ergo essemus in peccatis nostris omnibus. Ergo & fides nostra merito suarum passionum in nobis à Christo plantata esset inanis. Ergo & omnes nostræ orationes virtuti passionum ipsius innixæ (vt patet ex earum terminatione. s. per Christū Dñm nostrū) essent cassę siue inanes; Ergo & prædicatio Apostolorū de Christi passionibus, de remissione peccatorum nostrorum per eam, de sacramentorum efficacia in ui passionis eius operantium, de fabricatione Ecclesiæ ex costa ipsius in cruce mortui, de resurrectione mortuorum a passione eiusdem originaliter procedente, de vita æterna nobis intercedentibus meritis suæ passionis danda: prædicatio, inquam illorum de omnibus his, atque multis aliis, fuisset inanis, proptereaq; ipsi fuissent falsi testes, ac dixissent falsum testimonium contra Christum, prædicando hæc omnia ab eo per passionem causata, quæ veraciter causata nō essent, sed fallaciter, si in Christo non vere, sed phantastice dolores, seu passiones fuissent, ut illa pessima hæresis dicebat. Hęc vero vniuersa, inde necessario procedentia, & illata, quam maxime pro inconuenienti summo singillatim sint, & habeantur ab Apostolo, unde ipsum in quodā specialiter simul diffuse loquentē, per illudque omnia præmissa secundum omnes recte sentientes detestari intendentem, 1. Corin. 15. Vbi et vide expositorem D. Thomam. Item meritò damnari à Ioan. 14. Ego sum veritas. Absit enim: quod veritas aliquid per duplicitatem faciat. Alioquin (ut amplius quid addam quomodo Christus esse, aut intelligi, posset veritas, si uel minimū falsitatis, sophisticationis, aut simulationis in actionibus, passionibusvé, sine posset admittere? Potest quidem cōcretum, puta uerum, compati secum aliquid sui cōtrarii, abstractum autē, puta ueritas, minime. Alioquin abstractū nō esset abstractū, sed concretū. Hæc dicta sint sistendo solum in ui huius nominis, veritas. Qd si addatur ex Euāgelista, q ueritas talis est diuina; adeo firmantur pdicta de non posse admittere ullā falsitatem, ut nihil supra. Itē meritò damnari à Papa Eugenio IIII. in Conc. Flor. Sacrosancta Romana Ecclesia, Dñi & Saluatoris nostri uoce fundata firmiter credit, profitetur, & pdicat; Dei filiū in assumpta humanitate ex virgine vere natū, uere passum, verè mortuū. Anathematizat aūt, execratur, & dānat, oēm hęresim cōtraria sapiētem. Et infra. Anathematizat Manichęū, cum sectatoribus suis, qui Dei filium non uerum corpus, sed phātasticum sumpsisse somniātes, humanitatis in Christo ueritatē penitus sustulerunt. Hæc ille in constit. super vnio. Iacobin. Manichęus ergo p suū dogma sustulit toti* humanitatis Christi ueritatē .s. vno uerbo dixit, Christum nō uere doluisse, nō uere esuriisse, nō uerè comedisse, nō uere dormisse, nō uerè passum esse, nec uere mortuū, nec uerè surrexisse, nec uere in cœlum ascendisse, nec uerè sedere ad dexterā Patris, nec uerè, &c. Et sō Papa dum dānat eum, dānat abundantissime hæresim in principio append. positā. Et hoc idem intellige quoq; de omnib. aliis dānantibus Manichæum ipsum. Itē damnari à quarta, quinta, & sexta, Synodis per hoc, q dicunt: Sequentes sanctos Patres, cōsonanter oēs docemus: Dñm nrm Christum pfectum in deitate, pfectū in humanitate; Deū uere, & hoīem uere. Hæc recitant in constit. Eug. IIII. in Conc. Flor. sup vnion. Armen. Itē à Symbolo fidei p hoc, q dicit, ly Hō factus est, Crucifixus ēt pro nobis sub Pōtio Pilato, passus, & sepultus est. In symbolo .n. illo, cū sit firmissimū fidei catholicæ fundamētū, ppositiones positæ sunt uerę. i. in uero sensu intelligendæ: immo non tm ueræ, sed ēt ppriæ sunt. i. sed ēt in pprio ipsarū sensu accipiēdæ (ut hr ex D. Tho. super Epist. ad Roma. c. 1. sup ly q pdestinatus Et hic infra, q. 16. ar. 1.) In cuius proprię signationis indicium est, q ibi non dr, Christi humanitas crucifixa, passa, mortua: sed dr, Christus crucifixus, passus, mortuus. Licet .n. uerū sit, q humanitas est crucifixa, passa, mortua, non tn est pprie dictū: qm actiones, & passiones sunt pprie suppositorū (ut hr ex Phil.) Chrs igit est crucifixus, passus, mortuus, est ppositio propria, qa ly Christus dicit suppositū, & est uera, qa ipse sm q hō. i. sm humanitatē, passus est. Vnde ad denotandū, q ueritas harū ppositionū sic dēt intelligi, pponit ly hō factus est, ad ly crucifixus, passus, mortuus: quasi expsse p hoc dicat. Oēs ppositiones de mysteriis humanitatis Christi sequētes itelligunt de ipso Christo, sm q hō est. Maxime ergo concludit intentū per symbolum contra hæreticos in principio dictos: pp rōnē de illius propositionib. dictā. Itē meritò dānari posse ab ar. 4. appen. & a q. 2. ar. 1. & q. 5. ar. 1. & 4. in tex. & appen. & q. 14. ar. 1. in tex. & append. Et à Veritatibus Aureis super totam legem ueterem, Deuter. 9. concl. 7. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

* q. 14. ar. 5.

* q. 14. a. 1. ad 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio: in Christo fuit uerus dolor. Probatur. In quo est lęsio corporis, & sensus lęsionis, est dolor sensibilis: sed in Christo fuit utrumq; . ergo. Probatur minor quo ad primum, quia corpus Christi erat passibile, & mortale. Quo ad sm vero, quia anima Christi perfecte habuit oēs potentias naturales.

¶ Nota noutie, quod illa duo in litera posita requisita ad dolorem, non sunt doloris partes, sed causæ sufficientes. Dolor namq; nec est læsio, nec perceptio læsionis: sed ēst passio appetitus sensitiui consurgens ex corporis læsione percepta sensu: nam quantumcunique corpus læderetur flagello, clauo, uel gladio, si non perciperetur, non consurgeret dolor, ut patet cum læduntur hi, qui patiuntur extasim. Et rursus quantumcomque corpus lædatur, & læsio percipiatur intellectu, uel imaginatione, si non sentitur, non sequitur dolor, ut patet in iis, qui calidis adhuc plagis superlæduntur, Hi enim magnam lęsionem patientes uix dolent, quia fere illam non sentiunt, perturbato organo tactus quam tamen cognoscunt esse magnam corporis læsionem. Et hoc

enim quod quantitas doloris iuxta quantitatem sensationis consequitur, habetur quòd dolor absolute sensationem absolute læsionis corporis consequitur, ita quod si nullus esset læsionis sensus, nullus esset dolor.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit ad hominē, quia Auctor superius in q. 14. ar. 3. ad secundum dixit compositionem ex contrariis esse causam remotam: peccatum vero causam proximam mortis, & aliorum defectuum in natura humana: nunc vero dicit peccatum esse causam primam, & compositionem ex cōtrariis esse causam propinquam horum defectuum. Quomodo stant hęc simul?

¶ Ad hoc dicitur, quod prius dicta verificantur, referendo causas defectuum ad naturam humanam: hic autem dicta verificant, referendo easdem ad singulos filios Adæ. Nam si ad naturam spectes humanam, inuenies compositionem ex contrariis causam esse mortis, & defectuum remotam, quia impediebatur a superueniente originali iustitia, ut in suum non posset effectuum, ac per hoc peccatum tollens originalem iustitiam prohibentem defectus, fit mortis, & defectuum proxima causa non positiue (ut compositio ex contrariis) sed remouendo prohibens & hoc superius Auctor docuit. Si vero ad singulos filios Adæ spectes, inuenies, peccatū esse causam primam (utpote vniuersalem causam in suo ut dictū est, ordine, sed vt remouentem prohibens), compositionem, autem ex contrariis in hoc homine esse propinquam causam mortis, & defectuum, quia hæc sola sufficit ad causandam mortem, & defectus corporales. Sed quoniam tam compositio ex contrariis, quam peccatum est causa vniuersalis absolute, & particularis in hoc, ideo aliter dicitur, quod prius dictum, verum est quo ad ipsas causas; nunc uero dictum, verum est quo ad executiones ipsarum causarum. Nam si ad compositionem ex contrariis & peccatum spectemus, inuenitur compositio potior, & peccatum tollens superuenientem iustitiam, inuenitur posterior causa, & hoc superius docuit Auctor dicens compositionem remotam, peccatum vero proximum causam. Si autem spectemus ad executiones causalitatum vtriusq; inuenimus peccatum esse priorem causam, quia prius peccatum sustulit iustitiam prohibentem mortem, & defectus, & deinde compositio ex contrariis intulit defectus, & mortem. & ideo Auctor hic dicit peccatum esse primam causam mortis, & defectuum quia ab ipso incœpit mors, & defectus oīs, cōpositio autē dicitur causa propinqua, quia cōpositio ex contrariis post peccatum executa est operationem suā, qua mortē defectusque intulit. Et hæc est vera expositio horum dictorum.

Alb. mag. 3 d. 15. ar. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Christo fuerit tristitia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo nō fuerit tristitia. Dicitur enim de Christo, Isa. 42. Non erit tristis, nec turbulentus.

¶ 2 Præt. Prouer. 12. dicitur. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et huius rationem Stoici assignabant, quia nullus tristatur nisi de amissione suorum bonorum: iustus autem non reputat bona sua nisi iustitiam & uirtutem, quas nō potest amittere, alioquin subiiceretur iustus fortunæ si pro amissione bonorum fortunæ tristaretur, sed Christus fuit maximè iustus, secundum illud Hier. 23. Hoc est nomen quod uocabunt eum Dominus iustus noster. ergo in eo non fuit tristitia.

¶ 3 Præt. Phil. dicit in 7. Ethic.* q; omnis tristitia est malum, & fugiendum: sed nullū malum fuit in Christo. ergo in Christo nō fuit tristitia.

*li. 7. Et. c. 13. & 14. to. 5.

¶ 4 Præt. Sicut Aug. † dicit 14. de ciu. Dei: tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt: sed nihil passus est Christus contra suam uoluntatem, dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia voluit. non ergo in Christo fuit tristitia.

†li. 14. c. 6. & me. co. 5.

SED CONTRA est, quod dicit Dominus, Mat. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. & Amb. dicit in 3. de Trin.* Vt homo tristitiā habuit, suscepit enim tristitiā meā confidenter: tristitiam nomino qui crucem prædico.

*li. 2. de fide ad Gra. cap. 2. post me. to. 2.

RESP. Dicendum, quod sicut dictum est,† delectatio diuinæ contemplationis, ita per dispēsationem diuinæ uirtutis retinebatur in mente Christi, q; non deriuabatur ad uires sensitiuas, ut per hoc dolor sensibilis excluderetur. Sicut autem dolor sensibilis est in appetitu, sensitiuo, ita, & tristitia: sed est differētia sm motiuum, siue obiectum: nam obiectum, & motiuum doloris, est læsio sensu tactus præcepta: sicut cū aliquis vulneratur. Obiectum autē & motiuum tristitię, est nociuū, seu malum interius appræhensum, siue per rationem, siue per imaginationem (ut in 2. parte habitum est*) sicut cū aliquis tristatur de amissione gratiæ uel pecuniæ. Potuit autē anima Christi interius appræhendere aliquid ut nociuum, & quātū ad se, sicut passio, & mors eius fuit, & quātum ad alios, sicut peccatū discipulorum, uel ēt iudæorum occidentiū ipsum. Et ideo sicut in Christo potuit esse uerus dolor, ita potuit in eo esse uera tristitia, alio tamen modo, quam in nobis, sm illa tria, quæ supra assignata sunt,* cum communiter de passionibus animæ Christi loqueremur.

†Ar. præc.

*p. 2. q. 35. ar. 2.

*Ar. 4. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; tristitia remouetur a Christo secundum passionem perfectam, fuit tamen in eo initiata sm propassionem. Vnde dicitur Matt. 26. Cœpit cōtristari, & mœstus esse. Aliud enim est contristari, aliud incipere contristari, ut Hier.† ibidem dicit.

† Hiero. in Matth. 26. to. 9.

AD SECVNDVM dicēdum, q; sicut Aug. dicit in 14. de Ciu. Dei,* pro tribus perturbationib. s. cupiditate, lætitia, & timore, & Stoici tres eupathias. i. bonas passiones, in aīo sapientis posuerunt, s. pro cupiditate uolūtatē, pro lætitia, gaudiū, pro metu, cautionē: sed pro tristitia negauerunt aliquid posse esse in animo sapiētis, quia tristitia de malo est, quod iam accidit: nullum aūt malum existimant posse accidere sapienti. & hoc ideo est, quia non credebant aliquid esse bonum nisi honestum, q; homines bonos facit: nec aliquid esse malum nisi inhonestum, per q; homines mali fiunt. Quāuis autem honestum sit principale hominis bonum, & inhonestum principale hominis malum (quia hæc pertinent ad ipsam rationem, quæ est principalis in homine) sunt tamen quædam secundaria hominis bona, quæ pertinent ad ipsum corpus, uel ad exteriores res corpori deseruientes. Et secundum hoc potest in animo sapientis esse tristitia, quantum ad appetitum sensitiuum, secundum apprę hensionem huiusmodi malorum: non tamen ita, quod ista tristitia perturbet rationem. Et secundum hoc intelligitur, quod non contristabit iustum quicquid ei acciderit, quia, scilicet, ex nullo accidente eius ratio perturbatur. Et secundum hoc tristitia fuit in Christo secundum propassionem, non autem secundum passionem.

* Aug. lib. 14. ca. 7. in prin. to. 5

AD

SVPER Q. XV. ART. VI.

95 Inf. qō. 46. ar. 2. Et 3. d. 15. q. 2. ar. 3. qō. 3. corp. & ad 5. Et op. 3. c. 239.

CONCL. Sicut in Christo fuit verus dolor, ita in ipso fuit vera tristitia, alio tū modo, quam in nobis, secū dum illa tria, quę supra assignata sunt, cum cōmuniter de passionibus animæ Christi loqueremur.

¶ PROB. Quia anima Christi interius appręhendit aliquid, vt nociuum (ut patet): & malū, seu nociuū interius per rationē vel p imaginationem appręhensum est obiectum tristitiæ. 1. 2. q. 35. ar. 1. 2. Secūda autem pars, s. alio tamen, &c. patet ex ar. 4. concl. 3.

¶ NOT. Quoniam simile iudiciū de existentia doloris & tristicię in Christo, facit textus: iō per ly potuit esse posuimus ly fuit, & pro ly potuit apphendere, posuimus ly appręhendit: tā q; exponētes & conclusionem, & probationē ei⁹. Quod si inueneris tale quid alibi factum; pro expositione simuliter accipito. Præmissa de causa ad cōclusionē artic. 5. hanc conformari posse conuenienter, noueris; Vt dicat. Nulli dubiū debet esse: q; in Christo fuerit vera tristitia. i. hoc, q; in illo vera tristitia fuerit, à quolibet firmiter tenendum est.

1m ex Isai. Tristis.

℞. Tristitia præueniente, aut impediēte, rationem: aut ad illicita tendente §. Hæc. n. tria intelligit textus p ly passionem, & ly propassionē: ita q; ubi est tristitia aliquo istorū trium comitata, ibi est tristitia passio, & ubi est tristitia sine ullo horum trium, ibi est tristitia ppassio. Tunc nihil &c. ut patet in conclusione artic. per ly alio tamen modo, q̄ in nobis secundum &c. vide ar. 4. concl. 3. cum declaratione sua.

2m de conclusione. Nō fuit tristitia. ℞. Secundum passionem. §. Sic enim sequit ex præmissis, ut declaratur in tex. Tunc nihil &c. Nā articuli conclusio ponit in Christo tristitiam aliter, s. tantum propassionem. vide declaratione terminorum, passio, propassio, in ad primum.

Tertium

3m minor. Nullum fugiendum fuit in Christo. ℞. Si hoc fugiendum sit malum culpæ. §. Tunc nihil &c. Nõ enim omnis tristitia est malũ culpæ, sed aliqua est solum malum pœnæ: & hæc solum fuit in Christo, qui defectus nostros, dempto peccato, fomite, & ignorãtia, assumpsit q. 14. articulis suis, & q. hac art. suis. Quãtum autem defectus huiusmodi secundum se sunt fugiendi, & specialiter tristitia (vt Philosophus adductus intẽdit, & docetur, 1. 2. q. 35. ar. 6.): tamen iidem defectus cum tristitia, secũdum aliquem bonum finem considerati, non sunt fugiendi; q. 14. ar. 1. Non ergo incõueniens est, quod aliquod pœnale secũdum se fugiendum fuerit in Christo, sed est laudabile: quoniam illud secundum se fugiendum fuit propter nos & propter nostram salutem non fugiendum ab ipso, sed spontè ex charitate acceptandum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ omnis tristitia est malum pœnæ, nõ autem est semper malũ culpæ: sed solum qñdo ex inordinato affectu procedit. Vnde August. dicit 14. de Ciu. Dei.* Cum rectam rationem sequuntur istæ affectiones, & quando, & ubi oportet adhibentur, quis eas tunc morbidas, seu uitiosas passiones audeat dicere?

*Li. 14. c. 9. ante med. to. 5.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ nihil prohibet, aliquid esse contrarũ uoluntati s̃m se, qđ tamen est uolitum rõne finis, ad quẽ ordinatur: sicut medicina amara non est s̃m se volita, sed solum s̃m ꝙ ordinatur ad sanitatem. Et hoc modo, mors Christi, & eius passio fuit secundũ se considerata inuoluntaria, & tristitiam causans: licet fuerit uolũtaria in ordine ad finem, qui est redemptio humani generis.

4m ex D. August. Quæ. ℞. Considerata secundum se. §. Tunc nihil &c. Pulsant enim illa met, quæ secundum se considerata afferunt tristitiam, non afferre tristitiam, si in ordine ad aliquod a nobis maxime desideratum cõsiderentur: vt patet in martyribus, aliisque sanctis, quibus amara, idest tribulationes, fuerunt dulcia, quoniam in his aspiciebant in remunerationem Hebr. 11. Nihil siquidem prohibet, aliquid esse contrarium &c. ut in textu.

APPENDIX.

EX artic. habes primo, qũn per rõnẽ interimas hæresim p̃dictã in ar. 5. appẽ. pro quãto ab eis vniuersaliter de Christi passionib. sic loquentib. applicabat̃ specialiter ad tristitiã; dicẽdo. s. ꝙ in Christo nõ uere, sed potatiue, seu phãtastice, fuit tristitia. Secũdò habes: qũo per rõnẽ ostẽdas, hanc meritò dãnari ab oib. scripturis, Papa, & Concil. ibi narratis; si (ut oportet) inflectantur speciatim ad tristitiã. Itẽ a Matt. 26. Tristis &c. ut cũ D. Ambrosio ponit̃ in arg. eõt. Pro cui⁹ captu recole, ꝙ Christus est ueritas, Io. 14. circa qđ discurre iuxta uiam tibi aptã in ar. 5. appen. Alioquin si ad tropos, seu figuratas aut metaphoricas locutiones, hæc, & alia multa hmõdi pro libito uerterent̃ in exponẽdo (vt Manichęi cũ suis garriunt): tunc Euãgeliorũ ueritas tolleret̃, nec qcq̃ firmũ eras remaneret. Contra hoc genus uitiosissimũ exponẽdi scripturas, uide Eluc. 1. p. q. 1. ar. 9. not. post argu. In hmõdi .n. ueritas scripturæ est incõcusse tenenda, ut docet B. Aug. lib. 1. super Gen. c. 18. & li. 12. confess. c. 24. 25. firmiterque concludendũ vniuersaliter est, ꝙ maior est scripturæ sacræ authoritas, q̃ omnis humani ingenii capacitas; ut docet idem lib. 2. super Genes. cap. 5. hoc est, quod scriptura sacra est maior corde nostro. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio: respõsiua quæsito. Sicut in Christo potuit esse uerus dolor, ita potuit in eo esse vera tristitia. Probat̃; Aĩa Christi potuit aliquid apphendere interius ut nociuum. ergo potuit in eo esse vera tristitia, sicut, & verus dolor. Antecedens manifestat̃, quia & quantum ad se, & quantũ ad alios potuit apprehendere aliquid vt nociuũ, ut patet in exemplis. Consequentia uero probatur ex ꝙ quid est tristitiæ, & doloris, & ex vna communi utriusq; causa in Christo, assignatur siquidem utriusq; quidditas ex essentiali conuenientia, & differẽtia utriusq;. Ex hoc namq; ꝙ conueniunt in hoc, ꝙ sunt vna passio appetitus sensitiui, consistens in refutatione mali p̃sentis, & differunt penes obiectũ (quia doloris obiectum est malum corporis præsens, sensu tactus perceptum, tristitiæ autem malum præsens interius perceptum) iuncto his, qđ causa doloris possibilis in Christo fuit dispẽsatio diuinæ uirtutis, retinens in parte superiori, quæ sunt gloriæ, ut pars sensitiua ppria dolendo exequi posset: clare sequitur, ꝙ sicut in Christo potuit esse ver⁹ dolor, ita & uera tristitia. Et ly Sicut, mõstrat non solum similitudinem, seu conuenientiam in causa propria Christo, sed & in proportionali ratione definitiua utriusq;, & in modo communi omnibus in Christo passionibus, s. per modũ propassionis, de quo modo subditur, in litera remittente se ad dicta in ar. 4 huiusmet quæstionis.

¶ In respõsione ad s̃m memento nouitie numeri principalis passionum, s. spei, seu cupiditatis, delectationis, timoris, & tristitiæ, & intelliges quare ad has quatuor spectabant Stoici.

Alb. Mag. ubi supra.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in Christo fuerit timor.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerit timor. Dicitur enim Prouerb. 18. Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit: sed Christus fuit maximè iustus. ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ 2 Præt. Hila. dicit 10. de Trinit.* Interrogo eos, qui hoc ita existimãt an ratione subsistat, ut mori timuerit, qui omnem ab apostolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos sit martyrii exhortatus. non ergo in Christo rationabile est fuisse timorem.

*Li. 10. in 2. f. a princip. lit.

¶ 3 Præt. Timor non uidetur esse nisi de malo, quod non põt hõ uitare: sed Christ⁹ poterat uitare, & malum pœnæ, quod passus est, & malum culpæ, quod aliis accidit. ergo in Christo non fuit aliquis timor.

SED CONTRA est, quod dicitur Marc. 14. cœpit Iesus pauere, & tędere.

RESP. Dicendum, quòd sicut tristitia causatur ex appręhẽsione mali præsentis, ita causatur ex appræhensione mali futuri. Appræhensio autem mali futuri si omnimodã certitudinem habeat, nõ inducit timorem. vnde Philos. dicit in 2. Rhet.* ꝙ timor non est nisi ubi est aliqua spes euadendi. Nam quando nulla spes est euadendi, appræhendit̃ malum, ut præsens, & sic magis causat tristitiam, quam timorem.

*li. 2. Rhet. cap. 5. circa me. to. 3.

¶ Sic ergo timor potest considerari, quantum ad duo, vno modo, quantũ ad hoc, quod appetitus sensitiuus, naturaliter refugit corporis læsionẽ, & per tristitiã, si sit præsens, & per timorem, si sit futura. Et hoc modo, timor fuit in Christo, sicut, & tristitia. Alio modo, potest considerari secundum incertitudinem futuri euẽtus, sicut quãdo nocte timemus ex aliquo sonitu, quasi ignorantes quid hoc sit. Et quantum ad hoc timor non fuit in Christo, ut Damasc.* dicit in 3. lib.

*Li. 3. orth. fid. c. 23.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iustus dicitur esse absque terrore, secundũ quod terror importat perfectam passionem auertẽtem hominem ab eo, quod est rationis. & sic timor non fuit in Christo, sed solum secundũ propassionẽ. & ideo dicitur quod Iesus, Cœpit pauere, quasi secundum propassionem, ut Hiero.* exponit.

*Hier. in c. 26. Matth. to. 9.

SVPER Q. XV.

96 ART. VII.

Sup. q. 7. 2. 6. Et 3. dis. 15. q. 3. 2. 1. q. 3.

COncl. 1. Timor, secundum quod dicit appetitum sensitiuũ naturaliter refugiẽtem corporis læsionem futuram, fuit in Christo.

¶ PROB. Quia Christus appræhẽdebat malum futurum (ut patet) & timor causatur ex appræhensione mali futuri, 1. 2. quæstione, 42. ar. 1. 2.

¶ CONCL. 2. Timor, ut attenditur secũdum incertitudinem euẽtus, non fuit in Christo.

¶ PROB. Quia Damascenus hoc dicit, & merito. Nam Christus sciebat omnia etiam futura q. 10. ar. 2. item, q. 11. ar. 1. & ideo timor secundum incertitudinẽ euẽtus, quasi ipse ignoraret, quid contra se esset uenturum, non potuit esse in Christo.

Primam

1m de conclusione. Aliquis timor. ℞. Secundum passionẽ sumptus. §. Sic enim sequitur ex pręmissis, quo si iustus dicitur esse, &c. ut in tex. Tũc nihil &c. Nam prima conclusio articuli intendit de timore secũdum propassionem sumpto. Pro dictorum meliori captu, uide ar. 4. concl. 3. & ar. 6. ad primum.

Secun-

2^m ex D. Hilario. Timuerit. ℞. Timore concernente necessitatem timendi ex peccato contractam. §. Non enim defectuum assumptorum necessitatem contraxit, q. 14. ar. 3. Licet eam quodammodo habuerit, ibid. ar. 2. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio ponit in Christo timorem aliter, ut patet in tex. Vbi ly quo ad necessitatem timendi, glossabis tantum de necessitate contracta, ut nunc supra. vide ad primum, & citata ibid.

Ad secvndvm dicendum, quod Hila. eo modo a Christo excludit timorem, quo excludit tristitiam, s. quo ad necessitatem timendi, sed tamen ad comprobandam ueritatē humanæ naturæ, uoluntariè timorem assumpsit, sicut etiam, & tristitiam.

2^m de minori. Sed Christus. ℞. Consideratus secundum uirtutem diuinitatis. §. Tunc nihil &c. Cum hoc enim stat; quod Christus consideratus secundum infirmitatem carnis non potuerit, saltem de facili, vitare illa mala. Et sic timor a conclusione articuli ponitur in Christo secundum infirmitatem carnis cōsiderato, non secundum uirtutem diuinitatis. Ex his ad maiorem illam, s. timor non est de malo, quod potest homo uitare, responde, quod non est de malo, secundum quod potest uitari; cum quo tamen stat, quod sit de malo eodem, secundum quod uitari non potest.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rōnem interimas hæresim prædictam, in art. 5. appen. pro quanto ab ipsis hæreticis uniuersaliter loquētibus de passionibus Christi, applicatur specialiter ad timorem (quandoquidem sub uniuersali continet speciale) dicendo, scilicet in Christo non fuit timor. Secundo habes:
a quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari ab omnibus scripturis, Papa, & Concilus ibid. narratis: si (ut oportet) insistantur speciatim ad timorem. Item ab Ecclesia per hoc, quod introducit Christum de persecutoribus suis dicentem: contumelias, & terrores passus sum ab eis. Hæc illa in laud. fer. 4. palmarum. Item à Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Agonia enim est species timoris, 1. 2. q. 41. ar. 4. Ab effectu quoque insolito, s. sudore sanguinis magnam fuisse causam, id est magnum timorem, demonstratur in Christo. Pro quo notabis, quod nō solum sudor sanguinis uere ibi fuit, sed in tāta copia, ut guttatim nō modo descēderet, sed etiā quodam impetu actus decurreret, in terram: id quod abūdantissimū timorem inferebat esse in Domino. Dixi ly vere: quia ly sicut, ad hoc dicendum me constrinxit. Nam ly sicut, importat hic quandam emphaticam expressionem ueritatis rei, quæ dicitur. i. sanguinis guttatim decurrentis in terram: adeo quod cum quadam ui exprimit, & sanguinem hunc fuisse uerum sanguinē, & hunc per guttas decursum in terrā, fuisse uerum decursum. Solent. n. & homines, ad emphatice exprimēdum ueritatē proprietatū regięque dignitatis in aliquo, dicere de illo: Ambulat sicut rex, loquitur sicut rex, in omnibus gestis suis se habet sicut rex. Per quod utique dictum nullo modo intelligunt uel paruissimam diminutionem ueritatis rei, de qua loquūtur (ut patet) sed totaliter ueritatem exprimere, ut diximus. Hæc bene nota pro multis scripturarum locis recte intelligendis; ut Luc. tertio; descendit Spiritussanctus, sicut columba, in ipsum: ubi ly sicut, non tollit, sed exprimit, ueritatem columbæ, quæst. 39. art. 7. & Matt. 17. resplenduit facies eius sicut sol, & uestimenta facta sunt alba, sicut nix: Vby ly sicut, non tollit, sed exprimit, ueritatem splendoris tanti, & tantæ albedinis, q. 45. ar. 2. Item meritò damnari à Marc. 14. cœpit &c. ut in argum. contr. Pro cuius sano captu recole, quod Christus est ueritas, &c. ut supra in arti. 6. appen. per omnia usque ad ly corde nostro. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Ad tertivm dicendum, quod licet Christus potuerit uitare mala futura secundum uirtutem diuinitatis, erant tamen ineuitabilia, uel non de facili uitabilia, secundum infirmitatem carnis.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt: primo declarantur conditiones requisitæ ad causandum timorem, secundo respondetur quæsito, cum distinctione bimembri, & conclusionibus duabus. Quo ad primum conditiones sunt quatuor: appræhensio mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Et in duabus primis conuenit cum tristitia, quia utraque est ex appræhensione mali: in tertia differunt, quia illa est præsentis, iste futuri. Sed hæc differentia non sufficit, quia non est usquequaque differentia, qm futurum potest habere rationem præsentis, & tunc non timor, sed tristitia causatur. Appræhēditur autem malum futurum sub ratione præsentis, qn ut certum apprehenditur. & ideo incertum, seu possibile uitari esse debet malum futurum, quod timorem ingerit. Et hęc omnia in litera ex cōuenientia, & differentia inter tristitiam, & timorem clare dicunt.

¶ Sed bene nota uerba literæ, si omnimodā certitudinem habeat: quoniam etsi est certum quoad substātiam, & incertum, quo ad tempus (ut contingit cōmuniter de morte) aut, quo ad genus mortis (vt contingit damnatis ad mortem, & huiusmodi) quantum admiscetur de incertitudine, tantum potest immisceri spei euadēdi, & consequenter timoris. Nec putes propterea enumeratas esse omnes timoris causas, quoniam sat fuit proposito eas conditiones afferre, secundum quas discernendum est qualiter fuit, & qualiter non fuit in Christo timor: de timore enim diffusè in prima secundæ tractatum est.

¶ Quo ad secundum, distinctio est, Timor potest considerari quantum ad duo: primo, quantum ad motum appetitus sensitiui ex appræhenso malo futuro: secundo, quantū ad motum eiusdem ex appræhenso malo futuro incerto. Prima conclusio est, in Christo fuit timor quo ad primum. Secunda conclusio est. In Christo non fuit timor quo ad secundum. Probatur auctoritate Dam. Et patet utraque conclusio ex dictis.

¶ Sed dubium occurrit circa primam conclusionem, quia motus appetitus ex malo futuro appręhenso, nō est timor nisi sit cum spe euasionis (ut in litera dicitur ex Aristotele) ergo talis motus non est timor nisi æquiuoce. non saluatur igitur per hoc sufficienter in Christo timor.

¶ Dubium quoque alterum occurrit circa secundam conclusionem, quoniā ex hoc, quod Christus omnia futura certo cognouit, non sufficienter excluditur timor, quo ad incertitudine euentus, quoniam scientia animæ Christi (ut patet ex supra dictis) erat habitualis, nec oportebat esse actualem, quoniam habitus est, quo quis operatur cum vult, & propterea poterat Christus non utendo scientia euentus, quam habebat, appræhendere malum futurum, quasi incertum, & sic habere in suo appetitu timoris motum, quo ad omnia (sicut, & tristitiam) non quo ad aliquid tantum.

¶ Et augetur dubium, quia ex eo, quod in Christo non erat redundantia superiorū ad inferiores partes, aut econtra, sed unaqueque pars sibi propria exercebat, consentaneum est, ut æstimatiua, seu cogitatiua Christi cum ratione non utente scientia infusa de certitudine euentus mortis, quamuis utente scientia futuræ mortis, appræhenderit malum futurum, ut incertum ipsi cogitatiuæ quō ad euētū, & ex tali appræhēsione fuerit timor, quo ad oīa, cū imaginatiua, seu cogitatiua sit mouens immediatū appetitus sensitiui.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quod sermo literæ est de Christo homine simpliciter, & absolute, & non est de Christo, secundum quid: ita quod utraque conclusio uerificatur de Christo secundū id quod cōuenit Christo simpliciter. Constat aūt, de Christo non dici simpliciter, quod incertus erat de euentu mali futuri: sed oppositum. s. quod certus erat de euentu mortis, & reliquorū malorum futurorum, non solum inquantum Deus, sed ēt inquātum homo, nec solum ut compræhensor, sed ēt, ut uiator, quamuis sm quid, hoc est, secundum aliquam eius partem, possit euentus incertitudo non priuatiuè, sed negatiuè intellectæ, illi attribui. Sed nō propterea potest rōne partis attribui ipsi Christo absolutè, quia oppositum, ut dictum est, conuenit illi simpliciter, sicut æthiops potest quidem dici albus dentes, non tamen propterea potest dici albus, quia simpliciter loquendo, est niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euentus, uere negatur in Christo simpliciter, & absolute, quia Christus erat certissimus de euentu malorum.

¶ Et hoc est quod docemur ex secunda cōclusione literæ, cum quo tamen stat, quod in Christo sm aliquam portionē potuit esse timor, ēt quoad incertitudinem euentus quod est in Christo secundum quid fuisse timorem, quo ad incertitudinem euētus, pro quanto potuit rō inferior appręhendere malum futurū, nihil proponendo de certitudine, uel incertitudine euentus, ac per hoc appræhendebatur malum futurum ut incertum negatiue: remanebat siquidem malum futurum non certum, ex hoc ipso, quod non proponebatur certe euenturum. Et sic potuit esse in Christo timor: etiam quo ad incertitudinem euentus.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quod motus appetitus sensitiui causatur ex appræhensione mali futuri, abstrahendo a certo, uel incerto, est uere timor, non tristitia, requirens quod malum futurum appræhendatur, quasi præsens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primam conclusionem, nisi quod timor fuit in Christo, quatenus causatur ex appræhensione mali futuri, ideo sibi non obstant prius dicta ex Arist. Nec obstat secunda conclusio, quæ nō negat huiusmodi timorem a Christo, sed negat timorem quo ad incertitudinem contrarie à Christo simpliciter.

¶ Et

¶ Et hinc patet solutio secundi dubii, quoniam (vt dictum est) conclusio secunda asserit in Christo absolute non fuisse incertitudinem euentus mali (quæ est ambiguitas quædam de malo futuro) hæc est enim incertitudo contrariæ, ac per hoc non esse timorem quo ad huiusmodi incertitudinem. Obiectiones autem loquuntur, & de incertitudine negatiue, & de Christo secundū quid: quia nt dictū est uerificatur de Christo simpliciter, quod erat certissimus de euentu cuiusque mali futuri.

Ferr.4.cont.c.33.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Christo fuerit admiratio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod in Christo no fuerit admiratio. Dicit enim Philos. in 1. Meta. *quod admiratio causatur ex hoc, quod aliquis uidet effectū, & ignorat causam. Et sic admirari non est nisi ignorantis: sed in Christo non fuit ignorantia, ut dictum est. † ergo in Christo nō fuit admiratio.

¶ 2 Præt. Dam. dicit in 2. lib. *quod admiratio est timor ex magna imaginatione, & ideo Philos. dicit in 4. Ethic. † quod magnanimus non est admiratiuus: sed Christus fuit maximè magnanimus. ergo in Christo non fuit admiratio.

¶ 3 Præt. Nullus admiratur de eo, quod ipse facere potest: sed Christ⁹ facere poterat quicquid magnum erat in rebus. ergo uidetur quod de nullo admirabatur.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 7. Audiens Iesus, (scilicet uerba Centurionis) miratus est.

RESP. *Dicendum, quod admiratio propriè est de aliquo nouo, & insolito. In Christo autem non poterat esse aliquid nouum, & insolitū, quantum ad scientiam diuinam, neque etiam quantum ad sciētiam humanā, qua cognoscit res in uerbo, uel qua cognoscit res per species inditas potuit tamen aliquid esse sibi nouum, & insolitum secundū scientiam experimentalem, secundum quam, sibi poterant quotidie aliqua noua occurrere. Et ideo si loquamur de seipso, quantum ad scientiam diuinam, & scientiam beatam, uel ét infusam, non fuit in Christo admiratio. Si autē loquamur de eo, quantum ad scientiam experimentalem, sic admiratio in eo esse potuit. Et assumpsit hunc affectum ad nostram instructionem, ut scilicet doceat esse mirandum, quod etiam ipse mirabatur. Vnde dicit August. in 1. super Gen. † contra Manichæos quod mirabatur Dominus, nobis mirādum esse significat, quib. adhuc opus est sic moueri. Oēs ergo tales motus eius nō perturbati animi signa sunt, sed docentis magisterium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet Christus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimētali eius scientiæ, ex quo admiratio causaretur.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus non admirabatur de fide Centurionis, ea ratione, quod esset magna quantum ad ipsum: sed quia erat magna quantum ad alios.

AD TERTIVM dicendum, quod ipse poterat facere omnia secundum uirtutem diuinam, secundum quam in eo admiratio nō erat: sed solum secūdum humanam sciētiam experimentalē, ut dictum est.*

SVPER Q. XV. ART. VIII.

97

4.cō.c.33: fi. & Matt. 7. CONCL. 1. In Christo, quantum ad scientiam experimentalem considerato, fuit

*Li.1.Met. c.2. in me. to.3. admiratio: non autem quantum ad alias sciētias tres.

¶ PROB. Quia Christo secundum sciētiā experimētalem aliquid

† Ar.3.huius q. fuit nouum, ac insolitū:

*Li.2.c.15. Et admiratio proprie consurgit ex aliquo nouo ac insolito occurrente. Secunda verò pars, scilicet, non autem &c.

† li.4.Eth. ca.3. decli. ad fi. to.5. probatur; Quia Christo secundum sciētiam diuinam, aut etiam humanam, siue beatam siue inditam considerato, non potuit occurrere aliquid nouum seu insolitū. (vt patet de humana, q. 10. ar. 2. & qō. 11. ar. 1. & q. 12. ar. 2. & de diuina, 1. par. q. 14. ar. 9. 12.)

¶ CONCL. 2. Christus assumpsit hunc effectum admirationis ad nostram instructionem: ut, s. doceat nobis esse mirandum, & de hoc, quod ipse mirabatur: & de eo, de quo ipse mirabatur.

¶ PROB. Quia patet ex B. August.

1^m maior. Admiratio causatur ex hoc, q aliquis uidet effectum, & ignorat causam. R. Vel ex eo, quod aliquid ipsi nouum, & insolitum, occurrit. §. Est ergo manca maior illa, ex Philosopho. Tunc nihil &c. Licet enim Christus nihil ignoraret, poterat &c. vt in tex. Ex quo dic q admirari non semper est ignorantis: ut putauit argumentum.

2^m ex Damasceno. Magna imaginatione. R. Rerum magnarum vel apud seipsum ad mirantem, vel apud alios. §. Idest, vel in comparatione ad se, uel in comparatione ad alios. Tunc nihil &c. Christus enim admirabatur ex eo, quod fides Centurionis erat magna, saltem quantum ad alios, ut etiam ex contextu Euangelii Matth. 8. patere potest. Hinc ex responso, s. formali, edoctus, dicas ad Philosophum in argumento adductum, quod magnanimus non est admiratiuus, quasi quod aliquid sibi humanitus oc- D.1118. currens sit magnū quantum ad seipsum. Cōtra cuius dictum, ut patet non est: quod magnanimus sit admiratiuus, eo quod aliquid sibi occurrens est magnum quantum ad alios, uel etiam quantum ad illud in se consideratum. Philosophus ergo, si bene intelligatur, non est contra articuli conclus. t.

3^m maior. Nullus admiratur de eo, quod ipse fa- † Li.1.c.8. nō procul a fi. to.1. cere potest. R. Secundum quod ipse illud facere potest, secundum hoc nullus admiratur. §. Tunc nihil &c. Nam non poterat omnia facere Christus secūdum uirtutem humanam, ut solum humana est, ut patet etiam ar. 7. ad tertium; secundum quam uetenta scientia eius experimentali, admirabatur: Poterat autem facere omnia secundum uirtutem diuinam, secundum quam non admirabatur.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum, q admiratio fuit in Christo. Vt Matth. 8. Audiens &c. ut in argum. cont. In quo ly verba Centurionis, intellige sic. Centurionis, scilicet non per seipsum, sed per intermedium personam, ad Christum loquentis. Non enim ille personaliter accessit ad Dominum non reputans se ad hoc dignum, sed misit ad eum amicos uerba præmissa inter cætera ei dicturos: ut habetur Luc. septimo. Item Matth. 15. O mulier magna est fides tua. Videtur enim probabile, quod etiam hic miratus sit: sicut & ibi. Item &c. secundum quod tu per teipsum inuenies iuxta not. pro lectoribus positam. 2 2. quæstio. 70. append. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. *In cor. ar.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio: in Christo solum, quantum ad scientiam experimentalem, potuit esse admiratio. Hæc conclusio primo probatur, deinde redditur ratio, quare ista potentia posita est in actu. Probatio est. Admiratio est de nouo, & insolito, sed Christo, nec secundum scientiam diuinam, nec humanam in uerbo, nec inditam, sed tantum experimentalem, potuit occurrere aliquid nouum, & insolitum. ergo. Ratio, actus est instructio nostra. Confirmatur auctoritate August.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Christo fuerit ira.

AD NONVM sic procedıtur. Videtur, quod in Christo nō fuerit ira. Dicitur enim Iacobi 1. Ira viri, iustitiam Dei nō operatur: sed quicquid fuit in Christo, ad iustitiā Dei pertinuit, ipse enim factus est nobis iustitia à Deo, ut dicitur 1. Corin. 1. ergo uidetur quod in Christo non fuerit ira.

¶ 2 Præt. Ira māsuetudini opponit̄, ut patet in 4. Eth. *Sed Christus fuit mansuetus. ergo. In eo non fuit ira.

SVPER Q. XV. ART. IX.

98

3.d.15.q.2. ar.2.q.2. COncl. 1. Ira per uicium non potuit esse in Christo.

¶ PROB. Quia ira per uicium est cum peccato (appetitus.n. est vindictæ absque ordine rōnis:) & peccatum nullū potuit esse in Christo, art. 1.

¶ CONCL. 2. Ira per zelum, fuit in Christo.

¶ PROB. Quia Christus rerū peruersarum, uindictam secundū ordinem iustitię appetit tali * li 4.Eth. c.5 to.5.

†li. 5. Mor. ca. 33. non procul a prin.

tali modo, quo Zelus declaratur a Dino Augustino.

¶ Exam. Ly si emendare nõ potest. Hoc est applicando specialiter ad Christum. Si non potest decenter, uel si non potest simul & debet; Vel si non conuenit, ipsum tunc emendare tale quid peruersum.

1m de conclusione.

*1. 2. q. 46. ar. 3. ad 3. Et 2. 2. q. 158. a. 1. a. & 3. Et Mal. q. 96. 12. ar. 1. & 2. 1. 2. q. 46. ar. 2. & ar. 3. & arti. 3. ad 3. † Ar. 6. huius q.

Non fuerit ira. ℞. Præueniens, & secum trahens, rationem. §. Sic enim sequitur ex præmissa sententiam, B. Iacobi, ut declaratur in tex. Tunc nihil &c. ut patet ex cõclusionibus. Vide art. 4. concl. 3.

2m de conclusione.

Ergo ira ℞. Transgrediens ordinem rationis. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam ira, quæ transgreditur, &c. vt in textu. Tunc nihil &c. ut patet ibid. Vide ad primũ. Ex omnibus his dic, quod ira est quandoque præuenta, & tracta, à ratione, & talis fuit in Christo, quã uis mãsuetissimo, quia talis non offendit mansuetudinem, præcipue in ipso. Vide ad tertiũ.

*Tract. 10. in Ioã. sup illud, zel⁹ dom⁹ tuæ comedit me, io. 6.

3m ex D. Gregor.

*li. 5. Mor. c. 33.

Ira uero per zelũ ipsum turbat. ℞. Si loquamur de ira per zelum in nobis existente: non autem, in Christo. §. In nobis

¶ 3 Præt. Greg. dicit in 5. Mora. † q ira per uitium, excæcat oculum mentis: ira uero per zelũ, ipsum turbat: sed in Christo mẽtis oculus nõ fuit excæcatus, nec turbatus. ergo in Christo, nec fuit ira per uitium, nec ira per zelum.

Sed contra est, quod Io. 2. de eo dicitur esse impletum, quod in Ps. 68. Legitur, Zelus domus tuæ comedit me.

Resp. Dicendum, quod sicut in 2. parte dictũ est,* ira est effectus tristitiæ. Ex tristitia. n. alicui illata, consequitur in eo circa sensitiuam partem, appetitus repellendi illatã iniuriam, uel sibi, uel alijs. Et sic ira est passio composita ex tristitia, & appetitu uindictæ. Dictum est autem, † quod in Christo tristitia esse potuit. Appetitus etiam uindictæ quandoque est cum peccato, quando, scilicet aliquis uindictã quærit absque ordine rationis, & sic ira in Christo esse non potuit. huiusmodi enim dicitur ira per uitium. Quandoque uero talis appetitus est sine peccato, immo est laudabilis, puta cum aliquis appetit uindictam secũdum ordinem iustitiæ, & hoc uocatur ira per zelum. Dicit enim Augustin. super Io. * q zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruersa, quæ uidet, cupit emendare, & si emendare non potest, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Christo.

Ad primum ergo dicendũ, q sicut Greg. dicit 5. Moral.* ira dupliciter se habet in homine. Quãdoq; enim præuenit rationem, & trahit eam secum ad operandum, & tunc propriè ira dicitur operari, nam operatio attribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quod ira uiri iustitiam Dei non operatur. Quandoque uero ira sequitur rationem, & est quasi instrumentum ipsius, & tunc operatio, quæ est iustitiæ, non attribuitur iræ, sed rationi.

Ad secundum dicendum, quod ira, quæ transgreditur ordinem rationis, opponitur mansuetudini, non autem ira, quæ est moderata, & ad medium reducta per rationem, nam mansuetudo medium tenet in ira.

Ad tertium dicendum, q in nobis secundum naturalem ordinem, potentiæ animæ mutuo se impediunt, ita scilicet, quod cum unius potentiæ operatio fuerit intensa, alterius debilitetur. Et ex hoc procedit, quod motus iræ, etiam si sit secundum rationem moderatus, utcumque impedit oculum animæ contemplantis. Sed in Christo per moderationem diuinæ uirtutis, vnicuique potentiæ permittebatur agere, quod erat ei proprium, ita q una potentia ex alia non impediebatur. Et ideo, sicut delectatio mentis contemplantis nõ impediebat tristitiã, uel dolorem inferioris partis, ita etiam econuerso, passiones inferioris partis, in nullo impediebant actum rationis.

bis enim secundum naturalem ordinem, &c. ut in tex. Tũc nihil &c. ut patet ibid.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex arti. habes primo: q̃sio per rõnẽ & ostendas, & recte intelligas: meritò esse a scripturis insinuatum, q ira fuit in Christo. Vt per hoc, q dicitur Io. 2. de eo &c. ut in argu. cont. Pro quo nota, & illum esse psal. 68. & declarationem zeli allatam in corp. ex D. August. Ex quo dic: quod illa eiectio animalium, hominumq; irreligiosorum è templo, fuit effectus iræ per zelum, qui irã ipsam fuisse in Christo manifeste scholasticos docet, dũ ab effectu inferre causam didicerint ex Philosopho Poster. 1. Item à Marc. 3. Circumspiciens eos cũ ira. Item per hoc, q dicitur Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. O generatio incredula atque peruersa, quousque ero uobiscum? Vsquequo patiar uos? Ex zelo enim siue ex ira per zelum procedunt hæ, similesque increpationes; quas plerumque habes in Euangelijs, & consequenter ab his, tãquam ab effectibus, demonstratur causa sua, scilicet ira. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito. Prima est: Ira per uitium non potuit esse in Christo. Secunda est: Ira per zelum fuit in Christo. Probatur conclusio utraque simul, monstrando primo, ex quibus cõstat ira (,s. ex tristitia, & appetitu uindictæ,) & distinguendo duplicem appetitum uindictæ, uel non secundum ordinem rationis, uel secundum ordinem rationis, ille iram per uitium, ille iram per zelum cõstituit, ut Augu. dicit. Et sic relinquuntur ambæ conclusiones, ut per se notæ, prima, quia in Christo constat non fuisse peccatum. Secunda uero, quia Euangelium expresse dicit de Christo, zelus domus tuæ, &c.

¶ Nec putet nouitie, propriè compositam esse irã, ex tristitia, & appetitu uindictæ: cum illa sit in concupiscibili, hæc in irascibili, & rursus uterq; est qualitas simplex. Sed composita dr tanquam ex necessario concurrentib. ad constitutionem ipsius, quæ formaliter est appetitus uindictæ, causaliter autem ex tristitia, quia ea tristitia iniuriæ causatur. Et potes si uis conclusiones deducere & syllogizare facile, in Christo fuit tristitia, & appetitus uindictæ, non præter, sed secundum rationis ordinem. ergo in ipso ira non per uitium, sed per zelum fuit.

SVPER Q. XV. Art. X.

Conct. Christus ante passionem erat comprehensor simul, & uiator.

99

3. d. 14. a. 2. & d. 18. ar. 2. Et uer. q. 26. a. 10. & q. 29. ar. 6. Et quol. 11. q. 2. ar. 1. Et op. 2. c. 38. Et opus. 18. c. 7.

¶ Prob. Quia Christus ante passionem, secundum mentem plene uidebat Deum, eoque fruebatur, quæst. 34. artic. 4. anima etiam eius erat passibilis ar. 4. corpusque passibile ac mortale, q. 14. ar. 1. Et ille est comprehensor in anima, qui uidet clarè Deum, eoq; fruitur 1. 2. q. 3.

ARTICVLVS X.

Vtrum Christus simul fuerit viator, & comprehensor.

Ad decimvm sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit simul uiator, & comprehensor. Viatori enim competit moueri ad finem beatitudinis, comprehensori autem cõpetit in fine quiescere. Sed non potest eidem simul conuenire, q moueatur ad finẽ, & quod quiescat in fine. ergo non potuit simul esse, quod Christus esset uiator, & comprehensor.

¶ 2 Præt. Moueri ad beatitudinem, aut eam obtinere, non competit homini secundum corpus, sed s̃m animam, Vnde August. dicit in Epistola * ad Dioscorum, q ad inferiorem naturam, quæ est corpus, redundat ab anima, non beatitudo, quæ propria est fruentis, & intelligentis, sed plenitudo sanitatis, idest, incorruptionis uigor. Sed Christus licet haberet corpus passibile, tamen secundum mẽtem plene Deo fruebatur: non igitur Christus fuit uiator, sed purus comprehensor.

q. 3. ar. 8. est autem uiator, qui adhuc non habet corpus spirituale, impassibile, immortale atque gloriosum. 1. Corin. 15.

* epist. 56. ante med. to. 2.

¶ 3 Præt. Sancti, quorum animæ sunt in cœlo, & corpora in sepulchris, fruuntur quidem beatitudine s̃m animam, quamuis eorum corpora morti subiaceant, tamen non dñr uiatores, sed solum comprehẽsores. ergo pari ratione licet corpus Christi fuerit mortale, quia tamen mens eius Deo fruebatur,

1m de maiori.

Eidem. R. Secundum idem.§ Tunc nihil &c. Nam Christus, secundum diuersa, vt declaratū est in tex. compr. erat simul quiescens in fine beato, & tendens ad illum.

2m de maiori.

Non competit. R. Principaliter & proprie. §. Et sic intelligitur Diuus Augustinus in probatione adductus. Tūc nihil &c. Non enim ex hoc fit, quod corporis bona perfectio, ut declaratur. 1.2.q6.4.ar.6. non requiratur secundario ad beatitudinem.

* 1.2.q6.4. ar.4.

¶ Exam. Ly exteriora bona &c. Hoc ex Philosopho introduxit sanctus Doctor, non quia ad beatitudinem illam finalem exteriora bona requirātur, cum huius contrarium ipse doceat 1.2.q6.4.ar.7. sed quia uult quasi a proportione ostendere, quod corporis perfectio ad beatitudinem requiratur. Ac si dixerit. Si bona exteriora requiruntur organice ad imperfectā huiꝰ uitę beatitudinē. 1.2.q.4.ar.7. non mirū esse cuiquā sapienti debet, quod bona quodāmodo interiora. i. bona corporalis perfectio requiratur ad beatitudinem perfectam. Vtrobique enim proportio inuicta hoc suadet: quoniam minora bona. i. exteriora ad beatitudinem minorem, id est imperfectam, & maiora bona. i. interiora corporea ad beatitudinem maiorem. i. perfectam correspondent.

* ar.4.huiꝰ q. & q 14. ar.2.

fruebatur, uidetur quod fuerit purus comprehensor, & nullo modo viator.

Sed contra est, quod dicitur Hier. 14. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum.

Resp. Dicendum, quod aliquis dicitur uiator, ex eo quod tendit in beatitudinem, comprehensor autem dicitur ex hoc, quod iam beatitudinem obtinet, secundum illud 1.Cor. 9. Sic currite ut comprehendatis, & Philip. 3. Sequor autē, si quo modo comprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta cōsistit in anima, & corpore, ut in secunda parte habitum est. * In anima quidem, quantum ad id, quod est ei proprium, secūdū quod mens uidet, & fruitur Deo. In corpore uero, secundum quod corpus resurgit spirituale, & in uirtute, & in gloria, & in incorruptione, ut dicitur 1. Cor. 15. Christus autem ante passionem secundum mentem plene uidebat Deum, & sic habebat beatitudinem, quantum ad id, quod est proprium animæ, sed quantum ad alia deerat ei beatitudo, quia, & anima eius erat passibilis, & corpus passibile, & mortale, ut ex supradictis patet. * Et ideo simul erat comprehensor, inquātum habebat beatitudinem propriam animæ, & simul uiator, inquantum tendebat in beatitudinem, secūdum id, quod ei de beatitudine deerat.

Ad primum ergo dicendum, quod impossibile est moueri ad finem, & quiescere in fine, secundum idem. Sed secundum diuersa nihil hoc prohibet, sicut aliquis homo simul est sciens, quantum ad ea, quæ iam nouit, & addiscens, quantum ad ea, quæ nōdum nouit.

Ad secundum dicendum, quod beatitudo principaliter & propriè consistit in anima, & secūdum mentem, secundario tamē, & quasi instrumentaliter requirūtur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiam Philosophus dicit in primo Ethicorum, † quod exteriora bona organicè deseruiunt beatitudini.

Ad tertium dicendum, quod non est eadem ratio de animabus sanctorum, & de Christo propter duo, primo quidem, quia animæ sanctorum non sunt passibiles, sicut fuit anima Christi: secundo, quia corpora non agunt aliquid, per quod in beatitudinem tendant, sicut Christus secundum corporis passiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

3m illatio conclusionis.

Ergo pari ratione &c. R. Negatur illatio.§ Procedit.n. ex falso itellectu: qm facit idem iudiciū de his, de quibus faciēdum est diuersum. Non enim est eadem rō, &c ut in tex.

APPENDIX.

Ex articu. habes primo, qūo per rōnē ostendas, meritò esse à scripturis insinuatū, ꝙ Christus fuit simul uiator, & cōprehensor. Qđ quidē uiator, ut p hoc, ꝙ ad Christum ſm sanctos expositores, dr Hiere. 14 Quasi colonus futurus es in terra, &c. vt in argu. cont. Quod aūt cōprehensor, ut p hoc, ꝙ ad filiū Dei, ſm sanctos Doctores, dicitur ī psal. 64. Beatus, quē elegisti & assumpsisti. Hoc est. Beatus beatitudine, qua essentia Dei clarè uidetur, est homo, quē assumpsisti. i. humanitas à te assumpta ad hoc, vt tu filius Dei esses personaliter homo. Vide q6.4.art.3.ad primum. Itē insinuatur à dictis, q.9.ar.2.&q.10.ar.1.4.appen. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

†Li.1.Eth. c.8 circa fi. to.5.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in principio corporis clarificatur, dum termini declarantur, scilicet comprehensor, & uiator, hoc est habens beatitudinem, & tendens in beatitudinem.

¶ In corpore una est conclusio. Christus fuit simul comprehensor, & uiator. Probatur, Christus ante passionem secundum mentem plene uidebat Deum, & cum hoc, anima eius erat passibilis, & corpus passibile, & mortale. ergo habebat beatitudinem, quātum ad id, quod est proprium animæ, & deerat ei beatitudo quantum ad alia. ergo erat simul comprehensor, & uiator. Antecedens patet ex antedictis. Prima consequentia probatur, quia beatitudo hominis perfecta consistit in anima, & corpore, &c. Secunda autem, quia uiator est, qui tendit in beatitudinem: comprehensor, qui obtinet. Probatur auctoritate duplici Apostoli.

S.Bona.3.s.distin.7.q.1. ar.1
Richar.3.s.d.7.q.1.
Scot.3.s.d.7.q.1.
Medina, ar.1.

SVPER Q. XVI.

Art. 1.

Concl. Dicimus: hanc propositionē Deus est homo, esse ueram, & propriam, nō solum propter ueritatem terminorum, sed etiam propter ueritatem prædicationis.

¶ Prob. Quia vera natura diuina est unita cum uera natura humana in persona, seu in hypostasi (ut habet, cōtra quandoque hæreses in tex. recitatas, fides catholica. q6.2.art.3.5.6. 11. item, q.5.art.suis): Et hoc est, Christum esse uerum Deum, ac uerū hoiem. Scđa uero pars, s. sed etiā &c. pbat: Quia psona filii Dei, p qua supponit hoc nomen Deus, est suppositum naturæ humanæ (s. per mysteriū incarnationis, q.2.art.2.) Sit de quolibet supposito alicuius naturæ pōt uere ac proprie prædicari nomē significans illam naturam in concreto.

Primum

QVÆSTIO XVI.

De consequentibus Vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum esse, & fieri, in duodecim articulos diuisa.

Deinde considerandū est de his, quæ consequuntur unionem. Et primo quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum se. Secundò, de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad Deum patrem. Tertiò, de his, quę conueniunt Christo per comparationem ad nos.

¶ Circa primum duplex consideratio occurrit. Prima quidem de his, quæ conueniunt Christo, secūdum esse, & fieri. Secunda de his, quæ conueniunt Christo secundum rationem unitatis.

Circa primum quęruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrū hæc sit uera, Deus est homo.

¶ Secundò, Vtrū hæc sit uera, Homo est Deus.

¶ Tertiò, Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

¶ Quartò, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis possint prædicari de Filio Dei, & econtrario.

¶ Quintò, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, possint prædicari de diuina natura, & de humana ea quæ conueniunt filio Dei.

¶ Sextò, Vtrum hæc sit uera, Filius Dei factus est homo.

¶ Septimò, Vtrum hæc sit uera, Homo factus est Deus.

1^m minor. Hæc propositio, Deus est homo, est in materia remota. R. Negatur. § Ad probationem respondetur, quod nihil concludit. Quando enim formæ diuersæ, &cætera.ut in text.

2^m de maiori.

Magis conueniunt. R. In natura, non autem, in supposito. §. Tunc nihil,&c. Conuenientia enim naturarum in supposito facit, quod

100 naturæ illę de inuicem

3.d.7.q.1.a.1. Et vni. ar.4.c.h. prædicētur in concreto: id quod non facit conuenientia suppositorum, seu personarum, in natura solum.

3^m minor. Hęc ē falsa, Anima est corpus. R. Tamen hæc est uera, Animatum est corporeum. §. Tunc nihil &c. Immo utrobique concordant, ut patet in tex.

4^m de minori.

Sed absolutè. R. Ab ęterno, & absque connotatione relationis. §. Tunc nihil &c. Licet enim hoc nomen, homo, sit absolutum: tamen non prędicatur de Deo absolute ab æterno, & absque connotatione relationis. Prædicatur tamen de Deo

*In suo fidei symbolo. ratione &c. vt in tex. Ex quo patet, quod aliud est aliquid non esse relatiuum, & aliud est ipsum non præiudicari cum connotatione rela

*1.p.q.39. ar.3. tionis. Pro textus intelligentia, uide ar.6. ad secundum, & q. 17. art. 2. corp.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a scripturis, & à Concilio, quod hæc propositio, Deus est homo, est uera proprie. A scripturis quidem per id, quod dicitur Philip. 2.

Cum

¶ Octauò, Vtrum hæc sit vera, Christus est creatura.

¶ Nonò, Vtrum hæc sit uera, iste homo demonstrato Christo, incœperit esse, uel fuerit semper.

¶ Decimò, Vtrum hæc sit uera, Christus, secũdum quod homo, est creatura.

¶ Vndecimò, Vtrum hæc sit uera, Christus, secũdum quod homo, est Deus.

¶ Duodecimo, Vtrum hæc sit uera, Christus, secundum quod homo, est hypostasis, uel persona.

ARTICVLVS I.

Vtrum hæc sit uera, Deus est homo.

AD PRIMVM sic procedint. Videtur, quod hæc sit falsa, Deus est homo. Omnis enim ꝓpositio affirmatiua in materia remota est falsa: sed hęc propositio, Deus est homo, est in materia remota: quia formæ significatę per subiectum, & prædicatum, sunt maximè distãtes. Cum ergo propositio prędicta sit affirmatiua, uidetur quod sit falsa.

¶ 2 Præt. Magis conueniunt tres personæ diuinæ adinuicem, quam humana natura, & diuina, sed ĩ mysterio Trinitatis una persona non ꝑdicatur de alia: non enim dicimus, quod pater est filius, uel econuerso. ergo uidetur ꝙ nec humana natura possit prædicari de Deo, ut dicatur quod Deus est homo.

¶ 3 Præt. Athanasius dicit,* quod sicut anima, & corpus unus est homo, ita Deus, & hõ, unus est Christus: sed hęc est falsa, Anima est corpus. ergo etiam hęc est falsa, Deus est homo.

¶ 4 Præt. Sicut in 1. parte habitum est,* quod prædicatur de Deo nõ relatiuè, sed absolutè, cõuenit toti Trinitati, & singulis ꝑsonis, sed hoc nomen homo, non est relatiuum, sed absolutum. Si ergo uerè prædicatur de Deo, sequeretur ꝙ tota Trinitas, & quælibet persona sit homo, quod patet esse falsum.

SED CONTRA est, quod dicitur Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs, in similitudinem hominum factus & habitu inuẽtus ut homo. Et sic ille, q est in forma Dei, est homo, sed ille, qui est in forma Dei, est Deus. ergo Deus est homo.

RESP. Dicendum, ꝙ ista propositio, Deus est homo, ab omnibus Christianis conceditur, nõ tamen ab omnib. ſm eandem rationem. Quidam enim hanc propositionem concedunt, non secundum propriam acceptionum horum terminorum. Nam Manichęi uerbum Dei, dicunt esse hominem, non quidem uerum, sed similitudinarium, inquãtũ dicunt filium Dei corpus phantasticum assumpsisse, ut sic dicatur Deus homo, sicut cuprum figuratũ dicitur homo, quia habet similitudinem hominis. Similiter etiam illi, qui posuerunt, ꝙ in Christo anima, & corpus non fuerunt vnita, non possunt dicere, quòd Deus sit uerus homo, sed quod dicatur homo figuratiue, ratione partium. Sed utraque harum

rum

rum opinionum supra improbata est.* Alii uero econuerso ponunt ueritatem ex parte hominis, sed negant ueritatẽ ex parte Dei. Dicunt enim Christũ, qui est Deus, & homo, esse Deum nõ naturaliter, sed participatiuè, s. per gratiam, sicut & omnes sancti uiri dicuntur Dii, excellentius tamen Christus præ aliis, propter gratiam abundantiorem. Et ſm hoc, cum dicitur, Deus est homo, ly Deus, non supponit uerum, & naturalem Deum. Et hæc est hæresis Photini, quæ supra improbata est.† Alii uero cõcedunt hanc propositionem cum ueritate utriusque termini ponentes Christum, & uerum Deum esse, & uerum hominem, sed tamen ueritatem prædicationis non saluant. Dicũt.n. ꝙ homo prædicatur de Deo per quandam coniunctionem, uel dignitatis, vel auctoritatis, vel etiam affectionis, aut inhabitationis. Et sic posuit Nestorius Deum hominem esse, ut per hoc nihil aliud significetur, quam quod Deus est homini coniunctus tali coniunctione, ꝙ homo inhabitetur a Deo, & vniatur ei ſm effectum, & ſm participationem auctoritatis, & honoris diuini. Et in similem errorem incidunt quicumq; ponũt duas hypostases, uel duo supposita in Christo, quia non est possibile intelligi, quod duorũ quæ sunt ſm suppositum, uel hypostasim distincta, unum propriè prædicetur de alio, sed solum ſm quandam figuratiuam locutionem, inquantũ in alio coniunguntur puta si dicamus, Petrum esse Ioannem: quia habent aliquam coniunctionem adinuicem. Et hę ẽt opiniones supra improbatę sunt.* Vnde supponẽdo ſm ueritatem catholicę fidei, quod natura diuina, unita est cũ uera natura humana, non solum in persona, sed ẽt in supposito, uel hypostasi. dicimus hanc propositionem esse uerã, & propriã, Deus est homo, non solum pp ueritatem terminorum (quia, s. Christus est uerus Deus & uerus homo) sed ẽt pp ueritatem prędicationis. Nomen enim significans naturam communem in concreto, potest supponere pro quolibet contentorum sub natura cõi, sicut hoc nomen homo potest supponere pro quolibet homine singulari. Et ita hoc nomen Deus, ex ipso modo suæ significationis põt supponere pro persona filii Dei, ut ẽt in 1. parte habitum est.* De quolibet aũt supposito alicuius naturæ, põt uerè, & propriè ꝑdicari nomẽ significãs illã naturã in concreto, sicut de Socrate, & Platone ꝓpriè, & uerè ꝑdicatur hõ. Quia ergo ꝑsona filii Dei (pro qua supponit hoc nomẽ Deus) est suppositum naturæ humanæ, uerè, & propriè hoc nomẽ homo, põt ꝑdicari de hoie Deus, ſm quod supponit pro persona filii Dei.

*q.5.ar.1 ro.2.

*q.2.ar.6.

*q.2.ar.6.

D. 828.

*p.p.q.39. ar.4. ad 3.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod qñ formæ diuersæ nõ pñt conuenire in unum suppositũ, tunc oportet qd propositio sit in materia remota, cuius subiectũ significat unã illarũ formarũ, & ꝑdicatũ aliã. Sed qñ duæ formæ pñt cõuenire in unum suppositũ, non est materia remota, sed naturalis, uel contingẽs, sicut cũ dico, albũ est musicũ. Natura aũt diuina & humana, ꝗuis sint maximè distantes, tñ conueniunt p incarnationis mysterium in uno supposito, cui neutra illarũ inest p accidens, sed p se. Et iõ hæc ꝓpositio, Deus est hõ, nõ est neq; in materia remota, neq; in materia cõtingenti, sed in mã nali. Et ꝑdicat' hõ de Deo, nõ p accidẽs, sed p se, sicut spẽs de sua hypostasi, ñ qdẽ rõne formæ significatę p hoc nomẽ De⁹, sed rõne suppositi, qd ẽ hypostasis humanæ naturę.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ tres ꝑsonę diuinæ cõueniũt in nã, distinguunt' tñ in supposito: & iõ nõ ꝑdicant' de inuicẽ. In mysterio aũt incarnationis, nãæ quidẽ, quia distinctæ sunt, de inuicem, non prædicantur, secundum quod significant' in abstracto (non.n. natura diuina est humana) sed qa cõueniunt in supposito, ꝑdicantur de inuicem in concreto.

AD TERTIVM ddm, ꝙ aĩa & caro signãt' vt ĩ abstracto, sicut diuinitas & humanitas, ĩ cõcreto uero dñr aĩatũ, & carneũ, siue corpeũ, sicut, & ex alia pte De⁹, & hõ. Vñ utrobiq; abstractũ ñ ꝑdicat' de abstracto, sed solũ cõcretũ de cõcreto.

AD QVARTVM dicẽdum, quod hoc nomen hõ, ꝑdicatur de Deo ratione unionis in ꝑsona, quæ quidem unio relationem importat. Et ideo non sequitur regulam eorum nominum, quæ absolute prædicantur de Deo ab æterno.

AR.

Cum in forma,&c. vt cum applicatione est in argum.contr. Item a Ioan. 1. Verbum caro factum est. Constat enim quòd id, quod est factum aliquid, est illud. Euangelista ergo per hoc, quod dixit Verbum caro factum est, dicere in proposito voluit, uerbum caro est: & cum verbum sit Deus, & caro hic sit idem, quòd homo, per illud dixit, Deus est homo. Cum etiam verbum sit Deus, non per participationem, sed verus est, iuxta illud, 1. Ioan. 5. Vt simus in vero filio eius, hic est uerus Deus; caro item sit uera, iuxta id Ecclesiæ in Canon. Missæ de Epiphan. in veritate nostræ carnis visibiliter apparuit; sequitur: quòd ly verbum caro factum est, sit idem quod ly Deus verus est uerus homo. Sic ergo & intellige illud in symbolo fidei: Qui incarnatus homo factus est. A concilio autem quarto, quinto, sexto, insinuatur, idē per hoc, quod dicunt. Sequentes sanctos patres consonanter omnes docentes; Dominum nostrum Iesum Christum eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere & hominem uerè. Hæc recitantur a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florentino, in constitutione super vnione Armenorum. Qui & in Concilio eodem, in constitutio. super vnione Iacobinor. ait. Sacrosancta Romana Ecclesia Domini Saluatoris nostri voce fundata firmiter credit, profitetur, & prædicat; unā ex Trinitate personam uerum Deū, Dei filium, uerā hominis integrāq; naturam assumpsisse; & sibi in unitate personę copulasse tanta unitate; vt quicquid ibi Dei est, non sit ab homine separatum, & quicquid est hominis non sit a deitate diuisum. Atque unus & idem, indiuisus, vtraque natura in suis proprietatibus permanente, Deus & homo; Dei filius, & hominis filius. Hæc ibi. Ex prædictis enim omnibus apertè scholasticis acutis concludendum relinquitur intentum, scilicet quòd propositio hæc, Deus est homo, est uera & propria. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

HIc incipit secunda pars primi tractatus de Christo, in qua expeditis his, quę de vnionis mysterio erant dicenda, tractātur illa, quæ ad vnionem consequuntur vt patet in litera in qua tota ista pars durans vsque ad quæstionem 26. distinguitur satis clare.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo in communi recitatur, in quo conueniunt, & differunt Christiani circa propositum, & dicitur quod conueniunt omnes in affirmatione illius propositionis: differunt autem in ratione affirmandi.

¶ Secundo referuntur tria genera erroris circa rationem affirmandi illam. Primum est, circa veritatem prædicati, scilicet ly homo, & diuiditur in duos errores. Secundum est, circa veritatem subiecti, scilicet ly Deus, & continet vnum errorem. Tertium est, circa ueritatem propositionis, hoc est, circa esse significatum per ly est, copulam verbalem dictæ propositionis, & diuiditur in duos errores, computando illos quatuor modos, scilicet dignitatis, auctoritatis, affectionis, inhabitationis pro unico, & reliquum duarum hypostasium pro altero, ita quod vniuersi errores hi, sunt quinque, qui satis clare patent in litera ex prius dictis.

¶ Tertio, respondetur quæsito unica conclusione, Hæc propositio, s. Deus est homo, est uera, & propria supposito incarnationis mysterio cum fide catholica. Probatur, Hoc nomen Deus ex modo suæ significationis potest supponere pro persona filii Dei, ergo potest supponere pro supposito humanæ naturæ ergo de Deo potest prædicari homo. Antecedens probatur, quia nomen significans naturam communem in concreto, potest supponere pro quolibet contentorum sub natura communi, vt patet, inductiue in homine, &c. Consequentia autem prima probatur, quia persona filii Dei est uerè, & propriè suppositum humanæ naturæ. Secunda autem probatur, quia de quolibet supposito alicuius naturæ, potest uere & propriè prædicari nomen significans illam naturam in cōcreto. Vbi nota diligentissime, quòd in ista propositione, Deus est homo, Deus supponit pro persona humana, quia supponit pro persona filii Dei, quatenus est persona humana. hinc enim litera infert, quòd homo uere, & propriè prædicatur de Deo, quia nomen naturæ humanæ in concreto uere, & propriè prædicatur de quolibet suo supposito, oportet enim subsumere, sed Deus pro persona verbi, est uere, & propriè suppositum naturæ humanæ. ergo.

¶ Et scito quòd ista propositio, Deus est homo, est quasi una indefinita, & ideo ad ueritatem eius sufficit, quod una persona diuina sit homo, & proprietatem ipsius sufficit prædicatum esse æquale, aut maius subiecto (ut Porphyrius dixit) & se habere ad subiectum quasi per modum informantis, vt existentur implicita subiecta, quæ oportet subintelligi in propositionibus indirectis, puta risibile est homo, hoc est, ille, qui est risibilis, est homo.

¶ Vnde sicut ista est uera & propria, Homo est crispus, quia Socrates est crispus, ita ista est uera, & propria, Deus est homo, qa vna persona diuina est homo: habet enim se homo ad uerbum, ut est persona humana tanquam formale vt Auctor docuit in 4. cōtra Gen. c. 49. in solutione sextæ obiectionis.

¶ In responsione ad primum, collige copias doctrinæ ibi contentæ. Duo siquidem ad metaphysicam, & tria ad logicam spectātia, ibi docentur. Primum metaphysicum mistum logicæ est, quod non formarum diuersitas, sed incompassibilitas coeundi, est, q̄ fundat materiam remotam.

¶ Alterum mistum fidei est, q̄ supposito diuino neutra natura, diuina, scilicet, & humana, inest per accidens, sed per se. Primum Logicum supposito incarnationis mysterio est: hæc propositio, Deus est homo, non est in materia remota neque in contingenti, sed naturali. Secundum est, Homo prædicatur de Deo, non per accidens, sed per se. Tertium est, quòd homo prædicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi. Et declarat, qua ratione, subiungendo, Non ratione formæ significatæ per hoc nomen Deus, quod est subiectum propositionis, sed ratione suppositi, quod est hypostasis humanæ naturæ. Et prima quidem duo ab omnibus acceptari videntur, quoniam sine his incarnationis mysterium saluari nequit, & de his superius multa dicta sunt: sed tria ultima non carent quæstione, & singula discutienda sunt.

¶ Circa primum igitur horum, scilicet hæc propositio, Deus est homo, est in materia naturali dubium occurrit: quia omnis propositio in materia naturali, est necessaria, alioquin nō distingueretur contra propositionem in materia contingenti: sed ista non est necessaria, (non enim Deus necessario est homo) ergo non est in materia naturali.

¶ Circa secundum, scilicet, q̄ dicta propositio est per se, ex Scoto & Durando in 3. dist. 7. Sentent. dubium occurrit. Scotus quidem probat tripliciter hanc propositionem esse ueram, non per se, sed per accidens, logice loquendo: tum quia prædicatum nō est de intellectu subiecti: tum quia si sic, prædicaretur de quolibet cōtento subiecto, & sic Spiritussanctus, & Pater esset homo: tum qa in prædicationibus per se, subiectum supponit determinate: quia si indeterminate tantum supponeret, hæc esset per se, animal est homo, quia potest uerificari pro Petro, uel Paulo, sed hoc subiectum Deus, non includit determinate plus Filium, quam Patrem.

¶ Durandus vero inquit, puto quòd magis propriò potest dici uera, per accidens, quam per se, quia omnis propositio uera per se, est uera cum reduplicatione termini supra se: homo enim secūdum quod homo, est animal, & est risibilis. In proposito aūt Deus, secundum quòd Deus, est homo, est falsa: quia non forma significata per subiectum est ratio inhærentiæ prædicati ad subiectum, sed sola unitas suppositi, quæ etiam in propositionibus per accidens, est tota causa uerificationis earum. Et ideo hæc propositio magis est dicenda per accidens, quam per se.

¶ Circa tertium, scilicet homo prædicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi, Scotus vbi supra, occurrit dicens, quod quia ista vnio non habet similem, nullum est prædicatum sicut in proposito, sed hæc prædicatio ex parte prædicati est species, ex parte vero modi se habendi prædicati respectu subiecti, est sicut accidens quintum prædicabile: quia non est de ratione subiecti, & aduenit temporaliter subiecto existenti in actu completo æternaliter, & per hoc aduenit ita ut possit abesse.

¶ Ad horum euidentiam oportet tria prænotare, Primum est, quod ly Deus, potest, quantum ad propositum spectat, dupliciter considerari, primo absolutè, secundo, vt contractum, uel determinatum per prædicatum, scilicet esse hominem, potest enim supponere ly Deus, secundum suam naturalem suppositionem pro habente deitatem, absque determinatione huius, vel illius habentis deitatem, sicut homo pro habente humanitatem, & sic consideratur absolute, sicut cum dicitur, Deus charitas est. Potest quoque supponere pro certo supposito diuinæ naturæ, quoniam talia sunt quo ad suppositionē subiecta, qualia permittunt prædicata, sicut cum in Symbolo dicitur, Deum de Deo, ly Deum supponit pro Filio, & ly Deo pro Patre. Et si in hac propositione, Deus est homo, accipiatur ly Deus absolutè, constat propositionem istam esse veram per accidens, sicut constat, hanc esse per accidens animal est homo. Accidit enim logice loquendo (ut nunc loquimur) animali esse hominem, ratione alicuius animalis, quod est homo, & similiter accidit Deo esse hominem, ratione alicuius hypostasis diuinæ, quæ est homo. Si autem accipiatur ly Deus, ut subsistat determinationi prædicati: sic supponit pro persona Filij, quæ sola est, homo, sicut cum dr̄, q̄ homo peccando spoliauit genus humanum stola innocentiæ, supponit pro uno singulari, scilicet Adam, & sic sumi in hac propositione, clare Auctor affirmat in litera in calce corporis articuli.

¶ Sed quia hoc non sufficit, sciendum est secundo, q̄ ly Deus, supponendo pro persona Filii, dupliciter potest cōsiderari, uel quo ad formam significatam quæ est deitas, uel quo ad ipsam personā suppo-

suppositam. Et quia extrema insinuãt medium, hic subintelligas, vel quo ad vtrumq;. Et si quidem in hac propositione sumeretur Deus supponens pro Filio quo ad formam significatam, similiter clare constat, quod propositio esset per accidens, accidit enim deitati, ratione hypostasis Verbi esse hominem. Et idem est iudiciũ, si sumeretur quo ad vtrumque. Et propterea in proposito sumitur ly Deus, vt supponit pro persona Filij quo ad hypostasim, & hoc habes etiam clare in litera ita in calce responsionis ad primum.

¶ Verum, quia persona Filij Dei habet hoc singularissimum, ꝙ est persona subsistens in duabus naturis, diuina, scilicet, & humana, ideo tertio recolendum est, quòd hypostasis, pro qua supponit in hac propositione ly Deus, habet conditiones æternas, & habet conditiones ex tempore, est enim persona diuina ab æterno, & est persona humana ex tempore. Et si supponeret pro persona Filij, vt est hypostasis diuina præcise, tunc etiam propositio esset per accidens, quoniam filius Dei, non inquantum hypostasis diuinæ naturæ, sed inquantum hypostasis humanæ naturæ, hominis prædicationem recipit: sed ponendo, quod supponat pro persona Filij, quoad hypostasim, secundum quod de facto est, post quam Verbum caro factum est, uere habebimus ꝙ homo prædicatur de sua hypostasi, cum dr̃, Deus est homo. Et hoc esse intentũ ab Auctore, euidenter patet, ex eo, quod tractatus ille intitulatur, de his, quæ consequuntur vnionem. Supposito ergo incarnationis mysterio, de persona Filij est sermo præsentis literæ, cum dicitur, quod Deus, hic supponit pro persona Filij, immo, & clare in litera dicitur, quod in dicta propositione, Homo prædicatur de Deo, vt species de sua hypostasi. Supponit ergo Deus, pro hypostasi, humana, si homo prædicatur de Deo, vt species de sua hypostasi, speciei siquidem humanæ nulla hypostasis est sua, nisi humana, q̃ in Christo est ab æterno diuina. Clarissime autẽ hoc supponi explicatur in principio corporis sequentis articuli, cum dicitur, supposita ueritate vtriusque naturæ diuinæ, & humanæ, & vnione in persona, & hypostasi, hæc est uera, & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo. Hic enim explicatur, ꝙ utraq; propositio supponit conditionem de facto inuentam in persona Verbi. His prælibatis ad singula dicendum est.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd hæc propositio est necessaria, & quamuis Deus absolute non sit necessario homo, Deus tamen pro persona Verbi incarnati est necessario homo, cõstat enim euidenter, quòd persona humana quælibet est necessariò homo. Deus autem in hac propositione determinatur ad supponendum pro persona humana. Et propterea ista propositio, & si non quo ad significatum, tamen quo ad suppositum per numen subiecti, est necessaria.

¶ Ad secundum verò dubium, respondendo ad primum Scoti, dicitur, ꝙ ista propositio est per se respectu suppositi, & ꝙ prædicatum est de intellectu subiecti quo ad suppositum per illud quãuis non sit de intellectu eius quo ad formam significatam per idẽ, est enim homo de intellectu hypostasis humanæ, ita ꝙ oppositum nequit intelligi.

¶ Ad secundum negatur sequela, loquendo de Deo, quoad suppositum: illud enim quod per se prædicatur de Deo ratione formæ significatæ per ly Deus, prædicatur de quolibet contento sub Deo: sed illud quod per se prædicatur de Deo ratione suppositi talis, pro quo supponit exigente prædicato huiusmodi suppositionem, non prædicatur de quolibet contento sub hoc nomine Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eandem distinctionem, quòd in prædicationibus per se ratione formæ significatæ per subiectum, subiectum ipsum supponit indeterminate quoad suppositum, & determinate quo ad naturam. Sed in prædicatione per se ratione certi suppositi, pro quo prædicatum facit supponere subiectum secus oportet esse, quia necesse est subiectum supponere pro determinato supposito, & sic est in proposito, vt patet ex dictis.

¶ Ad Durandum autem ex eadem distinctione respondetur, dicendo quod illa maior, Omnis propositio per se uera, est uera cũ reduplicatione termini subiecti supra se, licet admittatur in propositionibus per se veris de subiecto ratione formæ significatæ, negatur tamen in propositione per se uera de subiecto ratione certi suppositi tantum. Et ratio diuersitatis est, quia reduplicatio trãsfert terminum subiectum in naturam prædicati: quod constat teneri formaliter. cum enim dico, homo inquantum homo, est animal, uel risibilis, perinde est, ac si dicerem homo, in quantum est homo, est animal, vel, &c. Vbi patet, quod ly homo repetitur, vt prædicatum, & propterea denotat humanitatem esse rationem cõiunctionis prædicati cum subiecto. Et ideo ista est falsa, Deus, inquantum Deus est homo: significat enim deitatem esse rationẽ necessariam coniunctionis prędicati cum subiecto. Nec solum ipsa est falsa, sed etiam ista, Verbum inquantum Verbum, est homo, quia ly inquantum, reduplicatiue sumptum denotat formam significatam, hoc est proprietatem hypostaticam Verbi constitutiuam, esse rationem necessariam connexionis prædicati cum subiecto: Secus autem dicendum esset, si ly inquantum, teneretur specificatiuè, quoniam sic ista est uera, Verbum, inquantum Verbum, est homo: quoniam esse hominem conuenit Verbo secundũ propriam personalitatem. Sed quia hoc non spectat ad perseitatem logicam, de qua est sermo, ideo reuertentes ad subiuncta per Durandum dicentem, quòd quando sola unitas suppositi est rõ coniunctionis extremorum propositio est uera per accidens, respondemus ꝙ sola unitas suppositi extrinseci ab altero saltem extremorum verificans propositionem, constituit illam ueram p̃ accidens, sed unitas suppositi intrinseci vtrique extremo cõstituit propositionem directam, & formalem, ueram per se de altero extremo, non respectu formæ significatæ, sed respectu suppositi. Sic autem est in proposito, nam in vtroque termino, scilicet Deus, & homo, clauditur intrinsece, quamuis indeterminate, hypostasis verbi incarnati, utpote uerissime, & proprissime persona diuina, & humana. Non sic autem est in propositionibus per accidens, puta, Homo est albus, quoniam in istis suppositum per hominem copulatur tantum, & extrinsece importatur per album, quod purã qualitatem significat. Et hæc iam docuerat Auctor in 3. Sent. dist. 7. quæst. 1. art. 1.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd Scotus videtur accepisse pro subiecto Deum, seu hypostasim Verbi absolute, & ideo non inuenit quale sit hoc prædicatum cum sua prædicatione. Sed Auctor intuens talia esse subiecta, quo ad suppositionem, qualia exigunt prædicata, supponendo incarnationis mysterium, supponit cum fide catholica, Deum esse quandam hypostasim humanam, & pro illa in hac propositione supponere ly Deus. Et propterea statim inuenit, non solum quod prædicatum est species, sed etiã, quòd prædicatur vt species, de propria hypostasi. Nec hoc aliquã habet difficultatem, nisi illam, quam ex fide supponimus, s. personam Filii esse uere, & proprie personam humanam: hac namque suppositione facta, clare liquet, quòd sicut species prędicatur de sua hypostasi, quum dicitur, A, est homo, si ly A, supponit pro certa persona humana, ita in proposito ex quo ly Deus supponit pro quadam certa persona humana. Et hinc patet quòd ista propositio, Deus est homo, dum ly Deus, supponit pro illa persona humana, quæ est Verbum incarnatum, est per se in primo modo dicendi per se respectu suppositi, ut toties dictum est, & non respectu formæ significatæ per ly Deus. Et est prædicatio essentialis, & uniuoca, vt patet ex definitione uniuocorum, & Auctor in allegatis locis explanat. Et tu potes ex notioribus monstrare explicatam doctrinam esse veram, mutando nomen subiectum, ita quod loco ly Deus ponatur nomen proprium illius personæ, quatenus est persona humana, & dicendo, Iesus est homo. Constat enim quòd ly Iesus supponit pro persona filii Dei, vt est hypostasis humana, pro qua dictum est etiam supponere ly Deus, in hac propositione, Deus est homo. Nec est differentia inter has propositiones, Deus est homo, & Iesus est homo, quo ad suppositum, sed quo ad significatum per nomina subiecta. Quocirca sicut ista, Iesus est homo, est per se in primo modo, & essentialis, & prædicat speciem de propria persona, ita ista, Deus est homo restringendo ly Deus, ad Iesum, vt unico verbo dicatur. Et sicut non oritur in opiniones, an ista sit per se, & essentialis uniuoca, &c. Iesus est homo, ita non debet in diuersas trahi opiniones ista, Deus est homo, intellecta quo ad suppositum, ex quo supponit pro Iesu. Et hinc patere potest, quòd etiam ista propositio, Christus est homo, respectu suppositi, est per se in primo modo.

¶ Nec obstat quod Scotus vbi supra obiicit dicens, quòd quia Christus, Damasceno teste, significat hypostasim duarum naturarum, nihil, per se vnum, prędicatur de illo per se, utpote de non p̃ se vno, in se: sicut enim apud Arist. primo Met. ratio in se falsa de nullo est uera, ita ratio per se non una, nihil per se unum, de se uerificat. Et simile est de ista, Christus est homo, & ista, Homo albus est coloratus. Hæc inquam nun obstant, quia quo ad rem Christus significat unam per se, & in se hypostasim, homo albus autem significat hypostasim unam per accidens, accidit enim subiecto albedinis esse hominem, & econtra. Quo ad propositionem quoque iam dictum est, quod illę propositiones dicuntur per se respectu suppositi, & non respectu formæ deitatis significatæ. Suppositum autem est in se per se unum: quia non est nisi hypostasis ęterna filij Dei, quę ex tempore est ipsamet immutata omnino hypostasis humana, & ideo optime per se de illo prędicatur tam Deus, quam homo, nihil minus, quàm si esset unius illarum naturarum tantum hypostasis: extensiu siquidem, seu communitas ipsius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiusdem respectu singularium.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, quoniam respõsio ista videtur contradicere doctrinæ tam habitæ, & eneruare illam, nam si homo prædicatur de Deo ratione relationis, vt in hac responsione dicitur, sequitur quod non prædicatur essentialiter, sicut species de sua hypostasi, vt in responsione ad primum dictũ est. Prædicatio namque speciei humanæ de sua hypostasi, est, & essentialis & substantialis, non relatiua, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor non dixit quòd vnio, ratione cuius est ista prædicatio, est relatio, aut relatiua, sed dixit, quod relationem

tionem importat, hoc est connotat, importantur enim non solum res significatæ, sed connotata. Et propterea licet unio naturæ humanæ ad Deum sit substantialis, quia tamen connotat relationẽ, ideo nomen prædicatum secundum illam, non sequitur regulam absolutorum ab æterno.

¶ Alitius posset exponi hæc responsio, dicendo quòd homo prædicatur de Deo ratione unionis in persona, quam unionem constat ex supradictis fundamentaliter esse substantialem, formaliter relatiuã: sed prædicatio est ratione unionis fundamentalis, quæ significatur per unionem formaliter, ut differentia per proprietatem consueuit significari. Et quia illa fundamentalis unio, quæ fundat prædicationem istam, habet modum relatiuum, quo ad hoc, quòd de nouo posita in persona diuina, nullam in illa mutationem ponit, nisi relatiuam relatione non reali, sed rationis, ideo dictum est, quòd relationem importat. Et ideo sequitur regulam absolutorum ab æterno, quæ si de nouo apponerentur, aut tollerentur a Deo mutationem in ipso ponerent.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc sit vera Homo est Deus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, homo est Deus. Deus enim est nomen incommunicabile: sed Sap. 13. reprehenduntur idololatræ, de hoc quòd nomen Deus, quod est incommunicabile lignis, & lapidibus imposuerunt. ergo pari ratione videtur esse inconueniens, quòd hoc nomen Deus prædicetur de homine.

¶ 2 Præt. Quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto: sed hęc est uera, Deus est Pater, uel Deus est Trinitas. Si ergo hæc sit vera, homo est Deus, videtur quòd hęc etiam sit vera, homo est Pater, vel, homo, est Trinitas: quas quidem patet esse falsas. ergo, & primam.

¶ 3 Pręt. in Psal. 80. dicitur, Nõ erit in te Deus recens: sed homo est quidam recens: nõ enim Christus semper fuit homo. ergo hæc est falsa, Homo est Deus.

SED CONTRA est, quòd dicitur Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula: sed Christus secundum carnem est homo. Ergo hęc est vera, Homo est Deus.

RESP. Dicendum, quòd supposita veritate vtriusque naturę, diuinæ, scilicet, & humanæ, & vnione in persona & hypostasi, hæc est uera, & propria, Homo est Deus sicut, & ista, Deus est homo: hoc enim nomen homo, potest supponere pro qualibet hypostasi humanæ naturæ, & ita potest supponere pro persona filii Dei, quam dicimus esse hypostasim humanæ naturæ. Manifestum est autem, quòd de persona filii Dei verè, & propriè prædicatur hoc nomen Deus, vt in prima parte habitum est. † Vnde relinquitur, quod hæc sit uera, & propria, Homo est Deus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd idololatræ attribuebant nomen deitatis lapidibus, & lignis, secundum quòd in sua natura considerantur, quia putabant in illis aliquid numinis esse. Nos autem non attribuimus nomen Deitatis homini secundum humanam naturam, sed secundum suppositum æternũ, quod est etiam per unionem suppositum humanę naturæ, vt dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quod hoc nomẽ Pater, prędicatur de hoc nomine Deus, secundum quòd hoc nomen Deus supponit pro persona Patris: sic autem non prædicatur de persona Filii, quia persona filii non est persona Patris, & per consequẽs non oportet, quòd hoc nomẽ Pater, prędicetur de hoc nomine homo, de quo prędicatur hoc nomen Deus, inquantum ly homo supponit pro persona Filii.

AD TERTIVM dicendum, quod licet humana natura in Christo sit quiddam recẽs, tamen suppositum humanę naturę non est recens, sed ęternum. Et quia hoc nomen Deus, non prædicatur de homine ratione humanę naturæ, sed ratione suppositi, non sequitur quòd ponamus Deum recentem. Sequeretur autem, si poneremus, quòd homo supponit suppositum creatum, secũdum quod oportet dicere eos, qui in Christo ponunt duo supposita.

SVPER Q. XVI. ART. II.

COMMENT. Supposita ueritate (prout res vere se habet. q. 2. ar. 2.) unionis vtriusq; naturę, scilicet diuinæ & humanæ in persona; propositio hæc, homo est Deus, est uera & propria; sicut & ista, Deus est homo.

101 Locis sup. ar. 1. inductis.

¶ PROB. Quia hoc nomen, homo, potest supponere pro qualibet personæ humanæ naturę: ideoque pro persona filij Dei (cum persona hæc sit, per incarnationis mysteriũ, persona humanæ naturæ:) Et hoc nomẽ Deus prædicatur vere ac propriè de persona filii Dei (vt patet).

1ᵐ de maiori.

Nomen incommunicabile. R. Alicui alteri a natura diuina. §. Tũc nihil, &cæt. Conclusio enim articuli per hoc, quod dicit homo est Deus, non attribuit nomen deitatis alicui alteri a natura diuina: quia per ly homo, non intelligit hominem secundum naturam humanam, quæ vtiq; est alia a natura diuina; sed hominem secundum personam naturæ humanæ, quæ persona est filius Dei, qui sine dubio non est alius a natura diuina. 1. q. 39. art. 1. Argumentum tamen est contra idolatras: quia idolatræ attribuebant, &c. vt in tex.

2ᵐ de maiori.

De prædicato. R. Supponente secundum, quod supponebat prius. §. Quando, scilicet prædicabatur de subiecto. Tunc nihil, &c. Nam prædicatũ hoc scilicet Deus, in ly Deus est pater, non supponit secundum quòd supponebat quando prædicabatur de hoc subiecto, scilicet homo, dicẽdo ly homo est Deus. In illa enim propositione, homo est Deus, ly Deus supponebat pro persona filij: in ista autem, Deus est pater, ly Deus, supponit pro persona patris. Itẽ in hac Deus est trinitas, ly Deus nõ supponit pro persona filij tñ (vt patet): sed pro essentia diuina. 1. q. 39. ar. 6.

3ᵐ de minori.

Sed homo. R. Vt stat pro persona creata humanæ naturæ. §. Tunc nihil, &c. Nam in articuli conclusione ly homo, non stat pro persona creata humanæ naturæ, cum talis persona in Christo non sit. q. 2. artic. 6. & quæst. 4. art. 2. sed stat pro persona increata, quæ per mysterium incarnationis, dignata est esse persona etiam naturæ humanæ. Vnde, quia quælibet persona humanæ naturæ dicitur uere homo; & quælibet persona diuinæ naturæ dicitur uere Deus, necessario sequitur: quòd post incarnationem persona filii Dei est uere homo,

homo,

homo, sicut & ab ęterno illa eadem numero, est uere Deus. Christus ergo non est Deus recens, neq; est homo recens, si (ut hic fit) loquatur propriè. i. si ly homo, teneatur pro persona humanę naturæ suę: licet, si loquamur impropriè, seu largè. i. si ly homo, sumatur pro natura humana, possit saluari propositio hęc. s. Christus est homo recens. Nam humana natura est in ipso recens. Naturam enim humanam recẽter assumpsit, cum eam nõ habuisset ab æterno: sed hominẽ, idest personam naturæ humanæ nõ assumpsit, neq; recenter habuit, cum persona ipsa, secundum quod ens est, in ipso fuerit ab æterno.

† p. p. q. 39. art. 3. & 4.

*In corp. artic.

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, mentiò esse a scripturis, Cõcilijs, & Augustino insinuatum: quod homo post incarnationem est Deus vere, & propriè, secundum subsistentiam tamen; hoc est, quod ista propositio, homo est Deus, est uera & propria, attento supposito humanitatis post unionẽ. A scripturis quidem per hoc; quod dicitur Rom. 9. ex quibus, &c. vt in argum. contr. A concilijs verò; vt in ar. 1. appen. Ex simili. o. radice procedit, quod sit uera hæc, homo est Deus; ex qua processit, quod uera sit illa, Deus est homo: vt patet ex corp. Vnde fit: quod cõcilia ipsa uerbis illis, quibus unum istorum demonstrant; iisdem & aliud cõmonstrare intelligantur. Vide ergo tu ibi: & uigili mente considera. A Beato Augustino autem insinuatur idipsum per hoc; quod in homil. super Ioan. 3. dicit. Notandum: quod eadem de filio Dei vnigenito replicat, quę de filio hominis in cruce exaltato pręmiserat dicens; vt omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Profecto idem conditor, & redemptor noster filius Dei ante secula existens, filius hominis factus est in fine seculorum: vt qui per diuinitatis suę potentiam nos creauerat ad perfruendam vitę perennis beatitudinem; ipse per fragilitatem humanitatis nostræ nos restauraret ad recipiendam, quam perdidimus, vitam. Hęc ibi. Deus ergo secundum Augustinum est homo, qui nos ad uitam illam restaurat: & idem ipse homo est Deus, qui nos ad perennem uitę ipsius beatitudinem creauit. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito. Hæc eſt vera, & propria, Homo eſt Deus, ſuppoſito incarnationis myſterio. Probatur. Deus prædicatur uere, & propriè de perſona filij Dei, ergo prædicatur uere, & proprie de homine. Probatur conſequentia, quia hō poteſt ſupponere pro perſona filii Dei: probatur hoc. Homo poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi humanæ naturę, ſed quędam hypoſtaſis humanæ naturæ eſt perſona filii Dei, ergo homo poteſt ſupponere pro perſona filii Dei.

¶ In hac materia recolenda ſunt dicta in priore articulo, quoniam iſta propoſitio de qua eſt ſermo, eſt etiam per ſe in primo modo reſpectu ſuppoſiti per ſubiectum, non reſpectu naturæ ſignificatę, & ſubiectum trahitur ad ſupponendum pro tali ſuppoſito ex prædicato, ſicut de ſua conuertente, & conuerſa dictum eſt in præcedenti articulo. Et per hoc patet tam corpus articuli, quam reſponſio ad primum.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium occurrit circa illud dictum, in iſta propoſitione, Deus eſt Pater, ly Deus ſupponit pro perſona Patris. Nam ly Deus, quantum eſt ex naturali ſua ſuppoſitione, ſupponit pro habente deitatē indiſtincte, ſicut homo pro habente humanitatem, ex parte autem prædicati non reſtringitur ad ſupponendum pro perſona Patris, quin ſtando in ſua naturali ſuppoſitione, vera eſt propoſitio, Deus eſt pater. quoniam habens deitatem eſt Pater, vt patet. Minus ergo bene dictum uidetur, ꝙ ſupponit pro patre hoc nomen Deus, cum nomen patris de illo prædicatur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia argumentum de prædicatione ꝑ ſe procedit fundatum ſuper illa regula, Quicquid prædicatur de prædicato, &c. ideo Auctoris uerba de prædicatione per ſe, intelligenda ſunt. Iſta ſiquidem propoſitio, Deus eſt Pater, poteſt eſſe per ſe, & per accidens, logice loquendo. Nam prædicatio per ſe, exigit prędicari æqua de æquis, aut maiora de minoribus. Minus autem de maiori non niſi per accidens prædicatur, vt patet dicendo, animal eſt homo. Hoc autem nomen Deus, ſi ſecundum ſuam naturalem ſumatur ſuppoſitionem, maius, hoc eſt communius eſt, quam nomen Patris, aut Trinitatis, quoniam extendit ſe etiam ad filium, & Spiritumſanctum, quorum neuter eſt Pater, aut Trinitas, & propterea ſic ſumptum, reddit prædicationem per accidens, dicendo, Deus eſt Pater, aut Trinitas. quo fit vt ſi conſtituenda ſit propoſitio per ſe, prædicans Patrem de Deo, oportet Deum reſtringi ad ſupponendum pro perſona Patris, ut ſic æquale de æquali prędicetur per ſe: ſicut ſi Trinitas prædicari per ſe intelligitur de Deo, oportet Deum reſtringi ad ſupponendum quaſi ſimpliciter, vt ſic æquale de ęquali prędicetur. Et ſic patet ſenſus literæ.

SVPER Q. XVI. ART. III.

COncl. Non poteſt uerè & ꝓpriè dici; quòd Chriſtus homo ſit homo Dominicus: ſed hæc propoſitio ſic dicta, hæreſis eſt Neſtoriana.

102 3. d. 7. q. 1. ar. 2.

* q. 36. circa inc. t. 4.

¶ Prob. Quia per talem propoſitionē uere, proprieque ſumptā ueritati unionis, ſecundum quam ille homo eſt perſona diuina, derogatur (cum perſona diuina non ſit denominatiue dominica, ſed eſſentialiter domina). vide ar. 2. ad tertium. Secunda autem pars, ſcilicet, ſed hęc, &c. probatur: quia hæreſis Neſtoriana ponit in Chriſto perſonam creatam. q. 2. art. 6. & conſequenter per ly Chriſtus homo, intelligit perſonā creatam, quæ denominatiue eſt dominica.

* lib. 1. ort. fid. cat. 11.

* c. 4. Eccl. hier. par. 3 in tit. Con tē. in prin.

1m maior. Dicit Auguſtinus, &c. ℞. Tñ poſt retractauit hoc dictū. §. Tunc nihil, &c. vt patet. Nam in retractatione ſtandum eſt.

† li. 1 retr. ca. 19. non procul a fi. to. 1.

* Art. ꝓce. ad 3.

Itē ex B. Auguſtino. In hoīe dominico. ℞. i. in humana natura dominica. §. Tūc nihil, &c. Nā cōcluſio articuli ſumit, ly homo dñicus, in alio ſenſu. ſ. proprie: & dictum B. Auguſt. ſic aliqualiter reductū ad bonū ſenſū accipit ſatis impropríe. Nam ly hō, proprie loquendo, ſignificare debet ꝑſonā homanę naturę: propterea uō niſi valde improprie, ſignificat naturā humanam: vt tangitur etiā art. 2. ad tertium. Vide reſpō ſum ſecundum textus ly quāuis nonnulla ratione poteſt, &c.

2m illatio concluſionis. Ergo pari rōne, &c. ℞. Negatur illatio. §. Proceditenim ex falſo: ac ſi eſſet idē iudiciū de homine reſpectu aſſumptionis naturæ diuinæ, quod eſt de Deo reſpectu aſſumptionis naturæ humanæ. Non enim eſt idem; ſed diuerſum. Nam illud unum ſuppoſitum, quod eſt, &c. vt in tex.

* li. 3. orth. fi. cap. 3. 4. 15. & 17.

* li. 1. retr. c. 19. ded. ad fi. to. 1.

3m maior. Sicut dominicus denominatiue dicitur a domino, ita diuinus

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus poſſit dici homo dominicus.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ Chriſtus poſſit dici homo dominicus. Dicit enim Auguſt. *in li. 83. qq. Monēdum eſt, ut illa bona expectentur, quæ fuerunt in illo homine dominico: loquitur autem de Chriſto. ergo videtur ꝙ Chriſtus ſit homo dominicus.

¶ 2 Præt. Sicut dominium cōuenit Chriſto ratione diuinæ naturæ, ita etiam humanitas pertinet ad humanā naturā: ſed Deus dr̄ humanatus, vt patet per Dam. in 3. lib. * vbi dicit ꝙ humanatio eam, quæ ad hominem, copulationē demonſtrat. ergo pari ratione poteſt dici denominatiuè, ꝙ homo ille ſit dominicus.

¶ 3 Præt. Sicut dominicus denominatiuè dicitur a dño, ita diuinus denominatiuè dicit̃ a Deo: ſed Dion. * Chriſtum nominat diuiniſſimū Ieſum. ergo pari ratione poteſt dici ꝙ Chriſtus ſit homo dominicus.

SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in lib. Retrac. † Nō uideo vtrum rectè dicatur, hō dñicus Ieſus Chriſtus, cum ſit vtrique dominus.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, *cū dr̄ homo Chriſtus Ieſus, deſignatur ſuppoſitū æternum, quod eſt perſona filii Dei, propter hoc, ꝙ eſt vnum ſuppoſitum vtriuſque naturæ. De perſona autem filii Dei prædicatur Deus, & dñs eſſentialiter, & ideo non debet prædicari denominatiuè: quia hoc derogat veritati vnionis, Vnde cum Dñicus dicatur denominatiuè a dño, nō pōt verè, & propriè dici, ꝙ homo ille ſit dñicus, ſed magis ꝙ ſit dominus: ſi autem per hoc, ꝙ dr̄, homo Chriſtus Ieſus, deſignaretur ſuppoſitum aliquod creatum, ſm illos, qui ponunt in Chriſto duo ſuppoſita, poſſet dici homo ille dominicus, in quātum aſſumitur ad participationem honoris diuini, ſicut Neſtoriani poſuerunt. Et hoc etiam modo humana natura non dicitur eſſentialiter dea, ſed deificata non quidem per conuerſionem ipſius in diuinam naturam: ſed per coniunctionem ad diuinam naturam in una hypoſtaſi, vt patet per Dam. in 3. lib. *

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Auguſt. verba illa, & ſimilia retractat in lib. Retra. Vnde poſt uerba præmiſſa in li. Retr. * ſubdit, Vbicūque hoc dixi, ſ. quòd Chriſtus Ieſus ſit homo dominicus, dixiſſe me nollem, poſtea quippe vidi non eſſe dicendum quāuis nonnulla ratione poſſet defendi, quia, ſcilicet poſſet aliquis dicere quòd dicitur homo dominicus ratione humanæ naturæ, quam ſignificat hoc nomen homo, non autem ratione ſuppoſiti.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud unum ſuppoſitum, quod eſt humanæ, & diuinæ naturæ, primo quidem fuit diuinæ naturæ, ſcilicet ab æterno, poſtea autem ex tempore per incarnationem factum eſt ſuppoſitum humanæ naturæ. Et hac ratione dicitur humanatum, non quia aſſumpſerit hominem, ſed quia aſſumpſit humanam naturam. Non autem ſic eſt econuerſo, quòd ſuppoſitum humanæ naturæ aſſumpſerit diuinam naturam, vnde non poteſt dici homo deificatus, vel dominicus.

AD TERTIVM dicendum, quòd hoc nomen diuinum, conſueuit prædicari etiam de his, de quibus prædicatur eſſentialiter hoc nomen Deus: dicimus enim quòd diuina eſſentia eſt Deus, ratione identitatis, & quòd eſſentia eſt Dei, ſiue diuina, propter diuerſum modum ſignificandi, & verbum diuinum, cum tamen verbum ſit Deus. Et ſimiliter dicimus perſonam diuinam ſicut, & perſonam Platonis, propter diuerſum modum ſignificandi: ſed dominicus non dicitur de his, de quibus dominicus prædicatur: non enim conſueuit dici, quòd aliquis homo, qui eſt dominus ſit dominicus: ſed illud, quod qualitercumque eſt domini, dominicum dicitur, ſicut dominica voluntas, vel dominica manus, vel dominica paſſio. Et ideo ipſe homo Chriſtus, qui eſt dominus, nō poteſt dici dominicus: ſed poteſt caro eius dici caro dominica, & paſſio eius poteſt dici paſſio dominica.

AR-

uinus denominatiue dicitur a Deo. ℞. Cum hac tamen differẽtia: quod ly dominicus non consueuit dici de iis, de quibus ly dominus prædicatur; & ly diuinus consueuit dici de his, de quibus ly Deus prædicatur. §. Vt patet per exempla in textu. Tunc nihil, &c. vt patet ibidem.

APPENDIX

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum; q̃ Christus nõ est homo dominicus. Vt per illud, quòd dicitur Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & dñe; & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister. Patet enim ex lotione pedum; quòd ibi Christus loquitur de se homine. Ipse igitur dicit ibi, se hominem esse essentialiter dominum: & consequenter affirmat, se non esse denominatiue dominicum. Minoratur siquidem aliquis plene dominus; si vocetur denominatiue, idest quasi per participationem, dominicus: vt patet. vide hic, & ar. 2. ad tertiũ. Secundo vi 2
des: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, originem habens ab Augustini varia diuersis temporibus sententia, & Magistri Sententiarum distinct. 7. tertij libri.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito, non potest vere & propriè dici, quod homo ille sit dominicus, sed quod est dominus. Probatur primo directe. homo ille, scilicet Christus Iesus, designat personam filii Dei. ergo de illo prædicatur dominus essentialiter. ergo non debet de illo prædicari dominus denominatiue. Antecedens probatur, quia vnum est suppositum diuinæ, & humanæ naturæ in Christo. prima consequentia est clara. Secunda verò probatur, quia derogaret ueritati unionis si prædicaretur denominatiue. Firmatur deinde conclusio, ac ratio allata ex opposito, quia scilicet hæc prædicatio propria est Nestorianis, & quia similis prædicatio propria est naturæ assumptæ. Nestoriani siquidem, ponendo duo in Christo supposita, propriè dicunt, Christum hominem dominicum, quia uere esset ibi suppositum participatiue dominicum. Nos quoque propriè dicimus naturam assumptam esse deificatam non deam: quia enim diuersa est assumpta natura a deitate, non deam dicimus. Et quia iuncta est deitati in unitate personæ, ideo deificata. Suppositum autem quia vnicum, est filii Dei: ideo Deum, & dominum, non dominicum, aut deificatum dicimus.

¶Circa rationem conclusionis dubium occurrit, quia videtur falsa, tum quia ex affirmatione prædicationis essentialis infert negationem denominatiue, constat enim illationem hanc non tenere ex forma, vt manifestat instantia de Deo, & diuino, neque ex materia, quia dominicus nomen est commune supposito & naturæ, potest enim dici natura assumpta, natura dominica, sicut, & caro eius, dicitur caro dominica, tum quia hæc prædicatio non derogat ueritati vnionis, quoniam affirmare Christum hominem dominicum, non est negare Christum esse verum dominum: sicut affirmare Verbum esse diuinum, non est negare ipsum esse verum Deum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ratio ueritati innititur, & est efficax. Nam quæstio ista de nominibus est, nominibus autem utendum est, vt plures vtuntur, secundum Philosophum, communis autem vsus illud dominicum uocat quod est domini, non quod dñs est, vt in responsione ad tertiam litera explicat: & propterea ex affirmatione ꝑdicationis essentialis illius termini dominus, bene illata est negatio denominatiui. Et similiter dicendo, homo dominicus secundum communem vsum intelligitur homo domini, ac per hoc aliquis homo domini, & sic intelliguntur ibi duo supposita, vnum in ly Aliquis homo, & unum in ly Domini, ac per hoc ruit ueritas vnionis diuinæ, & humanæ naturæ in uno, eodemq; supposito. Et propterea Auctor hãc loquutionẽ Nestorianã dixit. Non est aũt simile de Deo, & diuino, vt in litera dr̃: quia diuinũ identicè consueuit sumi frequenti usu, non sic autẽ dominicum.

SVPER Q. XVI. ART. IIII.

COncl. 1. Illa, quę dicuntur de Christo siue secundum naturam diuinam, siue secũdum naturam humanã,
103 possunt dici tã de Deo, quàm de homine.

¶Prob. primò, Quia Cyrillus hoc innuit. Secundò, Quia siue dicatur Deus, siue dicatur homo, supponitur eadem persona (cum vtriusque naturæ post vnionem sit una persona). Et prædicata diuina vere dicuntur de ꝑsona diuinæ naturæ, ꝑdicata autem humana vere dicuntur de persona humanæ naturæ.

¶Exam. Ly Cyrillus. Hoc est. Vel Concilium, cui præfuit loco summi Pontificis Cyrillus. Tanquam enim a capite Vicario facit denominationem; dum Cyrillo attribuit id, qđ in Cõcilij Ephesini primi, cap. 4. inuenitur.

¶Concl. 2. Quamuis non distinguantur ea, quæ prædicãtur de Christo (vt per primã conclusionem patet): distinguuntur tamen secundum id, secundum quod vtraque prædicata de ipso dicuntur.

* li. 3. orth. fid. c. 6. in medio.

¶Prob. Quia prædicata diuinæ naturæ dicun-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ea, quę conueniunt filio hominis possint prædicari de filio Dei, & econuerso.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ea, quæ sunt humanæ naturæ, non possint dici de Deo. Impossibile enim est opposita de eodem prædicari: sed ea, quæ sunt humanæ naturæ, sunt cõtraria his, quæ sunt propria Dei: Deus enim est increatus, immutabilis, & æternus; ad humanam autẽ naturam pertinet, vt sit creata, temporalis, & mutabilis. ergo ea, quæ sunt humanæ naturæ, non possunt dici de Deo.

¶ 2 Præt. Attribuere Deo ea, quæ ad defectum pertinent, videtur derogare diuino honori, & ad blasphemiam pertinere: sed ea, quæ sunt humanæ naturæ, defectum quendam continent: sicut pati, mori, & alia huiusmodi. ergo uidetur quòd nullo modo ea, quæ sunt humanæ naturæ possint dici de Deo.

¶ 3 Præt. Assumi conuenit humanę naturæ: non autem hoc conuenit Deo. non ergo ea, quæ sunt humanæ naturæ, de Deo dici possunt.

SED CONTRA est, q̃ Damasc. dicit in 3. lib.* quòd Deus suscepit ea, quæ sunt carnis idiomata, idest, proprietates, dum Deus passibilis noĩat, & Deus gloriæ crucifix' est.

RESP. Dicendum quòd circa hanc quęstionem diuersitas fuit inter Nestorianos, & Catholicos. Nestoriani enim voces, quæ dicuntur de Christo, diuidere uolebant, hoc modo, vt ea, quæ pertinent ad humanam naturam, nõ dicerentur de Deo: nec ea, quæ pertinent ad diuinam naturam, dicerentur de homine. Vnde Nestorius dixit: Si quis Dei verbo tentat passiones tribuere, anathema sit. Si qua vero nomina sunt, quæ pertinere possunt ad vtramque naturam, de talibus prædicabant ea, quæ sunt vtriusque naturæ: sicut hoc nomen Christus vel dominus. Vnde concedebant Christum esse natum de Virgine, & fuisse ab æterno: non tamen dicebant, vel Deum natum de Virgine vel hominem ab æterno fuisse. Catholici uero posuerunt huiusmodi, quæ dicuntur de Christo, siue secundum diuinam naturam, siue secundum humanã, dici posse, tam de Deo, quàm de homine. Vnde Cyrillus dicit,* Si quis duab. personis, seu substantiis, idest hypostasibus eas, quæ in Euangelicis, & Apostolicis conscriptionibus sunt, diuidit uoces, vel ea, quæ de Christo a sanctis dicuntur, uel ab ipso Christo de semetipso, & aliquas quidem ex his homini applicãdas crediderit, aliquas uero soli Verbo deputauerit, anathema sit. Et huius ratio est: quia cum sit eadem hypostasis vtriusque naturæ, eadem hypostasis supponitur nomine vtriusque naturæ, siue ergo dicatur homo, siue Deus, supponitur hypostasis diuinæ, & humanæ naturæ: & ideo de homine possunt dici ea, quæ sunt diuinæ naturæ, tanquam de hypostasi diuinæ naturæ: & de Deo possunt dici ea, quæ sunt humanæ naturæ, tanquam de hypostasi humanæ naturæ. Sciendum tamen, quòd in propositione, in qua aliquid de aliquo prædicatur, non solum attenditur quid sit illud, de quo prædicatur prædicatum, sed etiam secundum quid de illo prædicetur. Quamuis ergo non distinguãtur ea, quę prædicantur de Christo: distinguuntur tamen secundum

* Iocõ. Eph. 1. cui præfuit Cyril. Can. 4. to. 1 conc.

dicuntur de Christo, idest de persona Christi secundum naturam diuinam; & naturæ humanæ prædicata dicũtur de eodem, idest de eadem eiusdem persona secundum naturam humanam, vt patet ex Beato Augustino.

Primum

1m de maiori. De eodem. R. Secundum idem. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio secunda, quæ declarat primam, quam argumentum impugnat, dicit; quod prædicata illa opposita prædicantur de eodem, idest de eadē numero Christi persona, secundum diuersa, idest secundum diuersas naturas: Et hoc non est impossibile. Exemplis enim quotidianis videmus: quòd de eodem numero æthiope prædicantur opposita, secundum diuersas eius partes: cum vere sit, & dicatur, niger secundum faciem, albus autem secundū dentes.

† Lib. 1. c. 11. in prin. to. 3.
* eodem loco.

2m de maiori. Attribuere Deo. R. Secundum diuinam naturam consideratio. §. Tunc nihil, &cæt. Nam ea, quæ ad defectum pertinent, attribuere Deo secundum naturam humanam (vt dicit conclusio secunda) non est blasphemum, neque derogās honori diuino. Vnde in quodam sermone Ephesini Concilij, &c. vt in tex.

3m de maiori. Conuenit humanæ naturæ. R. Ratione suipsius. §. idest ratione, qua est humana natura. Vide art. 5. sequenti. corp. Tunc nihil, &c. Nam conclusio prima, cum dicit, quòd quæ sunt humanæ naturæ possunt dici de Deo, intendit de conuenientibus naturæ humanæ ratione suppositi. Puta; esse mortale, conuenit naturæ humanæ, ita quod & supposito suò conuenit; quoniam non tantum natura humana Platonis est mortalis, sed etiam Plato est mortalis: immo vere & proprie dicimus, Plato est mortalis; vere autem, sed non proprie, Platonis natura est mortalis. Hinc fit; quòd mortalitas dicitur conuenire naturæ ratione suppositi. Platonis: quia conuenit per se Platoni (cū actiones, & passiones propriè sint suppositorum) naturæ autem cōuenit per accidēs, idest ratione alterius, quod in proposito est suppositum. Cæterum assumi ita conuenit naturæ humanæ, quòd non conuenit personæ: quoniam persona, ratione, qua persona est, inassumptibilis est. Prædicata igitur, quæ ita sunt naturæ humanæ, ut etiam personæ suæ creatæ (si eam in Christo haberet) esse possint; dici possunt de Deo, idest de persona diuina; vt mortalitas, temporalitas, & similia: prædicata uerò, quæ ita sunt naturæ humanæ, vt personæ suæ creatæ conuenire non possint, dici non possunt de Deo, idest de persona diuina, quæ in Christo supplet locum personæ creatæ. quæstio. 4. artic. 2. vt assumi, & si qua sunt similia.

dum id, secundum quod vtrumque prædicatur. Nam ea, quæ sunt diuinæ naturæ, prædicantur de Christo secundum diuinam naturam: ea autem, quæ sunt humanæ naturæ, prædicantur de eo secundum humanam naturam. Vnde August. dicit in 1. de Trin. † Distinguamus quid in scripturis sonet, secundum formam Dei, & quid secundum formā serui. Et infra, * quid, & propter quid, & quid secūdum quid dicatur, prudens, & diligens, & pius lector intelliget.

Ad primum ergo dicendum, quòd opposita prædicari de eodem secundum idem, est impossibile: sed secundum diuersa, nihil prohibet. Et hoc modo opposita prædicantur de Christo, nō secundum idem: sed secundum diuersas naturas.

Ad secundum dicendum, quòd si ea, quæ ad defectum pertinent, Deo attribuerentur secundum diuinam naturam esset blasphemia, quasi pertinens ad diminutionem honoris ipsius: non autem pertinet ad Dei iniuriam, si attribuatur secundum naturam assumptam. Vnde in quodam sermone Ephesini Concilii dicitur: Nihil putat Deus iniuriam, quod est occasio salutis hominibus: nihil n. obiectorum quæ elegit propter nos iniuriam facit illi naturæ, quæ non potest esse subiecta iniuriis, propria uero facit inferiora, vt saluet naturam nostrā. Quando ergo abiecta, & uilia sunt, diuinā naturam non iniuriantur, sed salutem hominibus operantur, quomodo dicis ea, quæ causa nostræ salutis sunt, iniuriæ occasionē Deo fuisse?

Ad tertium dicendum, quòd assumi conuenit humanæ naturæ, nō ratione suppositi, sed rōne suipsius: & ideo non conuenit Deo.

APPENDIX.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis, & Papa insinuatum: quòd in Christo ea, quæ conueniunt filio hominis, possunt prædicari de filio Dei; & quæ conueniunt filio Dei, possunt dici de filio hominis. A scripturis quidem per hoc, quòd dicitur 1. Corinth. 2. Nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Ecce: quod crucifixio, quæ conuenit filio hominis, pdicatur de domino gloriæ, qui est filius Dei. Sic enim tāquam exponens ly dominum gloriæ, symbolum fidei dicit: quòd filius Dei, Deus uerus de Deo vero, consubstantialis patri, per quem omnia facta sunt, factus homo, est crucifixus. Item per dictum Lucæ 5. vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralitico, surge, &cęt. Ecce: quòd probatur euidenter per miraculum; quod dimittere peccata, quod conuenit filio Dei, prędicatur de filio hominis; dum filium hominis habere hanc potestatem, affirmatur. A Papa autem Eugenio IIII. in Concilio Florentino. Vnus & indiuisus, vtraque natura in suis proprietatibus permanente, Deus & homo; Dei filius, & hominis filius, æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem, immortalis, & æternus ex natura diuinitatis, passibilis & temporalis ex conditione assumptæ humanitatis. Hæc ille, in constitut. super vnione Iacobinorum. Secundò oides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vellitas pro Eccle. S. Dei. a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, vt iacet, intelligendus est de conuenientibus humanæ naturæ existenti in Christo: puta passibilitate, morte, & aliis hmōi, quæ de Chro ratione illius naturæ humanæ dicūtur, dum dicimus Christum crucifixum, mortuum, sepultum, &c.

¶ In corpore articuli tria sunt: primo refertur differentia inter Nestorium, & Catholicos in hac quæstione. Secundo redditur ratio catholicæ doctrinæ. Tertio, subiungitur opportunum documentum circa hanc catholicam doctrinam.

¶ Quo ad primū, Nestoriani duab. distinctionib. vtebantur in proposito. Altera bimēbri ex parte pdicatorum: quædam n. sunt pdicata propria diuinæ naturæ (vt esse oīpotentē, æternū, & similia), qdā sunt pdicata ppria humanæ naturæ, (vt esse mortalem, corporeū filiū hoīs, & hmōi.) Altera ex parte subiectorū trimembri: pōt n. dictis prædicatis subijci in enunciatione vel nomē proprium Dei, vt Deus, vel nomen propriū hoīs, vt homo: vel nomen cōe vtriq; naturæ, diuinæ, s. & humanæ, vt Christus. Et subiungebant duas cōclusiones: primā de subiectis ppriis, dicendo, quòd nec de noīe proprio Dei dr̄ pdicata propria hoī, nec de noīe proprio hoīs dr̄ prædicata propria Dei. Et ppea negabant Deum esse natum ex Virgine, aut mortuum, aut aliqoid passum: & similiter hominem esse creatorem cœli, & terræ, & huiusmodi. Secunda, de subiecto communi, dicendo, de nomine cōi Deo, & hoi prædicari verè tam ea, quæ sunt propria Deo, q̄ ea quæ sunt propria hoī. Et ppea Chr̄s vere dr̄ ab æterno æternus, creator, & natus ex Virgine, crucifixus mortu°, & sepultus. Hoc fuit dogma Nestorii.

¶ Catholici autē affirmāt vniuoce vtraq; pdicata uerè enūciari de quocunq; nomine subiecto siue proprio siue communi: vt patet ex Cyrilli auctoritate.

¶ Quoad 2m rō catholicę assertionis est identitas hypostasis vtriusq; naturę Chr̄s. Hic. n. fit, vt una eadēq; hypostasis supponat vtrisq; noib. & quòd ppria Deo inueniant pdicari de hypostasi diuina, & propria hominis de hypostasi humana. Nec oportet hic immorari: quia ex supradictis patet, nomina communia concreata posse pro qualibet sua hypostasi supponere.

¶ Quoad tertiū, documētū catholicū est, quòd licet nō distinguēdū sit cū Nestorio subiectū, de quo diuina & humana pdicant, distinguēda tn̄ est rō subiecti, qua diuina de ipso dr̄ a rōne, qua humana de eodem enunciant: nā una eadēq; est hypostasis in diuersis naturis subsistēs, & ppea discernēdum cautè est non id, de quo dr̄: sed id, s̄m quod dr̄. Et hoc confirmatur auctoritate August.

Medina ar. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrū ea quæ cōueniunt filio hoīs, possint pdicari de diuina natura: & de humana ea, quæ cōueniūt filio Dei.

SVPER Q. XVI. ART. V.

Concl. Ea quæ sunt vnius naturæ, non possunt de alia prędicari; secundum quòd in abstracto significant.

¶ Proa. Quia in mysterio incarnationis nō est eadem natura diuina, ac humana. q. 2. art. 1. Et ea, quæ sunt propria alicuius, non possunt

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd ea, quæ sunt humanæ naturæ, possint dici de natura diuina. Ea enim, quæ sunt humanæ naturæ, prædicantur de filio Dei: & de Deo: sed Deus est sua natura. ergo ea, quæ sunt naturæ humanæ, possint prædicari de di-

nina natura.

¶ 2 Præt. Caro pertinet ad naturã humanam: sed sicut dicit Damaſ.* in 3. lib. dicimus naturam verbi incarnatam esse, secundum Beatos Athanasium, & Cyrillum. ergo videtur quòd pari ratione ea, quæ sunt humanæ naturæ, possint dici de diuina natura.

¶ 3 Præt. Ea, quæ sunt diuinæ naturæ conueniunt humanæ naturæ in Christo, sicut cognoscere futura, & habere salutiferam virtutem. ergo videtur quòd pari ratione ea, quæ sunt humanæ naturæ, possint dici de diuina natura.

SED CONTRA est, quòd Dam.* dicit in 3. lib. Deitatem quidem dicentes non nominamus de ea, quæ humanitatis idiomata sunt, idest proprietates: nõ enim dicimus deitatem passibilem, vel creabilem: deitas autem est diuina natura. ergo ea, quæ sunt humanæ naturæ non possunt dici de diuina natura.

RESP. Dicẽdum, quod ea, quæ sunt propria vnius, non possunt verè de alio prædicari, nisi de eo, quod est idem illi, sicut risibile non conuenit nisi ei, quod est homo: in mysterio autem incarnationis nõ est eadem natura diuina, & humana, sed eadem est hypostasis vtriusque naturæ, ideo ea, quæ sunt vnius naturæ, nõ possunt de alia prædicari, secundum quòd in abstracto significãt. Nomina vero concreta supponunt hypostasim naturæ, & ideo indifferenter prædicari possunt ea, quæ ad vtramque naturam pertinent, de nominibus concretis, siue illud nomen de quo dicuntur, det intelligere vtramque naturam, sicut hoc nomen Christus, i. quo intelliguntur, & diuinitas vngens, & humanitas uncta, siue solum diuinam naturã, sicut hoc nomen Deus, uel filius Dei, siue solum naturam humanã, sicut, hoc nomen homo, uel Iesus. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad Palæstinos:* Non interest, ex qua Christus substãtia nominetur, cum inseparabiliter manente vnitate personæ, idem sit, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius, propter vnam cum Patre deitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in diuinis realiter est idem persona cum natura, & ratione huius identitatis diuina natura prædicatur de filio Dei: non tamẽ est idem modus significandi, & ideo quædam dicuntur de filio Dei, quæ non dicuntur de diuina natura, sicut dicimus, quod filius Dei est genitus, non tamen dicimus quod natura diuina sit genita, vt in prima parte habitũ est.* Et similiter in mysterio incarnationis dicimus, quòd filius Dei passus est, non autem dicimus quòd diuina natura sit passa.

AD SECVNDVM dicendũ, quod incarnatio magis importat unionẽ ad carnem, quam carnis proprietatem. Vtraque autẽ natura in Christo, est unita alteri in persona, ratione cuius unionis, & diuina natura dicitur incarnata, & humana natura deificata, vt sup. dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, quod ea, quæ sunt diuinæ naturæ, dicũtur de humana natura non secundũ quod essentialiter competunt diuinæ naturæ, sed secundum quod participatiuè deriuantur ad humanã naturã. Vnde ea, quæ participari nõ possunt a natura humana (sicut esse increatũ aut omnipotentem) nullo modo de humana natura dicũtur. Diuina autẽ natura nihil participatiuè recepit ab humana natura, & ideo ea, quæ sunt humanæ naturæ: nullo modo possunt dici de diuina natura.

AR-

*lib. 3. c. 4.
*Est epist. 83. inter med. & fi. illius.
*p. p. q. 27. ar. 35.
*q. 3. ar. 4.

sunt verè de alio prædicari; nisi de eo, quod est idem ipsi.

¶ Not. A ly nomina verò concreta, &c. vsque ad finem corp. sumitur ad declarationem maiorem conclusionis primæ articuli quarti: Præterea quòd pro præsenti negocio notificatur, tanquã ab vniuersali regula, quòd nomina naturarum abstracta significãt naturas in seipsis; nomina autem naturarũ concreta significant hypostases, seu personas ipsarum naturarũ. Vt, humanitas denotat naturam humanam secũdum se; homo uerò, personã humanæ naturæ.

*li. 3. orth. fid. c. 6. circa fin. & c. 7. a med.

1ᵐ de minori. Est. R. Realiter. §. 1. q. 3. ar. 3. Tunc nihil, &c. Sufficit enim in proposito; quod Deus & natura diuina non sint idem secundum modũ significandi: vt ostenditur in tex. Hinc namq; sequitur quod ea, quæ sunt naturæ humanæ non possint dici de natura diuina; licet uere possint dici de Deo. De hac differẽtia quò ad modum significandi, vide. 1. q. 39. art. 4. 5.

2ᵐ de conclusione. Quæ sunt humanæ naturæ. R. Vt importãtia vnionem. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam incarnatio, de qua in minori, magis importat vnionem ad carnem, quam, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Articuli enim conclusio intẽdit de iis, quę sunt humanæ naturæ i alio sensu, scilicet vt importantia eius proprietatem: in cuius signum conclusionis ipsius probatio dicit ly ea, quæ sunt propria alicuius: vide art. 3. corp. fin.

3ᵐ de antecedente. Cõueniũt. R. Participatiue. §. Inquantum, scilicet quæ sunt diuinæ naturæ deriuantur per quandam participationem ad humanã naturam. Tunc nihil, & cæt. Nam diuina natura nihil participatiuè recipit; & cæt. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæreses Eutychetis, Dioscori, Acephalorum dicentium: quod Christi natura diuina est passa, est crucifixa. Et Apollinaris dicentis: Christum passionem in diuinitate sua sustinuisse, ac suscepisse; ita vt diuinitas cum humanitate mortua fuerit, & resuscitata. Et cuiusdam Augustini de Roma (vt refert Concilium Basileense sessio. 22.) dicentis; quòd humana natura in Christo uerè est Christus, & eadem est persona Christi. Item dicentis; quòd natura humana in Christo est persona verbi. Item dicentis. quòd humana natura assumpta a verbo in unione personali est veraciter Deus naturalis & proprius. Præsens enim articulus per hoc, quod demonstrat ea, quæ sunt humanæ naturę non posse dici de diuina, subuertit radicitus prædictas illius Augustini fantasias: vt patet considerandi. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari ab eodem Concilio sess. ead. De qua damnatione, & eius concilij ualore, quamuis in multis nõ sit ualidum, vide q. 15. ar. 1. appen. Item a Malach. 4. Ego Deus, & non mutor. Si enim non mutatur natura diuina; oportet omnino dicere unum de duobus: quod, s. aut semper patiatur, aut nunquam patiatur. Primum, cum sit summa miseria nec Phylosophus concipere de Deo põt; immo totum contrariũ, s. quod Deus vita gaudet fęlicissima, ipse in 12. metaph. efficacissime docet: secundum ergo, scilicet quod nunquã patiat̃ & uerum est, & per illã authoritatem subindicatur. Item a 2. Corin. 13. Crucifixus est ex infirmitate. Scilicet carnis, ad differentiam diuinæ naturæ. Item a 1. Petr. 4. Christo igitur passo in carne. Ad eandem enim differentiã ponit ly in carne. Item ab Ecclesia, in hymno primo, Dñica de Passio. Fulget crucis mysterium; quo, carne, carnis conditor suspensus est patibulo. Hæc ibi. Itẽ ab Eugenio IIII. in Concilio Florent. vt patet ar. 4. appen. Item a Concilio Ephe. 1. cap. 11. sic illũ dicimus passum, nõ quia Deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauos & transfixiones aut alia uulnera susceperit (Deus namq; incorporalis, & extra passionẽ est): sed quia corpus illud, quod ipsi proprium factum est, hoc sustinuit. Ideo hęc omnia pro nobis ipsis dicitur passus: inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus; qui pati nõ poterat. Hæc ibi. Item a Concilio Hispalensi. 2. c. 13. Sicut immaculata fides, & sancta Ecclesia docet, confitemur: Dominum nostrum Iesum Christũ intemporaliter ex patre Deum natũ, temporaliter ex utero gloriosę uirginis Mariæ hominem editum: & ob hoc in una existente persona duas naturas habentem; deitatis, qua ante sæcula genitus, humanitatis, qua diebus vltimis editus est. In illa secundum formam Dei, in ista secundum formam serui, consistens. In illa patri manens æqualis; in ista sine peccato similis nostræ conditioni. In illa inuiolabilis, in ista passibilis: in illa ex qua mori non potuit, in ista ex qua mortem suscepit. Hæc ibi. Ex prædictis ergo omnibus patet intentum articuli in principio appendicis dictum. Pro tanto enim adductæ sunt illæ hæreses, & ipsarum condemnationes: pro quanto solum contrariantur articulo, vel ei suffragantur. Quod etiam alibi semper aduertendum est: ad quem, scilicet finem ibi adducta adducantur: ne fiat confusio articulorum. Item a Veritatibus aureis super Legem Veterem, Deuteron. 37. conclusio. 7. Item a quæstio. 2. artic. 2. & quæstio. 13 artic. 1. Item ab Elucid. prima part. quæstio. 75. artic. 7. Item ab Elucid. Addition. articulorum numero. 359. Tertiò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

D. 1147.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo vide diuersitatem huius a præcedenti titulo: nam quęstio refertur ad diuinam naturam, ibi vero ad Deum: Nam hic quæritur, an humana prædicentur de natura diuina: ibi an humana prędicentur de Deo. Vnde cum inter Deum, & diuinam naturam sola sit differentia secundum modum significandi, omnia ista quæstio ad rem diuinam spectat, non vt res est absolute, sed vt res est significata nomine abstracto, puta deitas, aut diuinitas, vel æquiualente, puta natura diuina: essentia diuina, & huiusmodi.

¶ In corpore articuli duæ sunt conclusiones simul probatæ. Altera est: in Christo ea, quæ sunt vnius naturæ, non possunt prædicari de alia in abstracto significata. Altera est. In Christo ea, quæ sunt vtriusque naturæ, possunt indifferenter de nominibus concretis vtriusque naturæ predicari. Probantur simul. Ea, que sunt propria vnius, non possunt vere prędicari de alio, nisi de eo, quod est idem illi. ergo ea, quę sunt vnius naturæ, &c. Antecedens manifestatur, quia risibile non conuenit nisi ei, quod est homo. Consequentia vero probatur, primo: quia nomina concreta supponūt hypostasim naturæ. Et confirmatur deinde secunda conclusio auctoritate Leonis.

¶ Aduerte hic, quòd abstracta, & concreta nomina, quamuis cōueniant in significato formali (quoniam tam deitas, quam Deus deitatem significat, & similiter tam humanitas, quam homo humanam significat naturam) ex differenti tamen significandi modo inuento in illis, alia oritur differentia quo ad supposita per illa: nam abstractum nomen, & significat naturam, & supponit pro natura: deitas enim pro deitate supponit. Cōcretum uero significat quidem naturam, sed etiam supponit pro habente naturā, ac per hoc pro hypostasi naturæ, hypostasis enim est habens naturam: Deus enim supponit pro habente deitatem, pro hypostasi diuinæ naturæ, & similiter homo pro habente humanam naturam, pro hypostasi humanæ naturæ: & similiter risibilitas & significat, & supponit ipsam risibilitatem, sed risibile supponit pro habente risibilitatem. Et ideo risibilitas non prædicatur de humanitate, sed risibile vere prædicatur de homine, quoniam idem est habens humanitatem, & risibilitatem. Ex his igitur patet in primis assumptum in litera antecedens, cum sua manifestatione exemplari de risibili. Verissime siquidem dicitur, propria vnius non verificari de alia, nisi illud aliud sit idem huic, cui sunt propria, quemadmodum propria risibilitatis non uerificātur de humanitate, quia nihil est idē vtrique, sed verificantur de homine, quia homo est id humanæ naturæ, quod est idem habenti risibilitatem, idem enim subiecto est hypostasis humana, & subiectum risibilitatis. Patet deinde vis consequentiæ, quoniam dum explicatur in litera proprietas concretorum in supponendo, insinuatur differentia, quam explicauimus inter suppositionem concretorum, & abstractorum, ex qua fit, ut abstractum nomen vnius naturæ pateat importare omnino aliud ab his, quæ sunt alterius naturæ, s. ipsam solam naturam secundum se, ac per hoc, optime inferri, quod non prędicantur de abstracto ea, quæ sunt alterius naturæ: & similiter pateat concretum cuiusque in Christo naturæ importare id, quod idem est, quod commune est omnibus ad quamcunque naturam spectantibus, s. vnam, eandemque hypostasim & ideo optimè, inferri, quod indifferenter ea quæ sunt vtriusque naturæ de cōcretis vtriusque naturę, prædicantur.

Palud. 3. d. 7 q 1.
Alb. Mag. d. 6. ar. 1.

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc sit vera, Deus factus est homo.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod hæc sit falsa, Deus est homo. Cum enim homo significet substantiam, fieri hominem, est fieri simpliciter: sed hæc est falsa, Deus factus est simpliciter. ergo hæc est falsa, Deus factus est homo.

¶ 2 Præt. Fieri hominē est mutari: sed Deus non potest esse subiectum mutationis, secundum illud. Malac. 3. Ego dominus, & non mutor. ergo videtur quòd hæc sit falsa Deus factus est homo.

¶ 3 Præt. Homo secundum quod de Christo dicitur, supponit personam filii Dei: sed hæc est falsa, Deus factus est persona filii Dei. ergo hæc est falsa, Deus factus est homo.

SED CONRA est, quod dicitur Ioan. 1. Verbum caro factum est. Et sicut Athanasius dicit in Episto. ad Epictetū,* quod dixit, Verbū caro factū est, simile est, ac si diceretur, quod Deus homo factus est.

RESP. Dicendum quòd vnumquodque dicitur esse factum illud, quod de nouo incipit prædicari de ipso. Esse autem hoīem, verè prædicatur de Deo, sicut dictum est, † ita tamē quod non conuenit Deo esse hoīem ab æterno, sed ex tempore per assūptionem humanæ naturæ. Et ideo hæc est uera, Deus factus est homo. Diuersimodè tamen intelligitur a diuersis, sicut, & hæc, Deus est homo, vt supra dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendū, quod fieri hoīem, est fieri simpliciter in omnibus his, in quib. humana natura incipit esse in supposito de nouo creato. Deus autē dicitur factus homo, eo quod humana natura incępit esse in supposito diuinæ naturæ, ab æterno præexistente. Et ideo Deum fieri hominem, non est Deū fieri simpliciter.

AD SECVNDVM dicendum, quod dictum est, † fieri importat quòd aliquid prędicetur de nouo de altero. Vnde, quicunque aliquid de nouo prædicatur de altero cū mutatione eius, de quo dicitur, tunc fieri est mutari. Et hoc contingit in omnib. quæ absolutè dicuntur: non enim potest albedo, aut magnitudo de nouo aduenire alicui, nisi per hoc quod de nouo mutatur ad albedinem, uel magnitudinē. Ea uero, quæ relatiuè dicuntur, possūt de nouo prædicari de aliquo absque eius mutatione, sicut homo de nouo fit dexter absque sua mutatione, per motum illius, qui fit ei sinister. Vnde in talib. non oportet omne quod dicitur fieri, esse mutatum, quia hoc potest accidere per mutationē alterius. Et per hunc modū Deo dicimus, domine refugium factus es nobis. Esse autem hoīem, conuenit Deo ratione vnionis, quæ est relatio quædam: & ideo esse hoīem prædicatur de nouo de Deo absque eius mutatione per mutationem humanæ naturæ, quæ assumitur in diuinam personam. Et ideo cum dicitur, Deus factus est homo, non intelligitur aliqua mutatio ex parte Dei, sed solum ex parte humanæ naturæ.

AD TERTIVM dicendū, quòd homo supponit personā Filii Dei, nō nudā, sed prout subsistit in humana natura. Et ideo quāuis hæc sit falsa, Deus factus est persona filii Dei, est tamen hæc vera, Deus factus est homo, ex eo quod est unitus humanæ naturæ.

SVPER Q. XVI. ART. VI.

105 Inf. q. 53. ar. 3. c. Et 3. c. 3. q. 5. ar. 3. ca. & dis. 7. q. 2. Et op. 1. c. 18. Et opu. 2. ca. 6. Et Ro. 2. li. 2.

COncl. Hęc propositio, Deus factus est hō, est uera: diuersimode tamen intelligitur a diuersis.

¶ Prob. Quia esse hoiem, prædicatur de Deo post assumptionē carnis, ar. 1. Et unūquodque dicitur esse factum id, quod de nouo incipit prædicari de ipso. Secūda autem pars, s. diuersimode, &c. patet ex artic. 1. corp. (Vnde sequitur: quod & catholice ista propositio ad instar illius ibi dictę intelligenda sit; reiectis oīno hęreticis ex positionib. ibi narratis.

1^m de maiori.

Fieri hoiem. R. In supposito nouiter creato. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc. n. stat; quod fieri hominē in hoc sensu. s. quod natura humana nouiter facta & assumpta ē in supposito increato, seu æterno, nō sit fieri simpliciter: & in isto sē su conclusio art. intelligit fieri hoiem, qn dicit ly Deus factus est hō.

*post med. illius & in cip. Ergo arbitr.

†ar. 1. hui⁹ quæst.

¶ Not. Fieri simpliciter, est incipere de nouo esse totaliter; fieri, sed non simpliciter, est incipere de nouo esse, sed nō totaliter. Illud primū contingit; qn res, quæ dicitur facta. nullo modo, i. quo ad nihil sui erat in actu, anteq̄ fieret: hoc aūt secundum euenit tūc, qn res, quæ dicitur facta, modo aliquo. i. quo ad aliqd sui erat in actu, anteq̄ fieret. Qd ergo simpliciter fit, secundum totum quod est fit: ad differentiam ei⁹, qd fit nō simpliciter. Ad propositū igitur applicando, tūc quis fit simpliciter hō, cum nihil penitus habebat de esse in actu, anteq̄ fieret homo: tunc verò quis fit, sed non simpliciter, homo; cū aliquid habebat de esse in actu, antequā fieret hō. Ad hoc itaque, quod aliquis fiat simpliciter hō, oportet, quod de nouo recipiat nō solū naturam humanā, sed etiam suppositū creatū naturę humanæ: alioquin si recipit solū naturā ipsam, nō autem eius nouū suppositū, eo quod prius habuerit entitatiuè hoc, licet quidē hō, sed non fiet simpliciter. Erit tamen homo simpliciter, qm & humanā naturā, & suppositū antiquū pro supposito naturę humanæ habebit: sed nō erit factus simpliciter. Et hoc est; qd intendit textus per ly fieri hoiem est fieri, &c. vt ibi.

*ar. 1. hui⁹ quęst.

†In corp. art.

2 maior. Fieri hominē est mutari. R. In his, quæ absolute dicuntur. §. Tūc ni. &c. Nā fieri hoiem, qn dicitur de Deo, cōputatur inter illa; quę quodāmodo relatiue dicuntur. Esse. n. hoiem conuenit Deo ratione uniōis, quæ &c. vt in tex. Pro quo & uide ar 1. ad quartū. itē. q. 17. ar. 1. corp. ad fin.

3^m de maiori.

Personā filij Dei. R. Vt subsistentem in humana natura: non autem,

vt nudam. §. Tunc nihil, &c. Nam quamuis hæc sit falsa, Deus factus est persona, &c. vt in tex. Argumentum ergo procederet, si ly homo, secundum quod de Christo dicitur, supponeret personam filii Dei nudam: nunc vero, quia supponit eam hoc modo solum. s. vt subsistentem in natura humana; ideo non procedit.

APPENDIX

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis, & symbolo fidei; quod hęc propositio, Deus factus est homo, vera est. A scripturis quidem per hoc, quod de Christo dicitur Philipp. 2. Qui, cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. In similitudinem enim specificam hominum fieri est fieri hominem. Habens ergo formam Dei, idest Deus, exinaniuit semetipsum, per hoc, quod accepit formam serui, idest naturam eiusdem speciei cum hominibus. i. naturam humanam. (Hæc vocatur forma totius a philosophis): & per hoc, Deus factus est homo. En: quàm clare ab Apostolo habetur intentum. A symbolo autem fidei insinuatur idipsum dicente ly Qui, scilicet Deus verus de Deo vero, homo factus est. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli primo respondetur quæsito unica conclusione. Hæc est vera, Deus factus est homo. Probaturq; syllogismo satis clare posito, & ordinato in litera, ita vt non sit opus formare illum.

¶ Deinde aperit, quòd hæc propositio a diuersis diuersimodo intelligitur, iuxta dicta in primo huius quæstionis art. de ista propositione, Deus est homo.

¶ In rñsione ad 3m, si dubitas, uide scripta in art. 1. in rñsione ad vltimam. Et si tibi illa non sufficiunt, nec quiescis ex relatiua declaratione tam profundæ factionis, dicito q licet fieri hoiem, absolute importet mutationem in subiecto acquirente humanam naturã, puta in materia, attamen personam aliquã fieri hominem, non importat mutationem in persona acquirẽte naturã humanã. Et rõ diuersitatis est: quia subiectum quod fit homo, p transmutationem sui acquirit esse humanum: sed persona, quæ fit homo sola noua personatione humanæ naturæ fit homo. Personare autẽ naturam humanam non est mutari, sed subsistere nunc primo in illa. Et ideo filius Dei prius non erat homo, quia non personabat naturam humanã, & in tẽpore factus est homo, quia incępit quãq; personare naturam unam humanam, & per hoc acquisiuit primo esse substantiale humanæ naturæ, & nõ tñ esse relatiuũ: factus est hõ, factus est, substantia aĩata sensibilis, rationalis, & non ad aliquid, non ad humanam naturam. Et est non solum subiectum ppositionis ly Deus cum dicitur, Deus factus est homo: sed ut subiectum factionis, hoc est personationis nunc primo hoc enim fieri nihil aliud est, quam personare nunc primo. Et sic habes substantialem factionem, & terminum, & subiectum, absque mutatione subiecti. Et si tibi apparet mirabile, memento, quia nihil est mirabilius, quam uerbũ caro factum est, post Trinitatis arcanum.

¶ In responsione ad tertium si formalem responsionẽ nouitius optat, dicito quod ista est uera, Deus factus est subsistens in humana natura: hoc enim formaliter supponit ly homo. Et si ad materialiter substratum insiet descendi, dicito quòd hæc etiam est uera, Deus factus est persona filii Dei subsistens in humana natura. Sicut etiam cum paries fit albus uerè dicitur, quod paries factus est paries albus, vt patet in septimo Metaph. & ad propositum in 2. Sentent. distin. 7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hæc sit vera, Homo factus est Deus.

106 Ad septimvm sic proceditur. Videtur q hæc sit uera, Homo factus est Deus. Dicitur enim Rom. 1. Qd ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: sed Christus, secundum quòd homo, est ex semine Dauid secundum carnem. ergo homo factus est filius Dei.

Locis sup. 26. citatis.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in 1. de Trin. * Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum: sed rõne illius susceptionis hæc est uera, Deus factus est homo. ergo similiter hæc est vera, Homo factus est Deus.

* Li. 1. c. 13 circa prin. to. 3.

¶ 3 Præt. Gregorius Nazianzenus dicit in Epist. ad Eldonium, † Deus quidem humanatus est, homo autem deificatus, vel quolibet aliter noiauerit: sed Deus ea rõne dr humanatus, quia est homo factus. ergo hõ ea rõne dr deificatus, quia est factus Deus. Et ita hæc est uera, hõ factus est Deus.

* In epist. 1. ad Eldoniũ inter prin. & me.

¶ 4 Præt. Cum dr, Deus factus est homo, subiectum factionis, uel mutationis non est Deus: sed humana natura, quã significat hoc nomen homo: sed illud vr esse subiectum factionis, cui factio attribuitur. ergo hæc magis est uera. homo factus est Deus, quàm ista, Deus factus est homo.

Sed contra est, q Dam. dicit in 3. lib. * Non hoĩem deificatũ dicimus, sed Deum humanatum: idẽ aũt est fieri Deum, q deificari. ergo hæc est falsa, homo factus est Deus.

* lib. 3. c. 2. non longe a fine.

Resp. Dicendum q ista propositio, hõ factus est Deus, tripliciter põt intelligi. Vno modo, ita q hoc participium, Factus, determinet absolutè, vel subiectum, uel pdicatũ. Et in hoc sensu est falsa: quia neq; hõ ille, de quo Deus prædicatur, est factus, neq; Deus est factus, vt infra dicetur. * Et sub eodem sensu hæc est falsa, Deus factus est homo: sed sub hoc sensu non quæritur hic de istis propositionibus. Alio modo potest intelligi, vt ly Factus, determinet compositionem, vt sit sensus, homo factus est Deus, i. factum est, ut homo sit Deus. Et sub hoc sensu vtraque est uera, & homo factus est Deus, & Deus factus est hõ: sed hic non est proprius sensus harũ locutionum: nisi fortè intelligat sm q ly hõ, non hẽt personalẽ suppositionẽ, sed simplicem. Licet. n. hic hõ non sit factus Deus, quia hoc suppositũ. s. persona filii Dei, ab ęterno fuit Deus, tñ homo, cõiter loquendo, nõ semp fuit Deus. Tertio modo pprie intelligitur, secundũ q hoc participiũ factus, ponit fieri circa hominẽ in respectu ad Deum, sicut ad terminum factionis. Et in hoc sensu, supposito quòd in Christo sit eadẽ psona, & hypostasis, & suppositũ Dei, & hominis (vt sup. ostensum est †) ista propositio est falsa: quia cũ dicitur, homo factus est Deus, ly hõ, habet personalem suppositionem. Non enim esse Deum, uerificatur de homine ratione humanæ naturæ, sed rõne suppositi sui: suppositũ autẽ illud humanæ naturæ, de quo verificatur esse Deum, est idem qd hypostasis, seu persona filii Dei, quę semp fuit Deus. Vnde non põt dici, quòd iste homo incępit esse Deus, vel quòd fiat Deus, aut quòd factus sit Deus. Si uero esset alia persona, vel hypostasis Dei, & hominis, ita quòd esse Deum, prædicaretur de homine, & econuerso, per quandã coniunctionem suppositorum, uel indignitatis personalis, vel affectionis, uel inhabitationis, vt Nestoriani dixerunt, tunc pari ratione posset dici, quòd homo factus est Deus, idest, coniunctus Deo, sicut, & q Deus factus est homo, idest coniunctus homini.

* ar. 8. & 9. huius q.

† q. 2. ar. 3.

Ad primvm ergo dicendum, q in verbis illis Apostoli hoc relatiuum Qui, qd refert psonam filii Dei, non debet intelligi ex parte pdicati, quasi aliquis existens ex semine Dauid, sm carnem sit factus filius Dei, in quo sensu obiectio procedebat: sed debet intelligi ex parte subiecti, vt sit sensus, q filius Dei factus est, s. homo, ad honorẽ Patris (vt Glo. exponit) existens ex semine Dauid secundum carnem. Ac si diceret filius Dei factus est habens carnem ex semine Dauid, ad honorem Dei.

Medina ar. 7.

SVPER Q. XVI. ART. VII.

Concl. Nõ potest dici: q iste homo, vel inceperit esse Deus, vel fiat Deus, uel factus sit Deus. Hoc est, ad literã tituli. Hęc propositio, hõ est factus Deus, falsa est.

¶ Prob. 1. Quia, cũ dr hõ factus est Deus, ly homo pprie supponit pro persona (vt patet ad 4. itẽ ar. 5. corp.) Et persona Chri hois semp fuit Deus, nec vnquã facta est Deus. q. 2. ar. 2. itẽ q. 4. ar. 2. Secũdò. Quia, si ly hõ factus est Deus, nõ esset ppositio falsa, sequeretur hæresis Nestoriana.

1m illatio conclusionis. Ergo homo &c. R. Negatur illatio, §. Procedit. n. ex pmissis male intellectis. Nã false intelligit maior illa authoritatẽ Rom. 1. In verbis siquidẽ illis Apostoli hoc relatiuũ, &c. vt in tex.

Secundum

3m ex B. Augustino. Et hominem Deum. R. Loquendo vere, sed non proprie. §. Prout. s. declarat in tex. & in corp. ly alio modo potest intelligi, vt &c. vsq; ad ly harum locutionum. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli, quando negat hanc propositionem, homo factus est Deus, accipit eam in alio sensu, quã accipiatur u D. August. per argumentum adducto.

* positū in arg.

3m ex D. Greg. Naz. Homo autem deificatus. R. i. factum est, vt homo esset Deus. §. Tunc nihil, &c. Nã falsum est; q homo dicatur, secundum Greg. ipsum, deificatus ea rõne, quia fit factus Deus: vt deducit argumentum. Non ostenditur ergo articuli conclusio p aothoritatem illam Gregorij; qñ loquitur in diuerso sensu ab illa. vide ad secundum.

† In corp. art.

D. 1052.

4m de maiori. Hoc nomen, homo. R. Positum in pdicato. §. Tunc nihil, &c. Nam, cum dr, homo factus est Deus, ly homo non ponitur in prædicato; sed in subiecto. Terminus autem in subiecto, &c. vt in tex.

Ad secundum dicendum, quòd illud uerbum Aug.* est intelligendum in illo sensu, secundum q ex illa susceptione incarnationis factum est, ut homo esset Deus, & Deus esset homo. In quo sensu ambæ locutiones sunt veræ, ut dictum est. † Et similiter dicendum est ad tertium: nam deificari idẽ est, quod fieri Deum.

Ad tertium dicendum, q terminus in subiecto positus tenetur materialiter, idest pro supposito: positus uero in prædicato, tenetur d formaliter, idest pro natura significata. Et ideo cum dicitur, Homo factus est Deus, ipsum fieri, non attribuitur humanæ naturę, sed supposito humanæ naturæ, quod est ab æterno Deus, & ideo non conuenit ei fieri Deum. Cum autem dicitur, Deus factus est homo, factio intelligitur terminari ad ipsam humanam naturam. Et ideo propriè loquendo, hæc est uera, Deus factus est homo: sed hæc est falsa, Homo factus est Deus: sicut si Socrates cũ prius fuerit homo postea factus est albus, demonstrato Socrate hæc est vera, Hic homo hodie factus est albus: hæc tamen est falsa. Hoc album hodie factum est homo. Si tamen ex parte subiecti poneretur aliquod nomen significans naturã humanam in abstracto, posset hoc modo significari, vt subiectum factionis, puta, si dicatur, quòd natura humana facta est filu Dei.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis, & Damasceno insinuatũ q ppositio hæc, Homo factus est Deus, est falsa. A Damasceno quidẽ: vt in argu. contr. Vbi aduerte: q ly non homine deificatũ, sumitur aliter a Damasceno; q̃ sumebatur u Greg. Nazianzeno in argum. tertio. Vt. n. ibi ex responso habitum fuit, Greg. loquebatur improprie: hic verò Damascenus loquitur propriè. A scripturis autẽ p hoc, quòd dr Ioan 8. Tu quis es? Respondit. Principium; qui & loquor vobis. Patet. n. quod ly quis, secundum se quærit de persona, & sm intentionem Iudæorum quærit de persona humanitatis; qñ Iudæi, cum Christi diuinitatem nec cognoscerent, nec cognoscere uellent, immo eã pro suo posse negarẽt, non intendebant p ly qs, interrogare, nisi de persona humanæ naturæ, quã oculis corporalib. uidebant. Chrs igit rñdendo ad interrogata per ly principiũ, uitẽ dit designare psonã humanitatis. Cõstat uerò tũ ex 1. q. 44. ar. 1. & q. 45. ar. 5. quod oẽ creatum est principiatum a Deo: tum ex q. 2. art. 5. quòd persona creata consequitur ad unionem animæ cum corpore, tanquam aliquid inde principiatũ: quocirca fit, ut psona creata sit duplici iure uocanda principiatum, scilicet a Deo, & ab unione corporis & animæ. Non ergo de persona humanitatis suæ respondisset Christus ly ego principium: nisi humanitatis suæ persona esset increata, & ab vnione animæ cum corpore independens. Idem ergo est; ac si respondens Christus per ly ego principium, apertius dixisset: Persona humanitatis meæ est Deus, seu persona diuina. Cum igitur in Christo ly homo, dicat personam humanitatis diuinam: Et personam diuinam fieri Deum, sit impossibile: relinquitur ab ipsa scriptura scholasticis Theologis proculdubio concludendum; quod propositio ista, Homo factus est Deus, sit impossibilis. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

In corpore duo fiunt. Primo, ponitur duplex propositionis sensus improprius: & iuxta vtrumq; rñdetur. Secundo, ponitur tertius sensus, qui solus est proprius, & respondetur quæsito.

¶ Quo ad primũ uide nomine, quod in primo sensu copula verbalis est ly est. Et ly factus, ponitur vel adiectiuum subiecti, puta homo factus: sicut si diceretur, homo creatus vel adiectiuum prædicati, puta Deus factus: ita, quòd sensus esset, vel quod factus homo est Deus, vel quod homo est Deus factus. Et vtroque modo iudicatur falsa: & de secunda quidem non est dubium. Prima autem falsa iudicatur: quia ly homo, in subiecto stat pro hypostasi, ac per hoc dicendo, homo factus, enunciatur de persona humana facta, quòd est Deus: constat autem nullam esse personã siue humanam, siue diuinam, factam quæ sit Deus: nam persona humana, quæ est Deus, est non facta, sed genita ab æterno, Deus de Deo.

¶ In secundo autem, quamuis improprio sensu, dicuntur quinque, primo, ponitur modus, quo sumitur ly factus: & dicitur sumi, vt modus determinans compositionem, sicut in propositionibus modalibus ly possibile, aut necessarium determinare dicitur compositionem, ita quòd propositio ista, Homo factus est Deus, sonat illam, Hominem esse Deum, factum est: Et propterea, secundo in litera explicatur dictus sensus eiusdem, s. factum est, ut homo sit Deus. & similiter Deus factus est homo, factũ est, vt Deus sit homo. Tertio dr, quòd propositio vtraque est uera in hoc sensu. Quarto, q hic sensus non est proprius harum propositionum. Et ratio quidem logica est: quia ly factus, non est modus determinatiuus compositionis sicut ly possibile, aut necessarium. Ratio verò realis ad sensum respiciens, quæ in litera redditur, cum quinto subiungitur, quomodo sensus iste potest proprietatem forte habere, est quia hic homo, de quo enunciatur factum esse Deum, non est factus, ita quòd neque ab æterno, neq; ex tempore factũ est, vt homo, hoc est, hic homo, esset Deus: constat enim quod ly homo, supponit in hac enunciatione pro hoc homine: quia supponit personaliter, & determinate, & q hic homo est Deus ab æterno genitus, non factus, est hypostasis filii Dei. Non est igitur proprius sensus harum locutionum, dicere, Factum est ut homo esset Deus. Posset tamen, vt quinto dr in litera saluari, vt proprius sensus, sustinendo quod homo habeat suppositionem simplicem, hoc est, supponat pro natura humana in concreto communiter; nam factum est, quod homo sit Deus, quamuis non sit factũ quòd aliquis singularis homo sit Deus. quia ille singularis homo, qui est Deus; est naturaliter, & ab æterno Deus.

¶ Occurrit hic aũt circa duo qõ. Primo circa suppositionẽ simplicem, & proprietatem ppositionis sic sumptæ. Secunda, circa psonalem, an iste homo sit factus Deus. Est autẽ dubitandi rõ circa primum: quia dicendo, homo est factus Deus, ly homo supponit pro habente naturã humanam indeterminate, aliud. n. est dicere, hic homo est factus Deus: & aliud est dicere, hõ est factus Deus: quoniam homo supponit confuse pro habente naturam humanam, hic homo autem determinate.

¶ Ex hinc fit primo, vt ratio literæ nihil ualeat, reprobando illam. Homo factus est Deus: quia ista est falsa. Iste homo factus est Deus. Fit secundo, ut nõ Logice dicatur in litera, quod supponat simpliciter ly Homo, stando pro homine communiter: quoniam supponit personaliter, confuse tamen immo naturalis suppositio termini communis concreti, est supponere pro habente naturam indeterminate. Fit tertio, vt quia ista propositio, Homo factus est Deus, in personali suppositione proprissime sumpta est uera; qa in ueritate homo est Deus, & non semper fuit Deus, sed p unionis gratiam est Deus: male in litera arguatur falsitatis. Fit quarto, vt Scotus in tertio sententiarum distinctione septima, quæstio. 2. rectius dixerit, quod ista propositio, Homo factus est Deus, est simpliciter uera, & propria tum; quia homo per actionem agentis est Deus, & non semper fuit Deus: tum quia est conuertens illam, Deus factus est homo.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd inter personalem, & simplicem suppositionem hæc est differentia, quod si ly Homo, supponit personaliter, oportet prædicatum conuenire alicui personę humanæ: quòd cum de nulla persona humana, nec de omnibus simul verificatur, de homine personaliter sumpto non uerificatur, vt patet discurrenti, tam in propositionibus per se, quam per accidens. Si vero supponit simpliciter, prædicatum conuenit homini abstrahenti a suis oppositis, ita quod uerificantur de homine communiter, & de nullo homine, nec de omnibus simul verificatur.

¶ Ad propositum autẽ descendendo, considerandum est, quòd in

in illa propositione, Homo factus est Deus, ly Homo supponit personaliter proprie loquendo: quia ly factus est, non permittit hominem supponere nisi personaliter: sicut cum dr. Homo factus est albus, quoniam fieri reale, non est hominis cōiter, sed hominis singularis. Et propterea ad veritatem illius, Homo factus est De°, oportet ueram esse istam, aliquis homo factus est Deus: sicut ad veritatem illius, homo factus est albus, oportet quod aliquis homo sit factus albus. Sed si ly homo, supponat simpliciter: veritas eius non exigit, ꝙ aliquis homo sit factus Deus, sed sufficit quod per actionem alicuius agentis factum sit, vt de homine absolute verificetur de nouo esse Deum. Et quia potest dici, quòd iste sensus est proprius sensus illius propositionis a doctoribus positæ (ita quod de homine absolute dixerunt, quòd factus est Deus) nec hęc proprietas est vsquequaque clara, ideo Auctor dixit, Nisi forte, &c.

¶ Ad obiecta igitur respondendo dicitur, concedendo, quòd homo, proprie loquendo, supponit pro habente naturam humanam indeterminate, & quòd alia est propositio, Homo factus est Deus, & alia, Hic homo factus est Deus. Sed cum infertur primo. ergo ratio literæ nihil valet, respondetur, quod efficax est: quia licet sint diuersæ propositiones, negatio tamen illius singularis, scilicet, hic homo est factus Deus, infert negationem illius indefinitæ, homo factus est Deus: quoniam gratia materiæ vnū singulare in proposito æquiualet omnibus singularibus; constat enim unum tantum hominem esse Deum. Et propterea sicut a negatione omnium singularium infertur negatio indefinita, ita in proposito a negatione vnius singularis destruitur indefinita.

¶ Ad secundum dicitur, quòd quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & prædicatum integrum, scilicet factum esse Deum, verificandum est, & non potest verificari de homine personaliter siue confuse, siue determinate, ideo ad suppositionem simplicem recursum est, Logicum quippe est, vt homo supponat simpliciter pro habente naturam, abstrahendo a singularibus: non solum quo ad significationem, sed quo ad id, quod prædicato supponat, & hæc non est eius naturalis suppositio, sed cū personaliter supponit pro habente naturam indeterminate.

¶ Ad tertium dicitur, quod iam patet, falsum esse, quod personaliter sumpta illa propositio, homo factus est Deus, sit uera: nec est verum de homine personaliter sumpto, quòd per gratiā vnionis est Deus.

¶ Vnde ad quartum ex Scoto dicitur, quod si Scotus utitur suppositione simplici, verum dicit: & affirmat proprietatem sensus, quam Auctor in litera sub dubio relinquit: sed in ueritate ly Factus est, transit in impersonalem: hoc est, factum est, ut homo esset Deus. Quod non uidetur de intentione Scoti, volentis illam, Homo factus est Deus, sequi per conuersionem ad illam, Deus factus est homo: oportet enim personaliter supponere hominem, si per conuersionem sequitur ad illam. Et propterea si (vt apparet) vtitur suppositione personali. directe dicit contra Auctorem, sed falsum dicit: quoniam personaliter sumpta ꝑpositio illa, homo factus de Deus, est falsa: Et cum probatur, quia istæ sunt veræ, homo per actionem agentis est Deus: &, homo nō prius erat Deus, respondetur ꝙ prima est falsa, quia ueritas eius exigit veritatem alicuius suæ singularis, scilicet quod aliquis homo per actionem agentis est Deus, qui prius non fuit Deus, Constat autem: quod nullus homo per actionem cuiuscumque agētis est de nouo Deus: quia ille homo, scilicet Iesus Nazarenus, qui solus inter homines est Dèus, non est de nouo Deus, sed ab æterno: nec per actionem alicuius agentis, sed æterna natiuitate a Patre est Deus. Nec est uerum quòd illius, Deus factus est homo, conuertens sit, homo factus est Deus, sed illa, Qui factus est homo, est Deus, sicut ista, Paries factus est albus, non cōuertitur in istam, Album factum est paries, sed in istam, Quod factum est album, est paries.

¶ Secundum dubium occurrens est: quia uidetur quod etiā factum sit, quod iste homo sit Deus: nam ly iste homo stat pro supposito æterno, non quatenus est æternum, seu hypostasis diuinæ naturæ: sed quatenus est ex tempore hypostasis humanæ naturæ. Constat autem, ꝙ factum est per gratiam diuinam, ut hypostasis diuinæ naturæ, esset hypostasis humanæ naturæ, & quod hypostasis humanæ naturæ, esset ipsa uerbi hypostasis. Et sic propositio esset uera, & sensum proprium habet secundum personalem suppositionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in hac vltima particula literæ non est sermo de ueritate, sed de proprietate sensus. Et propterea licet assignatus sensus obiciendo, sit uerus, non tamen est proprius dictæ propositionis: quia ly homo, ex parte subiecti personaliter, ac determinate supponens, debet sumi pro illa hypostasi absolute: & non pro illa, vt abstrahit a seipsa (vt obiecto sumit) quia subiecta tenentur materialiter: constat autem quòd absolute sumpta hypostasi illa falsum est quod factum sit illam esse Deum. Vbi tamen huiusmodi dicta inueniuntur, pie interpretanda sunt, nec extendenda.

¶ Quo ad secundum, tertius sensus ponit, quòd hoc totum. Factus est, ponitur pro copula verbali: sic enim ly factus est, ponit circa hominē, vt subiectum fieri, non absolutē, sed in ordine ad Deū, vt terminum factionis: ita ꝙ sensus proprius est, ꝙ homo effectus est Deus. Et in hoc sensu proprie respondetur quæsito, quòd ꝑpositio est falsa: & manifestatur, & probatur. Manifestatur quidē, & ex supposita sententia fidei falsificante dictam propositionem, & ex contraria hæresi Nestorianorum verificante eandem. Ponendo enim vnam tantum in Christo hypostasim, cum illa sit genita Deus ab æterno, & supponatur per ly homo, non potest dici, quod factus est Deus. Ponendo autem cum hæreticis duas in Christo hypostases. optime uerificatur, quod homo factus Deus, quia ille homo coniunctus est Deo, sicut econtra, Deus factus est homo, idest coniunctus est illi homini: secundum hos hæreticos. Probatur autem sic. Esse Deum verificatur de homine non ratione naturæ, sed suppositi. ergo fieri Deum, de supposito quoq; uerificari debet, si propositio est uera: sed de supposito non potest uerificari fieri Deum. Probatur: quia ab æterno est Deus, nec vnquam cępit esse Deus, aut fieri Deus, aut quòd factus sit Deus. ergo. Antecedens patet. Consequentia uero probatur: quia eiusdem est fieri, & esse, si fit, cum fieri terminetur ad esse.

¶ Aduerte circa hæc, quòd cum in omni factione, qua vnum fit aliud, non solum concurrat terminus, sed subiectum, seu quasi subiectum, & in hac factione, vt in litera dicitur. Deus significetur, vt terminus, per hanc propositionem, Homo factus est Deus, restat vt homo significetur ut subiectum: & ideo, vt in litera dicitur, est falsa propositio ista, Homo factus est Deus. Et tamen si relatiuē iudicetur ista factio, uerissimum est, quòd Deus est terminus, & homo formaliter est subiectum: quia secundum rem mutatio ponitur in homine formaliter, & in Deo non nisi ut in termino. Quo fit, vt ad rem spectando, deberet ista ꝑpositio, Homo factus est Deus, dici vera, & magis uera, quàm illa, Deus factus est homo: quia in illa subiectum factionis ponitur subiectum, & terminus ponitur terminus, in ista autem, econtra: & tamen totum oppositum affirmatur: quia ista Deus factus est homo, affirmatur, & in Euangelio, Verbum caro factum est, & in symbolo, Et homo factus est: illa autem, Homo factus est Deus, communiter dicitur falsa.

¶ Quorsum hæc? Propter duo. Primum est, vt non sistas in factione relatiua, sed intelligas in hoc mysterio fieri illud, quo dicitur, Verbum caro factum est, & homo factus est, esse non fieri relatiuum; quia non caro, non homo factus est Dei filius, sed ad carnē, ad hominem? & militarent multum argumenta allata. Sed fieri substantiale, non quale est fieri, quo materia transmutatur in carnem, aut humanam naturā: sed quale est fieri, quo fingeretur, Socratem fieri hominem. Nam sicut alio modo se habet esse inter Socratē, & humanam naturam ex una parte, & inter materiam, & humanam naturam ex altera parte, ita dissimiliter se habet fieri inter hæc, & illa: cum enim dicimus, Socrates est homo, non denotatur aliud esse prædicati, & aliud subiecti: sed cum dr, Materia est humana, aliud esse essentiale denotatur materiæ, & aliud humanitatis. Et ideo fieri medians inter materiam, & esse humanum, fieri substantiale quidem, sed mutationis est ipsius materiæ: inter Socratem autem, & humanam naturā non mediat fieri mutationis: sed aut nullum, aut sine mutatione. Et ad hoc fieri spectat fieri illud, quo verbum caro factum est: sicut ad hunc essendi modū spectat esse illud, quo uerbum est homo, in primo modo dicendi per se, vt patet ex supradictis.

¶ Secundum est, quòd cum his stat, ꝙ interuenit in hoc mysterio mutatio relatiua, secundario tñ: ita quod cum de hoc mysterio loquendum est, dicito, quòd interueniant hic duo, s. actio, & mutatio. Et quòd factio quidem est substantialis, qua Verbū caro factum est: & locū subiecti tenet in hac factione substātiali verbum: quia s̄m rei ueritatem concurrit in hoc fieri uerbum: ut hypostasis, quæ naturæ subiicitur, naturam substantificans, in natura subsistens. Et natura ipsa humana (de qua est sermo) tenet locum termini, quamuis non tñ, ut dicetur. Mutatio autem est relatiua: & respectu huius natura humana tenet locum subiecti, uerbū autem locum termini: quia uerbum non refertur, nisi quia natura refertur ad uerbum. Et quoniam non de mutatione, sed de factione est sermo in istis propositionibus, ideo illa est simpliciter uera, Deus factus est homo: in eo siquidem de eo, quod est, ut subiectū factionis, dicitur, quòd factum est homo, quod constat esse uerissimum, & proprissime dictum: illa uero, Homo factus est Deus, est simpliciter falsa: quoniam in ea enunciatur ut terminus factionis Deus, qui nec ratione naturæ, nec ratione suppositi potest terminare factionem circa suppositum hominis ex significatione propositionis positam, cum dicitur, homo factus est Deus.

¶ In responsione ad primum aduerte nouitie, quòd tota uis argumenti consistit in illo pronomine, Ei: quasi dixerit Apostolus, de filio suo, quia factus est ei, hoc est Deo filius, &c. Et propterea rāsio consistit in hoc, quòd ly Ei, idem significat quod ad honorē

eius: & construitur sic, Qui factus est ad Dei honorem ex semine Dauid secundum carnem.

¶ In responsione ad secundū, & tertiū habes piam interpretationem Græcorum, in Gregorio, & Latinorum in Augustino.

¶ In responsione ad quartū uide in calce rñsionis, q natura humana dr subiectum factionis, non solum ea rōne, quia est subiectū mutationis relatiue, sed quia substantiale fieri in mysterio incarnationis inuentum conuenit humanæ naturæ passiue: qm̄ hoc fieri non est, nisi verbo vniri naturam humanam in unitatem hypostaticam, vbi constat verbum personare naturam, & naturam personari in verbo. Et licet verbum personare naturam, non sit agere, (cum non sit cōmune toti Trinitati, cui omnis actio ad extra cōis est, sed soli verbo conueniat:) & consequenter naturā a verbo personari, non sit pati: quia tamē hoc fieri, (physice loquendo) nō est nisi personatio humanæ naturæ in verbo, vt nunc primo dependens a tota Trinitate, vt causa efficiente, & uerbū in ipsa personatione concurrat vt hypostasis, & natura humana vt patiens ipsam factionem suæ personalitatis in verbo: tam uerbum, quàm natura humana potest significari, vt subiectum factionis in hoc mysterio. Et propterea in litera dicitur, quòd dici potest, Humanitas facta est Dei, non autem, quod homo factus est Deus.

S.Bon.3.s.d.11.q.1.ar.2.
Scot.3.s.d.11 q 1.
Rich.3.s.d.11 q.1.
Durand.3.s.d.11.q.1.
Cap.3 d.11.q.1.con.1.
Palud.3.d.11 q 1.
Alb.Mag.3.d.11.ar.1.
Medina ar.8.

107

Inf. q. 20. ar. 1 ad 1. Et 1.q.41 a.3.c. & ad 4. Et 3.d.4 q.2.a.2.ad 4. & d.11. q.1.ar.2.& d.21. q.1. a.3. ad 3. Et 4. cō.c. 48. Et ver. q.29.ar.1. ad 1. Et o. 3.c.223.& 1.Cor.35. lec.3.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæc sit vera, Christus est creatura.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit vera, Christ⁹ est creatura. Dicit enim Leo Papa. Noua, & inaudita conuētio: Deus qui est, & erat, fit creatura: sed illud pōt prædicari de Christo, quòd filius Dei factus est per incarnationem. ergo hæc est uera, Christus est creatura.

¶ 2 Præt. Proprietates vtriusque naturæ, possunt pdicari de hypostasi cōi vtriusq; naturæ quocunq; noie significetur, vt sup. dictum est: * sed proprietas humanæ naturæ est esse creaturam: sicut, & proprietas diuinæ naturæ est esse creatorem. ergo vtrumq; potest dici de Christo, scilicet quòd sit creatura, & quòd sit increatus, & creator.

*art.5.huius q.

¶ 3 Præt. Principalior pars hominis est anima, quàm corpus: sed Christus ratione corporis, quòd de Virgine traxit, dicitur esse simpliciter natus de Virgine. ergo ratione animæ, quæ creata est a Deo, dēt simpliciter dici, q Christus sit creatura.

SED CONTRA est, quòd Ambro. dicit in lib. de Trinit. † Numquid dicto factus est Christus? numquid mandato creatus est Christus? quasi dicat, non. Vnde subdit, Quomodo autem creatura in Deo esse potest? etenim Deus naturæ simplicis est, non coniunctæ. ergo hæc non est concedenda, Christus est creatura.

† In lib.2. de fid.c.7. circa med. to.2.

RESP. Dicendum, quòd sicut Hiero. * dicit, ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Vnde cū hæreticis, nec nomina debemus habere communia, ne eorum errori fauere uideamur. Arriani autem hæretici, Christum dixerunt esse creaturam, & minorem Patre, non solum ratione humanæ naturæ, sed etiam ratione diuinæ personæ. Et ideo non est absolutè dicendū, quòd Christus sit creatura, uel minor Patre, sed cum determinatione, s. secundum humanā naturā. Ea vero, de quibus suspicari non pōt, quod diuinæ personæ conueniant sm̄ seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione humanæ naturæ, sicut simpliciter dicimus Christum esse passum, mortuum, & sepultum: sicut etiam in reb. corporalibus, & humanis, ea, quæ in dubitationem uenire possunt, an cōueniāt toti, vel parti, si insunt alicui parti, non attribuimus toti simpliciter. i. sine determinatione, non. n. dicimus q æthiops est albus, sed q est albus secundum dentes. Dicimus autem absque determinatione, q est crispus: quia hoc non potest ei conuenire, nisi secundum capillos.

*refert in 4. Sētē. d. 13. in fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquando sancti doctores causa breuitatis determinatione omissā, nomine creaturæ vtuntur circa Christum: est tamen in eorum dictis subintelligenda determinatio, inquantum homo.

AD SECVNDVM dicendum, q omnes proprietates humanæ naturæ, sicut, & diuinæ, possunt aliqualiter dici de Christo. Vnde, & Dam. * dicit in 3. lib. q Christus, qui Deus est, & homo, dicitur, & creabilis, & increabilis, partibilis, & impartibilis: sed tamen illa, quæ dubitationē habent circa alterutrā naturā, non sunt dicenda absq; determinatione. Vnde ipse postea alibi subdit, † ipsa vna hypostasis, s. Christi, & increata est deitate, & creata est humanitate. Sicut, & econuerso non esset dicendum sine determinatione, Chr̄s est incorporeus, vel impassibilis ad euitandū errorem Manichæi, q posuit Christum verum corpus nō habuisse, nec verè passum esse: sed dicendum est cum determinatione, quòd Christus secundum deitatem est incorporeus & impassibilis.

AD TERTIVM dicendum, q de natiuitate ex Virgine, nulla dubitatio potest esse, quòd conueniat personæ filii dei, sicut potest esse de creatione. Et ideo non est similis ratio vtrobique.

*lib.3.c.4. in fine, & c.3. a med.

†lib.4.c.5. a med.

D. 2213.

D. 617.

SVPER Q. XVI. ART. VIII.

CONCL. 1. Non est absolute dicendū, quod Christus est creatura; sed cum determinatione. s. secundum humanam naturam.

¶ PROB. Quia Arriani absolute dixerunt, Christum esse creaturam (cum enim creaturam sm̄ vtramq; naturam tenebant). Et cū hæreticis nec nomina debemus habere cōia, (ne scilicet errori ipsorū fauere uideamur).

¶ CONCL. 2. Ea, de quib. suspicari non pōt, q diuinæ personæ sm̄ seipsam cōueniant, possunt simpliciter dici de Christo, ratione humanæ naturæ.

¶ PROB. Quia de se patet, maxime adducto exemplo corporalium; vt in tex.

1^m^ ex Leone.

Fit creatura. R. Secundū humanitatē. §. Sic enim in dictis Sāctorū, sicubi inueniantur, subintelligitur. Tunc &c. Non enim articuli conclusio 3. negat, q Christus secundum humanitatem sit, & uocandus sit, creatura: sed dicit, q ipse neq; est, neq; uocandus est, creatura absolute. i. sine determinatione. Quæ quidē semper a nobis loquentibus exprimenda est; licet eam semper a se subintellectā, sancti quique in dictis suis non expresserint: qm̄ Sanctorū uitæ, intentionisq; irrepræhēsibili nostra nec uita, nec intentionis, irreprehensibilitas coæquāda est. Non ergo in hoc ad literā a nobis imitandi sunt; quāuis sint pie ac reuerēter exponendi. Hanc regulam pie Sanctos interpretandi, uide clarius q.4. art. 3. ad primum.

2^m^ de maiori. Possunt pdicari. R. Vel cū determinatione, vel sine, iuxta diuam pdicatorū. §. Probat, s. declaratur in corp. post secundam conclusionē. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusionib. Ex hoc loco habes quomō glossanda sint, & intelligenda, prædicta in artic. 5. de communione idiomatum. Caute igitur circa locutiones de tali communione existētes procedendum est: tum propter veritatem clarius exprimendam, tum propter hæreses omnino eliminandas.

3^m^ illatio conclusionis. Ergo rāne animæ, &c. R. Negatur illatio. §. Proceditur. n. ex falso hoc: q facit idē iudicium de illis locutionibus; de quibus est diuersum. Nam de natiuitate, &c. vt in tex. De tali differētia uide corp. ad finem.

APPENDIX.

EX articulo hēs primo: qūo per rationē, tanquam in radice, interimas hæresim Ebionis, Cerinthi, Carpocratis, Photini, Artij, Artemonis, Nestorii, dicentium: q Christus nō est natura De⁹. Itē heresim Agarenorū dicētiū; q Chr̄s est solū excelsa qdā creatura oēs alias creaturas excellens. Et hrsim Asterij dicentis: q Christus est Dei virtus: creatura tamen, & merus homo. Omnes enim pdicti cōueniunt in hoc; quòd propositio ista, Christ⁹ simpliciter est creatura: contra quam præsens articulus directe pugnat, eamq; efficaciter expugnat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; illas omnes, & ex consequenti illud, in quo conueniunt, meritò damnari, a Papa Eugenio IIII. in Concilio Florent. Sacrosancta Romana Ecclesia damnat Ebionem, Cherintum, Marcionē, Paulum Samosatenū, Photinum, omnesq; similiter blasphemantes: qui non ualētes percipere unionem personalē humanitatis ad verbum, negauerunt Christum Iesum Dominū nostrum esse verum Deum; ipsum purum hominem confitentes, qui diuinæ gratiæ participatione maiori, quam sanctioris vitæ meritò suscepisset, diuinus homo diceretur. Hæc illæ, in constitutione super vnione Iacobinorum. Itē dictis

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

dictis q.2.ar.1.appen. Et q.6.ar.6.appen. Item a Ioã 8. Ego principium,&c.vt eum expositione ponitur in ar.7.appen. Item a Cõcilius multis supra in multorum articulorum appendicibus recitatis. Item a Philipp.2. Qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Hoc est. Qui vere per naturã,non false per rapinam (vt appetiit Lucifer)est,æqualis Deo. Item a Ioã.10. Ego & pr̃ unũ sumus.& cap.1.Deus erat Verbum. Item a 1.Ioan.1.Quod fuit ab initio,quod audiuimus,quod vidimus oculis nr̃is,& manus nostræ contrectauerunt de uerbo vitæ;annunciamus uobis vitã æternã, quæ erat apud patrem,& apparuit nobis. Ecce: Chr̃s, si non fuisset homo,neq; uideretur oculis humanis corporaliter, neque sic aurib. audiretur,neq; sic manibus contrectaretur: & tñ horum ueritate stante,ipsemet dicitur hic non creatura,sed quod fuit ab initio, sed vita æterna, sed qui erat apud patrem. Ac si apertissime dicatur:Christus,etiã quod habeat humanitatem, seu et quod sit verus homo, neq; simpliciter est,neque simpliciter dicendus est, creatura. Naturam.n.diuinam simul habet, quæ uita æterna uocatur;& suppositum,quod fuit ab initio, est et suppositum humanitatis.q.2.ar.2.Item meritò damnari ab eodem in cap.5.Tres sunt, qui testimoniũ dant in cœlo,Pater verbum, & Sp̃ssanctus; & hi tres vnum sunt. Hoc est. Hi tres sunt numeraliter unum.i.una res substantiua.i.vna substantia. Hæc autẽ est essentia diuina. Sunt ergo vnum.i.vnus Deus. Item a contextu circa finem eiusdem cap. Filius Dei venit,& dedit nobis sensum; vt cognoscamus Deũ verum,& simus in uero filio eius. Hic est verus Deus,& uita æterna. Ecce. Verus Dei filius,qui ad nos venit per carnis assumptionem, est uerus Deus, & uita æterna absolute dicendus; sm̃ scripturam hanc: tantum abest, vt possit absolute.i.nulla cum limitatione vocari creatura. Item a symbolo fidei dicente: Qui (.s. Deus verus de Deo vero)factus homo est, pro nobis crucifixus, mortuus, sepultus. Vide hic,a fortiori. Magis quippe uidetur, si Christus absolute uocari posset creatura,ꝙ tunc sic uocandus esset; quando est crucifixus,&c. quia crucifixus,mortuus, & sepultus est ex infirmitate,2.Cor.13. Per hoc ergo, ꝙ tunc non uocatur creatura,datur intelligi a symbolo;ꝙ nunquam dicendus est simpliciter.i.sine limitatione,creatura: iuxta regulam illã logicalem, si de quo magis vr̃ inesse,non inest;ergo nec de quo minus videtur, inerit (vt patet applicanti). Item a Papa Paulo IIII. cuius bulla qm̃ ad multa alia etiam seruit;ideo hic,ut pro necessitate aliorum locorum istius summæ,pro quibus facit habeatur prolixius, quam hic solum oportet,adducetur ad literam. Dicit ergo sic. Cum quorũdam hoium prauitas atque iniquitas eò vsq; nostris temporibus processerit:vt ex iis,qui a catholica fide aberrant & desciscunt,plurimi quidem non solum diuersas hæreses profiteri,sed et ipsius fidei fundamenta negare præsumant,&c. Omnes,& singulos,q hactenus asseruerunt,dogmatizarunt,uel crediderunt;Deũ oĩpotentem non esse trinum in personis, & incõposita omnino indiuisaq; unitate substantiæ unum unamet simplici diuinitatis essentia. Aut Dñm nostrum Iesum Chr̃m non esse verum Deũ, eiusdẽ substãtiæ per omnia cum Patre,& Sp̃ũsancto. Aut eundem sm̃ carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ, semperq; virginis Mariæ de Sp̃ũsancto;sed (sicut cæteros hoĩes)ex semine Ioseph. Aut eundem Dñm ac Deum nostrum Iesum Chr̃m non subiisse acerbissimam Crucis mortem;vt nos a peccatis & ab æterna morte redimeret,& Patri ad vitã æternam reconciliaret. Aut eandẽ beatissimam Virginem Mariam non esse verã Dei matrẽ; nec perstitisse semper in virginitatis integritate,ante partum.s.in partu, & pp̃etuò post partum,&c. Insuper,cũ errores, quos supra narrauimus,ita graues & nefandi sint;vt illi,qui in eos decidunt, excusationem non habeant:sed subuersi potius atq; immanes, q̃ hæretici,merito dici possint: hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus: quòd tam illi, qui hactenus in ipsos errores, uel eorũ aliquem lapsi sunt,& infra supradictum terminum non resipuerint,& ea,quæ supradiximus,non adimpleuerint; quam omnes & singuli alii,qui in futurum in illos uel illorum aliquẽ quomodolibet prolabentur, cuiuscunque dignitatis,status, gradus, ordinis, vel conditionis existant,pro subuersis & relapsis in hæresim habeantur:& vt relapsi Curiæ sæculari tradi;& per ipsam Curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possint in omnibus & per omnia perinde, ac si uere & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret. Non obstantibus contrariis quibuscunque, &c. Hæc ibi. Ex his patet quanti periculi sit, dicere simpliciter: quòd Christus est creatura. Tertiò uides: quomodo ex iis 3
bene pensatis & applicatis.i.si bene a te pensentur, & applicentur (quod semper in appendicibus sic exponendum est)doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Bulla necessaria.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de propositione est, an enunciatio ista Christus est creatura, sit uera.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est directè responsiua quæsito. Non est absolute dicendum,Christus est creatura:sed cum determinatione.s.secundum humanam naturam. Probatur, Cum hæreticis nec nomina debemus habere communia ergo cũ Arrianis non debemus conuenire in dicendo Christũ creaturam. Antecedens probatur,& ex Hieronymo, quia ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis:& ne hæreticorum errori fauere uideamur. Consequentia probatur:quia Arriani dicebant Christum creaturam simpliciter:quia secundum vtrãque naturam erat creatura,quod est damnata hæresis.

¶ Nota hic nouitie, quòd ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis,non formaliter, quæ exigit pertinaciam in uoluntate: sed,uel materialiter,in significato verborum inordinatorum,errorem contrarium fidei importantium,uel apparenter,dum inordinata uerba speciem hæresis præ se ferunt:sicut etiam in aliis vitiis incurritur ex aliqua inordinatione species mali, a qua uniuersaliter abstinendum esse iubet Apostolus.

¶ Nota secundo,ꝙ quia quæstio ista est de nominibus, quæ diuersimode a diuersis intelligi possunt,ideo sufficiens ratio abstinẽdi ab aliqua locutione est fuga apparentiæ, ne uideamur fauere hæreticis,etiam si in veritate non faueremus.

¶ Nota tertio,quòd communicare cum hæreticis in uocabulis, prohibitum est quo ad propria,non autem quo ad communia: nã in his, quæ bene cum Ecclesia dicunt, nos non communicamus cum illis: sed ipsi communicant nobiscum. Sed in iis uocibus,quas contra Ecclesiam leuant,vtpote ipsis proprias, communicare non debemus. Talis autem est uox ista, Christus est creatura. Vsurparunt siquidem Arriani vocem hanc de Christo secundum id totum,quod est,& non secundum partem: cum secundum veritatẽ non nisi ratione partis,hoc est humanæ naturæ creatus sit. Et propterea in hac enunciatione,Christus est creatura, utpote hæreticis propria,contra Ecclesiæ,& vocem,& ueritatẽ, non est cõmunicandum cum Arrianis: & ideo est simpliciter neganda.

¶ Occurrit hic dubium:quia uox ista non Arriana,sed euangelica est,ac per hoc non propria hæreticis,sed communis, & frequentanda. Probatur assumptum Ioan.14. ex verbis Domini dicentis, sine determinatione aliqua. Pater maior me est. Si enim Christus absolute,& simpliciter,dixit;Pater maior me est(quod est dicere, ego sum minor Patre)& idem est iudicium de ista, & de illa,Christus est creatura,vt in litera dicitur,consequens est, ut dicere hæc non sit communicare in uocabulis cũ hæreticis:sed sectari Euangelica verba,destruendo tñ sensum hæreticorum: non enim prohibemur loqui,& frequentare locutiones sacræ Scripturæ,male expositæ ab hæreticis, alioquin oporteret nouum semper modum loquendi inuenire,quod est fatuum.

¶ Ad hoc dr̃,ꝙ Saluator nõ dixit sine determinatione, Pr̃ maior me est:qm̃ apposuit hanc locutionẽ,vt rationem præcedentis, de seipso secundum assumptam naturam loquentis:ait enim, Gauderetis vtique quia vado ad Patrem:quia Pater maior me est: cõstat.n.liquido,quòd secundum humanam naturam uadit ad Patrem:quia Pater maior est ipso proculdubio secundum illam naturam,secundum quam uadit ad Patrem:alioquin maioritas non esset ratio eundi ad Patrem. Ex contextu igitur literæ, quo maioritas Patris ratio eundi ad Patrem ponitur,determinatur maioritas ipsa Patris ad filium secundum humanam naturã, secundum quam uadit ad Patrem,non est ergo euangelica, sed Arriana uox, Christus est minor patre,Christus est creatura.

¶ Secunda conclusio,seu potius regula vniuersalis est: Ea,quæ non possunt suspicari conuenire personæ Christi,secundum se absolute affirmantur de Christo,quamuis solum ratione naturæ humanæ illi conueniant.

¶ Vbi nota nouitie Auctorem in hac litera distinguere ea, quæ conueniunt Christo ratione humanæ naturæ in duo genera: nam quædam sunt,quæ in dubitationem uenire possunt: an conueniãt personæ secundum se,quædam vero, quæ clare conuenire intelliguntur solum ratione naturæ. Et de secundo genere habetur regula, quod simpliciter, & absolutè affirmantur de Christo, vt esse crucifixum,mortuum,&c. de primo autem genere traditam esse regulam contrariam, scilicet quòd non simpliciter,sed cum determinatione affirmanda sunt de Christo, testatur contextus literæ, cum ponendo secundi generis regulam dicit, Ea uero,de quibus. Per hanc siquidem aduersatiue continuationem textus insinuauit, quod in illis duobus, scilicet minor Patre, & creatura, omnia similis generis intellexit, ac per hoc uniuersalem regulam. Probatur autem in litera vtraque regula ex communi vsu loquendi in corporalibus humanis, ex eo quòd in illis differentia huiusmodi seruatur: distinguuntur siquidem & in illis cõmunia toti,& parti,a propriis parti. Et communia si secundum partem tantum insunt,non simpliciter enunciantur de toto: non enim dicimus quòd æthiops est albus, sed quod est albus dentes: sed bene dicimus quod est crispus, quamuis solos capillos habeat crispos. Et scito hic neutram obiectionem Durandi in 3.Sentent.dist.11. militare contra præsentem doctrinam:

quia ad rem ipsam spectant ambæ. Auctor autem ad dubitationem, & errorem vitandum tendit, & super hoc fundat doctrinam hanc, vt patet in litera. Et propterea nec obstat, quod Christus dicitur absolute genitus ex Maria Virgine: nec obstat quod humana, & diuina natura, aut suppositum, non se habent vt partes, sicut capilli, & dentes, nec prædicarentur de Christo, sicut crispum, aut album esse. Argumentum enim a simili, optimè seruit ad modum loquendi comprobandum, quicquid sit de rerum disparitate.

¶ In responsione ad primum aduerte responsionem non voluntariam: sed sumptam ex textu Magist. Sentent. in 3. dist. 12. vbi hæc tractatur materia.

S. Bon. 3. sen. d. 12. q. 2. ar. 1. Scot. 3. sen. d. 12. q. 3. Rich. sen. d. 12 q. 1. Durand. 3. sen. d. 12. q. 1. Cap. 3. d. 12. q. 1. con. 2. Palud. 3. d. 12. q. 1. Alb. Mag. 3. d. 7. ar. 1. Medina ar. 9.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hæc sit vera, iste homo, demonstrato Christo, incæpit esse.

108 3. d. 12. q. 1. ar. vnico.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quod ille homo, demonstrato Christo incæperit esse. Dicit enim Aug. super Ioan.* Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei, & hominum, homo Iesus Christus: sed illud, quod non semper fuit incæpit esse. ergo ille homo, demonstrato Christo, incæpit esse.

* Tra. 105. a med. to. 9

¶ 2 Præt. Christus incæpit esse homo, sed esse hominem est esse simpliciter. ergo ille homo incæpit esse simpliciter.

¶ 3 Præt. Homo importat suppositum humanæ naturæ: sed Christus non semper fuit suppositũ humanæ naturæ. ergo ille homo incæpit esse.

SED CONTRA est, quòd dicitur Hebr. vlt. Iesus Christus heri, & hodie, ipse, & in sæcula.

RESP. Dicendum quod non est dicendum, quod ille homo, demonstrato Christo, incæperit esse, si nihil addatur & hoc duplici ratione. Primo quidem, quia hæc locutio est simpliciter falsa, secundum sententiam catholicæ fidei, qua ponimus in Christo vnum suppositum & vnam hypostasim, sicut, & unam personam. Secundum hoc enim oportet quod in hoc, quod dicitur, iste homo demonstrato Christo, designetur suppositum æternum, cuius æternitati repugnat incipere esse. Vnde hæc est falsa, hic homo incæpit esse. Nec obstat quòd incipere esse conuenit humanæ naturæ, quæ significatur per hoc nomẽ homo: quia terminus in subiecto positus non tenetur formaliter pro natura, sed magis materialiter pro supposito, ut supra dictum est.* Secundo, quia etiam si esset uera, non tamen esset ea vtendum absque determinatione, ad euitandum hæresim Arrii: qui sicut personæ filii Dei attribuit, quòd esset creatura, & quod esset minor Patre, ita attribuit ei quòd esse incæperit, dicens, quòd erat, quando non erat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd auctoritas illa est intelligenda cum determinatione, vt scilicet dicamus, quòd homo Iesus Christus non fuit antequam mundus esset, secundum humanitatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum hoc verbo incipit, non sequitur argumentum ab inferiori ad superius: non enim sequitur, hoc incipit esse album, ergo incipit esse coloratum. Et hoc ideo, quia incipere, importat nunc esse & non prius: non autem sequitur, hoc non erat prius album, ergo non erat prius coloratum. Esse autem simpliciter, est superius ad esse hominem: vnde non sequitur Christus incæpit esse homo, ergo incæpit esse.

AD TERTIVM dicendũ, quod hoc nomen homo, secũdum quod accipitur pro Christo, licet significet humanam naturam, quæ incæpit esse, tamen supponit suppositum æternum, quod ipse non incæpit. Et ideo quia secundum quod ponitur in subiecto, tenetur pro supposito, secundũ autem, quòd ponitur in prædicato, refertur ad naturam, ideo hæc est falsa, homo Christus esse incæpit, sed hæc est vera, Christus incæpit esse homo.

SVPER Q. XVI. ART. IX.

CONCL. Ille homo, demõstrato Christo, non incæpit esse; si nihil aliud addatur.

¶ PROB. 1. Quia ly homo, positum in subiecto supponit pro supposito (vt patet ar. 7. ad 4.) Et incipere esse, repugnat supposito humanitatis Christi. Secundò, Quia ad euitandũ hæresim Arrii hac propositione, Homo Christus incæpit esse, et si esset vera, non est utendum absq; determinatione (puta, hõ Christus incæpit esse secundum humanitatẽ).

1m ex August. Homo Iesus Christus. R. Secundũ humanitatẽ consideratus. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc.n. stat ueritas conclusionis articuli, s. quod homo Christus, secundum suppositũ humanitatis considerasus, non incæpit esse. Simile quid huic textui de sanctorũ dictis uide ar. 8. ad primum. Et q. 4. ar. 3. ad primum.

2m illatio conclusionis. Ergo ille, &c. R. Negatur illatio. §. Nam cum hoc verbo incipit, non sequitur, &c. vt in tex.

3m de maiori. Homo. R. Positũ in subiecto. §. Tunc, &c. Nã licet humana natura incæperit, tñ suppositum humanæ naturæ in Christo non incæpit. Et ideo quia cum ly homo, ponitur in subiecto, tenetur, &c. vt in tex. Ex quo, pro minoris propositionis argumẽti sensu citra offensam ueritatis dictæ clarificando, dic: quod Christus semper fuit suppositum illud æternũ. quod postea incæpit esse suppositũ humanæ naturæ; quãuis non semper fuerit suppositum actualiter suppositans naturam humanam. i. quamuis illudmet suppositum non fuerit semper suppositum naturæ humanæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem a fortiori interimas hæresim Berylli dicentis quod Christus, quo ad diuinitatem, nõ fuit ante Mariã. Itẽ hæresim Cosmianorũ dicentiũ: quod Christus & Deus, & mediator, & imago dei, nõ fuit ante secula. Dixi ly a fortiori: quia per hoc, quod artic. præsens determinat, quod homo Christus nõ incæpit esse, multo magis ostẽdere conuelligis; quod idẽ Christus Deus, quo ad diuinitatẽ, nõ incæpit. Secũdò habes: quõ per rõnem ostendas, illas meritò dãnatas ab Hebr. vlt. Iesus Christus, &c. vt in arg. contr. Ac si apertius dixerit. Christus hõ (nã ly Iesus, est nomen naturæ humanæ, solũ, ar. 5. corp.) numquam incæpit esse; sed & ab æterno est, & in æternũ durabit. Item a Ioan. 8. Ego principiũ, qui & loquor uobis. Hoc est. Ego, qui loquor, sum principiũ. Patet.n.& quod ille, qui eis tũc loquebatur, erat hõ (nã Christus, vt Deus, nõ loquitur uoce exterius sensibili); & cõsequenter, quod de persona suæ humanitatis intẽdit, cũ dicit ly ego principium. Quia igitur principiũ, de quo ibi, nõ incæpit esse; dicere voluit: quòd ipse, vt hõ, secundum suã personã, nõ incæpit esse. vide fusiorẽ authoritatis prædictæ declarationẽ, ar. 7. appen. Itẽ ab eod. ibid. anteq̃ Abrahã fieret, ego sum. Loquebatur.n. de se hoĩe, quem Iudæi solũ hoĩem uidentib. credebat; & ly ego, (vt manifestũ est) dicit personã. Hic itaq; dicit personã humanitatis suæ: ita, quod persona illa uocatur, ego sum. Nomen autẽ propriũ Dei est ly ego sum, vt patet Exod. 3. immo & maximè proprium. 1. q. 13. art. 11. Deus verò numquam incæpit, sed est æternus. 1. q. 10. artic. 3. Idem ergo est, ac si dixisset ibi: Abrahã incæpit esse, ego autem, i. persona meæ humanitatis non incæpit esse. Item ab eodem. Ioã. c. 1. In principio erat verbum: & Verbũ caro factum est. Constat.n. quod Verbũ fuisse in principio, est ipsum fuisse ante sæcula. i. ab æterno: alioquin illud Verbũ nõ esset Deus, ut notat contextus per ly & Deus erat Verbũ. Ex eo igitur, quod hoc Verbũ factũ est caro, nõ per conuersionẽ in carnẽ, cũ Deus sit omnino immutabilis. 1. q. 9. ar. 1. Sed per unionẽ carnis ad suã ipsius verbi subsistentiã. q. 2. ar. 8. relinquitur ab Euãgelista Theologis scholasticis indubie cõcludẽdũ: quod Verbum est persona carnis. i. humanitatis ab ipso assumptæ; & consequẽter quod Christus homo, & a fortiori quod Christus Deus, nõ incæpit esse. Vide ar. 8. appen. bullã Pauli IIII. Tertiò uides: quomodo ex ijs bene pẽsatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque cõfirmetur.

*art. 7. huius q. ad 4.

1052.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt iacet, sumendus est de hac propositione, iste homo incæpit esse.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito, iste homo non incæpit esse. Probatur dupliciter. Primo: quia propositio est simpliciter falsa, quia demonstrat suppositum æternum. Neque obstat, quòd ly homo, significat naturam: quia terminus in subiecto positus tenetur non formaliter pro natura, sed materialiter pro subiecto.

¶ Circa

¶Circa hunc processum occurrit primo Durandus in 3. dist. 3. Sent. q. 1. reprehendens concludentem ex eo, quòd subiectum stat materialiter pro supposito, istã esse falsam. Iste homo, s. Christus, incepit esse. Ex hoc enim inquit, ꝙ subiectum tenet materialiter, licet habeatur, ꝙ aliquid potest sibi uere attribui. ꝙ non attribuitur illi rõne formę (sicut cum dicimus, album currit) non tñ habetur, quin etiam attribui sibi vere possit, ꝙ conueniat illi rõne formæ, vt patet dicendo, hoc album disgregat. Ac per hoc, cum incipere esse conueniat Christo ratione humanæ naturæ, sicut illa est uera, Hic homo (demonstrato Christo,) est risibilis, ita ista, Hic homo incępit esse, si nihil aliud obstat, nisi ꝙ subiectum tenetur materialiter. Vtrobique enim supposito attribuitur quod ratione formæ conuenit.

¶Occurrit deinde Scotus in 3. Sent. d. 11. q. 3. obijciens, ꝙ stare pro supposito contingit dupliciter, s. sm se, vel ut habeat aliquid aliud, sicut Socrates albus stat pro supposito generis substantiæ, non secundum se, sed vt habet albedinem: & similiter hic homo idest, Christus stat pro supposito diuino, non secundum se, sed ut est suppositum humanæ naturæ. Deficit ergo processus literę, nõ distinguẽdo modos, quibus potest pro supposito accipi hic homo, seu Christus.

¶Circa eundem processum pro quanto fundat se super hoc, ꝙ ista propositio Christus incepit esse, significat in supposito æterno aliquid repugnans illius æternitati, s. incipere esse Durandus quoque ibidem occurrit, arguens quod, nec illud videtur ualere: quia licet ponendo in Christo unum esse tantum, ualeret, nõ tamen ponendo in ipso plura esse, sicut oportet aliquo modo ponere: quoniam non sequitur, quòd non semper fuerit nullum esse habendo: sed quod non semper fuerit secundum esse illud, secundum quod incępit esse, cum quo stat, quod semper fuerit secundũ aliud esse.

¶Circa conclusionem Scotus primo vbi supra occurrit, volẽs, quòd ista possit concedi, Christus, seu iste homo incępit esse. Et ratio eius est: quia ly esse, importat esse simpliciter, hoc est, de genere substantiæ: constat autem Chrm incępisse esse hoiem, quòd est esse de genere substantiæ. Tueturque hanc suam positionem ex præallegato dicto, s. ꝙ iste homo, seu Christus stat pro verbo, vt est suppositum humanæ naturæ, fouetq; se tum quia ꝙ generatur, incipit esse 5. Phy. tum quia uerbum incępit esse homo: ergo Christus incępit, esse. Probatur consequentia: Quando de aliquo dicitur incipere determinatum per aliquod prædicatum de illo toto dicitur incipere: sicut si Socrates incipit esse albus, Socrates albus incipit esse, ergo similiter est in proposito.

¶Occurrit deinde Durandus, concludens, distinguendum esse, & non simpliciter rñdendum, an Christus inceperit esse: qm vtraque pars contradictionis est uera, ad diuersa referẽdo, naturam scilicet vel suppositum.

¶Ad primum obiecta ex Durando, dr, ꝙ non militant contra præsentem literam. Concedimus siquidem omnia, quæ obuciendo dicuntur in communi de subiecto stante materialiter, scientes, ꝙ aliud est conuenire supposito rõne suppositi, & aliud cõuenire supposito, quacumq; illud rõne conueniat. Vnde nec somniauit Auctor, quod quia subiectum tenetur materialiter, ideo oporteat quicquid illi attribuitur, uere conuenire illi rõne suppositi: sed docuit quòd oportet illud non repugnare supposito, ita ꝙ fundatur processus literæ super hoc, ꝙ quia subiectum tenetur materialiter pro supposito, ideo oportet attributum supposito non repugnare supposito, nec sufficit nõ repugnare naturæ, seu formæ. Per hoc. n. excludit Auctor obiectionem dicentium, ꝙ quia dicendo, Iste hõ incępit esse, incipere esse, non repugnat naturæ humanæ Christi significare per ly homo, consequens est, ꝙ sit vera. Excluditur siquidem: quia oportet ꝙ incipere esse non repugnet supposito importato per ly iste homo, quia ly homo, ex parte subiecti stat pro habente naturam hypostatice: significat enim quid iste habẽs humanitatem est suppositum. Et quia in Christo non est aliud suppositum nisi æternum, cui repugnat incipere esse ideo propositio cõcluditur falsa.

¶Ad obiecta deinde contra eundem processum ex Scoto dicitur, quòd processus non peccat ex prætermissa distinctione inter suppositum diuinum secundum se, & ut suppositum humanæ naturæ: quia illa distinctio superflua est in proposito: quoniam quæstio non est de propositione aliqua, in qua subiectum est suppositum diuinum secundum se: non enim uertitur hic in dubium, An verbum, seu filius Dei incępit esse, præsupponimus enim suppositum diuinum æternum esse. Sed quæstio est de propositione, in qua subiicitur suppositum æternum habens humanam naturã, ut est ista, iste homo, demõstrato Christo, incępit esse: & similiter ista, Christus incępit esse. Et propterea non oportuit distinguere: sed infra terminos quæsiti stando procedere. Et sic factum est in litera procedente ex eo, quòd si de hoc hoie negatur fuisse, negatur fuisse de supposito æterno: quia negatio totum destruit significatũ per hunc hoiem, & non solam rõnem, qua est homo: ista siquidem propositio, iste homo demonstrato Christo incępit esse claudit in se duas propositiones: alteram affirmatiuam, iste homo quandoq; fuit, alteram negatiuam, & iste homo immediatè ante illud non fuit. Hæc autem negatiua est de secundo adiacente, & negat pro tempore præcedente ab illo homine esse. Negans autem hunc hominem esse, non negat directe huoc esse hominem, ut Scotus, & aduersarij exponunt, ut patet. ergo negat totum, scilicet hunc hominem esse. Et cum hic homo ex parte subiecti principaliter importet ly hunc (quia subiecta materialiter tenentur) consequens est, quòd principaliter negatur esse de supposito demonstrato per ly hic, at per hoc propositio est simpliciter falsa.

¶Ad obiecta secundo loco Durandi, & Scoti, scito quòd esse, qđ est secundum adiacens, dr importare esse simpliciter, non ut esse simpliciter uocatur esse substantiæ (vt patet ex eo, quòd de accidentibus formatur propositio de secundo adiacente, vt albedo est, & hinc ruit fabrica Scotica) sed ut esse simpliciter significat esse sine additione, seu determinatione aliqua, iuxta illud secundi Topicorum, Simpliciter dico, quod nullo addito dico. Et hinc fit, ut siue in Christo sit unum, siue plura esse nihil referat ad qõnem hanc de propositione non de re. Et similiter siue esse hominem ponat esse substantiæ in Christo, siue non, nihil ad propositum, de propositionis ueritate quærent. Dicendo igitur, isto homo incępit esse, quia claudit in se illam negatiuam de secundo adiacente, iste homo non fuit, & ly non fuit, tollit esse absque determinatione quacunque, consequens euidenter est, quod significat subiectum non fuisse, & non significat non fuisse substantiam, aut hominem, aut secundum primarium, aut secũdarium esse. Et ruit tam obiecto Durandi super duo esse fundata, quam positio Scoti super esse simpliciter, hoc est substantiæ fundata: vterque enim oportet quòd determinet ly non fuit, ad aliquod esse saltem substantiæ: propositio autem ipsa negat fuisse, absque determinatione ad esse substantiæ, uel accidentis, primi, vel secundi, simpliciter, vel secundum quid: & ideo ex uirtute sermonis propositio est simpliciter falsa, ut Auctor optime in litera intulit.

¶Ad rationem ergo Scoti dicitur, quòd licet esse substantię sit esse simpliciter, vt distinguitur contra esse accidentale: non tamẽ est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum: esse autem secundum adiacens, est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum: cum enim dicimus, A est, vel non est, nõ dico esse substantiale, aut accidentale: sed esse absq; determinatione substantialitatis, aut accidentalitatis, &c.

¶Ad primum fomentum, quia quod generatur, incipit esse, dicitur, quòd hoc est uerum communiter: sed non est uerum, quando quod generatur, suppositaliter præest, vt accidit in proposito.

¶Ad secundum, negatur consequentia. Et ad probationem dicitur, ꝙ maior est uera de toto, ut totũ est categorematice, & similiter de cõposito, seu cõiuncto. Et similiter de noie per se primo significãte totum, seu cõpositum, aut coniunctũ categorematicẽ, & supponẽte per se primo pro illo, vt si æs incępit esse sphæricũ, sequitur, ergo sphæra ænea incępit esse; quia, & significat, & supponit per se primo pro toto, i. sphæra ænea. Secus aũt est de termino importante quidem totum, sed principaliter alteram partẽ, & supponente pro illa, connotando tantum reliquam: tunc. n. quamuis præcedens pars incipiat esse altera, non infertur tñ quòd nomen supponens pro prima parte, & connotando tñ in suppositione alterã, incipiat esse, quia denotaretur per hoc, ꝙ ipsa prima pars, pro qua supponit, inciperet esse. Sic aũt est in proposito: quoniã tam ly Christus, quàm iste homo, licet importet totum, s. suppositum, & naturam humanã: supponit tamen pro supposito, & in supponendo ex parte subiecti connotat tantum naturam humanam: quia subiecta tenentur materialiter. Et propterea quàuis iste incipiat esse homo, non tamen sequitur. ergo iste homo incipit esse: quia denotaretur quod persona illa incęperit esse.

¶Ad Durandũ vltimo distinguendum censentem, dr quòd si cautelæ opera datur, distinguendo, tutior cum Magistro Sent. in 3. d. 11. eligitur pars, vt ibi patet: sed si accusatur falsitatis, negans istam propositionem, iste homo, seu Christus, incępit esse, utinam non studeatur calumniæ: qm ut iam ex dictis persuaderi potest locutio ista simpliciter, & absolute est falsa. Vnde damnata nuper est Parisiis, & cum appellatum esset ad apostolicam sedem, reprobata dicitur sub Alexandro sexto.

¶Secundo in litera probatur conclusio proposita, s. non est dicendum, quòd iste homo incępit esse: quia dato, ꝙ esset uera, non esset ea vtendum, ad euitandam hæresim, Arrij, attribuentis Christo non solum, quòd est creatura, & minor Patre: sed ẽt ꝙ incępit esse, dicendo, quod erat, quando non erat, vt patet in Nicęna synodo. Et est sensus, Erat duratio, in qua non erat Christus: quia non est ab æterno; Contra Apostolum dicentem, Iesus Christus heri, & hodie, ipse, & in sęcula, & Ioã. dicentem, in principio erat verbum.

¶In responsione ad secũdum, habent quod diximus de esse simpliciter, vt distinguitur contra esse substantiæ, puta hominis, & similiter accidentis, cum ponitur superius ad esse hominem, & pari ratione ad esse substantiam, & esse accidens.

S. Bon. 3. ſ. d. 11. q. 1. ar. 2. Scot. 3. ſ. d. 11. q. 2.
Rich. 3. ſ. d. 11. q. 2. Durand. 3. ſ. d. 11. q. 1.
Cap. 3. d. 11. q. 1. con. 3. Medina ar. 10.

ARTICVLVS X.

Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt creatura.

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit falſa, Chriſtus, ſm ꝙ homo, eſt creatura, vel incepit eſſe. Nihil. n. in Chriſto eſt creatū niſi humana natura: ſed hæc eſt falſa, Chriſtus, ſm quòd homo, eſt humana natura. ergo hæc & eſt falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura.

¶ 2 Præt. Prædicatum magis prædicatur de termino in reduplicatione poſito, quàm de ipſo ſubiecto propoſitionis, ſicut ſi dicam, corpus, ſecundum quòd coloratum, eſt uiſibile, ſequitur quòd coloratum ſit viſibile: ſed hæc non eſt abſolutè (ſicut dictum eſt *) concedenda, homo Chriſtus eſt creatura. ergo neque hæc, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura.

¶ 3 Præt. Quicquid prædicatur de quocunque homine, ſecundum ꝙ homo, prædicatur de eo per ſe, & ſimpliciter: idem enim eſt per ſe, & ſecundum quòd ipſum, vt dicitur 5. Meta. * ſed hæc eſt falſa, Chriſtus eſt per ſe & ſimpliciter creatura. ergo etiam hæc eſt falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura.

SED CONTRA, Omne quod eſt, vel eſt creator, uel creatura: ſed hæc eſt falſa, Chriſtus ſm ꝙ homo, eſt creator. ergo hæc eſt uera. Chriſtus ſecundum ꝙ homo, eſt creatura.

RESP. Dicendum, quòd cum dicitur, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, hoc nomen homo, poteſt reſumi in reduplicatione, uel ratione ſuppoſiti, uel ratione naturæ. Si quidem reſumatur ratione ſuppoſiti, cum ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto ſit æternum & increatum, hæc erit falſa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura: Si uerò reſumatur ratione humanæ naturæ, ſic eſt uera: quia ratione humanæ naturæ, ſiue ſecundum humanam naturam, conuenit ſibi eſſe creatura, vt ſupra dictum eſt. * Sciendum tamen, quòd nomen ſic reſumptum in reduplicatione, magis propriè tenetur pro natura, quam pro ſuppoſito: reſumitur enim in ui prædicati, quod tenetur formaliter, idem enim eſt dictu, Chriſtus ſecundum quòd homo, ac ſi diceretur, Chriſtus, ſecundum quod eſt homo. Et ideo hæc magis eſt concedenda quam neganda, Chriſtus, ſm ꝙ homo eſt creatura. Si tamen adderetur aliquid, per quod traheretur ad ſuppoſitum, eſſet propoſitio magis neganda, quam concedenda: puta ſi diceretur, Chriſtus, ſecundum ꝙ hic homo, eſt creatura.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet Chriſtus non ſit humana natura, eſt tamen habens humanam naturam. Nomen autem creaturæ, natum eſt prædicari non ſolū de abſtractis, ſed etiam de concretis: dicimus enim ꝙ humanitas eſt creatura, & ꝙ homo eſt creatura.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ly homo, ſecundum quòd ponitur in ſubiecto, magis reſpicit ſuppoſitum: ſm autem quòd ponitur in reduplicatione, magis reſpicit naturā, ut dictum eſt. * Et quia natura eſt creata, ſuppoſitum uero increatū, ideo licet non concedatur iſta ſimpliciter, Homo Chriſtus eſt creatura: conceditur tamen iſta, Chriſtus ſecūdum, quòd homo, eſt creatura.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ cuilibet homini, qui eſt ſuppoſitum ſolius naturę humanę, cōpetit quòd non habeat eſſe, niſi ſecundū humanā naturam: & ideo de quolibet tali ſuppoſito ſequitur, ſi ſm quòd homo eſt creatura, ꝙ ſit creatura, ſimpliciter: ſed Chriſtus non ſolum eſt ſuppoſitum humanæ naturæ, ſed & diuinæ, ſecundum quam habet eſſe increatum: & ideo non ſequitur, ſi ſecūdum quòd homo, eſt creatura, quòd ſit ſimpliciter creatura.

SVPER QVAEST. XVI. ART. X.

COncl. 1. Si in hac propoſitione, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura, ly homo reſumatur rōne ſuppoſiti; ſic ipſa propoſitio eſt falſa: ſi autem ibi ly homo, reſumatur ratione humanæ naturæ; ſic eadem propoſitio eſt vera.

109 ¶ Prob. Quia ſuppoſitum humanitatis in Chriſto eſt increatum, & æternum. q. 2. art. 2. Secunda pars, ſ. ſi autē, &c. probaī: Quia Chriſto, ſecundum humanā naturam, conueniat eſſe creatum, ar. 2.

3. d. 4. q. 1. a. 2. q. 1. c. & q. 2. ad 3. Et d. 10. q. 1. ar. 1. q. 2. & d. 11. ar. 3.

¶ Concl. 2. Hæc ꝑpoſitio, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt creatura, eſt magis concedenda; quàm neganda; e conuerſo autem, ſi diceretur, Chriſtus ſecūdum ꝙ hic homo, eſt creatura.

*Ar. ꝓced. ¶ Prob. Quia ly homo, magis proprie tenetur pro natura, quā pro ſuppoſito (nomen quippe reſumptum in reduplicatione tenetur magis formaliter, quā materialiter, artic. 7. ad quartum): Et Chriſtus, ſm naturam humanā, ē creatura ar. 8. Secūda autem pars, ſ. e conuerſo, &c. probatur: Quia tunc per ly hic, trahiī ly homo, ad ſtandum pro ſuppoſito.

*li 5. Met. tex. 25. 1. 3

1[m] illatio concluſionis. Ergo hæc, &c. ℞. Negatur illatio. § Procedit. n. ex falſo: quia facit idem iudiciū prædicationis de natura humana, & de creatura; cū tamē in plus ſe habeat eſſe creaturam, ꝗ eſſe naturam humanā. Nomen ſiquidē naturæ humanæ nō ꝓdicatur de concretis: nomen autem creaturæ natū eſt, &c. vt in tex.

2[m] maior. Prædicatum magis prædicaī de termino in reduplicatione poſito, ꝗ de ipſo ſubiecto propoſitionis. ℞. Si ipſe terminus eundem ſenſum habeat vtrobique. §. ſcilicet in reduplicatione, & in ſubiecto. Tunc nihil, & cæt. Nam ly homo poſitum in reduplicatione habet ſenſum diuerſum a ſemetipſo poſito in ſubiecto. Quoniam ly homo, ſecūdum quòd ponitur in ſubiecto, &c. vt in tex.

3[m] de maiori. De quocunque homine. ℞. Habente ſolum naturam humanam. §. Tunc nihil, &c. Nam Chriſtus non ſolum eſt ſuppoſitū, &c. vt in tex. Ex quo dic; ꝙ illa philoſophi propoſitio, de per ſe ſm ꝙ ipſum, uerificaī non tm̄ de hoīe quocunq;, ſed ēt de omni alia re: dūmō unā tm̄ naturā hēat.

APPENDIX

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primo: quomodo per rationem radicitus interimas hæreſim Auguſtini de Roma dicentis; quod natura humana in Chriſto eſt perſona uerbi, & ueraciter Deus naturalis, & proprius. Item hæreſim Metamorphiſtarum dicentium quòd corpus Chriſti, cum aſcendit in cælum, plane factum eſt Deus; & ipſum corpus eſſe Deum, omnino propriè dici debere. Item Eutichetis dicētis: quod in incarnationis momento, caro in diuinitatem conuerſa eſt. Articulus enim præſens ꝑ hoc, quòd Chriſtum, ſecundum ꝙ homo, dicit creaturā pugnat radicaliter cōtra omnes illas hæreſes; inquātum ipſę aliquo modo ponunt, quod natura humana Chriſti eſt diuina, ſeu Deus. Nam ſecundum iſtam eorū phantaſiam; Chriſtus, etiam ſm quòd homo, idest ſm humanitatem, non eſſet creatura, neque incępiſſet eſſe; ſed eſſet creator, & æternus. Secundò habes: quomodo per rationē oſtendas, illas meritò damnari a Concilio Baſileenſi, a quo & ipſa Auguſtini de Roma recitantur, ſeſſio. 22. De hac eius damnatione, & de huius Concilij ualore (nam in multis non eſt ualidum; quamuis hic valeat) vide. q. 15. artic. 1. appen. cum locis ibi citatis. Item meritò damnari a q. 6. 2. artic. 2. & quæſt. 13. artic. 1. & quæſtio. hac artic. 5. cum Elucid. Itē a dictis in 1. quæſt. 14. artic 16. & quæſt. 75. ar. 7. cum Elucid. Item ab Addition. articulorum numero 389. Item a Concilio Calcedonenſi in actionibus multis. Nam celebratum eſt præſentibus. 630. Patribus contra Eutychem prædictum; qui aſſerebat, Chriſtum poſt humanitatis aſſumptionē non ex duabus naturis exiſtere; ſed ſolum in eo diuinam naturam permanere; & contra Dioſcorum defenſorē eiuſdem. Vnde in fine Concilij tot, tantique patres ueritatem contra iſtos ita concludūt. Conſentientes ſanctis patribus, unum eundemque filium confiteri dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, conſona uoce edocemus; pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem eundem ex anima rationali & corporis: ſecundum diuinitatem vnius cum patre naturæ, ſecundum humanitatem unius naturæ nobiſcum. Hunc unum, eundemque Chriſtum filium Dei, vnigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter cognoſcendum nuſquam ſublata differentia naturarum propter unitionem; magis autem ſalua proprietate vtriuſque naturæ, & in vnam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrente; non in duas perſonas partitum, ſiue diuiſum: ſed unum & eundem filium unigenitum, Deum verum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; ſicut ante prophetæ de eo, & ipſe Chriſtus nos erudiuit, & Sanctorum Patrum nobis tradidit ſymbolum. Hæc ibi.

Tertiò vides: quomodo ex iis bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur. 3

*Art. 8. huius quæſt.

*In corp. art.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, vt sonat.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo dicitur, quid potest dici distinguendo, hoc est quod vtraque pars sustineri potest cum distinctione: quia ly homo, potest stare vel pro natura, vel pro supposito. Secundo, in quam partem sit potius declinandum. Et duo dicuntur. Primum, circa propositam propositionem, scilicet Christus, secundum quod homo, est creatura, vel incœpit esse, & dicitur quod in partem affirmatiuam declinandum est, quia ly homo, tenetur formaliter, quia habet vim prædicati. Secundum, circa alteram propositionem, scilicet Christus, secundum quod hic homo, est creatura, aut incœpit esse. Et dicitur, quod in partem negatiuam declinandum est: quia ly hic, trahit hominem ad suppositum.

¶ Hoc in loco aduerte, quod quia ista propositio, Christus est creatura, non est reprobata, quia omnino falsa, sed quia Arrianos sonans, ideo cum de ista modo est quæstio, Christus secundum, quod homo, est creatura, minor quæstio est, & nulla de falsitate, sed de vsu. Et ista quidem uti licet, illa non, quia in illa cum Ario communicaremus, in ista non. Verum aduerte, quod cum de Christo sermo sacer loquitur, & distinguit ea, quæ conueniunt illi ratione naturæ assumptæ, semper utitur ly inquantum, aut ly secundum, quod sumptũ specificatiue; dicimus enim, quod Christus secundum quod homo, est crucifixus, sepultus, descendit ad inferos, prædicauit, ascendit in templum, circumcisus est, &c. Constat namque, quod in his, & similibus ly inquantum, non tenetur reduplicatiue, quoniam natura humana nõ est per se ratio talium, sed multa per accidens insunt, ut patet; sed tenetur specificatiue, quoniam specificat eam partem, seu cõditionem, qua insunt hæc; sicut cum dicitur, æthiops, secũdum quod habet dentes, est albus. Vnde & in proposito licet possit teneri reduplicatiue (quia esse hominem, est per se ratio, quod sit creatura) a sanctis tamen assumptum videtur principaliter, ut tenetur specificatiue, vt denotetur quod esse creaturam, non conuenit Christo secundũ suppositum, sed secundum naturam assumptam, & similiter incipere esse. Verum inter has duas, ex prædictis patet differentia, quod illa reprobata est, ut male sonãs, ista, ut falsa: ita quod dicimus istam esse falsam, Christus incœpit esse: istam autem ueram, Christus, inquantum homo, incœpit esse.

¶ Occurrit autem statim hic Scot. in q. 2. distinctio. 1 t. 3. Sentent. obiiciens, quod propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum, non fit uera per additam reduplicationem, uel determinationem, non tollentem illam repugnantiam. Sed reduplicatio proprie sumpta, non diminuit alterum extremum, quia est determinatio extremi ad extremum. ergo ipsa non uerificat aliquam propositionem, quæ sine reduplicatione fuit falsa: Si igitur illa est falsa, Christus incœpit esse, ista non est uera, Christus, inquantum homo, incœpit esse, & hoc loquendo de reduplicatiua propria. Et addit, quod loquendo de ipsa specificatiue, quamuis sit uera, est tamen impropria: quoniam deberet specificatio se tenere ex parte prædicati, puta Christus incępit esse secundum hominem sicut non est propria illa, æthiops, secundum quod habet dentes, est albus: sed ista, æthiops est albus secundum dentes. Et hæc sint allata, quo ad illam propositionem, Christus, inquantum homo, incœpit esse, quia apud nos ista est uera, & sua pręiacens falsa, quamuis Scotus subsumat de illa, Christus, inquantum homo, est creatura, quia ipse tenet illius præiacentem esse falsam.

¶ Ad hæc dicitur, sustinendo etiam hanc esse ueram, & proprie reduplicatiuam, Christus secũdum, quod homo, incępit esse: ita tamen, quod non fiat difficultas circa inceptionem essendi: an per se conueniat homini, an solum de facto, quia non est ab æterno, quoniam ad propositum non refert; Et propterea, supposito quod per se conueniat naturæ humanæ incipere esse sicut per se conuenit ei esse creaturam, dicitur quod maior Scoti est uera: sed minor tacita, scilicet sed nulla reduplicatio tollit illam repugnantiam, est falsa. Et ad illius probationem expressam, quia scilicet reduplicatio non minuit extremum, si proprie loquimur de conditione diminuente, conceditur totum quod assumitur. Sed negatur sequela, quoniam conditio diminuens tollit terminum, quẽ diminuit: sicut homo in potentia non est homo, & homo mortuus non est homo, constat enim, quod reduplicatio extremi non tollit illud. Sed si latiori uocabulo sumitur minuere, prout utẽs aliquo unius, & non utens aliquo eiusdem, minuit illud (pro quanto non totaliter, seu secundum totum, sed secundum aliquid eius illo utitur) sic concedimus quod reduplicatio minuit quandoque, quia reduplicat terminum ratione naturæ, seu formæ, & non ratione suppositi. Et propterea tollit repugnantiam inuentam in præiacẽte propositione inter extrema sine reduplicatione propter suppositum, sic enim est in proposito. Nam ista. Christus incœpit esse, est falsa ex repugnantia extremorum, quia incipere esse repugnat supposito per ly Christus in subiecto, ut prædictum fuit, sed quũ aliquid tantum Christi reduplicatur, scilicet natura humana, ut contingit in ista, Christus, inquantum homo, incępit esse, repugnantia tollitur. hoc est incipere esse, non significatur conuenire supposito absolute, sed ratione naturæ humanæ, ratione cuius in ueritate conuenit illi supposito incipere esse. Et propterea ista reduplicatiua dicitur uera, & illa falsa. Nam ex hoc quod reduplicatio est determinatio extremi ad extremum, sequitur quod non minuat prædicto modo, quoniam constat, quod potest esse determinatio unius extremi secundum suum formale ad alterum, & non secundum suum materiale, ut contingit in proposito. Ad id uero, quod subditur, quod specificatiue sumendo ly inquantum, propositio est uera, sed impropria dicitur, & quod est uera, & propria: quoniam specificatio nõ denotat specificatum terminum esse rationem inhærentiæ prædicati ad subiectum, & propterea specificatiua potest esse uera in materia contingenti, ut est ista, Socrates, inquantum capillatus, est crispus: & ens, inquantum ens est, subiectum metaphysicæ: sed denotat illud, secundum quod, seu mediante quo prædicatum inest subiecto, siue per se, siue per accidens prædicatum insit, siue subiecto, siue conditioni specificatæ. Signum autem, quod huiusmodi enunciationes sunt non solum ueræ, sed propriæ, defert frequens usus earum, cum de his quæ cõueniunt Christo, discretè, ac caute loquimur, dicentes Christum, secũdum quod erat homo, passum, natum, sepultum, resurrexisse: cum his tamen omnibus, quia in litera comparatiue, dicitur magis concedendum, quam negandum, uel econuerso, disce declinare quidem in alteram partem, sed non pertinaciter contendere.

¶ In responsione ad tertium uide nouitio, quod sustinendo propositionem reduplicatam proprie esse, respõdet Auctor ad maiorẽ distinguendo illam, quod verum est prædicati, de quocumq; hoĩe, qui solummodo est suppositum humanæ naturæ, secus autem est de illo homine, qui est suppositũ diuinæ pri*, & post humanæ naturæ.

Capr. 3. d. 10 q. 1. conc. 1. & 3.

ARTICVLVS XI.

Vtrum hæc sit uera, Christus secundum quod homo, est Deus.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quod Christus, secundũ quod homo, sit Deus. Christus enim est Deus per gratiá unionis: sed Christus secundum quod homo, habet gratiam unionis. ergo Christus, secũdum quod homo, est Deus.

¶ 2 Præt. Dimittere peccata, est proprium Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus, secũdum quod homo, dimittit peccata, secundum illud Matth. 9. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &cæt. ergo Christus secundum, quod homo, est Deus.

¶ 3 Præt. Christus non est homo communis, sed est homo iste particularis: sed Christus, secundum quod est iste homo, est Deus, quia in isto homine designatur suppositũ æternum, quod naturaliter est Deus. ergo Christus, secũdum quod homo, est Deus.

SED CONTRA, Illud, quod conuenit Christo, secundum quod homo, conuenit cuilibet homini. Si ergo Christus, secundum quod homo, est Deus, sequitur quod omnis homo sit Deus, quod patet esse falsum.

RESP. Dicendum, quod iste terminus, homo, in reduplicatione positus, potest dupliciter accipi: vno modo, quãtum ad naturam, & sic non est uerum, quod Christus, secundum

SVPER Q. XVI. ART. XI.

110 3. d. 10. q. 1. ar. 1. q6. 1. & q. 30. CONCL. 1. Si ly homo, dicat naturã, sic falsum est, quod Christus, secũdum quod homo, sit Deus.

¶ PROB. Quia naturæ illæ, scilicet diuina & humana, sunt distinctę, secundum differẽtiam naturarum. Vide ar. 10. appen. de Concil. Calcedon.

¶ CONCL. 2. Si ly homo, dicat personam; sic uerum est, quod Christus, secundum quod homo, sit Deus.

¶ PROB. Quia persona humanæ naturæ in Christo est persona filii Dei: Et personæ filii Dei per se conuenit esse Deum (omnia patent.)

¶ CONCL. 3. Hæc propositio, scilicet Christus, secũdum quod homo, magis est neganda, quam affirmanda.

¶ PROB. Quia terminus in reduplicatione positus (vt est, in proposito, ly homo) magis proprie tenetur pro natura, quam pro supposito, idest persona.

Primum

1m illatio conclusionis. Ergo Christus &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit. n. ex falsa imaginatione, scilicet quod secundum idem conseniat alicui moueri ad aliquid, & esse illud. Quod quam sit falsum patet. Nam moueri conuenit alicui ratione, &c. ut in tex.

2m de maiori. Dimittere peccata. ℞. Auctoritatiue. §. Tunc nihil &c. Nam filius hominis habet i terra &c. ut in tex. Ex quo dic sũmatim, quod si ly filius hominis, stat pro supposito humanitatis, tunc filius hominis auctoritatiue dimittit peccata, quoniam talis persona est uerus Deus, si autẽ ly filius hominis, stat p natura humana, tũc per potestatem solum ministerialem dimittit peccata filius hominis.

* Ar. præc. in corp. & ad 2.

cundum quod homo, sit Deus quia humana natura est distincta a diuina secundum differentiam naturæ. Alio modo potest accipi ratione suppositi, & sic cum suppositum naturæ humanæ in Christo, sit persona filii Dei, cui per se cõuenit esse Deũ, uerum est quod Christus, secũdum quod homo, sit Deus: quia tamen terminus in reduplicatione positus, magis propriè tenetur pro natura, quàm pro supposito (ut supra dictũ est.*) ideo magis est ista neganda, Christus, secũdum quod homo, est Deus, quam sit affirmanda.

Ad primvm ergo dicendum, quod non secundum idem conuenit alicui moueri ad aliquid, & esse illud: nam moueri conuenit alicui ratione materię, vel subiecti, esse autem in actu, ratione formæ. Et similiter non secundum idem conuenit Christo ordinari ad hoc, qood sit Deus per gratiam unionis, & esse Deum, sed primum conuenit sibi secundum humanam naturam: secũdum uero, secundum diuinam. Et ideo hæc est uera Christus secundum quod homo, habet gratiam vnionis: non tamen ista, Christus secundum, quod homo, est Deus.

Ad secvndvm dicendum, quod filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata, non uirtute humanæ naturæ, sed uirtute naturæ diuinæ: in qua quidem natura consistit potestas dimittendi peccata per auctoritatem, in humana autem natura consistit instrumentaliter, & per ministerium. Vnde Chrysost. super Math.* hoc exponens dicit: Signanter dixit, In terra dimittendi peccata, ut ostenderet, quod humanæ naturæ potestatem diuinitatis vniuit indiuisibili unione: quia etsi factus est homo, tamẽ Dei uerbum permansit.

* Hom. 30. in Mat. circa me. t. 3.

Ad tertivm dicendum, ꝙ cum dicitur, iste homo, pronomen demonstratiuom, hoc nomen homo, trahit ad suppositũ: & ideo magis, est hæc uera, Christus, sm ꝙ iste homo, est Deus, quã ista, Christus, secundum quod homo, est Deus.

3m illatio conclusionis. Ergo, & cætera. Respon. Negatur illatio. §. Procedit enim ac si esset idem iudicium faciendum de ly secundum quod homo, & de ly secundũ quod iste homo, quod tamen est falsum. Nam cum dicitur iste homo, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem, tanquam in radice, interimas hæreses Augustini de Roma, & Metamorphistarum, quæ ponuntur in ar. 10. appen. Secũdum enim illas hæreses, Christus, secundum ꝙ homo. i. secundũ humanã naturã, esset Deus. cuius omnino contrarium articulus hic demonstrat, & ideo per prædictas hæreses impugnat & expugnat. Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas, eas meritò damnari à dictis, & relatis ibid. articu. 10. Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atqoe confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ut sonat clarus.

¶ In corpore duo. primo distinguendo, utramque partem dicit posse teneri, quia terminus reduplicatus potest uel ratione naturæ, uel suppositi reduplicari. Secundò docet, quod in partem negatiuam declinandum est: quia magis tenetur formaliter terminus redoplicatus. Et omnia clara sunt ex præcedentibus.

¶ In responsione ad tertium, percipe responsionem consistere in hoc, quod licet secũdum rem Christus non sit homo cõmunis, sed iste, in propositione tamen illa, Christos, secundum ꝙ homo est, &c. ly homo, noo trahitur ex reduplicationis nota ad suppositum ad quod trahitur ex pronomine. Et ideo ista conceditur, Christus, secundum quod iste homo, est Deus, & non illa, Christus secundum quod homo, est Deus.

Capr. 3. d. 10. q. 1. con. 2.
Palud. 3. d. 10 q. 2.
Medina, ar 12.

SVPER Q. XVI. ART. XII.

3. d. 10. q. 1. artic. 2. E: Ro. 1. le. 3.

Concl. 1. Si ly homo, summatur ratione suppositi, tunc manifestum est, quod Christus, secundum quod homo, est persona.

¶ Prob. Quia suppositum naturæ humanæ in Christo est persona filii Dei.

¶ Concl. 2. Si ly homo, accipiatur ratione naturæ, tunc propositio hæc in uno sensu est uera, in alio est falsa.

¶ Prob. Quia propositio est uera in sensu quo ly Christus, secundum quod homo, est persona, exponitur sic, id est Christi humanæ naturæ competit esse in aliqua persona, est autem falsa in senso, quo ly Christus, secundum quod homo, est persona, exponitur sic, inest Christi humanæ naturæ propria personalitas creata, ex principiis talis naturæ inuenitur.

* Aliquantulum a princ. s. in 5. pag.

ARTICVLVS XII.

Vtrum hæc sit uera, Christus secundum quod homo, est hypostasis, uel persona.

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur, quod Christus secundum quod homo, sit persona. Illud enim quod conuenit cuilibet homini conuenit Christo, secundum quod est homo, est enim aliis hominibus similis, secundum illud Phil. 2. In similitudinem hominum factus: sed omnis homo est persuna. ergo Christus secundũ quod homo, est persona.

¶ 2 Præt. Christus, secundum ꝙ homo, est substantia rationalis naturæ, non autem substantia uniuersalis. ergo substantia indiuidua, sed nihil aliud est persona, quam rationalis naturæ indiuidua substantia, ut Boetius dicit in lib. de duab. nat.* ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

¶ 3 Præt. Christus, secundum ꝙ homo, est res humanæ naturæ, & suppositum, & hypostasis eiusdem naturæ: sed omnis hypostasis, & suppositum, & res humanę naturę, est persona. ergo Christus, secundũ quod homo, est persona.

Sed contra Christus secundum quod homo, non est persona æterna. Si ergo Christus secundum quod homo, sit persona, sequeretur quod in Christo sint duæ personæ una temporalis, & alia æterna, quod est erroneum, ut supra dictum est.*

* q. 2. ar. 2. & 6.

Respon. Dicendum, quod sicut supra dictum est,* iste terminus homo, in reduplicatione positus, potest accipi, uel ratione suppositi, uel ratione naturæ. Cum ergo dicitur, Christus, secundum quod homo, est persona, si accipiatur ratione suppositi, manifestum est quod Christus, secundum quod homo, est persona, quia suppositum humanæ naturæ nihil est aliud, quam persona filii Dei. Si autem accipiatur ratione d naturæ, sic potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut intelligatur, quod naturæ humanæ competat esse in aliqua persona, & hoc etiam modo uerum est, omne enim quod subsistit in humana natura est persona. Alio modo potest intelligi, ut naturæ humanæ in Christo propria personalitas debeatur, causata ex principiis humanæ naturæ. Et sic Christus secundum quod homo, non est persona, quia humana natura non est per se seorsum subsistens a diuina natura, quod requirit ratio personæ.

* Ar. 10. huius q.

D. 1214.

Primum

AD

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omni homini conuenit esse personam, secundum quod omne subsistens in humana natura est persona. sed hoc est proprium homini Christo, quod persona subsistens in humana natura eius, non sit causata ex principiis humanæ naturæ, sed sit æterna: & ideo vno modo est persona, secundum quod homo, alio modo non, sicut dictum est.*

AD SECVNDVM dicendum, quod substantia indiuidua, quæ ponitur in definitione personæ, importat substantiam completam per se subsistentem separatim ab aliis, alioquin manus hominis posset dici persona, cum sit substantia quædam indiuidua: quia tamé est substantia indiuidua sicut in alio existens, non potest dici persona. Et eadem ratione, nec humana natura in Christo, quæ tamen potest dici indiuiduum uel singulare quoddam.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut persona significat quid completum, & per se subsistens in natura rõnali, ita d hypostasis, suppositũ, & res naturæ in genere substantiæ significant quiddam per se subsistens. Vnde sicut humana natura non est per se persona seorsum a persona filii Dei, ita etiam non est per se hypostasis, uel suppositum, uel res naturæ: & ideo in sensu, in quo negatur ista, Christus secundum quod homo, est persona, oportet etiam negari omnes alias.

1m maior. Illud, quod conuenit cuilibet homini, conuenit Christo, secundum quod est hõ. ℞. Saluis tamen quibusdam propriis, §. Tunc nihil &c. Nam inter illa propria, quæ merito saluari debent, est persona increata. Habet quidem Christus, cum sit aliis hominibus similis, hoc ipsum, scilicet, quod humanitas sua existit in persona, sed humanitas sua, cum sit præ aliis hominibus unita Deo, habet, quod persona, in qua existit, sit persona omnium aliorum hominum in infinitum dignior, id quod est, personam Christi hominis esse personam diuinam. Hinc patet, quod omnia ad inuicem correspondent, quod est signum apertæ veritatis. Correspondent enim homo hominibus, & homo Cinibus, & homo de cælo cælestis, idest per unionem cælitus singulariter factam cælestis, quandoquidem, ut homo, habet personam in personando humanam, &, ut homo cælestis, habet personam in essendo diuinam. Et hoc est, quod uoluit dicere textus: Omni homini conueuit esse personam, secundum quod omne subsistens, &c. ut ibi.

*In cor. ar.

D. 728. & 729.

2m de minori. Naturæ indiuiduæ substantia. ℞. Completa. §. Idest non existens in alio, sed per se subsistens separatim ab aliis. Tunc nihil &c. Humana enim natura Christi existit in alio, & non subsistit per se separatim ab illo, scilicet à Verbo, à quo assumpta est: & ideo licet ipsa natura humana possit dici substantia indiuidua, id est indiuiduum quoddam in genere substantiæ, nõ tamen potest dici substantia indiuidua completa modo exposito, seu modo quo, in diffiniẽdo personam, intellexit Boetius.

3m maior. Christus, secundum quod homo, est res humanæ naturæ; & suppositum, & hypostasis, eiusdem naturæ. ℞. Non tamen Christus, secundum quod homo est per se res naturæ humanæ, neq; per se suppositum, seu hypostasis eiusdem naturæ. §. Sicut enim persona significat quid &c. ut in text. Tunc nihil, &c. ut patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tanquam in radice interimas hæresim Fœlicis dicentis; quod in Christo insunt duæ hypostases. Et hæresim Chamzinzariorum dicentium: in Christo duas fuisse personas, alteram passam, alteram non passam. Et hæresim Nestorii dicentis; Christum habuisse duas psonas, alteram diuinitatis, alterã humanitatis. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illas merito damnari à dictis, q. 2. art. 2. 3. appen. & q. 4. ar. 2. appen. Item à dictis, q. hac ar. 7. 8. 9. 10. appen. Item à Concilio Ephesino primo habito contra Nestorium, qui purum hominẽ ex sancta Virgine Maria natum asserunt: ut aliam personã carnis, aliã faceret deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei, & carne sentiret, sed separatum atque seiunctum alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret. Hoc ergo Concilium ca. 2. ait. Si quis non confitetur, carni secundum subsistẽtiam unitum Dei uerbum, unumque esse Christũ cum propria carne, eundem, scilicet Deum simul, & hominem; anathema sit. Et cap. 3. Si quis in uno Christo diuidit subsistentias post unionem, sola eas connexione coniungens; anathema sit. Et cap. 6. Si quis non confitetur eundem ipsum Christum, Deum simul & hominem: propterea quod Verbum caro factum est, secundum scripturas; anathema sit. Pro cuius scripturæ sana intelligentia, subdit cap. 13. Hæc nos sequi uerba debemus considerantes, quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa uel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominem, qui est ex anima, & corpore, transformata sit: sed quod carnem animatam anima rationali sibi copulauerit: verbumque substantialiter, ineffabiliter, & incompræhensibiliter factum sit homo; & nuncupatum sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo uoluntate, sed nec assumptione personæ, sed quod diuersæ naturæ in unũ conuenerint, ex quibus ambabus unus est Christus. Hæc ibi. Itẽ ab Eugen. IIII. Papa in Concil. Flor. Sacrosanc. Rom. Ecclesia anathematizat Theodorum Mosuestenum, atq; Nestorium asserentes; in Christo duas esse personas, sicut duas fatentur esse naturas: cum intelligere non ualerent unionem humanitatis ad Verbum hypostaticam extitisse, & propterea negarent, uerbi subsistentiam accepisse. Hæc ille, in constitutio. super unione Iacobin. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

D. [illegible]

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus, ut sonat.

¶ In corpore articuli cum distinctione respondetur triplici conclusione. Distinctio est, quod ly homo reduplicari potest ratione suppositi, uel naturæ. Et hoc dupliciter, uel quod natura exigat personam, uel quod natura exigat personam propriam. Conclusio prima iuxta primum membrum est, Christus, secundũ quod homo, est persona, tum quia suppositum Christi est persona, tum quia suppositum humanæ naturæ in Christo est persona filii Dei. Conclusio secunda iuxta secundum membrũ est, Christus, secundum quod homo, est persona, quia humana natura exigit personari, est enim substantia rationalis perfecta, omnis autem substantia huiusmodi subsistentiam exigit, qua persona est. Conclusio tertia iuxta tertium membrum est, Christus, secundum quod homo, non est persona, quia humana natura in Christo caret propria subsistentia, seu personalitate, utpote non per se seorsum, sed in persona diuina existens.

Palud. 3 d. 5. q. 4.
Medina ar. 1.

QVÆSTIO XVII.

De pertinentibus ad unitatẽ in Christo quantum ad esse, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de his, quæ pertinẽt ad vnitatem in Christo in cõmuni. Nam de his, quę pertinent ad vnitatem, uel pluralitatem in speciali, suis locis determinandum est: sicut supra * determinatum est, quod in Christo non est una tantum sciẽtia, & * infra determinabitur, ꝙ in Christo non est una tñ natiuitas.

*Quæst. 9.
*Q. 35.

Considerandum est, ergo primo de unitate Christi quantum ad esse. Secundò, quantum ad uelle. Tertiò quantum ad operari.

Circa primum quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrũ Christus sit unum, uel duo.

¶ Secundò, Vtrũ in Christo sit tantum unum esse.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit unum, uel duo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus nõ sit unum, sed duo. Dicit enim Aug.

SVPER Q. XVII. ART. 1.

COncl. Non solum Christus est unus masculine, sed etiam est unum neutraliter.

¶ Prob. Quia ex eo, quod duæ naturæ non prędicantur de Christo, nisi prout significantur in persona, seu supposito, oportet, qđ unum uel duo prædicẽtur de Christo secundum rationem personæ seu suppositi (ut patet ex terminis), Et in Christo est solum una persona, seu suppositũ, q. 2. ar. 2. 3. 6. 112

¶ Coroll. Ergo, Christũ esse unum masculine, idem est, quod Christum habere tantum vnam personam: & Christum esse unum neutraliter, idem est, quod Christum habere tantum unum suppositum. Ergo, quia suppositum in natura intellectiua est idẽ, quod persona,

3.d.6.q.2. ar.1. & di. 21.q.1.ad 1. q.1.art. 6. Et 4.cõ. c.38.fi. Et 4 con. c.1. 38.fin. Et vnio.ar.1. ad 2. & 1. & 2.3.& 4. per totum & art.5.ad 14.

* Lib.1.de Trin. ca.7. in fi. to.3.

sona, q. 2.ar.3. ideo redit in idē, dicere, Christum esse unum personā, & dicere, Christum esse vnum supposito: itemque dicere, Christum esse vnum masculine, & dicere, Christū esse vnum neutraliter. Nec tamen in conclusione articuli factā fuisse superfluitatem censendum est: quia ly vnum masculine, distinctum fuit à ly vnū neutraliter, propter ignorantes in propriis ipsorum terminis conuincendos. Hi enim ex ignorantia differentiam realem faciebant inter hos terminos, scilicet personam, & suppositū, q.2.ar.3.

† Ench.ca. 35. a med. to.3.

1^m de minori.

Sed vtrumque. ℞. Sumptum ex parte prædicati. §. Tunc nihil &c. Nā ly vtrumque, in authoritate D. Augustini nō tenetur ex parte prædicati, quasi dicat, quod Christus sit utrumque, scilicet sit natura humana, & natura humana (nam prædicata sumūtur formaliter, idest ꝑ natura, q.16.ar.9.) sed tenetur ex parte subiecti. Et tunc ly vtrumq; ponitur non pro duobus suppositis, sed pro &c. vt in tex.

* lib.3.tex. 28.to.2.

2^m maior.

Vbicūque ē aliud & aliud, ibi sunt duo. ℞. Secūdum quod cadit ly aliud & aliud. §. Tunc nihil &c. Nam in authoritate D. August. ly aliud & aliud, non cadit super Christi suppositum, in cuius signum manifestum ipse ibi immediate præmisit ly vtrumque vnus, (scilicet Christus) sed cadit super naturas illius vni' suppositi. Hoc enim & alibi, scilicet in lib. contra Felicianum, exponit idem August. vbi cum dixisset &c. vt in tex. Ex quo ad argumentum dic, breuiter: quod quia ly aliud & aliud cadit super naturas tantum, ideo in Christo sunt duæ naturæ, non autem duo supposita.

† In prædica. in c. de diffe. to. 1. inter opera Arist.

* In libr. an omne qđ ē bonum sit.

D. 114. & 417. & 466

D. 1081.

* p.p.q.3.a. 3. & 4.

3^m illatio primæ conclusionis.

Ergo est aliquid aliud &c. ℞. Negatur illatio. §. Transitus enim fit à natura ad suppositum. Nam in antecedente ly tantum homo, dicit naturam humanam, cum prædicata teneātur formaliter, q.16.ar.9. & in consequente ly aliquid aliud, dicit suppositum, quoniam ly aliud est relatiuum faciens personalem relationem. Debuerat ergo ad euitandum istum transitum, fieri illatio sic; Ergo Christus habet aliam naturam, quam humanam. Et tunc concedetur illatio, sed nihil contra.

in 1. de Trinit.* quia forma Dei accepit formam serui. Vtrumq; Deus propter accipiētem Deum, vtrumque autem homo propter acceptū hominem, sed utrumque dici non potest, nisi ubi sunt duo. ergo Christus est duo.

¶ 2 Præt. Vbicumque est aliud, & aliud, ibi sunt duo, sed Christus est aliud: & aliud dicit enim Aug. † in Ench. Cum in forma Dei esset, formam serui accepit, utrumq; unus sed aliud propter uerbum, aliud propter hominem. ergo Christus est duo.

¶ 3 Præt. Christus non est tantum homo: quia sic purus homo esset. ergo est aliquid aliud, quam homo, & ita in Christo est aliud, & aliud. ergo Christus est duo.

¶ 4 Præt. Christus est aliquid, qđ est pater, & est aliquid, quod nō est pater. ergo Christus est aliquid, & aliquid, ergo Christus est duo.

¶ 5 Præt. Sicut in mysterio Trinitatis sunt tres personæ in una natura, ita in mysterio incarnationis sunt duæ naturæ in una persona: sed propter unitatem naturæ, non obstante distinctione personæ, Pater, & Filius sunt unum, secundum illud Ioan. 10. Ego, & pater vnum sumus. ergo non obstante unitate personæ, propter dualitatem naturarum, Christus est duo.

¶ 6 Præt. Philosophus dicit in 3. Physic.* quod unum, & duo denominatiuè dicuntur: sed Christus habet dualitatē naturarum. ergo Christus est duo.

¶ 7 Præt. Sicut forma accidentalis facit alterum, ita forma substantialis aliud, ut Porphyrius dicit: † sed in Christo sunt duæ naturæ substantiales, humana, scilicet & diuina. ergo Christus est aliud, & aliud. ergo Christus est duo.

SED CONTRA, est quod Boetius dicit in lib. de duab. nat.* Omne quod est, inquantum est, unum est, sed Christum esse confitemur. ergo Christus est unum.

RESP. Dicendum, quod natura, secundum se considerata prout in abstracto significatur, non uerè potest prædicari de supposito, seu persona nisi in Deo, in quo non differt quod est, & quo est, ut in prima parte habitum est.* In Christo autem cum sint duæ naturæ, diuina, scilicet & humana, altera earum scilicet diuina, potest de eo prædicari, & in abstracto, & in concreto: dicimus enim quod filius Dei, qui supponitur in hoc nomine Christus, & est diuina natura, & est De', sed humana natura non potest prædicari de Christo secundum se in abstracto, sed solum in concreto, prout, scilicet significatur in supposito. Non enim uerè potest dici, ꝙ Christus sit humana natura, quia natura humana non est nata prædicari de suo supposito. Dicitur autē, quod Christus est homo, sicut, & quod Christus est Deus, Deus autē significat habētem deitatem, & homo significat habentem humanitatem. Aliter tamen habens humanitatem significatur per hoc nomen homo, & aliter per hoc nomen Iesus, uel Petrus. Nam hoc nomen homo, importat habentem humanitatem indistinctè, sicut, & hoc nomen Deus, indistinctè importat habentem deitatem: hoc autem nomen Petrus, uel Iesus, importat distinctè habētem humanitatem, scilicet sub determinatis indiuidualibus proprietatibus: sicut, & hoc nomen filius Dei, importat habentem deitatem sub determinata proprietate personali. Numerus autem dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, & iō si ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur quod Christus esset duo: sed quia duæ naturæ non prædicantur de Christo, nisi prout significantur in supposito, oportet secundum rationem suppositi prædicari de Christo, unum, uel duo. Quidam autem posuerunt in Christo duo supposita, sed unam personam, quæ quodem uidetur se habere secundum eorum opinionem tamquam suppositum completum ultima completione: & ideo quia ponebant in Christo duo supposita, dicebant Christum esse duo neutraliter, sed quia ponebant unam personam, dicebant Christum unū masculinè, nam neutrum genus designat quiddam informe, & imperfectum: genus autem masculinum, designat quiddam formatum, & perfectum. Nestoriani autem ponentes in Christo duas personas, dicebant Christum non solum esse duo neutraliter, sed etiam duos masculinè. Quia uero nos ponimus in Christo unam personam, & unum suppositum, ut ex supra dictis patet, sequitur quod dicamus, quod non solum Christus est unus masculinè, sed etiam quod est unum neutraliter. q6.2. ar.2. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uerbum illud August.* non est sic intelligendum, quod ly, utrumque, teneatur ex parte prædicati, quasi dicat, quod Christus sit utrumque, sed teneatur ex parte subiecti. Et tunc ly, utrumque, ponitur non quasi pro duobus suppositis, sed pro duobus nominibus significantibus duas naturas in concreto. Possum enim dicere, quod utrumque, scilicet Deus & homo, est Deus propter accipientem Deum, & utrumque, scilicet Deus, quod homo, est homo propter acceptum hominem. * Citatū in arg.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum dicitur, Christus est aliud, & aliud, locutio est exponēda, ut sit sensus, habens aliam, & aliam naturam. Et hoc non exponit Aug. in lib. contra Fœlicianum.* Vbi cū dixisset, In mediatore Dei, & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis filius, subdit, Aliud quam pro discretione substantiæ, non alius pro unitate personæ. Vnde Greg. Nazianzenus in Epist. ad Elidonium dicit.* Si oportet compendiosè dicere, aliud quidē, & aliud ea, ex quibus Saluator est: si quidem non idem est inuisibile uisibili, & quod absque tempore ei, quod sub tempore, non autem alius, & alius, absit, hæc enim ambo unū.

* c.11. in fi. to.6.

* Ad Elido. epi.1. inter prin. & medium. Incipit; Honorādissimo.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ hæc est falsa Christus est tm̄ homo, quia non excludit aliud suppositū, sed aliā naturā, eo ꝙ termini in ꝓdicato positi, formaliter tenent̄. Si uerò adderet̄, aliquid per qđ traheret̄ ad suppositū, esset uera locutio, puta Christus est tm̄ id, quod est homo. Non tamen sequit̄, ꝙ sit aliquid aliud, q̄ hō: quia ly aliud, cum sit relatiuum diuersitatis substantiæ, propriè refertur ad suppositum, sicut, & omnia relatiua facientia personalem relationem: sequitur autem. ergo habet aliam naturam. D.1052.

4m illatio cōclusionis primæ. Ergo Christus &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falsa imaginatione putans, quod ly aliquid & aliquid, præmissa in antecedente, ponant in numerum, idest faciant duo: vnde & in hoc sensu negatur illatio præscripta. Quod autē ly aliquid, & aliquid non ponant in numerum, sic ostenditur. Nam cum dicitur, Christus est aliquid quod est pater: ly aliquid &c. vt in tex. Ex quo dic breuiter, quòd ideo non ponunt in numerum, quia suppositū humanę naturæ in Christo, ratione cuius ipse est aliquid, quod nō est pater, non ponit in numerum, cum natura diuina, ratione cuius ipse est aliquid, quod est pater. Licet enim humana natura, & natura diuina sint duæ res: tamen persona naturę humanæ in Christo, & diuina natura sunt tātum una res.

5m maior. Sicut in mysterio trinitatis sūt tres personæ in una natura; ita in mysterio incarnationis sunt duæ naturę in una persona. ℞. Cū hac tamen differentia, quod in mysterio Trinitatis natura, etiam in abstracto, prędicatur de tribus personis, in mysterio autem incarnationis ambæ naturæ in abstracto non prædicantur de Christo. §. Tunc nihil, &c. ut patet.

6m ex Philosopho. Vnum, & duo, denominatiuè dicuntur. ℞. Quasi habentia vnitatem, vel dualitatem, non in aliquo alio; sed in ipso, de quo vnum & duo prædicantur. §. Vel (quod idem est) ita denominatiuè dicuntur: quod dicunt unitatem uel dualitatem, non in aliquo alio, sed in ipso, de quo vnum, & duo prædicantur. Tunc nihil &c. vt patet in tex. Concludebat ergo argumentū de naturis Christi, quod sunt duo: non autem de Christo, quod sit duo.

7m ex Porphyrio. Aliud. ℞. Vel simpliciter, vel secundum quid. §. Si enim formæ substātialis diuersitas trahat secum diuersitatem suppositi, tunc facit aliud simpliciter, si autem non trahat secum istam, tunc facit aliud secundum quid. Tunc nihil &c. Non enim ex hoc sequitur, quod Christus sit aliud, & aliud simpliciter: quoniam formarum substātialium, idest naturarum diuersitas non est in ipso cum diuersitate suppositorum: sed ex hoc solummodo sequitur, quod Christus est aliud & aliud secundum quid, idest quod habet aliam & aliam naturam: itemque non sequitur, quod Christus sit duo simpliciter, quasi habens duo supposita cum duabus naturis; sed solum, q sit duo secundum quid, idest habens duas naturas tantum. Istæ tamen locutiones, scilicet Christus est aliud & aliud, uel Christus est duo, sunt improprię; quamuis addatur ly secundum quid: quoniam prædicatio fit de supposito, quod importatur per hoc nomē Christus (vt patet in ad sextum), & suppositum ipsum est tantum unum. Rectificandæ ergo sunt locutiones illæ dicendo, quod in vno Christo est aliud, & similiter quod in vno Christo sunt duo. Ex his patet uia ad clarius intelligendum respon. ad primum, secundum, tertium.

¶ Not. Licet si contuleris articuli huius doctrinam ei, quæ à D. Thoma datur in quæstionibus disputatis de unione verbi incarnati articulo tertio, visurus sis, quod præsens doctrina altior est, quā illa, hinc tamen ne inferas, quod sanctus Doctor seipsum retractauerit (hoc enim attribuere tanto uiro, nisi ubi specialiter ipse verbaliter se retractat, & puerile est, & quandam iniuriam sapit); sed inferas, quod ipse ætate proficiens, profecit & sapientia. Potes ergo ex hoc, & similibus locis, dicere: quod D. Thomas fuit in summa Theologiæ Doctior seipso alibi scribente, & consequenter quod doctrina summæ huius est perfectior, seu profundior, aut luminior, quam doctrina sua in aliis locis tradita, sed de retractatione nullam potes, si sapias, habere consequentiam.

Ad quartum dicendum, q cum dicitur, Christus est aliquid, quod est pater, ly aliquid, tenetur pro natura diuina, quæ etiam in abstracto prædicatur de patre, & filio: sed cū dicitur, Christus est aliquid quod non est pater, ly aliquid, tenetur non pro ipsa natura humana: secūdum quod significatur in abstracto, sed secundum quod significatur in concreto, non quidem secundum suppositum distinctum, sed secundum suppositum indistinctū, prout scilicet substat naturæ, nō autem proprietatibus indiuiduantibus: & ideo non sequitur, quod Christus sit aliquid & aliquid, uel quod sit duo, quia suppositum humanæ naturæ in Christo, quod est persona filii Dei, non ponit in numerum cū naturā diuina, quę prædicatur de patre, & filio.

Ad quintum dicendum, q in mysterio diuinæ Trinitatis natura diuina prædicatur etiam in abstracto de tribus personis: ideo simpliciter potest dici, quod tres personæ sint unum: sed in mysterio incarnationis non prædicantur ambæ naturæ in abstracto de Christo: & ideo non potest simpliciter dici, q Christus sit duo.

Ad sextum dicendum, quod duo dicitur, quasi habens dualitatem, non quidem in aliquo alio, sed in ipso, de quo duo prædicantur. Fit autem prædicatio de supposito, qd importatur per hoc nomē Christus. Quamuis igitur Christus habeat dualitatem naturarum, quia tamen non habet dualitatem suppositorum, non pōt dici Christus esse duo.

Ad septimum dicendum, q alterum importat diuersitatem accidentis, & ideo diuersitas accidentis sufficit ad hoc, quod aliquid simpliciter dicatur alteri, sed aliud importat diuersitatem substantiæ: substantia autem dicitur non solum natura, sed etiam suppositum, ut dicitur in quinto Metham.* & ideo diuersitas naturæ non sufficit ad hoc, quod aliquid simpliciter dicatur aliud, nisi adsit secundum suppositum: sed diuersitas naturæ facit aliud secundum quid, scilicet secundum naturam, si non adsit diuersitas suppositi.

AR-

*li.5.Met. tex. 15.to. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primò; quomodo interimas hæresim Elcesseorum dicentium: Christum non unum, sed plures, fuisse. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari à dictis. q. 4. art. 2. appen. Item à symbolo sancti Athanasij dicente. Qui licet Deus sit & homo; non duo tamen, sed unus est Christus. Vnus autem, non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino, non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Hæc ibi. Quātæ autem authoritatis sit prædictū symbolum, demonstrat Papa Eugenius IIII. per hoc, q sacro approbante Concilio Floren. ipsum uocat compēdiosam regulam fidei: ut patet in sua constitu. super vnio. Armenor. Item meritò damnari à Matt. 23. Magister uester unus est Christus. Non solum enim dictū hoc exponitur sic, vester magister est unus, qui est Christus: sed etiam sic, vester magister est Christus, qui est unus. Et ideo (ut ibi dicitur) nē vocemini magistri: hoc est, iuxta hunc sensum, ne habeatis plures magistros. Itē à 1. Cor. 1. Diuisus est Christus? Quasi dicat. Absit. Pro maximo enim inconuenienti se habere declarat Apostolus, q uel in speciem detur occasio cogitandi, q Christus sit diuisus. i. q sit plures: dum Corinthios sic acriter redarguendo corripit. Ac si, ex ipso modo interrogandi, dixerit. Manifestum & est, & uobis esse debet, ideoque mirum est, si uobis non sit manifestum, quod Christus non est diuisus, idest quod Christus non plures, sed unus, est. Item à Concilio Constantinopolitano quinto, & Ephesino primo, ut prudens lector applicabit ex q. 2. ar. 2. 3. cum Elucid. Tertio uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo fige oculos mentis in neutrum genus, cum legis, an Christus sit unum, uel duo, ita quod ly duo, in neutro etiam genere sumitur, & meritò, ut directè opponatur ad ly unum. Nec addendus est aliquis alius terminus, puta ens, an scilicet sit unum ens, uel duo entia, sed absolute, ut sonat, discutienda est quæstio, an Christus sit unum, uel duo. Sic enim promissus, seclususque ordo de consequentibus incarnationis mysteriū, seruatur, dum discussis his, quæ ad ueritatem, esse, vel fieri spectant in præcedenti quæstione, in hac ueritas indaganda est eorum, quæ spectant ad unitatem, inter quæ constat primum locum tenere unitatem, aut dualitatem simpliciter, & absolutè, & deinde unitatem, uel dualitatem talem. Est igitur quæstio in hoc articulo, an Christus sit vnum, uel duo simpliciter, & absolute sine determinatione aliqua.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, respondetur secundum quid attendatur esse unum, uel duo in Christo. Secundò, respondetur determinate quæsito unica conclusione. Quo ad primum, conclusio est illa: Christus est unum uel duo, non secundum dualitatem naturarum: sed secundum vnitatem, uel dualitatem suppositi, seu personæ. Probatur conclusio hæc quo ad primam partem: quia de Christo nō prædicantur ambæ naturæ in abstracto, sed altera tantum, scilicet diuina, quod probatur ex differentia inter Deum, & alia in hoc, quod in solo Deo natura secundum se prædicatur de supposito: hinc enim sequitur, quod humana natura

tura non prædicatur de Christo. Quo ad secundam uero partẽ: quia ambæ naturæ vt in supposito, prædicantur de Christo, siue significentur in supposito indeterminate, siue determinate.

¶ Vbi nota, quod licet diuersimode possit formari hæc prima pars corporis articuli, puta præmittendo differentem habitudinẽ Christi ad naturas secundum se, vel vt in supposito significatas, & subdendo conditionalem processum, si ambæ naturæ &c. vis tamen rationis consistit in hoc. Ad esse duo exigitur, quod Christus sit aliqua prędicata ponentia in numerum deitas autem, & humanitas ponunt in numerum, sunt enim duæ naturæ: & ideo si Christus esset sua humanitas, sicut est sua deitas, Christus uerè esset duo. Et hoc est quod in litera dicitur, quod quia numerus dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, ideo si ambæ naturæ &c. Sed prædicata quæ vere affirmantur de Christo, non ponunt in numerum: Deus enim & homo in Christo non ponunt in numerum: non enim sicut duo habentia deitatem, & humanitatem, sed vnum, & idem numero est habens humanitatem, & habens diuinitatem & similiter filius Dei, & hic homo, seu Iesus, nõ ponunt in numerum, vt patet. In hoc consistit tota uis huius articuli. Et in hac quidem prima parte corporis deuenitur usque ad hoc, quod si natura utraque prędicaretur de Christo, esset duo Christus: quia naturæ ponunt in numerum: sed quia non prædicatur, nõ constituit Christum duo, & quia prædicatur, vt in supposito, ideo secundum rationem suppositi numerari, vel non numerari, dicendus est Christus vnum, vel duo.

¶ Vbi occurrit duplex dubium. Primum est circa illud: In solo Deo natura prædicatur de supposito, habet enim instãtiam, quia in angelis suppositum non differt a natura.

¶ Alterum est circa processum literæ conditionalem: quoniam procedit à destructione antecedentis, quod non licet. Ait enim, Si ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur quod Christus esset duo: sed quia duæ naturæ non prædicantur, &c.

¶ Ad primum facile patet responsio, quod quia aliquo modo differt suppositum a natura in angelis, quamuis in illis non differat indiuiduum a natura, ideo solida stat litera.

¶ Ad secundum dicitur, quod quia in propriis argumentum a destructione antecedentis non est prohibitum, ideo cum ex propriis hic procedatur (ut patet ex declaratis) absque vitio processum est.

¶ Quo ad secundam partem corporis conclusio est: Christus est, & vnus & unum. Deducitur conclusio ex præmissis, subiunctis tribus modis dicendi de supposito, seu persona Christi. Primus est dicentium in Christo duo supposita, & unam personam. Secundus est dicentium in Christo duo supposita, & duas personas. Tertius est dicentium in Christo vnum suppositum, & unam personam. Iuxta primum, Christus est duo, in neutro genere, quod unus. Iuxta secundum, Christus est duo, tam neutraliter quàm masculine. Iuxta tertium Christus, est vnum, & unus. Et quia tertius modus solus est sententia fidei, ideo concluditur quod Christus est unum, & vnus est.

¶ In respõsione ad tertium aduerte nouitie, quod cum in medio responsionis dicitur, non tamen sequitur, quod non sit aliquid aliud, quam homo, &c. ista aduersatiua non respicit ad propositionem immediate positam in litera, sed ad propositionem negatiuam in arguendo assumptam, scilicet Christus non est tantum homo: Auctor siquidem in hac responsione primo monstrat hanc assumptam propositionem esse ueram monstrando suam contradictoriam affirmatiuam esse falsam, scilicet Christus est tãtum homo, quia prædicata tenentur formaliter. Et interponit ad bonitatem doctrinæ qualiter posset fieri affirmatiua uera, scilicet Christus est tantum id, quod est homo. Deinde respondendum est argumento. Et quia concessit antecedens assumptum, scilicet Christus non est tantum homo, respondet ad consequentiam. ergo est aliquid aliud, quàm homo, dicens. Non tamen sequitur quod sit aliquid aliud, quam homo &c. quasi dixerit licet antecedens sit verum, sequela tamen non ualet.

¶ In responsione ad quartum, vide nouitie, quod cum in litera conceditur, quod Christus est aliquid quod nõ est pater, &c. sensus est quod Christus est homo hoc est suppositum humanæ naturæ, quod est esse aliquid, quod non est pater, quia est esse substantiam, in substantia dicitur hypostasis, quæ substantia secundum rem in Christo est hypostasis filii, quæ non est pater: quamuis non significetur nomine hominis ipsa hypostasis filii distincte, sed indistincte. Quia igitur ex his duobus dictis, Christus est aliquid quod est pater, Christus est aliquid quod non est pater, nihil aliud habetur, nisi quod Christus est deitas, & suppositum humanæ naturæ, & hæc duo, scilicet deitas, & suppositum humanæ naturæ in Christo non ponunt in numerum, quia suppositum humanæ naturæ in Christo est filius Dei; qui non ponit in numerum cum deitate, ideo non sequitur, quod Christus sit duo.

¶ Attende tu docte, ex hoc articu. collato cum articulo tertio, in quæstionibus disputatis de unione verbi incarnati, inquantum seipso doctior fuerit hic Auctor, quantum distent fundamenta doctrinæ huius ab illis, ut scias omnem auctoritatem huic operi deferre.

113 3.d.4. q.1. art. 2. q. 1. col.fi.& d. 6.q.2.ar.2. Et unio. a. 4. Et quol. 9.q. 2.a.2. Et opusc.3. ca. 216. & 219.

* lib. 3. c. 113.

Scot 3.s.d.6.q.1.
Richar.3.s.d.6.q.3.
Duran 3.s.d.6.q.2.
Bacc.3.s.d.7.q.1.
Capr.3.d.6.q.1.con.1. & 3.d.8.q.1.con.9.
Alb.mag.3.dist.6.art.4. & 5.
Medina, ar.2.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sit tantum unum esse.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sit tantum unum esse: sed duo. Dicit enim Damasc.* in 3. lib. quod ea, quæ consequuntur naturam, in Christo duplicantur, sed esse consequitur naturam, esse enim est a forma. ergo in Christo sunt duo esse.

¶ 2 Præt. Esse filii Dei est ipsa natura diuina, & est æternum: esse autem hominis Christi non est diuina natura, sed est esse temporale. ergo in Christo non est tãtum unum esse.

¶ 3 Præt. In Trinitate quamuis sint tres personæ, est tamen unum esse propter unitatem naturę, sed in Christo sint duæ naturæ, quamuis sit vna persona. ergo in Christo non est tantum unum esse, sed duo.

¶ 4 Præter. In Christo anima dat aliquod esse corpori, cum sit forma eius: sed non dat sibi esse diuinum, cum sit increatum. ergo in Christo est aliud esse, præter esse diuinum, & sic in Christo non est tantum unum esse.

SED CONTRA, Vnum quodque secundum hoc dicitur ens, secundum quod dicitur unum, quia unum, & ens conuertuntur. ergo si in Christo essent duo esse, & nõ tantum unum, Christus esset duo, & non unum.

RESP. Dicendum, quod quia in Christo sunt duæ naturæ, & una hypostasis, necesse est quod ea, quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo: quæ autem pertinent ad hypostasim in Christo, sint unum tantum. Esse autem pertinet, & ad naturam, & ad hypostasim: ad hypostasim quidem, sicut ad id, qđ habet esse: ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modũ formæ, quæ dicitur ens ex eo, quod ea aliquid est, sicut albedine ẽ aliquid albũ, & humanitate est aliquis homo. Est autem considerandum, qđ si est aliqua forma, uel natura, quæ non pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse nõ dicitur esse illius personę simpliciter, sed secundum quid, sicut esse albũ, est esse Socratis, non inquantum est Socrates, sed inquantum est albus. Et huiusmodi esse nihil prohibet

SVPER Q. XVII. ART. II.

EXAM. Ly esse, scilicet, quod: non autem, quo. Quamuis enim esse, vniuersaliter loquendo, sit duplex, scilicet quo, & quod id est naturæ, & hypostasis (vt declaratur in textu,) tamen hic intelligitur specialiter de esse quod, id est de esse pertinente ad hypostasim. Nam ipsum esse proprie est personæ subsistentis, secundum quod habet habitudinem ad talem, uel talem, naturam, ut patet in ad quartum.

¶ CONCL. 1. Necesse est, quod ea, quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo; quæ autem pertinent ad hypostasim, sint unum tantum.

¶ PROB. Quia in Christo sunt duæ naturæ, & una hypostasis.

¶ CONCL. 2. Esse, quod non pertinet ad personam potest multiplicari in una persona; sed illud esse, quod pertinet ad personam, non potest multiplicari in una persona.

¶ PROB. Quia aliud est esse, quo unus personaliter Socrates est albus, aliudque est esse, quo idem Socrates est musicus. Secũda autem pars, scilicet sed illud, &c. probatur; Quia impossibile est, quod uni* rei non sit unum esse (Alioquin, ut patet, illa res non esset una, sed plures.)

¶ CONCL. 3. Secundum humanam naturã non aduenit Christo nouum esse personale; sed solum noua habitudo personalis esse præexistentis ad naturam humanam.

¶ PROB. Quia natura humana pertinet ad esse personale Christi (cum ipsa coniungatur filio Dei personaliter, non autem accidentaliter,

q.2.

q.2.ar.6.) Et esse formæ pertinentis ad personam secundum se, non potest multiplicari in vna persona (vt patet ex concl.2.) Secū da uero pars, scilicet sed solum &c. probatur; Quia persona verbi post incarnationem dicitur subsistere non solum secundum natu ram diuinam, sed etiam secundum naturam humanam.

multiplicari in una hypostasi, uel persona: aliud enim est esse, quo Socrates est albus, & quo Socrates est musicus, sed illud esse, quod pertinet ad ipsam hypostasim, vel personam secundum se impossibile est in una hypostasi, uel persona multiplicari: quia impossibile est, quod vnius rei non sit vnum esse. Si igitur humana natura adueniret filio Dei non hypostaticè, uel personaliter, sed accidentaliter (sicut quidam posuerunt) oporteret ponere in Christo duo esse: vnum quidem, secundum quod est Deus, aliud autem, secundum, quod est homo, sicut in Socrate ponitur aliud esse, secundum quod est albus, & aliud, secundum quod est homo, quia esse album non pertinet ad ipsum esse personale Socratis, Esse autem capitatum, & esse corporeum, & esse animatum, totum pertinet ad unā personam Socratis: & ideo ex omnibus his, non fit nisi unum esse in Socrate. Etsi contingeret quod post constitutionem personæ Socratis, aduenirent Socrati manus uel pedes, uel oculi, sicut accidit in cæco nato, ex his non accresceret Socrati aliud esse, sed solum relatio quædam ad huiusmodi, quia scilicet diceretur esse non solum secundum ea quæ prius habebat, sed etiā secundum ea, quæ sibi postmodum adueniunt. Sic igitur cum humana natura coniungatur filio Dei hypostaticè, personaliter, ut supra dictum est,* & non accidentaliter, consequens est, quod secundum humanam naturam non adueniat sibi nouum esse personale, sed solum noua habitudo personalis præexistentis ad naturam humanam, ut scilicet persona illa iam dicatur subsistere, non solum secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam.

An PRIMVM ergo dicendum, quod esse consequitur naturam, nō sicut habentem esse, sed sicut qua aliquid est; personam autem, siue hypostasim consequitur, sicut habentem esse. Et ideo magis retinet vnitatem secundum unitatem hypostasis, quam habeat dualitatem secundum dualitatem naturæ.

An SECVNDVM dicendum, quod illud esse æternum filii Dei, quod est diuina natura, fit esse hominis, inquantum humana natura assumitur à filio Dei in unitatem personæ.

An TERTIVM dicendum, quod sicut in prima parte dictum est, * quia persona diuina est idem cum natura, in personis diuinis nō est aliud esse personæ præter esse naturæ, & ideo tres personæ non habent nisi unum esse. Haberent autem triplex esse, si in eis esset aliud esse personæ, & aliud esse naturæ.

An QVARTVM dicendum, q̄ anima in Christo dat esse corpori, inquantum facit ipsum actu animatum, quod est dare ei complementum naturæ, & speciei: sed si intelligatur corpus perfectum per animā absque hypostasi habente utrumque, hoc totum compositum ex anima, & corpore (prout significatur nomine humanitatis) non significatur ut quod est, sed ut quo aliquid est. Et ideo ipsum esse est personæ subsistentis, secundum q̄ habet habitudinem ad talē naturam, cuius habitudinis causa est anima, in quātum perficit humanam naturam in formando corpus.

¶ COROLL. Ergo ex conclusione tertia habetur, quod sicut est hæresis dicere, quod humana natura sit Deo coniuncta accidentaliter, ita & hæresis est dicere, quod in Christo sint duo esse. Nam eiusdem conclusionis probatio, hoc ipsum inde sequi, demonstrat secundū sensum, vt patet bene consideranti.

1^m illatio conclusionis.

Ergo in Christo &c. R. Negatur illatio. §. Nam esse de quo minor loquitur, consequitur naturam, &c. ut in tex.

2^m minor.

Esse hominis Christi non est diuina natura, sed est temporale. R. Negatur. §. Loquendo, scilicet de esse existentiæ, de quo

D.560. intendit conclusio tertia, vt ex responsio. ad primum, & ex examine post titulū patet. Illud enim esse æternum filii, &c. ut in tex.

3^m de maiori.

Tres personæ. R. Non habentes esse personale aliud, præter esse naturæ. §. Tunc nihil &c. Nam duæ naturæ in Christo non habent esse aliud ab esse personæ. Quod si haberent aliud & aliud esse: tūc in Chri

* q.2.ar.6. sto essent duo esse, scilicet unum personæ, alterum naturæ saltem humanæ.

4^m de maiori.

Aliquod esse. R. Quo solum si non sequatur inde hypostasis. §. Tūc nihil &c. ut patet in tex. & ex dictis, maxime adiunctis exemplis, 3. distin.6.q.2.ar.2. ad primum, vbi ad simile argumentum sic dicitur. Forma facit esse, non ita quod illud esse sit materiæ aut formæ: sed subsistentis. Quando ergo compositum ex materia, & forma est per se subsistens, acquiritur ex forma illi composito esse absolutum per se: quando autem non est per se subsistens, non acquiritur per formam esse illi composito: sed subsistenti, cui hoc adiungitur, acquiritur respectus secundum esse ad hoc, quod ei additur. Sicut, si ponamus hominem nasci sine manu, & manum per se separatim fieri, & postea ei miraculose coniungi. Hoc posito, constat; quod forma manus causabit esse manus per se subsistentis: sed postquam coniungitur homini, non acquiritur ex forma manus aliquod esse manui, quia manus nō habet esse propriū; sed acquiritur homini respectus ad manum secundum suum esse. Ita etiam dico: quod anima in Christo non acquirit proprium esse humanæ naturæ, sed filio Dei acquirit respectum secundum suum esse ad humanam naturam. Qui tamen respectus non est aliquid secundum rem in diuina persona: sed aliquid secundum rationem, ut dictum est de vnione. Hæc ibi. Vide ibid. dist.5.q.1. ar.1.& pri.par.q.13.ar.7.

¶ NOT. Concordant prædictis, ipsaque declarāt dicta in quolib.9. art.3. quæ sunt hæc. Quia in Christo ponimus unam rem subsistentem tantum, ad cuius integritatem concurrit etiam humanitas, quia unum suppositum est utriusque naturæ: ideo oportet dicere, quod esse substantiale, quod proprie attribuitur supposito, & non ex naturis. Si tamen ponatur humanitas à diuinitate separari, tunc humanitas suum esse habebit aliud ab esse diuino. Non enim impediebat, quin proprium esse haberet, nisi hoc: quod nō erat subsistens. Sicut si archa esset quoddam indiuiduum naturale, ipsa tota non haberet nisi unum esse: quælibet tamen partium eius separata ab archa habebit proprium esse. Hæc ibi in corp. Et in respon. ad tertium inquit. Generatio temporalis terminatur non ad esse suppositi æterni, ut per eam simpliciter esse incipiat, sed ut incipiat esse suppositum humanæ naturæ. Hæc ibi.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hęresim Nestoru dicentis, quod Christus non unus in diuinitate & hu-

*p.p.q.3.a.3.&4.

manitate fuit, sed separatim alter filius Dei, alter filius hominis. Itē hæresim Seueri Antiocheni dicētis: In Christo fuisse vnionem non personalem in duabus naturis uere subsistentem: sed tantum habitualem, id est secūdum habitum, p̄prietatem, conditionemque quandam diuinam, qua, cum solus esset homo, diuina tamen assistente, per quandam participationem uirtute, miracula operaretur. Per has enim hæreses, ut patet intelligenti, ponebantur in Christo duo esse, scilicet æternum, & temporale, ac pro tanto, & hic adducuntur, & à præsenti articulo confunduntur, & ab in fradicendis condemnari pro nunc intelligentur. Secundò igitur habes: quomodo per rationem ostendas, illas damnari a dictis, ar. 1. appen. Item à q.16.ar.12. appen. cum ibi citatis. Quæcumque enim sunt distincta secundum esse, sunt & supposito distincta, ut dicit Doctor sanctus in quolib.9. ar.3. ideoque cum in locis allegatis monstretur, quod in Christo est tantum unum suppositum, commonstratum fuisse tenendum est, quod in Christo est solum unum esse. Item à dictis quæst.6.ar.6. append. Item à Concilio Constantinopolitano quinto, cap.3. Si quis dicit, alium esse Deum Verbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est: vel Deum Verbum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse, ut alterum in altero, & non unum eūdemq; Dominum nostrum Iesum Christum, Dei Verbum incarnatum & hominem factum; atque eiusdem miracula, & passiones, quas sponte passus est carne, talis anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnari a Papa Fęlice per hoc, quod damnat hæresim Petri cuiusdam Antiochiæ Episcopi, qui a trisagio addiderat ly qui crucifixus es, quasi aliuno Dei tibi nomine fortis designatum distinguens ab illo, qui crucifixus est. Contra prædictum enim Petrum dicit Papa. Erroris ueneno fidelium auribus infudisti, traditamque ab Angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti insolens illi, qui crucifixus es pro nobis. Ergo ne non aduertisti, quod Paulum Samosatenum, Photinumque, & Artemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerunt, unum quidem ante sęcula,

QVAE-

tula, alterum verò noniter natum, cum ipse quoque Trinitati inuexeris pluralitatem duos Dei filios dicens, vnum fortem, alterũ crucifixum? Hæc ille, in epistola ad ipsum Petrum monitoria, quod non debet addi in trisagio, qui crucifixus es. Pro præmissorum captu aduerte, quod trisagium appellant Græci hymnum, in quo Deus ter sanctus nominatur; vt ly sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis. Erroneo autem ausu Petrus ille dicebat, sancte fortis, qui crucifixus es: intelligentiam diuidendi fortem à crucifixo in hac additione habens, ideoque in fide committens errorem. Christum enim duo esse habere per hoc fatebatur: id quod ipse Papa tamquam unum esse io eo tamum re uera contestans (vt audiuimus) reprobat omninò. Quod si absque illa erronea intelligẽtia post ly fortis, adderet quis ly qui crucifixus es pro nobis, intendens quod ipse vnus, & ideo filius fortis, fuit carne crucifixus pro nobis, & ad nullam aliam personam refert crucifixionem talem, talis neque a Papa, neque ab aliquo sapiente esset de hoc reprehendendus quasi errans in fide: sed forte de hoc, quod hymno illi addidit publice id, q; cõis usus tacuerat, & tacet. Vide q. 46. ar. 12. appen. Tertio uides: quo ex iis bene pẽsatis, & applicatis, doctrina præsens Ang. vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

ipse

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut sonat, sumendus est de esse simpliciter, & absolutè. Vertitur enim in quæstionem, an sic ut dicimus in Christo simpliciter, & absolute duas naturas, ita dicere possimus, in Christo duo esse simpliciter, & absolute, an vero sicut in Christo non est nisi vnum suppositum, vna persona, ita non est nisi vnum esse. Et notandum est, q; non quæritur de propositione, sed de re. non enim quæritur, an illa propositio sit vera, Christ' habet duo esse, sed an in Christo sint duo esse. Et licet ista quæstio uideatur prima facie locanda inter quæstiones substantiales de incarnatione, & non inter consequentes (vt ab Auctore locata est) si quis tamẽ profundius consideret, suo loco posita est, quoniam vnum sequitur ens: tota autem latitudo tractatorum ante illam quæstionem, spectat ad esse, vel fieri incarnationis in se, vel enunciatum. Vnde meritò modo de uno, vel multis tractatur. Nec propterea à substantialibus receditur: quia vnum, vel molta non addit naturam aliquam supra ens, hoc est illud quod vnum, vel molta dicitur secundum ueram Metaphysicã. Vna enim albedinis natura, nullam entitatem addit supra albedinis naturam, & sic de aliis.

¶ In corpore duo principaliter fiunt. Primò præmittuntur tria manuducẽtia ad veritatem. Secundo proceditur ex duabus conditionalibus, & infertur conclusio responsiua quæsito, q; in Christo est vnum esse tantum.

¶ Quo ad primum præmittuntur tria. Vnum ex parte subiecti, quod est Christus, & duo ex parte prædicati, quod est habere esse vnum, vel plora, ex parte si quidem subiecti pręmittitur generalis regula, q; quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, quæ sunt hypostasis, non multiplicantur. Et ratio redditur, quia in Christo sunt duæ naturæ, & vna persona. Ex parte vero prædicati præmittitur prius, q; esse est de numero spectantium, & ad naturam, & ad personam: diuersimodè tamen, quia personæ, vt habentis, seu quod est, naturæ autem vt principii, seu quo aliquid est. Et hoc probatur à signo, quia natura significatur per modum formæ, qua aliquid est ens, vel tale, ut patet de albedine, & humanitate. Deinde præmittitur aliud ex parte prædicati, scilicet quod ẽ esse duplex, quoddam à forma, vel natura pertinente ad esse personale, quoddam a forma, uel natura non pertinente ad esse personale. Exemplum primi in homine, est esse quod homo habet ab anima. Exemplum secundi est esse quod habet ab albedine, & vniuersaliter ab accidentali forma, nam anima spectat ad personalitatem Socratis, albedo non. Ponitur autem in litera duplex inter hæc duo esse, differentia. Prima est penes simpliciter, vel secũdum quid: quia primum est esse Socratis simpliciter, & absolute, secũdum autem est esse Socratis non simpliciter, sed ut est talis, puta inquãtum albus. Secunda est penes vnitatem, vel pluralitatem, quia secundum potest in vna, & eadem persona multiplicari, vt pater, primum autem impossibile est in vna, & eadem persona multiplicari: quia impossibile est, quod unius rei non sit vnum esse.

¶ Quo ad secundum, prima conditionalis est, Si natura humana aduenisset filio Dei non hypostatice, sed accidentaliter, oporteret in Christo ponere duo esse: vnum, secundũ quod est Deus, & aliud secundum, quod est homo. Hæc conditionalis non aliter probatur in litera, nisi quod deducitur ex præmissis, exemplum afferẽdo in Socrate de esse ipsius, secundũ quod est homo, & secundum quod est albus, & rationem applicando, quia esse album, non spectat ad esse personale Socratis.

¶ Secunda conditionalis est; Si natura humana cõiungitur filio Dei personaliter, secundum naturam humanam non aduenit sibi nouũ esse personale, sed solũ noua habitudo præexistentis esse personalis ad naturam humanam. Circa quam conditionalẽ quattuor apponit: nam primo narrat, q; quotcunq; sint integrantia personam, non nisi vnum esse constituunt. Et hoc declarat in partibus integralibus, per ly esse autẽ, & capitatum, & in partibus essentialibus, per ly, & esse corporeum, & in partibus essentialibus formalibus, per ly esse animatum. Secũdò declarat, q; si pars aliqua personalis adueniret præexistenti personę, idem esset iudicium quo ad vnitatem ipsius esse, ita q; ex adueniente noua parte non adueniret nouum esse. Ita q; manifestauit, quod spectantia quæcumq; ad personalitatẽ, siue simul cum persona coæua sint, ut cum Socrates integer nascitur, siue aliquid eorum de nouo adueniat præexistenti personæ tantum esse semper est. Et ratio est in promptu, quia

quia non melioris sunt conditionis personalia ex hoc, quod adueniunt post, quam si essent congenita, seu coæua personæ: sed si essent congenita, seu coæua, non nisi unum esse constitueretur. ergo si adueniunt, non deferunt nouum esse. Tertiò declaratur, quid noui personæ adueniat ex superaduentu personalium, & dicitur q; est relatio ad nouam partem personalem. Et huius quoque in promptu causa est, quia sicut personalia congenita non dant personæ singula propria esse, sed persona vnum esse habet relatum ad omnia personalia Socrates enim non habet vnum esse partiale à manu, & unum à capite, & unũ ab hepate, & unum ab oculis, &c. quasi ex his consletur vnum esse totale: sed Socrates habet suum proprium esse, quod est primo esse ipsius Socratis, & illo refertur ad omnia personalia cum illo dicitur esse, & ipse, & dicitur esse secundum caput, manus, pedes, &c. ita si sunt aduenientia, sola relatio præexistenti esse acquiritur ad illa. Demum posita ipsa conditionali, declaratur sensus huiusmodi relationis in Christo, ut scilicet persona illa dicatur subsistere non solum secundum diuinam, sed etiam secundum humanam naturam.

¶ Hæc sunt in corpore articuli in quibus multæ sunt quæstiones. Prima domestica est de intẽtione, & sensu Auctoris, an, s. Auctor intendat docere, quod in Christo nullum est esse actualis existentiæ de genere substantiæ creatum, sed sola existentia increata. Secunda quæstio, an sit in ueritate, quod in Christo nulla existentia substantialis sit nisi diuina.

¶ Quæstionis primæ rõ est uarietas uerborum ipsius Auctoris: nam in quæstionibus disputatis de unione verbi incarnati. Auctor clarè dicit, in Christo inueniri duo esse, vnum æternum, quod est esse principale suppositi, & unum tẽporale, inquantũ uerbum est factum homo, & hoc esse est esse, secundarium illius suppositi. In hac ẽt litera non concludit Auctor, q; Christo sm̃ humanam naturam non adueniat nouum esse, sed apposuit ly personale, ut patet cum infertur cõclusio circa calcem corporis articuli, quasi præseruauerit se auctor ab existentia actuali, ut est naturæ humanæ, non est ut personæ. in responsio. quoque ad primũ, non negatur totaliter dualitas esse, sed cum cõparatiuo magis dr̃, q; esse magis pertinet vnitatem sm̃ vnitatem hypostasis, quam habeat dualitatem sm̃ dualitatem naturæ. In quibus uerbis dualitas esse minus quidẽ affirmatur, non autem negatur totaliter, quasi tamquam quid secundarium, non nisi sm̃ quid affirmandum. In responsione quoq; ad tertium duplex esse insinuatur, dum soluitur argũ ex identitate naturæ, & personæ in diuinis, & affirmatur conditionalis, quod si ibi esset aliud esse naturæ, & aliud esse psonæ, esset triplex esse. Hęc.n. solutio insinuat, quod quia in humanis, & in Christo psona non est idem cum natura assumpta, aliud est esse personæ, & aliud naturæ, ac per hoc duo sunt in Christo esse. In oppositum autem est processus articuli secundum planum illius sensum.

¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio sensus literæ huius, & doctrina Auctoris est, in Christo non inueniri aliquod esse actualis existentiæ substantiale, nisi esse existentiæ diuinum. Clare si quidẽ patet ex processu huius articuli, tolli à Christo omne esse, quod à quacumque re personali in Christo est nisi à deitate. Fundatur enim uis rationalis literæ super hoc, q; siue forma, siue materia, siue pars, siue natura quæcumque sit spectans ad personalitatem alicuius, non affert suum esse, & propterea oportet alterum duorum dicere, aut quod natura humana non specter ad personalitatem Christi, aut quod nõ attulerit Christo esse, quod dedisset personæ humanæ, quam constituisset, si non fuisset assumpta. Ad hoc namque fundauit se Auctor super pertinentia, uel impertinentia formæ ad personalitatem alicuius ut pertinentia ad personalitatẽ, alicuius, priuata fore singulis propriis esse, hoc ipso quod ad alterius personalitatem spectant monstraretur: quia in hoc differũt personales à non personalibus formis, quod non personales habẽt singulæ singula propria esse, ut patet de albedine, dulcedine, quantitate, &c. personalia autem carent singulis esse. Et propterea si, pro quia, humanitas in Christo personalis res est, oportet quod careat suo proprio esse, quod constat uocari esse actualis existentiæ, natum principiari ab humanitate, seu natum esse humanitatis ut principio quo. Vnde perinde esset dicere humanitatem in Christo habere propriam existentiam, sed illam non esse simpliciter, aut principalem existentiam Christi, sed secundariam, aut secundum quid, puta inquantum est homo, & collocare humanitatem Christi in ordine formarum, seu naturarum non pertinentium

tium

tium ad personalitatem, quibus conuenit afferre secum sua singula esse, & propterea multiplicare illa in vna, & eadem persona. Cum tamen euidenter in litera clarum sit, humanitatem Christi locatam esse inter spectantia ad personalitatem, & ideo non afferre proprium esse, quia si afferret illud multiplicaretur in una, & eadem persona esse personale: quoniam esse proprium naturæ humanæ, est esse personale: est enim esse Socratis, aut Platonis, &c.

¶ Ad obiecta autem in oppositum respondendo ad primum dicitur, quod opinio illa posita in quæstione illa Vnione verbi, vt retractata censenda est, nisi quis adeo desipiat, ut patet doctrinam in hoc vltimo libro traditam, & in authenticis libris etiam prius probatam, scilicet in 3. Sentent. distinctione sexta, quæstione secunda, & in Quolibet. nono, quæstione secunda. reducendā esse ad quæstiunculam vix cognitam inter opera Auctoris, & longe ante factam. Quæ rationabilius creditur colligendo condita, inter schedulas disputationum quam umquam edita à Diuo Thom. constat enim quæstionem illam de tanta re, hoc est de Vnione Verbi incarnati, imperfectissime materiam vnionis tractare, & per hoc dissonare ab aliis quæstionibus disputatis eiusdem, & rationibus multum debilibus uti, ut patet conferenti illos articulos similibus in hoc opere, & quinque tantum articulis rem tantam absoluere: præseferunt si quidem hæc quod diximus.

¶ Ad secundum sumptum, ex corpore huius articoli dicitur, quod nihil obstat: quoniam esse personale, & esse substantiale personalium, apud Auctorem idem est, & iam declaratum erat in hacmet litera hoc quando illatum est, in Christo non aduenite nouum esse personale. Vnde ly personale, sumitur ibi, vt distinguitur contra accidentale: quia cum hæc duo tantum essendi genera in persona declarauerat, & Filio Dei ex humanitate assumpta non aduenit nouum esse accidentale sub quo substantiale esse existentiæ claudi oportet, quoniam humana natura non nisi substantiale esse existentiæ secum affert, quod accidentale esse filio Dei, ideo ad differentiam huiusmodi accidentalis esse addidit ly personale, alioquin conclusio nouum terminum apposuisset, & nō sequeretur ex præmissis.

¶ Ad tertium sumptum ex responsione ad primum, dicitur quod comparatio cadit supra causas, & non supra effectus: unitas enim personæ, & dualitas naturæ sunt causæ, unitas, uel dualitas esse, est effectus. Docet ergo litera, quod quia esse ud naturam se habet ut ad principium, quoad personam uerò se habet ut ad proprium subiectum quod, ideo magis vrget unitas personæ ad unitatem esse, quam dualitas naturæ ad duo esse, ac per hoc, quia causa efficaciorem effectum habere debet, poncoda est unitas, & non dualitas esse in Christo. Hic est verus, & intentus sensus literæ, & responsione satisfacit argumento, ut patet, & consonat corpori articuli, nec ullam habet dissonantiam. Et si uis etiam grammaticè literam construere, dispone construendo ly magis, supra ly secundum vnitatem hypostasis, & similiter ly quam, supra ly secundum dualitatem naturæ, & exponito, & ideo magis secundum unitatem hypostasis per vnitatem, quam secundum dualitatem naturæ habeat dualitatem, & uidebis, quod comparatio sit ad causas, non ad effectus.

¶ Ad quartum sumptum ex responsione ad tertium dicitur, quod responsio ista supponit unum singularissimum uerum in prima parte habitum, scilicet quod in solo Deo esse est naturæ proprium; ita quod ipsius est, & ut qoo, & ut quod est. In cæteris namque esse est naturæ vt quo, personæ autem, quæ est aliud quid a natura, est ut quod. Hinc enim sequitur responsio literæ, scilicet quod quia persona in diuinis est idem quod natura, nō est aliud esse personæ, præter esse naturæ.

¶ Et bene nota ly præter, quia ex hoc uerbo insinuat, quod supponitur quod esse sit naturæ. Et cum dixit; Non est aliud, intendit de illa alietate, qua persona est aliud a natura. In his enim, in quibus persona, & natura secundum rem differunt, sicut persona est aliud a natura, ita esse personæ debitum, est aliud ab esse naturæ. Aliud autem non per positionem duorum esse, quorum unum sit aliud ab alio, sed per alietatem, ut ita dixerim, naturalem: quia alterius naturæ est esse, quod non debetur naturæ nisi per personam, cui primo conuenit, & alterius naturæ esset esse, quod conuenit naturæ absque expectatione a persona, quod in solo Deo inuenitur. Quia igitur in diuinis persona est idem cum natura vendicante sibi esse ut proprium, ideo non est aliud esse conueniens personæ, quam proprium naturæ, & ideo tres personæ non habent nisi esse, & haberent triplex esse, sicut est ibi triplex persona, si personæ esse distingueretur ab esse naturæ, hoc est, si personæ deberetur proprium esse alterius rationis ab eo, quod debetur naturæ, quando esse est proprium naturæ. Et hunc esse intentum sensum, videte potes, tum ex eo quod nec in creaturis apud Auctorem esse duplex ponitur, unum naturæ, & aliud personæ, tum ex eo, quod non triplex, sed quadruplex esse haberent diuinæ personæ esset aliud ab esse naturæ per positionem plurium esse in persona, & in natura, quia inueniretur præter esse naturæ in quo communicarent personæ, triplex esse personæ triplicis: in litera autem non nisi triplex infertur esse, si aliud esset esse naturæ, ab esse personæ: tum quia hinc satis fit argumento, quod non est eadem ratio de unitate, uel pluralitate ipsius esse penes naturam, uel personam in Trinitate, & in mysterio incarnati Verbi, quia in Trinitate esse est naturæ proprium: & ideo eius unitatem sequitur, & non pluralitatem personarum, existente persona, idem cum natura: in assumpta autem natura à Verbo, esse est proprium personæ, quia persona aliud est a natura, sicut in cæteris hominibus esse, quamuis sit a natura, non est tamen naturæ, sed personæ propriem, & propterea ad unitatem personæ sequatur unitas esse, & ad pluralitatem naturæ non sequitur pluralitas ipsius esse. Nec satisfieret argumento si exponeretur literu, quod ubi persona est aliud a natura, ibi sunt duo esse, unum naturæ, & aliud personæ: sed potius argumentuis firmaretur, & concloderentur in Christo duo esse, unum naturæ, & personæ simul diuinæ, & aliud naturæ humanę: quoniam persona Christi aliud est a natura humana assumpta. Est igitur indubie tenendum secundum Auctoris doctrinam, in Christo nullum esse actualis existentiæ substantialis inueniri, nisi esse actualis existentiæ Filii Dei, quod est æternum, & ipse Deus.

¶ Circa secundam autem quæstionem multiplex dubium occurrit: nam primò dubitatur de pręmissis: deinde de modo, quo ponitur Christus existentiam humanam habere: tertio, de ipsa conclusione: quarto, de sua contradictoria. Scotus in primis in 3. Sentent. distinctione sexta, quæstione prima, arguit processum istum quo ad fundamentum, scilicet, quod unum, & idem est esse personę, & pertinentium ad personam, tum quo ad personam respectu naturę, tum quo ad personam respectu partium. Et primo etiam arguit non sequi intentum sic, Esse naturæ, & personę est idem, quando est in proprio supposito: quia suppositum non addit rem supra naturam, sed negationem, ergo si à natura tollatur ratio suppositi, tollendo illas negationes non propterea tollitur esse naturę, sed remanet cum suo esse, ac per hoc in alia persona posita, haberet, & suum esse, & esse illius personę, non est ergo idem iudicium de natura in proprio, uel alieno supposito, quo ad unum, uel plura esse. Et confirmatur, quia sicut persona assumens non supplet identitatem personę humanę cum natura humana, ita esse personę assumentis non supplet identitatem ipsius esse personę humanę, & naturę humanę.

¶ Contra secundum uero de partibus personę arguit. Pars adueniens toti non dat esse toti, sed recipit, quia perficitur a forma totius: quod probatur, quia si remaneret distincta sicut prius, non reciperet esse totius, uel haberet proprium esse, uel nullum, sed natura humana, unita uerbo, non habet rationem partis, nec istam rationem partis: quia non informatur a uerbo, sed remanet simpliciter distincta. igitur, uel nullum esse habet, uel aliquod esse proprium.

¶ Contra modum, quo ponitur Christum habere esse, secundum naturam humanam, scilicet quod uerbum nouo modo relatiue se habet secundum illam, arguit. Si uerbum tantum habeat respectum nouum ad naturam illam, & ille est respectu rationis tantum, cum per respectum rationis non dicatur subiectum formaliter esse aliquid. ergo uerbum, inquantum homo, non erit formaliter aliquid. Consequens est contra illud, extra de hęretic. Cum Christus. ergo &c.

¶ Contra conclusionem ipsam, scilicet, in Christo nullum est esse existentię substantiale creatum, arguit septem, uel octo medus.

¶ Primò, Terminus per se generationis habet esse acquisitum per generationē, filius Dei homo est per se terminus generationis ex matre. ergo. Si dicatur, inquit Durandus, quod generatio terminatur ad esse diuinum, non secundum se, sed relatum ad humanam naturam. Contra, Illud est per generationem acceptum, quod est per corruptionem mortis perditum, sed per mortem Christi non est amissa relatio Verbi ad naturam assumptam, sed esse uitalem secundum naturam humanam. ergo illud non est per generationem acquisitum, sed hoc.

¶ Secundò, in Christo fuit duplex uiuere, ut patet ex hoc, quod unum per mortem perdidit. ergo in ipso fuit duplex esse. Et tenet sequela ex secundo de Anima: Viuentibus est esse.

¶ Tertiò, anima Christi creabatur. ergo habuit creatam existentiam. Probatur sequela, quia creatio terminatur ad existentiam.

¶ Quartò, humanitas Christi est effecta, & conseruatur a tota Trinitate. ergo secundum existere creatum. Probatur consequentia, quia non secundum existere increatum. Probatur, quia nihil efficit se.

¶ Quintò, si natura assumpta à Verbo dimitteretur, non oporteret

teret sequi sibi nouum esse per generationem, nec per creationem, & tamen ipsa ex hoc, quod dimissa, non esset annihilata, nec esset ens in potentia (ut anima Antichristi ante creationem) ergo haberet aliquod esse in actu, & nō nouum: quia per nullam mutationem positiuam. ergo idem quod modo habet igitur &c. Et si dicatur, inquit Durandus, quod habet esse nouum. ergo est corrupta. Probatur dupliciter sequela: tum quia perdidit esse simpliciter, & acquisiuit aliud esse simpliciter: tum quia nisi hoc sufficiat ad corruptionem simpliciter naturæ, sed requiritur quod nullum aliud esse recipiat, sequeretur quod numquam poterit esse, corruptio sine annihilatione.

¶ Sexto, natura angeli posset assumi à verbo, & illa non potest manere eadem, nisi maneat sua existentia eadem secundum istos. ergo nec natura humana modo posset manere eadem in Christo nisi maneret sua existentia. Consequentia est manifesta: quia ita est intrinseca sua existentia vni, sicut alteri.

¶ Septimò, fundamentum relationis naturaliter præcedit relationem, & secundum esse actuale, præcedit rationem relationis actualis: unio ista fuit relatio actualis. ergo eius fundamentum præcessit naturaliter secundum esse actuale, fundamentum illud erat ipsa natura totalis. igitur &c. Cōfirmatur, Prius naturaliter anima perficit corpus, quam tota natura esset nata assumi: in illo priori forma fuit actus materiæ, & per cōsequens dabatur esse sibi quod non corrumpebatur per assumptionem.

¶ Octauo arguitur ex doctrina Auctoris in 1. par. q. 50. ar. 5. ex proposito probantis esse non posse separari a forma, sicut nec rotunditas potest separari a circulo: quia esse conuenit formæ secundum se, sicut rotunditas circulo. Ex hoc enim arguitur sic. esse non potest separari à forma. ergo nec ab anima Christi, igitur anima Christi proprium esse.

¶ A Durando quoque in 3. Sent. dist. 6. q. 2. ultra prææallata arguitur: quia agere est etiam suppositi sicut & esse, & præsupponit esse, & multiplicatur in Christo. ergo.

¶ Aureolus &c, & Io. de Neapoli apud Capreolum in 6. dist. 3. Sent. arguunt. Ille quidem: quia esse existentiæ est actus, quo formaliter essentia est esse diuinum non actuat essentiam humanam. ergo humanitas Christi uel est actuata suo esse, uel adhuc persistet potentialis ad esse: nam esse diuinum non supplet uicem causę formalis inhærentis. Iste autem, tum quia secundum Damas. quod est inassumptibile, est incurabile: tum quia Christus hō perfectus est, nihil minus habens tam in diuinitate, quam in humanitate. Et qui oppositum dixerit plenus diaboli spiritu, seipsum gehennæ filium demonstrabit, ut Damasus dixit in epistola recitata in lib. 9. tit. 15. Historiæ tripartitæ.

¶ Demum pro contradictoria conclusionis arguit Scotus tenēs illam, tum quia humanitas Christi est extra causam suam. ergo habet necessario propriam existētiam actualem, sicut habet propriū esse quidditatiuum, licet non habeat propriam subsistentiam, quę nihil positiui addit: tum quia Verbum subsistit in natura humana, sicut suppositum in natura, propter quod proprie dicitur homo: & ideo est existens existentia huius naturæ. Secus per oppositum: quia ego non sum pes meus, nec subsisto respectu pedis, sicut respectu naturæ, ideo existentia pedis mei non est existentia mei, quamuis sit in me: sed econuerso magis pes existit per existentiam meam. Nec est, inquit Scotus existentiam humanitatis Christi existentia secundum quid, de sed simpliciter, tam in se, quia est existentia de genere substantiæ, quæ existens simpliciter, quam respectu Christi, quia qualis est existentia in se, tale existere dat cuicumque existenti per ipsam: sed Verbum existit existentia ista, scilicet naturæ humanæ. ergo existit simpliciter per existentiam naturæ humanæ, & sic sunt duæ existentiæ simpliciter, non solum in Christo, sed Christi: tū quia in Christo sunt duæ uoluntates, & duo uelle secundum Damas. c. 62. sed esse intimius, seu immediatius, se habet ad essentiam, quam uelle ad uoluntatem. ergo magis necesse est plurificari esse, secūdum pluralitatem naturarū. Vel formetur sic. Natura ut distinguitur contra suppositum est principium operandi. ergo est etiam principium essendi in actu, quia esse immediatius se habet, &c.

¶ Ad euidentiam horum, non sunt alia fundamenta iacienda, sed supra positum in litera fundamentum solidè fabricandum quamuis enim dum non curamus de distinctione inter personam, & naturam, dicamus, esse actualis existentiæ, de quo est sermo, esse actualitatem naturæ cuiusque creatæ, cum tamen exacte discernitiui persona à natura dicimus, ut in hac litera habetur, quod esse est actus naturæ, ut principii quo, personæ autem ut subiecti, seu quod habet ipsum esse: ita quod natura est principium quo immediatum ipsius esse, sed non est receptiuum immediatum ipsius esse, sed mediante persona, ita quod oportet naturā personari ad hoc, ut ab ea principietur actualiter ipsum esse, non ex defectu naturæ principiantis ut quo, sed quia deficere susceptiuum primum ipsius esse, si non esset personata: persona enim est, cui primo conuenit esse ut subiecto, seu quod habet esse, seu quod est, & si his adiunxeris, quod natura numquam est, quod est, sed semper est quo est, inuenitur siquidem natura existens, non ut quæ existit, sed ut qua aliquis existit, perspicies duo. Primum, quod ad hoc quod natura existat, non exigitur quod ipsa actuetur per existentiam, ut subiectum actuatur per formam in eo, sed sufficit quod ipsa sit, qua aliquis existit. Nec mirum est scientibus, quod non omnia uno eodemque modo sunt, sed sat est unicuique entium esse modo sibi conuenienti: sunt enim multi essendi modi. Et naturis quidem, ac formis consonus essendi modus est, non ut sint tamquam quod est, sed ut sint tamquam quo est, nec plus eis debetur, sicut apud Peripat. principium est indubitatum, quod formæ sunt, & non sunt absque sui generatione, & corruptione. Aliud est, quod quia prius natura personatur, quam existentiam propriam constituat, immitur est persona naturæ, quam existentia, ac per hoc si potest præueniri, ne constituat propriam personam, multò magis potest præueniri, ne constituat existentiam, ordine si quidem, quodam, personalitas prius, & existentia deinde à natura constituitur propter antedictam rationem. Et ex his sequitur tertium, quod natura carens propria personalitate: quia præuenitur ab aliena, oportet consequenter quod careat propria existentia: si enim existētia propria nō prouenit ab ipsa actualiter nisi in propria persona, ex hoc ipso quod ad alienam trahitur personam, sequitur quod ad alienam trahitur existentiam, illius s. personæ præuenientis ipsam. Et rursus, si existentia non debetur naturæ, ut quod est, sed ut quo est, personæ autem ut quod, ex hoc ipso quod natura trahitur ad alienam personam, ut sit quo est, sequitur quod sufficienter consecuta est existentiam, quia consecuta est existentiam illius personæ, modo conuenienti ipsi naturæ, scilicet ut quo, hoc enim ipsum, quod est, naturam aliquam esse naturam alicuius personæ actu existentis, est naturam illam existere, siue persona illa sit constituta per illam naturam, siue non. Sicut igitur in Christo, ut inferius patebit unam tantum filiationem, relationem realem ponimus ex defectu subiecti, ita in Christo ex defectu subiecti primi unum tantum esse ponimus. Primum enim substantialis existentiæ subiectum est persona. Repugnat autem diuinæ personæ existentia creata duplici ratione. Prima est ex diuinitate, quia diuina persona non potest recipere in se creatum aliquid. Secunda est, ex communi ratione personæ, quia personæ unius non est nisi unū esse substantiale. Et hæc rō in lr̄a ponitur. Quocirca quia humanitas Christi præuenta est in mysterio incarnationis, ut propriam non sortiretur personalitatem, se ad personalitatem Verbi assumpta est ideo quasi impedita est à proprio esse, & est sortita esse personæ diuinæ, ex hoc ipso quod est diuinæ personæ natura dicta de illa in quid. Habet enim ex hoc suum essendi modum, scilicet esse vt quo, natura enim personę est ut quo nec plus sibi debetur.

¶ Ad primo ergo obiecta contra fundamentum processus, quia idem est esse naturæ, & personæ, respondetur præmittendo tamē quod fundamentum Auctoris est quidem identitas ipsius esse respectu naturæ, & personæ, sed non sola identitas, sed adiuncta modi diuersitate respectu utriusque: quia, scilicet, illud idem esse est naturæ, ut quo, personæ, ut quod. Ex identitate enim esse cum hac modi diuersitate, procedit litera, ut patet. Sed Scotus contra solam identitatem affert pro causa, & hoc est primum, in quo argumentum deficit. Veruntamen quia identitas quoque causa est, respondetur quod falsa ratio redditur, quare esse est unum utriusque, quia scilicet non differunt re aliqua, quoniam, ut patet ex superius discussis, persona addit rem aliquam supra naturam, addit enim terminationem ipsius. Vnde argumentum Sco. assumit, & non causam pro causa, & falsum. Vera autem causa est: quia esse unicuique rei sufficit suo modo, propterea enim personæ, & personalibus omnibus sufficit unum esse, quia eodem esse persona est, ut quod, personalia ut quo, uel secundum quod, uel alio simili modo. Et per idem patet responsio ad confirmationem, non oportet enim personā supplere identitatem cum natura, sed sufficit, quod suppleat personalitatem illius naturæ. Ex hoc enim, quod uerbum supplet humanitatis personā, supplet etiam illius esse, quia fit ipsum quod est humanitatis, ac per hoc humanitas existit, ut quo est personæ, quæ est humanitatis quod est.

¶ Ad obiecta uero eiusdem, contra unum esse partis, & personæ respondetur, quod si uis fiat in uerbis, assumitur non causa ut causa, non enim ideo pars est contenta ipso esse totius, quia perficitur per formam totius, sed quia spectat ad integritatem totius. Ex hoc enim fit, ut sit contenta modo essendi congruo, ac debito integrantibus personam, scilicet ut existant per existere totius, ex hoc ipso, quod totius integratiua sunt. Et proportionaliter in proposito dicitur, quod quia humanitas Christi pertinet ad personalitatem Christi, quia est assumpta quasi ad integritatem personæ Christi, non quasi suppleat defectum aliquem in persona Christi, sed ut sit persona Christi persona illius humanitatis, ideo humanitas Christi non dat nouum esse Christo, sed contenta est consono sibi essendi modo, ut scilicet existat ex hoc ipso, quod est natura Christi.

¶ Ad pre-

¶ Ad probationem autem, quia si pars maneret distincta à toto ut prius, & cetera, dicitur quod ista conditionalis non probat probandum: quoniam cum ipsius veritate stat falsitas causalis assumptæ, quæ negata est. Veruntamen ad rem dicendo, non faciendo vim in verbis, respondetur, quod si pars remaneret distincta, & omnino diuersa à toto dumtamen esset toti unita pars personaliter, non afferret nouum esse, sed existeret per esse sui totius. Et in proposito humanitas Christi non sic aduenit personæ diuinæ, ut sit distincta ab illa sicut prius: sed est indiuisa à persona secundum esse personale, ita quod non sicut pars separata, sed est sicut pars coniuncta secundum esse substantiale: est enim assumpta ad personalitatem positiuam verbi Dei. Et ex hac personalitate communicata humanitati Christi perfecta est humanitas illa, multo plus, quam quæcumque pars perficiatur per hoc, quod aduenit suo toti: acquisiuit enim perfectionem infinitam, acquirendo personalitatem infinitam. Quo fit, ut quia humanitas Christi non remanet distincta, sed indistincta, secundum esse substantiale a Verbo consequens sit, ut non det Verbo nouum esse, sed ipsa sit per esse infinitum ipsius Verbi.

¶ Ad obiecta deinde eiusdem Scoti contra modum, respondetur, quod ex malo intellectu literæ procedit. Interpretatur si quidem arguens Auctorem dicere, inter verbum & naturam humanam non esse coniunctionem, nisi relatiuam relatione rationis ex parte Verbi, & ideo arguit, Si tantum habet relationem, &c. Hic sensus longe est à nobis, plus quam terra à cœlo: quoniam secundum doctrinam Auctoris sæpe repetitam, inter Verbum, & humanitatem assumptam est coniunctio substantialis, quam comitatur unio relatiua. Sed quia coniunctio illa substantialis non est secundum nouum esse ipsius humanitatis, sed secundum æternũ esse ipsius Verbi, ideo Auctor ad excludendam acquisitionem noui esse, dicit quod solum aduenit sibi noua relatio, & non dixit hoc ad excludendam coniunctionem substantialem secũdum personalitatem, & illius esse, ut clare patet in litera: quin potius cum dictio exclusiua non excludat à concomitantibus, nec fundamentum à relatione, ponendo solum nouam relationem acquiri, intelligitur præacquiri fundamentum illius, quod est personalis coniũctio super qua fundatur relatio noua personæ ad naturam. Vnde patet argumentum totaliter ruere.

¶ Ad obiecta contra conclusionem respondendo, ad primam Scoti dicitur, negando maiorem ad sensum arguentis, generationis enim terminus habet esse nouiter acquisitum, uel antiquum nouo modo se habens.

¶ Vnde ad obiectionem Durandi contra hanc responsionem, dicitur, ꝙ si maior intelligatur cum præcisione, falsa est: nam licet illud per generationem sit acceptũ quod est per corruptioné mortis amissum, non tamen illud præcise. Sed si ad terminum formalem generationis propositio restringatur, cócedatur, sed terminus formalis est natura, uel anima in corpore, & per mortem humanitas ipsa corrupta est per separationem animæ à corpore. Quámuis etiam dici possit, falsam esse minorem, desinente per mortem humanitate Christi, quæ est ipsa natura humana resultans ex partibus unitis, oportuit quoque desinere unionem Verbi ad illam secundum se, quamuis remanserit ad illam secundum utramque sui partem, animam, scilicet, & corpus.

¶ Ad secũdum Scoti dicitur, quod uerbum Philosophi uerum est de uiuere essentiali, & de esse essentiali: uiuere enim est esse essentiale. Et hoc in Christo duplex fuit, & unũ eorum quod in coniunctione animæ, & corporis cósistit, corruptum est per mortem, & non intelligitur de esse actualis existentiæ.

¶ Ad tertium dicitur, negando sequelam, & ad probationem, quod creatio terminatur ad rem, quæ creatur sub existentia noua simpliciter, uel illi rei, quæ creat̃. Et sic anima Christi creata est, ut existentia noua sibi, non noua simpliciter.

¶ Ad quartum dicitur, quod humanitas Christi effectiue cóseruatur, & facta est à tota Trinitate secundum esse existentiæ increatum communicatum sibi, Nec sequitur quod Deus efficiat ideo se, aut suum esse, sed quod effecerit, & conseruet se, suum esse communicatum humanæ naturæ personaliter.

¶ Ad quintum dicitur, quod si humanitas Christi dimitteretur a verbo, sortiretur nouam personalitatem, & nouam existentiam, non per aliquam nouam actionem, sed per antiquam actionem, quam à principio effecta fuit. Illa enim actio tamquam impedita à completione proprii effectus, ob præuenientem personalitatem Verbi non est hactenus consecuta effectum propriæ personalitatis, & propriæ existentiæ. Modo autem, dimissio ipsa esset tanquam remotio prohibentis, & sic sortiretur effectum nouæ personalitatis, & noui esse. Et probatur sic esse dicendum: quia perinde se haberet humanitas dimissa, ac si non fuisset assumpta: sed constat quod si non fuisset assumpta, ex sua generatione propriam personalitatem, & propriam existentiam habuisset. igitur sit dimitteretur, acquireret propriam personalitatem & propriam existentiam à generante, per se loquendo, & a dimittente per accidens, tamquam à remouente prohibens. Et per hoc patet ad formam argumenti, quod haberet esse nouum per nouã mutationem, licet per accidens, tanquam remotionem prohibentis, & per antiquam per se, soluto impedimento: sicut graue impeditum mouetur à generante per se, à mouente prohibés per accidens. Habet enim à generante humanitas plus ad personalitatem propriam, & propriam existentiam, quam graue ad motum deorsum, cum illa seipsa ad hoc tendat intimé: hoc auté per grauitatem, & extrinsece, in cuius signum illa per solam omnipotentiam diuinam potest impediri, hoc autem à naturalibus, & uoluntariis impeditur passim.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur quod talis dimissio esset nonnulla corruptio: quoniam corrumperetur humanitas nõ in se, sed secundum esse coniunctum Verbo, & perderet duo, scilicet personalitatem diuinam, & existentiam diuinam sibi, & acquireret personalitatem propriam, non solum sibi, sed simpliciter: & similiter existentiam propriam, & sibi & simpliciter, sic esset secundum rem. Ad rationes autem terminorum spectando, dicitur quod corruptio simpliciter naturæ compositæ (qualis est humanitas Christi) non attenditur penes esse actualis existentię, sed penes esse essentiæ, quod ex eo clare patet, quod humanitas Christi per mortem corrupta est, ex hoc quod anima separata est à corpore. Et in hoc omnes conuenimus, quamuis secundum Auctorem, & multos, nullum esse actualis existentiæ fuerit per Christi mortem corruptum. Quum igitur ex perditione esse corruptio simpliciter infertur, nisi sit sermo de esse essentiæ, aut de esse ut includit esse essentiæ, negetur sequela. Et per hoc patet quod subiuncta probatio nihil ualet dicendo, Si non sufficit perdere unum esse existentiæ, & acquirere aliud, sed oportet etiam nullũ aliud acquirere, ergo annihilatio. Stat enim, quod perdat unum, & nullum aliud acquirat, & non annihiletur, sed corrumpatur per expoliationem materiæ ab illa forma. Si enim in ipsa dimissione humanitatis à Christo, anima illa separaretur à corpore, tũc humanitas Christi perderet unum esse, & nullum aliud acquireret, quia non esset, & tamen non annihilata esset, quia remaneret, & materia cum forma cadaueris, & anima intellectiua cum noua existentia modo præexposito.

¶ Ad sextum Scoti negatur, quod apud nos natura Angeli nõ esse eadem, nisi sit eadem existentia.

¶ Ad septimum conceditur, quod fundamentũ est prius secundum actualem existentiã relatione, & in proposito, dicimus enim quod humanitas Christi fuit prius existens, quam relata ad Verbum. Sed negatur sequela: ista fuit existens, ergo propria existentia, stat enim quod fuerit existens existentia Verbi. Et hæc responsio satisfacit omnibus argumentis, quæ fiunt de agere, quod supponit existere, & de accidentibus, quod supponunt subiectum existere, & similibus: conceditur enim semper, quod hæc omnia in Christo supponunt humanitatem existere, sed ab existentia ad existentiam propriam, non ualere constat argumẽtum, stat enim quod præexistat existẽtia communicata sibi ex personalitate Verbi sibi communicata.

¶ Ad confirmationem dicitur, quod anima Christi informabat corpus, & dabat ei esse animatum, esse dico essentiæ, essentialiter si quidem constituebat animatum corpus, non autem esse existentiæ propriæ, sed antequam daret hoc, præuenta fuit ex assumptione ad personam Verbi.

¶ Ad octauum ex doctrina Auctoris dicitur, quod doctrina Auctoris intelligitur de separabilitate naturali, quod scilicet impossibile est naturaliter formam separari à suo esse. Ex hoc concludit efficaciter formas subsistentes per se absque materia, esse incorruptibiles, anima autem Christi absque proprio esse ex diuinæ omnipotentiæ præuentione. Nec obstat exemplum de circulo, & rotunditate, quia exempla, & similia non currunt in omnibus. Et si exigat pars exactam responsionem ad singula, dicito, quod hæc propositio, Formæ conuenit per se proprium esse, potest intelligi dupliciter. Primò, quod per se conueniat formæ ut principio, & sic est uera: sed quia perseitas principii est impedibilis per superiorem causam, ideo cum huius propositionis ueritate stat, quod in Christo anima præuenitur à proprio esse, cuius per se esset principium. Alio modo intelligitur, quod per se cóueniat formæ ut principio, & subiecto, sicut propria passio conuenit subiecto proprio. Et sic hæc propositio non est uera, nisi de forma, propria personalitate, seu substantia terminata, qualis non est anima Christi, quæ non nisi per Verbum subsistit. Vnde Auctor ibi ex prima propositione, Forma inquantum forma, subsumpta secunda de forma per se subsistente, concludit Angelos incorruptibiles. Et uere sic est, quia implicat formam per se subsistere absque proprio esse, nó minus quàm circulum absque rotunditate inueniri.

¶ Ad Durandum dicitur, quod licet esse, & agere, conueniant in hoc, quod utrumque est suppositi, quia tamé diuersimode sunt suppositi, ideo non est similis de illis ratio quo ad unitatem, uel pluralitatem. Esse enim est suppositi immediate, ut subiecti, agere autem non suscipitur in supposito, nisi mediante natura, & potentia eius, & iccirco agere multiplicatur cum pluralitate naturę, esse uero unum est cum persona una.

¶ Ad Aureolum dicitur, quod esse existentiæ, non actuat essentiam nisi terminatam, hoc est personatam, seu per se subsistentem & quia humanitas Christi non est terminata propria personalitate, sed personalitate Verbi, ideo non conuenit sibi actuari per existentiam. Et hæc intellige, loquendo de Actuare, & Actuari per modum inhæsionis. Nam si de Actuare, & Actuari, infra totã latitudinem suorum modorum sermo sit, non est remotum à Philosophia diuina, Deum posse actuare rem creatam. In cuius signũ diuinam essentiam esse actum euiusq; intellectus uidentis ipsam, & Theologi, & Philosophi fatentur. Cum ergo naturam humanam in Christo ex diuina personalitate, & esse diuino perfici fateamur, non est absoūum fateri etiam, quod actuatur aliquo etiã modo per personalitatem, & esse diuinum. Quocirca cum dicitur, aut est actuata proprio esse, aut perseuerat potentialis ad proprium esse, dicitur, quod proprie loquendo, utraque pars disiunctiue est falsa, quoniam ex assumptione ad diuinum esse, perfecta est potentialitas ad existentiam longe excellentius, quam fuisset perfecta per propriam existentiam: sicut posse personari in propria persona, longe excellentius perfectum est per personam Verbi, quam fuisset perfectum per propriam personalitatem. Et quia potentiæ perfectio actuatio uocatur, ideo dicere potes, quod potentia ad propriam existentiam est actuata non per proprium, sed per diuinum esse, longe excellentius, & perfectius, quam fuisset actuata per proprium esse. Et ideo non remanet humanitas Christi potentialis, hoc est in statu potentiali ad propriam existentiam, ad quem statum rediret, si dimitteretur à Verbo, cessante tam excellenti actuatione, prohibente naturam ab imperfectioribus sibi propriis, & connaturalibus, personalitate, scilicet & existentia propria.

¶ Ad Ioannem de Neapoli dicitur, quod vtraque auctoritas cum sibi similibus, loquitur de naturalibus, vt distinguuntur contra personalia, ita quod Christus habuit omnia hominis naturalia, non personalia, & quod de naturalibus est inassumptibile, est incurabile, secus est de personalibus. Probatur hæc glossa ex fidei catholicæ sententia, dicentis, in Christo nõ esse personam, nisi diuinam: non est ergo in Christo personalitas humana: quam tamen constat in reliquis hominibus inueniri. Idem est autem iudicium de personalitate, & propriis personæ, ut distinguitur contra naturam. Aut igitur dicant isti personas nostras esse incurabiles, quia persona est inassumptibilis, & similiter Christum non perfectum hominem, quia caret personalitate humana, quorum vtrumque alienum à veritate constat, aut vniuersaliter sic fateantur, quod non de personalibus hominis, sed de naturalibus est sermo, quum Christus perfectus homo dicitur, & assumpsisse omnia humana, & similia attestante hoc Symbolo Athanasii, explicante naturalia sufficere ad hoc, quod Christus sit perfectus homo, dum dicit de Christo, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.

¶ Ad obiecta demum Scoti pro contraria positione, respondendo dicitur ad primum, quod consequentia nihil valet, quia esse actualis existentiæ, realiter distinguitur ab esse essentiæ, seu quidditatiuo. Et diuina præuentione factum est, ut humanitas Christi extra causam suam actu sit per existentiam Verbi, & non per propriam, Vbi aduerte pro clariori intellectu, quod non est imaginandum (ut isti putant) quod additio partis ad personam, sit uelut additio quanti ad quantum, siue per modum continuationis, puta cum aqua aquæ continuatur, ubi ex duabus quantitatibus partialibus fit una totalis quantitas, partialibus inhærens partibus totius aquæ, siue per modum aggenerationis, puta, cum alimentum auget hominem, qui alitur ex illo, vbi non remanet quãtitas cibi, potusque alentis, sed sic adiungitur alito, ut subinduat quantitatem ipsius, qui alitur extendente illam animam, ut in secundo de anima dicitur. Nam si oculus adueniret de nouo Socrati, neque existentiam propriam partialem adiungeret existentiæ Socratis, cum existentia Socratis sit indiuisibilis, non extensa per se, aut per accidens, quia de genere est immateriali, vtpote propria animæ intellectiuæ, quæ inextensa est omnino in corpore. Nec adueniens oculus subindueret existẽtiam Socratis, tamquã formam ad se extensam per inhæsionẽ sibi, ita quod existentia Socratis inciperet inhærere oculo nouo, quoniam huiusmodi inhæsio non debetur parti, sed sufficienter prouisum est parti de existentia in hoc ipso, quod est pars personæ existentis. Nec uidetur etiã intelligibile, quod secus possit esse: quomodo namque existentia indiuisibilis propria alicui intelligetur actuare quantum aliquod, seu etiam non quantum adiunctum nisi mediante illo, cui est propria? Et quia idem est iudicium de oculo adueniente de nouo, & oculo congenito & de hac, & reliquis partib. ideo humanitas Christi, quæ quasi pars quædam est personæ Verbi (quia ad personalitatem propriam Verbi assumpta est) inuenitur sufficienter posita extra causam suam existens absq; propria existentia, & absq; hoc, quod actuetur per informationem inhæsiuam ab existentia Verbi: sibi enim non debetur existentia nisi per personam, cuius est.

¶ Ad secundum dicitur, quod ex hoc quod Verbum subsistit in natura humana sicut suppositum in natura, nõ sequitur, quod exi-
stat

stat per existentiam, illius naturæ, sed bene sequitur econtra, quod natura illa subsistat per existentiam Verbi. Ad probationem autẽ ex opposito de pedis existentia dicitur, quod peccat secundum nõ causam, ut causam. Neque enim, quia Christus est homo, causa est quod existat humana existentia: neque quia non est pes, causa est quod non existat existentia pedis: sed ratio propria est quia personæ soli debetur esse, ut subiecto, quod est. Ad id uero, quod subditur de qualitate existentiæ humanæ in Christo, s. quod est existentia simpliciter, & in se, & Christo, non oportet aliter respondere, quoniam negata in Christo existentia humana, uana est disputatio de qualitate existentiæ humanæ in ipso.

¶ Ad tertium dicitur, negando sequelam, esse est intimius, seu immediatius. ergo magis multiplicatur. Melius tamen dicitur, quod intimius, seu immediatius alicui dupliciter, vel vt principio, uel ut subiecto. Et subditur, quod esse est intimius naturæ ut principio, quam uelle voluntati sed uelle immediatius uoluntati ut subiecto, quam esse naturæ ut subiecto: quia esse non naturæ, sed personæ est, ut subiecti proprii, uelle autem est uoluntatis ut proprii subiecti. Et propterea non sequitur, quod si uelle plurificatur ad pluralitatem uoluntatum, quod esse plurificetur ad pluralitatem naturarum.

¶ Ad ultimam formationem argumenti, cõcedi potest totum, & dici, quod non ex defectu naturæ immediate principiantis esse: sed ex defectu susceptiui, scilicet personæ propriæ sit, ut natura non principiet actualiter actum essendi, & principiat actualiter actum operandi; quia non deest proximum susceptiuum operationis. Concede ergo, quod natura ut distinguitur contra suppositum, est principium, & operandi, & existendi: sed negetur sequela implicita, ergo actualiter principiat existere in Christo, sicut actualiter principiat operari: quia natura, vt distinguitur contra suppositum, est non solum principium: sed etiam susceptiuũ proximum operandi, sed existentiæ est solum principium, & non est susceptiuum proprium. Natura enim humana est principium existendi personæ propriæ, ut proprio subiecto, quæ in Christo non est: & ideo non principiat existentiam in Christo, sed operandi est principium sibipsi ut proprio subiecto distinguendo naturam contra suppositum, ut dictum est. Et ideo in Christo principiat proprium operari: & propterea operari multiplicatur secundum naturas, esse autem non.

¶ Attende diligenter, & cautè nouitie, quod ista decisio pendet ex duabus quæstionibus communibus. Altera est, An existentia & essentia distinguantur realiter. Altera, An existentia substantialis sit personæ ut proprii susceptiui, an cõiter sit personæ, uel naturę. Presupponit enim doctrina ista, & esse aliã rẽ, esse ab essentia. & esse deberi personæ, ut proprio subiecto: Et quoniam uariæ sunt opiniones circa hæc, cum de Christi existentia humana quæstio est, noli hæc intelligere quasi sint fidei, noli pertinax esse in cõclusione, nisi euidentiam prius habeas de communibus quęstionibus sed ut rationabilia, ac consona hæc amplectere.

¶ In eodem articu. 2. quæstio. 17. in responsione ad secundum, intellige perspicacius, quod quia unio diuinorum humanorumq; in Christo est in persona, & non in natura (conueniunt namque diuina, & humana in unam personam, non in unam naturam) ideo cum audis, quod esse diuinum, factum est esse hominis, quia natura humana assumpta est in unitatem personæ, distinctionem de ipso esse in communi penetra, quatenus ipsum esse est, uel personæ, uel naturæ. Quamuis enim unum, idemque sit esse naturæ, ac personæ, alia tamen ratione est naturæ, & alia personæ: nã naturæ est ut principiũ, personæ ut susceptiui, ut dictum est: Quocirca conuenire in esse, quatenus est naturæ, est conuenire ad integritatem principii ipsius esse, hoc est, fieri partes naturæ, quæ est principium essendi, & sic materia, & forma conueniunt in uno esse, ut esse est naturæ. Conuenire autem in uno esse, quatenus est personæ, est conuenire, seu spectare ad integritatem personalium, & sic caput, & pedes, & reliquæ partes, & natura ipsa cum suis partibus conueniunt in esse ut est personæ. Vnde patet quod esse diuinum non quatenus est naturæ, communicatum, est humanitati Christi, quoniam constat humanitatem Christi non concurrere cũ deitate ad integrãdum quasi principium ipsius esse, sed communicatum ut est personæ, quoniam humanitas Christi assumpta est ad personalitatem Verbi: ita quod est de numero spectantium ad personalitatem filii Dei, modo nostram intelligentiam excedẽte. Et propterea nõ sequitur, quod unio sit facta in natura, nec quod unio sit facta cum Patre, & Filio, cõmunicatum siquidem est humanæ naturæ esse diuinum, non ut ẽst naturæ, nec ut est cuiuscumque personæ diuinæ, sed ut est personæ Filii, quia assumpta est ad personalitatem Filii tantum.

¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli, habes clare responsionem de effectu formali intrinseco, quem formam oportet ponere in sua materia, quod est esse essentiæ, ita quod forma substantialis dat materiæ substantiale esse essentiæ, constituendo substantiæ naturam, seu essentiam completam, & similiter anima dat esse animati) quod alio nomine dicitur esse unũ, constituendi essentiã unã, seu animati, & sic de aliis. In hoc enim
consistit

consistit effectus formalis, a quo non potest separari etiam per intellectum forma in materia. Et si non intelligis formæ ulteriorem progressum, non habes adhuc (ut in litera dicitur) illud, quod est, sed solummodo naturam: qua aliquid est, quæ, scilicet est essendi principium non subiectum. Et ideo ex hoc, quod forma, seu anima necessario dat esse corpori, non habetur, quod esse sit naturæ, & subiecti quod, sed quia constituit naturam, quæ est, quo relinquit subsecuturum illud, quod est quod, & ideo esse est personæ in ordine ad naturam, &c. ut prædeclaratum fuit. Superius quoque, cum tractatum fuit, an corpus mediante anima assumptum fuerit, declaratum est, quod in calce huius responsionis subdetur, scilicet quod anima in formando corpus, sicque in esse perfecto constituendo naturã humanam, est causa habitudinis unionis humanæ naturæ ad Verbum.

Scot. 3. sen. d. 17. q. 1.
Duran. 3. sen. d. 17. q. 1.
Medina, ar. 1.
Richar. 3. sen. d. 17. q. 1.
S. Bona. 3. sen. d. 17. q. 1. ar.

SVPER Q. XVIII

Art. I.

CONCL. Necesse est dicere, quod in Christo sint duæ uoluntates, scilicet una diuina, & alia humana.

¶ Prob. Primò, quia ex Synodo sexta damnante contrarium, tamquam hæreticum, patet. Secundò, quia filius Dei assumpsit naturam humanam perfectam, retinendo diuinam naturam perfectã (ut patet ex supradictis, quæst. 2. art. 5. item quæst. 5. articulis suis): & ad perfectionem naturæ humanæ pertinet uoluntas humana, 1. q. 80. ar. 1. & ad perfectionem uerò diuinæ naturæ pertinet uoluntas diuina, 1. quæstio. 19. art. 1.

1[m] illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod in Christo, &c. R. Negatur illatio.
114 — §. Licet enim quicquid est in humana natura Christi, moueatur nutu uoluntatis diuinæ: non tamen sequitur &c. ut in tex. Ex quo dic, quod uoluntas humana est quidem mouens primum, inquantum ipsa mouet omnes uires animæ, non tamen est ita primum, quod non moueatur à Deo, ut patet ex, 1. 2. quæstio. 9. art. 4. 6. & 1. quæstione 105. artic. 4. Ad huius textus quoque intelligentiã facit, quod Deus operatur in omni operante: non ita quod nulla uirtus creata aliquid operetur in rebus (ut nonnulli, & argumentum putarunt), sed ita quod & Deus operatur in rebus, & tamen res ipsæ propriam habent operationem, 1. q. 105. art. 5. Et uoluntas igitur diuina in uoluntate humana Christi operabatur omnia, ut textus præsentis responsionis docet, & tamen uoluntas ipsa humana non erat tunc ociosa, sed habebat propriam operationem,

3. d. 14. ar. 1. q. 1. cor. & d. 17. ar. 1. q. 1. & 4. cont. c. 36. Expo. q. 10. a. 4. ad 13. Et op. 3. c. 218. Et Io. 6. l. 4.

* li. 3. orth. fid. c. 14.

QVÆSTIO XVIII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad uoluntatem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnitate quantum ad uoluntatem.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana.

¶ Secundò, Vtrum in humana natura Christi sit alia uoluntas sensualitatis, & alia rationis.

¶ Tertiò, Vtrum ex parte rationis fuerint in Christo plures uoluntates.

¶ Quartò, Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

¶ Quintò, Vtrum voluntas humana Christi, fuerit omnino cõformis diuinæ uoluntati in uolito.

¶ Sextò, Vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo sint duæ uoluntates.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo nõ sint duæ uoluntates, vna diuina, & alia humana. Voluntas enim est primum mouens, & imperans in vnoquoq; uolẽte: sed in Christo primũ mouens, & imperans fuit uoluntas diuina, quia oĩa humana in Christo mouebantur secundum uoluntatem diuinam. ergo uidetur, ꝙ in Christo non fuerit nisi una uoluntas, scilicet diuina.

¶ 2 Præt. Instrumentũ non mouetur propria uoluntate, sed volũtate mouentis: sed natura humana fuit in Christo, sicut instrumentum diuinitatis eius. ergo natura humana in Christo non mouebatur propria uoluntate, sed diuina.

¶ 3 Præt. Illud solum multiplicatur in Christo, qđ pertinet ad naturã. Voluntas autem non uidetur ad naturam pertinere, quia ea, quæ sunt naturalia, sunt ex necessitate: quod autem est uoluntarium, non est necessarium. ergo uolũtas est una tantum in Christo.

¶ 4 Præt. Dam.* dicit in 3. lib. quod aliqualiter uelle non est naturæ, sed nostræ intelligentiæ, scilicet personalis, sed omnis uoluntas est aliqualis uoluntas, quia nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. ergo omnis uolũtas ad personam pertinet: sed in Christo fuit, & est una tantum persona. ergo in Christo est una tantum uoluntas.

SED CONTRA est, ꝙ Dominus dicit Luc. 22. Pater, si uis, transfer calicem istum a me, uerumtamen, non mea uoluntas, sed tua fiat: quod inducens Amb. ad Gratianum Imperatorem dicit,* Sicut susceperat uolũtatem meam, suscepit tristitiam meã. Et super Lu. dicit,† volũtatẽ suam, ad hominem retulit, Patris, ad diuinitatẽ: uolũtas enim hominis est temporalis, uoluntas diuinitatis æterna. * li. 2. de fi. ad Gra. c. 3. a medio to. 2. † Super illud Lu. nõ sicut ego uol. li. 10. in Luc. t. 5.

RESP. Dicendũ ꝙ quidã posuerunt in Christo esse vnã solam uoluntatem, sed ad hoc ponendum diuersimodè moti esse uidentur. Apollinarius. n. non posuit animam intellectualem in Christo, sed ꝙ Verbum esset loco animæ, uel etiã loco intellectus. Vnde cum uoluntas sit in ratione (ut Philos. dicit in 3. de Anima*) sequebatur, ꝙ in Christo non esset uoluntas humana. & ita in eo non esset nisi una uoluntas. Et similiter Euthiches, & oẽs, qui posuerunt unam naturam compositam in Christo, cogebantur ponere unã uolũtatem in eo. Nestorius etiam, quia posuit unionem Dei, & hominis esse factam solum s̃m affectum, & uoluntatem, posuit unam voluntatem in Christo. Postmodũ uero Macarius Antiochenus Patriarcha, & Cyrus Alexãdrinus, & Sergius Constantinopolitanus, & quidã eorum sequaces, posuerunt in Christo unam uoluntatẽ, quamuis ponerẽt duas naturas in Christo s̃m hypostasim unitas: quia opinabantur ꝙ humana natura in Christo numquã mouebatur proprio motu, sed solũ, s̃m ꝙ erat mota a diuinitate, ut patet ex epistola synodica Agathonis Papæ.† Et ideo ĩ sexta Synodo apud Constantinopolim celebrata, determinatum est oportere dici, quod in Christo sint duæ uoluntates, ubi sic legitur,* Iuxta qđ olim prophetæ de Christo, & ipse nos erudiuit, & sanctorum Patrũ nobis tradidit symbolum, duas naturales uoluntates in eo, & duas naturales operationes prędicamus. Et hoc necessarium fuit dici. Manifestum. n. quod filius Dei assumpsit humanam naturam perfectam, sicut supra ostensum est.† Ad perfectionem autem humanæ naturæ pertinet uoluntas, quæ est naturalis eius potentia, sicut, & intellectus, ut patet ex his, quæ in 1. par. dicta sunt.* Vnde necesse est dicere, ꝙ filius Dei humanam uoluntatem assumpserit in humana natura. Per assumptionem autem humanæ naturæ, nullam diminutionem passus est filius Dei in his, quæ pertinent ad diuinã naturam, cui competit uoluntatem habere, ut in 1. parte habitum est.* Vnde necesse est dicere, quod in Christo sunt duæ uoluntates, una scilicet diuina, & alia humana.

* li. 3. de anima tex. 42. to. 2.
† Hæc epi. missa fuit ad Synodum lecta in actu. 17. c. recepta. io 1.
* Inea. Ag. q fuit lecta in act. 17. Synod. 6. Gen.
† q. 2. ar. 5.
* p. p. q. 79. & 80.
* p. p. q. 80.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quicquid fuit in humana natura Christi, mouebatur nutu uoluntatis diuinæ, non tamen sequitur quod in Christo non fuerit motus uoluntatis proprius naturæ humanæ, quia etiam aliorum sanctorum piæ uoluntates mouentur secundum uoluntatem Dei, qui operatur in eis uelle, & perficere, ut dicitur Phil. secundo. Licèt enim uoluntas non possit interius moueri ab aliqua creatura, interius tamen mouetur a Deo, ut in prima parte dictum est.* Et sic etiam Christus secundum uoluntatem humanam, sequebatur uolũtatem diuinã, s̃m illud Ps. 39. Vt facerẽ uoluntatẽ tuã, Deus meus, uolui. Vnde Aug. dicit contra Maximinũ,† ubi dixit Filius

* p. p. q. 103 ar. 4.
* li. 3. c. 19. ante med. to. 6.

rationem, quæ scilicet uoluntati diuinæ in se operanti cooperabatur. Quod etiam de alus sanctis intelligitur, hac tamen differentia obseruata ex supradictis q. 2. art. 2. item, quæstio. 5. ar. 4. quod uoluntas humana Christi erat diuinæ coniuncta hypostatice, id quod de alus non uerificatur.

2m de minori. Sicut instrumētum. R. Animatum anima rationali. §. Tunc nihil cōtra. Licet enim instrumentum inanimatum non moueatur propria uoluntate, sed tantum uoluntate mouentis, tamen instrumentum animatum anima rationali mouetur non solū per uoluntatem mouentis, sed etiam per propriā.

3m minor. Volūtas nō uidetur ad naturā pertinere. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod ipsa potentia uoluntatis, &c. vt in tex. Ex quo patet, quod illa minor, si per ly volūtas, intelligat potentiā uoluntatis, est falsa simpliciter, i. absolute, si autē per ly voluntas, intelligat actum uoluntatis, est falsa secūdum quid, id est secundum aliquā considerationem. Vide 1. 2. q. 5. art. 8. & q6. 6. art. 1. 3.

*li. 1. Po. c. 3. & 4. & l. 8. eth. c. 11. tom. 5.

4m ex Damasceno. Non est naturæ, sed nostræ intelligentiæ, s. personalis. R. Idest non pertinet ad naturam, secundum quod est absolute considerata: sed pertinet ad ipsam, secundum quod est in tali persona. §. Tunc nihil &c. Ex tali enim Damasceni sententia non sequitur (vt putat argumentum), quod uoluntas humana nō sit in Christo: sed sequitur, quod uolūtas humana Christi habuit quendam &c. vt in tex.

Patri, Nō quod ego uolo, sed quod tu vis, quid te adiuuat quod tua verba subiungis, & dicis, Ostendit necessariè suam uolūtatem, subiectam suo genitori, quasi nos negemus hominis uoluntatem, uoluntati Dei debere esse subiectam.

AD SECVNDVM dicendum, quod proprium est instrumenti, quod moueatur à principali agente, diuersimodè tamen secundū proprietatem naturæ ipsius. Nam instrumētum inanimatum, sicut securis, aut serra, mouetur ab artifice p solū motum corporalem. Instrumentum verò animatū anima sensibili, mouetur per appetitū sensitiuum, sicut equus a sessore. Instrumentum verò animatum anima rationali, mouetur per uoluntatem eius, sicut per imperium domini mouetur seruus ad aliquid agendum, qui quidē seruus est, sicut instrumentum animatum, ut Philos. dicit in 1. Politico.* Sic ergo humana natura in Christo fuit instrumentum diuinitatis, ut moueretur per propriam uoluntatem.

AD TERTIVM dicendum, quod ipsa potentia uoluntatis est naturalis, & consequitur naturam ex necessitate. Sed motus, uel actus huius potentiæ (qui etiam uoluntas dicitur) quandoque quidem est naturalis, & necessarius, puta respectu fœlicitatis, quandoque autem ex libero arbitrio rationis proueniens, & non necessarius neque naturalis (sicut patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt†) & tamen etiam ipsa ratio, quæ est principiū huius motus, est naturalis. Et ideo præter uoluntatem diuinam, oportet in Christo ponere uoluntatem humanam, non solum prout est potentia naturalis, aut prout est motus naturalis, sed etiā prout est motus rationalis.

† 1. 2. q. 5. a. 8. & q6. 6. ar. 2.

AD QVARTVM dicendum, quod per hoc, quod dicitur aliqualiter uelle, designat determinatus modus volendi, determinatus autem modus ponitur circa ipsam rem, cuius est modus. Vnde cum uoluntas pertineat ad naturam, ipsum etiam, quod est aliqualiter uelle, pertinet ad naturam, non secūdum quod est absolutè considerata, sed secūdum quod est in tali hypostasi. Vnde et uoluntas humana Christi habuit quendā determinatū modum, ex eo quod fuit in hypostasi diuina, ut s. moueretur sēper secundum nutum diuinæ uoluntatis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, interimas hæreses, quæ tanguntur in corp. videlicet Macharii Antiocheni, & Sergii, quorum primus dixit, quod in Christo una tantū fuit uoluntas. s. diuina; secundus aūt dixit, quod licet in Christo ante vnionem cum carne fuerint duæ uoluntates. s. humana, & diuina, tamē
2 post unionem in unum confusæ sunt. Secundò habes, quō per rationem ostendas, has merito damnari a Luc. 22. cum expositione B. Ambrosii, ut in argum. con. Item à Io. 5. non quæro uoluntatē meam, sed eius qui misit me. Et cap. 6. descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam; sed eius, qui misit me. Per uoluntatem enim eius, qui misit eum, intelligit suam diuinā, cū hæc sit una numeraliter cum uoluntate illius, qui misit ipsum: vnde remanet clarum, quod per uolūtatem aliā, quā non quærit facere, intelligat uolūtatem suam humanam. Vide ar. 5. 6. ut ide edoctus rectū sensum prædictarū authoritatū assequi possis. Item a Conciliis Vniuersalib. quarto, quinto, & sexto (nā quintum, & sextū, diffinitionē quarti renouatur): & sic. Sancta, magna, atq; uniuersalis Synodus his, qui in duab. Christi naturis temperamētum, aut confusionem exquirunt: resistit. Et qui duas quidem ante unionē naturas Domini fabulantur, unam vero post unionē confingit, anathematizat. Hæc ibi. Quæ et ad uoluntates, contra Sergiū applicabis. Item infra. Duas naturales uoluntates in Christo, & duas naturales operationes indiuise, inconuertibiliter, inseparabiliter, incōfuse secundum sanctorum Patrū doctrinam prædicamus. Hæc recitantur in cōllit. Conc. Flor. super vnio. Armen. Ita à Papa Euge. 4. in Cōc. Flor. Sacrosanc. Rom. Eccl'ia. Dñi Saluatoris nostri. voce fundata, anathematizat, execrat, & dānat Machatium Antiochenum, omnesq; similia sapientes, qui licet uere de naturarum dualitate, & persona vnitate sentiret: enormiter tñ oberrauit dicens, in Christo utriusq; naturæ unā fuisse operationem, unamq; uoluntatem. Hos omnes cum hæresib. suis anathematizat Ecclesia affirmans, in Christo duas esse uoluntates, duasq; operationes. Et infra. Amplectitur approbat, & suscipit sanctam tertiam Cōstantinopolitanam Synodum, quæ sexta est in ordine uniuersalium Synodorum, in qua diffinitum est, in Dño nostro Iesu Christu duas esse perfectas integrasq; naturas, & duas operationes, duas etiā uoluntates, licet esset una, eademq; persona, cui utriusq; naturæ cōpeterent actiones, deitate agēte, quæ Dei sunt, & humanitate, quæ hominis sunt. Hæc ille, in constitu. super vnio. Iacobinor. Item ab ead. 6. Synodo action. 18. Anathemati meritò subiicimus Theodorum Pharamitanum, Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum, Maccharium, &c. Hæc ibi. Tertiò uides, quomodo ex iis 3
bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt, primo recitatur erronea positio tenētium partē negatiuam, secundo respondetur secundum ueritatē. Quo ad primum refertur, quod in hanc cōem conclusionem multi errātes conuenerunt, s. in Christo, non sunt duæ uoluntates. Quadrifariā autem hi diuisi sunt. Apollinaris. n. ex negatione animæ intellectiua in Christo, negat uoluntatem humanā. Euthices ex unitate naturæ compositæ unam quoq; uoluntatem ponit. Nestorius solam creatam naturam in Christo ponens, vnitam Deo secundum conformitatem affectus, negat diuinam volūtatem in Christo Macharius aūt ex negatione proprii motus in humanitate Christi uoluntatē humanam in Christo negauit, ubi uides quod oēs conueniunt in negatione duarum in Christo uoluntatum, dū aliqui diuinam, aliq humanam à Christo tollunt, aut utramq; tollere cogūtur, & ponere unam tertiam naturæ cōpositæ. Sed de Macharii positione non sat liquet, de uoluntate, quæ est naturalis potentia, sed de uoluntate hoc est actu uolendi, qm non negat potentiam, sed motū proprium humanæ naturæ in Christo. Verum, quia frustra fuisset uoluntas sine ullo uelle semper, ideo dicitur, quod negauit humanam in Christo uoluntatem.

¶ Quo ad secundum respondet affirmatiue, In Christo sunt duæ uolūtates, diuina, & humana. Probat duplicirer. Primo auctoritate Synodi, quę pp hmōi errores extirpando, hoc determinauit. Secūdò rōne tali: Filius Dei assumpsit naturā humanā perfectā, & nihil illi ppea defuit de perfectione naturæ diuinæ ergo hēt duas uoluntates, diuinam, s. & humanā. Probatur consequentia, pro prima quidem parte, quia ad perfectionem humanæ naturæ pertinet uoluntas, quia est naturalis illius potentia, sicut, & intellectus. Pro secūda uero parte, quia ad diuinam naturam spectat uoluntatem habere, ut ex dictis in prima parte hæc ambo patent.

¶ Rñsiones argumētorū non expositione, sed annotatione egēt. Et secunda spāliter rñsio applicanda est ad diuersas, & ualde multas qōnes, in quib. est sermo de instris, & specialiter quum uoluntas hominis, Dei instrm dr ad aliquid operandum, siue miraculū, siue nō. Ex tertia autē rñsione habes collectam quadruplicē uoluntatem in Christo poni, duplicē quasi potentiā diuinam, s. & humanā, & duo genera actuum, in humana, s. uoluntatem naturalē, & uoluntatem rationalem. De quibus superius discussę sunt difficultates, & inferius in hac quæstione, clarior erit sermo in litera.

Medina

Medina ar. 2.

SVPER QVAEST. XVIII. ART. II.

COncl. Oportet dicere, quod in Christo fuit sensualitas, quæ potest dici uoluntas per participationem.

¶ Prob. Quia filius Dei assumpsit naturam humanam cum omnib. pertinentibus ad perfectionem ipsius naturæ (ut patet ex q. 2. art. 5. item, q. 5. ar. &c.) Et ad perfectionem naturæ talis pertinet appetitus sensitiuus, i. sensualitas, q. 80. ar. &c. item, q. 81. ar. &c. Secunda autem pars, scilicet quæ potest &c. patet ex 1. Eth.

115 Inf. art. 5. cor. Et 3. d. 17. art. 1. q. 2. Et op. 3. c. 239. * lib. 3. de anima tex. 42. to. 2.

1ᵐ de maiori. Quod uoluntas. ℞. Essentialiter dicta. §. Tūc nihil &c. Nam conclusio articuli loquitur de uoluntate in alio sensu, scilicet participatiue dicta.

*li. 12. c. 13 paulo post prin. to. 3.

2ᵐ ex B. Aug. Sensualitas. ℞. Quantū ad corruptionem fomitis considerata. §. Tunc nihil &c. Nam cōclusio articuli accipit sensualitatem in alio sensu, scilicet secundum naturā sensualitatis. Pro textu scilicet quod in Christo nō fuerit corruptio fomitis, stat Constantinopolit. Synodus quinta, cap. 12. Si quis defendit Theodorum Mopsuestenum, qui dixit: alium esse Deum Verbum, & alium Christū, & passionibus animæ & concupiscentiis carnis molestatum, & a malis molestatum, & à malis, idest uitiis paulatim separantem se: & ipsum Theodorum, & eos, qui similia sapiunt, non anathematizat; talis anathema sit. Hæc ibi. De natura autem sensualitatis, uide primam partem locis nunc citatis in probat. conclusio.

† ex tract. 12. a med. post colli. to. 9.

* art. præc.

† li. 2. de fi. ad Grati. c. 3. a med. to. 2.

* 1. 2. q. 23. ar. 1. & 3.

* art. præc.

3ᵐ illatio conclusionis. Ergo in Christo, &c. ℞. Conceditur illatio. § sed tamen inde nihil sequitur contra. Nam ubi unum propter alterū, ibi, &c. ut in tex. Pro cuius meliori capiu aduerte ex dictis: & qđ sensualitas ideo nomen uolūtatis habere potest, ita ut dicatur uoluntas sensualitatis, quia nata est obedire rationi, id est uoluntati rationali: & quod multò magis in Christo sensualitatis uoluntas dici potest, quia sensualitas sua semper in omnibus actualiter obediuit eius rationi. Ex tali ergo obedientia procedit, quod sensualitas sit uoluntas participatiua, id est per participationem dicta: id quod est, hic esse unum propter alterum, id est sensualitatem in- tantum dici uoluntatem, inquantum ordinatur ad obediendū uoluntati essentiali, id est, uoluntati, quæ in ratione est. Quia ergo hic est unum propter alterum modo dicto; ideo hic rectè uidetur, esse unum tantum. Hoc est. Voluntas participatiua non est, secundum rem, alia uoluntas ab illa vna uolūtate essentiali, cui obedit. Vna enim tantummodo, secundum rem uoluntas est, quæ uolūtas essentialis uocatur, & in ratione est. Formaliter tamen loquendo, duæ sunt uolūtates. Nā ipsamet sensualitas, quę secundum se considerata dicitur sensualitas, si consideretur secundum quod uestitur obedientia ad illam uoluntatē rationis, uocatur uoluntas sensualitatis, seu uoluntas participata. D. 2219.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerit aliqua voluntas sensualitatis, præter rationis uoluntatem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerit aliqua voluntas sensualitatis præter rationis uolūtatē. Dicit enim Philos. in 3. de anima,* quod voluntas in ratione est, in sensitiuo autem appetitu est irascibilis, & concupiscibilis: sed sensualitas significat appetitū sensitiuum. ergo nō fuit in Christo volūtas sensualitatis.

¶ 2 Præt. Secūdum Aug. 12. de Trini.* sensualitas significatur per serpentem: sed nihil serpentinū fuit in Christo, habuit enim similitudinē animalis uenenosi sine ueneno, vt Aug. dicit † super illud Io. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ergo in Christo non fuit uolūtas sensualitatis.

¶ 3 Præt. Voluntas sequitur naturam, ut dictum est.* Sed in Christo non fuit, nisi una natura præter diuinam. ergo in Christo non fuit nisi una uoluntas humana.

SED CONTRA est, quod Ambr. dicit in 2. ab Gratianū, † Mea est uoluntas, quam suam dixit, quia ut homo suscepit tristitiam meam. Ex quo datꝰ intelligi, quod tristitia pertinet ad humanam uoluntatem in Christo, sed tristitia pertinet ad sensualitatem, ut in 2. parte habitum est.* ergo uidetur, quod in Christo sit uoluntas sensualitatis, præter uoluntatem rationis.

RESP. Dicendum, quòd sicut prædictum est,* Filius Dei humanā naturam assumpsit cum omnibus quæ pertinent ad perfectionem ipsius naturæ humanę. In humana autem natura includitur etiam natura animalis, sicut in specie includitur genus. Vnde oportet quod filiꝰ Dei assumpserit cum humana natura, etiam ea, quæ pertinent ad perfectionem naturę animalis, inter quę est appetitus sensitiuus, qui sensualitas dicitur, & ideo oportet dicere, quod in Christo fuit & sensualitas. Sciendum est etiam, quod sensualitas, siue sensualis appetitus, inquantum est natus obedire rationi, dicitur rationale per participationem, ut patet per Philos. 1. Eth.* Et quia uoluntas est in ratione (ut dictum est†) pari ratione potest dici, quod sensualitas sit uoluntas per participationem.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ ratio illa procedit de uoluntate essentialiter dicta, quæ non est nisi in parte intellectiua, sed uoluntas participatiuè dicta, potest esse in parte sensitiua, inquātum obedit rationi.

AD SECVNDVM dicendum, quod sensualitas signatur per serpētem, non quantum ad naturam sensualitatis, quam Christus assumpsit, sed quātum ad corruptionem fomitis, quæ in Christo non fuit.

AD TERTIVM dicendum, q̃ ubi est unum propter alterum, ibi unum tantum esse uidetur, sicut superficies, quæ est uisibilis per colorem, est unum uisibile cum colore. Et similiter, quia sensualitas non dicitur uoluntas nisi quia participat uoluntatem rationis, sicut est natura humana in Christo, ita etiam ponitꝰ una uolūtas humana in Chr̃o.

*ARTICVLVS III.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis, & Athanasio, insinuatum, quod in Christo sit uoluntas sensualitatis. A scripturis quidem: ut Luc. 22. Pater, si uis, transfer calicem istum à me, uerūtamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Per hoc enim monstratur intentum, maximè iuncta expositione, B. Ambrosij, secundum quod cum applicatione ponitur in argum. contr. Vbi quia de tristicia mentio fit: ideo uide 1. 2. q. 23. art. 1. 2. A D. Athanasio autem per hoc, quod in sermo. de passio. Domini, dicit. Seruator noster Dñs Iesus Christus hanc ob causam circa mortis tēpus cœpit, & contristari, deprecās, vt poculum hoc transiret, clamabatque Spiritus promptus, caro autem infirma, ut aduersarius noster, uelut hominē aggressus, diuinam experiretur potentiam. His itaque rebus illectus miser delusus est, & adortus est Dominum. Mox conspiciens fortitudinem expauit. Rursus considerans corporis imbecillitatem, recepit audaciam. Iamque uidere licebat: diabolum cum toto exercitu, cum principatibus, & potestatibus suis fugientem; Dominum autem humanis armis persequentem phalangam diabolicam. Hæc ibi. Dum enim tristitiam in Domino, & eam obedientem rationi, vtpotè ad deludendum diabolum motam, ponit: in eo sensualitatis naturam, quæ meritò nomen uoluntatis per participationem habere potest, fuisse affirmat. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 2

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* li. 1. Eth. c. ult. to. 5.

† art. præc.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus singularis est, non quærit de appetitu sensitiuo, ut sic, sed de appetitu sensitiuo, ut habet rationem uoluntatis, non simpliciter, & absolute, sed talis, hoc est sensualis. Puto autem rónem tituli huius fuisse euangelica uerba, quib. motus appetitus sensitiui, uelle uocatur, cum dicitur. Verumtā non sicut ego uolo.

¶ In corp. ar. unica est conclusio. In Christo fuit uoluntas sensualitatis, seu sensualitas, dicta uolūtas participatiue: probatur primo, quod in Christo fuit sensualitas appetitus: secundò, quod ille sit uoluntas per participationem. Primū probatur, Filius Dei assumpsit naturā humanā cum oīb. pertinentib. ad ipsius naturę pfectionem, ergo assumpsit cū ea, oīa, quæ pertinet ad pfectionē naturæ animalis. ergo assumpsit sensualitatē, prima consequētia probaẗ, quia in natura humana includit natura aīalis, sicut i spē includiẗ genus. Scđa aūt pbaẗ, quia appetitus sensitiuus, q sensualitas diẗ, est unum de pertinentib. ad perfectione naturæ aīalis. Sčm pbatur, appetitus sensitiuus, seu sensualitas, ut natus obedire rōni, uocaẗ, & est rōnalis participatiuè, 1. Ethi. ergo pari rōne uocari potest, & est uoluntas participatiuè: probaẗ, quia uolūtas in rōne est. nam sicut a ratione præcipiēte rationalis appetitus, ita a uolūtate 3

quoque præcipiente voluntarius appetitus, qui volũtas uocatur, dici potest. Imo ex hoc ipso, quod rationalis appetitus dicitur, voluntas dicitur, quia rationalis appetitus nomen est proprium voluntatis, & participatiuè solum communicatum sensualitati.

¶ Aduerte hic, quod quia nis motus appetitus sensitiui in Christo fuit voluntarius (quoniam etiam motus proprii sensualitatis in propria obiecta, voluntarii erant, nam voluntariè esuriuit, & vnamquamque virium propria exercere disposuit) ideo in Christo appetitus sensitiuus semper rationalis, & semper participatiuè voluntas in quolibet suo actu fuit.

Medina, ar. 3.

SVPER Q. XVIII.

ART. III.

116 CONCL. Si loquamur de potentia uoluntatis, in Christo est vna sola humana voluntas essentialiter, & non participatiue dicta. Si uerò loquamur de voluntate, quę est actus ipsius uoluntatis, sic distinguitur in Christo voluntas, quæ est vt natura, seu thelesis, & uoluntas, quæ est vt ratio, seu bulisis.

Sup. ea. q. ar. 2. ad 2. & inf. ar. 4. & 5. cor. & 3. d. 17. ar. 1. q6. 3. & opusc. 3. c. 239.
*li. 2. c. 22. & lib. 3. c. 14. & 18.

¶ PROB. Quia diuersitas actuum tendentium ad unam communem rationem boni nõ diuersificat potentiam uoluntatis (cum illi actus attendant unum obiectum uoluntatis, quod est communis ratio boni). Secunda autem pars, scilicet si uerò &c. probatur; Quia potentia uolũtatis, quę est in Christo, articu. 1. habet duos actus; Et horum vnus est ad finem, alius fertur ad ea, quæ ordinantur in finem.

1m ex Damasceno. Duplex est hominis uoluntas. R. Idest duplex est hominis actus uolũtatis. §. Tunc nihil &c. vt patet ex secunda parte conclusionis. Huius enim partis argumentũ hoc, quædam est probatio, absq; offensa primæ partis.

2m de minori. Ponitur differentia rationis, & intellectus. R. Non tamen tanquam differentia duarum potentiarum. §. Tunc nihil &c. Nam exinde nõ sequitur, quod in Christo sint duæ uoluntates quantum ad rationem, nisi secundum diuersitatem actuum, id quod & conclusio articuli cõcessit. Sic ergo respondent sibi inuicem illa, quæ ab argumento adducuntur. Sicut enim ratio, & intellectus, non differunt tanquam duæ potẽtiæ, 1. q. 79. art. 8. ita voluntas vt natura, & voluntas vt ratio, non differunt in Christo tanquam duæ potentiæ uoluntatis, & sicut ratio & intellectus differunt, tamquam duo actus, ut dicitur ibid. ita uoluntas ut natura, & uoluntas ut ratio differunt, tamquam duo actus, ut dicitur hic in corpor.

*Ar. 1. huius q. ad 3.
† 1. 2. q. 8. ar. 2. & 3.

3m illatio conclusionis. Ergo in Christo ex parte, & cætera. Respon. Negatur illatio. §. Nam uoluntas pietatis non est aliud, quam uoluntas, &c. ut in tex.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerint duæ voluntates, quantum ad rationem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod in Christo fuerint duę voluntates, quantum ad rationem. Dicit enim Damascen. * in secundò libro, quod duplex est hominis uoluntas, scilicet naturalis, quæ uocatur thelesis, & uoluntas rationalis, quæ uocatur bulesis: sed Christus in humana natura habuit quicquid ad perfectionem humanæ naturæ pertinet. ergo utraque prædictarum uoluntatum fuit in Christo.

¶ 2 PRÆT. Vis appetitiua diuersificatur in homine, secundum diuersitatem virtutis apprehensiuæ, & ideo secundum differẽtiam sensus, & intellectus diuersificatur in homine appetitus sensitiuus, & intellectiuus: sed similiter quantum ad apprehensionem hominis ponitur differentia rationis, & intellectus, quorum utrumque fuit in Christo. ergo fuit in eo duplex volũtas, vna intellectualis, & alia rationalis.

¶ 3 PRÆT. A quibusdam ponitur in Christo uoluntas pietatis, quæ non potest poni nisi ex parte rationis. ergo in Christo ex parte rationis sunt plures voluntates.

SED CONTRA est, quod in quolibet ordine est unum primum mouens: sed voluntas est primum mouens in genere humanorum actuũ. ergo in vno homine nõ est nisi vna voluntas propriè dicta, quæ est uoluntas rationis, Christus autem est unus homo. ergo in Christo est una tantum uoluntas humana.

RESP. Dicendum, quod sicut dictum est, * uoluntas quandoque accipitur pro potentia, & quandoq; pro actu. Si ergo uoluntas accipiatur pro actu, sic oportet in Christo ex parte rationis ponere duas nolũtates, duas species actuum voluntatis. Volũtas enim ut in secunda parte dictum est, † & est finis, & est eorum, quæ sunt ad finem, & alio modo fertur in utrumque. Nam in finem fertur simpliciter, & absolutè, sicut in id, quod est secundum se bonum. In id autem, quod est ad finem, fertur cum quadam comparatione, secundum quod habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis est actus uoluntatis secundum quod fertur in aliquid, quod est secundum se uolitum, ut sanitas (quod a Damasceno, * vocatur thelesis, idest, simplex uoluntas, & à Magistris uocatur uoluntas vt natura) & alterius rationis est actus uoluntatis, secundum quod fertur in aliquid, quod est uolitum solum ex ordine ad alterum, sicut est sumptio medicinæ, quem quidem uoluntatis actum Damasce. * uocat bulesim, id est, consiliatiuam uoluntatem, à Magistris autem uocatur uoluntas ut ratio. Hæc autem diuersitas actus non diuersificat potentiam, quia uterque actus attendit ad unam communem rationem obiecti, quod est bonum. Et ideo dicendum est, quod si loquamur de potentia uoluntatis, in Christo est una [d] sola uoluntas humana, essentialiter, & non participatiuè dicta: si uerò loquamur de uoluntate, quæ est actus, qui sic distinguitur in Christo uoluntas, quæ est ut natura, quæ dicitur thelesis, & uoluntas, quæ est ut ratio, quæ dicitur bulesis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illæ duæ uoluntates non diuersificantur secundum potentiam, sed solum secundum differentiam actus, ut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quod etiam intellectus, & ratio non sunt diuersæ [d] potentiæ, ut in prima parte dictum est. †

AD TERTIVM dicendum, quod uoluntas pietatis non uidetur esse aliud quam uoluntas, quæ consideratur ut natura, inquantum, scilicet refugit alienum malum absolutè consideratum.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum à scripturis, Ecclesia, & Athanasio, qđ in Christo est solum una uolũtas humana propriè dicta, id est quantum ad rationem. A scripturis quidem per hoc, quod dicitur Io. 1. Verbũ caro factũ est. Quia enim non dr carnes, sed caro; ideo intelligi per hoc datur, quod Verbũ non est factum homines, sed est factum homo. i. non assumpsit humanitates, sed humanitatẽ. Cum igitur in una numero humanitate sit una tantum numero uoluntas (sicut & unus numero intellectus) patet: quod scriptura illis uerbis ad propositum istud applicatis dixit, Verbũ incarnatum (quod unico nomine uocatur, Christ') habet unam tñ uoluntatem humanã. Ab Ecclesia uero per hoc, qđ dicit in hymno, Mementò salutis auctor, qđ nostri quondam corporis, ex illibata Virgine nascẽdo, formam sumpsetis. Signanter enim dicit, formam corporis, & non dicit formas corporum: ut per hoc denotet, ipsum auctorem nostræ salutis assumpsisse animam unam intellectiuam, quæ est per se uerè forma corporis nostri, Clem. in de sum. Trin. & fi. cathol. nõ autem duas animas intellectiuas, quæ corporum duorum essent formæ, qm̃ sm multiplicationem corporum animæ ipsæ multiplicantur, & uice uersa, Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 8. Cum igitur in una tantum anima intellectiua sit una uoluntas, patet: quod Ecclesia per talẽ locutionem, in Christo unam solum uoluntatem intellectiuam esse affirmauit. A B. Athanasio autem per hoc, quod in suo Symbolo, quod secundum Concil. Florent. est compendiosa regula fidei, de Christo dixit. Perfectus Deus; perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Nam ly ex anima rationali, nõ autem ex animabus monstrat, quod ipse per hoc unam tantum uoluntatem rationalem ponit in Christo. Discurre, ut supra. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Doc.
* Loco cit. in arg. 1.
* Loco cit in arg. 1.
D. 11 t9.
* In cor. ar.
D. ta19.
† p. p. q. 79. art. 8.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est, ortumque habuit ex distinctione voluntatis tam à Damasceno, qua ab alijs facta.

¶ In corpore articuli respondetur cum distinctione ad quæsitũ. Distinctio est, Voluntas, accipi potest, vel pro potentia, uel pro actu. Prima conclusio iuxta primum mẽbrum. In Christo est vna tantum voluntas humana essentialiter, & non participatiue dicta: Secunda conclusio, iuxta secundum membrum est. in Christo sũt duæ voluntates, s. voluntas vt natura, & uoluntas vt rõ. Probat primo secunda conclusio. Voluntas est finis, & eorum, quæ sunt ad finem alio, & alio modo. ergo alterius rationis est actus voluntatis in finem, & alterius rationis, actus uoluntatis in id, quod est ad finem. ergo in Christo sunt duæ uoluntates, i. duæ species actuũ voluntatis. Antecedens pro prima parte ex superioribus supponitur. Pro secunda probatur, quia in finem fertur simpliciter, & absolute, quia fertur vt in id, quod est secundum se bonum, vt in sanitatem. in id vero, quod est ad finem, fertur cum quadam comparatione, quia fertur in id, secundum quòd habet bonitatem ex ordine ad aliud, scilicet finem, vt patet de sumptione medicinæ propter sanitatem. Consequentia relinquitur pro euidẽti gratia materiæ, nam talis modorum diuersitas, qualis, s. consurgit ex ꝓprijs rationibus finis, & eius quod est ad finem, diuersam habet rationem in appetitibus proprijs. Probatur deinde prima conclusio, quia talis diuersificat potentiam. Probatur: stat cum una communi ratione boni, quæ est obiectum voluntatis: stante enim unitate obiecti proprij voluntatis, quod est bonum in communi, non diuersificatur potentia voluntatis, quamuis diuersificentur genera actuum eius ex diuersa ratione generali actuũ eius, cuiusmodi sunt motus ad bonum in se, & motus ad bonum propter aliud.

SVP. Q. XVIII. ART. IIII.

117
Concl. Necesse est; ponere ĩ Christo liberum arbitrium.

3. d. 14. ar. 1. q. 1. cor. & d. 17. a. 1 q. 3. ad 5 Et d. 18. a. n. ad 5.
¶ Prob. Quia in Christo est voluntas, vt ratio, ar. 3. quæ est idẽ. quod electio, ex 3. Ethicor. Et electio est proprius actus liberi arbitrij, 1. q. 83. ar. 1. 4.

*li. 3. c. 14. non ꝓcul à ſi.

1m de conclusione. Nõ fuit electio. R. Secundum ꝙ est in natura ignorante. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio ponens in Christo liberum arbitrium sub intelligit ĩ ipso esse electionem (vt ex eius ꝓbatione patet) in alio sensu. s. vt dicit præacceptionem alterutrius absque dubitatione; & consequenter sumit electionem secundum quòd est in natura nõ ignorante. Quod in Christo nulla sit ignorantia, cognosce ex q. 10. 11. 12. articulis, &c. vide ad secundum. In Damasceno ly ꝓpriè, prout sonat ordinariũ cursum nobis ex nobis notum. Ac si apertius dixerit. Si de his, scilicet sententia, mente, excogitatione, electione, loquamur propriè, idest secundum ordinatiam proprietatẽ apud nos existentem. Vnde patet; ꝙ in minori dicente, quod in his quæ fidei sunt, loquendum est propriè, sumitur ly propriè, alio modo, idest secundum proprietatem terminorum ꝑ se, nõ per accidens. Minor ergo illa, quo ad hoc, subsumitur extra propositum maioris; q̃ est Damasceni.

*lib. 3. eth. c. 3. circa fi. to. 5.

*q. 15. art. 3. & 2.

†ar. 1. hui⁹ q. ad 3.

*lib. 3. eth. c. 2. in fi. to. 5.

2m ex Philosopho. Electio est appetitus præcõsiliati. R. Si loquamur de electione existente in natura ignorante. §. Tunc nihil, &c. Nam electio, quæ ponitur in Christo a conclusionis probatione, non est in aliquo ignorante. vide ad primum.

Tertium

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit liberum arbitrium. Dicit enim Damasce. * in 3. lib. Gnomen autem, i. sententiam, vel mentem, vel excogitationem, & proheresim, idest electionem, in domino dicere impossibile est, si propriè loqui volumus. Maximè autem in his, quæ sunt fidei, est propriè loquendum. ergo in Christo non fuit electio, & per consequens, nec liberum arbitrium, cuius actus est elect.

¶ 2 Præt. Philosoph. dicit in 3. Eth. * quod electio est appetitus præconsiliati: sed consilium nõ uidetur fuisse in Christo, quia non consiliamur, de quibus certi sumus, Christus autem de omnibus certitudinem habuit. ergo in Christo non fuit electio, & sic nec liberum arbitrium.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium se habet ad vtrumque: sed volũtas Christi fuit determinata ad bonum, quia non potuit peccare, sicut supra dictum est. * ergo in Christo non fuit liberum arbitrium.

SED CONTRA est, quòd dicitur Isa. 7. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, quod est actus liberi arbitrij. ergo in Christo fuit liberum arbitrium.

RESP. Dicendum, quod sicut dictum est, † in Christo fuit duplex actus volũtatis, unus quidem, quo eius uoluntas ferebatur in aliquid, sicut secundum se uolitum, ꝙ pertinet ad rationem finis: alius autem, secundum quem eius voluntas ferebatur in aliquid per ordinem ad aliud, quod pertinet ad rationẽ eius, quod est ad finem. Differt autem, ut Philosophus dicit in 3. Eth. * electio a volũtate in hoc, quòd voluntas, ꝑ se loquendo, est ipsius finis, electio autem eorum, quæ sunt ad finem. Et sic simpliciter uoluntas est idem, quòd uoluntas vt natura. Electio autem est idem, quod uoluntas vt ratio, & est proprius actus liberi arbitrii, vt in prima parte dictũ est, * Et ideo cum in Christo ponatur uoluntas vt ratio, necesse est etiam ponere electionem, & per consequens liberum arbitrium, cuius actus est electio, vt in prima parte habitum est. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damasce. excludit a Christo electionem, secundum quòd intelligit in nomine electionis importari dubitationem. Hæc tamen dubitatio non est de necessitate electionis, quia etiam Deo conuenit eligere secundum illud. Eph. 1. Elegit in ipso, &c. cum tamen in Deo nulla sit dubitatio. Accidit tamen dubitatio electioni, inquantum est in natura ignorante. Et idem dicẽdum est de alijs, de quibus fit mentio in auctoritate prædicta. †

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ electio præsupponit consilium, nõ tamen sequitur ex consilio, nisi iam determinato per iudicium. Illud. n. quòd iudicamus agendum, post inquisitionem consilii eligimus, vt in 3. Eth. dicitur. * Et ideo si aliquid iudicetur vt agendum absque dubitatione, & inquisitione præcedente, hoc sufficit ad electionem. Et sic patet, quod dubitatio, siue inquisitio non per se pertinet ad electionem, sed solum secundum ꝙ est in natura ignorante.

AD TERTIVM dicendũ, quod voluntas Christi licet sit determinata ad bonum, non tñ est determinata ad hoc, uel ad illud bonũ. Et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono, sicut ad beatos.

AR-

3m illatio conclusionis. Ergo ĩ Christo, &c. R. Negatur illatio. §. Nam voluntas Christi licet sit determinata, &c. vt in tex. Ex quo dic: quòd illa maior sic exponẽda est, liberum arbitriũ se habet ad vtrumque. s. vel in genere bonorũ, vel in genere malorum. Non autem debet exponi (vt putas argumẽtum) ly ad vtrumq; s. in genere bonorum & malorum simul. Quas expositiones vt intelligere facile possis; descendas ad practicam, vt infra. In genere tantum bonorum ad vtrũque est liberum arbitrium beatorum; in genere tantum malorũ, ad vtrumque est liberũ arbitrium damnatorũ; sed in genere bonorũ simul & malorum ad vtrumque est liberum arbitrium viatorũ. Beati enim semper feruntur ad bonum, quãuis ad hoc vel illud bonũ pro libera sua uoluntate; damnati verò semper ad malum per suã liberam uolũtatem feruntur, quãuis non determinate ad hoc vel illud malum, viatores autem, qui uiatores puri sunt, feruntur quantum est de se & ad bonum & ad malum, trãseundo. s. vicissim de bono ad malum & de malo ad bonum. Vniuersi ergo isti tres per liberum arbitrium tendũt ad vtrumq; sed diuersimode: quia & ipsi diuersum statum habent. Vnde singula singulis inuicem correspõdẽt. Tendunt siquidem omnes ad vtrumque, quia omnes habent liberũ arbitrium: diuersimodè autem tendunt, quia ab inuicem diuersi statu sunt. Si ergo fiat semper talis correspondentia in materia de libero arbitrio; & nõ agglomerentur omnia indiscriminatim (vt intendebat argumentum:) tunc sine errore circa huiusmodi materiam procedemus.

*p. p. q. 83. ar. 4.

*p. p. q. 83. a. 3. & 1. 2. q. 13. ar. 1.

De libero arbitrio necessaria scitu.

† citato in ar. 1.

*li. 3. Ethi. ca. 2. & 3. to. 5.

cedemus. Quod vt clarius adhuc fiat; notabis sequentia.

¶ Coroll. Ex prædictis igitur, & per consequens ex textu originaliter habetur: quòd liberi arbitrij diffinitio scita, vel ignorata; est cã; q̀ fiat, vel non fiat, error in materia de libero arbitrio. Si.n. diffinitio vera liberi arbitrij ignoretur, fiet error; si aũt sciaẽ, non fiet. Ad diffinitionẽ verò hanc dandã absq; errore, oportet: vt cõsideremus liberum arbitrium, vt sic.i. vt liberũ arbitriũ est; nõ aũt, vt talib. uel talib. inest: sicut ad rectè diffiniendum hoĩem oportet considerare hoĩem, ut sic.i. vt homo est, non aũt vt Socrates vel Plato, est. Dicatur ergo. Liberum arbitriũ, vt sic, quid est? Est arbitrium; quod se habet ad vtrumque in genere vel bonorũ uel malorũ.i. quod se habet vel ad bonum, vel ad malum. Liberi ergo arbitrii, vt sic, non est esse ad vtrũq; vel in genere bonorũ tñ, vel in genere malorum tñ, vel in genere vtroq; simul: sed est esse ad vtrumq; vel in genere bonorũ, uel in genere malorũ. Sufficit ergo libero arbitrio, vt liberum arbitrium est, q̀ sit ad vtrũq,: non curãdo interim, in quali genere sit ipsum vtrumq;.i. abstrahendo ab hoc an ipsum sit determinate bonũ, vel malũ. Nã si ad ly vtrũq;, aliquid plus addideris, iã non erit diffinitio liberi arbitrii, vt sic.i. vt liberum arbitriũ est: sed erit diffinitio liberi arbitrii, vel ut beatorum, vel ut damnatorum, vel ut uiatorum, est.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis, & Concilijs insinuatum: quòd in Christo homine est liberum arbitrium. A scripturis quidem vt Isa. 7. Butyrum, &c. secundum quòd est in argumen. contr. Item per hoc, quod dicitur Philipp. 2. Qui, cum in forma Dei esset, in similitudinem hominum factus est. Hoc est. Christus, remanendo in forma Dei, factus est eiusdem similitudinis specificæ cum hominibus, idest eiusdem speciei humanæ, qua omnes homines ad inuicem similes dicuntur. Cum ergo homo uerus, idest speciei humanæ existens, habeat liberum arbitrium (vt patet & per experientiam quotidianam, & per dicta in prima par. articulorum numero 352. 408. 412. 569. cum Elucid. item in 1.2. articulorum numero 603. cum Elucid. item per Veritates aureas super totam Legem Veterem, Genes. 1. concl. 4. Exod. 13. conclusio. 3.): patet, quòd Christus homo habet liberum arbitrium. A Concilijs vero generalibus quarto, quinto, & sexto, insinuatur idipsum per hoc; quod dicunt. Sequentes Sanctos patres, consonanter omnes docemus; Dominum nostrum Iesum Christum secundum humanitatem per omnia nobis similem absque peccato. Hæc recitantur in constitutione Concilij Florent. super vnione Armenorũ. Item a Concilio Lateranensi sub Papa Martino I. Canone 5. Si quis non confitetur proprie, & vere, unam naturam Dei uerbi incarnatam; ea quo dicitur nostra substantia perfecte in ipso Christo Deo, & indiminute absque tantummodo peccato significata; sit condemnatus. Hæc ibi. Cum ergo homo, &c. vt nunc supra applicando Concilijs illis. Secundò uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat. clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est cõclusio responsiua, In Christo fuit liberum arbitrium. Probatur: in Christo voluntas ponitur vt ratio, ergo electio, ergo liberum arbitrium. Antecedens probatur, quia in Christo ponitur duplex uoluntatis actus, scilicet respectu finis, & respectu eius; quod est ad finem, &c. vt supra dictum est. Prima consequentia probatur, quia electio est idem: quod uoluntas, vt ratio, quod probatur ex differentia inter uoluntatem, & electionem ex tertio Ethicorum, quia illa finis, hæc eius, quod ad finem, & propterea illa voluntas vt natura, hæc voluntas, vt ratio. Secunda uero consequentia probatur, quia electio est proprius actus liberi arbitrii, hoc est uoluntatis, ut est liberum arbitrium, vt in prima parte dictum est.

Cap. 3 d. 16. q. 1. con. 2. Palud. 3. d. 17. q. 1. Medina ar. 5.

SVP. Q. XVIII. ART. V.

118 Inf. q. 21. art. 3. & 4. Et 3. v. 17 ar. 2. q. 1. & 4. cõtra c. 39. f.

COncl. Christus secundum voluntatem sensualitatis, & secundum voluntatem potentiæ rationis, quæ uoluntas consideratur per modum naturæ, poterat velle aliud; quam Deus vellet: Sed secũdum uoluntatem potẽtiæ rationis, quæ uolũtas consideratur p modum rationis.i. cuiusdã comparationis (art. 3. corp.), volebat semper idem; qood Deus.

¶ Prob. Quia Christi voluntas sensualitatis, uoluntasq; rõnis, vt natura, refugiebat naturaliter dolores sensibiles, corporis læsionem; ac illa, quę sunt naturę contraria.i. quæ secundum se mala penalia sunt (cum Christus ante passionẽ suam pmitteret omnibus uiribus animæ agere, quæ ipsis sunt propria. q. 14. ar. 1.2.): Et Dei uolũtas erat, vt Christus dolores sensibiles, corporis læsionem, mortẽque pateretur, propter salutem nostram. Secũda autem pars s. sed secundum, &c. probatur; Quia Christi volũtas, vt ratio, eligebat omnia illa pœnalia ex ordine ad finem salutis nostrę; quę & Deus sic uolebat (vt patet per ly non sicut ego uolo, sed sicut tu, Matt. 26.).

lib. 9. c. 4. to. 5.

lib. 1. de Tri. c. 5. & li. 13. c. 5. i f. & ca. 6. to. 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum uoluntas humana Christi fuerit omnino conformis diuinæ uoluntati in volito.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̀ voluntas humana in Christo non uoluerit aliud, quã Deus vult. Dicitur enim in Psal. 39. ex persona Christi, vt facerem uolũtatem tuam, Deus meus, uolui: sed ille, qui vult uoluntatẽ alicuius facere, vult, quod ille uult. ergo uidetur quod uoluntas humana Christi nihil aliud uoluerit, quàm uoluntas diuina ipsius.

¶ 2 Præt. Anima Christi habuit pfectissimam charitatem, quæ & cõprehensionem nostræ scientiæ excedit, secundum illud Eph. 3. supereminentem scientiæ charitatẽ Christi: sed charitas est facere, q̀ homo idem uelit quòd Deus vnde, & Philosoph. in 9. Eth. dicit, quòd unum de amicabilib. est eadem uelle, & eligere. ergo nolũtas humana in Chrõ nihil aliud uoluit, quam diuina.

¶ 3 Præt. Christus fuit verus cõprehensor: sed sancti, qui sunt comprehensores in patria, nihil aliud uolunt, q̃ q̀ Deus vult, alioquin nõ essent beati, quia non haberẽt quicqd uellent: beatus enim est, qui habet quæcunq; uult, & nihil mali vult, vt Aug. dicit in li. de Tri.* ergo Chrs nihil aliud voluit sm uolũtatẽ humanã, quàm uoluit uoluntas diuina.

SED CONTRA est, q̀ Aug. dicit contra Maximinum: † In hoc, quòd Christus ait, Non q̀ uolo, sed q̀ tu, aliud se ostendit voluisse, quam pater, quòd nisi humano corde nõ posset, cum infirmitatem nostram in suum, non diuinum, sed humanum transfiguraret affectum.

† li. 3. con. Max. c. 19. in me. to. 6

1m ex Psalmo.

Volui. B. Voluntate rationali.

RESPON. Dicendum, q̀ sicut dictum est, * in Christo secundũ humanam naturã ponitur multiplex voluntas, scilicet uoluntas sensualitatis, quæ participatiuè voluntas dicitur, & voluntas rationalis siue consideretur p modum naturæ, siue per modum rationis. Dictum est autem supra. * quòd ex quadam dispensatione filius Dei ante suam passionem permittebat carni agere, & pati, quæ sunt ei propria. Et similiter etiam permittebat omnib. uiribus animæ agere, & pati quæ propria. Manifestum est aũt, quòd uoluntas sensualitatis, refugit naturaliter dolores sensibiles, & corporis læsionem. Similiter etiam uoluntas ut natura repudiat ea, quæ sunt naturæ contraria, & quæ sunt secũdum se mala, puta mortem, & alia huiusmodi: sed hæc tamen uoluntas, quandoque per modum rationis eligere potest ex ordine ad finem. Sicut etiam in aliquo puro homine sensualitas eius, & etiam uoluntas absolutè considerata refugit vstionem, quam tamen uoluntas secundũ rationẽ eligit propter finem sanitatis. Voluntas autem dei erat, vt Christus dolores, & passiones, & mortem pateretur, non q̀ ista essent a Deo uolita secundum se, sed ex ordine ad finẽ humanæ salutis. vnde patet, quòd Christus secundum uoluntatem sensualitatis, & secundum uoluntatem rationis quæ consideratur per modum naturæ, aliud poterat uelle, quam Deus: sed secundum voluntatem, quæ est per modũ rationis, semper idem volebat quòd Deus, quòd patet ex hoc ipso quod dicit, Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Volebat enim secundum rationem, uoluntatem diuinam impleri: quamuis aliud dicit se uelle secundum quandam aliam eius uoluntatem.

* a. 1. 2. & 3 huius q.

* q. 14. ar. 1. ad 2.

D. 12 29.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus per voluntatem

tionali.§.i. voluntate; quæ & est in ratione,& cõsideratur per modum rationis. Tunc nihil, &cæt, vt patet ex conclusione articuli. Non enim ex hoc sequitur: quòd Christus eadem pœnalia uoluerit uoluntate sensualitatis, aut uoluntate potentiæ rationis, considerata per modum naturæ.

2m de minori. Idem velit. B. Voluntate rationis. §. Considerata scilicet per modum rationis. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusione articuli. Ad Philosophum adductũ respondet textus ly secundum quam etiã uolũtates amicorum, &c. Iuuabit videre. 1. 2.q. 19.ar.10.cum Eluc.

3m de minori. Comprehensores. B. Solum. §.1. non simul viatores. Tunc nihil,&c. Nam Christus non fuit comprehensor solum; sed fuit simul comprehensor,&c. vt in tex.

luntatem rationalem voluit vt diuina uoluntas impleretur, non autem per voluntatem sensualitatis, cuius motus non se extendit vsque ad uoluntatem Dei, neq; per uoluntatẽ, quæ consideratur per modum naturæ, quæ fertur in aliqua obiecta absolutè considerata,& non in ordine ad diuinam uoluntatem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd conformitas uoluntatis humanę ad voluntatem diuinam, attenditur secundum voluntatem rationis, sm quam etiam uoluntates amicorum concordant, inquantum.s. rõ considerat aliquod uolitum in ordine ad uoluntatem amici.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus fuit simul comprehensor, & uiator, inquantum.s.per mẽtem fruebatur Deo, & habebat carnem passibilem. Et ideo ex parte carnis passibilis, poterat in eo aliquid accidere, quod repugnaret naturali uoluntati ipsius, & etiam appetitui sensitiuo.

AR-

APPENDIX

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, & rectè intelligas merito esse a scripturis, & Aug. insinuatũ: quòd Christus aliud quandoq; uoluit, quod Deus non uoluit. A scripturis quidem per hoc, quòd dixit Ioan. 5. Non quæro voluntatem meam; sed eius, qui misit me. Ac si apertius diceret. Ego secundũ aliquam voluntatem volo aliud, quam Pater velit: ideoque secundum aliquam aliam uoluntatem non appeto facere prædictã voluntatem meam, sed uoluntatem Dei patris. Item per hoc, quod dicitur Rom. 15. Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est, impro- improperia improperantium tibi, ceciderunt super me. Hoc est, in proposito. Christus secundum quandam uoluntatem improperia super se casura repudiauit; & consequenter secundum candẽ uoluntatem ipse consideratus in hoc, quod super se talia ceciderunt, non sibi placuit. A B. autem Augustino insinuatur idem: vt in argum. contr. Pro quo, in ly aliud se ostendit uoluisse, quam pater, aduertas: quod dictum hoc (sicut & omne simile in præmissis) intelligitur materialiter, i. de re uolita; non autem causaliter, secundum rationem causæ efficientis. i. quasi quòd pater non sit causa efficiens hoc, scilicet quòd res ipsa sit uolita a Christo. Dedit siquidem pater uoluntati sensualitatis Christi, eiusq; uoluntati rationis secundum naturam consideratæ, inclinationem hanc; quòd re fugeret naturaliter mala pœnalia: & ideò quando voluntas talis vult aliud, quam pater, sequitur inclinationem sibi datam a patre; licet uelit aliam rem, quam pater non vult. Ergo tunc semper Christi voluntas talis patri in uolito cõformata fuit sic: quod quando naturaliter recusabat pœnas, tunc uolebat illud; quod Deus pater uolebat, ipsam voluntatem uelle. Vno ergo modo Christus secundum uoluntatem sensus, & naturæ, fuit semper conformis uoluntati patris: quamuis tunc aliud materialiter uoluerit, quam pater. Pro diffusiore huius declaratione a simili, vide 1.2. quæstio. 19 art. 10. Secundò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, de conformitate uoluntatis Christi humanæ ad diuinam in uolito. Nam de conformitate in modo volendi nulla est quæstio, cum impossibile sit uoluntatem creatam uelle eo modo, quo uult Deus: sed an circa rem: uolitam fuerit conformitas, ita quod nihil uoluerit secundum appetitũ humanum, quod alienum sit a uolito secundum diuinam voluntatem, in dubium uertitur, propterea quòd legimus Christum secundum hominem uoluisse mortem propriam, quam tamen constat eundem noluisse uoluntate diuina.

¶ In corpore articuli respondetur quæsito cum distinctione duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana uoluntate, hoc est, uoluntate sensualitatis, uoluntate rationali, ut est natura, & uoluntate rationali, ut est ratio. Prima conclusio est, Christus secundum voluntatem sensualitatis,& secundum uoluntatem rationalem per modum naturæ, poterat aliud velle quam Deus. Secunda conclusio est, Christus secundum uoluntatem per modum rationis, semper idem uoluit, quod Deus. Probantur simul dupliciter primo ratione, secundo auctoritate. Ratio est ista: voluntas sensualitatis naturaliter refugit, & læsionem corporis & dolores sensibiles, & voluntas vt natura repudiat, & contraria naturæ, & secundum se mala, & uoluntas per modum rationis eligit, quandoque hæc eadem ex ordine ad finem, & uoluntas Dei erat ut Christus mortem, & mala pateretur, non quòd ista uellet secundum se, sed in ordine ad finem, ergo Christus secundum uoluntatem sensualitatis: & secundum voluntatem per modum naturæ, poterat aliud uelle, quàm Deus, & secundum uoluntatem per modum rationis, semper uoluit idem, quod Deus. Antecedens habens quatuor partes, quo ad primas tres partes probatur ex hoc, quòd uidemus sensualitatem, & uoluntatem ut naturam refugere adustionem, quam tamen uoluntas per modum rationis, quandoque eligit propter sanitatem acquirendam. Consequentia autem probatur: Filius Dei ex quadam dispensatione ante passionem suam permittebat omnibus uiribus animæ agere, quæ propria sunt eis. ergo permittebat in Christo uoluntatem sensualitatis refutare læsionem absolute,&c. & uoluntatem vt naturam repudiare mortem absolute,& uoluntatem vt rationem acceptare eadem in ordine ad finem humanæ salutis. Vbi patet, primas duas uoluntates aliud uelle, quam Deus,& tertiam uelle idem, quòd Deus. Assumptum ad probandum consequentiam probatur, quia supra dictum est, quod filius Dei ex quadam dispensatione permittebat carni agere,& pati, quæ sunt ei propria: ex hoc enim sequitur per uiã, ac rationem similẽ, quòd similiter permisit uiribus animæ agere, quæ eis sunt propria. Deinde probantur ambæ conclusiones auctoritate unica Christi orantis ad Patrem, Non sicut ego volo, sed sicut tu. In his enim verbis, triplex uoluntas patet, scilicet diuina in ly tu, humana conformis diuinæ in ly sicut tu, (quæ est uoluntas per modum rationis,) & humana aliud uolens, quam diuina in ly, non sicut ego uolo: Et hæc est uoluntas rationalis per modum naturæ, repudians mortem absolute, & uoluntas sensualitatis refutans dolores sensibiles, &cæt. Patet ergo ex hac auctoritate utraque conclusio.

¶ Nota nonitie, quòd ut in responsione ad primum clarius explanatur, tam actus uoluntatis per modum naturæ, qui actus sensualitatis ex propria natura habet obiectum abstrahens ab ordine ad diuinam uoluntatem, & propterea quantum est ex parte obiecti, non spectat ad hos motus conformitas ad diuinam uoluntatem. Dico autem quantum est ex parte obiecti, quia ex parte subiecti etiam actus isti conformes sunt diuinæ uoluntati in beatis: ita quòd inter Christum ante mortem, & beatos, differentia horum motuum in uolito ex parte subiecti oritur: quia scilicet Christus animam, & carnem passibilem habebat, beati autem non. Hinc enim fit, ut Christi uoluntati naturali, & sensuali occurrerent aliqua ut contraria, & læsiua, quæ beatis exemptis ab omni passibilitate mali occurrere nequeunt, & propterea beati etiam secundum naturalem uoluntatis motum, & secundum appetitum sensitiuum conformantur diuinæ uoluntati in uolito, Christus autem non. Et scito quod isti uoluntatis motus, qui in aliud tendebant in Christo, nihil aliud sunt, quam uelleitates. vniuersaliter siquidem legendo, actus uoluntatis per modum naturæ distinctos contra actum uoluntatis per modum rationis contrarium eligentis, nihil aliud est quam uelleitas, de qua dicitur in Eth. quòd est etiam impossibilium: ita quòd in beatis, nec electio, nec uelleitas est ad aliud uolitum, quam quod Deus uult, In Christo autem electio omnis conformis Deo fuit in uolito, sed non omnis uelleitas eius fuit conformis Deo in uolito: habuit enim Christus uelleitatem non patiendi crucem, quam tamen elegit, quia Deus sic uolebat. Et simile est in nobis, cum dolemus de morte iuste patientium, & plagis iuste a Deo nobis inflictis, & aliis huiusmodi. Vellemus enim hæc non esse: veruntamen, fiat uoluntas Dei, dicimus, & uolumus si non exorbitamus.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Christo fuerit contrarietas voluntatum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit contrarietas voluntatum. Contrarietas namque voluntatum attenditur secundum cõtrarietatem obiectorum sicut etiam contrarietas motuum attenditur secundum contrarietatem terminorum, ut patet per Philo. in 5. Physic.* sed Christus secundum diuersas uoluntates contraria uolebat, nam secundum voluntatem diuinam uolebat mortem, quam refugiebat secundum voluntatem humanã. vnde Athen. dicit in lib. aduersus Apollinarium, Quando Christus dicit, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, & tamen non mea, sed tua uoluntas fiat, & iterum, Spiritus promptus est, caro autem infirma, duas voluntates hic ostendit: unam humanam, quæ propter infirmitatem carnis refugiebat passionem, & diuinam eius, promptam ad passionem. ergo in Christo fuit contrarietas voluntatum.

¶ 2 Præt. ad Galat. 5. dicitur, quòd Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Est igitur contrarietas voluntatum, quando spiritus vnum concupiscit, & caro aliud: sed hoc fuit in Christo, nã per voluntatem charitatis, quã Spiritusſanctus in eius mente faciebat, uolebat passionem, secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia uoluit, secundum autem carnem, passionẽ refugiebat. ergo erat in eo contrarietas voluntatum.

¶ 3 Præt. Luc. 22. dicitur, quòd factus in agonia prolixius orabat: sed agonia videtur importare quandam compugnationem animi in contraria tendentis. ergo uidetur, quod in Christo fuerit contrarietas voluntatum.

SED CONTRA est, quòd in determinatione sextæ Synodi dicit',* Prædicamus duas naturales voluntates, non contrarias (iuxta q̃ impii asserunt hæretici) sed sequentẽ eius humanam uoluntatem & non resistentem, vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius, atque omnipotenti uoluntati.

RESP. Dicendum, quòd contrarietas non potest esse nisi oppositio attendatur in eodem, & secundum idem: si autem secundum diuersa, & in diuersis existat diuersitas, non sufficit hoc ad rationem contrarietatis, sicut ad rationem contradictionis, puta quod hõ sit pulcher, aut sanus secundum manum, & nõ secundum pedem. Ad hoc ergo, q̃ sit contrarietas uoluntatum in aliquo, requiritur primo quidem, q̃ secundum idem attendatur diuersitas voluntatum. Si enim unius uoluntas sit de aliquo fiendo secundũ quandam rationem uniuersalem, & alterius uoluntas sit de eodem non fiendo secundum quandam rationem particularem, non est omnino contrarietas voluntatum. Puta, si Rex vult suspendi latronem, propter bonum publicum, & aliqs eius consanguineus nolit eum suspendi propter amorem priuatum, non erit contrarietas uoluntatis, nisi fortè intantum se extendit uoluntas hominis priuati, vt bonum publicum velit impedire, ut conseruetur bonum priuatum, tunc enim circa idem attenditur repugnantia uoluntatum. Secundo autem requiritur ad contrarietatem uoluntatis, quòd sit circa eandem voluntatem. Si enim homo vult unum, secundum appetitum rationis, & vult aliud, secundum appetitum sensitiuum, non est hic aliqua contrarietas, nisi fortè appetitus sensitiuus in tantum prævaleat, quòd uel immutet, vel retardet appetitum rationis: sic enim iam ad ipsam voluntatem rationis peruenirer aliquid de motu contrario appetitus sensitiui.

Sic igitur dicendum est, quòd licet voluntas naturalis, & voluntas sensualitatis in Christo aliquid aliud uoluerit, quàm voluntas diuina, & voluntas rationis ipsius, non tamen fuit aliqua contrarietas voluntatum. Primo quidem, quia neque uoluntas naturalis, neque voluntas sensualitatis repudiabat illam rationem, scilicet qua diuina voluntas, & uoluntas rationis humanæ in Christo, passionem volebat; Volebat. n. etiã uolũtas absoluta in Christo salutem humani generis, sed eius non erat uelle hoc in ordine ad aliud: motus autem sensualitatis ad hoc se extendere non ualebat. Secundo, quia neque uolũtas diuina, neque voluntas rationis, in Christo impediebatur, aut retardabatur, per uoluntatem naturalem, aut per appetitum sensualitatis. Similiter etiam, nec econtrario uoluntas diuina, uel uoluntas rationis in Christo, refugiebat, aut retardabat motum voluntatis naturalis humanæ, & motum sensualitatis in Christo. Placebat enim Christo secundum voluntatem diuinam, & etiam secundum uoluntatem rationis, ut uoluntas naturalis in ipso, & uoluntas sensualitatis, secundum ordinem suæ naturæ mouerentur. Vnde patet, quod in Christo nulla fuit repugnãtia, vel contrarietas voluntatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc ipsum, q̃ aliqua uolũtas humana in Christo aliud uolebat, quam eius voluntas diuina, procedebat ex ipsa voluntate diuina, cuius beneplacito natura humana motibus propriis mouebatur in Christo, vt Damasc. dicit.* [* Li. 3. orth. fi. ca. 25. a med.]

AD SECVNDVM dicendum, q̃ in nobis per concupiscẽtiam carnis impeditur, aut retardatur concupiscentia spũs, quod in Christo non fuit. Et ideo in Christo non fuit contrarietas carnis ad spiritum, sicut in nobis.

AD

Alb. Mag. 3. d. 17. per totum.
Medina ar. 6.

SVP. Q. XVIII.
119 ART. VI. [3. d. 17. ar. 2. q. 2. & 3. Et op. 3. c. 239. fin.]

CONCL. Licet uoluntas naturalis, & voluntas sensualitatis in Christo aliquid aliud voluerit; quam uoluntas diuina, & uoluntas rationis eiusdẽ: non tamen in eo fuit aliqua contrarietas voluntatum. [*li. 5. Phy. tex. 49. vsque ad 52. to. 2.]

¶ PROB. 1. Quia neque uoluntas naturalis in Christo, neque uoluntas sensualitatis, repudiabat rationem illam; qua uoluntas diuina, uoluntasque rationis eius uolebat passionem (vt patet in tex.): Et contrarietas uoluntatum non potest esse in aliquo, nisi secundũ idem attendatur diuersitas uoluntatum de eodem (vt patet ab exẽplo regis, atq; consanguinei latronis, circa suspensionem ipsius). Secundo, Quia neque uoluntas diuina, neque uoluntas rationis in Christo impediebatur, seu retardabatur p̃ motum uoluntatis naturalis, aut sensualitatis; neque e conuerso (vt patet in tex.): Et ubi nulla est oppositio, seu repugnantia uoluntatum, ibi non potest esse contrarietas earum (vt patet. Nam contrariorum est repugnare ad inuicem, ac se inuicem impedire).

¶ CONCL. Ergo omnia in Christo, secũdum omnes motus singulorum, fuerunt semper ordinatissima; & intra proprios cuiusque illorum terminos omnino consistentia.

1^m de maiori.

[*Hf 1 Epi. Agath. ad sexta Synod. gñal. & legit ibi act. 17. & recipitur act. 8.] Contrarietas uoluntatum attenditur secundum contrarietatẽ obiectorum. R. Nisi sit de uoluntatis unius beneplacito; quòd alia, vel aliæ uoluntates ferantur in obiecta contraria. §. Quod patet ex terminis. Nam tale beneplacitum non cõpatitur secum contrarietatem ipsarum uoluntatum aduersus semetipsam, cuius est illud beneplacitum. Tũc nihil, &cæt. Hoc ipsum enim quòd uoluntas humana aliqua, scilicet siue sensualitatis, siue naturalis, in Christo aliud uolebat, quã, &c. vt in tex. vide in corp. ly placebat enim Christo secundum, &c. Poterat quoque responderi ad ly contrarietas uoluntatum attenditur secundum contrarietatem obiectorum, q̃ hoc uerum est; si loquamur de obiectis formaliter, idest secundũ eundem modum consideratis; non autem secũdum diuersum. Quę responsio fuit prætacta in textu corpor. ly secũdum idem. Tunc verò negãda venisset minor in argumento subsumpta. Falsum enim est; quòd Christi aliqua uoluntas refugeret passionem secundum considerationẽ illam, qua ab alia uoluntate desiderabatur: vt patet ex eiusdem corp. textu, & ex ar. 5. habetur. His tamen omnibus prorsũs omissis, noluit Sanctus doctor afferre nouam hanc responsionẽ, quã affert in præsenti non tantum vt abundãtior doctrina daretur, sed etiã (quod plus urget) vt magnam fuisse in Christo omnium voluntatũ harmoniam ostenderet; id quod ab omni contrarietate p̃cul est. Non solum ergo per hoc soluit argumentum: verum etiã ex abundanti demonstrauit, quod in Christi uolũtatibus fuit oppositum eius, quod argumentum concludebat. vide artic. 5. append.

2^m de conclusione prima.

Et caro aliud. R. Impeditiuum, uel retardatiuum.

num spiritus. §. Tunc nihil, &c. Nam in Christo non fuit hoc, scilicet quòd per concupiscentiam carnis impediretur, aut retardaretur, concupiscentia spiritus: & ideo in Christo non fuit, &c. vt in tex. vide ad primum. Pro textu hoc, s. quòd in Christo non fuerit contrarietas carnis ad spiritum, puta molestatio interior a malis culpæ, seu a vitiis, seu a tentationibus internis, stat constantissimè synodus quinta; anathematizando contrarium, eosq;, qui contraria sapiunt. De quo vide art. 2. ad secũdum. cum Elucid. Et Addition. q. 16. ar. 2. ad secũdum. cum Elucid.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ agonia non fuit in Christo, quãtum ad partem animæ rationalem, secundum quòd importat concertationẽ uolũtatum ex diuersitate rationum procedentem: puta cum aliquis, secundum quòd ratio considerat vnum, vult hoc, & secundum quòd considerat aliud, vult contrarium. Hoc enim contingit propter debilitatem rõnis, qui non põt diiudicare quid sit simpliciter melius, quod in Christo non fuit: quia per suam rationẽ iudicabat simpliciter esse melius, ꝙ per eius passionem impleretur voluntas diuina circa salutẽ generis humani: fuit tñ in Christo agonia, quantum ad partẽ sensitiuam, ſm quòd importat timorem infortunii imminentis, ut dicit Dam.* in 3. lib.

3m de minori. Sed agonia. B. Existẽs in anima quantum ad partem rationalem. §. Tunc nihil, &c. Illa enim agonia, de qua Luc. 22. non fuit in Christo quantum ad partem animæ rationalem, &c. vt in tex.

¶ Not. vniuersal. Pro noticia meliori & formalizationum argumentorum cum responsis, & vtilitatis maximæ inde.i. ex talibus formalizationibus, sequentis; vide 1. 2. quæst. 57. ar. 3. notation. post resp. ad tertium.

APPENDIX.

Vtilissima pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas immanissimam hæresim Præmonstratensis Apostate, cuius nec nomen quidem superesse, fuit permissum, dicentis (vt refert Gabriel Prateolus, titul. Antichristiani); quòd Christus eò, ꝙ in cruce desperarit, fuit damnatus. Secundum enim hoc inauditum uocis monstrum Apostata iste necessariò præsupponebat; quòd humana uoluntas Christi fuisset aliquando contraria uoluntati diuinæ. Vnde pro tanto hoc in loco adducitur; & pro tanto istic condemnabitur. Nam damnandus est directè ad literam in q. 50. ar. 2. ad primum. Item habes; quomodo per rationem a fortiori interimas hæresim Caluini dicentis; quòd Dei lex, & Dei uoluntas sæpè sunt inter se contraria. Per hoc enim quòd articulus præsens monstrat, quod uoluntas Christi humana numquã contrariatur diuinæ, commonstrasse intelligitur: quòd multo magis uoluntas diuina numquam sibiipsi contraria est; & consequenter nec legi suæ. Lex siquidem a Deo data explicat nobis Dei voluntatem. q. 1. ar. 3. corp. ideoque impossibile est, legem Dei contrariam esse uoluntati eius; nisi uoluntas eius sit contraria sibimetipsi; quod omnino impossibile est, quoniam Deus est prorsus immutabilis. 1. q. 9. art. 1. & sua uoluntas 1. q. 19. artic. 7. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari a Veritatibus aureis super totam Legem Veterem, Leuit 16. concl. 20. Et a dictis in 1. q. 17. ar. 4. & q. 19. ar. 7. cum Elucid. Non paruum quoque damnationis affert uita pessima Caluini contra prædictam, aliasque hæreses, eiusdem: quandoquidem (secundum B. Hieronymum) hæreses ad suam originem reuocare, condemnasse est. De uita ergo illius uide in Addicion. q. 9. ar. 4. Elucid. appen. Item cõtra eas vide sup. q. 15. ar. 1. in Elucid. Item damnantur per hoc; quod Christus, cuius testimonium omnino uerum est, Ioan. 8. de seipso, inquantum homo est, dicit, Ioan. ibid. Pater non relinquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper. Ac si apertius dixerit. Mea uoluntas humana numquam est contraria, sed conformis, uoluntati patris, opere, & ueritate: quod ex eo patet, quia ego secundum uoluntatem humanam illa, quæ placita sunt uoluntati patris, facio semper. Cum ergo uoluntas patris, & uoluntas diuina Christi sit eadem numeraliter; sicut & essentia vtriusq; eadem numero est. 1. q. 31. ar. 2. (omnia enim in Deo sunt unum, vbi non obuiat relationis oppositio. Sic ait Concilium Florentin. in constitutione super unione Iacobinor.) sequitur manifestè: ꝙ Christus per illa uerba consignificauerit, quòd uoluntas sua humana non est contraria suæ diuinæ, sed ei conformis. De hac continua conformitate, quomodo, s. humana faciat semper quæ placita sunt diuinæ, vide corp. ly placebat enim Christo secundum uolũtatem diuinam, &c. & ar. 5. appen. Ibi enim dicta iuuant hæc, & ab his *vicissim iuuantur. Item damnantur ꝑ dictũ Christi ibid. Quis ex nobis arguet me de peccato? Scilicet rationabiliter, seu ex ratione; secundum B. Greg. in homil. Item ab Apostolo Hebr. 4. Tentatũ per omnia absq; peccato. Testatione. s. exteriori solum. & cap. 7. talis, decebat, ut nobis esset Pontifex; Sãctus, Innocens, impollutus, segregatus a peccatorib. & excelsior cęlis factus. Et c. 12. per patientiã curramus ad propositũ nobis certamẽ, aspicientes in auctorẽ fidei, & consummatorẽ Iesum: qui, ꝑposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ confusione contempta; atq; in dextera sedis Dei sedet. Itẽ. Recogitate eum, qui talẽ sustinuit aduersus semetipsum contradictionem; vt non fatigemini, animis uestris deficientes. Ergo; ſm planũ Apostoli sensum, Chřs animo suo nõ defecit in fatigationib. & tot, tantisq; contradictionib. aduersus semetipsum factis (quod solent desperati; ſm Psalm. 139. in miseriis non subsistent): alioquin exhortatione sua Apostolus destrueret intentum suum, quo, s. ad imitationem Christi cupit eos ita patiẽter sufferre aduersa quæcunq; ut non deficiant animis. Et quo uel leniter desperauit (etiam si fingendi licentia detur); si confusionem contempsit? Si, postquam tam uiriliter sustinuit crucẽ, in dextera sedis Dei sedet? si, suo tali Pontificio, i. Pontificis officio per sui oblationem in cruce peracto, est excelsior cęlis factus? Et si in exteriori tentatione per omnia, i. omnimoda (quod fuit tam amarissima crucis passio.) stetit semper absque peccato, secundum testimoniũ Apostoli; vtiq; multo magis in toto alio quouis tempore mansit absq; peccato. De impeccabilitate Christi. s. quòd peccare nullo modo unq̃ potuerit; vide Addit. q. 16. ar. 2. ad 2. cũ Eluc. in exam. Item damnantur a Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non hẽt quicquã. Ecce: ꝙ diabolus, et ueniens ad solertissimè inquirẽdum de uita Chři, utrũ, s. inuenire posset aliquid de suo. i. de peccato in illo, non inuenit de hoc in ipso quicq̃. Item per eũdem art. rõnem ostendas, illas hæreses meritò damnari a Concilio sexto generali Constantinopoli celebrato. Hoc. n. act. 17. postquam longa oratione explicauit mysterium Dominicæ incarnationis in unitate personæ, & duas in unam personam concurrisse naturas, & duas naturales uoluntates, & duas naturales operationes, indiuise, inseparabiliter, inconfuse, in Christo copulatas: tunc subiungit, ipsas uoluntates nõ fuisse contrarias, iuxta ꝙ impij asserunt hæretici; sed uoluntatem nũquam repugnantem, sed subiectam. i. obsequentem (vt ex actio. 11. habetur) diuinæ eius, atque omnipotenti uoluntati; iuxta sententiam sapientissimi Athanasij. Idem quoque concilium actio. 11. ex epistola Sophronij Patriarchæ Hierosolymorum, quã postea in act. 13. approbat, postq̃ dixit; ꝙ Chřs est nobis per omnia similis absq; peccato, & omnibus ipsum consequentibus: tunc dicit, quòd Chřs erat arbiter & dominus motuum naturalium, & omnium suorum affectuum, seu passionum; quæ non, nisi eo annuente, mouebantur. Quod nos minime sumus. Hæc ex summa Cõciliorum. Prædicta applica tu (ut oportet) contra illas hæreses pro diuersitate singularum: id quod a te semper & ubiq; præsertim in appendicib. faciendum ꝑsupponitur: ideoq; tibi munus tale, uia Conciliorũ, &c. ostensa, relinquitur. Tertio uides: quo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*li. 13. c. 18. 20. & 25.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus quo ad quid nominis: in corpore autem manifestatur quid sit contrarietas voluntatum, & secundum quæ attendatur, nempe secundum contrarietatem obiectorum, ut uolentis, nolentis, & similium.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo monstratur in communi, in quo consistat contrarietas uoluntatum: secundo, respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum, conclusio est. Ad contrarietatem uoluntatũ in aliquo requiritur, quod oppositio uolũtatum sit, & circa idem, & in eadem uoluntate. Probatur primo conclusio hæc, ex communi ratione contrarietatis, quam addit supra diuersitatem: contrarietas enim species est diuersitatis. Sed inter contrarietatem, & diuersitatem hoc interest, quòd contrarietas addit supra diuersitatem oppositionem, secundum idem, & in eodem. Procedit ergo litera sic. Contrarietas exigit oppositionem in eodem secundum idem. ergo contrarietas uoluntatum in aliquo exigit oppositionẽ uoluntatum secundum idem, & in eadem uoluntate. Antecedẽs probatur: quia si diuersitas sit in diuersis, aut secundum diuersa, nõ est contrarietas. Probatur quia non est contradictio, contrarietas namque contradictionem in se claudit. Deinde declaratur eadem conclusio quo ad illam particulam secundum idem ex diuersis rationibus volendi, & nolendi unum, & idem (puta mortem Socratis propter commune, uel priuatum bonum) dupliciter se habentibus, vel ut diuersis tantum, uel non solum ut diuersis, sed oppositis, ut patet in exemplo literæ, de uoluntate principis circa mortem Socratis latronis propter bonum publicum, & uoluntate parentis, ut non moriatur propter bonum proprium: quando enim hic

hic fistunt ambæ uoluntates,diuersæ quidem sunt, sed non cõtrariantur,quia licet contraria velint(scilicet mori illum, & non mori illum)diuersa tamen est rõ uolendi mortem,& uolendi nõ mortem,an per hoc non est oppositio secundum eandem rõnem volẽdi. Sed si non sistitur hic,sed uoluntas parentis circa non mori ꝓpter bonum proprium opponit bonum proprium bono communi, iam non sola est diuersitas rationum volẽdi,f.communis,& ꝓprii,sed est oppositio earundem:quia commune bonum tollitur ꝓ proprium in ratione uolendi. Vincit enim amor proprius amorẽ communis boni,& expellit illud a ratione uolendi , & vult filium non mori,etiam contra commune bonum ob nimiũ amorem proprii boni. Demum declaratur eadem conclusio quo ad illam particulam,in eadem uoluntate ex diuersis appetitibus , dupliciter ẽt dispositis,vel cum sola diuersitate , vel cum diuersitate habentib. etiam oppositionem.v.g. Appetitus rationalis vult bonum rõnis, appetitus sensualis vult bonum delectabile secundum sensum . Si hic sistitur,diuersitas appetitiuam est sola,sed si ultra progreditur ex parte subiecti appetitus boni delectabilis, ut immutet appetentem,vel ad tardandum , uel mutãdum appetituum boni rationis, iam nõ sola diuersitas est appetituum,sed oppositio,quia opponit se appetitus delectabilis contra appetitum rationis , & vincit illũ, dum immutat illum,uel annullando,vel debilitando illum ex parte appetentis,vt s.uel non uelit bonum rationis tunc,uel debiliter velit illud . Hoc autem quod dicimus de oppositione appetitus sensitiui ad rationalem intelligendum quoque est locum habere inter actum uoluntatis per modum naturæ , & actum electionis. nam cum in diuersa tendunt,si uoluntas naturalis intantum protenditur ,ut opponat se electioni,& uincat illam, contrarietas uoluntatum est,vt si quis electurus dispendium honoris,famæ, ac uitæ,ob bonum uirtutis,a naturali uoluntate uitæ,honoris, gloriæque uincatur.

¶Circa hanc conclusionem nota, quod in conclusione non dicitur ad contrarietatem uoluntatum requiri hæc duo , sed dicitur hæc duo requiri ad contrarietatem uoluntatum in aliquo. Apposuit siquidem Auctor ly in aliquo, ad monstrandum ꝙ de contrarietate uoluntatum in uno , & eodem homine loquitur . Et dixit hoc,quia sciebat,immo etiam in hac litera docet, quòd ad cõtrarietatem uoluntatum simpliciter , & absolute non requirunt hæc duo,sed alterum tantum sufficit, vt patet in exemplo literæ de uoluntate principis,& uoluntate parentis nimis uitam filij amantis. Sunt enim verè tunc contrariæ uoluntates,quamuis sint diuersorum hominum. Et hoc modo uoluntas peccatorum est contraria uoluntati diuinæ,& contra Dei uoluntatem agere dicuntur·est siquidem hæc contrarietas voluntatum obiectiuè , non subiectiue. Sed Auctor in litera loquitur de uoluntatum contrarietate,& obiectiua, & subiectiua,& ideo adiunxit ly in aliquo,& dixit ad contrarietatem uoluntatum in aliquo, hoc est obiectiue , & subiectiue,exigi duo,scilicet oppositionem secundum idem, & oppositionem in eadem uoluntate.

¶Quo ad secundum,conclusio responsiua quæsito est,in Christo nulla fuit contrarietas uoluntatum. Probatur,primo ex parte primæ conditionis requisitæ ad contrarietatem uoluntatum, hoc est oppositionis,secundum idem,seu eandem rationem , Probatur autem sic,in Christo,nec uoluntas naturalis, nec uoluntas sensualitatis repudiabat rationem uolitam a diuina , & humana electione.ergo in Christo non habuit locum repugnantia uoluntatum secundum idem. antecedens probatur, quo ad uoluntatem naturalem, quia etiam uoluntate absoluta Christus uolebat salutem humani generis,quamuis non uellet hoc in ordine ad aliud, hoc est, quamuis non uellet eam vt rationem uolendi mortem propriã: quia ad uoluntatem vt naturam,non spectat uelle aliquid in ordine ad aliud,sed solum velle,vel uolle aliquid absolutè. Deinde ꝓbatur antecedens,quo ad uoluntatem sensualitatis: quia eius motus,nec ad acceptandum,nec ad repudiandam tam excelsum bonum(quod est bonum commune æternæ salutis generis humani) se extendit. Secundo probatur conclusio ex parte secundæ conditionis requisitæ ad contrarietatem uoluntatum in aliquo , hoc est,oppositionis in eadem uoluntate. Probatur autem sic. Neutra uoluntatum coniugatio ex altera impediebatur, aut retardabatur. ergo in Christo non habuit locum repugnantia uoluntatum in eadem voluntate. Antecedens manifestatur , & quo ad uoluntatem diuinam,humanamq; electiuam, quia nec impediebatur , nec retardabatur ex uoluntate naturali,aut sensualitatis, & econuerso: quia nec uoluntas naturalis,nec sensualitatis impediebatur a diuina,aut humana electiua . Placebat siquidem Christo ſm diuinam voluntatem,& rationalem uoluntatem, vt, & uoluntas sua humana per modum naturæ moueretur,hoc est,haberet suas naturales uelleitates respectu integritatis corporis, respectu honoris, respectu famæ,respectu gloriæ,&c. & appetitus sensitiuus timeret futurum,tristareturque de præsenti malo corporis, &c.

Medina ar. 1.

SVP. Q. XIX. ART. 1.

COncl. In Christo humana natura habet propriam formam, & uirtutem, per quam operatur: & similiter diuina . Vnde & humana natura habet propriam operationem distinctam ab operatione diuina;& è conuerso. Et tamen diuina natura utitur operatione naturæ humanæ , sicut operatione sui instrumenti: & similiter humana natura participat operationem diuinę naturæ , sicut instrumentum participat operationem principalis agentis.

¶Prob. Quia præsupponitur ex supradictis multoties,maxime q.2.ar.5.6. secunda vero para.f.vnde,&c. ꝓbatur : quia ubicunque mouens ac motum habent diuersas formas, seu uirtutes , operatiuas; ibi oportet , quòd sit alia operatio mouẽtis, aliaque operatio ꝓpria moti (vt patet de operatione securis secundum propriam formam. item. 1. q6.105. ar.5.). Tertia autem pars.i.& tamen,&c. patet ab exemplo hoc, scilicet quod artifex operatione ꝓpria securis, idest incisione, utitur ad operationem suam; & securis participat instrumentaliter artificis operationem,puta facere scamnum.

¶Coroll. Ergo ex tertiæ partis conclusionis probatione dic ; ꝙ in Christo vtraque natura agit cum communione alterius . Quod & Leo Papa affirmat. Ergo ex secundæ partis probatione dic : ꝙ per talem conclusionis partem, quæ & a sexta synodo confirmatur,uitantur duo inconuenientia magna ; de quib. in textu, ly si uero esset una tantum operatio diuinitatis,&c. vsq; ad ly cõfusio naturarum . Primum

120 Inf. q. 25. a. t.ad 2.Et 3. d. 10.;q. t.ar. 2. q.1. ad 3. & d. t3.ar.1.Et 4.c5t.c. 36 Et ve.q.20 ar. t. ad 2. & 6.Et vni. & art.ad t6. & art.5.Et op.3.c.219. * c.2.inter 6. & me.c.

QVAESTIO XIX.

De pertinentibus ad virtutem Christi quantum ad operationem , in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerãdum est de vnitate operationis Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum in Christo sit vna operatio diuinitatis, & humanitatis , vel plures.

¶Secundo , Vtrum in Christo sint plures operationes secundũ humanam naturam.

¶Tertio, Vtrum Christus secundũ humanam operationem aliquid sibi meruerit.

¶Quarto , Vtrum per eam aliquid meruerit nobis.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo sit una tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis , & humanitatis. Dicit enim Dion.* in 2.ca.de Diu.no. Discreta autem benignissima circa nos Dei operatio per hoc, quòd secundum nos ex nobis integre, vereq; humanatum est Verbum, quod est supra substantiã, & operari, & pati, quæcunque humanæ eius, diuinæq; operationi cõgruunt, vbi vnam operationem nominat, & humanam, & diuinam, q̃ in Græco, dicitur theandrica,i. Dei virilis. uidetur igitur esse una operatio composita in Christo.

¶2 Præt. Principalis agentis , & instrumenti est una sola operatio: sed humana natura in Christo fuit instrumentum diuinæ , vt supra dictũ est,* ergo eadem est diuinæ , & humanæ naturæ in Christo operatio. * q.13.art. 2.& 3.

¶3 Præt. Cum in Christo sint duæ naturæ, in una hypostasi, uel persona, necessarium est vnum , & idem esse , quod pertinet ad hypostasim, vel personam: sed operatio pertinet ad hypostasim, uel personam : nihil enim operatur nisi suppositum subsistens, vnde secundum Philosoph. actus sunt singulariũ.* ergo in Christo est una, & eadem operatio diuinitatis,& humanitatis. * li.1.Met. cap.1. ante med. to.3.

¶4 Præt. Sicut esse est hypostasi subsistentis, ita etiam operari: sed propter unitatem hypostasis est in Christo vnum esse, vt supra dictum est. * ergo etiam propter eandem vnitatem est in Christo una operatio. * q.17.ar. 2.

¶5 Præt. Vbi est unum operatum, ibi est una operatio : sed idem operatum erat diuinitatis, & humanitatis, sicut sanatio leprosi, vel suscitatio mortui. ergo uidetur, ꝙ in Christo sit una tantum operatio diuinitatis, & humanitatis.

SED CONTRA est, quòd Ambr. dicit in 2. lib.* ad Gratianum Imperatorem , Quemadmodum eadem operatio diuersæ * li.2. de fide c.4. i a pag. a prin. c.10.a.

diuersæ est potestatis, numquid sic potest minor quemadmodum maior operari; aut una operatio potest esse, ubi diuersa substantia est?

* q. præce. ar. 1.

RESP. Dicendum, quòd supra* dicti hæretici, qui posuerunt in Christo vnam uoluntatem, posuerunt etiam in Christo vnam operationem. Et ut eorum opinio erronea melius intelligatur, considerandum est, quòd vbicunque sunt plura agentia ordinata, inferius mouetur a superiori, sicut in homine corpus mouetur ab anima, & inferiores vires a ratione. Sic igitur actiones, & motus inferioris principii sunt magis operata quædam, quam operationes: id autem, quod pertinet ad supremum principium, est propriè operatio, puta, si dicamus in homine quod ambulare, quod est pedum, & palpare, quod est manuum, sunt quædam hominis operata, quorum unum operatur anima per pedes, aliud per manus, & quia est eadem anima operans per vtrumque, ex parte ipsius operantis, quod est primum principium mouens, est una, & indifferens operatio; ex parte autem ipsorum operatorum differentia inuenitur. Sicut autem in homine puro corpus mouetur ab anima, & appetitus sensitiuus a rationali, ita in Domino Iesu Christo humana natura mouebatur, & regebatur a diuina. Et ideo dicebant, quòd eadem est operatio, & indifferens ex parte ipsius diuinitatis operantis, sunt tamen diuersa operata, inquantum, scilicet diuinitas Christi aliud agebat per seipsam, sicut quòd portabat omnia uerbo uirtutis suæ, aliud autem per humanam naturam, sicut quòd corporaliter ambulabat. Vnde in sexta Synodo inducuntur uerba Seueri hæretici, sic dicentis. Ea, quæ agebantur, & operabantur ab uno Christo, multum differunt: quædam enim sunt Deo decibilia, quædam humana, ueluti corporaliter uadere super terram, profecto humanum est. cruribus uero vexatis, & ambulare super terram, penitus non valentibus sanum gressum donare, Deo decibile est. Sed unus, scilicet incarnatum Verbum, hoc, & illud operatus est, & nequaquam hoc quidem huius, hoc vero huius est naturæ: neque eo quòd diuersa sunt operamēta, ideo duas operatrices naturas, atque formas iustè desERimus: sed in hoc decipiebantur, quia actio eius, quod mouetur ab altero, est duplex. Vna quidem, quam habet secundum propriam formam, alia autem, quam habet, secundum ꝙ mouetur ab alio sicut securis operatio secundum propriā formam, est incisio, secundum autem quod mouetur ab artifice, operatio eius est facere scamnum. Operatio igitur, quæ est alicuius rei secundum suam formam est propria eius; nec pertinet ad mouentem, nisi secundum quod utitur huiusmodi re ad suam operationem: sicut calefacere est propria operatio ignis, non autem fabri; nisi quatenus utitur igne ad calefaciendum ferrum: sed illa operatio, quæ est rei solum secundum quòd mouetur ab alio, non est alia præter operationem mouentis ipsum, sicut facere scamnū, non est seorsim operatio securis ab operatione artificis, sed securis participat instrumentaliter operatione artificis. & ideo vbicumque mouens, & motum habent diuersas formas, seu uirtutes operatiuas, ibi oportet quod sit alia operatio mouentis, & alia operatio propria moti: licet motum participet operationem mouentis, & mouens utatur operatione moti, & sic vtrumque agat cum communione alterius. Sic igitur in Christo humana natura habet propriā formam, & uirtutem, per quam operatur, & similiter diuina. Vnde humana natura habet propriam operationem distinctam ab operatione diuina, & econuerso. Et tamen diuina natura utitur operatione naturæ humanæ, sicut operatione sui instrumenti, & similiter humana natura participat operationem diuinæ naturæ, sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. Et hoc est quod dicit Leo Papa in Epistola ad Flauianum: *Agit vtraq; forma, scilicet tam natura diuina, quam humana in Christo cum alterius communione, quod proprium est: Verbo, scilicet operante quòd Verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Si verò esset una tantum operatio diuinitatis, & humanitatis in Christo, oporteret dicere, uel quod humana natura non haberet propriam formam, & virtutem (de diuina enim hoc dici est impossibile) ex quo sequeretur, quod in Christo esset tātum diuina operatio; vel oporteret dicere, ꝙ ex diuina uirtute, & humana esset conflata in Christo una uirtus, quorum vtrumque est impossibile. Nam per primum horum ponitur natura humana in Christo esse imperfecta: per secundum uero, ponitur confusio naturarum. & ideo rationabiliter in 6. Synodo* hæc opinio est condemnata, in cuius determinatione dr: Duas naturales operationes indiuisè, inconuertibiliter, inconfusè, inseparabiliter, in eodem domino Iesu Christo uero Deo nostro glorificamus, hoc est diuinam operationē, & humanam operationem.

* Est epist. 10. c. 4. paulo a princ.

* In 6. Synod. ghaus act. 17.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion.* ponit in Christo operationem theandricam. i. diuinā virilem, vel diuinam humanam, nō per aliquam confusionem operationum, seu uirtutum vtriusque naturæ, sed per hoc, quòd diuina operatio eius utitur humana, & humana eius operatio participat uirtutem diuinę operationis. Vnde sicut ipse dicit in quadam Epistola ad Caium.* Super hominē operabatur ea, quæ sunt hominis: quod monstrat, Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem. Manifestum est enim ꝙ concipi est humanæ naturæ, similiter, & ambulare, sed vtrumque fuit in Christo supernaturaliter, & similiter diuina operabatur humanitus: sicut, cum sanauit leprosum tangendo. Vnde in eadē Epistola subdit:* Non secundū Deū diuina faciens, non humana secundum hominem, sed Deo homine facto, noua quadam Dei, & hominis operatione. Quòd autem intellexerit duas esse operationes in Christo, unam diuinæ naturæ. aliam autem humanæ, patet ex his, quæ dicit in 2. cap. de Diui. no.* vbi dicit, ꝙ his, quæ pertinent ad humanam eius operationem, Pater, & Spiritus sanctus nulla ratione communicāt, nisi quis dixerit secundum benignissimam, & misericordem uoluntatē, inquantum, scilicet Pater, & Spiritussanctus ex sua misericordia noluerunt Christum agere, & pati humana. Addit autem, & omnem sublimissimam, & ineffabilem Dei operationem, quam homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis ꝑfecto Deus, & Dei verbum. Sic igitur patet, quòd alia est operatio humana, in qua Pater, & Spiritussanctus non communicant nisi secūdum acceptionem

* Loco citato i atg.

* In epist. q incip. Quęris in qdē, circa med.

* In pdicta epist. in fi.

Ca. 2. inter finē & mediū par. 1pę

1m ex declaratione Dionysij. Vbi unam operationem nominat humanam, & diuinā. R. Ratione communionis operationum illarum duarum ad inuicem: non autem, ratione alicuius confusionis earundem inter se. §. Tunc nihil, &c. Nam argumentum intendebat, quod diceretur una operatio ratione cōfusionis prædictæ: id quod declarauit ꝑ conclusionem a se ex Dionysio malè deductam: articuli uero præmissa conclusio intendit; quòd illæ duæ realiter distinctæ operatiōnes possint quodammodo dici una ratione cōmunionis vtriusque operationis ad inuicem; vt corollarium ex tertiæ partis probatione insinuatur.

¶ EXAM. Ly operatio diuina uirilis. Hoc est. operatio diuina vtens operatione humana, quæ dicitur uirilis. Et hoc, tanquam instrumento suo: vt exemplificatur hic, & in corp. Ex quo patet; quam & ignoranter & impudenter hæretici, contra quos congregata est, & definiuit, sexta synodus, abusi fuerint isto uocabulo, scilicet Dei operatio virilis. Tali enim nomine intelligebant unam operationem ex confusione operationum factam; vt patet in Concilio illo sexto actione 2. 8. & alibi. Vnde Macharius, in ead. actione 8. dixit: Non dico duas operationes in dispensatione incarnationis Christi, sed vnam Dei virilem operationem; non tamen duas confiteor. Qui Macharius ob hoc, tanquam hæreticus, a Concilio duas operationes ponēte in Christo condemnatus est. Ecce: quantum damni affert non intelligere voces patrum, puta unam operationem. Dei uirilem; sed ipsis uerbatim solum acceptis abuti, idest sensu contrario, seu dissono a patribus easdem voces intelligere (vt patet in Machario.)

Secundum

2m de maiori. Et instrumenti. ℞. Vt instrumentum est, ꝑcise. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc enim stat; quòd principalis agentis & instrumenti, vt res quædam est, sint duæ operationes quoniam instrumentum dicitur aliquid ex eo, &c. vt in tex.

3o de maiori. Vnum & idem esse. ℞. Secundum numerum. §. Tunc nihil, &c. Id enim, quod secundum numerum est idem, ratione hypostasis operãtis, potest esse duo secũdum speciem, ratione naturarum in eadem hypostasi repertarum: & sic est de operationibus in Christo. Operari namque est hypostasis subsistentis (vt dicit Philosophus ad probationem minoris ab argumẽto adductus) sed secũdum formam, &c. vt in tex. Pro cuius meliori capm aduerte: ꝙ operatio sortitur spẽm a forma, seu a natura; sed habet numerum ab vnitate hypostasis. Puta: si ambulatio ab una hypostasi semel egreditur, erit numero vna; si bis, erunt duæ ambulationes ratione multiplicationis actuum; si ter, erunt tres; si, &c. Et tamen omnes illæ ambulationes erũt vnius speciei, scilicet humanæ, quia ab hypostasi secũdum unam formam humanam operante procedunt.

* In corp. art.

* In corp. art.

D.946.

4m maior. Sicuti esse ẽ hypostasis subsistentis, ita etiam operari. ℞. Aliter tamen, & aliter. §. Nam esse pertinet ad &c. vt in textu. Tunc nihil, &c. vt patet ibid. Ex quo nota aliàs dictum, scilicet ꝙ similitudines non tenent in omnibus.

5m maior. Vbi est unum operatum, ibi est una operatio. ℞. Vel ibi est concursus plurium operationum ad illud unum operatum. §. Tunc nihil, &c. Ambæ enim operationes in Christo concurrunt ad unum commune operatum. Puta; sanatio leprosi contactu facta est unum operatum; ad quod concurrunt & operatio humana tangens, & operatio diuina per authoritatem primariam sanans. Illa ergo sanatio est unum commune operatum, secundum quòd operatio humana tangens, & operatio diuina sanans, ad inuicem communicant (vt in tertia conclusionis parte, & suo corollario dictum fuit): non tamen sanatio ipsa est unum operatum, quasi quod tangere non sit proprium operatũ humanitatis Christi, & sanare non sit proprium operatum diuinitatis eiusdem.

nem misericordiæ suæ, & alia est eius operatio, inquantum est Dei uerbum, in qua communicant Pater, & Spiritussanctus.

Ad secundum dicendum, ꝙ instrumentum dicitur aliquid agere ex eo, quòd mouetur a principali agente, quod tamen præter hoc potest habere propriam operationem secũdum suam formam, ut de igne dictum est. *Sic igitur actio instrumenti, inquantum est instrumenta, non est alia ab actione principalis agentis: potest tamen habere aliam operationem, prout est res quædã. Sic igitur operatio, quæ est humanæ naturæ in Christo, inquantum est instrumentum diuinitatis, non est alia ab operatione diuinitatis nõ enim est alia saluatio, qua saluat humanitas Christi, & diuinitas eius: habet tamẽ humana natura in Christo, inquantum est natura quædam, quandam propriam operationem præter diuinam, vt dictum est.*

Ad tertium dicẽdum, quòd operari est hypostasis subsistentis: sed secundum formam, & naturã, a qua operatio speciem recipit, & ideo a diuersitate formarum, seu naturarum est diuersa species operationũ: sed ab unitate hypostasis est unitas secundum numerum, quantum ad operationem speciei. Sicut ignis habet duas operationes specie differẽtes, scilicet illuminare, & calefacere, secundum differentiam lucis, & caloris, & tamen est vna numero illuminatio ignis semel illuminantis. Et similiter in Christo oportet, ꝙ sint duæ operationes specie differẽtes secundũ eius duas naturas: quælibet tamen operationum est una numero in Christo semel facta, sicut una ambulatio, & una sanatio.

Ad quartum dicendum, ꝙ esse, & operari est personæ a natura, aliter tamen, & aliter. Nam esse, pertinet ad ipsam constitutionem personæ, & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini: & ideo vnitas personæ, requirit vnitatem ipsius esse completi, & personalis: sed operatio est quidam effectus personæ secundum aliquam formam, uel naturam, vnde pluralitas operationum nõ præiudicat unitati personali.

Ad quintum dicendum, ꝙ aliud est proprium operatum operationis diuinæ, & operationis humanæ in Christo: sicut operatum proprium diuinæ operationis est sanatio leprosi, operatum autem proprium humanæ naturæ, est eius contractus. Concurrunt autem ambæ operationes ad vnum operatum, secundum quòd una natura agit cum communione alterius, ut dictum est.

A P-

APPENDIX

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Macharij Antiocheni dicentis; ꝙ in Christo fuit tãtum vna operatio, i. diuina. Et hæresim Sergij Constantinopolitani dicentis: ꝙ in Christo virtutes operatrices, licet ante unionem fuerint duæ, post unionem sunt in onum ad inuicem confusę. Post unionem ergo non est, secundum Sergium, nisi una operatio i Christo. Secundo habes: 2
quomodo per rationẽ ostendas, has meritò damnari a dictis. q. 18. art. 1. appen. Et ibid. ar. 5. 6. appen. Item a B. Ambrosio; vt in argu. contr. Vbi pro semper notabis illud, tanquam impossibile, ab ipso adductum, scilicet nunquid una operatio potest esse, ubi diuersa substantia est? Ex quo patet: quòd contra illas hæreses faciunt etiam dicta contra ponentes siue unam solum naturam simpliciter, siue unam ex confusione naturarum conflatam, in Christo. Ad damnationem ergo illarum hæresum, uide q. 2. ar. 1. 2. appen. & q. 16. artic. 10. appen. Et pri. par. q. 75. ar. 7. cum Elucid. Et Addition. articulorum numero 389. cum Elucid. Item signanter anathematizantur authores earũdem a Synodo sexta Constantinopoli celebrata. Ibi enim in act. 16. adductus ad concilium dicitur Constantinus presbyter Ecclesiæ, quæ est in Apamia secundæ Syriorum prouinciæ; & examinatus est ab ipso Concilio de sua fide: qui respondit, se non cognoscere nisi unam uoluntatem, & unam operationem, in Christo. Cui, post longam disputationem, sanctum Concilium dixit. Ita sentis, & ita perseueras vsque ad finem in hac secta? Constantinus respõdit. Etiam Domini, sic sensitio, sic credo; & non est possibile aliter. Sancta synodus exclamauit. Hæc secta Manichæorũ est. Hæc est fides Apollinarij. Anathema illi cũ dogmatibus suis. Anathema Theodoro Pharanitano hæretico. Sergio hæretico anathema. Pyrro hæretico anathema. Paulo hæretico anathema. Petro hæretico anathema. Machario hæretico anathema. Polychronio hæretico anathema. Aspergio Pergensi anathema. Omnibus, qui suffragantur hæreticis, anathema. Hæc ex summa Conciliorum. Tertio uide: quomodo ea iis bene pensatis, & 3
applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus articuli præsentis, & sequentis, accurata eget annotatione sui sensus. nam cum unum multipliciter dicatur, consequens est vt operatio una multipliciter dicatur. In proposito autem, vt Auctor ipse in hoc articulo insinuat & in sequenti aperte testatur, sermo est de operationis unitate secundum principiũ actiuum, non quodcumque, sed proprium, hoc est uirtute propria agens, ita quòd operatio una appellatur, quæ est ab uno tantũ actiuo principio virtute propria, & si a pluribus actiuis principiis secundum suas proprias uirtutes est, non est operatio una, perinde ergo est quærere, an diuinitatis, & humanitatis in Christo sit una tantum operatio, ac si quæreretur, an in Christo sit unum tantum principium operandi uirtute propria, siue illud sit sola diuinitas, siue compositum quid ex humanitate, & diuinitate, siue sola humanitas. Quod tamen nullus vnquam opinatus est, credens incarnati Verbi mysterium. Est autem mouendi hunc articulum ratio, & hæresis ponentium in Christo unam naturam compositã ex deitate, & humanitate, quoniam consequenter poneretur una tantum confusa operatio in Christo, quia poneretur in eo unum tãtum principium uirtute propria actiuum, scilicet natura illa tertia confusa, & multo magis hæresis ponentium in Christo solam deitatem esse actiuam uirtute propria, humanitatem uero esse purum instrumentum sine propria uirtute, (quales fuerunt subtrahẽtes Christo uoluntatem humanam, vel eius actum) quoniam secũdum hoc in Christo consequenter poneretur deitatis, & humanitatis una tantum operatio, iuxta unitatem actiui principii. At si in Christo deitas agit virtute propria, & humanitas agit etiam virtute propria (quamuis coagat simul deitati) non est deitatis, & humanitatis in Christo operatio una tantum, sed est una, & multæ. v. g. dum Christus sanauit infirmum tangendo, si fuit in illo opere aliquis actus causatus ab humanitate uirtute propria, & aliquis causatus a diuinitate uirtute propria, operatio illa nõ est una tantum,

sed est quidem una, & multæ. Vna puta sanatio, quia uirtute propria deitatis, & ab humanitate instrumentaliter est, duæ uero, quia adiungitur dictæ operationi operatio, quæ est ab humanitate virtute propria, dum sanationi coniungitur uoluntaria contactio, sanatio enim una operatio est a deitate per humanitatem, contactus autem uoluntarius poneretur humana operatio a propria humanitatis virtute. Si autem sola deitas propria virtute operari ponatur, & humanitas solum, vtpote exequens principalis agentis virtutem poneretur, una tãtum operatio inueniretur in huiusmodi curatione. Hæc de titu.

¶ In corpore artic. primo recitatur simul, & declaratur hæreticorum positio cum fundamento: Secundo ostenditur radix erroris eorum. Tertio respondetur quæsito ibi, Et ideo vbicumq; mouens, & motum.

¶ Quo ad primum erronea conclusio est. In Christo est una tantum operatio, licet sint multa operata. Probatur, quia unum tantum est in Christo principium actiuum, s. deitas: humanitas autem instrumentaliter se habet. Declaratur hæc, & in anima respectu organorum corporeorum, & respectu uirium sensitiuarum.

¶ Quoad secundum radix errandi ponitur, quia non distinxerunt operationem instromenti per propriam formam, vel per participationem agentis. Declarantur hæc in artificialibus, artifice, & serra, & in naturalibus, s. igne respectu artis; quod potes declarare in respectu animæ uegetatiuæ, cuius instrumẽtum ponitur ignis in augmento, vt patet in 2. de Anima contra Empedoclem. Indistinctio igitur operationum, & communio agentium, quia principale vtitur propria operatio instrumenti, & instrumentum participat operationem propriam, principalis errandi occasio fuit.

¶ Quoad tertium conclusio est. In Christo sunt duæ operationes. Probatur primo ratione ostensiua: secundo, auctoritate Leonis: tertio, ducendo ad impossibile: quarto definitione Synodi Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad quartum, aduerte, & perspice sensum literæ, ponentis differentiam inter esse, & operari respectu naturæ, & personæ. Ponitur siquidem primo modo vtriusque conuenientia in hoc, quòd vtrumque hoc est tam esse, quam operari, est personæ a natura, ita q̃ vtrumq; habet naturam pro principio, & personam pro subiecto, quod est, quod operatur. Deinde subditur differentia inter vtrumque, quia in constitutione personæ a natura esse se habet vt terminus, quia spectat ad ipsam personæ constitutionem, ut propria actualitas eius: persona enim nihil aliud est, quam natura deducta ad hoc, quod sit proprie id, quod est. Et hic prouenit, vt unitas personæ exigat vnitatem esse, oportet namq; constitutionem vnius personæ, ad vnum tantummodo terminum compleri: Operatio uero non sic se habet: non enim natura, constituendo personam, dat operari, sicut dat esse, sed persona iam existens profert, mediante natura, operationem. Et ideo vnitas personæ non exigit unitatem operationis. Vbi vides, quòd esse immediate in persona a natura est, operari uero, iam constituta persona, habet a natura ipsa, mediante natura: habet enim operatio naturam, & vt principium, & vt susceptiuum proximum saltem mediante potentia, personam autem vt primum operans, vt quod: esse vero naturam, habet vt principium quo tantum, & personam vt immediatum subiectum quod est. Eadem ergo est doctrina hic, & superius tradita: non enim docemur hic, quod esse sit de intrinseco intellectu personæ, sed quod pertinet ad constitutionem personæ. Et uere sic est, quouiam constitutio personæ est constitutio ipsius esse, tum quia non alia constitutione sit persona, & alia sit esse, sed una & eadem: tum, quia ad hoc constituitur persona, vt sit, quod est dictũ, constitutionem personæ terminari ad esse, tanquam ad ipsi personæ propriã, immediatam, vltimamq; actualitatem, infra latitudinem sui generis, scilicet, substantiæ.

¶ In responsione ad quintum uide nouitiæ, quod cum propriis operatis singularium operationum (diuinæ scilicet & humanæ) stare dicitur unitatem operari respectu vtriusque: non per viam proprietatis, quia hoc repugnat his, quæ nunc immediate dicta sunt, sed per viam concursus, seu communionis numquam enim operatum proprium unius operationis est operatum proprium alterius, vt in principio responsionis docemur: sed operatum proprium unius potest esse operatum commune sibi, & alteri operationi, vt sanatio leprosi est proprium operatum diuinæ, operationis, cum hoc est commune operatum dictæ diuinæ operationi, & humano contactui participanti diuinam operationem, vt in calce responsionis docemur.

SVP. Q. XIX. ART. II.

CONCL. 1. Illa operatio est simpliciter humana; quæ a ratione procedit per uo-
221 luntatem, quæ est rationis appetitus.

¶ PROB. Quia homo est id, quod est, secundum rationem.

¶ CONCL. 2. In quolibet puro homine est tantum una operatio, quæ proprie humana dicit; præter quã tamen sunt quædam aliæ operationes, quæ non sunt proprie humanæ.

¶ PROB. Quia in quolibet puro homine illa tantum operatio dicitur proprie humana, quæ procedit a ratione, ac voluntate. Secunda pars, scilicet præter quã &c. probatur; quia nec operationes (naturam vel vegetabilem, vel elementarem, vel sensitiuam sequentes, sunt proprie humanæ (cum non procedant principaliter a ratione).

¶ CONCL. 3. Multò magis est una operatio humana in Christo, q̃ in quolibet alio hoĩe.

*li. 3. c. 24. ad prin. & cap. 15.

¶ PROB. Quia in Chr̃o hoĩe nullus motus partis sẽsitiuæ erat, qui nõ esset ordinatus a rõne; operationesq; naturales, atq; corporales aliqualiter subijciebant eius rõni (inquãtum, s. voluntatis eius erat, &c. vt in tex.): & in quolibet alio hoĩe non est sic, quãuis aliqualiter sensitiuæ operationes subijciãtur, i. obediant, rationi.)

¶ NOT. Ad cognoscendum vnitatem vel pluralitatem operõnis diuersarũ partium hominis; nota diligenter regulam in art. 1. quasi inchoatiuè positam, & hic apertius explicatã. Est uero huiusmodi. Qñ agens inferius agit per propriam formam; tunc est alia operatio inferioris agentis, & superioris: qñ autẽ agens inferius non agit, nisi s̃m q̃ est motum a superiori agente; tũc est eadem operatio superioris agentis, & inferioris. Ex hac regula bene (ut decet) applicata ad conclusiones secundæ & tertiæ materiã, multum iuuaberis ad earumdem sanam intelligentiam.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sint plures operationes humanæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ in Christo sint plures humanæ operationes. Chr̃s enim inquãtum homo, cõicat cum plantis in natura nutritiua, cum animalibus autem in natura sensitiua, cum angelis autem in natura intellectiua, sicut, & cæteri homines: sed alia est operatio plantæ, inquantum est planta, & alia animalis, inquantum est animal. ergo Christus, inquantum est homo habet plures operationes.

¶ 2 Præt. Potentiæ, & habitus distinguuntur secundum actus: sed in anima Christi fuerunt diuersæ potentiæ, & diuersi habitus. ergo & diuersæ operationes.

¶ 3 Præt. Instrumenta debent esse proportionata operationibus: corpus autem humanum habet diuersa membra dĩa s̃m formam. ergo diuersis operationibus debent esse accommodata. Sunt ergo in Christo diuersæ operationes secundum humanam naturam.

SED CONTRA est, q̃ sicut Damasc.* dicit in 3. lib. operatio sequit̃ naturam: sed in Christo est tñ una natura humana. ergo in Chr̃o fuit una tantum operatio humana.

RESPON. Dicendum, q̃ quia homo est id, quod est secundum rationẽ, illa operatio dicitur esse simpliciter humana, quę a ratione procedit per voluntatem, quæ est rationis appetitus. Si qua autem operatio est in homine, quæ non procedit a ratione, & uoluntate, non est simpliciter operatio humana: sed conuenit homini secundum aliquã partem humanæ naturæ: quãdoque quidem, s̃m ipsam naturam elemẽti corporalis, sicut ferri deorsum quãque uero, s̃m uirtutem animæ uegetabilis, sicut nutriri, & augeri: quandoque uero, secundum partem sensitiuam, sicut videre, & audire, imaginari, & memorari, concupiscere, & irasci. Inter quas operationes est differentia. Nam operationes animæ sensitiuæ sunt aliqualiter obedientes rationi, & ideo sunt aliqualiter rationales, & humanæ, inquantum, scilicet obediunt rationi, vt patet per Philos. in 1. Eth.* Operationes uerò, quæ sequuntur animã vegetabilem, vel ẽt naturam elemẽtaris corporis, non subiiciuntur rationi, vnde nullo modo sunt rationales, nec humanæ simpliciter, sed solum secundum partem humanæ naturæ. Dictum est autem supra,* q̃ quando agens inferius agit per propriam formã, tũc est alia rationi, vnde nullo modo sunt operatio inferioris agentis, & superioris: quando vero agens inferius non agit, nisi secundum quòd est motum a superiori agente, tunc est eadem operatio superioris agẽtis, &

Primum

1m conclusio. Christus, inquantum est hõ, habuit plures operõnes. ℞. Tñ illæ plures operõnes sunt una operatio humana magis, q̃ in aliis hoib. §. Tunc. &c. Nam in conclusione tertia, q̃ oppugnat, fit sermo cõparatiuus, non aũt absolutus: & iõ ad illius ueritatẽ saluãdam non requirit, q̃ illæ tres operõnes sint una simpl. i. absolute; sed sufficit q̃ sint una sm q̃d. i. cõparatiue, vt in rñsõ.

2m illatio conclusionis. Ergo diuersæ operõnes. ℞. Cõcedit. §. Tunc tamẽ, &c. Talem. n. diuersitatem operationũ nõ intendimus, &c. vt in tex. Ex quo patet: q̃ S. Doctori sufficit ostendisse, q̃ oẽs humanę operõnes, ẽt ad partẽ uegetabilẽ pertinentes (vt esurire, sitire, &c.) subsunt uolũtati humanę Chri. i. sunt uolũtariæ; qđ est, ipsas oẽs referri ad vnũ principiũ actiuum operationũ humanarũ. Sic. n. excludit diuersitas opationũ a Chro; q̃ quanto sit relatio ipsarũ ad uolũtatẽ humanam: cũ tñ talis operationũ diuersitas sit in aliis hoib. Nã esurire, sitire, &c. non esurire, non sitire, &c. nõ subsunt uolũtati illorũ, ita q̃ sint operõnes uolũtariæ: sed nec operationes ad partẽ sensitiuã ptinentes sunt sic vlter uoluntariæ, vt in Chro; qui & qñ uoluit, & quantum uoluit, & sic de aliis hmõi circonstantiis, irascebat, tristabat, gaudebat, &c. nec vltra terminos ꝓuolitos procedebat unq̃ aliquo modo sensitiuus motus. Et licet de B. Virgine, inquantum semp fuit sine peccato ueniali, hoc ipsum de motu sensitiuo uerũ ceẽ; tñ adhuc multo magis de Christo: quia hoc de illa p speciale priuilegium dicitur, de Christo autem per naturam. Vide Additiõ. quæst. 16. artic. 2. ad secundum. exam. Elucid.

In isto art.

tis, & inferioris. Sic igitur in quocũque homine puro alia est operatio elementaris corporis, & animæ vegetabilis ab operatione voluntatis, quæ est propriè humana. Et similiter etiam operatio animæ sensitiuæ quantum ad id, quòd non mouetur a ratione: sed quãtũ ad id qđ mouetur à rõne. est eadẽ operatio partis sensitiuæ, & rationalis. Ipsius autem animæ rationalis est una operatio, si attendamus ad ipsum principium operationis, quòd est ratio, vel voluntas. Diuersificatur autem secundum respectum ad diuersa obiecta, quam quidem diuersitatem aliqui appellauerunt diuersitatẽ operatorum, magis quam operationum, iudicantes de vnitate operationis solum ex parte opatiui principii. Sic enim nunc quæritur de vnitate, uel pluralitate operationũ in Christo. Sic igitur in quolibet puro hoĩe est tantũ vna operatio, quæ ꝓpriè humana dicitur: præter quã in sunt in hoie puro quædã aliæ operationes, quæ non sunt propriè humanæ, sicut dictum est. * Sed in homine Iesu Christo nullus erat motus sensitiuæ partis, qui non esset ordinatus a ratione. Ipsæ etiã operationes naturales, corporales aliqualiter ad eius voluntatem pertinebãt, inquãtum uoluntaris eius erat, vt caro ei ageret, & pateretur, quæ sunt sibi ꝓpria, vt dictũ est, sup. * Et ideo multo magis est una operatio in Chro, quam in quocunq; alio homine.

Ad primum ergo dicendum, q̃ operatio partis sensitiuę, & etiam nutritiuæ, non est propriè humana, sicut dictum est: * & tñ in Christo huiusmodi operationes fuerunt magis humanæ, quam in aliis.

Ad secundum dicẽdũ, q̃ potentiæ, & habitus diuersificantur p comparationem ad obiecta, & ideo diuersitas operationum hoc modo respondet diuersis potentiis, & habitibus, sicut etiam respondet diuersis obiectis. Talẽ autem diuersitatem operationum non intendimus excludere ab humanitate Christi, sicut nec eam, quæ est secundum aliud, & aliud instrumentum, sed solum illam quæ est secundum primũ principiũ actiuũ, vt dictũ est. * Vnde patet etiam responsio ad tertium.

A R-

3m de secũda concl. Diuersæ. ℞. Secundũ relationẽ ad diuersa instra. §. Tũc. &c. Sufficit. n. ꝓposito: q̃ illę operationes in Chro non sint diuersæ sm relationem ad primũ principium actiuũ. i. sufficit, q̃ conueniãt in hoc, q̃ oẽs obediunt rationi. i. sunt uolũtarię. Propter hoc. n. omnes Chri humanæ operõnes nunc iudicant una operatio, vt in conclusione tertia: etiã q̃ aliæ quæ diuersitates, sm aliã consideratione, in ipsis operationib. reperirentur. vide ad 2.

* q. præce. ar. 5.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo; quo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis insinuatum; q̃ in Chro est tñ una operõ humana. Vt p hoc, q̃ dr Phil. 2. Exinaniuit semetipsũ formam serui accipiens. Hoc est. Naturã humanam. Vnde postea subdit ly inuentus vt homo. Cum igitur operatio sequatur naturam, sm Damascenum allegatum in argum. cõtr. Sequitur quod Apostolus per dictum illud subindicauerit, quod in Christo sit tantum vna operatio humana. Adde his: quod Christus turbauit semetipsum, Ioan. 11. & q̃ per quadraginta dies ieiunus non esurijt, postea mox esurit, Matth. 4. vt videas operationes eius humanas ab Apostolo dictas unã operationem in hoc sensu, quòd omnes illæ in Christo sunt uolũtariæ. Volens enim turbat semetipsum; volens non esurit, uolens esurit. Et sic a simili de aliis operationibus eius. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

* In corp. art.

* In corp. art.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex præcedenti clarus est.

¶ In corpore tria fiũt. primo, declaratur in cõi quid, & q̃ sit operatio humana, vel nõ humana, & qñr vna uel multæ. Secundu, declarañ hæc eadẽ in puro hoĩe, applicando ad purũ hoiem cõiter pdicta. Tertio, applicando ad Chrm, respondetur quæsito vnica conclusione: In Christo est humana operatio multo magis, quam in quocunque homine.

¶ Quoad primum, quia titulus duos terminos claudit. s. operõnẽ humanã, & unitatẽ, vel pluralitatẽ, ideo Auctor primo operõnẽ elucidat humanã, & deinde illius unitatẽ, uel multitudinẽ in cõi. Dicit ergo tria. Primũ. Operõ humana simplr est, q̃ a rõne ꝓcedit sm uoluntatẽ, quia hõ est hõ per rõnẽ, & p oppositũ reliq̃ operõnes attributæ hoi, nõ humanæ nisi sm partẽ sunt: & sunt triplicis ordinis. i. ex natura elemẽti, ex aĩa vegetatiua, ex aĩa sẽsitiua. Secundũ, Dña inter operõnes hoĩs sm partẽ naturæ humanæ est, q̃ quędã sunt participatiuæ qñq; humanæ, ut quæ sunt partis sensitiuæ, & q̃dã non, vt quæ sunt partis vegetabilis, & elementaris. Tertium, Subordinatorũ agentium propriis virtutibus operõnes sunt multę, agentium uero vna uirtute una est operatio.

¶ Nota hic duo. Primo, q̃ quia rõ (vt dr 9. Meta.) est ad opposita, & ab electione, quæ est actus uoluntatis determinañ, ideo rõ, & volũtas pro unico principio operationis humanę cõputatur, & idẽ est operationẽ esse a rõne, & a uoluntate, quæ est appetitus rõnis determinatiuus. Secundo, q̃ cũ in litera dr operõnem hoĩs non procedentem a voluntate conuenire homini sm aliquam partem humanæ naturæ, & subdistinguit pars humanæ naturæ in elementarẽ, vegetabilem, & sensibilem, dubium surgit de primo actu intellectus qui est hoĩs, & non a uolũtate, nec ab aliqua harum partiũ. Vnde dupl̃r põt intelligi litera præsens primo, ut sit sermo de genere operationis, ita q̃ sensus est, si quod genus operõnis est cõueniens hoi, &c. Et tunc caret scrupulo litera, quia licet inueniañ in homine aliqua operatio non a voluntate, nec sm illas partes numeratas in litera (vt primus actus intellectus, quem oportet esse naturalem, utpote, ante omnẽ actum uoluntatis) non tñ inueniẽ aliquod genus operationis in hoĩe, quod non fit a uoluntate, aut ab aliqua nominatarum partium, intelligere. n. hoĩs sm suum genus est a uoluntate, q̃uis prima intellectio sit accepta. Alio modo, põt intelligi, vt litera intelligatur ut sonat, s. q̃ operatio hoĩs non a uoluntate, non est simpl̃r humana, sed conuenit homini secundũ aliquam partem humanæ naturæ, & hic terminetur sententia, ita, q̃ sequens distinctio non apponatur, vt euacuatiua partis humanæ naturæ: sed vt narratiua partium humanæ naturæ opportunarum ad propositum.

¶ Dico autem hoc, quia inter partes humanæ naturæ est computanda intellectiua pars, vt natura, sicut sensitiua, vegetatiua, & elemẽtaris. Et sic multo magis sine ulla glossa litera caret scrupulo, quia primus actus intellectus nõ est proprie humanus & conuenit hoi sm partẽ intellectiuã humanæ naturæ: sequiẽ. n. actus ille ad partem intellectiuã vt natura quædã est, sicut ad graue sequiẽ moueri deorsum, vterq;. n. motus est a generante deductis impedimẽtis, & pars intellectiua vt natura sumpta optime distinguitur contra rationem appetitus determinatiuam ad operandum, sicut agẽs naturale contra agens a proposito vt patet.

¶ Quo ad sm cõclusio est, in quolibet puro hoĩe est tñ una operatio humana, multæ aũt non humanæ. Declarañ discurrẽdo sigillatim per quatuor enumeratas partes humanę naturę. s. elemẽtarẽ, vegetabilem, sensitiuã, & rõnalẽ. Nã ex elementari, & uegetabili patet secunda pars conclusionis: quia alia, & alia est operõ harum partium, & uolũtatis. Ex sensitiua uero distinguẽdo propriã a participato, patet q̃ sm propria habet ẽt aliã operationẽ, participatiuẽ autem unã, & est ipsius uoluntatis operatio. Ex rõnali autẽ distinguendo, seu replicãdo de quali unitate operationis est sermo (. s. penes unitatem principii propria uirtute) hr q̃ una tantum est operatio humana in uno homine: quæ est prima pars conclusionis,

fionis, quia unum tantum est humanum principium, f. voluntas, quamuis diuersitas sit operationum humanarum penes obiecta, quæ vocatur penes operata a quibusdam. Ex quibus omnibus patet, quod sequitur conclusio quo ad vtramque sui partem: nam ex hoc quòd nulla pars humanæ naturæ multiplicat operationem in uno puro homine, habetur quòd una tantum est operatio humana in uno homine, & ex eo q in eodem secundum diuersas humanæ naturæ partes multiplicantur operationes non humanæ, habetur, quòd præter humanam operationẽ sunt in uno puro homine mul æ operationes non humanæ.

¶ Notato hic, quòd hic apparet non esse hic sermonem de unitate numerali, aut pure specifice operationis, cum clare constet, in vno eodemque homine esse diuersis temporibus humanas operationes multas secundum numerum ab eodem principio actiuo humano: sed quia omnis humana operatio in uno homine ab eodem est humano principio, una dicitur unitate formali sui actiui principij, & unitate nihilominus numerali in omni subordinato principio sibi obsequente, una enim numero est moderatio humani motus a uoluntate, concupiscentia, ac lingua, seu manu, & simile est de aliis. Distinctio autem specifica, vel etiam generica operationum humanarum penes obiecta, de qua in præcedentibus libris tractatum, & discussum est in processu materiæ moralis, extra præsens propositum est, vt patet in litera.

¶ Quo ad tertium, conclusio est. Multo magis est una operatio in Christo, quam quocunque alio homine. Probatur, & quia operationes elementares, & vegetatiuæ aliqualiter uoluntariæ erant & sensitiuæ nullus erat motus non ordinatus a ratione, quorum opposita in homine puro multiplicant operationes.

¶ Aduerte hic primo, q omnis motus partis sensitiuæ in Christo dr ordinatus a ratione, pro quanto uoluntas rationalis in Christo uolebat motus naturales partis sensitiuæ in se esse vsq; ad tales terminos, & non amplius.

¶ Aduerte secundo, quòd motus naturales partis vegetatiuæ, & elementaris dicuntur in Christo voluntarii uoluntate humana, & approbatiuè, vt patet, & causaliter, seu imperatiuè, pro quanto subditi erant voluntati humanæ Christi, vt uoluntas eius erat instrumentum diuinitatis. His enim duobus modis uerificatur de uoluntate humana Christi, quod esuriit, sitiuit, &c. voluntariè.

¶ Aduerte tertio, quòd Auctor non concludit in Christo esse unam tantum operationem humanæ naturæ: sed cum monstrasset, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam tantum, operationes autem naturæ humanæ secundum diuersas partes multas, intulit, in Christo non solum esse operationem humanam vnam, sicut in cæteris hominibus, sed reliquas partium naturæ humanæ operationes in Christo ad illud vnum principium operationis humanæ reduxit, ostendendo eas esse uoluntarias, ac per hoc ad vnitatem reduxit non simpliciter, quia ex proprijs actiuis principiis emanant uegetatiuæ, & elementares, sed quodammodo, quatenus, scilicet sunt uoluntariæ, & ideo comparatiuam conclusit. Multo magis est una operatio in Christo, quàm in quocunque alio homine.

Medina ar. 3.

SVPER Q. XIX. ART. III.

122 3.d.18. ar. 2.3.4.& 5. & ver.q 29 art.7. ad 6. & opu.3.c. 238.fin.

CONCL. 1. Christus nec gratiam, nec scientiam, nec beatitudinem animæ; nec diuinitatem, meruit.

¶ PROB. Quia, si Christus ista quatuor meruisset, oporteret; quod ipse aliquando illis caruisset (cum meritum non sit, nisi eius; quod nondum habetur): Et illorum carentia magis dignitati Christi præiudicat, quam per meritum ipsius dignitas accrescat (vt patet.)

¶ CONCL. 2. Christus meruit gloriam sui corporis; & ea, quæ pertinent ad exteriorem eius excellentiam (sicut est ascensio, veneratio, & alia huiusmodi.)

¶ PROB. Quia gloria corporis, ac alia, quæ pertinent ad exteriorem eius excellentiam, sunt aliquid minus; quam dignitas merendi (cum hæc pertinent ad uirtutem charitatis;) & talis dignitas respectu talium est Christo attribuenda, (cũ nobilius habeatur id, quod habetur per meritum; quam id, quod habetur sine merito. Nisi sit tale quid, cuius carentia, &c. vt in tex.)

* Et epi.56 non multũ remote ante me.10.2

1^m minor. Comprǣhẽsoris non est mereri. R. Viatoris tamen est mereri. 9. Tunc nihil, &cæt. Nam Christus, vt viator, meruit. Ad probationem minoris illius dicitur: quod licet charitas, ut comprǣhensoris, non sit principium merendi; tamen charitas, vt uiatoris, est principiũ merendi. Ad cætera patet in tex.

ARTICVLVS III.

Vtrum actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod actio humana Christi non potuerit ei esse meritoria. Christus enim ante mortẽ fuit comprǣhensor, sicut, & modo est: sed comprǣhensoris non est mereri: charitas enim comprǣhensoris pertinet ad præmium beatitudinis, cum secundum eam attẽdatur fruitio, vnde non uidetur esse principiũ merendi, cum non sit idem meritũ, & præmium. ergo Christus ante passionem non merebatur, sicut nec modo meretur.

¶ 2 Præt. Nullus meretur id, quod est sibi debitum: sed ex hoc, q Christus est filius Dei per naturam, debetur sibi hæreditas æterna, quam alii homines per bona opera merentur. non ergo Christus aliquid sibi mereri potuit, quia a principio fuit filius Dei.

¶ 3 Præt. Quicumq; habet id, quod est principale, non propriè meretur id, quod ex illo habito sequitur, sed Christus habuit gloriam animæ: ex qua secundum communem ordinẽ sequitur gloria corporis, vt Augu.* dicit in Epistola ad Dioscorum: in Christo tamen dispensatiuè factum est, q gloria animæ non deriuaretur ad corpus. non ergo Christus meruit gloriam corporis.

¶ 4 Præt. Manifestatio excellentiæ Christi non est bonum ipsius Christi, sed eorum, qui eum cognoscunt: vnde, & pro præmio promittitur dilectoribus Christi, vt eis manifestetur, secundum illud Io. 14. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum. ergo Christus non meruit manifestationem suæ altitudinis.

SED CONTRA est, q Apost. dicit Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem: propter quod, & Deus exaltauit illum. Meruit ergo obediendo suã exaltationem & ita aliquid sibi meruit.

RESP. Dicendum, q habere aliquod donũ per se, est nobilius, quã habere illud per aliud: semper enim causa, quæ est per se potior est ea, quæ est per aliud, vt dr in 8. Physic.* Hoc autem dicitur aliquis habere per seipsum, cuius est sibi aliquo modo causa. Prima autem causa omnium bonorum nostrorum per auctoritatem est Deus. & per hunc modum nulla creatura habet aliquid boni per seipsam, secundum illud 1. ad Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? Potest tamen secundario aliquis esse causa sibi alicuius boni habendi, inquantum. s. in hoc ipso Deo cooperatur: & sic ille qui habet aliquid per meritum proprium, habet quodammodo illud per seipsum. vnde nobilius habetur id, quod hr per meritũ quam id, quod habet sine merito. Quia aũt omnis perfectio, & nobilitas Christo est attribuenda, consequens est, q ipse p meritum habuerit illud, quod alii per meritum habent, nisi sit tale quid, cuius carẽtia magis dignitati Christi, & pfectioni pıudicet q̃ per meritũ accrescat: vnde nec gratiã, nec scientiã, nec beatitudinẽ animæ, nec diuinitatẽ meruit: quia cũ meritũ nõ sit nisi quod [d] nondum habet, oporteret q Christus aliqñ istis caruisset, quibus carere, magis diminuit dignitatẽ Christi, quam augeat meritum, sed gloria corporis, vel si quid aliud huiusmodi est, minus est quam dignitas merendi, quæ pertinet ad uirtutem charitatis. & ideo dicendum est, quòd Christus gloriam corporis, & ea, quæ pertinent ad exteriorem eius excellentia (sicut est ascensio, ueneratio, & alia huiusmodi) habuit per meritum, & sic patet, q aliquid sibi mereri potuit.

*li.8.Phys. tex.39.t.2.

D.887.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fruitio, quæ est actus charitatis, pertinet ad gloriam animæ, quam Christus non meruit, & ideo si per charitatem aliquid meruit, non sequitur, quod idem sit meritum, & premium. Nec tamen per charitatem meruit, inquantum erat charitas comprǣhensoris, sed inquantum erat [d] viatoris: nã ipse fuit simul viator, & comprǣhensor, ut sup. habitum est.* Et ideo, quia nunc non est viator, non est in statu merendi.

D.889.

q.15.ar.10.

Secundum

AD SECVNDVM dicendum, q Christo, secundum q est Deus, & Dei filius, per naturam debetur gloria diuina, & dominiũ omnium, sicut primo, & supremo dño. Nihilominus tamen debetur ei gloria sicut homini beato, quã quantum ad aliquid debuit habere sine merito, & quantum ad ali quid cum merito, ut ex sup. dictis patet.*

AD TERTIVM dicendum, quòd redundantia gloriæ ex anima ad corpus est ex diuina ordinatione secundum congruentiam humanorum meritorum,* vt scilicet sicut homo meretur actum animæ, quem exercet in corpore, ita etiam remuneretur per gloriã animæ, redundantẽ ad corpus: & propter hoc non solum gloriæ animæ, sed et gloria corporis cadit sub merito, secũdum illud Rom. 8. Viuificabit mortalia corpora nostra, propter inhabitantem Spiritum eius in nobis. Et ita potuit cadere sub merito Christi.

AD QVARTVM dicendũ, q manifestatio excellentiæ Chri, ptinet ad bonũ eius, sm esse, quod hẽt in notitia aliorũ, q̃uis principalius pertinet ad bonum eorum, qui eum cognoscunt, secundum esse quod habent in seipsis: sed etiam hoc ipsum refertur ad Christum, quantum sunt membra eius.

AR-

2m maior. Nullus meretur id, quod est sibi debitum. R. Vt ab ipso habeatur sine merito. §. Tunc nihil, &c. Nam talis potest mereri id, quod est sibi debitum, vt habeatur cum merito. i. id, quod debet haberi cum merito; & sic est de Christo respectu dictorum in secunda conclusione. Talia enim debentur ei ita; vt ab eo de facto habeantur cum merito. Aliqua ergo deberi alicui, contingit dupliciter (vt insinuat text.) Vno modo, vt actualiter habeantur ab eo sine merito; secũdo modo, vt actualiter habeãtur ab eo cum merito. Ad hũc secundum modum debitorum, pertinent posita in secunda conclusione: ad primũ verò pertinent posita in prima, scilicet gratia, scientia, & beatitudo animæ.

* In corp. art.

* alias actionum.

3m maior. Quicunq; habet id, quod est principale, non propter meretur id, quod ex illo sequitur. R. Nisi sequella hæc. i. hoc sequi ad illud principale, præsupponat meritum. §. Tunc nihil, &c. Nam redundantia gloriæ ex anima ad corpus præsupponit meritum: quoniam talis redundantia est ex diuina ordinatione, &c. vt in tex.

4m de maiori. Manifestatio excellentiæ Christi non est bonum ipsius Christi. R. Negatur hoc; si loquamur de Christo secũdum esse, quod habet in noticia aliorũ. §. Nec obstat (vt putat argumentũ) q talis manifestatio sit bonũ eorũ, qui Christum cognoscunt; immo hoc iuuat: quia bonum procedens in aliis ex noticia habita de Christo redit in Chrm, tanq̃ in caput in membra sua mystica influens quicquid boni habent. Quod ergo membra. s. homines cognoscant caput. s. Christum, redit in gloriam Christi: tum secundum esse, quod habet in noticia aliorum; tum secundum excellentiam influendi noticiam sui hominibus. vide q. 8. ar. 1. 6.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primó: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse a scripturis insinuatum; q upetõ Christi fuit sibi meritoria, seu q ipse Chrs sibi meruit. vt Luc. 24. Nonne hæc oportuit pati Chrm; & ita intrare in glorã suã? Vbi nota ly & ita. i. per talem uiam. i. per tale meritũ. Nam, vt inquit B. Aug. tract. 104. super Ioã. humilitas passionis, claritatis est meritum; claritas, humilitatis est præmiũ. Ibi etiam nota ly glorã suam. i. gloriam sibi debitam, & iam sine merito habitam in anima. Volebat ergo intrare ea. i. cum merito, in gloriam illam, nõ quatenus consistebat in anima, sed quatenus deriuanda erat ex anima in corpus. Et hoc est; Christum sibi meruisse resurrectionem. i. gloriam sui corporis. Item Ioan. 17. Clarifica me tu pater claritate, quam habui apud temetipsum, priusquam mũdus fieret. Hoc est. Fac; vt homines ad utilitatem suam, & diaboli ad confusionem suã, cognoscant: q ego sm diuinitatẽ sum tibi æqualis ab æterno. Quia verò ibid. præmiserat ly venit hora, s. passionis clarifica filium tuũ &, sm B. Aug. sup. humilitas passionis claritatis est meritum: ideo Christus per sententiã ante adductam notificauit nobis; q ipse meruit sibi manifestationem suæ excellentiæ non tantum, qua ut homo excellit oẽs creaturas; sed etiam, qua ut Deus æqualis est patri. Item ab Apostolo, qui tanquam omnia prædicta de merito Christi breuibus colligens dicat Philipp. 2. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dñs Iesus Chrs in gloria est Dei patris. Vbi nota ly pp quod. i. pp quod humilis obedientiæ meritũ, Deus, &c. Humilitas. n. meret glorificati: sm illud primi Leonis Papæ epist. 88. declinata superbia, cui proximũ est, ut decidat, amet humilitas; cui semp debet, vt crescat. Ibi quoq; nota ly exaltauit, s. p resurrectionẽ, & ascẽsionẽ; ly dedit nomẽ, quod est sup oẽ nomen. s. p manifestationẽ gloriæ Chri sup oĩa: ly dedit illi, vt in noĩe Iesu oẽ gen. flect. cœl. ter. & infer. s. p iudiciariã ptãtem, qua subiecta Chro cognoscent oĩa, siue spõtaneè, vt cœlestia, & terrestria bona, siue coactè, vt inferna dãnata: ly dedit illi, vt oĩs ling. cõfit. q dñs in glo. est Dei patris. s. p sessionẽ ad ipsius dexterã, qua ab oĩb. cognoscet & esse vt hõ in potioribus bonis pris p omni creatura, & esse vt Deus ipsi pri oĩno æqualis. 3. q. 42. ar. 2. q. 6. Secundũ Apsm ergo Chrs sibi meruit resurrectionẽ, ascensionem, & manifestationẽ suæ magnificentiæ super vniuersa, tum quo ad hoc, q est iudex viuorum & mortuorum; tũ quo ad hoc, q modo duplici declarato sedet ad dexteram patris. Secundo vides, quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore duæ sunt cõclusiones. Prima est, Chrs habuit p meritum quicquid alij habent per meritũ, nisi sit tale, cuius meritum deroget dignitati Chri. Secunda est directe rñsiua quæsito, Chrs potuit aliquid sibi mereri. Prima cõclusio habet duas partes. Et quo ad primam probat, Habere aliquod bonum per se, est nobilius, quàm habere illud p aliũ: sed habere per propriũ meritum, est habere illud per se. ergo habere p meritũ, est nobilius q̃ sine merito. ergo Chrs habuit per meritum quicquid alij habent per meritũ. Maior probat, quia cã per se potior est ea, quæ est per aliud. Maior pbat, sane tñ exposita, q intelligitur per se tanquã cãm primam (quia illa est Deus, vt patet ex Apostolo) sed secũdariam, quia est esse Dei cooperatorẽ. Consequentia aũt ultima pbatur, quia omnis perfectio, & nobilitas est Christo attribuenda.

¶Quoad secundã vero partem probat cõclusio distinguẽdo bona in duo genera: quædã quorum qñq; absentia maiorem adimit perfectionem, q̃ dignitas merendi ponat, vt gloria aĩæ, scientia gra, vnio psonalis Verbi: quædam quorũ coæua psentia, melior est dignitas merendi, ut gloria corporis, ascensio, ueneratio. Stante siquidem distinctione patet, q probata restat conclusionis secũda pars ex illa radice. Oĩs perfectio, & nobilitas attribuenda est Christo. Hinc siquidẽ sequit, & q dignitas meriti attribuenda est sibi respectu bonorũ tunc minorum dignitate merendi, & q respectu maiorũ bonorũ tunc dignitate merẽdi, nõ habuerit meritũ. Specificant aũt in litera vtraq; bona, & probat q, quædã Chrs, meruit, q a minora sunt q̃ dignitas merendi, quæ pertinet ad uirtutẽ charitatis. Secunda aũt conclusio rñsiua directe quæsito, nõ aliter probatur: sed ea prima probatur, & explanata in specialib. bonis, quæ Christus meruit, relinquitur euidens.

¶Aduerte hic, q licet Auctor potuisset unico uerbo expedire hãc qõnem, dicendo q supposita absentia quorundam bonorum, quæ de facto sunt in Chro, vt patet, ad dignitatẽ ipsius spectar, q habuerit illa per meritum, quia quod est per se nobilius est, q̃ quod per aliud. Altius tñ Auctor prorsus monstrare uoluit quare qdã potuit mereri Christus & quædã non. Et ad hoc monstrandũ accepit hunc modum habendi, s. per meritũ, uel sine merito, & inde bonum, quod haberi debet, & appendit vtrumq; in statera cũ opposito alterius: posuit. n. in una parte modum habẽdi per meritũ cum absentia cuiusque boni, & in altera parte coæuam præsentiam boni cum non merito. Et librando cuncta, quia inuenit modum habendi per meritum cum absentia exteriorum bonorum, meliorem esse, quam præsentiã eorundem sine merito, concludit in Christo fuisse meritum respectu exteriorum bonorum. Et quia inuenit psentiam interiorum bonorum cum non merito eorum, meliorem fore quam meritũ eorundem quòd eorundẽ oportet habere absentiam, conclusit in Christo interiora bona fuisse sine merito. Hic processus est literæ, vt patet.

¶Sed remanet hic dubium circa rationem in litera redditam, quare Christus meruit exteriora bona: quia, s. dignitas merẽdi, spectat ad charitatem, ac per hoc præstat exteriorum bonorũ præsentiæ coæuæ. Nam sm hanc rõnem Chrs etiã meruit scientiã, quia scientia inferior est charitati, ad quam spectat dignitas meriti. In litera autem computatur scientia inter bona nõ sub merito Christi, quia derogaret dignitati Christi plus nescientia quandoque, quam non meritum scientiæ.

¶Ad hoc dicitur, q scientia, tam beata, q̃ infusa, quæ in Christo excluditur a merito clauditur infra latitudinem gratiæ, & de beata patet De infusa autem persuadetur ex eo q cõprehendat

dit in se dona Spiritussancti, intellectum, sapientiã, scientiam, & consimilia, vt patet ex superiori tractatu de sciẽtia infusa Christi. Gratiæ autem plenitudinis defectus in Christo, maiorem tolleret a Christo perfectionem, quam poneret modus habendi ex merito. Et propterea ratio literæ stat solida respectu exteriorum bonorum, nec habet locum respectu scientiæ infusæ.

¶In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte responsionem consistere in dist. maioris argumenti assumpti, s. habito principali, accessorium non proprie cadit sub merito. Distinguitur .n. accessorium dupliciter, absolute, vel secundum congruentiã humanorum meritorum. De primo transeat maior, sed de secundo negatur: gloria autem corporis est ad gloriam animæ accessoria ſm congruentiam humanorum meritorum ex diuina ordinatione: & ideo sub merito cadere potest.

¶In responsione ad quartum, collige debitum nostrum. ergo Christum. Nam si parentibus, & benefactoribus debemus, secundum esse quod habent in nobis, & opinionem bonam, & affectum beneuolum, & actus reuerentes, & uerba honorabilia, quanto magis Creatori, ac Redemptori nostro debemus, ut in nobis esse habeat (tam in intellectu, quam in affectu, quam in verbis, & actibus) consone ad excellentiam suam, ad recepta beneficia, &c. Hoc enim est id solum quod retribuere illi possumus: quoniam ſm esse, quod habet in ipso, nihil possumus ei dare aut tollere. In hoc namque esse, quod in nobis habet, omnis cultus diuinus consistit, & ad hoc ordinatur, in quo tota Dei gloria extra seipsum consistit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus aliis mereri potuerit.

S. Bon. 3. s. d. 18. q. 2. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 18. q. 1.
Rich. 3. s. d. 18. q. 2.
Durand. 3. s. d. 18. q. 2.
Cap. 3. d. 18. q. 2. con. 4.
Medina ar. 4.

123 Inf. q. 48. a. 1. co. & art. 6. & q. 49. ar. 1. cor. & 3. d. 20. q. 2. ar. 3. ad 3. & 3. d. 18. a. 6. & ver. q. 26 art. 6. ad 20. & 29. ar. 7.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q Christus aliis mereri nõ potuerit. Dr. n. Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. ergo pari ratione anima quæ meretur, ipsa remunerabitur. non ergo est possibile q Christus aliis meruerit.

¶2 Præt. De plenitudine gratiæ Christi omnes acceperunt, vt dicitur Io. 1. sed alii homines habentes gratiam Christi, non possunt aliis mereri: dicitur enim Ezech. 14. q si fuerint in ciuitate Noe, Daniel, & Iob, filium, & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. ergo nec Christus potuit aliquid nobis mereri.

¶3 Præt. Merces, quam quis meretur, debetur secundum iustitiam, & non secundum gratiã, vt patet Ro. 4. Si ergo Christus meruit salutem nostram, sequitur q salus nostra nõ sit ex gratia Dei, sed ex iustitia, & q iniuste agat cum eis quos nõ saluat, cum meritum Christi ad omnes se extendat.

SED CONTRA est, q dicitur Rom. 5. Sicut per unius delictum in oẽs homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes hoĩes in iustificationẽ uitæ: sed demeritum Adæ deriuatur ad cõdemnationẽ aliorum. ergo multo magis meritum Christi ad alios deriuatur.

RESP. Dicendum, q sicut supra dictũ est, in Chro non solũ fuit gratia, sicut in quodã hoĩe singulari, sed sicut in capite totius Ecclesiæ, cui oẽs vniuntur, sicut capiti mẽbra, ex quib. constituitur mysticẽ vna persona. Et exinde est, q meritum Chri se extendit ad alios, inquantũ sunt mẽbra ei⁹, sicut ẽt in uno hoĩe actio capitis aliqualiter pertinet ad omnia membra eius, quia non solum sibi sentit, sed omnibus membris.

AD PRIMVM ergo dicendum, q peccatũ singularis personæ non nocet nisi sibi ipsi. sed peccatũ Adæ, qui constitutus est a Deo principiũ totius naturæ, ad alios per carnis propaginem deriuatur. Et similiter meritum Christi, qui est a Deo constitutus caput omnium hominum, quantum ad gratiam, se extendit ad omnia eius membra.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q alii de plenitudine Chri accipiũt, nõ quidẽ fontẽ gratiæ: sed quandã particularẽ gratiã. & ideo nõ oportet, q alii hoĩes possint aliis mereri, sicut Chrs.

AD TERTIVM dicendum, q sicut peccatum Adæ, non deriuatur ad alios, nisi per carnalem generationem, ita meritum Christi nõ deriuatur ad alios, nisi per generationem spiritualem, quæ fit in baptismo, per quã hoĩes Christo incorporantur, ſm illud ad Galat. 4. Omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Et hoc ipsum est gratiæ, quod homini conceditur regenerari in Christo, & sic salus hominis est ex gratia.

SVPER Q. XIX. ART. IIII.

CONCL. Meritum Christi se extẽdit ad alios, inquantũ sunt membra eius.

¶PROB. Quia grã, q est radix merendi, data est Chro, tanq̃ capiti mystico, toti⁹ Ecclesiæ, quod capiti naturali assimilat (vt patet q. 8. ar. 1. 5.): & actio capitis naturalis ptinet aliqualiter ad oĩa eius membra (non. n. sibi soli sentit, sed omnib. mẽbris.)

¶NOT. Bene appositũ est ly aliqualiter, in secunda propositione probationis. Significatũ enim est per hoc; q sicut naturalis capitis actio non uniformiter, sed tñ aliqualiter, pro cuiusq; s. mẽbri capacitate, ptinet ad oĩa mẽbra ei⁹: ita actio meritoria Chri capitis mystici nõ uniformiter, sed tñ aliqualr, pro cuiusq; s. mẽbri mystici pportionali capacitate, ptinet ad oĩa ipsi⁹ mẽbra. Pro quo sciendum: q Chrs meruit hoibus, tanquã suis mẽbris grãm, gloriam, & remotionem impedimentorum suorum; angelis uero, quãuis sint membra eius, nõ meruit hæc; sed ea, quæ pertinent ad actus hierarchicos. Quod quidem expressit Sãctus Doctor. 3. dist. 3. q. 2. ar. 2. in hæc verba. Christus, ſm q homo, caput est Angelorum: non tñ ita proprie, nec eodẽ modo, sicut hominum, pp duas conditiones. Primo, quãtum ad conformitatẽ naturæ: quia cum hoib. conuenit etiã ſm spẽm in natura; cum Angelis aũt nõ ſm spẽm, sed ſm genus intellectualis naturæ. Secũdo quãtum ad influentiam: quia non influit Angelis remouendo prohibens, aut merendo gratiam, aut orando pro eis, quia iã beati sunt: sed in his, quæ ad actus hierarchicos pertinent; ſm q unus Angelus illuminat alium, purgat, & perficit, (vt in 2. lib. dist. 6. dictum est.) Hoc enim multo eminentius a Christo recipiũt. Hæc ibi. Ex quibus patet; cur supra apposuerit ly aliqualiter.

1m ex Ezech. Anima. R. Considerata, vt singularis tantum. §. Tunc, &c. Cũ hoc. n. stat; q aĩa, vt principiũ totius naturæ humanæ, seu omniũ hoium, & peccato suo alijs noceat (vt fuit de Adã) & merito suo alios iuuet (vt est de Christo.)

2m ex Euãg. Accipiũt. R. Grãm particularẽ §. Tũc &c. Nã Chrs ex eo meret aliis, q a hẽt grẽ fõtẽ. q. 7. a. 10. & q. 8. ar. 5. nullus aũt hoium accipit grẽ fõtẽ de plenitudine ei⁹.

3m illatio conclusionis. Sequitur, q salus nostra, non sit ex gratia Dei, sed ex iustitia; & q iniuste agat cũ eis, quos nõ saluat. R. Negat illatio. §. Procedit. n. ex hoc, q malẽ intelligit ly Chrs meruit salutẽ nostrã; & ly cũ meritũ Chri ad oẽs se extendat. Nã cõclusio art. non intẽdit, q Chrs meruerit salutẽ nostrã, quantũ ad fieri primo actualiter mẽbra eius (vt putat argumentũ): sed intẽdit, q ipse meruerit salutem nostrã, quantũ ad promotionẽ nri iã p gratiam suã factorũ membra ipsius. Similiter nõ intendit, q meritum Christi se extendat ad omnes, vt actualiter fiant primo mẽbra eius (vt idem argumentum putabat): sed intendit, q meritum Chri se extendit ad oẽs, qui iam sunt per gratiam suam actualiter facti mẽbra eius. Sicut. n. peccatum Adæ non deriuatur ad &c. vt in tex. Cui attestatur conclusio articuli per hoc, q dixit ly inquantum sunt membra eius. Quæ sane limitatio nõ absq; causa ibi posita est. Pro psti textu ẽt stat Conciliũ Triden. sess. 6. ca. 3. Etsi Christus p oib. mortuus est: non tñ omnes beneficiũ mortis eius recipiunt; sed ij duntaxat, quib. meritũ passionis eius cõmunicatur. Nã sicut re uera hoies, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti; cum ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahãt: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur; cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Hæc ibi. Non baptizatis ergo non suffragatur meritum Christi: sed solum ad baptizatos tale meritum se extendit.

¶COROLL. Ex prædictis ergo consideranti patet: q radix totius salutis nostræ ex Dei gratia pendet. Nam Christus testante articuli conclusione & concilio, meretur aliis nõ quomodocũq; acceptis, sed iam factis membra eius: quod quidem fit p baptismũ, ad cuius regenerationem uocamur ex gratia. Quod ergo hanius membra Christi, quibus solis meritum eius communicatur, est ex gratia Christi; non aũt ex merito ipsius. Radicaliter ergo tota cuiusq; salus est ex gratia; subsequenter uerõ ex iustitia Christi. Sed & ipsa Christi iustitia in gratia fundatur. Nã Christus homo hoc, quod sit caput nostrum, habet ex gratia. i. ex gratiosa Dei uoluntate; non autem ex meritis proprus: quoniam ipse gratiã habitualẽ, quæ realiter coincidit cum capitali. q. 8. art. 5. non sibi meruit. q. hac ar. 3. concl. 1. Tota igitur salus nostra, etiã subsequenter accepta, fundatur tandem in misericordia: licet sit immediatẽ ex iustitia, ut diximus.

QVAE-

APPENDIX

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis, Ecclesia, & concilio insinuatum: quod Christus nobis meruit. A Concilio quidem Triden. sess. 6. cap. 7. Causa autem meritoria dominus noster Iesus Christus; qui, cum essemus inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit. Et infra. Nemo potest esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur. Et cap. 16. Quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iustificamur; illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum. Et canon. 32. Si quis dixerit: ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Christi meritum fiut, &c. Anathema sit. Et sess. 5. si quis hoc Adæ peccatum per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum Christi; aut negat, ipsum Christi meritum per baptismi sacramentũ in forma Ecclesiæ rite collatum tam adultis, quam paruulis applicari: anathema sit. Hæc ibi. A scripturis autem insinuatur Rom. 5. sicut per &c. vt in argumen. contr. Ac si aperte dicat. Sicut demeritum Adæ posteritati nocuit; ita meritum Christi suis mẽbris profuit. Vide cõcilium idem ibid. de peccato originali circa nocumentum Adæ posteris illatum. Item a Rom. 6. Gratia Dei uita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. Ecce meritum Christi pro nobis significatum per ly in Christo, &c. Item Rom. 7. Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Hoc est. Per meritum Christi nobis data. Item ab Ephes. 2. Per ipsum habemus accessum ad patrẽ. Idest per meritum ipsius, s. Christi habemus, &c. Item a Ioan. 14. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Hoc est. Nisi vel per gratiam meam (si loquamur de uenire ad esse membrum Christi, idest ad regenerari in Christo); vel per meritum meum (si loquamur de uenire, quantum ad cætera. Ab ecclesia uero insinuatur per hoc, ꝙ omnes orationes, seu collectas, ad Deum patrem concludit sic; Per Christum dominum nostrum: vel modo simili, puta intercedente filij tui passione, &c. Sed & hymnos similiter terminat: vt, præsta pater omnipotens per Iesum Christum dominum, &c. vide quanta Christi pro nobis merita. En igitur tibi aperta uia: discurre tu iuxta notation. pro lectoribus positam. 2. 3. q. 70. ar. 1. appẽ. quod semp & ubiq;, in similib. pstertim locis, a te fiendũ psupponimus. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de merito condigni intelligitur, & clarus est ex terminis superius declaratis.

¶In corpore est vnica conclusio rñsiua, Meritum Christi extẽdit se ad alios vt membra ipsius. Probatur, & declaratur. Primo, probatur: in Christo fuit gratia, non solum ut in homine singulari, sed ut in capite totius Ecclesiæ. ergo meritũ ipsius. Antecedens patet ex supradictis. Cõsequentia patet, quia ex omnib. membris constituitur una persona mystica, cuius caput, hoc est principale, est Christus. Declaratur ex similitudine in homine, quia caput sentit sibi, & omnibus membris.

¶Aduerte hic, ꝙ priuilegium Christi est mereri aliis ex condigno, ita quod sicut solus est caput Ecclesiæ, ita solus potest mereri ex condigno pro aliis: sanctorum autem merito alii prodesse possunt de congruo. Auctor uero in responsione ad tertium dixit quod sufficiebat ad solutionem argumenti, quod scilicet nõ posset sanctos mereri pro aliis, cum quo uerum quoque est, ꝙ non potest sanctorum meritum esse pro alio ex condigno.

Medina ar. 1.

SVPER Q. XX. ART. I.

COncl. Christus, secundum ꝙ homo, idest secundum humanitatem, est tripliciter subiectus patri.

¶ PROB. Quia ipse hãc triplicem subiectionem ad patrem de semetipso confitetur: Et quidem primam Matt. 19. Secundam Ioã. 14. vt est in argum. cõtr.), Tertiam Ioan. 8.

Primum

QVAESTIO XX.

De conuenientibus Christo, secundum ꝙ Patri fuit subiectus, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ conueniũt Christo per comparationem ad Patrem: quorum quædam dicuntur de ipso secundũ habitudinem ipsius ad Patrem, puta, quod est ei subiectus, quòd ipsũ orauit, ꝙ ei in sacerdotio ministrauit: quædam vero dicuntur, vel dici possent, secundum habitudinem Patris ad ipsum, puta, si Pater eum adoptasset, & quod eum prædestinauit.

¶Primo igitur considerandum est, de subiectione Christi, ad Patrem.

¶Secundo, De eius oratione.

¶Tertio, De ipsius sacerdotio.

¶Quarto, De adoptione, an ei conueniat.

¶Quinto, De eius prædestinatione.

CIRCA primum quæruntur duo.

¶Primo, Vtrum Christus sit subiectus Patri.

¶Secundo, Vtrum sit subiectus sibiipsi.

124

1. p. q. 42. ar. 4. ad 1. & q. 43. ar. 7. ad 1. & 2. d. 11. ar. 2. ad 2. & di. 17. ar. 3. q. 1. co. & 1. co. 15. le. 3. fi. ca. 4. hr bic lib. iter opera Aug. to. 3. *q. 16. a. 8. †li. 3. orth. c. 21. parũ ante med.

ARTICVLVS I.

Vtrum dicendum sit Christum subiectum Patri.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non sit dicẽdum, Christum esse subiectum Patri. Omne enim quod subiicitur Deo Patri, est creatura, quia, ut dicitur in lib.* de Ecclesiasticis dogmatibus, in Trinitate nihil est seruiens neque subiectum: sed non est simpliciter dicendum, quòd Christus sit creatura, ut supra dictum est. †ergo etiã non est simpliciter dicendum, quòd Christus sit Deo patri subiectus.

¶2 Præt. Ex hoc dicitur aliquid Deo subiectum, quòd est eius dominio seruiens: sed humanæ naturæ in Christo non potest attribui seruitus: dicit enim Dam.* in 3. lib. Sciendũ est, ꝙ neq; seruã ipsam, s. humanam naturam Christi dicere possumus: seruitutis enim & dominationis nomina, non naturæ sunt noĩa, cognitionisq; signa, sed eorũ, quæ ad aliquid, quẽadmodũ pẽnitatis, & filiationis noĩa. ergo Christ⁹ sm humanam naturam non est subiectus Deo patri.

¶3 Præt. Prioris ad Corint. 15. dicitur, Cum autẽ subiecta illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia: sed sicut dicitur Hebr. 2. Nunc, necdum videmus omnia subiecta ei. ergo nondum ipse est subiectus Patri, qui ei subiecit omnia.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 14. Pater maior me est. Et Aug. dicit in 1. de Trinit. *Non immerito Scriptura vtrumq; dicit, æqualem Patri Filium, & Patrem Filio maiorem: illud enim propter formam Dei hoc autem propter formam serui sine ulla confusione intelligitur, sed minor est subiectus maiori. ergo Christus secundũ formam serui est Patri subiectus.

* lib. 1. de Trin. c. 7. ante med. to. 3.

RESP. Dicendum, ꝙ cuilibet habenti aliquã naturam, conueniunt ea, quæ sunt ppria illi naturæ. Natura aũt humana ex sui cõdõne hẽt triplicem subiectionem ad Deum. Vnã quidẽ sm gradũ bonitatis, prout, s. diuina natura est ipsa essentia bonitatis: vt patet per Dion.* 1. ca. de Diui. nom. natura aũt creata habet quandam participationem diuinæ bonitatis, quasi radiis illius bonitatis subiecta. Secũdo, humana natura subiicitur Deo, quantum ad Dei potestatem, prout. s. natura humana, sicut, & quælibet creatura subiacet operationi diuinæ dispositionis. Tertio modo, spãliter humana natura Deo subiicitur, quantum ad proprium suum actum, inquantum. s. propria uoluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem subiectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matth. 19. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus: Vbi.* Hiero. dicit, ꝙ quia eum magistrum vocauerat bonũ, & non Deũ, vel Dei filium confessus erat, dixit, hominem, quamuis sanctum, in comparatione Dei non esse bonum. Per quod dedit intelligere, quòd ipse secundũ humanam naturam non pertinebat ad gradũ bonitatis diuinæ, & quia in his, quæ non mole magna sunt, idem est esse maius, quod melius, ut August. dicit in 6. de Trinit.* ex hac ratione Pater dicitur maior Christo secundum humanam naturam. Secunda & subiectio

* Cap. 1. a medullius.

*Sup. illud quid me interrogas de bono? to. 9

* lib. 6. de Trinit. c. 8. circa med. to. 3.

1^m maior. Omne, quod io bijcitur Deo patri, est creatura. ℞. Secundum illud, ratione cuius ei subiicitur. §. Tunc nihil, &c. Licet.n. Christus simpliciter non sit creatura (vt arguitur): tamen ipsemet secundum quid.i. secundum quod subiicitur patri, idest, secundum humanitatem, est creatura. Vnde sicut non est simpliciter intelligendum &c. vt in tex. Pro quo, & vniuersalius, vide similium regulam art. 2. corp. ad fin. ly sciendū tamen, quod cum &c.

2^m illatio conclusionis. Ergo Christus, &c. ℞. Negatur illatio. §. Fit enim transitus a natura humana Christi, de qua loquitur Damascenus in pmissis, ad Christum secundum naturam humanam; vt in conclusione deducta: qui sane transitus non licet quātum ad proprietatem locutionum; de qua proprietate nunc disputatur, vt patet in tex.

3^m ex ad Corinth. Tunc ipse filius ℞. Nō solum in seipso, sed etiam in omnibus mēbris suis mysticis, consideratus. §. Tunc nihil, &cæt. Conclusio enim articuli loquitur de Christo in alio sensu, scilicet prout in seipso solum consideratur.

† ca.4. circa fi.illius.

* q.16.a.8.

D.617.

D.a13.

subiectio Christo attribuitur, inquantum omnia, quæ circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creduntur. vnde Diony. †dicit 4. capit. Cœl. Hierar. quòd Christus subiicitur Dei patris ordinationibus. Et hæc est subiectio seruitutis, secundum quòd omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta, secundum illud Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens. Et secundum hoc, etiam filius Dei Philippen. 2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibiipsi Ioan. 8. dicens, Quæ placita sunt ei, facio semper. Et hæc est subiectio obedientiæ. Vnde dicitur Philip. 2. quòd factus est obediens Patri vsq; ad mortem.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit creatura: sed solum secundum humanam naturam, siue apponatur ei determinatio, siue non (vt supra dictum est,*) ita etiam non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit subiectus Patri: sed[d] solum secundum humanam naturam, etiā si hæc determinatio non apponatur: quam tamen conuenientius est apponere, ad[d] euitandum errorem Arrii, qui posuit filium minorem Patre.

Ad secundum dicendum, quòd relatio seruitutis, & dominii fundatur super actione, & passione, inquantum scilicet serui est moueri a domino secundum imperiū. Agere autem non attribuitur naturæ sicut agenti, sed personæ: actus enim suppositorum sunt & singularium, secundum Philoso. * attribuitur tamen actio naturæ, sicut ei secundū quam persona, vel hypostasis agit. & ideo quamuis non propriè dicatur, quòd natura sit domina vel serua, potest tamen propriè dici, quòd quælibet hypostasis, uel persona sit domina, uel serua secundum hanc, uel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet, Christum dicere Patri subiectum, uel seruum secundū humanam naturam.

Ad tertium dicendum, quòd sicut August.* dicit in 1. de Trinit. tunc Christus tradet regnum Deo, & Patri, quando iustos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus est ad speciem, vt scilicet videāt ipsam essentiam communem Patri, & Filio. Et tunc totaliter erit Patri subiectus non solum in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem diuinæ bonitatis. Tunc etiam omnia erunt plene ei subiecta per finalem impletionem suæ voluntatis de eis, licet etiam modo sint omnia ei subiecta, quantum ad potestatem, secundum illud Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

APPENDIX.

Ex artic. habes primo; quō per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis insinuatū: quòd Chrs est subiect' patri. Vt Io. 14. Pr, &c. vt cum expositione B. Aug. ponit in arg. cōtr. Pro cuius captu planissimo, contra ignorātes, seu indoctos a Petr. 3. aduerte ibi contextus, scilicet uado ad prem, quia pr maior me est. Non ergo simplr dr pr maior Chro: sed solū sm quòd Christus uadit ad ipsum. Sic.n. p coniunctionē rōnalē.i. per ly quia, connectit snias illas: uado (inquit) ad patrem, quia pr maior me est. Ac si ad literam apōus dicat: Eatenus pr maior me est, quatenus ego uado ad prem. Tunc subintellecta necessario ibi a Chro exprime. sed ego sm humanitatē solū (Huius.n. tm est, mutare locum) vado ad prem; ergo pr est maior me, sm humanitatē solū cōsiderato. Ecce: quō textura p se clamat; contra suipsius, sicut & ceterarū scripturarum, deprauatorem Arrium ad propriam cū complicibus damnationem. 2. Petr. 3. Alias de æqualitate filij ad patrem uide. 1. quæstio. 42. articulis suis. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Vtilitas per Eccle. S.Dei.

* li. 1. met. paulo post prin. to. 3.

* lib. 5. de Tri. c. 8. ab med. to. 3.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio rñsiua quæsito, Christus est subiectus Patri tripliciter, sm bonitatem, seruitutem, & obedientiā. probatur primo, Natura humana ex sui conditione habet triplicem hanc subiectionem ad Deum. ergo Christus est tripliciter subiectus Patri. Antecedens manifestatur in singulis tribus subiectionibus. Consequentia probatur, quia cuilibet habenti naturam conueniunt, quæ propria sunt illi naturæ. Declaratur secundo conclusio auctoritatibus, singulas subiectiones attributas esse Christo.

¶ In responsione ad primum, & secundum habet rationem huius articuli, propter Arrij, scilicet errorem motus videtur. Et cū quanta cautela loquendum est, & si sermoni cautela deest, nō desit intellectui sanus sensus.

Medina ar. 2.

SVP. Q. XX. Art. II.

Concl. 1. Si loquamur de Christo rōne personæ: impiū est dicere, quòd Chrs sit sibiipsi subiectus.

¶ Prob. 1. Quia hoc, scilicet quod alia sit persona verbi dominantis, aliaque persona hominis seruientis, pertinet ad hæresim Nestorij. Secundo, Quia hoc condemnatur a synodo Ephesina prima, can. 6.

¶ Concl. 2. Si loquamur de Christo ratione naturarum; dicere possumus, quod Christus est sibiipsi subiectus, secundum humanam naturam.

¶ Prob. Primò, Quia Christus secundum diuinam naturam præest; secundum vero humanam, qua conuenit nobiscum, subest: & ipsemet habet vtramque naturam in una sua persona. q. 2. ar. 2. Secundo, Quia hoc patet ex D. Augustino.

¶ Not. In conclusione exprimitur ly secundum humanam naturam, propter regulam vniuersalem, positam ly sciendum tamē, quod, &c.

525 In syn. 5. Ephesi in missa ad Nestor. in me. illius.

* li. 3. fi. or. c. 21. parū a med.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit subiectus sibiipsi.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit subiectus sibiipsi. Dicit Cyrillus in Epistola synodica,* quam scilicet synodus Ephesina recepit: Neque ipse Christus sibi seruus est, neque dominus, fatuum enim est, magis autem & impium ita dicere, & sapere. & hoc etiam asserit Damascen. † in tertio libro, dicens, Vnum enim ens Christus non potest seruus esse suiipsius, & dominus: sed intantum Christus dicitur seruus Patris, inquantum est ei subiectus ergo Christus non est subiectus sibiipsi.

¶ 2 Præt. Seruus refertur ad dominum: sed relatio non est alicuius ad seipsum. vnde & Hilar. dicit in lib. de Trinit. * quod nihil est sibi simile, aut æquale. ergo Christus non potest dici seruus suiipsius, & per consequens, nec sibi esse subiectus.

¶ 3 Præt. Sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus, vt Athanas. dicit: * sed homo non dicitur subiectus sibiipsi, vel seruus suiipsius, aut maior seipso, propter hoc quod corpus eius subiectum est animæ. ergo neq; Christus dicitur subiectus

* lib. 2. non multū remote ante finem.

* In suo symbolo fidei.

1m de conclusione. Ergo Christus. ℞. Secũdum personam considera tus. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam Cyril. & Damas. negant, &cæt. vt in tex. Tunc nihil, &c. ut patet ex conclusionibus. Immo etiam pro earum prima stat argumentũ, tãquam probatio eius.

* lib.1.c.7. ante med. tom.3.

2m minor. Relatio nõ est alicuius ad seipsum. ℞. Si loquamur simpliciter. §. Quo & modo loquitur. D. Hylarius in huius probationem adductus. Tunc ni. &c. Cum hoc enim stat; quòd relatio sit alicuius ad seipsum secundum quid, idest secundum aliud & aliud: & sic est de Christo secũdum aliam & aliam naturam, vt patet in conclusio. 2.

3m de minori. Sed homo. ℞. Secundũ eandem partem cõsideratus. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc enim stat: ꝙ homo secundum diuersas partes cõsideratus sit subiectus sibiipsi: & sic de Christo secundũ aliam & aliam naturã, quamuis non sint propriæ partes. q.2.ar.4.uerificatur; quod est sibimetipsis subiectus.

* Ar. præc. ad 2.

sibiipsi propter hoc, quod eius humanitas subiecta est diuinitati ipsius.

Sed contra est, quòd Augustin.* dicit in 1. de Trinit. Veritas ostendit secundum istum modum, quo scilicet, Pater maior est Christo secundum humanam naturam, & seipso minorem Filium.

¶ 2 Præt. Sicut ipse argumentatur ibidem, sic accepta est a Filio Dei forma serui, vt non amitteretur forma Dei: sed secũdum formam Dei, quæ est communis Patri, & Filio, Pater est filio maior secundum humanam naturam. ergo etiam Filius est maior seipso secundum humanam naturam.

¶ 2 Præt. Christus secundum humanam naturam est seruus Dei patris secundum illud Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, sed quicunque est seruus patris, est seruus Filii, alioquin nõ omnia quæ sunt patris, essent filii. ergo Christus est seruus suiipsius, & sibi subditus.

Resp. Dicendum, quòd (sicut dictum est,*) esse dominum & seruum attribuitur personæ vel hypostasi secundum aliquam naturã. Cum ergo dicitur Christus esse dominus vel seruus suiipsius, vel ꝙ verbum Dei est dominus hominis Christi, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligatur hoc esse dictum ratione alterius hypostasis, vel personæ quasi alia sit persona verbi Dei dominantis, & alia hominis seruientis, quod pertinet ad hæresim. Nestorii. Vnde in condemnatione Nestorii dicitur in synodo* Ephesina. Si quis dicit Deũ, vel Dominum esse Christi ex Deo patre uerbum, & non magis eundem confitetur simul Deum, & hominem, vtpote uerbũ factum carnem, secundum Scripturas, anathema sit. Et hoc modo negatur a Cyrillo, & Damasce.† Et suo eodem sensu negandum est, Christum esse minorem seipso, vel esse sibi subiectum. Alio modo, potest intelligi secundum diuersitatem naturarum in vna persona, vel hypostasi. Et sic dicere possumus secundum unam earum, in qua cum patre conuenit simul eum cum patre præesse, & dominari: secundum vero alteram naturam, in qua nobiscum conuenit, ipsum subesse, & seruire. Et per hunc modum dicit August.* Filium esse seipso minorem. Sciendum tamen quòd cum hoc nomen Christus sit nomen personæ, sicut & hoc nomen Filius, illa per se, & absolute possunt dici de Christo, quæ conueniunt ei ratione suæ personæ, quæ est æterna, & maximè huiusmodi relationes, quæ magis propriè uidentur ad personam, uel hypostasim pertinere, sed ea, quæ conueniunt sibi secundum humanam naturã sunt potius attribuenda cum determinatione, ut uidelicet dicamus Christum esse simpliciter maximum, & dominũ, & præsidentem, quòd aut sit subiectus, uel seruus, vel minor, est ei attribuendum cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam.

* Ar. præc. (In cõc. 1. Ephesi. cui ꝑfuit Cyrillus. c. 6.)

† Locis in arg. 1. citatus.

* lib. 1. de Trin. c. 7. ante med. to. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd Cyrillus, & Damascenus,* negant Christum esse Dominum suiipsius secundum quòd per hoc importatur pluralitas suppositorum, quæ requiritur ad hoc, ꝙ aliquis simpliciter sit dominus alicuius.

* Locis in arg. 1. citatis.

Ad secundum dicendum, quod simpliciter quidẽ oportet esse alium dominum, & alium seruum potest tamen aliqua ratio domini, & seruitutis seruari, prout idem est dominus, & seruus suiipsius, secundum aliud, & aliud.

Ad tertium dicendum, quod propter diuersas partes hominis, quarum una est superior, & alia inferior, dicit et Philip. in 5. Eth.* quòd est hominis ad seipsum iustitia, inquantum irascibilis, & concupiscibilis obediũt rationi. Vnde, per hunc modum etiam unus homo potest dici sibi subiectus, & seruiens.

* li. 5. Eth. c. vlt. to. 5.

Ad alia autem argumenta patet responsio ex dictis. Nam Augustin.* asserit Filium seipso minorem esse, vel sibi subiectum, secundum humanam naturam, non secundum diuersitatem suppositorum.

* li. 1. de trinit. c. 7. t. 3.

QVAE-

APPENDIX.

EX articulo hẽs primo: qũo per rationem & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis insinuatum; quod Christus est subiectus sibi. vt à Ioã. 14. Pater maior me est. Sicut enim pater propter diuinitatem est maior filii secundum humanitatem acceptos: ita fili⁹, vt Deus, est maior seipso, vt hõ est. Itẽ a Phil. 2. Qui, cũ in forma Dei esset exinaniuit semetipsum formã serui accipiens. secundum ergo Apostolum, Christus habet in se duplicem formam, scilicet Dei, & formam serui. Sed Dei est esse Dominum, & superiorem; serui autem est esse subditum & inferiorem: ergo (Apostolo teste) Christus iuxta diuersas formas, est sibiipsi dominus, & subditus; superior, & inferior. Secundũ vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

* In cõc. 1. Ephesi. cui ꝑsuit Cyrillus. c. 6.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, in se: sed sua causa ex articulo colligitur, quod est diuersus loquendi modus Græcorum, & Latinorum, Cyrillus enim, & Damascen. cum Ephesina synodo negant Christum subiectum sibi: Augustinus vero Christum sibi subiectum secundum humanitatem affirmat. Et quia vtraque sententia est uera, & ad diuersos sensus relata rationabiliter dicta ab utrisque, ideo nota est quæstio hæc.

¶ In corpore duo sunt, Primo, respondetur quæsito secundum veritatem, secundo docemur conuenientem loquendi modum, in hac materia.

¶ Quo ad primum cum distinctione duplicis sensus huiusmodi locutionum respondetur, quòd scilicet possunt seruitus, & dominium referri, vel ad diuersitatem suppositorum, vel ad solam diuersitatem naturarum in vna persona. Probatur hæc distinctio, quia esse dominum, uel seruum, attribuitur personæ secundum aliquam naturam, potest igitur, referri diuersitas requisita inter dominum, & seruum: vel ad personarum, & naturarum simul diuersitatem, uel ad diuersitatem naturarum tantum stante unitate personæ. Et prima conclusio iuxta primum sensum est: Christus non est subiectus sibi aut dominus sui, Manifestatur: quia sic est hæresis Nestorij damnata in synodo, negata a Cyrillo, & Dam. Secunda uero conclusio iuxta secundum sensum est: Christus est sibi subiectus, & sui dominus. Hæc probatur ex diuersitate naturarum & auctoritate August.

¶ Quo ad secundum, modus loquendi congruus est, ut de Christo ea, quæ sunt excellentiæ, absolute dicantur, ea vero, quæ sunt subiectionis, cum determinatione apposita dicantur, scilicet secundum humanam naturam. Et ratio est, quia Christus est nomen personæ, quæ in Christo est æterna, & Deus verus.

¶ Nota hic, quòd ea, quæ sunt excellentiæ dupliciter signantur, vel sine determinatione, seu limitatione, ut esse dominum, præsidentem maximum, & cæt. vel cum limitato termino suiipsius, puta quòd est dominus sui, præsidet sibi, &c. Auctor in litera loquitur de relationibus excellentiæ simpliciter, & absolutè: cum dicit quod de Christo sunt absolute enuncianda. Et per oppositum ea, quæ sunt minorationis, non sunt simpliciter, & absolute enuncianda, puta quòd est creatura, quod est seruus, ꝙ subiectus. Et non loquitur de relationibus excellentiæ respectu sui, nam tam relationes subiectionis respectu sui, cum determinatione dicendæ sunt: sicut enim dicendum est Christũ sibi

sibi subiectum secundum humanam naturam, ita dicendũ est Christum secundum deitatem Dominum sui secũdum humanitatem. Et hæc manifeste probatur ex responsionibus ad primum, & secundum in litera ubi habetur, quod ista relatiua non simpliciter, & absolutè dicuntur respectu sui: quoniam exigunt diuersitatem suppositorum, simpliciter loquendo, sed cum determinatione aliqua possunt respectu sui uerificari, ut etiam ex Arist. authoritate in responsione ad tertium confirmatur.

Palud. 3. d. 17. q. 2.
Medina ar. 1.

SVPER Q. XXI. ART. I.

CONCL. Christo, secundum quod est homo & humanam uoluntatem habens, competit orare.

¶ PROB. Quia Christo competit explicare uoluntatem suam humanam apud se Deum, ut eam impleat (cum humana uoluntas nõ sit per seipsam efficax ad implendum, quæ vult; nisi per virtutem diuinam:) & orare est explicare propriam uoluntatem apud Deum, ut eã impleat, 2.2. quæst. 83. art. 1.2.

1m de conclusione. Ergo videtur, quod Christo. R. Secundum naturam diuinam considerato. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam Christus poterat proficere omnia, quæ volebat, secundum quod Deus, non autem secundum quod homo. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionis prædictæ particula ly secundum humanam voluntatem.

126
3. d. 17. ar. 3. q. 1. & 4. di. 15. q. 4. ar. 6. q6. 2. ad 1. & 10. 11. le. 6.
*li. 3. c. 24 in prin.

2m de maiori. Pro certo esse futurũ. R. Sine interuentu suæ orationis. §. Tunc &c. Nam inter alia, quæ Christus sciuit futura, sciuit quædam, &c. ut in tex. Ex quo dic, ꝙ nos conuenienter oramus in omnibus, quia ex una parte scimus, Deum uelle multa implere mediantibus orationibus nostris, ex alia parte nescim⁹, quæ sint illa. Declaratur ab exemplo. Ecclesia, quia scit quod fideles in purgatorio existentes precibus suisipsius adiuuari possunt, & ex alia parte nescit in particulari discernere ibi existentes à non existẽtibus, orat pro omnibus fidelibus; intendens tamen illis solum proficere, qui suffragiorum iuxta Dei voluntatem capaces sunt. Ita etiam nos filii Ecclesiæ ad eius imitationem in omnibus negociis, atque occurrentiis nostris oramus ratione, ut

*li. 3. orth. fid. c. 14. in prin.
*2. 2. q. 83. ar 1 & 2.

QVÆSTIO XXI.

De oratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christo conueniat orare.

¶ Secundò, Vtrum conueniat sibi secundum suam sensualitatem.

¶ Tertiò, Vtrum conueniat sibi orare pro seipso, an tantum pro aliis.

¶ Quartò, Vtrum omnis eius oratio sit exaudita.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo competat orare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christo non competat orare. Nam sicut Damascen.* dicit oratio est petitio decentium à Deo: sed cum Christus omnia facere posset, non uidetur ei conuenire, quod aliquid ab aliquo peteret. ergo uidetur qđ Christo non conueniat orare.

¶ 2 Præterea. Non oportet orando petere illud, quod aliquis scit pro certo esse futurum (sicut non oramus, quod sol orietur cras) neque est etiam conueniens, quod aliquis orando petat, quod scit nullo modo esse futurum: sed Christus sciebat circa omnia quid esset futurum. ergo non conueniebat ei aliquid orando petere.

¶ 3 Præt. Damasce.* dicit in libro tertio, quod oratio est ascensus intellectus in Deum, sed intellectus Christi non indigebat ascensione in Deum, quia semper intellectus eius erat Deo coniunctus, non solum secundum unionem hypostasis, sed etiam secundum fruitionem beatitudinis. ergo Christo non cõueniebat orare.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 6. Factum est, in illius diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est* in secunda parte) oratio est quædam explicatio ꝓpriæ uolũtatis apud Deum, ut eam impleat. Si igitur in Christo esset una tantum uoluntas, scilicet diuina nullo modo, competeret sibi orare, quia uolũtas diuina per seipsam est effectiua eorum, quæ vult, secũdum illud Psal. 134. Omnia quæcumque uoluit Dominus, fecit: sed quia in Christo est alia uoluntas diuina, & alia humana, & uoluntas humana non est per seipsa efficax ad implendum, quæ vult, nisi per uirtutem diuinam, inde est quod Christo, sm quod est hõ, & humanã uoluntatem habens, cõpetit orare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christ⁹ poterat perficere omnia, quæ uolebat, secundum quod Deus, non autem secundum quod homo, quia secundum quod homo, non habuit omnipotentiam, ut supra habitum est.* Nihilominus tamen ipse idem Deus existens, & homo, uoluit ad Patrem orationẽ porrigere, non quasi ipse esset impotẽs, propter nostrã instructionem. Primò quidem, ut ostenderet se esse à Patre. Vnde ipse dicit Io. 11. propter populum, qui circumstat, dixi. s. verba orationis, ut credant, quia tu me misisti. Vnde Hil. in 10. de Trin.* dicit, Non prece eguit, pro nobis orauit, ne filius ignoraretur. Secũdò, vt nobis exemplum orãdi daret. Vnde Amb. dicit super Luc. † Noli insidiatrices aperire aures, ut putes filium Dei quasi infirmum rogare, vt impetret quod implere non possit; potestatis enim actor, obedientię magister, ad præcepta uirtutis, suo nos informat exemplo. Vnde, & Aug.* dicit super Ioan. Poterat Dominus in forma serui si hoc opus esset, orare silentio, sed ita se patri exhibere uoluit precatorẽ, ut meminisset nostrum se esse Doctorem.

AD SECVNDVM dicendum, quod inter alia, quæ Christus sciuit futura, sciuit quædam esse fienda ꝓpter suam orationem, & huiusmodi non inconuenienter à Deo petiit.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ascensio nihil est aliud, q̃ motus in id, ꝙ est sursum: motus autem, ut habetur in 3. de anima,* dupliciter dicitur. Vno modo, propriè, secũdum ꝙ importat exitum de potentia in actũ, prout est actus imperfecti, & sic ascendere cõpetit ei, qđ est potẽtia sursum, & non actu & hoc mõ, vt Dam. † dicit in 3. li. intellectus humanus Christi nõ eget ascẽsione in Deũ, cũ sit semp Deo unitus, & sm esse psonale, & sm cõtẽplationẽ beatã. Alio mõ, dr̃ motus, qui est actus pfecti. i. existentis in actu: sicut intelligere, & sentire dñr quidã motus. & hoc mõ intellectus Christi semper ascendit in Deũ, quia semper contẽplatur ipsum, ut supra se existẽtem.

ut supra: intẽdentes tamen semper orationes nostras, tanquam media quędam ad assequẽdum, quod Deus sic habendum esse ab æterno disposuit, exaudiendas atque dispensandas forte iuxta diuinam uoluntatem, & non aliter.

3m ex Damasceno. Ascensus. R. Et motus uel perfecti, uel imperfecti. §. Tunc &c. Licet enim ascensus in Deum, ut est motus imperfecti non competat Christo (ut arguitur): tamen ascensus ipse, ut est motus perfecti competit ei, & hoc sufficit ad orandum Ex his dic, quod Sancti in patria tali ascensu, quo Christus, orant pro nobis.

*q. 13. a. 1

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse à scripturis insinuatum, qđ Christo cõpetit orare. Vt Luc. 6. factũ &c. Secundum quod est in argum. cõt. Vbi ex ly pernoctãs in oratione, damnabis pro hæresi positionem Nyctagum à somno dictorum, qui (teste Isidoro) dicebãt, noctis uigilias, seu ad horas matutinas surgere, esse quid superstitiosum, & iura temerare diuina; quæ noctẽ ad requiem tribuunt. Et positionem Vigilantii, potius Dormitantii (secundum B. Hieronymum) uocandi, qui dixit: Vigilias sanctorum esse damnandas. Contra has hæreses uide & 2. 2. articulorum numero 706. In textu quoque ex ly orare, dic: qđ ex omnibus similibus locis damnantur hæreses ponentes in Christo solam uoluntatem diuinam, contra quas vide supra articulorum numero 114. 120. append. Et hæreses ponẽtes, quod orationes sint inutiles, nulliusque uirtutis, contra quas uide etiam 2. 2. articulorum numero 439. cum Elucid. Et Addition articulorum num. 326. 300. cum Elucid. Et Veritates Aureas super totam

*li. 10. parũ ante fi.
Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
† li. 5. i Luc. c. 6. tit. illi* cap. est de oõne Iesu in monte paulo àpri cip. to. 5.
*trac. 104. parũ ante me. to. 9.
*li. 3. de anima, tex. 28. to. 2.
† li. 3. c. 24. circa prin.

tam legem veterem Genes. 8. concl. 6. & cap. 20. concl. 4. Itē Exod. 32. concl. 2 Itē Num. 13. concl. 1. Condemnauit ergo Christus omnes positiones prædictas, monstrauitq; eas esse hæreses, contrariasq; illis esse catholicas, & hoc factis propriis, quādo, s. orauit de nocte. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica utilius declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio, Christo secundum quod est homo conuenit orare. Probatur, oratio est explicatio propriæ voluntatis apud Deum, ut eam impleat. ergo si in Christo esset tantum uoluntas diuina, non competeret ei orare, ergo Christo, secūdum quod habet uoluntatem humanam conuenit orare. Antecedens patet ex antedictis. Consequentia prima probatur, quia diuina uoluntas est per seipsam efficax, iuxta Psal. Secunda uero probatur, quia in Christo præter diuinam, est humana uoluntas, quæ non per seipsam est efficax, sed ope diuinæ uirtutis eget.

¶ In responsione ad primum, vide nonitie, quod Auctor primo loquitur de Christo ratione humanæ naturæ assumptæ, & dicit necessitatem orandi, non omnipotentiam naturæ, seu humanæ. Deinde loquitur de toto Christo, & assignat plures rationes orandi, scilicet fidei loæ, suæ deitatis & exempli nostri.

¶ In responsione ad secundum uide curiose, quod respōsio stat in hoc, quod Christus nesciuit Lazarum resuscitandum absolutē: sed sciuit Lazarum resuscitandum medio suo clamore, &c. & simile est de aliis. Et ideo vana est quæstio, ad quid oportet tot media apponere: eadem enim est præuisio termini, & mediorum, & eadem est quæstio, & solutio omnium.

¶ In responsione ad tertium vide nonitie, quod ascensus est nomen motus propriè dicti. Translatum autem ad mentem potest dupliciter conuenire menti, secundum proprium mentis actum, qui uere, & propriè est actus perfecti, puta, intelligere. Nam potest menti conuenire ascensus, uel per modum motus, qui actus est imperfecti, & sic conuenit nobis, qui non sumus mente coniuncti supernis, sed tendimus mentis actibus ad illa, sicut uapores, ascendunt sursum qui de terra eleuantur, & tēdunt sursum, & sic Christi menti non conuenit ascensus, quia semper est cum Deo, uel per modum motus, qui est actus perfecti, & sic conuenit Christo, & beatis ascensus mentis in Deum, quia iuncti Deo contemplantur ipsum, ut super se, perfecta contemplatione illius, sicut nos cum contemplamur aliquid, dicimur moueri, secundum intellectum in illud.

Medina, ar. 1.

SVPER Q. XXI. ART. II.

127 Inf. ar. 4. & ad 4. & 3. q. 3. & opu. 3. c. 240. & opusc. 7.

COncl. 1. Christus secundum sensualitatem suam non orauit, quasi quod oratio sua fuerit actus sensualitatis.

¶ Prob. Quia sensualitas Christi neque pōt ascendere in Deū, neque ordinare aliquid quasi a Deo implendū (ut patet in nobis). quę tamen duo requirūtur ad orationem.

¶ Concl. 2. Christus orauit secundum suam sensualitatem: inquantum, scilicet ratio eius exprimebat suæ sēsualitatis affectum, tamquam sensualitatis aduocata.

¶ Prob. Quia præsupponitur clara, ex oratione in horto Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Io. 12. per hoc, quod cum de morte sua sub similitudine grani frumenti præmisisset, mox subdit ly nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Hoc est. Trāseat à me calix iste.

1^m de conclusione. Ascendere. R. Per redūdantiam à corde in carnem. §. Tunc nihil &c. Orare enim ꝓpriè est ascendere per actum proprium in Deum: unde ex ascensu illo per redundantiam non habetur, quod sensualitas Christi propriè, id est per seipsam, orare potuerit; sed tantum, qđ per rationem tanquam per desiderii ipsius sensualitatis prolatricem orauerit. Et hoc est, rationem, uelut sensualitatis aduocatam expressisse affectum eius corā Deo, ut secunda cōclusio dixit.

2^m de maiori. Eius uidetur esse orare. R. Si tamen possit orare. §. Alioquin poterit quidem & desiderare: & illud, quod desiderat petere; sed non poterit illud idem petere sic, scilicet orando. Tūc nihil &c. ut patet. Voluit ergo Christi sensualitas id, quod ratio orando petebat, sed ipsa orando id non petiit, quia orare non potuit. Vide corp. & 2. 2. quæstio. 83. ar. 1.

3^m de maiori. Magis est. R Et cuilibet parti humanitatis communicabile. §. Tunc nihil &c. Non enim ascendere

ARTICVLVS II.

Vtrum Christo conueniebat orare secundum suam sensualitatem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christo conueniat orare secūdum suam sensualitatem. Dicitur enim in Ps. 83. ex persona Christi, Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum, sed sensualitas dicitur appetitus carnis. ergo sensualitas Christi potuit, ascendere in Deum uiuum, exultando, & pari modo orando.

¶ 2 Præt. Eius uidetur esse orare, cuius est desiderare illud, quod petitur: sed Christus petiuit aliquod, ꝙ desiderauit eius sensualitas, cū dixit, Transeat a me calix iste: sicut dicitur Matth. 26. ergo sensualitas Christi orauit.

¶ 3 Præt. Magis est uniri Deo in persona, quam ascendere in Deum per orationem: sed sensualitas fuit assumpta à Deo in unitatem personæ, sicut, & quælibet pars humanę naturæ. ergo multò magis potuit ascendere in Deum orando.

SED CONTRA est, quod dicitur Phil. 2. quod filius Dei secundum naturam quam assumpsit, in similitudinem hominum factus est: sed alii homine non orant secundū sensualitatem. ergo nec Christus orauit secundum sensualitatem.

RESP. Dicendum quod orare secundum sensualitatem potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, ꝙ ipsa oratio sit actus sensualitatis, & hoc modo Christus secundum sensualitatem non orauit, quia eius sensualitas eiusdem naturæ, & speciei fuit in Christo, & in nobis. In nobis autem non potest sensualitas orare duplici ratione. Primo quidē, quia motus sensualitatis non potest sensibilia transcendere, & ideo non potest in Deum ascendere, quod requiritur ad orationem. Secundò, quia oratio importat quandam ordinationem, prout scilicet aliquis desiderat aliquid quasi a Deo implendum, & hoc est solius rationis. Vnde oratio est actus rationis, ut in secunda parte habitum est.* Alio modo potest dici aliquis orare secundum sensualitatē, quia scilicet eius ratio orando Deo proponit, quod est in appetitu sensualitatis ipsius, & secundum hoc Christus orauit secundum sensualitatem, inquantum scilicet oratio eius exprimebat sensualitatis affectum tāquam sensualitatis aduocata, & hoc, ut nos de tribus instrueret. Primò quidem, ut ostenderet, se ueram naturam humanam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus. Secundò ut ostēderet, quod homini licet secundum naturalem affectum aliquid uelle, quod Deus non vult. Tertiò, ut ostēdat quod proprium affectum debet homo diuinæ uoluntati subiicere. Vnde Aug.* in Enchi. dicit. Sic Christus hominem gerens, ostendit priuatam quandam hominis uoluntatem, cum dicit, Transeat a me calix iste. Hæc enim erat humana uoluntas, proprium aliquid & tamquam priuatum uolens: sed quia rectum uult esse hominem, & ad Deum dirigi, subdit; Verumtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, ac si dicat, Vide te in me: quia potes aliquid proprium uelle, etsi Deus aliud uelit.

* 2. 2. q. 83. ar. 1.

* ps. 32. cōcione 1. in per illud. Rectos decet collandatio, to. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caro exultat in Deum uiuum, non per actum carnis ascendentem in Deum: sed per redundantiam a corde in carnem, inquantum appetitus sensitiuus sequitur motum appetitus rationalis.

AD SECVNDVM dicēdum, quod licet sensualitas hoc uoluerit quod ratio petebat, hoc tamen orando petere non erat sensualitatis, sed rationis, ut dictum est. In corp. ar.

AD TERTIVM dicendum, quod unio in persona est secundum esse personale, quod pertinet ad quamlibet partem humanæ naturæ, sed ascensio orationis est per actum, qui non conuenit nisi rationi, ut dictum est. Vnde non est similis ratio. In corp. ar.

ARTI-

dere per actum proprium in Deum potest communicari sensualitati; cum tamen communicari possit, & de facto comunicatum est, vniri Deo in persona. A sensualitate ergo tollitur hoc, quod possit orare, non quia orare non sit minus, quam vniri Deo personaliter, sed quia orare non potest communicari sensualitati. Videsis ergo argumentum peccare in fallacia secundū non causam, vt causam: vt sapiens per se considerabit.

¶ Not. Pro maiori noticia, & formalizationē argumentorum cum responsis, & vtilitatis maxime inde prouenientis, vide t. 2. q. 57. ar. 5. notatio. post responsionem ad tertium, quod bene consideratum, in practicaque explicans, tu breui doctissimus euades.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. s. Dei. Ex articulo habes primò, quomodo per rationem, & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse à scripturis insinuatum: quod Christus secundum sensualitatem, & orauit, & non orauit. Quod quidem, non orauerit secundum illam insinuatur per hoc, quod dicitur Philipp. 2. formam serui accipiens in similitudinem hominum factus. Sed alii homines non orant secundum sensualitatem, vt patet duplici ratione in tex. corp. Ergo, secundum Apostolum filius Dei humanatus non orauit secūdum sensualitatem. Quod autem secundum illam orauerit insinuatur per hoc, quod dicitur Matth. 26. Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Vox enim ista, scilicet poculum passionis transiret, id est, quod non moreretur per Crucem, est uox imbecillitatis humanæ, id est sensualitatis: ut habetur ex Diuo Athanasio in sermo. de passio. Absit enim ut qui ad hoc venerat, ut pro nobis crucifigeretur, refugeret aliquando secundum uoluntatem rationis illam mortem. Pro præmissorum fusiori declaratione & captu uide, q. 18. art. 2. 3. 5. 6. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, ut sonat, sumatur, quoniam in articulo distinguitur.

¶ In corpore unica est distinctio bimembris cum duabus conclusionibus responsiuis singulis ad singula membra, Distinctio, Orare secundum sensualitatem dupliciter contingit primo elicitiuè: secundo materialiter, iuxta primum membrum cōclusio est, Christus non orauit secundum sensualitatem. Iuxta secundū conclusio est: Christus orauit secundum sensualitatem. Probatur ambæ conclusiones in litera satis clare, ut patet. Et tota materia est clara, quoniam, & constat quod oratio non potest esse sensualitatis actus, & quod sensualitatis affectus potest esse materia, quam oratio Deo offert.

Medina ar. 3.

SVPER Q. XXI.

Art. III.

128 Concl. Christus pro se dupliciter orauit, & hoc rationabiliter. 3. d. 17. ar. 3. q. 2. Et op. 7. Etlo. 11. le. 4.

¶ Prob. Quia Christus pro se orauit vel exprimendo affectum sensualitatis, simplicisque voluntatis (vt patet ar. 2.) vel exprimendo affectum uoluntatis deliberatæ (uide q. 18. art. 3.) Secunda autē pars, scilicet, & hoc &c. probatur; Quia ipse orauit & exprimendo affectū sensualitatis simplicisq; uoluntatis, propter rationem hanc, scilicet ut nos de trib⁹ instrueret (ut patet art. 1. corp.) & exprimendo affectū uoluntatis deliberatæ, propter tres rationes (vt patet hic, partimq; ar. 2. ad primum.)

*li. 10. pa- rū ante fi. ar. t. hui⁹ quæst. *li. 26. c. 8. in fi. to. 6.

1ᵐ de conclusione. Orauerit. B. Oratione vocali. §. Sic enim ex præmissis sequitur: quoniam D. Hilarius loquitur quantum ad &c. ut in tex. Vide etiam authoritatem B. August. super Ioan. quæ recitatur ar. 1. ad primum. Ex utroq; autem loco cū videas Christum uocaliter orare damnabis ꝑ hæresi positionem negante orationē uocalē debere fieri, uel absolute, uel à iunis perfectissimis. Contra quas positiones, vide etiam 2. 2. articulorum num. 432. 449. cum Elucid. Et Veritates Aureas super legem ueterem, Genes. 19.

*aliquātu lum ante incip. Eu- gelica præ cepta. D. 1120. *art. præc.

ARTICVLVS III.

Vtrum fuerit conueniens Christum pro se orare.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Christo non fuerit conueniens pro se orare. Dicit enim Hilar. * in 10. de Trinit. Cum sibi non proficeret deprecationis sermo ad profectum tamē nostræ fidei loquebatur. Sic ergo uidetur quod Christus non sibi, sed nobis orauerit.

¶ 2 Præt. Nullus orat nisi pro eo, quod vult, quia sicut dictum est, † oratio est quædam explicatio uoluntatis per Deum implendæ: sed Christus uolebat pati ea, quæ patiebatur: dicit enim August. * 26. contra Faustum. Homo plerumque etsi nolit, contristatur, etsi nolit, dormit, etsi nolit, esurit, et sitit. Ille autem, scilicet Christus, omnia habuit, quia voluit. ergo ei non competebat pro seipso orare.

¶ 3 Præt. Cyprianus dicit in lib. * de oratione dominica: Pacis, & unitatis magister noluit singulatim, & priuatim preces fieri, ut quis cū precatur, pro se tantum precetur: sed Christus illud impleuit, quod docuit, secundum illud Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. ergo Christus numquam pro se solo orauit.

Sed contra est, quod ipse Dominus orando dicit, Io. 17. Clarifica filium tuum.

Resp. Dicendum, quod Christus pro se orauit dupliciter. Vno modo, exprimendo effectum sensualitatis, ut supra dictum est, * vel etiam uoluntatis simplicis, quæ cōsideratur ut natura, sicut cum orauit à se calicem passionis transferri. Alio modo, exprimendo effectum uoluntatis deliberatæ, quæ consideratur ut ratio, sicut cum petiit gloriam resurrectionis, & hoc rationabiliter. Sicut enim dictū est, * Christus ad hoc vti uoluit orōne ad patrem, ut nobis daret exemplum orādi, & ut ostenderet, patrem suum esse auctorem à quo, & æternaliter processit secundum diuinam naturam, & secundum naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura, quædam bona habebat a patre iam percepta, ita etiam expectabat ab eo quædam bona, nondum habita, sed percipienda: & ideo sicut ꝑ bonis iam perceptis in humana natura gratias agebat patri, recognoscendo eum auctorem, ut patet Matth. 26. & Ioan. 11. ita etiam ut patrem auctorem recognosceret, ab eo orando petebat ea, quæ sibi deerant, secūdum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia huiusmodi. Et in hoc etiam nobis dedit exemplū, ut de perceptis à nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum habita orando postulemus.

Ad primum ergo dicendum, quod Hilarius loquitur quantum ad orationem uocalem, quæ non erat ei necessaria propter ipsum, sed solum propter nos; unde signanter dicit, quod sibi non proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperum exaudit Dominus, ut in Ps. 9. dicitur, multò magis sola uoluntas Christi habet uim orationis apud patrem. Vnde ipse dicebat Ioan. 11. Ego sciebam, quoniam semper me audis, sed propter populum, qui circumstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.

Ad secundum dicendum, quod Christus uolebat quidem pati illa, quę patiebatur, pro tempore illo: sed nihilominus uolebat, ut post passionem, gloriam corporis consequeretur, quam nondum habebat; quā quidem gloriam expectabat a patre, sicut ab Auctore, & ideo conuenienter ab ipso eam petebat.

Ad tertium dicendum, quòd ipsa gloria quam Christus orando petebat pertinebat ad salutem aliorum, secundum illud Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo illa etiā oratio, quam pro se faciebat, erat quodam modo pro aliis. Sicut & quicumq; homo, aliquod bonū à Deo postulat, ut utatur illo ad utilitatem aliorum, non sibi soli, sed etiam aliis orat.

19. conclus. 5. Item Leuit. 18. conclus. 1. Item Numer. 15. concl. 10. & cap. 20. concl. 4. Christus namq; præter hoc, qđ uocaliter orat, fuit omnium perfectissimus etiam ut homo.

2ᵐ minor. Christus uolebat pati ea, quæ patiebatur. B. Pro tempore illo, quo ea patiebatur. §. Idest quo ea passurus erat. Tunc nihil &c. Nā licet Christus sic uellet ea, nihilomin⁹ uolebat, vt post passionem, &c. ut in tex.

3ᵐ conclusio. Christus nūquam pro se solo

ARTI-

se solo orauit. ℞. Tamen Christus aliquando pro se orauit. §. Tunc nihil & cætera. Nam articuli conclusio non dicit, quod ipse quandoque pro se solo orauerit, sed dicit, quod pro se orauit. Conceditur ergo; quod Christus numquam pro se solo orauerit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatum, qđ Christus orauit pro seipso. Vt Hebr. 5. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad Deum, qui posset illum saluum facere à morte; cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Precibus enim his, atque supplicationibus postulabat resurrectionem, secundum Apostolum propter hoc designandum addentem ly exauditus est pro sua reuerentia. Nam facere aliquem saluum à morte, contingit dupliciter: primo modo, ut mors non ueniat; alio modo vt mors aduenienis non duret, id est vt à morte quis excitetur, quod quidem Christus expressit Ioan. 11. infirmitas hæc non est ad mortem, sed ut &c. Hoc est infirmitati huic mors succedens non durabit in Lazaro: sed saluus fiet citò à morte per resurrectionem, quo facto glorificabitur filius Dei per eum. Quod uerò de duobus illis modis circa saluari à morte dictum est, fuit à simili sumministratum per sanctum Doctorem in 1.q.2.art.3.argum. 1. eiusq; responsion. Primo itaq; modo illo saluatus non est Christus à morte, quia secundum uoluntatem diuinā, & voluntatem rationis humanam saluari nolebat; licet desiderium sensualitatis orando proponeret conuenienter (vt dicitur art. 2. corp. uersus fin.): Secundò autem modo saluatus fuit à morte. Vnde & primò modo loquens propheta de Christo dicit ad Deum Patrem Psal. 88. Lætificasti omnes inimicos eius. Inquantum, scilicet à tam ignominiosa morte ab inimicis eius desiderata ipsi, non saluasti Christum tuum; ne videlicèt eam pateretur. Secundò nihilominus modo loquens ipse Christus ad eundem Patrem dixit psal. 29. Nec delectasti inimicos meos super me, scilicet tu pater resuscitasti me, contra uoluntatem & opinionem inimicorum meorum. Primo igitur modo non est locutus Apostolus supra ad Hebr. sed secundo modo. Cęterum quia in titulo quæsiti dicebatur ly conueniens, & consequenter in conclusione articuli subintelligebatur, vide de conuenientia scripturarum totali, in 2.2. quæstio. 122. ar. 2. appen. & q. 140. ar. 1. appen. & in 1.2. q. 68. ar. 4. append. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim decla- 2 retur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corp. duæ sunt conclusiones. Prima est, Christus orauit pro se sensualitatis, & simplicis uoluntatis effectum explicando. Secunda est Christus orauit pro se explicando, petendoque affectum uoluntatis deliberatæ. Prima conclusio relinquitur ex dictis clara, & auctoritate Euangelii, Transeat à me calix iste. Secunda autem probatur ratione simul, & similitudine: Christus orauit pro exemplo, & pro fide, quod ipse est à patre, secundum deitatem, & humanitatem: sed ipse erat à patre secundum aliqua bona percepta in natura humana, & secundum aliqua percipienda. ergo sicut consonum fuit gratias agere pro perceptis, ita petere percipienda. Et tenet sequela, quia sic utrorumque auctor recognoscitur pater. Et hæc quo ad fidem, Quo ad exemplum uero infertur. ergo consonum fuit exemplum dari, & gratias agendi, & petendi.

¶ Memento nouitie, quod orationis multæ sunt partes: quarum duæ sunt gratiarum actio, & petitio, & de quibus hic est sermo. Et ideo petitionem probat litera Christo conuenire à simili, sicut, & gratiarum actionem.

Medina, ar. 4.

SVPER Q. XXI. ART. IIII.

129 COncl. Omnis absoluta uoluntas Christi, etiam humana, fuit semper impleta; & per consequens omnis eius oratio, ut talis uoluntatis oratio, fuit semper exaudita.

3.d. 17. ar. 3. q. 3. & 4. Et op. 3. c. 140. Et op 7. & ps. 20. & Ioā. 12. lect. 4. & Heb. 5.

¶ Prob. Quia uoluntas Christi absoluta fuit semper Deo conformis (cum uoluntate rationis nihil umquam uoluerit, nisi quod sciuit, Deum velle:) & uoluntas Dei semper adimpletur, 1. q. 19. ar. 9. Secunda autem pars, scilicet, & per consequens, &c. probatur; Quia oratio tunc dicitur exaudiri, quando uolūtas orātis adimpletur.

¶ Corollar. Ergo Christi oratio simpliciter dicta semper fuit exaudita. Nam talē orationem facit uoluntas simpliciter, idest absoluta. Vide quæstio. 18. art. 2. 3.

1^m conclusio.

Videtur, quod non omnis eius oratio fuerit exaudita. ℞. Nisi secundū quod ipse Christus deliberata uoluntate uolebat. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam illa petitio de translatione calicis diuer-

* Ar. præc. arg. 2. & ar. 1. huius q.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum oratio Christi semper fuerit exaudita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod oratio Christi non semper fuerit exaudita. Petiit enim a se remoueri calicem passionis, ut patet Matth. 26. Qui tamen ab eo non fuit translatus. ergo uidetur, quod nō omnis oratio eius fuerit exaudita.

¶ 2 Præt. Ipse orauit, ut peccatum crucifixoribus suis ignosceretur, ut patet Luc. 22. Non tamen omnibus peccatum illud fuit dimissum; nam Iudæi fuerunt pro illo peccato puniti. ergo uidetur quod non omnis eius oratio sit exaudita.

¶ 3 Præt. Dominus orauit pro his, qui erant credituri p verbum Apostolorum in ipsum, ut omnes in eo vnum essent, & ut peruenirent ad hoc, quod essent cum ipso, sed non omnes ad hoc peruenirunt. ergo nō omnis eius oratio est exaudita.

¶ 4 Præt. In Ps. 21. dicitur in persona Christi: Clamabo per diem, & non exaudies. non ergo omnis oratio Christi fuit exaudita.

SED CONTRA est, quod Apostol. dicit ad Hebr. 5. Cum clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, oratio est quodam modo interpretatiua uoluntatis humanæ. tunc ergo alicuius orantis exauditur oratio, quando eius uoluntas adimpletur. Voluntas autem simpliciter hominis est rationis uoluntas: hoc enim absolutè uolumus, quod secundum deliberatam rationem uolumus. Illud autem, quod uolumus secundum motum sensualitatis, uel etiam secundum motum uoluntatis simplicis, quæ consideratur ut natura, nō simpliciter volumus, sed secundum quid, scilicet si aliud non obsistat, quod per deliberationem rationis inuenitur. vnde talis uoluntas magis est dicenda, uelleitas, quàm absoluta uoluntas, quia scilicet homo hoc uellet, si aliud non obsisteret. Secundum autem uoluntatem rationis, Christus nihil aliud uoluit, nisi quod sciuit Deum uelle, & ideo omnis absoluta uoluntas Christi, etiam humana fuit impleta, quæ fuit Deo conformis, & per cōsequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nā, & secundum hoc aliorum orationes implentur, quod sunt eorum uoluntates Deo conformes, secundum illud Ro. 8. Qui autem scrutatur corda, scit idest approbat, quid desideret spiritus, idest quid faciat sanctos desiderare, quoniā secundum Deum, idest secundum conformitatem diuinæ uoluntatis, postulat pro sanctis. 3

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa petitio de translatione calicis, diuersimodè a sanctis exponitur. Hilarius enim super Matth. dicit. * Quod autem à se transeat, rogat, non ut ipse prætereatur, orat: sed ut in alterum id quod a se transit, accedat, atque ideo pro his orat, qui passuri post se erant, ut sit sensus, quomodo a me bibitur calix istę passionis, ita ab his bibatur sine spei diffidētia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Vel secundum Hieron.* Signanter dicit, Calix iste hoc est populi Iudęorum, qui excusationem ignorantiæ habere non possunt, si me occiderint habentes leges, & prophetas, qui me uaticinantur. Vel secundum Dionysium Alexandrinum, quod dicit, Transfer calicem istum a me, non hoc est, non adueniat mihi: nisi enim aduenerit, transferri non poterit: sed sicut quod præterit, nec intactum est, nec permanens, sic Saluator leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli. Ambros.* autem dicit, & Origen. & Chrysost. quod hoc petiit quasi homo, naturali uoluntate mortem recusans. Sic ergo si intelligatur, quod petierit per hoc, alios martyres suę passionis imitatores

* Can. 3. in Matth. parlo a med.

* Super illum locū Mat. 9. to.

* Ambr. l. 10. in Luc. ho. 15. Orige. ho. 35. in Matt. in 6. fo. a pri. illius to. 2. Chrysost. hom. 84. in Matt. to. 2. D 220.

diuersimode &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet de conclusione articuli non sine causa addente ly absoluta uolūtas. Hęc enim idem est, quod uoluntas deliberata.

tarores fieri secundum Hilarium, † vel si petiit quod timor bibendi calicis eum nō perturbaret, uel quod mors eum non detineret: omnino impletum est quod petiuit. Si uerò intelligitur petiisse, quod non biberet calicem mortis, & passionis, vel quod non biberet ipsum à Iudæis, non quidem est factum quod petiit: quia ratio, quæ petitionem proposuit, nolebat ut hoc impleretur: sed ad instructionem nostram uolebat demonstrare nobis suam uoluntatem naturalem, & motum sensualitatis, quem sicut homo habebat.

† Hil. can. 3. in Matt.

¶ Not. Vide hic ex textu mira contra negantes, orationem fieri debere: quæ totaliter eos ex abundanti confundunt. Primū quidem mirandum est; quod Christus orat, secundum expositionem Ambrosii, Origenis, Chrysostomi, vt non sic moriatur, & tamen sciebat ipse pro certo, immo deliberate volebat, quod sua talis oratio ad literam non exaudiretur. Secundum verò mirandum, hinc ab oppositis sequens, est; quod Christus orauit de eo, quod certissime futurum esse nouerat; id qd̄ sanctus Doctor confirmat, q. 83. art. 4. ad septimū, his uerbis. Nec tamen est inconueniens, quod a Deo petamus id, quod certissimè ipsum facturum scimus: sicut Christus Ioan. 17. Petiit suam clarificationem. Hæc ibi. Ex his, uel singillatim, uel simul consideratis, videas alta contemplatione ruminando, quātum Deo prę maxima bonitate sua placeat, ut nos colloquamur secum. Oratio namque est colloquium habitum cum Deo. Quod declarans B. Chrysost. (ut habes, 2.2.q.83.ar.2.) inquit, Considera, quanta est tibi concessa fœlicitas, quanta gloria attributa: orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia; optare, quod uelis; quod desideras, postulare. Hæc ille. Ex eisdem taliter, ut supra, consideratis uideas, quam damnabiles sint, & à Christo factis ipsis damnentur, Hussitę dicentes, quod orationes inutiles sunt, quia omnia fiunt necessitate absoluta, & Trinitarii dicentes, orandum nō esse quod Deus numquam voluit, & quod nusquam debuit euenire. Dato enim Hussitis, quamuis non concesso, quod omnia fierent absoluta necessitate: adhuc orationes dicere esse inutiles, est hæreticum, ut consideranti orationem Christi in horto, secundum expositionem B. Ambrosii, patet. Nam Christum sic oraisse inutiliter, non sustinent aures catholicę, quod & dicere pessima hęresis est: & tamen necessitate absoluta (stante præordinatione diuina) erat calicem illum actu bibiturus, & (quod plus vrget) Christus, dum taliter orabat, certissime id sciebat. Similiter contra Trinitarios patet, quod Deus numquam uoluit, & quod nusquam euenire debuit, hoc scilicet quod Christus non crucifigeretur, & tamen Christus ipse id certissime sciens, de translatione calicis ita ut non crucifigeretur orauit. Constat ergo, quantum præsens textus detestetur osores orationum vlterius contra Hussitas prædictos specialiter uide supra articulorum numero 85. 1:6. cum Elucid. Item 2.2. articulorum numero 439. cum Elucid. Item Veritates Aureas super legem veterem, Genes. 8. concl. 6. Et cap. 20. concl. 4. Exod. 32. conclu. 2, Numer. 13. concl. 1.

2m de maiori. Crucifixoribus. ℞. Prædestinatis, ad talis orationis fructum pro vita æterna percipiendum. §. Tunc nihil &c. Nam omnibus crucifixoribus prædestinatis ad hoc, quod diximus, peccatum illud fuit dimissum: licet non omnibus crucifixoribus uniuersaliter absolutè sumptis.

Tertium

3m de maiori. Pro his. ℞. Prædestinatis ad uitam ęternā effectualiter consequendam. §. Tunc nihil &c. Licet enim non omnes per verbum Apostolorum credituri in Christum perueniant ad hoc, ut sint in uita æterna vnum cum Christo, tamen omnes prædestinati ad hoc ipsum, qui per a

Ad secundum dicendum, ꝙ Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neq; etiam pro omnibus, qui erant credituri in eum: sed pro his solum, qui erant prædestinati, vt per ipsum uitam consequerentur æternam.

Vnde patet etiam responsio ad tertium.

Ad quartum dicendum, ꝙ cum dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum est, quātum ad effectum sensualitatis, quę mortem refugiebat exauditur tamen quantum ad effectum rationis, ut dictum est.

AR-

uerbum illorum credituri erant sunt, & erūt, in Christum peruenerunt, perueniunt, & peruenient ad illud. Potuerunt siquidem esse, & de facto fuerunt, aliqui electi à Deo tātum ad fidem per uerbum Apostolorum suscipiendam, qui tamen non erant prædestinati ad perseuerandum usque in finem in ea per charitatem formata, & consequenter non erant prædestinati ad æternā uitam actualiter percipiendam. De differentia prædestinatorum, & * In corp. secundum quid electorum (ut nunc loquimur) uide 1. quæstio. 23. art. 6. & q. 24. ar. 2. ad tertium, & art. 3.

4m ex Psal. Clamabo. ℞. Per expressionem affectus sensualitatis tantum. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli loquitur de oratione expressiua affectus rationis: qua quotiescumque Christus clamauit, semper exauditus est. In textu aduerte, quod sub nomine sensualitatis etiam compræhenditur quo ad hoc affectus uoluntatis simplicis, quæ consideratur per modum naturæ, inquantum, scilicet affectus talis uoluntas naturaliter refugit mala pœnalia. Vide articu. 3. & quæstione 18. articu. quinto.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem, & ostendas, & recte intelligas, merito esse à scripturis insinuatum: quod oratio Christi semper fuit exaudita. Vt Hæbr. quinto. Cum clamore, &c. secundum quod est in argumen. contr. Vbi aduerte, quod Apostolus per illam indefinitam propositionem, scilicet exauditus est pro sua reuerentia, intellexit simul uniuersalem, scilicet quod non tantum in hac particulari oratione clamurosa, sed etiam in omnibus aliis similibus, idest secundum uoluntatem rationis procedentibus, fuit exauditus pro sua reuerentia. Hoc est. Christus homo quandocumque, quotiescumque, quomodocumque, uoluit simpliciter exaudiri, fuit exauditus ad plenum pro reuerentia sua. Alioquin si Apostolus sub illa indefinita propositione non cointelligeret etiam uniuersalem, tunc Diuus Thomas, adducendo illam authoritatem, non concluderet intentum suum, scilicet quod in omni oratione sua Christus est exauditus. Sic ergo uniuersaliter intellexit eam sanctus Doctor, ut per ipsam efficaciter assequeretur id, quod intendebat. Cæterum quomodo tota illa authoritas, pro quanto præsentis articuli intentionem non destruit, sed iuuat, intelligi debeat, vide in articu. 3. append. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 2

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quæsito. Omnis oratio Christi fuit exaudita. Probat; Omnis uoluntas simpliciter Christi fuit adimpleta. ergo ōis oratio eius fuit exaudita. Antecedens, & declaratur, & probatur. Declaratur quidem distinguendo de uoluntate simpliciter, uel secundum quid: illa rationis deliberata, ista naturæ, & uelleitatis. Probat uero, quia omnis uoluntas simpliciter Christi fuit Deo conformis, quia nihil sic uoluit nisi, quod sciuit Deum uelle; Consequentia uero probatur dupliciter, Primo, tunc alicuius oratio exauditur, quādo eius uoluntas impletur, quia oratio est interpretatiua uoluntatis. Secundo, quia conformitas uoluntatis ad diuinam uoluntatem, est ratio exauditionis aliorum orantiū, ut probatur ex auctoritate Apostoli ad Rom. 8.

¶ Aduerte hic nouitie, quod oratio est explicatiua uoluntatis, & illius procuratrix: non solum autem uoluntatis deliberatę, sed uelleitatis, & affectus, ut patet ex supradictis, & ex oratione Christi; Transeat à me calix iste. Verum, sicut uoluntas distinguitur in simpliciter, uel secundum quid, ita oratio prout est petitio, distinguitur in simpliciter, uel secundum quid. Et ut petit, seu procurat pro uoluntate deliberata, est omnino simpliciter, ut autem pro uelleitate, & affectu humano, est oratio secundum quid. Et propterea simpliciter de oratione loquendo, uerum est, quod omnis Christi oratio fuit exaudita: oratio namque, quam pro uelleitate, & affectu sensus obtulit non simpliciter petebat, sed sub conditione: subdidit enim fiat uoluntas tua. Et ita exaudita est etiam hæc oratio quo ad vltimum petitum, quod deliberatę volebat, & desiderabat.

¶ In rñsione ad primū uide nouitie, ꝙ Dionysii Alex. expō hř in Catena Aurea, Luc. 22. Et est illa, ꝗ secūdo loco ponit in lra, s. ꝙ timor mortis eū nō pturbaret, aut ꝙ mors eū nō detineret. Loquiť. n. Dionysius hic ad similitudinē alicuius nociui applicati nobis p modū trāseūtis, puta, ignis, uel aq̄ & hmōi. Talē. n. q̄a applicať mihi, nō est ī tactu, sed aliqualiter cōtingēs me, q̄a uero ptrāsit, nō pmanet in me. Et sic uolebat Christ⁹, uel mortis timore tāgi, nō cōprimi, uel morte ipsa tāgi, nō detineri, sed resurgere. Modus igitur mali est qui sub petitione cadit cum dř, Transeat calix, transfer calicem, &c. ſm istam expositionem. Reliqua clara sunt.

m

Ferr. 4.

Ferr.4.cont.c.76.
Medina ar. 1.

SVPER Q. XXII.

ART. I.

CONCL. Christo maximè conuenit esse sacerdotem.

¶ PROB. Quia per Christum maxime nobis diuina sunt collocata, 2. Petr. 1. Deoque sumus recôciliati, Colos. 1. Et sacerdotis est esse mediatorem inter Deû ac populum, tum ipsi dando diuina, Malach. 2. tum pro seipso sacrificando, Heb. 5.

1^m de maiori.

Sacerdos. R. Qui est purus homo. §. Tunc nihil &c. Nam Christus non est purus homo, sed De^o & homo: ideo ipse etiam secundum humanitatem, ratione cuius dicitur sacerdos, est maior Angelis: cum sua humanitas ex maxima propinquitate ad Deum plenitudinem gratiæ & gloriæ maiorem habeat, quam Angeli.

130
Inf.q6.31. ar.2.cor.& ad 1.& q6. 59.ar.4.ad 1.& 4.con. c.76. Et opu.20.li.3. h. Et ps.2. & psal. 44. & Heb. 1. lect. 4.h.

2^m de conclusione. Sacerdotê. R. Figuralê. §. Sic enim sequitur ex præmissis, ut patet consideranti. Nam & Apostolus per ly de Sacerdotibus, intelligit dê figuralibus. Tunc &c. Non enim articuli conclusio, cum Christum dicit Sacerdotem, intêdit de figurali sacerdote, sed de uero, idest figurato. Nec tamen ex eo, quod sacerdotes figurales erant de tribu Leui, sacerdos autem figuratus est de tribu Iuda, sequitur: quod illi sacerdotio ueteri nô assimiletur sacerdotiû Christi nouum, tamquam umbræ corpus, quoniam sicut Damascenus dicit in 3. libro, &cæt. ut in text. Vbi quod dixit Damascenus est illud uulgatum, scilicet quod similitudines, & per consequês similia, non tenent in omnibus similia. ergo assimilantur ad inuicê differunt in quibusdam aliis.

3^m illatio conclusionis. Ergo Christo, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso intellectu sub ueritate præmissarum occultato: quasi quod idem

QVÆSTIO XXII.

De sacerdotio Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de sacerdotio Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum conueniat Christo esse sacerdotem.

¶ Secundò, De hostia huius sacerdotis.

¶ Tertiò, De effectu huius sacerdotii.

¶ Quartò, Vtrum effectus sacerdotii eius pertineat ad ipsum, vel solum ad alios.

¶ Quintò, De æternitate sacerdotii eius.

¶ Sextò, Vtrum debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat esse sacerdotem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Christo non conueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor angelo: vnde dicitur Zach. 3. Ostendit mihi Deus sacerdotem magnum stâtem coram angelo Domini, sed Christus est maior angelis, secundum illud Hæbr. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

¶ 2 Præt. Ea, quæ fuerunt in ueteri testamento, fuerût figuræ Christi, secundum illud Colos. 2. Quæ sunt membra futurorum: sed Christus non traxit carnis originem ex sacerdotib. ueteris legis: dicit enim Apostol. ad Hęb. 7. Manifestum est, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

¶ 3 Præt. In ueteri lege, quæ est figura Christi, non fuit idem legislator, & sacerdos: vnde dicit Dominus ad Moysen legislatorem, Exod. 28. Applica Aaron fratrem tuum, ut sacerdotio fungatur mihi. Christus autem est lator nouæ legis, secundum illud Hier. 3. Dabo legem meam in cordibus eorum. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

SED CONTRA est, quod dicitur Hæbr. 4. Habemus Pontificem, qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei.

RESP. Dicendum, quod propriè officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum, inquantum, scilicet diuina populo tradit, vnde dicitur sacerdos, quasi sacra dans, secundum illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, inquantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit. Vnde Apostol. dicit ad Hæbr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maximè conuenit Christo, nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata, secundum illud 2. Petr. 1. Per quem, scilicet Christum, maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ipse etiam humanum genus Deo reconciliauit, secundum illud Coloss. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eû reconciliare omnia. Vnde Christo maximè conuenit esse sacerdotem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod potestas hierarchica côuenit quidem angelis, inquantum, & ipsi sunt medii inter Deum, & hominê, ut patet per Dion. * in lib. cœl. Hierarch. ita quod ipse sacerdos, inquâtum est medius inter Deum, & populum, angeli nomen habet, secundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum est. Christus autê maior angelis fuit, non solum secûdum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, inquantum habuit plenitudinem, gratiæ, & gloriæ. Vnde etiam excellentiori modo hierarchicam, seu sacerdotalem potestatem præ angelis habuit, ita etiam quod ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotii eius, secundum illud Matth. 4. Accesserunt angeli, & ministrabant ei, secundum tamen passibilitatem carnis, modico ab angelis minoratus est, ut Apost. dicit Hæbr. 2. Et secundum hoc, conformis fuit hominibus uiatoribus in sacerdotio constitutis.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Damascen. * dicit in 3. libro, quod omnibus est simile, idem vtique erit, & non extraneum. Quia igitur sacerdotium ueteris legis erat figura sacerdotii Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralium sacerdotum, ut ostenderetur non esse omnino idem sacerdotium, sed differre sicut uerum a figurali. D.1094.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut supra dictum est, * alii homines particulatim habent quasdam gratias, sed Christus, tamquam omnium caput habet perfectionê omnium gratiarum: & ideo quantû ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex: sed hæc omnia concurrunt in Christo tamquam in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse ueniet, & saluabit nos.

* cap. 6. cœl. hier. parte 3. a med.
* li. 3. orth. fi. c. 26. circa fi.
* q. 8. art. 4. & aliis eiusd. q6.

idem iudicium fieri debeat de aliis, & de Christo, quo ad collationes, & diuisiones gratiarû, id est (ut in proposito sistamus) sacerdotii, & legislationis. Hoc autem falsum est: quoniâ sicut supradictum est, quæstio. 8. articu. 4. &c. alii homines particulatim habent, &c. ut in text.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis & Concilio insinuatum, quod Christus est sacerdos. A scripturis quidem, Hębr. 4. habemus, &c. ut in argument. contr. Vbi nota, quod quantum ad nomen, antiquitus non differebant episcopus, seu Pontifex, & Sacerdos, & ideo Diuus Thomas pro suo intento adducit Apostolum utêtem nomine Pontificis. Ac si per hoc dicat. Hic accipitur ab Apostolo ly Pontificem, pro ly sacerdotem. Dixi, quantum ad nomen; ad differentiâ rei, quoniâ quantum ad rem differebât etiam antiquitus tempore Apostolorum. De quo uide 2. 2 quæstio. 184. art. 6. cum Elucid. contra errores aliquorum, & Addition. articulorum num. 94. cum Elucid. Et Veritates Aureas super legem veterem, Leuit. 8. conclusio. 1. Concluderet tamen adhuc sanctus Doctor intentum suum præsens per authoritatem illam, etiam si ibi sumeretur Pontifex prout distinguitur à sacerdote. Non enim distinguitur ab illo tamquam penitus disparatum, sed tamquam maius à minori, contento in ipso maiori. Vnde ex eo, quod Christus est Pontifex, sequitur necessariò, quod sit sacerdos, quoniâ licet sacerdos,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

dos præcisè non sit Pontifex, idest summus sacerdos, tamen summus sacerdos necessariò est sacerdos. A Concilio autem Tridentino insinuatur intentum prædictum dicente sessione 22. capitulo primo. Quoniam sub priori testamento, teste Apostolo Paulo, propter Leuitici sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat: oportuit, Deo patre misericordiarum ita ordinante, sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere Dominum nostrum Iesum Christum; qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Hæc ibi. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore articuli est unica conclusio responsiua quæsito. Christo maxime conuenit esse sacerdotem. Probatur: Proprie officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum, & populum utrimque: sed hoc maxime conuenit Christo. ergo. Maior declaratur quo ad utramque partem officii. Minor similiter, & omnia clara sunt.

¶ In responsione ad primũ considera nouitie, q tota uita Christi in terra fuit oblatio pro humano genere, & propterea angeli Christo post ieiunium, & tentationem ministrantes in his, quæ ad refectionẽ corporis spectabant ministri sacerdotii Christi dicũtur.

Medina, ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod ipse Christus non fuerit simul sacerdos, & hostia. Sacerdotis enim est hostiam occidere: sed Christus nõ seipsum occidit. ergo ipse non fuit simul sacerdos, & hostia.

¶ 2 Præt. Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudeorum, quod erat à Deo institutũ, quam sacerdotio Gentilium, quo dæmones colebant. In ueteri autẽ lege numq̃ homo in sacrificiũ offerebatur, qd maximè reprehenditur in sacrificiis gentilium, ſm illud ps. 105. Effuderunt sanguinem innocentẽ, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerũt sculptibilibus Chanaan. ergo in sacerdotio Christi non debuit esse ipse homo Christus hostia.

¶ 3 Præt. Omnis hostia ex hoc, q Deo offertur, Deo sanctificatur: sed ipsa Christi humanitas a principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta. ergo non conuenienter põt dici, q Christus, ſm q homo, fuerit hostia.

SED CONTRA est, q Apost. dicit ad Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis.

RESP. Dicẽdum, q sicut Aug.* dicit in 10. de Ciui. Dei, omne sacrificiũ uisibile, inuisibilis sacrificii sacrm, i. sacrũ signũ est. Inuisibile autẽ sacrificium est, quo homo Deo spiritum suum offert, ſm illud Ps. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: & ideo oẽ illud, quod Deo exhibetr, ad hoc q spiritus hoĩs feratur in Deum, potest dici sacrificium. Indiget igitur homo sacrificio, ꝓpter tria. Vno quidem mõ ad remissionẽ peccati, per qd à Deo auertimur: & ideo Apost. dicit ad Hęb. 5. q ad Sacerdotem ptinet, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Secũdo ut homo in statu gratiæ conseruetur, semper Deo inhærens, in quo eius pax, & salus consistit. Vnde, & in ueteri lege immolabatur hostia pacifica ꝓ offerentium salute, ut hr̃ Leuiti. 3. Tertio ad hoc, q spiritus hominis pfectè Deo uniatur, qd maximè erit in gloria. Vnde, & in ueteri lege offerebatur holocaustum quasi totum incensum, ut dr̃ Leuit. 1. Hęc autem per humanitatem Christi nobis ꝓuenerunt. Nam primo quidem nr̃a peccata deleta sunt, ſm illud Ro. 4. Traditus est pp delicta nostra. Secũdo, gratiam nos saluantẽ per ipsum accepimus, ſm illud Hæb. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Tertiò, per ipsum perfectionem gloriæ adepti sumus. Heb. 10. Habemus fiduciã per sanguinem eius in introitum sanctorum, s. in gloriam cœlestem: & ideo ipse Christus inquantũ homo, non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Christus non se occidit, se ipsum uoluntariè morti exposuit, secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit: & ideo dicitur seipsum obtulisse.

AD SECVNDVM dicendum, q hominis Christi occisio põt ad duplicem uolũtatem comparari. Vno modo ad uoluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiæ: non enim dicuntur occisores Christi, hostiam Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse. Et huius peccati similitudinem gerebant impia gentilium sacrificia, quibus hoĩes idolis immolabant. Alio modo, potest considerari occisio Christi p cõparationẽ ad uoluntatem patientis, qui uolũtariè se obtulit passioni. Et ex hac parte habet rationem hostiæ in quo non cõuenit cũ sacrificiis Gentiliũ.

AD TERTIVM dicendum, q sãctitas humanitatis Christi à principio non impedit, quin ipsamet humana natura, cum in passione oblata est Deo, sanctificata nouo modo fuerit, s. ut hostia actualiter tũc exhibita. Acquisiuit enim actualem hostiæ sanctificationem, tunc ex antiqua charitate, & gratia unionis sanctificante eandem absolutè.

SVPER Q. XXII. ART. II.

231 Infr. q. 84. ar. 7. ad 4. Et op. 69. c. 18. COncl. Christus, inquantum homo nõ solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta; simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

¶ PROB. Quia per humanitatem Christi in cruce oblati peccata nostra deleta sunt, Roma. 4. gratiam nos saluantem accepimus, Hębr. 5. Perfectionem gloriæ adepti sumus, Hæb. 10. Et omnis hostia, q̃ antiquitus erat triplex, ad aliquod horũ trium ordinabatur (ut patet Hębr. 5. Leuit. 3. Leuit. 1.)

1^m de maiori.

Hostiam occidere. R. Vel seipsum occisioni uoluntarie offerre. §: Tunc nihil &c. Sufficit enim quod Christus se sponte occisioni obtulerit. Si enim quis sit solum Sacerdos, ipsius est (ut dicit maior) hostiã, scilicet irrationalem occidere: si uero sit simul sacerdos & hostia, ipsi* est (ut dicit formale responsum) se occisioni uolũtarie offerre. Quia ergo Christus non fuit solum sacerdos, sed simul etiam fuit hostia: ideo ipsius non erat occidere hostiam, sed semetipsum, tamquam hostiam, occisioni ab aliis fiendæ uoluntarie offerre. Argumentũ ergo, dum in minori asserit Christum se non occidisse, si præsupponat (ut debet) determinatum in articulo primo, scilicet, quod Christus est sacerdos, stat in fauorem conclusionis præsentis articuli, scilicet q Christus non est sacerdos solum. Debuit ergo concludere sic, ergo ipse nõ fuit solum sacerdos: non autem sic, ergo ipse non fuit simul sacerdos & hostia. Maior itẽ argumenti intelligitur de antiquis sacerdotibus: ideo non est ad propositum de Christo, nec de aliis noui testamenti sacerdotibus. Cęterũ quod Christus se non occiderit, uide q. 47. ar. 1. & quolib. 1. art. 2. Ex quib⁹ summatim concludes, quod uoluntarie exponere se morti ex causa rationabili non est occidere seipsum.

*li. 10. c. 5. to. 5.

2^m de conclusione.

Nõ debuit esse homo Christus hostia. R. A semetipso, qui erat sacerdos a sacerdotio ueteris legis figuratus, occisa. §. Sic. n. seq̃ ex præmissis, ubi dr̃, q sacerdotes ueteris legis numquã hominẽ in sacrificium offerebant, i. occidebant, (ut sic exponendum patet ex cõtextu). Tunc &c. ut ex dictis patet. Nec tñ propter hoc, q Christ⁹ hõ in cruce ab aliis occisus obtulit se in sacrificiũ Deo, assimilari potest sacrificiis gentilium, quia gentiliũ sacerdotes occidebant homines ꝓ hostiis, & illos à semetipsis sic occisos offerebant, ita q iidem erant occidentes, & offerentes, & p consequens occisio illorũ hominũ relata ad uoluntatem ipsorũ sacerdotum occidentium habebat rationem hostiæ. In sacrificio autem Christi non sic. Nã hominis Christi occisio potest ad duplicem, &c. ut in tex.

3^m illatio conclusionis.

Ergo non con-

ARTI-

conuenienter, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam sanctitas humanitatis, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis, & Concilio insinuatum: quod Christus est sacerdos simul, & hostia. A scripturis quidem, ut Eph. 5. secundum quod est in argum. cont. Vbi nota, ꝙ Christus, inquātum tradidit est sacerdos, inquantum autem ipse est, quem tradidit, est hostia: ita qđ per ly tradidit semetipsum, significauit Apostolus utrumq. Item pro captu pleno de ly hostiā, recole Philosophum dicētem, simpliciter dico, quod nullo addito dico. Sic enim fiet, quod per ly hostiam, intelligas hostiam simpliciter. i. non hanc vel illam solum, sed omnē hostiam, s. pro peccato, pacificam, holocaustum. Id quod & denotauit idem Apost. quando dixit Heb. 9. Christus oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: Et iterū ibid. quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatū Deo, emundabit conscientiā nostrā ab operib. mortuis ad seruiendum Deo uiuenti? Et cap. 10. Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Prima. n. authoritate monstrat, Christum esse hostiam pro peccato; Secunda uerò, per ly ad seruiēdum Deo uiuenti, esse hostiam pacificā, Tertia autem, per ly consummauit in sempiternum, esse holocaustū. Item idipsum insinuauit ibi cap. 9. semel in consummatione seculorum per hostiam suam apparuit. Hoc est. Per hostiam, quæ est ipsemet. Ita quod ly suam, non facit sensum transitiuum, sicut quando antiqui sacerdotes dicebantur offerre hostias suas, i. alias a se: sed facit sensum intransitiuum, sicut Io. 2. Ille dicebat de templo corporis sui. i. de templo quod est corpus suū. A Concilio item Trid. idipsū insinuatur sess. 22. c. 1. Deus, & Dñs noster, & si semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operetur; quia tñ per mortem sacerdotium eius extinguendū non erat, in cœna nouissima, ut dilectæ spōsæ suæ ecclesiæ uisibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur, eiusq; memoria in finē usq; sæculi pmaneret, atq; illius salutaris uirtus in remissionē eorum, quæ a nobis quotidie cōmittūtur, peccatorum applicaretur, sacerdotem ſm ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinē suum sub speciebus panis & uini obtulit. Et cap. 2. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens crimina & peccata, etiam ingentia, dimittit. Vna enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit: sola offerēdi ratione diuersa. Hæc ibi. Vide ar. 1. appen. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua, Christus nō solum sacerdos, sed simul fuit hostia perfecta, scilicet pro peccato, pacifica, & holocaustum. Hæc conclusio quo ad primam partem supponitur ex præcedente articulo, quo ad secundam uerò, quod fuerit simul hostia probatur. Omne, quod Deo exhibetur ad hoc, ut spiritus hominis feratur in Deum est hostia, seu sacrificium, sed humanitas Christi est Deo exhibita ad hoc, ut spiritus hominum ferantur in Deum. ergo. Maior propositio probatur. Sacrificium uisibile est sacramentum inuisibilis, inuisibile autem est oblatio spiritus. ergo.

¶ Aduerte, quod uis probationis consistit in hoc: Omne sacrificium aut est uisibile, aut inuisibile: sed uisibile ordinatur ad inuisibile, ut sacrum eius signum ad sanctū signatum, ac per hoc, finē: signatum enim finis est signi. omne igitur sacrificium exterius est sacrificium ex ordine ad interius, hoc est oblationem spiritus, & econtra, omne, quod ad oblationem spiritus Deo offertur, sacrificium denominatiue dicitur. Tertia uerò pars cōclusionis, hoc est, perfecta pro peccato pacifica, & holocaustum probatur ex litera. Homo indiget sacrificio propter tria, scilicet remissionem peccati, gratiæ conseruationem, & consummationem: sed hæc tria per humanitatem Christi habuimus. ergo. Maior in litera, & infertur ex priori syllogismo, quo probata est altera pars conclusionis, uā si sacrificium exterius dicitur ex relatione ad oblationē spiritus, & ad oblationem spiritus nostri concurrunt ista tria, scilicet remissio peccati, conseruatio uitæ gratiæ, & consummatio illius, consequens est ut ad hæc tria hō indigeat sacrificio, & declaratur quo ad singula singulis auctoritatib. scripturæ. Minor uerò probatur auctoritatibus sacræ scripturæ etiam singulis ad singula.

¶ Recolito hic ex prima secundæ quæstio. 102. art. 3. ad octauū. triplex fuisse sacrificii genus in ueteri testamēto, holocaustum, hostiam pro peccato, & hostiam pacificam, & holocaustum quidē perfectionis statui consonare, quia totum comburebatur in honorem Dei, hostiam uero pacificam ad profectus statum pertinere, qui ex Deo per ministros nobis cooperantib. est. In tres enim partes diuidebatur, unam Deo incensam, aliam in usum sacerdotum, tertiam in usum offerentium, siue pro beneficiis receptis, siue recipiendis esset. Hostia uerò pro peccato statum pœnitentiū monstrat, & in duas secabatur partes, unam Deo incensam, alteram in usum sacerdotū, quia remissio peccatorū non a potestate nostra, sed a Deo ꝑ ministros est, nisi pro propriis sacerdotis, uel populi peccatis offerretur, quia tūc nulla erat pars sacerdotum. Vnde quia humanitas Christi pro omnibus his oblata fuit ab ipsomet, ideo dicitur in litera, quod fuit hostia perfecta, utpote existens simul, & hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

Medina ar. 1.

SVPER Q. XXII.

ART. III.

132 COncl. Christi sacerdotium habet plenam uim expiandi peccata.

• Prob. Quia uirtute sacerdotii Christi datur nobis gratia, per quam aufertur macula peccati, Roman. tertio, atque satisfactio fit, per quam tollitur reatus pœnæ: Et ad plenam peccatorum expiationem remotio illorum duorum, scilicet maculæ, ac reatus exigitur.

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum effectus sacerdotii Christi sit expiatio peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod effectus sacerdotii Christi non sit expiatio peccatorum. Solius enim Dei est peccata delere secundum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus non est sacerdos, secundum quod Deus, sed secundum quod homo. ergo sacerdotium Christi non est expiatiuum peccatorum.

¶ 2 Præt. Apostol. dicit Hæbr. 10. quod hostiæ ueteris testamenti non poterant perfectos facere: alioquin cessassent offerri, eo quod nullam haberent conscientiam peccati cultores sufficienter semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit: sed similiter sub sacerdotio Christi fit commemoratio peccatorum, cum dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Mat. 6. offertur etiam continuè sacrificium in ecclesia: vnde, & ibidem dicitur, Panē nostrum supersubstantialem da nobis hodie. ergo per sacerdotium Christi non expiantur peccata.

¶ 3 Præt. In ueteri lege maximè immolabatur hircus pro peccato principis, uel capra pro peccato alicuius de populo, Vel uitulus pro peccato sacerdotis, ut patet Leuit. 4. sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hier. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam. ergo uidetur quod eius sacerdotium non sit expiatiuum peccatorum.

SED CONTRA est, quod Apostol. dicit Heb. 9. Sanguis Christi qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo uiuenti. Opera autem mortua dicūtur peccata. ergo sacerdotium Christi habet uirtutem emundandi peccata.

RESP. Dicēdum, ꝙ ad pctōrū pfectā emundationē duo requiruntur, ſm ꝙ duo sunt in peccato, s. macula culpę, & reatus pęnæ. Macula quipē culpę deletur p gratiā, qua cor peccatoris cōuertit̃ in Deū: reatus aūt pęnæ totaliter tollit̃ p hoc, ꝙ hō Deo satisfacit. Vtrūq; aūt horū efficit sacerdotiū Christi. Nā uirtute ipsius gr̃a nobis dat̃, qua corda nr̃a cōuertūtur ad Deū, ſm illud Ro. 3. iustificati gratis p gr̃m ipsi⁹ p redēptionē, q̃ est in Chr̃o Iesu, quē ꝓposuit Deus ꝓpitiatorē p fidē in sanguine ipsi⁹. Ipse ēt ꝓ nobis plenariè satisfecit, inquātū ipse languores nr̃os tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vnde patet ꝙ Chr̃i sacerdotiū hēt plenā uim expiādi pctā.

A D

1m minor. Christus non est sacerdos, secundum quod Deus; sed secundum quod homo. R. Vnus tamen & idem est, qui est sacerdos & Deus. §. Tunc nihil &c. Nam eius humanitas operabatur in uirtute diuinitatis, cui personaliter coniuncta erat; & inquantum sic operabatur, illud sacrificium Christi hominis erat efficacissimum ad delenda peccata, tum quo ad maculam culpæ, tum quo ad reatum pœnæ. Licet enim solius Dei, ut Deus est, sit per authoritatem primariam delere peccata (ut intelligit Isaias adduct*): tamen hoc ipsum per authoritatis ipsius participationē potest cōuenire humanitati Christi primò inter omnia alia, quibus per participationem authoritatis diuinæ conuenit illud. In cuius manifestum signū est: quod aliis (puta sacramentis, & sacerdotibus) delere peccata competit in uirtute etiam passionis, seu sacerdotii, Christi. Vnde ad significandum hanc præeminentiam Christi ad alios, textus apposuit ly efficacissimum.

*In Syn. 1. Ephes. cui Præfuit Cyrill. can. 10.

*li. 4. c. 14. circa fi. t. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet Christus non fuerit sacerdos secundum, quod Deus, sed secundum quod homo, unus tamē, & idem fuit sacerdos, & Deus. Vnde in Synod. * Ephesi. legitur: Si quis Pontificem dicit, & Apostolum nostrum fieri, non ipsum ex Deo Verbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed tamquam alterum præter eum seorsum hominem ex muliere, anathema sit: & ideo inquantum eius humanitas operabatur in uirtute diuinitatis, illud sacrificium erat efficacissimum ad delenda peccata. Propter quod Augustinus dicit in quarto, de Trin.* Vt quoniam quattuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse unus uerusque mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebatur: unum in se faceret, pro quibus offerebatur: unus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod peccata non commemorantur, in noua lege, propter inefficaciam sacerdotii Christi, quasi per ipsum non sufficienter expientur peccata, sed commemorantur quantum ad illos, qui uel eius sacrificii nolunt esse participes (sicut sunt infideles) pro quorum peccatis oramus, ut conuertantur, uel etiam quantum ad illos, qui post participationem huius sacrificii ab eo deuiant, qualitercumque peccando. Sacrificium autem quod quotidiè in ecclesia offertur, non est aliud a sacrificio, quod ipse Christus obtulit: sed eius commemoratio; unde Augustinus dicit in decimo de Ciuit. Dei. * Sacerdos ipse Christus offerens, ipse, & oblatio: cuius rei sacramentum, quotidianum esse uoluit ecclesiæ sacrificium.

*lib. 10. de Ciui. Dei. cap. 20. in me. to. 3.

AD

2m ex Apost. Alioquin cessassent offerri. R. Attenta sufficientia effectus perfecti ab illis hostiis. §. Tunc nihil &c. Peccata enim non commemorantur in noua lege propter inefficaciam, & cæt. vt in tex. Ex quo formaliter dic, applicando, ad argumentū: quod attenta sufficientia effectus perfecti ab hostia Christi, id est, si attenderetur in sacrificii Missæ reiteratione, quod hostia illa sufficienter quantum est de se perfectos fecit in Cruce omnes homines; tunc iam cessasset hostia ipsa in Missa offerri, inimo nec semel reiterata esset. Sed quoniam in reiteratione illa attenditur aliud (ut declaratur in tex.) ideò non debet cessare in Missa offerri. Quinimmò quoniam illud, quod in reiteratione attenditur (ut patet consideranti textum) durabit usque ad consummationem sęculi: ideo oportet, quod hoc sacrificium Christi non cesset offerri in Missa vsque ad consummationem sęculi. Sicut enim posita causa ponitur effectus, ita continuata causa continuatur effectus; etiam secūdum Philosophos. Argumentum ergo peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam. Putabat enim quod causa continuæ oblationis sacrificii in ecclesia esset hæc, scilicet quod per sacerdotium Christi quantum est de se non essent perfecte expiata peccata: & tamen hæc non est huius uera causa, sed alia, scilicet quod oportet applicari quotidie nobis effectus prædicti sacrificii per quotidianam eius commemoratiuam oblationem. Tali si quidem commemoratione mediante, excitantur mentes fidelium, & ad iterum peccatorum, quæ passionis Christi causa fuerunt, detestatiuam considerationem, & ad Christi erga nos in tanto sacrificio declaratam summam charitatem: atque hinc fit, ut ipsę maxima spe ueniæ accendantur, & sic ad ipsas huius sacrificii effectus, id est expiatio peccatorum applicetur. Applicatio enim talis non fit, sine prævia dispositione: Et hæc tali oblatiua commemoratione maxime comparatur. Adhuc quod illa, quam putabat argumentum, non sit uera causa, patet; quia in ista commemoratiua oblatione non offertur Deo aliquod nouum sacrificium magis expiatiuum peccatorum, quam illud primum olim in ara Crucis oblatum; sed idem penitus, eandem prorsus, sed numquam maiorem, quam tunc primò, uirtutem expiatiuam peccatorum habens. Et hoc est, quod insinuare uoluit textus per ly sacrificium autē, quod quotidie in ecclesia offertur, non est aliud à sacrificio, quod ipse Christus obtulit.

¶ NOT. Prima. Argumentum deficit etiam in hoc, quod male intelligit Apostolum, id est trahit ipsum extra sensum suum proprium reclamante prorsus contextu suo in eodem Hæbr. cap. 10. Planus enim Apostoli sensus, ut patet legenti. est ibi, conferre ad inuicem effectum hostiarum antiquarum, & effectum hostiæ Christi in Cruce, pro quanto. scilicet uterque effectus dicit expiationem peccatorum. Ad hanc igitur intentionem suam explicandam inquit, quod effectus illarum hostiarū erat infirmus; quod probat, & quia lex ipsa umbratica numquam potuit accedētes perfectos facere, & quia impossibile est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata, e contra uerò affirmat, quod effectus hostiæ Christi in Cruce immolati sui vigorosus, quod probat tū quia Christus unam pro peccatis nostris offerēs hostiam in sempiternū sedet in dextera Dei, tum quia una hac oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos. Vlterius idipsum, s. quod effectus hostiarū antiquarū esset modo dicto infirmus, probat Apostolus à signo hoc, quod. s. illę hostię eadē specie, licet nō numero pluries iterato offerebātur, ac si apertè dicat, si hostiæ tales expiassent perfectè peccata hominum cessassent iterato offerri, quoniā suffecisset, eas fuisse semel oblatas. E diuerso autem supradictum aliud, s. quod effectus hostiæ Christi fuerit modo illo uigorosus, probat a signo hoc, quod scilicet hostia hæc non reiteratur, id est non amplius in Cruce oblatione cruenta sub speciebus suis propriis offertur, sed sufficit hostiam ipsam sic oblatam fuisse semel. Quod uero sensus planus Apostoli sit iste, s. de cruenta oblatione Christi tm, patet etiam expresse legenti, c. 9. ubi incępit disputationem hanc de dignitate oblationis Christi supra infirmitatem oblationis antiquarum hostiarū. Ecce uerba capituli ipsius intentum hoc et sequentibus clarè ostendentia. Neq; ut sępe offerat semetipsum; quemadmodū Pontifex intrat in sancta p singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc aūt semel, in cōsummatione sęculorū, ad destitutionem peccati, p hostiā suā apparuit. Et quēadmodū statutū est hominib. semel mori, post hoc aūt iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorū exhaurienda peccata; secūdò sine peccato apparebit oib. expectantib. se in salutē p fidē. Hęc ibi. Vbi nota ly neq; ut sępe of. semetipsum, s. in sanguine proprio: id qd sic exponendū esse demonstrat contextus contrapositus per ly in sanguine alieno. Nota ly frequenter pati. Itē ly nunc semel per hostiā suam apparuit, s. sub specie propria: id quod sic exponendū ostendit contextus de aduentu ad iudiciū per ly secundò apparebit. Ad iudicandū. n. apparebit uisibiliter in specie propria. Itē nota ly semel oblatus est, i. tamq̄ hostia mō cruento oblata pro peccato: id qd sic exponendū docet contextus sequēs p ly apparebit sine peccato, i. apparebit nō ut amplius hostia pro peccato cruētè offerēda. Taliter. n. apparuisse semel, fuit satis: ut p̄nussi tex. Apostolici docuerūt. Oib. ergo antedictis firmiter (ut ex litera patet) stantib. euidentissime constat: q̄ tūc deoiet argm hoc fm a uero sensu Apostoli, & consequenter q̄ irrationabiliter ex ipsius authoritate in maiori adducta trāseat ad loquēdū in minori de hostia Christi incruento mō sub alienis speciebꝰ oblata quotidie in Missa: atq; ideo q̄ rationabiliter, post glosā rńsi formalis, subiunctū fuerit, q nihil contra. i. q ab argō nihil dicebatur contra ueritatem in conclusione determinatam. Debuerat ergo ex illa Apostolica sniā inferri, q hostia Christi. i. ipse Christus sub specie propria, cruento modo non nisi semel ad differentiam hostiarum antiquarum offerendus erat, & per consequens quod hoc modo cessauit offerri: & hoc iden quia sacrificiū cruentum illius hostiæ habuit plenā efficaciam expiandi peccata. Tunc argm & non traxisset Apostolū extra sensum Apostoli propriū, & consequenter uera intulisset, & consequenter contra Missæ sacrificium sic ignorātissimè nō insurrexisset, nosq; tunc rńdendo ipsum argm totum concessissemus, non solū quia ueritatem continuisset, sed etiam quia pro cōclusione articuli tamquam eiusdem probatio legitime militasset.

¶ Not. 2. Doctrina rńsi huius textualis late declarat, simulque confirmatur ex Concil. Triden sess. 22. c. 1. dicente. Deus & Dñs noster sacerdotē fm ordinē Melchisedech se in æternum constitutum declarans corpus, & sanguinem, suum sub speciebus panis & uini Deo patri obtulit, ac sub earundem rerū symbolis Apostolis, quos

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Orig.* dicit super Io. Licet diuersa animalia in ueteri lege offerrentur, quotidianum tamen sacrificium, quod offerebatur mane, & vespere, erat agnus, ut habetur Nume. 28. Vnde significabatur, qd oblatio agni ueri, id est Christi, esset sacrificium cõsummatiuum omnium aliorum. Et ideo Ioan. 1. dicitur, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

AR-

* Sup. illud Io. 1. Ecce agnus Dei qui liber 1. in lucẽ prodiit anno Dñi 1555.

lis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent praecepit per hæc verba, Hoc facite in meam commemorationem; uti semper catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Nam celebrato ueteri Pascha; nouum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum, in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad patrem, quando per sui sanguinis effusionẽ nos redemit, eripuitq; de potestate tenebrarum, & in regnum suũ transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest, quam dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit. Hæc ibi. Item ex eod. ibidem, cap. 2. Quoniam in diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruẽte immolatur; qui in ara Crucis semel seipsum cruente obtulit: docet Sancta Synodus, sacrificium istud uere propitiatorium esse; per ipsumque fieri; ut si cum uerò corde, & recta fide, cum metu & reuerentia, contriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Quare non solum pro fidelium uiuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus; sed pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis; ritè iuxta Apostolorum traditionem offeratur. Hæc ibi. Item ex eodem ibidem, Canone 1. Si quis dixerit in Missa non offerri Deo uerum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit. Et Canone 2. Si quis dixerit illis uerbis, Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum; anathema sit. Et Canone 3. Si quis dixerit: Missæ sacrificium esse tantum laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti; non autem propitiatorium: Aut soli prodesse sumenti; Neque pro uiuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, offerri debere; anathema sit. Hæc ibi. Quibus dum sacrificium Missæ nudam esse commemorationem negant, concordat textus (sicut & alii, si recte intellecta conferantur): quando, postquam ipsum esse commemorationem dixit in argumento, subdit in responso, quod ualet ad conuertendos peccatores, etiam infideles. Vide etiam ar. 2. append.

¶ Not. 3. Textus in argumento ille, scilicet offertur continue sacrificium in Ecclesia; unde & ibidem dicitur, panem nostrũ supersubstantialem da nobis hodie, subindicat, quod Christus per talem orationis particulam denotauit, quotidianam fore. Eucharistiæ, quæ est panis ille supersubstantialis, manducationem in Ecclesia munere Dei in dies perseueraturam pro nobis fidelibus sacramentaliter in utroque homine reficiendis, & usque ad finem uitæ nostræ fœliciter sustentandis. Vt quid enim panem illum uocauit supersubstantialem? Quò uel hoc certo sciremus; eum fuisse hic de Eucharistia locutum. Quandoquidem panis materialis non est supersubstantialis (ut patet) quamuis sit substantialis: sed solum Eucharistia est panis supersubstantialis. Quia uerò panis iste cœlestis, ut nobis hodie, id est quotidiè (nam hac quotidiana oratione semper dicimus ly hodiè) detur, oportet; quod per sacerdotes conficiatur, confici autem licitè non potest, nisi secundum ordinationem Ecclesiæ, hoc est, in Missa (quod & Christus, quando sic nos orare docuit, sciebat): ideò concludendum ex illa orationis particula est; Missam quotidie celebrandam in Ecclesia pro Eucharistia conficienda ad utilitatem fidelium esse, iuxta beneplacitum Domini à seipso hic nobis præmonstratum. Nec mirum certe. Primò, quoniam ipse esse debuerat sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Licet autem, secundum oblationem cruentam superius in cruce, fuerit sacerdos, non tamen ex illa dictus fuit secundum ordinem Melchisedech. Ratio est, quia Melchisedech obtulit panem & uinum in sacrificium Deo, Genes. 14. Et consequenter Christus tunc se esse, secundum ordinem Melchisedech declarauit, non quãdo corpus suum & sanguinem sub speciebus propriis obtulit in Cruce, sed quando eundem sanguinem & corpus sub speciebus panis & uini obtulit in mensa. Et licet etiam tunc in mensa se probauerit esse ordinis Melchisedech, tamen restabat, ut se probaret esse talem in æternum. Non enim utrumque prophetatum fuerat, quod futurus erat sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech, sed etiam quod talis foret in æternum. Tu, inquit psal. 109. es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Probauit uero se esse talẽ in æternum: quando instituit, ut per ministerium Apostolorum, aliorumque sacerdotum, donec ad iudicium ueniat (inquit Apostolus, 1. Corin. 11.) id est usque ad consummationẽ seculi, offeratur ipsemet Deo patri sub speciebus panis, & uini. Christus ergo, ut prophetiam adimpleret, fuit sacerdos in Cruce: secundum autem ordinem Melchisedech, in ultima cena; in æternum uero, in quotidiana Missa. Secundò, quod ex illa Dominicæ orationis particula concludendum esset, ut supra, non est mirum: quoniam ab eo, qui prophetias non uenerat soluere, adimpleri debuerat prophetia Malachiæ. 1. Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Neque enim de sacrificio facto uel in Cruce, uel in mensa, uerificari potest hoc; quandoquidem nec oblatio in Cruce, nec facta in mensa fuit in omni loco (ut patet) cum illa fuerit tantum in monte Caluario, & ista solum in cœnaculo. Oportet ergo, quod ad uerificandam prophetiam instituerit Christus oblationem aliquam faciendam in omni loco a solis ortu usq; ad occasum in gentibus, apud quas magnum est nomen Domini, idest in gentibus Christi fidelibus. Et hæc est oblatio, quæ fit in Missa, ubique quam ipse sacrificãdam in omni loco per sacerdotes præcepit, ut suprà ex Concilio Trid. not. 2. De tali reiteratione uide, in Decretis de consecr. distinctio. 2. cap. reiteratur quotidie. Hæc uerissima dicta sint pro sana expositione tex.

3^m de minori, Sed agno. B. Tamquam sacrificio consummatiuo omnium aliorum sacrificiorũ. §. Tunc nihil &c. Non enim ex hoc sequitur, quod sacrificium Christi non sit expiatiuum peccatorum (ut inferebatur), sed sequitur totum contrarium, scilicet quod sacrificium Christi sit expiatiuũ omnium peccatorum totius mundi, ut habetur Ioan. 1. Sequeretur autem id, quod in argumento inferebatur, si Christus compararetur agno, tamquam uirtutem aliorum sacrificiorum excludenti. Ex responsali igitur textu dic, quod ideo Christus comparatur magis agno, quã hirco, aut capræ, aut uitulo; ut ex hoc aperte ostendatur, quod sacrificium Christi non est expiatiuum peccatorum aliquorum hominum tantum, puta principis uel alicuius de populo, uel sacerdotis; sed quod est expiatiuum omnium peccatorum quorumcumque hominum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis, & ecclesia, quod effectus sacerdotii Christi est expiatio peccatorum. A scripturis quidem, ut Hæbr. 9. sanguis &c. secundum quod est in argum. contr. Ab ecclesia uerò per hoc, quod dicit in Hymn. Pasch. O uerè digna hostia; per quam fracta sunt tartara, redempta plebs captiuata, reddita uitæ præmia: Patet enim quod hæc omnia singillatim includunt directe, uel indirecte supponunt, expiationem factam per illam hostiam. Neque enim tartara fregisset, neque plebem captiuatam redemisset, neque præmia uitæ illa hostia per sacerdotem Christum crucifixum immolata reddidisset; nisi peccata, quibus & tartareæ portæ firmabantur, & plebs captiua tenebatur, & præmia uitæ impediebantur, efficaciter deleuisset. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titu. attende primò, quod non quæritur, an sola expiatio peccati sit effectus sacerdotii Christi. Nec quæritur an expiatio peccatorum sit a solo sacerdotio Christi, sed an sacerdotium Christi habeat hunc effectum, qui est expiare peccata.

¶ Attende secundò, quod non est hic quæstio de modo habendi hunc effectum, an scilicet effectiuè, an meritoriè, an alio modo, sed inconfuso illo, scilicet modo, quo sacerdotii actibus certificando, offerendo, & cætera, effectus attribuuntur, & illo rursus modo, quo sacrificio Christi uarium est conuenire, quod sit efficax.

¶ Tertiò, quod expiatio secundum nominis proprietatem, emundationem, seu purgationem culparum significare uidetur, & sic sumitur in proposito.

¶ In

¶ In corpore vnica est conclusio: Christi sacerdotium habet plenam uim expiandi peccata. Probatur; Ad perfectam emūdationē peccati duo requiruntur, dare gratiam, & satisfacere: sed Christi sacerdotium habet utrumque. ergo. Maior probatur ex duobus inuentis in peccato, macula, & reatu, quorum primum gratia, fm satisfactione tollitur. Minor uero auctoritate Ioannis, & Isaiæ.

¶ In responsione ad primum cum dr̃, quod inquantum Christi humanitas operabatur uirtute diuinitatis, sacrificium Christi erat efficacissimum ad delenda peccata per gratiam, non intelligas humanitatem Christi concurrere instrumentaliter ad creandam gratiam in anima, sed intelligito, quantum ad creationem spectat cōcurrere instrumētaliter dispositiue, & meritorie: nata est enim gratia secundum illam uiam creari in patiente disposito, sicut anima rationalis. Et propterea, licet creatio absolute refutet instrumentum, creatio tamen rei in patiente disposito non refutat instrumētum, & sacrificiū Christi inuenitur efficacissimum ad causandam gratia iustificantem: sicut semen humanum bene dispositum inuenitur efficax ad causandam animam rationalem producendi hominis. Verius tamen dicitur fm Auctoris doctrinam, humanitatem Christi operari uirtute diuinitatis instrumentaliter deletionē peccatorum per gratiam non creatione, sed infusione productam, ut superius monstratum est auctoritate eius, & ratione.

¶ In responsione ad tertium, uide nouitie; q̄ Christus ex hoc ipso, q̄ assimilatus est agno continuæ hostiæ, figuratus dicitur per cętera sacrificia, ut sacrificium omnium consummatiuum, ita q̄ non negatur Christum comparari aliis, sed distinguitur, quod per assimilationem comparatur agno per cōsummationem comparatur aliis, & ex hoc ipso, quod agno assimilatur, refertur ad omnia, ut consummatio. Rationi si quidem consonat, ut momentanea, ad continuum reducantur, & quod continui est consummatio, omnium sit consummatiuum. Reliqua enim sacrificia pro peccatis, hircus, capra, uitulus, nunc, uel tunc afferebantur, agnus autem continuè, & propterea verus agnus ad omnia comparatur sacrificia, ut omnium consummatiuum.

Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum effectus sacerdotii Christi nō solum ad alios pertinuerit, sed etiam ad ipsum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̄ effectus sacerdotii Christi nō solum pertinuerit ad alios, sed etiam ad ipsum. Ad officium. n. sacerdotis pertinet p̄ populo orare, secūdum illud 2. Mach. 1. Orationem faciebant sacerdotes, dum consummaretur sacrificiū, sed Christus nō solum pro aliis orauit, sed etiam pro seipso, secundum, q̄ supra dictum est,* sicut expresse dicitur Hæb. 5. quod in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad Deum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore ualido, & lachrymis obtulit. ergo sacerdotiū Christi effectum habuit non solum in aliis, sed etiam in seipso.

¶ 2 Præt. Christus sacrificium obtulit seipsum in sua passione, sed per passionem suam nō solum aliis meruit, sed etiam sibi, ut supra habitū est.* ergo sacerdotium Christi non solum habuit effectum in aliis, sed etiam in seipso.

¶ 3 Pręt. Sacerdotium ueteris legis fuit figura sacerdotii Christi: sed sacerdos ueteris legis non solum pro aliis, sed etiam pro seipso sacrificiū offerebat: dicitur enim Leuit. 16. q̄ Pōtifex ingreditur sanctuarium, ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu filiorum Israel. ergo etiam sacerdotium Christi non solum in aliis, sed in seipso effectum habuit.

SED CONTRA est, q̄ in Ephesina* Synodo legitur, Si quis dicit Christum pro se obtulisse oblationem, & nō magis pro nobis solum (non enim indiguit sacrificio, qui peccatum nesciit) anathema sit, sed in sacrificio offerendo potissimè sacerdotis consistit officium. ergo sacerdotium Christi non habuit effectum in ipso Christo.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dictum est,* sacerdos constituitur medius inter Deum, & populū. Ille autē indiget medio ad Deum, qui p̄ seipsum accedere ad Deum nō pōt, & talis sacerdotio subiicitur, effectum sacerdotii participans. Hoc aūt Christo nō cōpetit: dicit. n. Apostol. ad Hæb. 7. Accedens per semet ipsum ad Deū, semper uiuēs, ad interpellādū pro nobis: & ideo Chro non cōuenit effectū sacerdotii in se suscipere, sed potius ipsum aliis cōicare. Primū. n. agens in quolibet genere, ita est influens, q̄ non est recipiens in genere illo, sicut sol illuminat, sed non illuminat, & ignis calefacit, sed non calefit, Christus autē est fons toti⁹ sacerdotii, nā sacerdos legalis erat figura ipsius: sacerdos aute nouæ legis in p̄sona ipsius operatur, fm illud 2. ad Cor. 2. Nam & ego, q̄ donaui, si quid donaui, propter uos in persona Christi, & ideo non competit Christo effectum sacerdotii recipere.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ oratio etsi conueniat sacerdotibus: non tamen est eorū officio propria. Cuilibet enim conuenit, & pro se, & pro aliis orare, fm illud Iac. ulti. Orate pro inuicem ut saluemini. Et sic posset dici, q̄ oratio qua Christ⁹ pro se orauit, nō erat actus sacerdotii eius, sed hæc r̄nsio vr̄ excludi per hoc, q̄ Apost. Hęb. 5. cū dixisset, Tu es sacerdos in æternum, fm ordinē Melchisedech, subdit; Qui in dieb⁹ carnis suæ preces, &c. ut supra.* Et ita uidetur, q̄ oratio, qua Christus orauit, ad eius sacerdotiū pertineat: & ideo oportet dicere, q̄ alii sacerdotes effectum sacerdotii sui participant, non inquantū sacerdotes: sed inquantum peccatores, ut infra dicetur, Christus autem simpliciter loquendo peccatum non habuit. Habuit tamen similitudinem peccati in carne, ut dicitur Rom. 8. Et ideo non simpliciter dicendū est, quod ipse effectum sacerdotii participauerit, sed secundum quid, scilicet secundum passibilitatem carnis. Vnde signanter dicit, Qui potuit illum saluum facere a morte.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ in oblatione sacrificii cuiuscumq; sacerdotis, duo possunt considerari, s. ipsum sacrificiū oblatū, & deuotio offerētis. Propri⁹ aūt effectus sacerdotis

SVPER Q. XXII. ART. IIII.

CONCL. Christo non conuenit, effectum sacerdotii in se 133 4 d.4. q.1. art.3.q.5. suscipere: sed ipsum aliis solum communicare.

¶ PROB. Primò, quia Christus non indiget medio ad Deū (cū per seipsum accedat, Hæb. 7.) & sacerdotii effectum participat solū iis, qui indigēt medio ad Deum (cum sacerdos sit medius inter * q.22.a.5. Deum ac populū). Secūdò, quia Christus est fons totius sacerdotii (ut patet per respectū ad sacerdotem legalē, ac nouum) Et primum in unoquoque genere ita influit, quod non recipit in genere illo (ut patet de sole, de igne.)

1m de conclusione. Sed etiā in seipso. R. Se * q.19.a.3. & 4. cundum quid. i. secundū passibilitatē carnis, consideratō. §. Sic enim sequitur ex præmissis; ubi signanter in oratione pertinente ad sacerdotium Christi, dicitur ly qui possit eum saluū facere a morte. Tūc nihil &c. Nam conclusio intēdit loqui de Chro simpliciter, quod videlicet ipse simpliciter effectum sacerdotii sui nō participauit; immo nec sic participare potuit. Is. n. simpliciter participat, vel participare pōt, * Can. 10. Concil. 1. Ephes. cui pręfuit Cyril. to. 1. Cōcil. effectū talis sacerdotii, qui est peccator, uel saltē pōt peccare. Christ⁹ aūt simpliciter. i. absolute quouis mō de persona & natura sua ēt humana, loquēdo peccatū non habuit, sed nec hr̄e potuit. q. 15. ar. 1. & Additio. q. 16. ar. 2. ad 2. cū Elucid. habuit tñ similitudinem peccati in car * ar. 1. hui⁹ questio. ne. i. passibilitatē primo homini in pœnam peccati sui a Deo inflictā, q. 14. ar. 1. 2. Et ideo nō simpliciter dicēdū est; qd̄ ipse &c. ut in tex.

2m de minori. Sed per passionē suam. R. Vt ex charitate humiliter acceptatam. §. Tūc nihil &c. Nā articuli cōclusio loquitur formaliter de effectu sacerdotii, nō aliter. i. loquitur de eo, qd̄ ad sacrificium ex ui sacrificii sequitur, non aūt de eo, quod ad sacrificiū ex ui alterius considerationis sequit̄. In oblatione si quidē sacrificii cuiuscumq; sacerdotis, &c. ut in texte. Ex quo dic, quod etiam illa participatio, fm q d, dicta in respō. ad 1. iuxta sanctum Doctorem non fuit effectus sacerdotii formaliter. i. ex ui sacrificii præcise consequens. Resurrexit enim Christus, quia ex humili obediētia in passionis tempore perseuerāter habita id promeruit: nō autem quasi ex ui sacrificii. Conclusio igitur artic. restat solida, & formalis. s. quod effectus sacerdotii Christi, ex ui sacrificii consideratus, non peruenit ad Christum, immo, ut eiusdem conclusionis sensū apertius exprimamus, ad ipsum peruenire non potuit. * In arg. 2. Nā, ut textus insinuat, proprius effectus sacerdotii ex ui sacrificii est satisfactio p̄ peccato: Christum vero nō potuisse per hostiam illam satisfacere pro peccato proprio, cū nullum penitus esset, manifestissimum est.

3^m illatio conclusionis. Ergo etiam, & cætera. Respon. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso in præmissis intellecto, scilicet quod figura & figuratum assimilentur in omnibus. Nam figura non potest, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo hoc primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis, & Concilio insinuatum, quod effectus sacerdotii Christi non ad ipsu, sed ad nos peruenit. A scripturis quidem per hoc, quod dicitur Heb. 7. Hic autem eo quod maneat in æternū, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum. Connexio enim istarum sententiarum importata per ly vnde, demonstrat intentum. Ex eo namque, quod Christus habet sacerdotium, infertur ibi; quod ipse saluare potest. Nō dicit, saluari; ne crederes, quod ipse per sacerdotium illud. s. (hoc demum in idem redit) quod per hostiam a semetipso sacerdote oblatam, saluaretur: sed dicit ly saluare, ut hinc agnosceres, quod effectus talis sacerdotii perueniret ad alios. Adeo quod non tantum affirmatiuam hanc, sed etiam negatiuā illam, inibi inclusit Apostolus, quam quoque negatiuam magis explicare uoluit (ut consideranti patet) per ly accedens per semetipsum ad Deum. A Concilio autem Ephesino primo insinuatur idē cap. 10. Qui dicit; Pontificem nostrum Christum per se etiā obtulisse semetipsum oblationem, & non pro nobis solis (non. n. eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit. Hæc ibi. Vbi Cyrillus, a 6. Synodo, Cano. 2. approbatus, pro declaratione inquit. Pontificem confessionis nostræ pro seipso semetipsum Deo & patri obtulisse; omnino a recta est & inculpata fide alienum. Peccatum enim non fecit. Qui uero superior est omni delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Hæc ille: Quibus omnibus concordat symbolum fidei Patrum dicens, Crucifixus etiam pro nobis, scilicet ad differentiam suipsius. Vbi super ly pro nobis, nota (hoc faciet quoq; ad conclusionis articuli declarationem), quod Christus in cruce obtulit seipsum & pro his, qui iam de facto, etiam ab origine mundi peccauerant, & pro his, qui de facto peccaturi erant, & pro his, qui peccare poterant, licet nunquam per ipsius gratiam actu peccaturi essent (ut de B. Virgine credimus.) Ab opposito ergo patet, quod quando Concilium Ephesinum, & Cyrillus dixerunt, Christum ideo non obtulisse sacrificium pro semetipso, quia peccatum omnino nesciuit: tunc uoluerunt dicere, quod Christus non solum de facto, sed etiam de potentia, numquam peccauit; hoc est, quod ipse suapte natura impeccabilis fuit, idest peccare non potuit. Quod utique ipsi soli, nullique alteri hominum conuenit. Effectus igitur sacerdotii Christi solum ad homines quocunque modo peccatores se extendit. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

cerdotis est id, quod sequitur ex ipso sacrificio, Christus autem consecutus est per suam passionē gloriā resurrectionis, non quasi ex ui sacrificii, quod offertur per modum satisfactionis, sed ex ipsa deuotione, qua secūdum charitatem humiliter passionem sustinuit.

AD TERTIVM dicendum, quod figura nō potest adæquare veritatem. Vnde sacerdos figuralis veteris legis non poterat ad hanc perfectionem pertingere, ut sacrificio satisfactorio nō indigeret, sed Christus non indiguit: vnde non est similis ratio de utroq;. Et hoc est quod Apostolus dicit, Lex homines constituit sacerdotes, infirmitatē hñtes, sermo autem iurisiurandi, qui post legem est, filium in æternum perfectum.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, occasionem sumens ex diuersis auctoritatibus Apostoli, scilicet & Synodi, ut patet in art.

¶ In corpore articuli unica est conclusio. Non conuenit Christo effectum sacerdotii sui recipere. Probatur dupliciter. Primò, ex conditione recipientis sacerdotii effectum. Secundò, ex excellentia sacerdotii Christi. Prima ergo ratio est, Suscipiens sacerdotii effectum, non potest per seipsum accedere ad Deum: sed Christus per seipsum accedit ad Deum. ergo. Maior probatur; quia sacerdos est medius, ac per hoc suscipere effectum sacerdotii est suscipere effectum medii: hoc autem est solius impotentis per seipsum accedere ad Deum, qui enim non potest per seipsum, non eget medio. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secunda ratio est. Primum agens in quolibet genere, est ita influens, quod non est recipiens in illo genere. Probatur inductiue in primo illuminante, in primo calefaciente, & posset afferri in primo alterante, scilicet cœlo, & in primo mouente localiter, scilicet Deo, seu intelligentia. Sed Christus est fons totius sacerdotii. Probatur inductiue, & respectu sacerdotii legis ueteris, & nouæ.

¶ Occurrit autem statim dubium, quare omissum fuerit in hac inductione sacerdotium ante vtramque legem, scilicet Melchisedech, & Patrum.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia erat eadem ratio de sacerdote legali, & ante legem quo ad propositum (quia uterque erat figura Christi) ideo exprimendo legalem cum eius ratione, scilicet quia figura erat sacerdotii Christi, etiam prædecessores comprehendit.

¶ In responsionibus argumentorum, uide quod Auctor non totaliter excludit Christū ab effectu sui sacerdotii: sed docet loqui cautè, quod secundum quid, inquantum, scilicet erat passibilis participauit sacerdotii sui effectum, simpliciter autem non; tum quia non habuit peccatum: tum quia nō indiguit, ut prima ratio in corpore articuli allata probat, tū quia non congruebat sibi, ut secunda ratio ibi allata probat.

¶ In responsione ad secundum perspice, quod dicitur sacrificium offerri per modum satisfactionis, & effectum ipsius proprium esse, quod ex ui ipsius quatenus satisfactoriū est fit. Ratio si quidē huius est, quia sacrificium ex parte essentiali, & primaria institutione, nihil aliud est, quam quædam recognitio reuerentialis ipsius Dei, quæ quia debita est Deo, quia Deus est, quia creator, conseruator, largitorque est omnium, satisfactionis cuiusdam rationem habet. Offertur ergo sacrificium per modum satisfactionis, non tantum pœnæ debitæ peccato, aut offensæ contra Deum, sed etiam beneficiorum: & (quod primum est) debiti Deo cultus, quia Deus est.

¶ Vnde habes, quod effectus consequens ex ui sacrificii, ut satisfactorii, est absolutio a pœna, aut reconciliatio ad Deū. Nā libertas à gratiarū actione, aut debito cultu, non est effectus aliquis cōsequēs sacrificium, propriè loquendo: sed cōis est negatio oēm actum debitum, quando solutus est, comitans: ipsum enim sacrificium est gratiarum actio, & cultus Dei, & non est ex solutio pœnæ, sed solutionis causa, nisi sit pœnale, pœnæ propria, nec est reconciliatio: sed gratiæ reconcilianti prouocatio.

SVPER Q. XXII. ART. V.

COncl. Ratione finis sacrificii, sacerdotium Christi est æternum.

134 ¶ Prob. Quia finis sacrificii a Christo sacerdote oblati est bonū nō temporale, sed æternum (ut patet Hæbr. 9. ac figuraliter Leuit. 16.) Primum

Ar. seq. co. & q. 6. ad 3. ar. 5. cor. & 1. ad 2. q6. 106. 2. 4. Et 3. d. 55. q. 1. ar. 1. ad 4.
* art. præc.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacerdotium Christi permaneat in æternum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod sacerdotiū Christi non permaneat in æternū: quia, ut dictum est.* Illi soli effectu sacerdotii indigent, qui habent infirmitatem peccati, quæ per sacerdotis sacrificium expiari potest: sed hoc nō erit in æternum, quia in sanctis nulla erit infirmitas secundum illud Isaiæ 60. Populus tuus omnes iusti. Peccatorum autem infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla est redemptio. ergo sacerdotium Christi frustra remaneret in æternum.

¶ 2 Præt. Sacerdotium Christi præcipuè manifestatum est in eius passione, & morte, quando per proprium sanguinem introiuit in sancta, ut dicitur Hæbr. 9. sed passio, & mors Christi non erit in æternum, secundum illud Roma. 6. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur. ergo sacerdotium Christi non est in æternum.

¶ 3 Præt. Christus est sacerdos non secundum quod Deus, sed secundum quod homo, sed Christus quandoque non fuit homo, s. in triduo mortis. ergo sacrificium Christi non est in æternum.

SED CONTRA est, quod dicitur in psal. 109. Tu es sacerdos in æternum.

RESP. Dicendum, quod in officio sacerdotis duo possunt considerari, primò quidem, ipsa oblatio sacrificii; secundò ipsa sacrificii cōsummatio, quæ quidem consistit in hoc, quod illi, pro quib. sacrificiū offertur, finē sacrificii consequuntur.

Finis

Finis autē sacrificii, quod Christus, obtulit non fuerunt bona temporalia, sed æterna, quę per eius mortē adipiscimur (vnde dicitur Hæbr. 9. quod Christus est assistens Pontifex futurorum bonorum) ratione cuius Christi sacerdotium dicitur esse ęternum. Et hæc quidem cōsummatio sacrificii Christi, pręfigurabatur in hoc ipso, quod Pōtifex legalis semel in anno cum sanguine hirci, & uituli intrabat in sanctā sanctorū, vt dicitur Leuit. 16. cum tamen hircum, & uitulum non immolaret in sanctis sanctorum, sed extra, & similiter Christus in sancta sanctorum, idest in ipsum cœlū intrauit, & nobis uiam parauit intrandi, per uirtutem sanguinis sui, quem pro nobis in terra effudit.

Ad primvm ergo dicendum, quod sancti, qui erunt in patria, nō indigebunt ulterius expiari per sacerdotium Christi, sed expiati iam indigebunt consummari per ipsum Christum, a quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apocal. 21. q claritas Dei illuminat illā, s. ciuitatē sanctorū, & lucerna eius est agnus.

Ad secvndvm dicendum, q licet passio, & mors Christi de cętero non sit iteranda, tamen uirtus illius hostiæ semel oblatæ, permanet in æternum.

Et per hoc patet responsio ad tertiū, quia ut dicitur ad Hęb. 10. Vna oblatione cōsumauit in æternū sanctificatos. Vnitas aūt huius oblationis figurabatur ī lege per hoc, quod semel in anno legalis Pontifex cum solēni oblatione sanguinis intrabat in sancta, ut dr Leuit. 16. sed deficiebat figura a ueritate in hoc, qd illa hostia non habebat sempiternam uirtutem: & ideo annuatim illæ hostiæ reiterabantur.

1m de maiori. Illi soli effectu sacrificii indigent, qui habent infirmitatem peccati. R. Vel ut ab ipsa infirmitate peccati expientur, uel ut ab ipsa iam expiati per ipsum Christum consummentur. §. Tunc nihil &c. ut patet. Non enim erit frustra sacerdotium Christi, ut ab argumento inferebatur, quoniam effectum semper in æternum in sanctis habebit.

2m de minori. Passio, & mors, Christi. R. Consideratę in seipsis. §. Tunc nihil &c. Ad hoc enim quod sacerdotium Christi maneat in æternum, sufficit, quod eius passio & mors considerate in sua uirtute sint in æternū, hoc est quod uirtus illius hostiæ numquam deficiat, sed perseueret in æternum.

3m de conclusione. Ergo sacrificium Christi. R. Consideratū quā tum ad actualem oblationem. §. Tunc &c. Ad hoc enim quod sacerdotium Christi duret in æternum, sufficit, quod sacrificium eius consideratum quantum ad oblationis uirtutem sit indeficiens. Et hoc uerum esse monstrat Apostolus per illud Hæbr. 10. Vna oblatione, &c. ut in tex. Pro cuius vltimis uide ar. 3. not. 1. post ad secundum. Pro præmissarū recta intelligentia aduerte; quod ad hoc, quod Christus homo fuerit sacerdos in æternum, nō requiritur, quod semper fuerit homo (ut putauit argumētum), sed sufficit, & quod finis sacrificii sui sit æternum (ut dixit probatio conclusionis) & quod sacerdotio Christi aliud sacerdotium nō succedat, & quod sacerdotium illud conueniat etiam animæ Christi separatæ à corpore. Vnde B. Thomas, tamquam hoc ipsum docens, dixit in 3. distin. 22. q. 1. ar. 1. ad quartum. Christus dicitur sacerdos in æternum, quia eius sacerdotio aliud sacerdotium non succedit. Vel aliter dicendum, quod Christus, ut dicitur Hæbr. 9. erat Pontifex futurorum bonorum spiritualium, & ideo illud sacerdotium est etiam animæ Christi separatæ à corpore. Hæc ibi. Vbi respondet ad phantasiam quarti argumenti similem huic præsenti, scilicet quod esse sacerdotē semper, & esse hominē semper, conuertantur. Dixerat enim illud argumentum. Christus in illo triduo mortis fuit sacerdos, quia dictum est ei, Tu es sacerdos in ęternum: ergo Christus in illo triduo erat homo. Et respondet ad hoc, ut audisti. Ac si formaliter dicat. Nego cōsequentiam. Quoniam esse sacerdotem semper, & esse semper hominem, non conuertuntur ad inuicem, ut arguens opinatur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primū; quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis, quod sacerdotium Christi manet in æternum. Vt ps. 109. Tu es sacerdos in æternū. Item Hæbr. 7. Alii quidem plures facti sunt sacerdotes sm legem, icirco quod morte prohiberentur permanere, hic aūt, eo quod maneat in æternū, sempiternū habet sacerdotium. Item per illud, quod legitur Nume. 28. Agnos immaculatos duos quotidie ī holocaustū sempiternū. Per hos. n. agnos figurabatur unus uerus agnus, s. Christus, qui duas in se immaculatas hēt naturas; & offerebātur in holocaustū sempiternum, ut figuraret sacrificium Christi sempiternū, & inexhaustibilem habere virtutem, quod est sacerdotium eius manere in æternum. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio: Sacerdotium Christi est æternum quo ad consummationem. Declarantur primo termini distinguendo in sacerdotis officio, duo scilicet oblationem, & consummationem. Probatur deinde, quia consummatio sacerdotii Christi consistit in bonis æternis. Probatur auctoritate Apostoli, Christus Pontifex futurorum bonorum. Manifestaturque demum ipsa conclusio ex figura legalis sacerdotis, ita quod introitus Pontificis legalis semel in anno in Sancta sanctorum cum sanguine immolatorum extra, est figura consummationis sacerdotii Christi, quia Pontifex in Sancta sanctorum significat Christum totum, hoc est in se, & membris intrantem in cœlum secretum æternorum bonorum, quia cum sanguine immolatorum extra, significat modum, quo Christus totus, cœlos intrauit, scilicet per sanguinem suum, quem effudit extra cœlos, immolando seipsum in terra, quia semel in anno, hoc est integro cursu solis, significat unitatem sacrificii Christi, in perfecto cursu solis iustitiæ, hoc est in æternum, ut in responsione ad tertium dicitur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedech.

135 Infr. q. 61. ar. 3. ad 3. Et 4. dis. 8. q. 1. art. 2. c. 5.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quod sacerdotiū Christi non fuerit secundū ordinem Melchisedech. Christus. n. est fons totius sacerdotii, tamquā principalis sacerdos: sed illud quod est principale, non sequitur ordinem alterius, sed alia sequuntur ordinem ipsius. ergo Christus non debet dici sacerdos secūdum ordinem Melchisedech.

¶ 2 Præt. Sacerdotiū ueteris legis, ppinquius fuit sacerdotio Christi, q̄ sacerdotiū qd fuit ante legē, sed sacra tanto expressius signabāt Christū, quāto ppinquiora fuerūt Chro, ut patet ex his, quæ in 2. par. dicta sunt. * ergo sacerdotium Christi magis debet denominari, sm sacerdotium legale, q̄ secundum sacerdotiū Melchisedech, quod fuit ante legem.

* 2. 2. q. 2. ar. 7.

¶ 3 Præt. Hæb. 7. dicit, q est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; numerum dierum, neq; finē uitæ habens: quæ quidem conueniunt soli filio Dei. ergo non debet dici Christus secundum ordinem Melchisedech, tamquam cuiusdam alterius, sed secundum ordinem suum ipsius.

Sed contra est, q dicitur in ps. 109. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Resp. Dicendum, q sicut supra dictum est, *legale sacerdotium fuit figura sacerdotii Christi, non quidem quasi adæquans ueritatem, sed multum ab ea deficiens: tum quia sacerdotium legale non mundabat peccata: tum etiam quia non erat ęternum sicut sacerdotium Christi. Ipsa autem excellentia sacerdotii ad sacerdotium Leuiticum fuit figurata in sacerdotio Melchisedech, qui ab Abrahā decimas sumpsit, in cuius lumbis decimatus est quodammodo ipse sacerdos le-

Medina, ar. 6.

SVPER Q. XXII.

Art. VI.

* ar. 4. huius q. arg. 3.

Concl. Sacerdotium Christi dicitur esse secundum ordinem Melchisedech propter excellētiam ueri, idest figurati, sacerdotii ad figurale sacerdotiū legis.

¶ Prob. Quia excellentia sacerdotii Christi ad sacerdotium legale, seu Leuiticum, fuit figurata in sacerdotio Melchisedech: ratione sumptionis decimarum ab Abraham, Hæb. 7.

Primum

1^m de minori. Quod est principale non sequitur ordinē alterius. ℞. Potest tamen præfigurari ab altero. § Tunc nihil &c. Christus enim non dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, &c. ut in tex. Ex quo dic pro regula: q̃ figura est ignobilior figurato, & hoc quia finis est nobilior iis, quæ sunt ad finem. Figuratum uerò est finis; figura autem est in numero eorum, quæ sunt ad finem. De hoc uide pulchram declarationē in 1.q.1.ar.10. append.

2^m conclusio.

Sacerdotiū Christi magis debet denominari secundum sacerdotium legale, quam secundum sacerdotium Melchisedech, quod fuit ante legem. ℞. Si denominatio attenderetur quantum ad oblationem in sacerdotio Christi factam. § Tunc nihil &c. Nam quando Christi sacerdotium dicitur secundū ordinē Melchisedech, denominatio attēditur ſ alio sensu, scilicet quātum ad participationē oblationis eius propter rationem adductam in tex. Pro cuius ultimis vide artic. 3. not. 2. & 3. post responsionem ad secundum.

galis, & ideo sacerdotium Christi dicitur esse secundum ordinem Melchisedech, propter excellentiam ueri sacerdotis ad figurale sacerdotiū legis.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ Christus nō dr̃ esse ſm ordinē Melchisedech, quasi pricipalioris sacerdotis, sed quasi præfigurantis excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ In sacerdotio Christi duo pñt considerari. ſ.ipsa oblatio Christi, & participatio eius. Quantum ad ipsam oblationē, expressi* figurabat sacerdotium Christi sacerdotium legale per sanguinis effusionem, quā sacerdotiū Melchisedech, in quo sanguis non effundebatur, sed quantum ad participationem huius sacrificii, & eius effectum, in quo præcipue attenditur excellentia sacerdotii Christi ad sacerdotium legale, expressius præfigurabatur per sacerdotiū Melchisedech, qui offerebat panē, & uinum, significantia, ut August. dicit, * ecclesiasticam unitatem, quam constituit participatio sacrificii Christi. Vnde etiam in noua lege uerum Christi sacrificiū communicatur fidelibus, sub specie panis, & uini.

AD TERTIVM dicendum, quod Melchisedech, dictus est sine patre, & sine matre, & sine genealogia, & quod non habet initium dierum, neque finem: non quia ista nō habuerit, sed quia in scriptura sacra ista de eo non leguntur. Et per hoc ipsum, ut Apostulus ibidem dicit, assimilatus est filio Dei, qui in terris est sine patre, & in cœlis sine matre, & sine genealogia, secundum illud Isa. 53. Generationē eius quis enarrabit? & secundum diuinitatē, neque principium, neq; finem dierum habet.

QVÆ-

Ad minorem ergo illam argumenti dic: quod sacramenta, quanto fuerunt Christo propinquiora, tanto Christum expressius significabant, quantum ad aliqua, non quantum ad omnia. Et sic nihil concluditur contra præmissa, ut patet consideranti.

3^m illatio conclusionis. Ergo nō debet dici, &c. ℞. Negat illatio. § Procedit enim ex malo intellectu, quo arguens intelligit Apostolum. Nam Melchisedech non fuit simpliciter sine patre, sine matre, sine genealogia, sine initio, & fine dierum, sed tantum fuit secūdum quid sine his, simpliciter quidem non fuit sine ꝑdictis, qm̄ ipse fuit purus hō: oīs aūt talis hō post Adam nascitur de muliere, i. de matre & patre, & per consequens habet genealogiam, breui uiuit tēpore, idest initium & finem dierum habet, ratione quorū dierum fugit uelut umbra, & numquam in eodem statu permanet, ut legitur Iob cap. 14. Secundum quid autem ille idem Melchisedech, ut sic, idest ut sub Melchisedech nomine designatus, fuit sine his omnibus, quia in scriptura hæc de eo, sub tali nomine, non leguntur. Et per hoc ipsum Apostolus, &c. ut in tex. Vide ibidem, scilicet Hæbr. 7. expositionem pulcherrimam D. Thomæ.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim eorum, qui a B August. in lib. de hæresibus uocantur Melchisedechiani, dicentem; quod Melchisedech sacerdos nō fuit purus homo, sed Christus, aut Spiritussanctus. Per hoc enim quod articulus præsens demonstrat, ipsum Melchisedech fuisse figuram excellentiæ sacerdotii Christi, relinquit apertum, quod ipse fuit alius homo differēs à Christo, tamquam figura à figurato, & per hoc, quod ipsum dicit fuisse sacerdotem Dei (alioquin eius sacerdotium, si non fuisset Dei sacerdos, non præfigurasset sacerdotium Christi) relinquit manifestum, q̃ Melchisedech non fuit Spiritussanctus, quoniā Spiritussanctus non est sacerdos Dei, cum de illo non uerificetur diffinitio sacerdotis data ab Apostolo sub nomine Pontificis, Hæb. 5. omnis namq; Pontifex &c. Per hęc igitur prædicta patet, quod articulus iste oppugnat, *a* & expugnat illā hæresim pro utraq; parte. Secundo habes; uō per rationem ellendas, eā merito damnare ab Apost Hęb. 7. hic enim Melchisedech rex Salē, sacerdos Dei summi, benedixit Abrahæ assimilatus filio Dei. Nā per ly assimilatus filio Dei, manifestat, quod Melchisedech nō fuit Christus, qui est fili' Dei, & per ly rex Salē, manifestat, qđ Melchisedech, non est Spiritussanctus. Nā Spiritussanctus nō est solū rex Salē, vrbis Sichimorū, Genes. 33. vt diuiditur cōtra alias ciuitates, puta ciuitatē Sodomorum, cuius rex narrat̄ ēt ibi, qđ egressus fuit in occursum Abrahæ: neq; Spiritussanctus regnat modo regū tpalium, quo quidē modo regnabat Melchisedech. Itē p ly sacerdos Dei sūmi mōstrat idē, .ſ.q̃ ipse nō sit Spiritussanctus, ut patet ex supradictis. Item per ly benedixit Abrahæ, declaratur idem; quod nunc. In libro enim Genesis, de quo factum illud sumpsit pręallegatus Apostolus, explicādo illam benedictionem dicitur cap. 14. Benedixitque ei, & ait; benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cœlum & terram, & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Cum enim Spiritussanctus sit Deus, & non sit incarnatus, non potest secundum se Deo, tamquam excelsiori seipso, reddere gratias pro uictoria Abrahæ; quod tamen Melchisedech ipsum fecisse, sicut & panem cum uino ad eundem finem Deo obtulisse, narrat scriptura. Item per eandem articuli huius rationem potes ostendere, illam hæresim meritò cōdemnari à Veritatibus Aureis super totā legem veterem, Genes. 14. concl. 6. In quo etiam capitulo pro meliori captu eorum, quæ in præsenti artic. de Melchisedech dicta sunt, uide easdem Veritates Aureas concl. 3.4.5.7. Cęterum non obstare præmissis D. Augustinum, ouuersus in lib. qui prætitulatur de quæstionibus noui & ueteris testamenti, alioquin sibimetipsi in lib. de hæresibus loquēti obstaret. Licet ergo, in libro de quæstionibus illis, quæstione 109. dicat, Melchisedech non fuisse purū hominem, sed quandam Dei uirtutem, scilicet Spiritumsanctū, idq; nonnullis (quamuis seipso indignis, utpote inualidis) argumentis probet: tamen firmiter de Augustino ipso tenendum est, quod habuerit illam positionem pro hæresi; sicut & B. Thomas super epist. ad Hæb. 7. illam ꝑ tali habet, addens quod hoc dogma tamq̃ hæreticum ab Ecclesia condemnatum est. Dicendum igitur erit, qđ aut liber de qōnib. noui & ueteris testamēti nō est re uera D. Aug. aut quod ipse ibi recitatiue loquutur de illa positione cum eius insipidis argumentis, aut quod ab aliquo impostore, ut uel sic Augustinum, quo ad hanc opinionem suum facere posset, illud de prædicta positione libro eidem furtim adiectum est. Tertiò uides 3 quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Refert de consec. di. 2. ca. Quia passim.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio Sacerdotium Christi est secundum ordinem Melchisedech. Probatur: Sacerdotium Christi fuit præfiguratum per legale sacerdotium, & per sacerdotium Melchisedech, sed per illud defectiue, per hoc quantum ad excellentiam ipsius supra legale. ergo est secundum ordinem Melchisedech.

¶ Antecedens habet tres partes. Prima supponitur, quod sacerdotium Christi præfiguratum fuerit in utroque. Secunda, qđ defectiue in legali: probatur, tum quia non mundabat peccatum, tum quia non æternum. Tertia, quod excellentia figurata esset per Melchisedech, ꝓbat̄: quia excellētia istius ꝑ excellentiā illius repręsentata fuit. Quod aūt illud fuerit excellentius legali, probabatur, q̄a sacerdos legalis decimatus fuit in lūbis Abrahę, decimas soluētis Melchisedech: cōstat n. excellere illū, cui decimę dāt. Hāc materiā diffuse tractat Apost. ad Hæb. 7. vnde sumpta est hæc rō.

¶ Aduerte hic, q̃ sacrificiū Christi sumit̄ dupliciter. Primò ſm seipsum, ut ab ipso Christo oblatū est in ara Crucis. Et sic considerat̄ dupliciter, uel formaliter ſm id qđ in se est, & hoc mō Christus, cū dicitur sacerdos ſm ordinē Melchisedech, intelligitur ſm ordinem dignitatis, & excellentiæ respectu sacerdotii legalis, uel causaliter ſm suum effectum, unitatem. ſ. membrorum Christi in charitate, & pace, & hoc mō cum Christus dr̃ sacerdos ſm ordinē Melchisedech, intelligitur ſm ordinem proportionalis similitudinis inter res oblatas a Melchisedech (panem, scilicet & uinum)

& uni-

& vnitatem ecclesiæ: quoniam sicut tam panis, quã vinum fit ex multis concurrentibus in unum, vt August. dicit, & in litera habetur, ita ex multis vnum Christi corpus mysticum cõficitur, quod est ecclesia, &c.

¶ Secundo modo sumitur sacrificium Christi secundum suum memoriale sacrificiũ, quod scilicet Christus instituit in sua ecclesia, in suæ passionis, mortisque memoriam afferendum, ut quotidie fit in Eucharistiæ sacrificio. Et sic cum Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, intelligitur de ordine assimilationis in materia sacrificii, nam panem, & uinum assumi instituit in suo memoriali sacrificio ꝓ materia Eucharistiæ, sicut Melchisedech panem & uinum obtulerat in sacrificium.

QVÆSTIO XXIII.

De adoptione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, an adoptio Christo cõueniat.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Deo conueniat adoptare filios.

¶ Secundò, Vtrum hoc conueniat soli Deo patri.

¶ Tertiò, Vtrum sit propriũ hominum adoptari in filios Dei.

¶ Quartò, Vtrum Christus possit dici filius adoptiuus.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deo cõueniat filios adoptare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Deo non conueniat filios adoptare. Nullus enim adoptat nisi extraneam personã in filium, secundum ꝙ Iuristę dicunt: sed nulla pſona est extranea a Deo, qui est omnium creator. ergo uidetur quod Deo non conueniat adoptare.

¶ 2 Præt. Adoptatio vř esse introducta in defectum filiationis naturalis, sed in Deo inuenitur naturalis filiatio, ut in 1. parte habitum est.* ergo non conuenit Deo filios adoptare.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis adoptatur, ut in hæreditate adoptantis succedat, sed in hæreditate Dei non uidetur aliquis posse succedere, quia ipse nunquam decedit. ergo Deo non conuenit adoptare.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Eph. 1. Prędestinauit nos in adoptionem filiorũ Dei, sed prædestinatio Dei nõ est irrita. ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

RESP. Dicendum, ꝙ aliquis hõ adoptat alium sibi in filium, inquãtum ex sua bonitate admittit eũ ad participationem suæ hæreditatis. Deus autẽ est infinitæ bonitatis, ex qua contingit, ꝙ ad participationẽ bonorũ suas creaturas admittit. Et ꝑcipuè rõnales creaturas, q̃ inquantũ sunt ad imaginẽ Dei factæ, sunt capaces beatitudinis diuinæ, quæ quidem consistit in fruitione Dei, per quam etiam ipse Deus beatus est, & per seipsum diues, inquantum, scilicet seipso fruitur. Hoc autem dicitur hęreditas alicuius, ex quo ipse est diues: & ideo inquantum Deus es sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio diuina, quam humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cœlestem percipiendam. Homo autem non facit idoneum eum, quem adoptat, sed potius eum iam idoneum eligit adoptando.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo in sua natura consideratus, non est extraneus a Deo, quãtum ad bona naturalia, quæ recipit: est tamen extraneus, quãtum ad bona gratiæ, & gloriæ, & secundum hoc adoptatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod hominis est operari ad supplendam suam indigentiam: non autem Dei, cui conuenit operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis, secundum quandam similitudinem, ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus, secundum illud Roman. 8. Quos prę sciuit conformes fieri imaginis filii sui.

AD TERTIVM dicendum, quod bona spiritualia possunt simul a pluribus possideri, non autem bona corporalia, & ideo hæreditatem corporalem nullus potest percipere, nisi succedens decedenti: hæreditatem autem spiritualem simul omnes ex integro accipiunt sine detrimento patris semper uiuentis. Quamuis posset dici, quod Deus decedit, secundum quod est in nobis per fidem, & incipiet in nobis esse per speciem: sicut glossa dicit Romanus 8. super illud, Si filii, & hæredes.

AR-

Ferr 4.cont. c.17.
Alb Mag 3.d.10.art.10.
Medina ar. 1.

SVPER Q. XXIII. ART. 1.

CONCL. Inquantũ Deus ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare.

¶ PROB. Quia hoc à notioribus nobis patet (cum aliquis homo dicatur adoptare alium sibi in filium, inquantũ ex sua bonitate admittit eum ad participationem suæ hæreditatis. vi de Additio. q. 57. art. 1. cum Elucid.)

130 3.d. 10.q. 2.a.1.q.1. Et 4.cont. c.17.f. ¶ NOT. Pro meliori captu textus ly hoc autem plus habet adoptio diuina, quam &c. vide 1.q.23. art.4. & q. 30. ar. 2. 3. cum Elucid.

1m de maiori.

Nisi extraneã. R. Quantum ad id, secundũ qđ adoptatur. § Tunc &c. Nã licet homo in sua natura consideratus nõ sit extraneus a &c. ut in text.

2m de maiori.

*1.2.q.33. art.3. Adoptatio. R. Humana. §. Qua, scilicet homo adoptat aliquem in suum filium. Tunc &c. Nam conclusio articuli loquitur de adoptione in alio sensu, s. de diuina, qua Deus adoptat aliquem in filium. Hæ autem duæ adoptiones differunt in proposito. Nam hominis est operari ad supplẽdam, &c. ut in tex.

3m de maiori.

Vt in hæreditate. R. Corporali, uel spirituali. §. Tunc nihil &c. Nã articuli conclusio loquitur de spirituali tãtum hæreditate: in quo sensu falsa est minor, & inualida ei⁹ probatio. Bona si quidem spiritualia possunt simul &c. ut in textu usque ad ly semper uiuentis.

Item minor. In hæreditate Dei nullus uidetur posse succedere. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, qđ licet Deus, secundum ꝙ in se est, numquam decedat: tamen ipse, secundum ꝙ est in nobis per fidem decedit; ut incipiat in nobis, &c. ut in textu responsi secundi incipientis ibi, Quamuis posset dici, quod Deus decedit, &c.

¶ COROLL. Ergo duplici iure falsa erat illa argumenti minor, tum quia hæreditas Dei est bonum spiritale, ut dixit prima responsio, tum quia Deus, ut succedamus in hæreditatẽ suam, decedit secundũ quod erat in nobis per fidem, ut dixit respõsio secunda.

APPENDIX.

EX articulo hés primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod conuenit Deo adoptare in filios. Vt Ephes. 1. prædestinauit, &c. secundũ ꝙ est in argum. contr. Itẽ per hoc, quod dicitur Rom. 8. Deus, qui iustificat. Tolleretur. n. iustificatio, & consequenter Deus nullum iustificaret. i. nulli gratiam iustificantem daret, cõtra illud ps. 83. gratiã dabit dñs: nisi Deo cõueniret adoptare in filios. Nam quod tũc tolleretur iustificatio, patet per Cõcilium Tridentinum sessione sexta,* cap. 4. dicens. Quibus uerbis iustificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum. Hæc ibi. In idem ergo redit dicere cum Apostolo ly Deus iustificat, & cum Dauide ly gratiã dabit Dominus, quod est dicere, Deus adoptat, & adoptabit, in filios. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. Vtilitas pro Eccle. S. Dei. Glos. ordi. ibid. a

---

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

Adoptare enim significat facere sibi filium adoptiuum.

¶ In corpore unica est conclusio, Deo conuenit adoptare. Probatur, & declaratur: probatur quidem sic, Deus ex sua bonitate admittit homines ad diuinæ beatitudinis hæreditatẽ. ergo Deo conuenit adoptare. Antecedens continet tria. Primò causam, scilicet, quod

net, quod ex bonitate. Secundò terminum, scilicet diuinam beatitudinem. Tertio modum, seu formam, scilicet hæreditatem. Et quo ad singula in litera probatur. Quo ad causam: quia Deus ex sua bonitate admittit omnes creaturas ad suæ bonitatis participationem, & præcipuè rationales. Quo ad terminum: quia creaturæ rationales sunt capaces diuinę beatitudinis, quia sunt ad imaginem Dei factæ. Quo ad formam hæreditatis, quia diuina beatitudo est qua Deus est beatus, ac per hoc seipsum diues, ac per hoc hæreditas. Prima sequela in litera non probatur. Secunda autem probatur: quia illud est alicuius hæreditas, quo est diues. Consequentia uero principalis probatur. Humana adoptio, ad cuius similitudinem diuina dicitur, est qua aliquis ex sua bonitate constituit alium in successione suæ hæreditatis. Declaratur autem ex differentia inter humanam, & diuinam adoptionem: quia diuina dignificat, idoneum faciendo hæreditate, humana autem idoneum præsupponit, quem hæredem facit.

¶ Et nota hic responsiones ad singula argumenta, quia necessariæ ualde sunt ad intellectum materiæ huius.

¶ Vnum tamen restat hic dubium circa illud; Beatitudo est, qua Deus est diues: quoniam beatitudo spectat ad mentem, diuitiæ uero ad potentiam, constituunt enim diuitiæ potentem uti affluenter rebus ad possessionem pertinentibus.

¶ Sed hoc facile soluitur, dicendo, uel quod beatitudo facit causaliter diuitem. Vnde beato promissum est. Super omnia bona sua constituet eum. Vel quod beatitudo sumitur collectiuè, seu integraliter, ut ex suis omnibus partibus constat, ad fœlicitatem enim requiritur potentia plena, alioquin non esset quis simpliciter fœlix.

ARTICVLVS II.

Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod adoptare non conueniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in diuinis ad similitudinem rerũ humanarum: sed in rebus humanis soli illi conuenit adoptare, qui potest filios generare, quod in diuinis conuenit soli Patri. ergo in diuinis solus pater potest adoptare.

¶ 2 Præt. Homines per adoptionẽ efficiuntur fratres Christi, secundũ illud Ro. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Fratres autem dicuntur, qui sunt filii unius patris. vnde, & Dominus dicit Io. 20. Ascẽdo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. ergo solus Pater Christi habet filios adoptiuos.

¶ 3 Præt. Galat. 4. dicit, Misit Deus filium suum, vt adoptionẽ filiorum Dei reciperemus: quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritũ filii sui in corda vestra, clamãtem Abba, pater. ergo eius est adoptare cuius est Filium, & Spiritum sanctum habere: sed hoc est solius personæ Patris. ergo adoptare conuenit soli personæ Patris.

SED CONTRA, Eius est adoptare nos in filios, quem nos patrẽ possumus nominare. vnde dicitur Ro. 8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater: sed cum Deo dicimus, Pater noster, hoc pertinet ad totam Trinitatem: sicut, & cętera nomina, quę dicũtur de Deo relatiuè ad creaturã, ut in 1. parte habitum est.* ergo adoptare conuenit toti Trinitati.

RESP. Dicendum, quod hæc est differentia inter filium Dei adoptiuum, & naturalẽ, quod filius Dei naturalis est genitus, nõ factus: filius autem adoptiuus est factus, secundum illud Ioan. primo, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Dicitur tamen quandoque filius adoptiuus esse genitus pp spũalẽ regenerationẽ, quę est gratuita, non naturalis: vnde dicitur Iaco. 1. Voluntariè genuit nos uerbo ueritatis. Quamuis autem generare in diuinis, sit proprium personæ Patris, tamen facere quemcũque effectum in creaturis, est commune toti Trinitati propter vnitatẽ naturæ, quia ubi est una natura, oportet, quod sit una uirtus, & una operatio. vñ Dominus dicit Io. 5. Quæcumque Pater facit, hæc, & filius similiter facit. Et ideo adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnes personæ humanę non sunt unius naturę secundum numerum, ut oporteat unam esse omniũ operationem, & unum effectum, sicut accidit in diuinis. Et ideo, quantum ad hoc, non potuit attendi similitudo utrobique.

AD SECVNDVM dicendum, quod nos per adoptionem efficimur fratres Christi, quasi eundem patrẽ habentes cum ipso: qui tamẽ alio modo est pater Christi, & alio modo est pater noster. Vnde signanter Dominus Ioan. 20. seorsum dixit, Patrem meum, & seorsum dixit, Patrem uestrum: est enim Pater Christi, naturaliter generando, quod est propriũ sibi: est autem pater nr̃ uoluntariè aliquid faciendo, quod est cõmune sibi, & Filio, & Spirituisancto: & iõ Christus non est filius totius Trinitatis, sicut nos.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dictum est,* filiatio adoptiua est quędam similitudo filiationis æternæ, sicut omnia quæ in tempore facta sunt, similitudines quædam sunt eorum, quæ ab ęterno fuerunt. Assimilatur autem homo splendori æterni filii, per gratiæ claritatem, quæ attribuitur Spirituisancto. Et ideo adoptatio licet sit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri ut actori, Filio ut exemplari, Spiritui sancto, ut imprimenti in nobis huius similitudinem exemplaris.

AR-

Medina ar. 2.

SVPER Q. XXIII.

ART. II.

137 CONCL. Adoptare homines in filios
3.d. 10. q. Dei conuenit toti Tri-
2. art. 1. q. nitati.
2. & 3. ¶ PROB. Quia istud adoptare est in creaturis facere effectum gratuitum (ut patet ex Iaco. 1.) Et facere quẽcumque effectum in creaturis est commune toti Trinitati (ut patet ex Ioan. 5.)

1m maior. Adoptio dicitur in diuinis ad similitudinem rerum humanarum. R. Quãtum ad illa, in quibus potest attendi similitudo utrobique. §. Tũc nihil, &c. Nam argumentum fit de his, in quibus non potest attendi similitudo utrobique: ut patet in responsali tex.

2m de minori. Sunt filii unius patris. R. Vel eodem modo ad omnes illos filios se habentis, uel diuerso modo. §. Vt uidemus etiã in humanis de filio naturali, & filio adoptiuo respectu eiusdem patris: qui per generationem ad filium naturalem refertur, per alium autem modum ad filiũ adoptiuum. Tunc nihil &c. Nos enim efficimur fratres Christi, quasi, idest uerè, eundẽ patrem &cæt. ut in tex. Vbi ly quasi, tenetur ex
*p.p.q.39. pressiuè (ut in multis a-
ar.7. liis locis; hoc est, ponitur tamquam expressiuum meræ ueritatis. Non ergo ly quasi, dicit semper diminutionem circa ueritatem ipsam.

3m de conclusione prima. Ergo eius est. R. Appropriatè, tamquam auctoris. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli loquitur de conuenire propriè, secundum quam considerationem adoptare conuenit similiter. i. eodem modo toti Trinitati: non autem loquitur de conuenire appropriate, alioquin dixisset, quod non eodem modo conuenit Trinitati, sed patri, ut actori, filio ut exemplari, Spiritui sancto ut imprimenti.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis & Concilio insinuatum, quod adoptare illud conuenit toti Trinitati. A scripturis quidem, ut Roma. 8. Accepistis spiritum, &c. ut cum discursu, & applicatione ponitur in argumen. contr. A Concilio autem Toletano sexto; per hoc, quod uniuersaliter de operibus Dei ad extra loquens dicit Can. 1. Inseparabilia sunt opera Trinitatis. Et quare sint inseparabilia, ostenditur ex Concilio Toletano vndecimo, dicente Canone 1. Cum relatiuè tres personæ dicantur; una tamen substantia creditur. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus & uerus est Deus, nec recedit a numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum numerus cernitur; in diuinitatis uerò substantia, quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerum insinuant, quod ad inuicem sunt, & in hoc numero carent, quod in se sunt. Nã ita sanctę huic Trinitati unum naturale conuenit nomen: ut tribus personis non possit esse plurale. Hæc ibi. Ex quibus, uides, unam solam naturam numero tribus personis assignari, & ideo unam solam uirtutem numero, &

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Ar. præc.

mero; & operationem. Hoc ergo idem est; ac si Concilium hoc Toletanum XI. rationem dicti a sexto exprimeret dicendo. Ideo inseparabilia sunt opera trinitatis ad extra: quia trinitatis una solum est natura numero, vna uirtus, & operatio; nec numerus ibi, nisi in mutua relatione personarum cernitur. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & ap- 2
plicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati. Probatur. Facere quemcumque esse ftum in creaturis, commune est toti Trinitati: sed filius adoptiuus est factus, non genitus naturali generatione a Deo. ergo adoptare est commune too Trinitati. Maior tripliciter probatur: Primo ex opposito, quia generare naturaliter in diuinis proprium est Patri. Secundo, quia vna est substantia Trinitatis: vbi autem est una substãtia, est unica uirtus, & operatio. Tertio auctoritate, Quæcunque facit Pater. Minor declaratur ex differentia inter filium Dei naturaliter, & adoptiuum: quia ille genitus, non factus, iste factus, non genitus naturaliter. Et notanter apponitur ly naturaliter: quia generatio est duplex: naturalis, & gratuita, illa propria est filio, & hæc conuenit adoptiuis, & ad facere spectat: est enim faciendi quædam species.

¶ In rñsionibus argumentorum memento differentiæ inter proprium, & appropriatum: & videbis adoptionem nostram, non propriam alicui personæ diuinæ, sed cõem tribus: appropriatam autẽ Patri, vt auctori (& ideo peculiariter dr ipse pater noster) Filio, vt exemplari (& ideo frater noster, quasi similis communicans in Patre) Spiritusancto, vt quasi executori in suo appropriato, quod est charitas, qua sumus filii Dei, & ideo Spiritussanctus dicitur spiritus adoptionis filiorum.

Ferr. 4. cont. c. 17. Medona ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum adoptari sit proprium rationalis creaturæ.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod adoptari non sit proprium rationalis creaturæ. Non enim dicitur Deus pater creaturæ, nisi per adoptionem: dicitur autem pater creaturæ etiã irrationalis, secundum illud Iob 38. Quis est pluuiæ pater, & stillas roris quis genuit? ergo adoptari non est proprium rationalis creaturæ.

¶ 2 Præt. Per adoptionem dicuntur aliqui filii Dei: sed esse filios Dei, in Scriptura propriè uidetur attribui angelis, secundum illud Iob 1. Quadam autem die cum assisterẽt filii Dei coram Domino. ergo non est proprium creaturæ rationalis adoptari.

¶ 3 Præt. Quod est proprium alicui naturæ conuenit omnibus habentibus naturam illam, sicut risibile conuenit omnibus hominibus: sed adoptari non conuenit omni rationali naturæ. ergo adoptari non est proprium rationalis creaturæ.

Sed contra est, quod filii adoptati sunt hæredes Dei, vt patet Roma. 8. Sed talis hæreditas conuenit soli rationali creaturæ. ergo propriũ est creaturæ rationalis adoptari.

Resp. Dicendum, quod sicut dictũ est, *filiatio adoptionis, est quædam similitudo filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit a Patre, vt uerbum intellectuale, vnum cum ipso Patre existẽs. Huic ergo verbo tripliciter potest aliquid assimilari. Vno quidem modo, secũdum rationem formæ, non autem secundum intellectualitatem ipsius: sicut forma domus exterius constitutæ, assimilatur uerbo mentali artificis secundum speciem formæ, non autem secundum intellectualitatem: quia forma domus in materia non est intellectualis, sicut erat in mente artificis. Et hoc modo uerbo æterno assimilatur quælibet creatura, cum sit facta per verbum. Secundo modo, assimilatur creatura verbo, non solum quantum ad rationem formæ, sed etiam quantum ad intellectualitatem ipsius, sicut & scientia, quæ fit in mente discipuli, assimilatur uerbo, quod est in mente magistri. Et hoc modo creatura rationalis, etiam secundum suam naturam assimilatur uerbo Dei. Tertio modo assimilatur creatura uerbo Dei æterno, secundum unitatẽ quam habet ad Patrem, quod quidẽ fit per gratiã, & charitatẽ: vnde dñs orat Io. 17. Sint unũ in nobis, sicut & nos unum sumus. Et talis assimilatio perficit rõnem adoptionis, quia sic assimilatis, debet hæreditas æterna. Vnde manifestũ est, quod adoptari conuenit soli creaturæ rõnali, nõ tñ omni, sed solum habenti charitatẽ, quæ est diffusa in cordib. nr̃is, per Spũm sanctum, vt dr Rom. 5. Et ideo Ro. 8. Spiritussanctus dicitur, spiritus adoptionis filiorum.

Ar. præc. ad 3. Et ar. 21.

Ad primum ergo dicendũ, quod Deus dr pr creaturæ irrationalis, non propriè per adoptionem, sed per creationem, secundum primã participationem similitudinis.

Ad secundum dicendum, quod angeli dñr filii Dei filiatione adoptionis: non quia ipsis primo cõueniat, sed quia ipsi primo adoptionem filiorum receperunt.

Ad tertium dicendũ, quod adoptio non est propriũ consequens naturã, sed consequẽs gratiã, cuius natura rationalis est capax. Et ideo nõ oportet, quod omni rationali creaturæ conueniat, sed quod omnis rationalis creatura sit capax adoptionis.

SVP. Q. XXII. ART. III.

138 3. d. 10. q. si. art. 2. q. 1. & 2. & 4. cõ. c. 17. fi. Et 21. fin.

Concl. Adoptari in filium Dei, conuenit soli rationali creaturæ; non tamen omni: sed solum habẽti charitatem.

¶ Coroll. Ergo cõuenienter Spiritussanctus dicitur Spiritus adoptionis filiorũ, Ro. 8. quoniam charitas diffunditur in cordibus nostris per Spiritumsanctum. Rom. 5.

¶ Prob. Quia sola creatura rationalis habẽns charitatem assimilatur verbo Dei secundum intellectualitatem, ac unitatem ipsius ad patrem (vt patet in textu): Et in tali assimilatione perficitur ratio adoptionis (cum sic assimilatis debeatur hæreditas æterna.)

1m de maiori.

Nisi per adoptionem. R. Vel per creationẽ. §. Tunc nihil, &c. Nam Deus dicitur, secundũ illud Iob 38. pater creaturæ irrationalis non, &c. vt in tex. Vbi pro ly primam participationem similitudinis, vide corp.

2m de minori.

Propriè. R. i. primo in ordine actualiter recipiendi adoptionem filiorum. §. Tunc ni. &c. stat enim cum hoc, quod adoptionis filiatio Angelis nõ conueniat primo, i. secundum quod angeli sunt. sed secundum quod sunt rationales, i. rationẽ habentes. In quo sensu & B. Greg. angelum vocat animal rõnale; quia s. habet rõnem. vide 1. q. 51. ar. 1. ad secundũ. Quamuis eius cognitio non sit rõcinatiua. i. per rõcinationẽ acq̃sita. 1. q. 58. ar. 3. 4. ad dñiam humanæ rõnis. 1. q. 85. ar. 4. 5.

¶ Exam. Ly primo. Hoc bis in hoc textu, sed nõ in eodẽ sensu, ponitur. Prius. n. qñ dr ly non quia ipsis primo conueniat, sumitur ly primo, prout philosophus sumendum docet in lib. 1. posteriorũ cap. 5. vnde habetur, quod tanti valet ly primo, quanti ualet ly sm quod ipsum. Posterius autẽ, qñ dr ly ipsi primo adoptionẽ filiorum receperunt, accipit ly primo, prout idem philosoph. docet in lib. postprædicamentorũ c. 2. ex quo in principio habetur, quod tanti ualet ly primo, quãti ualet ly prius tẽpore. Propterea dictũ est in rñso; quod angeli uocantur filii Dei per adoptionem primò, in ordine actualiter recipiẽdi adoptionem filiorũ; quia. s. gratiam, qua filiorũ adoptio constituitur, prius tpe præ hoĩbus receperunt, utpotẽ qui & fuerint creati anteq̃ homo crearet. 1. q. 61. ar. 1. ad 1. cum q. 91. ar. 4. in fin. & fuerint creati in gr̃a. 1. q. 62. ar. 3. In applicatione vero rñsi dictũ est; quod adoptio angelis non conuenit primo, i. sm quod ipsum. i. (stando in proposito) secundum quod angeli sunt.

¶ Corol. Ex responso igitur bene declarato relinquitur manifestum, quod angeli comprehenduntur in articuli conclusione sub ly creaturæ rõnali. Alioquin, cum adoptio etiã angelis conueniat; tũc non esset propriũ creaturæ rõnalis adoptari, si per creaturã rationalem intelligeretur tñ homo. Quod ergo angelis conueniat adoptari, nõ infert; quod adoptari non sit proprium rationalis creaturæ (vt putabat, & inferebat, argumentum).

3m de maiori. Quod est proprium alicui naturæ. R. Tanquam consequens ipsam naturam. §. Tũc nihil, &c. Nam secundum articuli conclusionem, adoptari esse proprium rationalis creaturæ, sumitur in alio sensu, s. non ut consequtur naturam rationalẽ, sed vt natura rationalis sola est capax adoptionis.

ptionis. Non igitur adoptio consequitur immediatè talem naturam secundum se præcise consideratam (vt putabat argumentũ): sed consequitur gratiam, cuius, &c. vt in tex. Ex quo dic: quod ly adoptari, sumitur hic & in articuli conclusione pro adoptari actualiter. vide appen. sequen.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatum a scripturis, & August. quod adoptari est proprium creaturæ rationalis. A scripturis quidem; vt per hoc, q de filijs adoptatis dicitur Rom. 8. Si filij, & hæredes. Scilicet, hæreditatis Dei: vt ibi mox habetur. Sed talis hæreditas conuenit soli, &c. vt in argum. contr. Quod vero talis hæreditas, vt quæ consistat in visione diuina, conueniat soli rationali creaturæ (vt dicitur ibid.) præsupponitur clarum ex dictis. 1. q. 12. ar. 1. 3. 4. 5. & 2. 2. q. 3. art. 3. 8. Vide tu ibi. AD August. autem idipsum insinuatur per hoc; q in lib. de prædestinatione sanctor. dicit: Posse habere fidem sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum; habere autẽ, gratiæ est fidelium. Ad differentiam enim aliarum naturarũ, Angelica dempta, loquitur sic (vt patet uidenti illum): & adoptari in potentia. i. adoptabilem esse, est posse habere fidem cum charitate; adoptari autem in actu. i. adoptatum esse, est habere fidem cũ charitate (vt patet in textu corp. & ex hoc, quòd charitas uiæ non potest reperiri sine fide. 2. 2. q. 23. ar. 7.) Ergo dicere, quod posse habere fidem, & charitatem est naturæ hominum, habere autem vtramque gratiæ est fidelium, idem est; ac si diceretur: posse in filium Dei adoptari est proprium hominibus vt homines sunt; actualiter autem adoptari est proprium hominibus per gratiam Dei iustificatis, idest fidem simul cum charitate habentibus. Pone modò, quod D. Augustinus sub ly hominum, intelligat & Angelorum; quoniam vtrique in hoc sunt similes, vtpote ambo naturam intellectualem habentes: tunc illum dixisse posuisti, quod adoptari posse est proprium naturæ intellectuali, vt natura talis est, actualiter uerò adoptari est proprium naturæ intellectuali, ut fidelis est, idest vt fidem charitate formatam habet. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus, vt sonat.

¶ In corpore unica est conclusio. Adoptari conuenit creaturæ rõnali soli, nõ omni. Probatur. Filius Dei naturaliter procedit a Patre, vt uerbum intellectuale vnum cum ipso patre existens, & filiatio adoptionis est similitudo, filiationis naturalis, non tantum secundum formam aut gradum intelligibilitatis, sed secundum vnitatem. ergo adoptari conuenit creaturæ rationali soli, non omni. Antecedens quo ad primam propositionem includit tres conditiones ad propositum filii Dei. prima est, quod uerbum: secunda, quod intellectuale: tertia, quod vnum cum Patre.

¶ Et ideo ex ipsa propositione deducitur triplex modus, ac gradus assimilationis ad filium Dei, seu ad verbum. Primus per imitationem formæ, quæ habet in verbo, quòd est omnium eminentissima similitudo, & hic communis omnib. est, quæ per Verbũ facta sunt. Secundus per imitationem etiã gradus immaterialitatis, & hic proprius rationalibus est, quæ sola sunt immaterialia. Tertius, Per imitationem etiam unitatis ad Deum & hic est proprius gratiam charitatis habentibus. Secunda autem propositio antecedentis, ex præmissis clarificata quo ad terminos est. Et quo ad vltimam partẽ dupliciter probatur. Primo, quia assimilatio secũdũ huiusmodi unitatem, fit per gratiam charitatis, vt patet ex auctoritate domini, Io. 17. Secundo, quia talis assimilatio perficit rationẽ adoptionis, sicut rationale perficit rationem hominis. Probatur: quia sic similibus filio Dei, debetur hæreditas æterna.

¶ Consequentia uero quo ad ly soli, euidens ex se est: quia talis similitudo in sola rationali natura inueniri potest. Quo ad ly vero, sed non omni, probatur: quia non omnium rationalium est charitas per Spiritum sanctum.

Ferr. 4. con. c. 4.
S. Bon. 3 s. d. 10. q. 1. ar 2.
Scot. 3. s. d 10 q 1.
Rich. 3. s. d. 10 q 1.
Durand. 3. s. d. 10. q 2.
Alb. Mag. 3. d & art. 9. & 10.
Medina ar. 4.

139
Inf. q. 32. ar. 3. q. 43. art 1. cor. Et 3. d. 10. q. 2. a. 2. q. 3. Et 4. cõtra c. 4. Et ver. q. 29. ar. 1. ad 1. * lib. 2. de Tri a me. †c. 15. a note med. to. 7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus, secundum q homo, sit filius Dei adoptiuus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q Chrs, secundum q homo, sit filius Dei adoptiuus. Dicit enim Hilarius de Christo loquens, Potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas adoptatur. ergo Christus, secundum quod homo, est filius adoptiuus.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in lib. de Prædestin. Sanct. q eadem gratia ille homo est Christus, qua gratia ab initio fidei quicumque homo est Christianus: sed alii homines sunt Christiani per gratiam adoptionis. ergo, & ille homo est Christus per adoptionem, & ita uidetur esse filius adoptiuus.

¶ 3 Præt. Christus, secundum q homo, est seruus: sed dignius est esse filium adoptiuum, quam seruũ. ergo multo magis Christus, secundum q homo, est filius adoptiuus.

SED CONTRA est, q Ambr.* dicit in lib. de Incarnat. Adoptiuũ filium, non dicimus filium esse natura, sed eum dicimus natura esse filiũ, qui verus est filius. Christus autẽ est uerus, & naturalis Dei filius, secundum illud 1. Ioan. vlt. Vt simus in uero filio eius Iesu Christo. ergo Christus secundum quòd homo, nõ est filius adoptiuus.

RESP. Dicendum, quòd filiatio propriè conuenit hypostasi, uel psonæ, non autem naturæ: vnde, & in prima parte dictum est,* quòd filiatio est proprietates personalis. In Christo autem non est alia persona, vel hypostasis, quàm increata, cui conuenit esse filium per naturam. Dictum est autem supra, quod filius adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. Non autem recipitur, aliquid dici participatiuè, quod per se dicitur. Et ideo Christ*, qui est filius Dei naturalis, nullo modo potest dici filius adoptiuus. Secundum autem illos, qui ponunt in Christo duas personas, uel duas hypostases, seu duo supposita, nihil rationabiliter prohiberet Christũ hominem dici filium adoptiuum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut filiatio non propriè conuenit naturæ, ita nec adoptio. Et ideo cum dicitur, quòd carnis humanitas adoptatur, impropria est locutio. Et accipitur ibi adoptatio pro vnione humanæ naturæ ad personam filii.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q similitudo illa Aug. est intelligẽda, quantũ ad principiũ: quia, s. sicut sine meritis qlibet hõ habet, vt sit Chrianus, ita ille homo sine meritis habuit, vt esset Chrs. Est tñ dria, quãtũ ad terminũ: qa, s. Chrs p grãm unionis est filius nãlis, alius aũt p gratiã habitualẽ est filius adoptiuus. Grã aũt habitualis in Chro non facit de non filio filium adoptiuũ: sed est quidã effectus filiationis naturalis in anima Christi sm illud Io. 1. Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & veritatis.

AD TERTIVM dicẽdũ, q esse creaturã, & ẽt seruitus, vel subiectio ad Deũ, nõ solũ respicit psonam, sed ẽt naturam, quod non põt dici de filiatione. Et ideo non est similis ratio.

1m ex D. Hilario. Adoptat. B. i. vnitur ad personã filij. §. Tunc. &c. Nam articuli conclusio loqtur de adoptari in alio sensu. s. proprie. Vide art. 1. corp.

* 1. 1. q. 33. art. 2. & 3.

2m ex B. Aug. Eadẽ. B. Quantum ad principiũ. §. Tunc. &c. Nam ad conclusionem art. verificandã sufficit; q gratia nõ sit vtrobique eadẽ, quantum ad terminũ. Et hoc est formaliter: quod vult dicere textus ly similitudo illa Aug. &c. vt ibid.

* Ar. præced. in corp. Et locis ibi citatis.

3m illatio conclusionis. Ergo multo &c. B. Negat illatio. §. Proce-

SVPER Q. XXIII. ART. IIII.

COncl. Christus vt homo potens recipere filiationem, cũ sit naturalis filius Dei. q. 2. art. 2. nullo modo potest dici filius adoptiuus.

¶ PROB. Quia esse filium Dei naturalẽ, dicitur per se, esse aũt filium eius adoptiuum, dicĩ participatiue (vt patet): & illud, quod dicitur per se, non põt dici per participationẽ, (vt patet ex terminis).

¶ EXAM. Ly secundum autẽ illos, qui ponunt, &c. Quasi dicat. Hoc inconueniens dato. s. q Christus habeat duas personas; sequit rationabiliter sm, s. illud falsum datũ, licet non rõnabiliter, absolute, & sm ei veritatẽ loquendo, q Chrs ut homo, est filius Dei adoptiuus. Vno enim incõuenienti dato, nõ solũ rõnabile, sed & necesse est, sm philosophũ, non tm unum, sed & multa inconuenientia sequi.

* In lib. de Incar. dñi. ca. 8. in fi. to. 2.

Pri-

QVAE-

Procedit. n. ex falso in præmissis subintellecto, s. ꝙ filiatio possit, de aliquo dici secundum naturam, sicut seruitus. Quod non esse verum patet in tex. & in corp. Ad hoc significandum conclusio articuli formalizabatur sic; Christus, vt homo potens recipere filiationem. Hoc est. Vt homo, de quo prædicari possit filiatio. Ac si dictum fuisset. Non potest filiatio prædicari, nisi de persona: & Christi, vt hominis persona est Deus. De Deo autem, blasphemũ est, dicere; ꝙ possit esse filius adoptiuus. Ideo & in illa conclusione subsequebatur ly nullo modo po. di. fi. adop.

APPENDIX.

Velitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo; quõ per rationem interimas hæresim Arrianorum, Nestorij, Felicis cuiusdam, Bonosiacorum, seu Donosiacorum dicentium: quod Christus est adoptione filius, seu quòd est filius Dei adoptiuus. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari ex dictis supra, articulorũ numero. 107. 108. 42. 113 cum Elucid. Item a 1. Ioan. vlt. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus. Item ex supradictis articulorum nume. 8. 9. 12. 28. 29. cum Elucid. Item a B. Ambrosio secundum ꝙ est in argum. contr. Item a Concilio Lateranensi sub Martino 1. canon. 6. Si quis non confitetur; propriè & verè ex duabus naturis, deitate & humanitate, secundum subsistẽtiam vnitis inconfusè & indiuise, eundem & vnum Christum esse: sit condemnatus. Et can. 8. Si quis non confitetur; propriè & verè secundum compositionem. i. secundum subsistentiam naturarum vnitarum inconfusè, & indiuisè, ex quibus vnus, & solus extitit Christus: sit condemnatus. Hæc ibi. Per hoc enim ꝙ illud concilium vnam tantum personam in Christo ponit, monstrat implicite, tanquam in fundamento: quod Christus, etiam vt homo, nõ potest dici filius adoptiuus. Vide illa, quæ dicuntur ad tertium. circa fin. Secundo vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio: Christus nullo modo potest dici filius Dei adoptiuus. Probatur hæc conclusio dupliciter. Primo: Christus est naturalis filius Dei. ergo non potest dici filius Dei adoptiuus. Antecedens probatur: quia filiatio conuenit non naturæ, sed personæ: vt patet ex antedictis: persona autem Christi unica, & increata est. Consequentia probatur præsupposita ratione terminorum, scilicet quòd filiatio adoptiua est quędam participatio filiationis naturalis, quod ex dictis patet. Probatur ergo: quia quod dicitur per se, non dicitur participatiue.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor summariè scribens, plus probat quam exprimat. Huic enim conclusioni, & rationi non potest nisi dupliciter obstari, vel recedendo a sententia fidei, ponendo in Christo plures personas, vel hypostases: & hoc Auctor tangit in his, quæ subiungit, vel ponendo quòd filiatio potest denominare Christum ratione solius naturæ, sicut passio, crucifixio, natiuitas, & huiusmodi: secundum hoc enim posset Christus ratione naturæ humanæ assumptæ, in gratia, & gloria beatitudinis participatæ dici filius adoptiuus: sicut dicitur beatus beatitudine participata, ratione naturæ assumptæ. Et hoc Auctor excludit in principio corporis, per hoc, quòd filiatio non naturæ, sed personæ conuenit: & propterea non potest Christo conuenire filiatio adoptiua ratione naturæ humanæ. Excluso autem, ꝙ non conuenit Christo adoptiua filiatio ratione naturæ humanæ (cum sit filius Dei per se, seu naturalis) consequens est, quòd nõ possit dici filius participatiue. Id enim, quod per se dicitur, non participatiuè dicit: & hoc solo modo posset participatiue dici, si ratione naturæ assumptæ filiatio adoptiua ei conueniret, quod exclusum est.

¶ Nota hic pro clariori intellectu ex responsione ad secundum ꝙ sicut in humanis, is, qui est filius naturalis, &c. non adoptatur in filium, sed hæreditas sibi debetur, quia filius, ita Christus vt homo habet quidem omnia bona patriæ, & uiæ: quæ debentur filiis adoptiuis: sed non ex ui, seu iure adoptionis, sed ex hoc quod est filius Dei naturalis, habet in natura assumpta hæreditatẽ Dei, ita quòd non fuit opus Christo ad hoc, vt natura sua humana haberet dona patriæ, & viæ, vt adoptaretur a Deo, quoniam ex hoc ipso quòd erat Dei naturalis filius, debebatur sibi, vt natura assumpta haberet illam, testante hoc: Ioanne: Vidimus, inquit gloriam eius, scilicet verbi incarnati gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis.

¶ Et hinc patet, ꝙ non est eadem rõ de beatitudine duplici in Christo (scilicet diuina, & participata) & de filiatione duplici, s. naturali, & adoptiua: illa enim dualitas, necessaria est vt natura assumpta sit perfecta: sed ista non est necessaria, nec cõueniẽs dignitati Christi: quoniam derogat dignitati filij ueri, ꝙ hæres fiat adoptione. Demũ Auctor ex opposito errore confirmat conclusionem, & probationem dicens, ꝙ opposita conclusio consonat errori ponentium in Christo plures hypostases.

QVÆSTIO XXIIII.

De prædestinatione Christi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de prædestinatione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus sit prædestinatus.

¶ Secundo, Vtrum sit prædestinatus, secundum ꝙ homo.

¶ Tertio, Vtrum eius prædestinatio sit exemplar nostræ prædestinationis.

¶ Quarto, Vtrum sit causa prædestinationis nostræ.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat prædestinatum esse.

140 Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ Christo non conueniat prædestinatum esse. Terminus enim prędestinationis videtur esse adoptio filiorum, secundum illud Eph. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum: sed Christo non conuenit esse filium adoptiuum, vt dictum est. * ergo Christo non conuenit prædestinatum esse.

[Margin: 1. di. in 40. q. 2. cor. 6. & ad 5. & 3. d. 7. q. 3. ar. 2. q. 2. & & q. 3. ar. 2 q. 3. & 4. cõt. c 9. ad 2. & Ro. 1. lib. 3.]

[Margin: * q. prace. ar. 4.]

¶ 2 Præt. In Christo duo est considerare, s. naturam humanam, & personam: sed non potest dici, ꝙ Christus sit prædestinatus ratione humanæ naturæ, quia hæc est falsa, humana natura est filius Dei: similiter etiã neq; ratione personæ, quia illa persona non habet ex gratia ꝙ sit filius Dei, sed ex natura: prædestinatio autem est eorum, quæ sunt ex gratia, vt in prima parte dictum est. * ergo Christus non est prædestinatus filius Dei.

[Margin: * 1. q. 23. ar. 3.]

¶ 3 Præt. Sicut illud, quod est factũ, non semper fuit, ita, & illud quod est prædestinatũ, eo ꝙ prædestinatio antecessionem quãdã importat: sed quia Christus semper fuit Deus, & filius Dei, non propriè dicitur, quòd homo ille sit factus filius Dei. ergo pari rõne non debet dici, quod Christus sit p̃destinatus filius Dei.

Sed contra est, quod Apostol. dicit Ro. 1. de Christo loquẽs, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut patet ex his, quæ in prima * parte dicta sunt, prædestinatio propriè accepta, est quædam diuina præordinatio ab æterno, de his, quæ per gratiã Dei sunt fienda in tempore. Est autem hoc in tempore factum per gratiam vnionis a Deo, ut homo esset Deus, & Deus esset homo. Nec potest dici, quòd Deus ab æterno non præordinauerit hoc se facturum in tempore: quia sequeretur quòd diuinæ menti aliquid de nouo accideret. Et ideo oportet dicere, quòd ipsa unio naturarum in persona Christi cadat sub æterna Dei prædestinatione, & ratione huius Christus dicitur esse prædestinatus.

Ad primvm ergo dicendum, quod Apostolus ibi loquitur de prædestinatione, qua nos prædestinamur vt simus filii adoptiui. Sicut autẽ Christus singulari modo præ alijs

Ferr 4. con. c. 9.
Alb. Mag. 3. d. 6. ar. 4.
Medina ar. 1.

SVP. Q. XXIIII. ART. 1.

Concl. Oportet dicere; ꝙ unio naturarũ in p̃sona Christi cadat sub ęterna dei prædestinatione: Et rõne huius. s. ꝙ hæc vnio cadit sub ipsa p̃destinatione, Christus dr̃ esse prædestinatus. * 1. q. 23. a. 1. & 4.

¶ Prob. Quia unio naturarum in persona Christi est facta p̃ gratiam in tempore, (vt patet. q. 6. ar. 6. corp. fin.): Et Deus ab ęterno p̃ordinauit, hoc se in tẽpore facturũ (alioquin sequeretur maximum inconueniens, de quo in tex.) Secunda autẽ pars, s. & ratione, &c. de se patet.

1m de maiori. Prædestinatiõis. R. Nostræ.

aliis est Dei filius naturalis, ita quodam singulari modo est prædestinatus.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dicitur in Glo.* Rom. 1. quidã dixerunt prædestinationem intelligendam esse de natura, non de persona, quia scilicet humanæ naturæ facta est hæc gratia, vt vniretur filio Dei in vnitate personæ: sed secũdum hoc locutio Apostoli est impropria, propter duo. Primo quidem, ratione communi; non enim dicimus naturam alicuius prædestinari, sed ipsum suppositum: quia p̃destinari est dirigi in salutem, quod quidem est suppositi agentis propter beatitudinis finem. Secundo, ratione speciali: quia esse filiũ Dei, non conuenit humanæ naturæ: est enim hæc falsa, humana natura est filius Dei: nisi fortè quis velit sic exponere extorta expositione, Qui p̃destinatus est filius Dei in virtute, idest prædestinatum est, vt humana natura vniretur filio Dei in persona. Relinquitur ergo, quòd prædestinatio attribuatur personæ Christi, non quidem secundum se, vel secundum quòd subsistit in diuina natura, sed secundum quòd subsistit in humana natura. Vnde cum prædixisset Apostolus, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽ, subiunxit, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, vt daret intelligere, quòd secundum hoc, ꝙ est factus ex semine Dauid secũdum carnem, est prædestinatus filius Dei in virtute, quamuis enim sit naturale illi personæ secundum se considerate, quòd sit filius Dei in uirtute, non tamen est ei naturale secundum humanam naturam, secundũ quã hoc sibi conuenit per gratiam vnionis.

Ad tertium dicendũ, quòd Orig. super epist. ad Ro.* dicit hanc esse literam Apost. Qui p̃destinatus est filius Dei in virtute, ita quòd nõ designetur aliqua antecessio: & sic nihil habet difficultatis. Alii uero antecessionem, quæ designatur in hoc participio prædestinatus, referunt, non ad id, quod est esse filium Dei, sed ad eius manifestationem, secundum illum consuetum modum loquendi in Scripturis, quo res dicũtur fieri, quando innotescunt, vt sit sensus, quod Christus prædestinat' est manifestari filius Dei: sed sic nõ propriè prædestinatio accipitur. nã aliquis dicitur propriè prædestinari, secundum quòd dirigitur in finẽ beatitudinis: beatitudo autem Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo melius dicendum est, ꝙ illa antecessio, quam importat hoc participium prædestinatus, non refertur ad personam secundum seipsam, sed ratione humanæ naturæ; quia scilicet persona illa, etsi ab æterno fuerit filius Dei, hoc tamen non fuit semper, quòd subsistens in natura humana, fuerit filius Dei. Vnde Aug. dicit in lib. de prædestinatione sanctorum.* Prædestinatus est Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset in uirtute filius Dei. Et est considerandum, quòd licet hoc participium prædestinatus, importet antecessionem, sicut, & hoc participium factus aliter tamen, & aliter. Nam fieri pertinet ad ipsam rem secundum quòd in se est: prædestinari autem pertinet ad aliquem, secundum quod est in appræhensione alicuius præordinantis. Id autem, quod subest alicui formæ, vel naturæ secundum rem, potest appræhendi, uel prout est sub forma illa, uel etiam absolutè. Quia absolutè non conuenit p̃sonæ Christi, quod inceperit esse filius Dei, conuenit autem ei, secundum quòd intelligitur, vel apprehenditur, vt in natura humana existens (quia, s. hoc aliquando incępit esse, quòd in natura humana existens esset filius Dei) ideo magis est hæc vera, Christus est prædestinatus filius Dei) quam ista, Christus est factus filius Dei.

AR-

* Glo. ord. sup illud: qui p̃destinatus est filius Dei.

* ad Ro. 1. super illud verbũ Pauli. tom. 3.

* cap. 15. a med. to. 7.

stræ. §. Tunc nihil, &c. Conclusio enim articuli loquitur de prædestinatione non nostra, sed Christi. sicut autem Christus, &c. vt in textu.

2ᵐ de minori. Similiter etiam neq; ratione personæ. ℞. Negatur illa minor pro illa parte. §. Christus enim dicitur prædestinatus ratione personæ. Ad probationẽ verò in contrarium, respondetur: ꝙ licet illa persona secundum se considerata habeat ex natura, non autem ex gratia, ꝙ sit filius Dei; tamen eadem persona secundum naturã humanam considerata habet hoc ex gratia unionis. Et hoc est formaliter: quod uult dicere textus ly relinquitur ergo, ꝙ prædestinatio attribuatur, &c. vt ibid. Christi igitur persona, secundum quod subsistit in natura humana, est p̃destinata ad hoc; vt esset filius Dei.

3ᵐ de conclusione. Quòd Christus. ℞. Secũdum naturam diuinam consideratus. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc. n. stat simul; ꝙ Christus secundum humanam naturam consideratus possit vere & propriè dici prædestinatus. Licet enim persona eius secundum se vel secundum naturam diuinam considerata ab æterno fuerit, ideoque non admittat antecessionem, quæ importatur in ly prædestinatus; & per consequens persona illa sic accepta non possit dici prædestinata: tamen eadẽ persona eiusdem secundum humanam naturam considerata nõ fuit ab æterno (non enim fuit semper, ꝙ subsistens in natura humana fuerit filius Dei), ideoque admittit antecessionem, quæ importatur in ly prædestinatus; & per consequẽs persona illa sic accepta potest dici propriè p̃destinata. De prædestinatione autem propriè dicta loquitur articuli conclusio; vt ex eius p̃batione manifestũ est consideranti. vide quæst. 7. artic. 1. 9. 10. & quæst. 15. art. 1. item 1. quæst. 23. art. 1.

item illatio conclusionis. Ergo pari ratione, &cæt. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso in præmissis subintellecto, quod scilicet idem sit iudicium de fieri, & de prædestinari. Hoc autem quàm, & quare, falsum sit; patet in secundo responso textus ly, & est considerandum, quòd licet hoc participium, &c. vt ibid. Ex quo dic: quòd esse prædestinatum in plus se habet, idest communius, seu vniuersalius est, quam esse factum. Nam prædestinari dicitur dupliciter, inquantum quod subest alicui formæ potest appræhendi vel ut est sub ipsa forma, vel absolutè: fieri autem dicitur simpliciter, idest uno modo, inquantum res secundum quòd absolutè est, i. secundum quòd in se est, uno modo tantum est. Ideo non mirum: quod aliquis possit uere, & proprie dici prædestinatus; qui non potest verè, & propriè dici factus.

¶ Concil. Ex argumenti ergo textu illo, s. quod est factũ, non semper fuit; confirmato per textum responsalem, dic: quod sancti Patres Conciliorũ Nicæni I. & Constantinopolitani I quibus alij vsque ad Concilium Tridentinũ continua successione adhæserunt, illud symboli Apostolorum, scilicet creatorem, doctissime explicarunt per ly factorem. Poterat siquidem dupliciter intelligi, creationem fuisse uel ab æterno, vel in tempore. Vt ergo ostẽderent, Apostolos in ly creatorem, non sensisse quod creatio rerum fuerit ab æterno; sed sensisse, quòd fuerit in tempore: ideo exponẽtes dixerunt ly factorem. Ac si, Apostolorum symbolo expositionem ipsam iungendo, aperte dicant. Deus fuit rerum omniũ creator sic tamen vt simul fuerit earum factor. Vbi patet & quod non sumunt ly factorem, pront dicit facere ex aliquo; alioquin destruerent textum Apostolorum, scilicet ly creatorem, quoniam creare est ex nihilo facere: & quòd sumunt ly factorem, prout dicit facere in tempore; secundum quem sensum optime stant simul hæc duo, scilicet create & facere. vide. 1. q. 46. ar. &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum: ꝙ Christus est prædestinatus. Vt Roman. 1. Qui, &cæt. secundum quod est in argumen. contr. Item per illud, quòd dicitur Isa. 7. Ecce virgo concipiet, &c. uocabitur nomen eius Emmanuel. Sed & vniuersaliter, vbicunque filius Dei carnem assumpturus in testamento Veteri prænunciatur, ostenditur per hoc; quod Christus est prædestinatus. Nam prædestinatio est præordinatio eorum, quæ in tempore per gratiam ad beatitudinem dirigenda sunt. Christus autem secundum naturam humanam per gratiam vnionis ad beatitudinem maximam præordinatus est a Deo. Maxima enim beatitudo est uniri Deo substantialiter, (quod hic fuit, quando unita est humanitas diuinitati in persona. quæstio. 2. artic. 6.): quoniam maior est, quam beatitudo sanctorum aliorum, qui vniuntur Deo non substantialiter, sed accidentaliter, idest per operationem intellectus & voluntatis; licet talis operatio sit æterna, & indeficiens. vide quæstio. 7. artic. 1. 10. & quæst. 15. artic. 10. Item 1. 2. q. 3. ar. 4. & q. 4. ar. 2. Secundo uidet: quomodo ex iis bene pen- 2
satis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, vt iacet, sine additione aliqua sumendus est.

¶ In corpore una est conclusio: Christus est prædestinatus. Probatur, Prædestinatio proprie est diuina ab æterno præordinatio eorum, quæ per gratiam sunt fienda in tempore: sed Deũ esse hominem, & econuerso, est quoddam factum in tempore per gratiam unionis, & præordinatum a Deo ab æterno: alioquin aliquid noui diuinæ menti accideret. ergo unio illa est prædestinata: ergo Christus est prædestinatus.

¶ Aduerte sensum literæ intentum ab Auctore: & vt discernas doctrinam Auctoris ab aliorum sententiis, recolito, quod prędestinationis nomen in sacris literis dupliciter uenit in vsum, vel simpliciter, hoc est sine additione aliqua: vt cum dicimus, Sanctus Petrus fuit prædestinatus, Vel cum determinatione aliqua: vt cum dicimus, quòd Magdalena fuit prædestinata ad lauandum Christi pedes lachrymis suis, & latro ad confitendũ regnũ Christi pendentis in cruce, & similia. Et quoniã communi vsu prędestinatio absolute respicit æternam fęlicitatem vt terminum (est enim ratio ordinis electorum in uitam æternam, vt in prima parte habitum est) ideo Durandus in 3. sentent. dist. 7. dicit, quod prædestinatio absolutè est respectu beatitudinis, distinguens prædestinationem Christi, qua prædestinatus est filius Dei; a prædestinatione absolute, & dicens eam esse prædestinationem ad hoc, scilicet esse filium Dei. Scotus quoque ibidem prædestinationem Christi posuit in ordine ad beatitudinem, quasi gratia unionis fuerit mediũ in Christo ad gratiam summę beatitudinis animæ suæ: Diuus autem Auctor intuens gratiam unionis esse excellentius quid, gratia summæ beatitudinis creatæ, quanto maius est esse Deum quã frui Deo, & gratiam summæ beatitudinis consequi ad gratiam vnionis (non vt finis sequitur ad medium, sed proprietas ad substantiam, vt calor ad ignem) posuit prædestinationem absolute cõmuniter quidè respicere gratiam vitę æternę ut terminum: singulariter autem in Christo respicere gratiam unionis, ut in respõsione ad primum litera monstrat.

¶ Etsi perspicacius consideraueris, uidebis tria: scilicet gratiam vitæ æternæ, gratiam unionis, & gratiam in communi. Et quia gratia æternæ fęlicitatis, communis est omnibus electis in Dei filios adoptiuos penes illam debuita fuit prædestinatio filiorum adoptionis, de qua in prima parte tractatũ est. Quia uero gratia unionis propria est naturali Dei filio, & longe eminentior prima, ideo penes istam concluditur prædestinatio Christi. Consonat namq; rationi, vt excellentior gratia termini simpliciter rationem habens, magis terminet prædestinationem simpliciter, si minor illam terminat.

¶ Quia autem gratia beatitudinis patriæ, includit in se rationẽ gratiæ, & rationem gratiæ per se primo summi, & vltimi termini vt species claudit in se rationem generis, & tam gratia æternæ uitæ, quàm gratia vnionis conuenit in ratione per se primo termini summi, & vltimi, quantum est ex propriis generationibus (quod ideo apposuerim: quia si beatitudo alicuius non propria generatione fieret, sed consecutiue haberetur, non haberet rationem per se primo termini, sed consequentis ad terminum, vt in Christo dictũ est contigisse) quia inquam hoc in se claudit, ideo Auctor in litera & prædestinationem proprie acceptam dicit recipere gratiam, & hoc haberi ex antedictis in prima parte. Verissimum siquidem est hoc, non solum vt sonat, sed ut inducit excellentius genus gratiæ, & termini gratuiti. Si enim gratia consumata sufficit ad terminum prædestinationis simpliciter (vt dictum est) multo magis gratia unionis quæ parit gratiam consummatam ut proprietatem, sufficiens est ut terminet prædestinationem etiam absolute, & propterea litera dicit, quod ratione gratiæ unionis Christus dicitur esse prædestinatus, non ad hoc, vel illud, sed prædestinatus.

¶ In responsionibus ad secundum, & tertium, attende primo, quod secundum rem nulla est inter catholicos quæstio de prædestinatione Christi ad filiationem Dei per gratiam vnionis naturæ humanæ ad filium Dei, sed quæstio est de verificatione sermonis Pauli Apostoli proprie, vel improprie, in hoc, vel illo sensu. Auctor supponens locutionem Apostoli esse propriam, & intelligi non de aliquo consequente ad filium Dei (puta manifestatione:) difficilem suscepit prouinciam verificandi illam de persona Christi. Vltra expositionem namque illam referentem prædestinationem ad naturam, & alteram Ambrosij referentem ad manifestationem Christi referri quoque potest prædestinatio Christi, ad filium Dei in virtute actuali, ita quòd filius Dei ex semine Dauid secundum carnem, prædestinatus est filius Dei in virtute actuali operationis sanctificatiuæ, & reparatiuæ mundi, ita ꝙ totum coniunctum, scilicet filius Dei uirtute actuali, est terminus prædestinationis.

¶ Et licet hæc expositio satis consonet literę Apostoli, subiungentis opera sanctificationis, & resurrectionis mortuorum: quia tamen exponitur etiam, quod filius Dei absolute sit terminus præde-

prędestinationis (vt Auctor cum Glossa ibidem sustinet) ideo hũc prosequendo, aduerte secundo, quod Auctor ponit Christum ꝑdestinatum ratione naturæ, ita quòd ipsa persona Christi ratione assumptæ naturæ, denominatur prædestinata ad Dei filiationem. Considerat quippe æternam Christi personam dupliciter: uel secundum se, seu absolute, & sic negat ipsam prædestinatam ad filiationem Dei: quia est ipsa Dei filiatio per essentiam: uel secundum ꝙ induta est humanitatem, & sic affirmat ipsam prædestinatam ad filiationem Dei, quia ut sic, per gratiam unionis assecuta est filiationem Dei.

¶ Quod vt clarius percipias, vtere positionibus hæreticorum, & ex differentia illarum ad sententiam fidei, videbis veritatem, necessitatem, proprietatemque huius sensus. Si enim verbum indutum esset carnem (vt hęretici fingunt,) vel per inhabitationem, aut affectionem, aut quouis modo non personaliter, falsum esset, quod uerbum secundum carnem prædestinatum est, vt sit filius Dei per gratiam vnionis: quoniam secundum carnem non esset personaliter unitum sibi Dei filio. Sed si, pro quia, Verbum secundum carnem est personaliter unitum sibipsi, ideo verum est dicere de filio Dei, qui ex semine Dauid est secundum carnem, quòd prædestinatus est filius Dei: significat enim hic sermo, quòd ab æterno prędestinatum est de filio Dei naturali, vt secundum carnem sit per gratiam unionis, filius Dei: quod est carnem esse personaliter vnitam filio Dei.

¶ Occurrit hic dubium ex Durando in 3. Sentent. distinct. 7. quęst. 3. dicente hanc locutionem esse impropriam, propter defectum duarum conditionum requisitarum ad prædestinationem.

¶ Prædestinatio enim primo est ad ea, quæ excedunt virtutem prædestinati: nihil autem est, quod excedat virtutem uerbi incarnati.

¶ Prędestinatio rursus est ad id, quod est posterius natura saltem prædestinato, quia est ad gratuitum aliquod: gratia autem supponit naturam. Constat autem quòd esse filium Dei per gratiam vnionis, non est posterius natura, aut intellectu verbo incarnato. Non est igitur propria hęc locutio, Christus prædestinatus est filius Dei.

¶ Ad hæc dicitur, quòd satis saluatur prima prædestinationis conditio, si id, ad quod quis prędestinatur, excedit virtutem prædestinati, vel absolute, vel quatenus prædestinatus est. Sic autem est in proposito: quoniam unio personalis ad filium Dei, etsi non excedit propriam uirtutem uerbi absolutè, exceditur uirtutem ipsius secundum carnem, secundum quam est prædestinatum.

¶ Secunda autem conditio de prioritate naturæ distinguitur, vel secundum rem, uel secundum intellectum. Et dicitur, quòd licet non sit prius natura uerbum incarnatum, quam verbum incarnatum esse filium Dei per gratiam unionis, tamen secundũ considerationem abstractiuam intellectus, prius natura est uerbũ incarnatum, quam modus incarnationis, s. per vnionem personalem. Manifestatur autem talis prioritas ex conuenientia, & differentia, inter nos, & hęreticos. Nam uerbum incarnatum intelligitur ut commune quid apprehensum a nobis & illis, & differentia est circa speciales unionis modos. dum illi per modum templi, vel habitus, &c. nos autem per personalem unionem uerbum incarnatum dicimus. Quocirca licet secundum rem nullus sit ibi ordo, secundum apprehensionem tamen intellectus (qui natus est non solum coniuncta diuidere, sed etiam unum & idem a seipso abstrahere) inter verbum, vt habens carnem, & seipsum, vt habẽs carnem personaliter iunctam, ordo est naturæ, sicut inter commune, & proprium. Et propterea prędestinatio, quæ actus est mentis, & ad rem sub certa apprehensione tendit, ex hoc ipso quòd ad uerbum cum carne terminatur, determinat ad unionem personalem, excludendo cæteros alios modos, quibus uerbum cum carne pręordinari potuisset. Et ob hoc filius Dei naturalis, factus ex semine Dauid filius hominis, prædestinatus dicitur, & est filius Dei.

¶ In responsione ad tertium, perspice primum literam Apostoli apud Origenem esse punctuatam sic, quod ly prędestinatus, est adiectiuum subiecti, & non est pars copulę, seu prędicati, ita ꝙ dixit, Qui prędestinatus, tamquam si dixisset, qui omnipotens, uel quoduis aliud apposuisset subiecto: & subdit copulam cum prędicato, Est filius Dei in uirtute. Et sic in litera nihil habet difficultatis: quoniam uerum est, quod Christus est prędestinatus, & ꝙ est filius Dei in uirtute.

¶ Nota secundo, ꝙ Auctor comparatiuè de harum propositionum (s. Christus prędestinatus est filius Dei, Christus factus est filius Dei) veritatem loquitur, dicendo quod prima est magis uera, ac per hoc vtramque fatetur esse ueram. Christus enim significat suppositum duarum naturarum: & ratione humanę naturę, vtramque suscipit prędicationem, & ꝙ prædestinatus est, & quod factus est filius Dei: quoniam vtrumq; ei secundum humanam naturam conuenit per gratiam vnionis. Magis tamen prima conceditur: quia abstractio Christi secundum naturam humanam

a seipso

a seipso secundum vnionem personalem, magis intelligitur supponere ipsum prædestinationi, quæ est mentis actus, quam factioni reali, cum ibi sufficiat ordo naturæ secundum intellectum, qui minus sufficit ad factionem. Cum his tamen retine, quod ista est impropria, Christus factus est filius Dei, multo plus quam illa, homo est factus Deus: quia homo potest habere suppositionem simplicẽ (vt superius patuit) Christus autem pro persona supponit. Et propterea locutiones istæ non sunt extendendæ, sed pie exponendæ. Et quo ad sensum, reducendæ ad sensum simplicis suppositionis ꝓ humana natura in concreto, iuxta hoc, quod in litera dr̃, Aliquãdo incepit esse, ꝙ existens in natura humana esset filius dei: hoc.n. verissimũ est de existente in natura humana, communiter loquendo: quamuis hic existens in natura humana nũquam inceperit esse Deus propter falsitatem exponentis negatiue hic existens in natura humana immediate ante nõ fuit Deus: hic enim est Deus heri, hodie, & in sæcula.

Ferr 4. con. c. 9.
Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc sit falsa, Christus secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ hæc sit falsa, Christus, secũdum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei. Hoc enim est vnusquisq; secundum aliquod tempus, quod est prædestinatus esse, eo quod prædestinatio Dei non fallitur. Si ergo Christus, secũdum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei, uidetur sequi quod sit filius Dei, secundũ ꝙ homo. Hoc autem est falsum. ergo, & primum.

¶ 2 Præt. Illud, quod conuenit Christo, secundum quod homo conuenit cuilibet homini, eo quod ipse est unius speciei cum aliis hominibus. Si ergo Christus, secũdum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, sequeretur, quod cuilibet homini hoc conueniat. Hoc autem est falsum. ergo, & primum.

¶ 3 Præt. Hoc ab æterno prædestinatur, quod est aliquando fiendum in tempore. sed magis hæc est uera filius Dei factus est homo, quam ista, homo factus est filius Dei, vt supra habitum est. * ergo magis hæc est vera, Christus, secundum quod est filius Dei, prædestinatus est homo, quam econuerso, Christus, secũdum quòd est homo, est prædestinatus esse filius Dei.

SED CONTRA est, ꝙ Augu. * dicit in lib. de prædest. San. Ipsum dominum gloriæ, inquantum homo factus est Dei filius, prædestinatum esse dicimus.

RESP. Dicendum, ꝙ in prædestinatione duo possunt considerari. vnum quidem ex parte ipsius prædestinationis æternæ, & secundũ hoc importat antecessionem quandam respectu eius quod sub prædestinatione cadit. Alio modo potest considerari secundum effectum tẽporalem, qui quidem est aliquod gratuitum Dei donum. Dicendum est ergo, quòd secundum vtrumq; istorũ attribuitur prædestinatio Christo ratione solius humanæ naturæ. Nam humana natura non semper fuit uerbo unita, & ei etiam hoc per gratiam est collatum, vt filio Dei in persona uniretur. Et ideo solum ratione humanæ naturæ prædestinatio competit Christo. vnde Aug. dicit in lib. * de prædest. san. prædestinata est ista humanæ naturę tanta, & tam excelsa subuectio, ut quomodo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui, secundum, quod homo, quod ei conuenit ratione humanæ naturæ. Et ideo dicendum est, ꝙ Christus secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur, Christus secundum ꝙ homo, est prædestinatus esse filius Dei, hæc determinatio, secũdum ꝙ homo, potest referri ad actũ significatum per participium, dupliciter. Vno modo ex parte eius, quod materialiter cadit sub prædestinatione, & hoc modo est falsa: est enim sensus, quòd prædestinatum sit, vt Christus, secundum quod homo, sit filius Dei: & in hoc sensu ꝓcedit obiectio. Alio modo, potest referri ad ipsam propriam rationem actus: prout, scilicet prædestinatio importat in sui ratione antecessionem, & effectum gratuitum: & hoc modo conuenit Christo ratione humanæ naturæ, vt dictum est. * Et secundum hoc dicitur prædestinatus, secundum quòd homo.

AD SECVNDVM dicendum, quòd aliquid potest conuenire alicui homini ratione humanæ naturæ dupliciter. Vno modo sic, ꝙ humana natura sit causa illius, sicut esse risibile conuenit Socrati ratione humanæ naturæ, ex cuius principiis causatur. Et hoc modo prædestinari non conuenit, nec Christo, nec alteri homini ratione humanæ naturæ, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanæ naturæ, cuius humana natura est susceptiua, & sic dicimus Christum esse prædestinatum ratione humanæ naturæ: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso, vt dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut August. dicit in lib. de Prædestinat. † Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a Deo uerbo susceptio singularis, vt filius hominis simul propter susceptum hominem, & filius Dei propter suscipientem vnigenitum Deum, veraciter, & propriè diceretur. Et ideo, quia illa susceptio sub prædestinatione cadit tamquam gratuita, vtrumque potest dici, scilicet ꝙ & filius Dei prædestinatus sit esse homo, & filius hominis prædestinatus sit esse filius Dei. Quia tamen gratia non est facta filio Dei vt esset homo, sed potius humanę naturæ, vt filio Dei uniretur, magis propriè potest dici, quòd Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, quam ꝙ Christus secundum quod filius Dei sit prædestinatus esse homo.

* e. 15. post med. to. 7.
* In corp. art.
* In corp. ar. 3. d. 7. q. 3. art. 1. & ar. 2. q. 2.
† cap. 15. a med. to. 7.

SVP. Q. XXIIII. ART. II.

141 3. d. 10. q. 1. ar. 1. q. 3 & 4. cont. ca. 9. ad 2. CONCL. Solum rõne naturę humanæ prędestinatio cõpetit Christo. Hoc est. Christus tantum, secũdum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

¶ PROB. Quia Christi natura humana sola non fuit semper vnita Verbo; atque hoc, ꝙ verbo in persona uniretur, fuit ipsi naturę col latum per gratiam. q. 6. artic. 6. corp. fin. item * q. 23. artic. 4. ad secundum. item q. 24. art. 1. ad secundum. Et consequenter ipsa natura sola est capax antecessionis, gratuitique doni, in prædestinatione importatorum.

1^m maior. Hoc est vnusq; que secundum aliquod tempus, quod est prædestinatus esse. ℞. Secundum quòd prædestinatus est esse illud. §. Tunc nihil, &c. Non * q. 16. art. 6. & 7. enim Christus prædestinatus est esse filius Dei secundum ꝙ homo, idest esse filius Dei ratione humanitatis (cum ratione tantum diuinitatis sit fili⁹ dei): sed est prædestinatus * cap. 15. in med. to. 7. secũdum quod homo, vt sit filius Dei, i. ratione humanitatis fuit capax prædestinationis huius, quod persona humanitatis Christi esset filius Dei. Ergo ly secũdum quod homo, non cadit super esse filium Dei (ut putabat argumentum): sed cadit super esse prędestinatum. Et hoc est formaliter quod dicit textus ly hæc determinatio, secũdum quod homo, potest, &c. vt ibid.

2^m de antecedente. Illud quod conuenit Christo, secundum ꝙ homo. ℞. Ita quod humana natura sit causa illius. §. Tunc nihil, &c. Hoc enim modo prædestinari non conuenit nec Christo, vt sit filius Dei; nec alteri homini, vt habeat gratiã & saluetur: sed alio modo; vt declaratur in tex. ly Alio modo dicit, &c.

3^m illatio conclusionis. Ergo magis &c. ℞. Negatur illatio. §. Nõ enim gratia quæ importatur in nomine prędestinationis, facta est filio Dei, vt esset homo: sed potius facta est gratia humanæ naturę, vt filio Dei personaliter vniret. Et ideo magis ꝓprie ꝑt dici, ꝙ &c. vt in tex. In quo quare dicat ly magis, patet ex prædictis ibid. s. vtrũq; potest dici, quod & fi. d. prędestin. sit es. ho. & fi. hom. prædest. sit esse filius Dei.

APPENDIX.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis, Augustino, & Athanasio, insinuatum: ꝙ Christus, secundum quòd homo, prædestinatus est. A B. Augustino quidem; vt est in argumen. contr. A D. Athanasio autem per hoc; quod in suo symbolo, quod secundum Concilium Florẽtinum est compendiosa regula fidei, dicit: Aeternus pater, æternus filius, æternus Spiritus sanctus. Ex eo enim quod fili⁹, secundum quod Deus, est æternus, relinquitur

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

AR-

tur manifestum; quòd ipse, secundum quòd Deus, prædestinari nō potuit: quoniam ly præ, dicit antecessionem, quam de æterno, vt æternum est, prædicari, implicat contradictionem. Cū ergo Christus sit prædestinatus, art. 2. patet: quòd qui dicit, eum secundum quòd est Deus non esse prædestinatum, denotat implicite secundum catholicam fidem, quod ipse, secundum quod homo, prædestinatus est. A scripturis vero idem insinuatur Rom. 1. De filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prędestinatus est filius Dei. Ecce ex contextu Apostoli: q Christus, secundum carnem. i. secundum humanitatem, & factus est; & prędestinatus est. Nam ly secundum carnē, cadit super Christum, ut refertur ad vtrumq;. s. ad fieri, & ad prędestinari: prout patet ex aperta serie literæ. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus vt iacet sumatur.

¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quæsito: Christus secundum q homo est prædestinatus esse filius Dei. Probatur: Hoc conuenit alicui, secundum q homo, quod conuenit ei ratione humanæ naturæ: sed prædestinatio conuenit Christo ratione solius humanæ naturæ. ergo. Probatur minor distinguendo duo importata in prædestinatione. s. ordinem & effectū. gratuitum, s. donum, & manifestando vtrumque conuenire humanitati Christi, adiuncta auctoritate Augustini.

¶ In responsione ad primum uide: & perspice cautelam Auctoris: nam quia ista propositio, Christus, secundum quod homo, est filius Dei, simpliciter est falsa, vt ex q. 16. superius patet: & sic simpliciter, & absolutè sequeretur ex ista, Christus, secundum q homo, prædestinatus est esse filius Dei, si quo ad materiale prædestinationis poneretur, hæc uera, ideo Auctor sustinens antecedens, exponit illud limitate.

¶ Posset tamen dici absque antecedentis limitatione, quòd in consequente apponenda secundum intellectum est gratia unionis, ita quòd ex isto antecedente, Christus secundum, quòd homo, pdestinatus est filius Dei, sequitur, ergo Christus, secundum quod homo, est filius Dei, subintelligendo, vel exprimendo per gratiā vnionis, ita quòd licet ista sit falsa, Christus secundum quòd homo, est filius Dei (quia significat Christum secundum naturam humanam esse naturalem filium Dei) ista tamen est vera, Christus, secundum quòd homo, est per gratiam unionis filius Dei: & quia in antecedente illo, Christus, secundum quod homo, est prædestinatus filius Dei, subintelligitur per gratiam vnionis, ideo in consequente quoque potest subintelligi. Et sic concedimus, quòd illud vnusquisque quandoque est, quod prędestinatus est esse, & quod Christus, secundum quod homo, prædestinatus est esse filius Dei, non per naturam, sed per gratiam vnionis. Et ideo Christus, secundum quòd homo, est filius Dei per gratiam unionis. Vnde Glossa interlinearis ad Roman. 1. dicit, Secundum quod homo gratia sola prælectus, vt sit filius Dei in eadem potentia, & virtute diuinitatis cum Patre, per unionem verbi.

¶ In responsione ad sm collige hinc ex Auctore illā distinctionem de ly sm q, seu inquantum, uel reduplicatiue, vel specificatiue. Primum. n. membrum literæ exponit reduplicatiue, denotando causam: sm autem specificatiuè, determinando conditionē, qua subiectum recipit prædicatum. Et hoc modo, s. specificatiue tenet cum dicitur, Christus sm q homo, est prædestinatus filius Dei: sicut cum dicitur Socrates, secundum q habet capillos, est crispus.

Medina ar. 3.

SVPER Q. XXIII. ART. III.

Concl. 1. Prædestinatio Christi, si pdestinatio sm prædestinantis actum consideretur, non potest dici exē-
142 3. d. 10. q. plar nostræ prædesti-
3. art. 3. & nationis.
Ro. 1. le. 3. ¶ Prob. Quia Deus eodem numeraliter actu, eodem modo se habente, ab æterno prædestinauit Christum & nos.

¶ Concl. 2. Prędestinatio Christi, si pdestinatio consideretur secundum effectus pdestinationis, est exemplar nostræ prædestinationis.

¶ Prob. 1. Quia Christus prædestinat ad filiationem naturalem, nos uerò ad filiationem adoptiuam (vt patet ex art. 2. item q. 23. artic. 1.): & filiatio adoptiua est participata similitudo filiationis naturalis, (vt patet ex Roman. 8.). Secundò, Quia Christus prædestinatus gratis, idest nullis præcedentibus meritis, vt natura sua humana vniatur filio Dei. q. 2. artic. 10. 11. Et nos
* ca. 15. in ad similitudinem illius
prin. to. 7. prædestinamur ad uitā æternam nullis præcedentibus meritis. 1. q. 23. art. 5. cum Elucid.

¶ Not. Sanctus Doctor per hoc, quod affirmat prædestinationem Christi esse sine aliquibus suis meritis præcedentibus, quam tamen dicit esse nostræ prædestinationis exemplar, confirmare a fortiori, idest multò magis intēdit; quòd nostra prædestinatio nullis meritis nostris præcedentibus fit. Ac si dixerit. Si Christi capitis nostri prædestinatio nullis suis meritis præcedentibus fit: qua temeritate, & ignoranti prę sumptione, audent quidam dicere; quod prædestinatio nostra, qui membra Christi sumus, fit ex aliquibus nostris meritis præcedentibus? Ratio hæc est efficacissima & ad retūdendum superbiæ quorūdam seminariū, & ad confirmādum sententiam ipsius Sancti Doctoris. 1. q. 23. artic. 5. Quinimmo, ut textum hunc, quatenus de nobis intelligitur, magis aperiamus, sciendū: quod non tantum sine ullis meritis nostris pcedentibus prædestinamur, sed etiam contra merita nostra. Præuidit enim Deus ab æterno (vt patet) omnia, & singula peccata, quæ quocunq; tempore facturi eramus; quæ vtique contra nos vindictam (ad instar peccati Cayn) clamabāt: & uindictam quidem damnationis ęternæ: Et tamē Deus ipse, his non obstantibus, nos ex nimia

ARTICVLVS III.

Vtrum prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ pdestinationis: exemplar enim præexistit exemplato: nihil aut præexistit æterno. Cum igitur prædestinatio nostra sit æterna, videtur quòd prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis.

¶ 2 Præt. Exemplar ducit in cognitionem exemplati: sed non oportuit quòd Deus duceretur in cognitionem nostræ prædestinationis ex aliquo alio, cum dicatur Ro. 8. Quos præsciuit, hos prædestinauit. ergo prædestinatio Christi non est exēplar nostræ prædestinationis.

¶ 3 Præt. Exemplar est conforme exemplato: sed alterius rationis videtur esse prædestinatio Christi, quā prædestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptionis, Christus autem est prædestinatus filius Dei in uirtute, ut dicitur Roman. 1. ergo eius prædestinatio non est exemplar nostræ prædestinationis.

SED CONTRA est, q August. dicit in lib. de Prædestin. Sanct. * Est præclarissimum lumen prædestinationis & gratiæ, ipse Saluator, ipse mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Dicitur autem lumē prædestinationis, & gratiæ, inquantum per eius prædestinationem, & gratiam manifestatur nostra prædestinatio, quod videtur ad rationē exemplaris pertinere. ergo prædestinatio Christi est exemplar nostrę prædestinationis.

RESPON. Dicendum, quod prædestinatio dupliciter potest cōsiderari. Vno modo secundum ipsum actum prædestinationis, & sic prædestinatio Christi non potest dici exemplar nostræ prædestinationis. vno enim modo, & eodem actu æterno, prædestinauit Deus nos, & Christum. Alio modo, potest prædestinatio considerari secundum illud, ad quod aliquis prædestinatur, quod est prædestinationis terminus, & effectus. Et secundum hoc, prædestinatio Christi est exemplar nostræ prædestinationis, & hoc dupliciter. Primo quidem, quantum ad bonum, ad quod prædestinamur: ipse enim est prædestinatus ad hoc, quòd esset Dei filius naturalis: nos autem prædestinamur ad filiationem adoptionis, quæ est quædam participata similitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Roman. 8. Quos præsciuit, hos prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Alio modo, quantum ad modum consequendi istud bonum, quod est per gratiam, quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis præcedentibus meritis est vnita filio Dei. Et de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus, vt dicitur Ioan. 1.

mia sua charitate prædestinauit. Et hoc est quod & annotauit D. Thomas super epistolam ad Ephes. 1. lect. 1. in fi. dicens: quod Deus hoc prædestinationis beneficium dat non solum nullis meritis præcedentibus, sed etiam nostris immeritis præcedentibus. Pro quo & allegat Apostolum Rom. 5. vade tu ibi.

1m de conclu. Quod prædestinatio Christi. R. Considerata secundum actū prædestinantis. §. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusionibus. Pro quarto etiam prima stat hoc argumentum tanquam probatio eius.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa ratio procedit ex parte illius actus prædestinantis. Et similiter dicendum ad secundum.

Ad tertium dicendū, quòd non est necessarium, quòd exemplatum exemplari, quantum ad omnia conformetur: sed sufficit quod exemplatum aliqualiter imitetur suum exemplar.

2b de conclusione. Ergo prædestinatio Christi. R. Secundum prædestinantis actū considerata. §. Tunc nihil, &c. vt sup. per omnia ad primum.

3m de maiori. Est conforme. R. Aliqualiter. §. Tunc n. &c. Nostra enim prædestinatio conformis est per aliqualem imitationem prædestinationi Christi (vt patet ex probatione conclusionis eiusdem: quamuis ipsi non conformetur per omnia. Neque enim inter exemplar & exemplatum necessaria est totalis conformatio.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatū a scripturis, & August. quod prædestinatio Christi est exemplar prædestinationis nostræ. A D. Augustino quidem: vt cum applicatione ponitur in argumen. contr. A scripturis verò Rom. 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit, conformes fieri imagini filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nota signanter ly conformes, ly primogenitus, ly in multis, scilicet in prædestinatis. Nam ideo Christus vocatur primogenitus in numero prædestinatorum: quia prædestinatio eius est exemplar, cui conformari debent omnes præ alij prædestinati: Vnde patenter per hoc ostenditur intētum: quoniā præscitos. s. approbationis scientia, prędestinari, vt fiant cōformes, &c. est in sensu (licet non in verbis) prędestinationem Chri esse exemplar prædestinationis nostræ. Nā sicut ex eo, quod dr Phil. 3. Saluatorē expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratū corpori claritatis suę, datr intelligi, quod resurrectio Chri est exēplar resurrectionis nrę, Addit. 76. ar. 1. cum Eluc. ita ex eo, quod dr Ro. 8. quos, &c. datur intelligi, quod prędestinatio Chri est nostrę prędestinationis exemplar. Item insinuatur per dictum illud Eph. 1. Qui prædestinauit nos in adoptionē filiorum per Iesum Chrm, in ipsum. Non. n. absq; causa dicit ly in ipsum. i. inquantū ei cōformamur (vt ibi exponit D. Tho.) Ergo per ly in ipsum, designat intentū prius art. Secundò vides: quo ex iis, bene pensatis, & applicatis, doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est distinctio bimembris, & duæ conclusiones respondentes singulis distinctionis membris. Distinctio est: Prædestinatio dupliciter sumitur, vel ex parte actus, uel ex parte termini. Prima conclusio est: Prædestinatio Christi ex parte actus, non est exēplar nostræ. Probatur: quia ex parte actus uno actu, & modo æterno Deus Christum, & nos prædestinauit: in actu siquidem diuino, & modo ex parte Dei, nulla est differentia, cum sint omnia unam et res, ipsa, s. deitas. Secunda conclusio: prædestinatio Christi est nostræ exemplar ex parte termini, quo ad duos, hoc est quo ad bonum terminans, & quoad modum consequendi illud bonum. Probatur primum, quia Christus ad filiationem naturalem, nos ad adoptiuam. Probatur secundum: quia Christus per gratiam excludentem omne meritum, nos per gratiam, includentem meritum Christi: quia de plenitudine eius omnes accepimus.

¶ Memento nouitie, quod Christus dicitur prædestinatus vt sit filius Dei naturalis, modo exposito, scilicet ratione humanæ naturæ per gratiam unionis personalis. Reliqua sunt plana.

Alb. Mag. d. 6. ar. 20. Modina ar. 4.

SVP. Q. XXIIII. ART. IIII.

Concl. 1. Prædestinatio Christi, secundum prædestinationis actum considerata, non est causa nostræ prædestinationis.

143 3. d. 10. q. 3. ar. 3.

¶ Prob. Quia eodē numeraliter actu, eodē modo se habere, Christus est prædestinatus, & nos.

¶ Concl. 2. Prædestinatio Christi, secundum terminum prædestinationis considerata, est causa nostræ prædestinationis.

¶ Prob. Quia Deus ab æterno, nos prædestinando, sic præordinauit nostram salutem; vt per Christum compleretur.

1m de conclusione. Prædestinatio Christi. R. Considerata secundum prædestinationis actum. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam æternum, vt æternum, non habet causam; & actus prædestinationis est æternus. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusionibus. Pro quarum prima militat argumētum, tanquam probatio eius.

2m de maiori. Quod depēdet ex simplici Dei uoluntate. R. Secundum quod depēdet ex illa. §. Tunc nihil, &c. Non enim prædestinatio, quo ad suū terminum considerata, depēdet solum ex simplici Dei uolūtate, sed etiam ex nostra uoluntate: quando ad terminum prædestinationis, idest ad vitam æternā capescendam, concurrunt etiam opera nostra meritoria, quæ procul dubio uoluntaria sunt.

3m minor. Remota præ destinatione Christi, non remouetur nostra prædestinatio. R. Negatur hæc minor; stante, scilicet quod filius Dei incarnandus esset. §. Tūc nihil, &c. Nam si Christus incarnandus, &c. ut in tex. Ex quo dic ad illam maiorem: quod remota causa omni, remouetur effectus; non autē remota causa hac, vel illa tantum; quādo plures sunt, uel assignari possunt, causæ effectus,

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædestinatio Christi sit causa nostra prædestinationis.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio Christi non sit causa nostræ prædestinationis: æternum enim non habet causam: sed prædestinatio nostra est æterna. ergo prædestinatio Christi nō est causa nostræ prædestinationis.

¶ 2 Præt. Illud, quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam nisi Dei voluntatem: sed prædestinatio nostra ex simplici uoluntate Dei dependet. dicitur enim Ephesi. 1. Prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum cōsilium uoluntatis suæ, ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed remota prædestinatione Christi non remouetur nostra prædestinatio: quia etiam si filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostræ salutis, vt August. dicit in lib. de Trinit. * Prædestinatio ergo Christi non est causa nostræ prædestinationis.

*In lib. 13. ca. 10. non procul a prin. to. 3.

Sed contra est, quòd dicitur Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum.

Resp. Dicendum, quod si consideretur prædestinatio secundum ipsum prædestinationis actum, prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis, cum uno, & eodem actu Deus prædestinauerit ipsum, & nos: si autem consideretur prædestinatio secundum terminum prædestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. Sic enim Deus præordinauit nostram salutem, ab æterno prædestinando, vt per Iesum Christum compleretur. Sub prædestinatione enim æterna non solum cadit id, quod est fiendum in tempore, sed etiam modus: & ordo secundum quem est complendum in tempore.

Ad primum ergo, & secundum dicendum, quòd rationes illæ procedunt de prædestinatione secundum prædestinantis actum.

Ad tertium dicendum, quod si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset hoīes saluari per aliam causam: sed quia præordinauit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinauit ut esset nostræ salutis causa.

ctus, per se singillatim ad illius productionẽ sufficientes. vt in proposito. Remota causa.i.prædestinatione & Christi, & cuiuscunque alterius nostri saluatoris (si Christus non fuisset incarnandus); tũc remoueretur effectus, i.prædestinatio nostra. Non autem remota prædestinatione uel Christi, vel alicuius tantum alterius nostri saluatoris, remouebitur nostra prædestinatio. Remanebit enim tunc aliqua causa.i.aliquis nostri saluator, etiam ꝙ remoti essent alij (vt patet consideranti textum): & sic effectus.i.prædestinatio nostra dabitur adhuc. Cæterum articuli conclusio loquitur secũdum id, quod est: nõ secundum id, quod Deo aliter possibile fuit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & bene intelligas, meritò esse a scripturis Ecclesia, & concilio insinuatum: ꝙ prædestinatio Christi est causa prædestinationis nostræ. A scripturis quidem vt Ephes. 1. Secundum ꝙ est in argum. contr Item Hebr. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat. Itẽ Rom. 5. Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam; in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Itẽ Ephes. 2. Per quem habemus accessum ambo ad patrem in vno spiritu. Nam Christũ adducere multos adoptiuos filios, i.prędestinatos, in gloriam, est; ipsum esse causam prædestinationis oĩum aliorum hominum prædestinatorum: qm hoc est, salutẽ nostrã gloriosam compleri per Christum ipsum. Similiter nos ꝑ Christum habere accessum per fidẽ in gratiam, & spem filiorũ Dei.i.prædestinatorum; in unoq; spiritu.i.in charitate concordi, accessum habere ad patrem per Christum, est; prædestinationem eius esse causam ꝓdestinationis nostræ: qm hoc est, salutẽ nostram fidelem, gratiosam, & charitate uiæ in unum connexã, compleri per ipsum Christum. Ac si ex omnibus locis citatis apertius dixisset Apostolus. Chrs est ille; per quem prædestinatorũ solus, siue quo ad fidẽ, siue quo ad spem, siue quo ad stare, i.quo ad perseuerantiã bonã, siue quo ad gratiam, siue quo ad charitatem, siue quo ad unitatẽ spũs, siue quo ad quoscunq; alios modos, accedendi ad Patrem, considerata completur. Quod nihil est: Christi ꝓdestinationẽ nostræ ꝓdestinationis causam existere. A Concilio autem Trident. idipsum insinuatur sess. 6. cap. 2. Cęlestis pater Christum Iesum ad homines misit: vt & Iudæos redimeret, & gentes iustitiam appræhenderent; atq; omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius. Hæc ibi. & cap. 5. Declarat; iustificationis exordium in adultis a Dei per Christũ præueniente gratia sumendũ esse, hoc est, ab eius uocatione; qua, nullis eorũ existentib. meritis, uocantur. Hæc ibi. Et cap. 6. Credẽtes illud in primis, a Deo iustificari impiũ per gratiã eius; per redemptionem, quæ est in Christo. Hæc ibi. Et cap. 7. nemo potest esse iustus; nisi, cui merita passionis Christi communicantur. & infra. In iustificatione, cũ remissione peccatorũ, hæc omnia simul infusa fidem, spem, charitatem, accipit homo per Chrm. Hæc ibi. & cap. 11. Sobrie, iuste, & pie uiuentes proficere possunt per Chrm: per quem accessum habuerunt in grãm istã. Hæc ibi. & c. 14 Qui ab accepta iustificationis gra per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt; dũ excitante Deo, per pęnitentiæ sacramentũ merito Christi, amissam gratiam recuperare procurauerint. Hæc ibi. & cap. 16. Bene operantib. vsque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est uita æterna: & tãquam gratia filiis Dei per Chrm misericorditer promissa; & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis, fideliter reddenda. Hæc ibi. Vbi passim & in sequentibus canonibus definiendo aperit hoc ipsum, quod in capitulis adductis prædeclarauerat, s. quòd totius nostræ prædestinationis effectus, tum quo ad fidem, tum quoad spem, tum ad charitatem, tum quo ad bona opera, tum quo ad ꝓfectũ, & finalem perseuerantiam in omnibus prædictis, tum quoad vitæ æternæ consecutionem actualem, in nobis a Deo per Iesum Christum completur (vt patet ibid. considerantibus). Hoc uero totum est illud, s. quòd prædestinatio Christi est causa nostræ ꝓdestinationis: vt patet legentibus textum corp. & de particularibus effectibus prædestinationis. 1. q. 23. art. 5. 8. Ab ecclesia vero idipsum insinuatur per hoc; quòd in suis orationibus, collectis, Missis, hymnis, &c. incessanter terminando dicit ly per Christum dominum nostrum; vel aliquid æquiualens. Ex eo enim quòd ad precum suarum complementum, siue pro fide, siue pro spe, siue ꝓ gratia Dei, siue pro charitate, siue pro bonis operibus, siue pro eis augmento, siue pro uirtutibus aliis, siue pro uita æterna assequenda, fiant, apponit ly per Christum, &c. relinquit manifestum perspicacibus scholasticis: ꝙ ipsa firmissimè sentit, prædestinationem Christi esse causam prædestinationis nostræ. Ex superiorib. intellige, quæ nunc dico. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 24

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus, vt iacet.

¶ In corpore est vnica distinctio cum duplici conclusione: sicut in præcedenti articulo, & quia similiter clara sunt, pertranseamus.

QVÆSTIO XXV.

De adoratione Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de his, quæ ꝑtinent ad Christum comparatione ad nos. Et primo de adoratione Christi, qua. s. nos eum adoramus. secundo, de hoc, quod est Mediator nr̃ ad Deum. Et circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum una, & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

¶ Secundo, Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latriæ.

¶ Tertio, Vtrum adoratio latriæ sit exhibenda imagini Christi.

¶ Quarto, Vtrum sit exhibenda cruci Christi.

¶ Quinto, Vtrum sit exhibenda matri eius.

¶ Sexto, De adoratione reliquiarum sanctorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum una, & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

144 Inf. q. 58. ar. 3. c. & 5. & ad primũ. E. 3. d. 9. q. 1. art. 2. q. 1. Et dist. 3. art. 1. ad 4. Et ue rit. 22. ar. 4. ad 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod nõ eadem adoratione adoranda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas enim Christi est adoranda eadẽ adoratione; quia est communis Patri, & Filio: vnde dicitur Ioan. 5. Omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: sed humanitas Christi non est communis ei, & Patri: ergo non eadem adoratione adoranda est humanitas Christi, & eius diuinitas.

¶ 2 Præt. Honor est propriè præmium virtutis, vt Philosoph. dicit in 4. Ethic.* meretur autem virtus suum præmium per actum. Cum igitur in Christo sit alia operatio diuinæ, & humanæ naturę (vt supra habitum est†) videtur ꝙ alio honore sit veneranda humanitas Christi, & alio eius diuinitas.

* c. 3. to. 5.

¶ 3 Præt. Anima Christi, si non esset verbo vnita, esset ueneranda propter excellentiam sapientiæ, & gratiæ, quam habet: sed nihil dignitatis est ei subtractum per hoc, ꝙ est unita uerbo, ergo natura humana in Christo est quædam propria adoratione ueneranda præter uenerationem, quæ exhibetur diuinitati ipsius.

SED CONTRA est, quòd in capitulis quintæ Synodi sic legitur,* Si quis duabus naturis adorari dicit Christum (ex quo duæ adorationes introducuntur) sed non una adoratione Deum uerbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.

* in cõc. 2. Cõstãtino qd est 5. generale canon. 9.

RESPON. Dicendum, ꝙ in eo, qui honoratur, duo possumus considerare, scilicet eum, cui honor exhibetur, & causam honoris. Propriè autẽ honor exhibetur toti rei subsistẽti:

Cap. 3 d. 9. q. 1 con. 1. Palud. 3. d. 9 q. 1. Alb. Mag. 6. d. 9. ar. 9.

SVP. Q. XXIIII.

ART. IIII.

* q. 19. ar. 3.

COncl. In Christo est una tantũ propriè adoratio diuinitatis, & humanitatis ex parte eius, qui adoratur: sed sunt plures causæ ipsius adorationis.

¶ Prou. 1. Quia in Christo est tantũ una persona humanitatis, atque diuinitatis. q. 2. ar. 2. 6. & honor ꝓpriè exhibetur toti rei subsistenti.i.personæ. Secũdò, quia contrariũ sub anathemate reprobat, in capit. Cyrilli. Secunda aũt pars, s. sed sunt, &c. probatur; quia in Christo diuinitas est una cã honoris, humanitas est alia causa honoris; item sapientia increata cæteræque excellentiæ increatę sunt vna causa honoris, sapientia autem creata, aliæq; excellentię creatæ sunt alia causa honoris, idest adorationis.

1m illatio conclusionis. Ergo non eadem, &c.art. R. Negatur illatio. §. Non enim eodem modo honor est unus in Trinitate, est hic; propter rationem adductam in tex.

2m de concl. Videtur, quòd alio honore. R. Vt ly alio, dicit causam honoris. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam operatio non est, quæ, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusione. Pro cuius & parte secunda stat argumentum sic (vt oportuit) glossatum, tanquam probatio eius.

3m de maiori. Esset veneranda. R. Tanquam principalissimum in homine illo. §. Tunc nihil, &c. Quia enim anima Christi est unita personæ digniori, &c. vt in tex. Pro quo amplius intelligendo, videbis art. 2. ad primum.

* 2. 2. q. 103. art. 2.

non enim dicimus, quòd manus hominis honoretur, sed quòd homo honoretur. Et si quandoque contingat, quòd dicatur honorari manus, vel pes alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quòd huiusmodi partes secundum se honorentur: sed quia in istis partibus honoratur totum: per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori: puta in veste, aut in imagine, aut in nuncio. Causa autem honoris est id, ex quo ille, qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor est reuerentia alicui exhibita propter sui excellentiam, vt in secunda parte dictum est. * Et ideo, si in vno homine sunt plures causæ honoris (puta prælatio, scientia, & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen secundum causas honoris: homo enim est, qui honoratur, & propter scientiam, & propter virtutem. Sic ergo, cum in Christo sit tantum vna persona, diuinæ, & humanæ naturæ, & etiam vna hypostasis, & vnum suppositum, est quidem eius vna adoratio, & vnus honor ex parte eius, qui adoratur: sed ex parte causæ, qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, vt, scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiam creatam. Si autem ponerentur in Christo plures personæ, seu hypostases, sequeretur quòd simpliciter essent plures adorationes. Et hoc est quod in Synodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli, † Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo, quasi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat Emmanuelem, secundum quòd factum est caro verbum, anathema sit.

† habet in cõ. 1. eph. can. 8.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in Trinitate sunt tres, qui honorantur, sed est vna causa honoris: in mysterio autem incarnationis est econuerso. Et ideo alio modo est vnus honor Trinitatis, & alio modo est vnus honor Christi.

Ad secvndvm dicendum, quòd operatio nõ est, quæ honoratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc, quòd in Christo sunt duæ operationes, nõ ostenditur, quòd sint duæ adorationes, sed quòd sint duæ adorationis causæ.

Ad tertivm dicendum, quòd anima Christi, si non esset vnita Dei verbo, esset id, quod est principalissimum in homine illo: & ideo sibi præcipuè deberet honor: quia homo est id, quod est potissimum in eo: sed quia anima Christi est vnita personæ digniori, illi personæ præcipuè debetur honor, cui anima Christi vnitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas animæ Christi, sed augetur, vt etiam sup. dictum est.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim & Nestorij, & Fœlicis, & Chãzinzariorum, conuenientium radicitus in hoc vnũ, scilicet quòd non eadem adoratione est adorandus Christus Deus, & Christus homo, sed diuersa. Radicem namque huius hæreticæ ponebat Nestorius dicens; quòd Christus habet duas personas, alteram diuinitatis, & alteram humanitatis; Vel (quod in idem redit) quòd Christus non est unus in deitate & humanitate, sed separatim alter filius Dei, alter filius hominis. Similiter Fęlix ille infęlix dicebat: In Christo inesse duas hypostases. Item Chanzinzarij asserebant in Christo fuisse duas personas; unam passam, alteram seorsum stetisse, & passionis spectatricem fuisse. Ex hac enim radice necessario & sequebatur, & ipsi intelligebant; quòd Christus Deus, & Christus homo, duplici adoratione, non autem simplici, adorandus erat. Contra quam hæresim directè pugnat præsens articulus. Destructæ quidem fuerunt prædictæ infectæ radices supra, articulorum numero 8. 9. 18. 111. 113. cum Elucid. & valent illis in locis dicta tum ad corroborandum præsentem articulum, tum ad tanquam confutandum hæresim ex radice illa necessario deductam: sed nondum fuit directè pugnatum contra eandem, quatenus de adoratione humanitatis & diuinitatis in Christo malè sentit (ut dictũ est). Nunc ergo directè impugnanda, simulque expugnanda est tum per articulum hunc, tum per conciliorum sacras definitiones: quandoquidem & pro tanto solum illæ hæreses huc adductæ sunt, inquantum, licet de adoratione loquuntur simpliciter, modo prædeclarato. Secundo igitur habes quo per rationem ostendas, hæresim antedictam meritò damnari a synodo Constantinopolitana secunda, quæ est quinta in ordine synodorũ generalium actione, seu confess. 8. cap. 9. Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur seorsum Dei Verbo, & seorsum homini: sed non una adoratione Deum verbum incarnatum, &c. vt in argu. contr. Item ab eadem synodo per hoc: quòd ibid. cap. 13. approbat duodecim capitula Sãcti Cyrilli; & anathematizat ipsis capitulis contraria sapientes. Quod vero dicat B. Cyrillus in vno illorum capitulorum audiuimus in tex. corp. Item a Concilio Ephesino I. canon. 8. iisdem ferme uerbis Cyrilli, dicente. Si quis audet dicere: hominem assumptum coadorandũ Deo verbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero (nam con, syllaba superadiecta hæc cogit intelligi): & non potius una adoratione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem rependit, iuxta quod Verbum caro factum est: anathema sit. Hæc ibi. Item a Concilio Constantinopolitano quarto, quod ad supplementum sexti Concilij congregatum est sub Imperatore Iustiniano, damnatur per hoc; quod canon. 2. approbat, stabilesque ac firmos manere statuit Canones prædicti Cyrilli (canones hi sunt illa duodecim eius capitula). Vbi in fine idem cõcilium, post nonnullorum etiam canones admissos, inquit. Si quis autem, quod prædictorum canonum aliquem innouare, vel subuertere conetur, conuictus fuerit, reus erit secundum eum canonem: vt ipse pronunciat Canon, pœnam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens. Hæc ibi. Ex quibus sequitur: quod ille anathema iudicandus, & tanquam anathema puniendus est: qui Beati Cyrilli canonem prædictum subuertere conatur, (quales sunt supradicti hæretici); quoniam in canone, seu capitulo, ipso anathematizatur ab eodem Cyrillo quicunque tenuerit contrarium: vt patet in ipso recitato à tex. corp. fin. Tertiò uides: quomodo ex iis bene 3
pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* q. 2. ar. 2. ad 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus non de qualitate, sed de identitate, vel diuersitate adorationis quærit, an scilicet una, eademque adoratio (qualiscumque sit illa) terminetur ad Christi humanitatem, quæ ad illius terminatur diuinitatem. Et est ratio dubij huius, vnio Ecclesię, & decretum quintæ synodi, quod in litera asseritur, tractaturque hæc materia in 3. Sent. dist. 9.

¶ In corpore artic. duo fiunt, primo distinguuntur termini dein de rñdetur quęstio. Distinguitur ergo primo id, quod honorat̃, secundo unitas, vel pluralitas honoris. Distinguunt̃ igitur in honorato, res honorata, & causa honoris, & dr̃, quòd res honorata est tantũ persona, seu totum subsistens, & probat excludendo partes, ex usu loquendi: quia non dicimus manũ honorari. Et quia hoc vr̃ pati calumniam, respondetur obiectioni, quòd partes quandoque dicuntur honorari, non secundum se, sed vt totum honoretur. Et declaretur a simili, in veste, & nuncio, &c.

¶ Vbi habes aliam distinctionem honorati, scilicet secundum se, vel secundum aliud in se. Totum enim honoratur secundum se, pars autem, imago, & nuncius, secundum aliud, hoc est totum in se parte, repræsentatum in se imagine, mittentem in se nuncio. Causa autem honoris est id, unde habet honoratus excellentiam. Probatur: quia honor est reuerentia exhibita

bita alieni propter sui excellentiam. Vnitas uero, & pluralitas honoris distinguitur quód potest attendi, vel secundum causam honoris, vel secundum terminum per se proprium adorationis. Et propterea si contingit in vno eodemq; homine inueniri diuersas causas honoris, erit illius honor vnus, & multiplex. Vnus, ex parte personæ, quæ terminus est multiplex, ex parte causæ multiplicis, vt patet de uno homine honorato, & propter scientiam, & propter virtutem moralem, seu theologalem.

¶Conclusio responsiua quæsito est. Adoratio Christi est una ex parte personæ adoratæ, & est plures ex parte causæ, diuinæ, s. vel humanæ. Probat primo conclusio quo ad primam paré: quia in Chro vna tñ est hypostasis. Quoad secundá, quia alia ratio honoris est sapientia diuina, alia sapientia humana. Deinde probatur ex opposito; quia scilicet si essent plures hypostases in Christo adoratio eius non esset vna, etiam ex parte adorati: sed totaliter adoratio Christi non esset vna, sed diuersa, & hoc est damnatum in synodis, &c.

¶Circa primam distinctionem nota cautissimé, quod honorari, vt causam honoris, non est honorari simpliciter, sed cum tali determinatione, ita quód ly vt causa honoris, est conditio diminuens honoratum, ita quód non valet argumentum. Sapientia honoratur, vt causa honoris, ergo honoratur. Et hoc proprio loquendo: quia honorari non est, nisi terminantis passiue actum honorandi: non terminat autem honoris actum, nisi persona, cui exhibetur honor. Et hinc oritur, quod Christo debetur simpliciter vna adoratio & quod humanitas eius, vt abstrahit ab hypostasi, est inadorabilis sicut cæteræ causæ adorandi, inadorabiles sunt, proprie loquendo. Quia tamen inuenitur quandoque dictum de huiusmodi, quód honorantur, vel adorantur, ideo non faciendo vim in vocabulis loquere, vt plures loquuntur. & intellige, quod ideo ecclesia Christum unica adoratione adorat, dicendo ei, Miserere nobis, & non dicendo ei, Miserere, & intercede: quia ad vnitatem personæ respicit. Et hinc Synodi anathema processit contra adorantes Christum duabus adorationibus: proprie enim locuti sunt de honorato, seu adorato.

¶ Rursus, circa eandem distinctionem nota, quód causa honoris dicitur id, quo persona excellit. Hoc autem inuenitur dupliciter: vel per modum formæ, vt sapientia, virtus, status uel per modum operationis, vt creare, gubernare, vincere, docere, misereri, &c. Vtrumque enim est, vnde quis excellit: excellunt enim homines non solum sapientia, potentia, uirtute, dignitate, sed etiam quia vicerunt, quia docuerunt, quia ordinarunt, &c. Et vtrumque in litera hac habes, primum in corpore, secundum in responsione ad secundum.

¶Circa distinctionem alteram ex litera sumptam de modo duplici, quo res adorata adoratur (vel secundum se, vel secundum aliud in se) aduerte primo ex litera illam haberi, dum dicitur de partibus, quod non secundum se honorantur, sed totum in illis honoratur. Et subditur per quem modum potest aliquis honorari in exteriori, puta ueste, imagine vel nuncio. Ex his enim clara habetur dicta distinctio, dum totum secundum se honoratur, & quando partes honorantur, totum honoratur in partibus. Hoc enim est partem honorari, secundum quód totum est in parte. Et similiter vestis honoratur, secundum quód persona est sub illa: imago quoq; ueneratur, secundum quod repræsentata p-sona est in illa. Et similiter nuncius honoratur, secundum quód princeps est in illo.

¶Aduerte secundo, quód quia ista quodammodo honorantur, & quodammodo non (quia secundum se non honorantur, secundum vero aliud in ipsis honorantur) idcirco de eis, & affirmatiua, & negatiua uerificantur. Dicitur enim, quód partes, & huiusmodi non honorantur, s. proprie (quia non secundũ se) & q honorantur, scilicet secundum aliud in ipsis. Et quoniam clauis est una istius tractatus sententia hæc, dilucidanda amplius est, discutiendo illam.

¶ Scito igitur tertio, duplicem ésse opinionem circa honorationem personæ in suis extrinsecis, puta imagine, &cæt. Altera est, quód persona honoratur in istis: quia habet quoddam esse in illis. Altera est, quod persona honoratur in illis: non quia habet esse in illis, sed quia per illa excitantur, conuertunturque, homines in personam illam honorandam: ita quód inter has opiniones tanta est distantia, quod prima ponit extrinseca hæc terminare honorationem, non secundum se, sed secundum quód persona est in illis: secunda autem ponit extrinseca hæc non terminare honorationem quouis modo. Et hinc distant secundo, quód secundum primam extrinseca dicuntur honorari, iuxta secundam autem extrinseca non nisi abusiué, & communicando in nominibus cum uulgo dicuntur honorari: quod autem horum uerius sit, inferius patebit. Sed hinc quamuis nó habeatur ab Auctore prima opinio de uerbo ad verbum, satis tamen insinuatur, cum dicitur, quod totum honoratur in partibus, & q per hunc modum homo honoratur in exteriori, vt ueste, imagine, aut nuncio. Clare autem aperitur inferius hæc sententia, cum non solum dicitur, quód imago, aut crux adoranda est, sed exprimitur terminatiue, dicendo motum in imaginem & personam esse vnum: si enim motus est in imaginé, imago ipsa nonnul[...] terminus est motus. Est ergo prima opinio Auctoris, inferius discutienda: nunc autem prælibata hæc sint, ut scias dubitare, & discernere.

S. Bon. 3. s. d. 9. q. 1. ar. 1.
Scot. 3. s. d. 9 q. 2.
Rich. 3. s. d. 9. q. 1.
Durand. 3. s. d. 9. q. 2.
Capr. 3. d. 9. q. 2. con. 1.
Medina ar. 2.

SVPER Q. XXV. ART. II.

144 3. d. 9 q. 1. a. 2. q. 1. & q. 4. ad 2.

CONCL. I. Adoratio humanitatis Christi, si intelligatur esse eius vt rei adoratæ, est adoratio latriæ.

¶PROB. Quia adorare carnem, idest humanitatem Christi sic, idest taliter consideratam, nihil aliud est; nisi adorare uerbum Dei incarnatum.

CONCL. secunda. Adoratio humanitatis Christi, prout, scilicet fit ratione humanitatis eius perfectæ omni munere gratiarum, est adoratio duliæ tantum.

¶PROB. Quia supponitur clara; etiam a simili de adoratione Dei, adiuncta glo.

¶COROLL. Ergo

ARTICVLVS II.

Vtrum humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod humanitas Christi non sit adoranda adoratione latriæ: quia super Psal. 98. Adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, dicit Gloss. Caro a verbo Dei assumpta, sine impietate adoratur a nobis, quia nemo carnem eius spiritualiter manducat, nisi prius adoret: non illa dico adoratione, quæ latria est, quæ soli creatori debetur: caro autem Christi est pars humanitas. ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶2 Præt. Cultus latriæ nulli creaturæ debetur: ex hoc enim reprobátur gentiles, quód coluerunt & seruierunt creaturæ, vt dicitur Rom. 1. sed humanitas Christi est creatura. ergo non est adoranda adoratione latriæ.

¶3 Præt. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maximi dominii secundum illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, * & illi soli seruies: sed Christus, secundum quod est homo est minor patre. ergo humanitas eius non est adoratione latriæ adoranda.

* Alias, timebis.

SED CONTRA est, quód Damasc. dicit in tertio lib. * Adoratur autem caro Christi incarnato uerbo Deo, non propter seipsam: sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbum Dei. Et super illud Psal. 98. Adorate scabellum pedũ eius, dicit gloss. † Qui adorat corpus Christi, nó terrá intuetur: sed illum potius, cuius scabellum est, cuius in honore scabellum adorat, sed Verbum incarnatum adoratur adoratione latriæ. ergo & corpus eius, siue eius humanitas.

* li. 4 orth. fidei ca. 3. circa prin.

† Ps. 98. Est Augu. ibi, to. 8.

RESPON. Dicendum, quód sicut supra dictum est, * honor adorationis proprié debetur hypostasi subsistenti: tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi, dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit eius, sicut rei adoratæ, & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quam adorare Verbum Dei incarnatum, sicut adorare uesté regis, nihil est aliud, quam adorare regem uestitum. Et secúdum

* art. præced.

Ergo vna & eadem persona adoratur una adoratione, vt ad rem subsistentem relata; duplici uero adoratione, vt ad rationes adorandi relata. Adoratur enim adoratione latriæ propter suam ipsius personæ diuinitatem; adoratione autem duliæ propter perfectionem humanitatis. Sic de unica adoratione, non duabus, qua Christus in duabus naturis existens adoratur, intellige ea: quæ a Conciliis definita sunt; & recitata art. 1. appen.

Primum

1ᵐ de conclusione. Ergo humanitas Chri. B. Vt subtilibus intelligentijs seorsum considerata a diuinitate. §. Sic enim sequitur ex præmissis: quoniam glossa illa non est sic intelligenda, quasi seorsum adoretur, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusionibus. Pro quarū secunda argumentū sic (vt oportuit) glossatū etiam militat; tanquā probatio eius. Vide ar. 3. appen. ad confirmandum, q̄ realiter nō adorari seorsum caro Christi ab eius diuinitate: vt dicit hic textus in princip.

2ᵐ de maiori. Nulli creaturæ. B. Cōsideratæ secundū rōnē sumpsus. §. Tunc nihil, &c. Nam adoratio latriæ, de qua sit sermo in 1. concl. non exhibetur humanitati, &c. vt in tex. Ex quo dic; q̄ ideo gentiles reprobantur a Rom. 1. quia latriā creaturis, fm se su rōne sumpsarū considera tis, exhibebant: id q̄ non faciunt Christiani exhibēdo latriā humanitati Christi, vt declaratum est.

* Ps. 7. glo. interlinearis ibid.

hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latriæ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quæ fit ratione humanitatis Christi, perfectæ omni munere gratiarum, & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latriæ, sed adoratio duliæ, ita scilicet, quòd una, & eadem persona Christi adoretur adoratione latriæ, propter suā diuinitatem, & adoratione duliæ; propter perfectionem humanitatis. Nec hoc est inconueniens; quia ipsi Deo patri debetur honor latriæ propter deitatem, & honor duliæ propter dominium, quo gubernat creaturam. Vnde super illud Psal. 7. Domine Deus meus in te speraui; dicit glo. * Domine omnium, per potentiam, cui debetur dulia: Deus omnium per creationem, cui debetur latria.

plicatione in arg. contr. Item per illud Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere diuinitatem & honorem, & gloriā. Hoc est. Honorem gloriosum, qui debetur diuinitati: & hæc est adoratio latriæ. Considerarunt. n. Angeli ibi hoc dicentes humanitatē Christi, quæ occisa est, prout existit in agno. i. in persona agni (vt ibid. patet consideratiōbus): tanquā. f. cui humanitati, velut rei adoratæ, debet adoratio. Hunc locū iuuant concilia relata in ar. 1. app. si rectè applicent. Qd verò non sit sic adoranda insinuatur per illud Ioan. 14. Patet maior me est. Et p illud Philip. 3. Exinaniuit semet ipsum formam serui, i. humanitatem, accipiēs. Et per illud Luc. 2. erat subditus illis. Hæc. n. omnia, & similia, dicuntur de Christo fm humanam naturam. Humana igit natura Christi est minor patre, est serua, est subdita: ideoque non adoranda tāta adoratione, quanta est adorandus pater. Ac si ergo & Christus, & Apostolus, & Lucas, ad propositum hoc schola sticum applicando ner

* lib. 4. c. 3. circa prin.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ glo. illa non est sic intelligenda, quasi seorsum adoretur caro Christi ab eius diuinitate: hoc enim contingeret solū hoc modo, si esset alia hypostasis Dei, & hominis; sed qa; vt Damasc. † dicit, si diuidas subtilibus intelligentiis, quod videtur, ab eo, quod intelligitur, inadorabilis est, vt creatura, scilicet adoratione latriæ. Et tunc sic intellectæ, vt separatæ a Dei uerbo debetur sibi adoratio duliæ: non cuiuscunque (puta, quæ communiter exhibetur aliis creaturis) sed cuiusdam excellentioris, quam hyperduliam uocant.

Et per hoc et patet responsio ad secūdum, & tertiū, quia adoratio latriæ nō exhibetur humanitati Christi rōne sumptus: sed ratione diuinitatis, cui unitur, secundum quam, Christus non est minor Patre.

3ᵐ de minori. Christus, fm quod est homo. B. i. Secundum humanitatem suam, ratione humanitatis, consideratam. §. Tunc nihil, &c. Nam adoratio latriæ, de qua loquitur conclusio 1. non exhiberur humanitati Chri, &c. vt in tex. Ex his dicito: quod argumenta secundū & tertium, ut iacēt, stant in fauorem secundæ conclusionis; tāquam probationes eius. Quid sit dulia quid hyperdulia. Quid latria, &c. vide Compend. Alber. Mag. lib. 5. cap. 58. cum schol. & cap. 60. cum schol.

ba sua aperte dixissēt: Christi humanitas non est adoranda adoratione latriæ. vide supra articul. nume. 8. 69. 82. 104. 109. & 1. q. 14. art. 16. item q. 75. art. 7. item Addition. articulorum nume. 389. vbique cum Elucid. quod. f. non est tanta Christi humanitas, quanta est eius diuinitas; (licet per aliquid huic æquiualens ibi recitetur). Nam omnia ibi dicta contra hanc hæresim faciunt pro loco isto: quoniam, si ad propositum præsens suauiter inflectantur, unanimiter dicunt: quod latriæ adorationem non debemus exhibere humanitati Christi; & quod dicere contrarium in eodem sensu, in quo negatur, est hæresis; cum in sententia hoc sit dicere, humanitatem Christi æqualem esse suæ diuinitati. Ex præsenti quoque loco ad confutationem illarum hæresum in locis nunc citatis narratarum aptissime vicissim iuuaberis. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applitis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse a scripturis insinuatū: q̄ humanitas Christi adoranda est, & non adoranda, adoratione latriæ. Quod quidem sit sic adoranda, insinuatur per illud dictum psal. 98. Adorate scabellum, &c. iuncta glo. B. Aug. ibid. fm q̄ recitatur cū applicatione

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli cum distinctione respondet duabus conclusionibus. Prima est. Humanitas Christi vt res adorata, est adoranda adoratione latriæ. Probatur, quia ipsam sic adorari, nihil aliud est quam verbum incarnatum adorari. Probatur hoc a simili, sicut adorare vestem regis, est adorare regem vestitum. Secunda est. Humanitas Christi, vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latriæ sed duliæ: hoc est, persona Christi honoranda est dulia ratione humanitatis, plenæ gratiæ, &c. Declaratur hoc non esse inconueniens ex persona patris, quæ latria, & dulia adoratur.

¶ Aduerte hic duo. Primum est, q̄ adorari ut rem adoratā, contingit dupliciter: vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur latria, quia per deitatem quæ est ipsa personalitas, per aliud uero dulia, quia per humanitatem, quæ est aliud ab ipsa. Et econtra humanitas Christi per aliud adoratur latria per se autem non, sed dulia, vt ratio tamen adorandi. Et hæc omnia in litera habentur, quamuis diti distinctio non formaliter explicetur, sed ipsa Auctor utatur.

¶ Secundum est, quòd licet dulia qua persona patris honoratur propter potentiam, & dulia, qua persona Filii ratione humanitatis adoratur, non omnino sint eadem, (quia illa est dulia communiter sumpta ad species duliæ, & latriæ: illa uero est species duliæ distincta contra latriam, sicut dispositio est genus ad dispositionē & habitum) licet inquam ita sit, non officit tamen processui literæ persuasiuo ex verbis glossarum, ad tollendam admirationem. Materia enim hæc de se clarissima est: nam liquet personam Christi ratione diuersarum naturarum diuersimode honorandam. Sed vt nonnulla consonantia ueritatis huius ad priscos monstraretur, allatum est illud quasi simile, de persona Patris.

¶ In hoc articulo, & specialiter in responsione ad primum, vide quod accepturi communionem sacram, aut sacrificio missæ assistentes, tam corpus, quam sanguinem domini: cum adorare nos experimur adoratione latriæ: nam ut Deum summa honoramus non distinguendo inter corpus, & cum, cuius est corpus: dicendo, domine, non sum dignus, & alias similes orationes. Adorationem siquidem duliæ Christo debitam ratione humanæ naturæ, Ecclesia in mente retinet, non in usu, ad euitandos (ut dictum est) errores.

¶ Secun-

146

3. 1. q. 81. a. 2. Cap. 3. d. 9. q. 1. con. 2. 3. ad 3. & in ediane ar. 3. q. 49. ar. 2. ad 1. Et inf. ar. 4. cor. & ar. 5. ad 2. Et 3. dis. 9. q6. 1. ar. 2. q 2.

SVP. Q. XXV. ART. III.

CONCL. I. Imagini Christi, inquantū est res quædam, nulla reuerentia exhibetur.

¶ PROB. Quia reuerentia non, nisi rationali naturæ debetur.

¶ CONCL. 2. Imagini Christi, inquantū est eius imago, exhibetur reuerentia suprema,

ARTICVLVS III.

Vtrum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd imago Christi, non sit adoranda adoratione latriæ. Dicitur enim Exod. 20. Non facies tibi sculptibile, neque omnem similitudinem: sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. ergo imago Christi nō est adoranda adoratione latriæ.

ma, idest ipsa, vt sic, adoranda est adoratione latriæ.

¶ Prob. Quia Christus adoratur adoratione latriæ. art. 1. 2. & motus, qui in proposito est adoratio, in imaginem, prout est imago, est idem cum motu, idest cum adoratione, qui est in rem; cuius est imago (vt patet per philosophum de memori.)

1m Exod. Neque omnem similitudinem. R. Deorum alienorum adorãdam. §. Hoc est. Neq; omnem imaginẽ adorandam pro Deo, qui sit alius De' a me. Tũc ni. &c. Nã imago Chri, q̃ fit a Catholicis, non est imago facta, vt adoretur pro Deo, qui sit alius Deus a Deo hebræorum tunc fideliũ (quo in sensu gentiles faciebant, & adorabãt, imagines deorum suorum): sed est imago facta, vt adoretur ꝓ Deo, qui est unus numero uerus Deus cum Deo Hebræorum tunc fidelium Quod nihil aliud est, nisi dicere; ꝙ imago Christi est adorãda ꝓ Deo vero, qui est vnus simpliciter Deus cum patre, & spiritusancto. Cum igitur in Exod. 20. fiat secundum aliũ sensum prohibitio similitudinum, seu imaginum; & sm aliũ longe diuersum fiat imago Christi; patet: ꝙ argumentum non tm̃ non infringit, sed nec ẽt tãgit, propositam ueritatem ab articuli cõclusione secunda. Ex textu dic: ꝙ hi gentiles nõ uocabantur idolatræ; quia latriã, i. adorationem latriæ, exhibebant idolis suis: quandoquidem idola sua uenerabantur, & colebant ꝓ diis ueris. 1. q. 13. artic. 10. Licet re uera & nõ possit esse, nisi unus uerus Deus. 1. q. 11. ar. 3. item q. 13. art. 9. & per consequens ipsi adorarent dæmones, vel stellas, vel alias creaturas. 1. q. 11 1. ar. 3. ad primũ. & Rom. 1. Meritò igitur gentiles ij uocati sunt idolatræ: quoniam ipsi soli, ad differentiã Christianorum imagines vnius Christi latria adorantium, contrafaciebant huic primo prę cepto legis in Exo. 20. datæ. Nec mihi obiicias puerilia quædam, idest quædam grammaticalia, uidelicet quòd non debeant uocari idolatræ, sed idololatræ; eo quòd nomen hoc componitur ex ly idolum, & ly latria: quoniam quamuis de compositione nominis uerum dicas, tamen nihil inde contra præmissam locutionem concludis. Apud grammaticos enim grauissimos dari figuram syncopen, quæ de medio tollit, reminisci debueras; quia elegantius dicitur ignorarunt, quam ignorauerunt; nescisti, quam nesciuisti, errasti, quam errauisti. Quid ergo mirum; si & ad seruandam syncopen, & ad euitandam cacophoniam quandam, & ad antiquitatem venerabilium patrum sectandam, prælegerimus dicere ly idolatræ, quam idololatræ? De figura illa nunc supra patet; de cacophonia constat, sola; de antiquitate

¶ 2 Præt. Operibus gentilium non debemus communicare, vt Apost. dicit Eph. 5. sed gentiles de hoc præcipue inculpantur, ꝙ commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt dicitur Roma. 1. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præt. Christo debetur adoratio latriæ ratione diuinitatis, non ratione humanitatis: sed imagini diuinitatis eius, quæ est animæ rationali impressa, non debetur adoratio latriæ. ergo multo minus imagini corporali, quæ repræsentat humanitatem ipsius.

¶ 4 Præt. Nihil uidetur esse in cultu diuino faciendum, nisi quod est a Deo institutum. vnde & Apo. 1. ad Corin. 11. traditurus doctrinam de sacrificio Ecclesiæ, dicit, Ego accepi a domino, quod & tradidi vobis: sed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorandis imaginib. ergo imago Christi nõ est adoranda adoratione latriæ.

Sed contra est, quòd Damas. inducit Basilium dicentẽ, *Imaginis honor ad prothotypum peruenit, idest, exemplar: sed ipsum exẽplar, s. Christus, est, adorandus adoratione latriæ. ergo, & eius imago.

Li. 4. c. 17. non longè a princ.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in lib. * de Memoria & reminiscẽtia, duplex est motus animæ in imaginem, unus quidem in ipsam imaginem, secundum ꝙ res quædam est, alio modo in imaginẽ, inquantum est imago alterius. Et inter hos duos motus est hæc differentia quia primus motus, quo quis mouetur in imaginẽ, vt est res quædam, est alius a motu, qui est in re: secundus autẽ motus qui est in imaginem, inquantum est imago, idest vnus, & idem cum illo, qui est in rẽ. Sic ergo dicendum est, ꝙ imagini Christi, inquantum est res quædã (puta lignum sculptum, uel pictũ) nulla reuerentia exhibetur, quia reuerentia, non nisi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo ꝙ exhibeatur ei reuerentia solum inquantum est imago, & sic sequitur, ꝙ eadem reuerentia exhibeatur imagini Christi, & ipsi Christo. Cum ergo Christus adoreť adoratione latriæ, consequẽs est, ꝙ eius imago sit adoratione latriæ adoranda.

*cap. 2. circa mediũ. to. 2.

D. 420.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ non prohibetur illo præcepto, facere quamcũque sculpturam, vel similitudinem, sed facere adorandam. vnde subdit, Non adorabis ea, neq; coles. Et quia, sicut dictũ est, idem est motus in imaginem, & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cuius imago est. vnde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginũ, quas gentiles faciebant in uenerationem Deorum suorum, idest dæmonum. Et ideo præmittitur. Non habebis Deos alienos coram me. Ipsi autem vero Deo, cum sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, vt Damasc. dicit * insipientiæ summæ est, & impietatis, figurare, quod est diuinum. Sed quia in nouo testamento Deus factus est homo, potest in sui imagine corporali, adorari.

*Li. 4. c. 15. ante med.

Ad secundum dicendum, ꝙ Apostol. prohibet operibus infructuosis gentilium communicare: cõmunicare autem utilibus eorũ operibus, Apostolis non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera computanda, quantum ad duo. Primo quidem, quantum ad hoc, ꝙ quidam eorum adorabant ipsas imagines, vt res quasdam, credentes in eis esse aliquod numen propter responsa, quæ dæmones in eis dabant, & alios huiusmodi effectus mirabiles. Secundo, propter res, quarum erant imagines: statuebãt enim huiusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis ueneratione latriæ uenerabantur. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus, nõ propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est, sicut dictum est. *

*In cor. ar.

tate ueneranda liquet. Nam secundum translationem antiquam & Apostolus dicit 1. Corinth. 10. Neque idolatræ efficiamini, item cap. 8. eum qui habet conscientiam, in idolio (non, in idololio) recumbentem; & Samuel 1. Reg. 15. Scelus idolatriæ nolle acquiescere; & Lucas Act. 17. Paulus cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso uidens idolatriæ deditam ciuitatem. Sed & D. Thomas, tantos de primoribus patrum imitatus, dicit 2. 2. quęst. 94. artic. & cæt. Vetum idolatria, uidetur, ꝙ idolatria; verum causa idolatriæ; videtur, quod causa idolatriæ: & vbique hoc nomine antiquo, scilicet idolatria, vtitur; postergato, quamuis non condemnato, nouo, scilicet idololatria; quod vtique nouum ipse quoque sciebat. Hæc paucula, tanquam coactus dixerim: quo nouitij, vel hinc moniti, adolescere incipiant.

2m de maiori. Operibus gentium. R. Infructuosis. §. Sic enim Apostolus, vbi allegatur, habet ad literam; & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarũ. Tunc nihil, & cęt. Nam adorare imaginẽ Christi non est opus infructuosum; prout adorare imagines paganorum gentilium erat infructuosum opus ꝓpter duo, quæ in textu exprimuntur: quinimmo adorare imaginem Christi, secundum intentionem Ecclesiæ Catholicæ, est maxime proficuum, clarissimum opus, simulque inæstimabiliter saluberrimum. vide ad primum, & appendicem articuli huius.

¶ Exam. Primo, Ly propter res, quarum erant imagines. Hoc est. Propter res infames; seu propter res ueneratione indignas, & præsertim veneratione latriæ. Exemplum sit. Adorabant gentiles Iouis, Herculis, Veneris, Martis, & aliorum similium, imagines: quorum tamen imaginum res repræsentatæ, scilicet Iuppiter, Hercules, Venus, Mars, aliisque similes, fuerunt res infames, adoratuque indignæ: immo & contemptu dignissimæ, prout a sanctis martyribus meritò contemnebantur. Quod uerò res illæ, essent etiam secundum iudicium quandoque lucidum paganorum, re vera contemptibiles, patet ex facto unius illorum. Legitur enim in hystoriis, quod cum Quintianus Siciliæ præses, Decio imperante, diceret Beatæ Agathæ, Elige aut diuersis pœnis interire, aut diis sacrificare; Agatha ipsa respondit. Sit uxor tua, ut dea tua Venus; & tu, sicut Deus tuus Iuppiter. Tum in iram commotus Præses, quasi de improperio se uindicaturus iussit, eam alapis cædi, dicens;

di, dicens; In iniuriam iudicis noli garrire. Cui Agatha. Miror; te uirum prudentem ad tantam stultitiam deuolutum: vt illos dicas Deos, quorum uitam nec tu, nec vxor tua, velis imitari. Ad hæc obmutescens Quintianus iussit eam in carcerem recipi. Vide legendam istius virginis & martyris ab ecclesia approbatam, & in diuinis officiis solenniter lectam. Ecce intentum apertum, scilicet quod etiam ipsi pagani tempore lucidi interualli, ab ipsa ueritate coacti, suos Deos fuisse homines infamissimos factis ipsis confitebantur. Vt quid enim præter iste probro sibi reputat fore ad instar Iouis; vxoremque suam ad instar Veneris? Quia vtriusque horum Deorum vitam fuisse ignominia & scæleribus plenam; agnouerat ex historijs, aut uocali relatione suorum gentilium. Vide omnino Compend. Alber. Mag. lib. 5. cap. 60. cum schol.

¶ EXAM. 2. Ly propter rem, cuius est imago. Hoc est. Propter rem latria adoratione meritò colendam, idest propter Christum, qui est verus Deus 1. Ioan. vltim. Sed & ipse Christus dixit, se esse uerum Deum plurimis in locis; de quibus tantum pauca nunc adducemus. Vt Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus; item cap. 8. Ego principium qui & loquor uobis. item ibid. Antequam Abraham fieret, ego sum; item cap. 3. Qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo; item cap. 11. Sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam; item cap. 17. Clarifica me tu pater claritate, quam habui apud te, priusquam mundus fieret; item cap. 14. Qui uidet me, uidet & patrem; item ibidem. Non credis; quia ego in patre, & pater in me est? Alioqnin propter opera ipsa credite. Et quia de operibus suis, etiam fiendis, Christus meminit ad demonstrandum, etiam non credentibus, se esse verum Deum (quod præsens Beati Thomæ textus pro basi firmissima supponit): ideo unum ad hoc solummodo opus Christi in medium adducemus, quod etiam infideles de uera eius diuinitate conuincat. Ecce illud unum opus. Ascendit, post resurrectionē suam a morte, Chrs in cœlum; inde super Apostolos misit spiritumsanctum; per hos sic spiritu uestitos ad se conuertit mundum. De quo opere Christus ad passionem crucis uadens dixit Ioan. 16: Si abiero, mittam eum ad uos; & cum venerit ille, arguet mundum de iustitia, quia ad patrem vado. Hoc est. Per vos spiritussanctus quem mittam uobis, arguet infideles de iustitia mea; conuincendo, scilicet eos, de hoc, quod ego sum iustus: & talis conuictio fiet per hoc, quod ad patrem uado: Ac si apertius dixerit. Manifestissimum est omnibus ratione vtentibus, quòd Deus non est fautor iniustorum: & consequenter quod Deus non faueret mihi, maxime fauore tanto, scilicet trahendo me in cœlum ad seipsum; si essem iniustus. Iniustus uerò, immo iniustissimus, essem: si mentiendo dixissem, me esse uerum Deū; & maxime non semel, sed ualde pluries. Ex hoc igitur facto, scilicet quod fauore Dei patris ego uado ad patrem, uos spiritusancto pleni arguetis mundum, idest infideles mundi, manifeste cōuincendo eos de iustitia mea, scilicet quod ego sim uerax, dicendo, me esse verum Deum; & consequenter ostendendo eis ex sua ipsorum ui rationis (vt supra) quod ego sum Deus uerus. Hucusque sensus uerus Euangelij. Contra quem infideles, quia in egtesis a propria ipsorum ratione conuincuntur, nihil aliud asserere possunt: nisi hoc, scilicet quod fauorem præmissum Deus Christo non contulit, idest quod Christus non ascendit in cœlum, neque iuit ad Deum patrem. Quibus nos a philosopho in libro primo posteriorum de demonstratione quia, idest de demonstratione ab effectu, edocti, illud ipsum ab eis negatum probamus ab effectibus, & quidem eisdem infidelibus euidentissimis: qui & superius tacti sunt. Apostoli mundum, qui in tenebris idolatriæ sedens contra Christum maxime fremebat, nullis armis mundialibus vsi conuerterunt ad Christum. Effectus hic adeo euidens & notorius est; vt nulla ratione possit sapientia humana tergiuersari, atque huic detrectare assensum: vt quæ de hoc ab historiis proprijs suorum gentilium penitus conuincatur. Vlterius. Conuerterunt mundum aut veritatem prædicando, aut falsitatem. Si veritatem; ergo Christus est Deus uerus, & iuit in cœlum ad patrem: quoniam Apostoli ipsi sic de Christo prædicauerunt (ut patet). Si falsitatem; Ergo suam prædicationem miraculis ueris confirmare non potuerunt, vt confirmarunt): quoniam Deus, cuius solius uirtute miracula uera fiunt, non potest esse testis alicuius, præsertimque tantæ falsitatis; & consequenter non potest miraculis ueris confirmare prædicatum ab Apostolis, scilicet quòd Christus & est verus Deus, & iuit in cœlum ad patrem: si hoc esset falsum. Hoc dilēmate astricti infideles, nihil negare audent; nisi quod Apostoli suam prædicationem, qua conuerterunt mundum, non confirmarunt ueris miraculis. Ad quos nos respondendo dicimus: quod ipsi inde & nos maximè iuuant; & sibimet maxime omnem excusationis vmbram, quam hactenus prætenderunt, amputant. Ecce. Per uos infideles mundum conuerterunt Apostoli sine ueris miraculis: ergo per vos maiore miraculo conuerterunt eum; quam si ueris miraculis ipsum conuertissent. Nam miraculum miraculorum est, sine miraculis conuertere mundum. Conuertere, inquam, mundum ad credenda, tam sublimia (qualia sunt

Catho-

Catholicę fidei) etiam non uisa; ad speranda tam longinqua (qualia sunt Christianæ spei) etiam non uisa; ad operanda tam sensualitati nostræ aspera, seu contraria (qualia sunt ab euangelio uere intellecto omnibus Christianis indicta.) Contemnere, quæ vides, etiam temetipsum, etiam inclusiue vsque ad mortem; & diligere, quæ non uides, etiam quæ tibi contraria uides (puta inimicos,) etiam inclusiue vsque ad mortem: nunquid hæc sensibus humanis, qui ad malum semper proni, ad bonumq; difficiles sunt, non repugnant in totum? Et tamen ad hæc omnia tum credenda, tū speranda, tum operāda, Apostoli auersum omnino, peruersum totaliter, reclamantem (more luporum) fortiter, conuerterunt mūdum; & ita vt mundus ipse conuersus pro catholica fide, pro Christiana spe, pro operibus iustitiæ, mortem a tyrannis illatam subire alacri animo non dubitauerit. Quid maius miraculum; quā sine miraculis ad tanta bona sustollere hominem: vt eum potius non hominem, sed supra hominem reuera uocare possis? Quia igitur per uos infideles sine miraculis Apostoli, nullis armis humanis (ut palam constat) suffulti ad Christum conuerterunt mundum: ideo uobis ex uobis necessitatem credendi Apostolorum prædicationi imposuistis; ita ut inexcusabiles sitis, si non credideritis; vtpote qui nunc ex ore uestro uosipsos condemnaueritis, & omnibus ratione vtenobus uos condemnabiles esse per dicta uestra demonstraueritis. Quòd si miraculis ueris (vt res se habet) conuerterunt mundum: tam vos ex reipsa ad credendum cogimini. Tanti enim proportionaliter in supra naturali doctrina (cuiusmodi est prædicatio Apostolorum) ualet miraculum: quanto in naturali, idest humanitus inuenta doctrina, ualet demonstratio a priori; de qua philosophus in lib. 1. posteriorum tractans, inquit, q ipsa cuiusque ratione vtentis necessario cogit intellectum ad ueritatem a se demonstratam, omni postposita de contrario formidine, tenacius amplexandum. Postremo de falsitate miraculorum, quasi medio diabolo factorum, nec minimum quidem causari potestis: quoniam uitæ Christianæ, qualis in euangelio recte intellecto describitur, diabolus (vt notorie constat) implacabilis inimicus semper est; tantum abest, vt uitam ipsam suadere, vel a remotis, vnquam imaginatus sit.

¶ NOT. Cæterum, si plura voles (quamuis præmissa & pro textus enodatione, & pro aduersariorum confutatione, sufficiant) uidebis 2. 2. articulorum nume. 844. cum Elucid. & omnino pri. par. articulorum num. 518. cum Elucid. notando ibi diligētissime pharisæorum de Christi miraculis, quo duce & Apostoli miracula fecerunt, dictum illud, scilicet hic homo multa signa facit, Ioan. 11. videbis quoque Addition. articulo. nume. 38. in Elucid. appen. de impotentia totali faciendi miracula pro confirmanda falsitate; etiam si miracula facere tentās falsitatē crederet esse uerā (vt tūc forte fuit Caluinus.) Videbis & Veritates aureas super totā Legē Veterem, Exod. 18. concl. 2. item Num. 14. concl. 3. Item D. Tho. contra gentiles lib. 1. cap. 6. & D. Aug. de ciuit. Dei. lib. 12. cap. 10. & lib. 22. cap. 5. 6. 7. vide & Medinam super tertiam partem S. Th. in introductionis. q. 3. item Compend. Alb. Mag. lib. 1. c. 28. schol.

¶ RESPON. tac. obiectio. Quāuis textus rñsi ad 1. dicat ly in ueneratione Deorū suorū. i. dęmonū: tñ hoc dictū non cōtrariat textui rñsi pñtis dicenti ly statuebāt imagines aliquib. creaturis, quas in ei ueneratione latriæ uenerabant. Hoc est. Licet p primū textum oēs dij gentium uocent dæmones, & per sm textum aliq dij gētium dicant aliæ creaturæ, puta Iuppiter, &c. non tñ inter hos text. est ulla realis discordantia. Nā per primū non intelligit, q ipsi imagines dęmonum. i. sub forma turpissima, horribilissima, plurimūq; distorta, cū pede anserino, & capite cornuto effigiatas, facerent, atq; latria venerarent (in quo sensu obiectio ꝓcessisset): sed intelligit, q gentiles in imaginib. aliquarū aliarū creaturarū, quas pro dijs colebant, dicebant veraciter colere dæmones; inquantū s. his vanis & illicitis hoīum adinuentionib. dæmon se ultro ingerēs immiscebat, dando hoīb. rñsa, quasdāq; alias res miras (licet nō miraculosas) faciendo, in ꝑdictis imaginib. & idolatræ has operōnes dæmonum non reprobabant, nō recusabant, non reijciebant; sed e contra circa easdē se habebant. Quia igitur gentiles operib. hisce dæmonū delectabant, ac pp hmōi opera in ueneratione imaginū illarū auidius perseuerabāt, talemq; uenerationē tenacius approbabant: adeo meritò ipsi iudicabant uenerari dęmones, eosq; tāq̃ Deos suos habere, in illis imaginib. Vnde in textu rñsi secūdi, tāq̃ declarando intentū textus primi in uerbis ꝑmissis, dr ly adorabāt ipsas imagines, vt res quasdam, credentes in eis esse aliquod numē pp responsa; quæ dæmones in eis dabāt, & alios hmōi effectus mirabiles. Ex eo igit̄ q idolatræ statuebant imagines aliquib. creaturis alijs a dæmonib. non sequit̄ contrarietas ad primū textū (vt putabat obiectio;) immò ex eo sequitur declaratio primi textus. s. q dij venerati ab idolatris essent dæmones: quod ēt attestat̄ psal. 95. dicens, omnes dij gētium dæmonia. De illis imaginib. idolatrarū, vide lib. Sapiē. cap. 13. 14. De duob. his modis positis in tex. ly primo quidē, &c. quibus venerabantur sua idola; uide pulchrā declarationē ex scripturis in Compend. Alber. Mag. lib. 5. cap. 60. schol. Vbi & dfiam maximā uidebis inter sacras imagines Chrianorū, & profanas illas idolatrarū; ꝑsertim coadiūcto eiusdē lib. c. 58. schol.

Tertium

3m illatio conclusionis. Ergo multo minus, &cæt. ℞. Negatur illatio. §. Potest enim creatura corporalis insensibilis, inquantū est imago Dei incarnati, adorari absque occasione erroris adoratione latriæ: id quod non sic contingit de creatura rationali in se. Creaturæ.n. rationali debetur reuerētia propter, &c. vt in tex. Ex quo patet: ꝙ propter eandem causā non adoratur. B. Virgo mater adoratione latriæ. art. 5.

4m de maiori. Nisi quod est a Deo institutum. ℞. Vel ꝑ scripturas sacras, uel per Apostolos, instituētes. §. Tunc nihil, &c. Apostoli enim familiari instinctu Spiritussancti, &c. vt in tex. Ex quo patet, si secundum planam literam inibi dicta recte coniectantur; ꝙ adoratio imaginum est traditio a spiritusancto per Apostolos, seu traditio Apostolorū ex familiari instinctu Spūsancti (quod idem est.) Ibi quoq; notabis a simili, quo ad Ecclesiæ gubernationem: ꝙ nomine Apostolorum, possunt nūc intelligi Catholici episcopi, & maxime summus Pontifex. Hi enim in locum Apostolorum successerunt, (vt inquit Papa Anacletus in sua epistola tertia): & in ipsis, tanquam in suis prælatis, repræsentatur Ecclesia (vt patet in Conciliis episcoporū dicentibus. Sancta synodus Ecclesiā sanctam repñsentans: Vel aliquid æquiualens.) Ibi etiam nota super ly traditiones, quid sint traditiones Ecclesiasticæ; & quanti faciēdæ sint. De quo dicit Cōcilium Trident. sess. 4. decr. 1. Sacrosancta generalis synodus ꝑspiciens; hanc ueritatem contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus; quæ ex ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spūsancto dictante, quasi per manus traditæ ad nos vsque peruenerunt. Et infra. Si quis autem traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit; anathema sit. Hæc ibi. Possunt ergo nunc Episcopi, multoq; magis papa instituere; ut adoretur talis, vel tali imago. Ex Concilio Tridentino sess. 25. decret. de veneerat. sanct. a ly illud vero diligenter doceant episcopi per hystorias, &c. vsque in finem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ creaturæ rationali debetur reuerentia propter seipsam, & ideo si creaturæ rōnali, in qua est imago Dei, exhiberetur adoratio latriæ, posset esse erroris occasio, vt. s. motus adorantis sisteret in homine, inquantū est res quædam, & nō ferretur in Deū cuius est imago, quod non potest cōtingere de imagine sculpta, uel picta in materia insensibili.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ apostoli familiari instinctu Spiritussancti quædam ecclesiis tradiderunt seruanda, quæ non reliquerūt in scriptis, sed in obseruatione ecclesiæ per successionem fidelium. Vnde ipse dicit 2. ad Thess. 2. State, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, scilicet ore prolatum, siue per epistolam, s. scripto transmissam: & inter huiusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Vnde, & B. Lucas dicitur depinxisse Christi imaginem, quæ Romæ habetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Felicis cuiusdam, Iconoclastarū, Ioannis de Roesesana, Xenæ Hierapol. dicentium; Imaginem Christi esse idolum; & ꝙ Imagines in templis habere idolatria est, siue sint Christi, siue cuiuscunq; sancti. Et hæresim Almarici dicentis; ꝙ imagines thurificare, idolatria est. Et hæreticissimū factum quorundam impiissimorū homunciorum; qui (ut refert Gabriel Prateolus in titul. Albigenses, Alascani, Carolstadius, Constan. V. Imperator, Leo III. & IIII. Imperatores, Ioannes de Zischa, Orphani) sacrā imaginē Crucifixi fœdarunt, oppugnarūt, cōspurcarunt, conculcarunt, ꝑfregerunt, proiecerunt, aliisq; sacrilegis eorū adinuentionib. ipsam affecerunt. Secundo habes: qūo per rationem ostendas, illa oīa hæreticalia merito condēnari a dño saluatore nostro ꝑ hoc ꝙ imaginem propriā & Abagaro, & Veronicę, misericorditer donare dignatus est. Vnde hoc insigne factū Damasc. lib. 4. ca. 16. his uerbis enarrat. Volens benignissimus dñs Iesus Christus pro Abagari regis Edissenorū satisfacere affectu, detersa sua facie, impressam sudario imaginem transmisit. De hac imagine, vide ēt Eusebium lib. 1. Ecclesiasticæ hist. Præterea. Faciem suā dñs ipse linteo impressam dedit Veronicę; dū ipsa pientiss. affectu passiones eius multiplices ad montē Caluariæ crucē baiulantis lachrymarū imbre ꝓsequeretᷓ. Cuius imagine sacra Tyberius Cęsar, post mortē Dñi, sanatus est: & ob id decreuit Christo honores diuinos. Verū, quia inscio Senatu hoc fecerat, Senatus prohibuit (vt author est Suetonius). Eusebius idem, qui sup. lib. 7. scribit de imaginib. Petri & Pauli Apostolorū: meminit quoq; imaginis Chri miracula faciētis in Cæsarea; cuius miracula narrantur ēt in hystoria tripartita lib. 6. Item, si licet ab inimicis Ecclesiæ ꝓ Ecclesiastico hoc dogmate ad cōfusionē infidelium in principio appēdicis narratorū testificationē afferre; Ecce. Luther alioquin Catholicorū hostis, inuenitᷓ contra Carolstadiū sic dicens. Imagines rememoratiuæ, aut testimoniales, sicut sunt imagines Crucifixi & Sāctorū, probatum est esse tolerandas; ēt in lege. Et non solū tolerandas: sed, quamdiu memoria & testimoniū in eis durat, tunc sunt laudabiles, & honorabiles; sicut statuę Iosue, & Samuelis. Itē, quo ad imagines aliorū sanctorū, ꝙ nō subsit periculū idolatrię ullū, si sm Ecclesię Catholicę intētionē adorentᷓ, declarat sexta synodus hoc mō. Venerabiles imagines Christiani nō Deos appellant; neq; seruiūt eis; vt diis, neq; spem salutis ponunt in eis, neq; ab eis expectāt iudiciū futurū: sed, ad memoriā & recordationē primitiuorū, uenerantᷓ eas & adorant; sed nō seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. Hęc ibi, & recitantᷓ in decretis, de consecr. dist. 3. cap. venerabiles. Intellige ly primitiuorū. i. ꝓthotyporū, seu exemplariū: vt patet ex magno Basilio hic in arg. cōtr. Itē hereticalia in principio dicta ostēdes ꝑ rōnē eandē meritò damnati a Cōc. Niceno 2. act. 1. 2. 3. immo quasi per totū; cū passim de adoratione imaginū loquatᷓ. specialiter verò magis act. 7. inqt. Fatemur unanimiter: nos Ecclesiast. traditiones siue scripto, siue cōsuetudine, valentes retinere uelle; quorum de numero est imaginū effigiatio. Sāctorū ergo nrorū & diuinorū patrū doctrinę insistētes, & catholicæ Ecclesiæ, in qua Sāctus spūs inhabitat, traditionem obseruātes, definimus; sanctas imagines, maxime autem imaginē dñi nostri Iesu Christi, deinde intemeratæ dñæ nostræ Deiparæ, uenerandorū Angelorum, oīumq; sanctorū, omni diligentia venerandas; & ē coloribus, tessellis aut alia quauis materia cōmodè (sicut & Crux) paratas & dedicatas & in templis sacris dedicandas & habendas tum in sacris uasis ac uestib. tum in parietib. & tabulis, tum in ædibus priuatis & uiis publicis. Quo. s. per hanc imaginum pictarum inspectionem omnes, qui contēplantur, ad prothutyporum memoriā ueniant; illisq; honorariā adorationem exhibeant. Imaginis.n. honor in prothotypū resultat: & q adorat imaginē, in ea adorat quoq; descriptum argumentum. Sic enim sanctorum nostrorum patrum obtinet disciplina, & traditio catholicæ ecclesiæ; quæ a finibus vsque ad fines terræ euangelium suscepit. Igitur qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum ecclesiasticas traditiones contemnere (aliàs contaminare), aut nouam uaniloquentiam inducere, aut quicquam de consecratis in ecclesia abiicere; euangelij (inquam) depictū codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicuius picturā, aut reliquias martyrum, quas sciuerint esse germanas, aut contra istas uafre aliquid contra ecclesiasticam constitutionem cogitare; aut uti, tanquam communibus, sacratis Deo: si episcopi, uel clerici fuerint, deponuntor; si monachi, vel laici, communione priuantor. Tunc sancta synodus exclamauit: Omnes sic credimus, omnes idem sapimus, omnes approbantes subscribimus. Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides patrum. Hæc est fides orthodoxorum. Hæc fides orbem terrarum cōfirmauit. Credentes in Deū trinum & unum, uenerandas imagines amplexamur. Qui secus agunt, anathemate percelluntur: qui sic non sentiunt, ab ecclesia depelluntur. Quicunque sententias sacræ scripturæ de idolis contra uenerandas imagines adducunt, Anathema. Qui uenerandas imagines idola appellant, Anathema. Qui dicunt, quòd Christiani imagines, vt Deos, adorant; Anathema. Qui scienter communicant cum illis, qui contra uenerādas imagines sentiunt, aut eas dehonestant; anathema. Qui præter Christum dominum Deum nostrum dixerit, aliū nos a cultu idolorū liberasse; anathema. Qui audent, ecclesiam catholicā dicere idola aliqñ suscepisse; anathema. Si quis ex Iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit; anathema. Si quis euangelicas narrationes per picturam repræsentatas non acceptauerit, anathema. Si quis has nō salutauerit in nomine domini, & sanctorum eius; anathema. Si quis Ecclesiæ traditiones siue scripto, siue consuetudine, ualentes non curauerit; anathema. Hæc omnia ibi ad literam: idest in actione septima: vbi tamen incipit, Diffinitio sanctæ, magnæ, & vniuersalis in Nicæa synodi secundæ. In præmissis notasti ly qui adorat imaginem, adorat quoq; in ea descriptū argumētum, & ly sic traditio obtinet catholicæ ecclesiæ, quæ a finib. vsq; ad fines terrę euāgeliū suscepit? Si hæc notasti: ergo per locum ab oppositis inferas; ꝙ non adorātes imagines, sm ꝙ descriptis argumentis. i. prothotypis conuenit adoratio, ii tales & exclusi sunt a gremio ecclesiæ catholicæ, & non susceperunt euangelium. Hoc est. Non adorantes imaginem Christi adoratione latriæ, eo ꝙ latria adoratur Christus; non adorantes imaginem B. Virginis Deiparæ adoratione hyperduliæ, eo quod ipsa uirgo adoratur hyperdulia; non adorantes imagines aliorum sanctorum siue hominum, siue Angelorum adoratione duliæ, eo quòd tales sancti adorantur dulia, ij omnes, ac singuli & exclusi sunt, &c. vt nunc supra. Item in præmissis notasti ly qui dicunt, quòd Christiani imagines, vt Deos, adorant; anathema? Hinc ergo directe inferas; quod hæretici in principio narrati, quasi

nus Christianos adoratores imaginum sanctorum de idolatria propter id accusant, ignorant propriam vocem, i. non intelligunt, nec quæ loquontur, neque de quibus affirmant, 1. Timoth. 1. Ratio est; quia Christiani non adorant latria imagines Sanctorum (Soli enim Deo talem adorationem reseruant): & consequenter & dato per impossibile, quod sancti non essent digni adoratione ipsis a Christianis exhibita, adhuc non possent Christiani tales uocari idolatræ, quasi idolis latriam præstantes. Poterant quidem pagani rectè vocari idolatræ: quoniam idola sua, vt Deos, habebant; ipsisque ideo latriæ adorationem exhibebant. Nam tales dicebantur & erant idolatræ, non quia præcisè adorabant indignos adorari; sed principaliter, & formaliter, quia adorabant latria indignos adorari latria. Vnde posito etiam per impossibile, quod illi peruersi homines per idola repræsentati fuissent digni adorari, adhuc pagani adorantes illos fuissent idolatræ: non quia adorassent ipsos adoratione, qua digni extitissent (fuisset enim solũ dulia); sed quia adorassent illos, vt Deos, idest adoratione latriæ (nunquam enim latria digni, nec etiam per prædictam suppositionem, fuissent; quoniã creaturæ, vt sic, latriæ adoratio repugnat). Porro si plura contra insanissimas hæreses in principio dictas desideraueris; vide Veritates aureas super Legem veterem Gen. 47. concl. 5. & cap. 23. concl. 2. Item Exod. 20. concl. 2. Item Numer. 12. conclusio. 7. & cap. 21. conclus. 8. Videas quoque. . qõ. 17. art. 2. cum Elucid. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli, duo sunt. Primo, in communi determinatur de duplici motu in imaginem secundo, in speciali respõdetur quæsito una conclusione.

¶ Quo ad primum ex Arist. autoritate distinguitur motus animæ, in imaginem duplex unus, vt in rem, alter, vt in imaginem. Primus est alius a motu in rem repræsentatam, secundus est vnus, & idem cum motu in rem repręsentatam. Quoad secundum conclusio responsiua est, imago Christi est adorãda adoratione latrię, Probatur, Imagini Christi exhibetur reuerentia, & non ut est res quædam. ergo vt imagini. ergo eadem reuerentia, quæ Christo exhibetur. ergo est adoranda adoratione latriæ. Antecedens pro prima parte experientia testatur. Pro secunda probat litera quia reuerentia non nisi rationali naturæ debetur. Prima consequentia probatur ex sufficienti distinctione motus animæ in imaginem: destructo enim altero membro reliquum optime infertur. Secunda autem consequentia probatur ex eadem Aristotelis doctrina, quia motus in imaginem, ut sic, est unus cum motu in rem repræsentatam. Tertia demum consequentia probatur, quia Christus adoratur adoratione latrię.

¶ Circa radicem processus, propositionem scilicet illam ex Aristo. Motus in imaginem, inquantum imago, est idem cum motu in rem, dubium ex multiplici capite occurrit. Primo enim obiicitur ex parte motus: secundo, ex parte imaginis: tertio, ex parte vnitatis. Ex parte siquidem motus dicitur, quod propositio est uera de motu apprehensiuo in quo illa vtitur Aristoteles, vt est motus intellectus, & memoriæ. Non est autem uera de motu appetitiuo, in quo utitur illa hic Auctor. Adoratio enim actus est moralis uirtutis, ac per hoc appetitiuæ partis. Eadem quippe intellectione cognoscitur imago, & imaginatum: quia vnum relatiuorum, definit reliquum. Et si quis definite nouit unum correlatiuum, definite nouit reliquum, vt dicitur in Prædicamentis. Quicumq; autem amat Patrem, non propterea amat filium.

¶ Ex parte uero imaginis, quia imago vt imago, est relatiuum: nulla autem relatio realis creata, aut rationis, adoranda est adoratione latriæ.

¶ Ex parte autem unitatis, quia, vel intelligitur de motu uno simpliciter, vel secundum partem, seu aliquid: non de motu uno simpliciter, quia falsum diceretur. Nam motus in rem secundum se immediate, & in illam et mediante sua imagine, non est omnino idem, vt patet. Si secundum aliquid tunc ex hac propositione nõn infertur propositum, quia ex motus unitate secundum quid, non sequitur unitas specifica adorationis imaginis, & exemplaris, quæ tamen in litera infertur, quia latria adoranda imago Christi dicitur, qua Christus adoratur.

¶ Dubium rursus circa processum eundem ex Durand. in 3. Sẽtent. dist. 9. q. 2. occurrit. Nam primo impugnat processum hũc ex eo quod aliud est, motum in imaginem, & rem esse unum, & aliud imaginem, & rem esse unum. Primum enim est uerum, secundum falsum. nam sunt correlatiua, quæ licet simul apprehendantur, dicuntur tamen, & sunt diuersa, relatiui enim esse est ad aliud se habere. Ad propositum autem oporteret imaginem, & rem esse unum, seu vnius rationis, si adoratio rei deberet exhiberi imagini.

¶ Deinde dicit, quòd imago Christi, nec ut res, nec ut imago, proprie loquendo adoranda est latria, quia latria soli Deo debetur per se, & coniunctis sibi (vt humanitati Christi) per accidens: imago autem, ut imago est creatura, est extrinseca a Deo, & ideo nec per se, nec per accidens, terminus est adorationis latriæ.

¶ Tertio dicit, quòd commune dictum quòd auctor in litera tradit; est impropriè dictum, & exponendum est, quia res cognita, seu rememorata per imaginem, ad præsentiam imaginis adoratur, ac si esset in se præsens, non quod adoratio ad imaginẽ aliquo modo termínetur.

¶ Ad horum euidentiam, sciendum est, quod distinctio in litera posita ex Arist. de imagine ut est res quædam, & vt est imago potest dupliciter intelligi.

¶ Primo, vt distinguatur imago in imagine materialiter, uel formaliter, puta in aurum, vel figuram, seu relationem. Et consequenter quòd dicamus adorari imaginem Christi non secundum materiam, sed secundum formam, hoc est figuram Christi, uel relationem ad Christum. Et hic sensus acceptus uidetur communiter, quantum memini. Et quoniam tam figura, quam relatio, longe est a creatoris natura. ideo aut falso, aut impropriè dictum putatur, quod imago Christi sit adoranda, adoratione latriæ.

¶ Sed hunc sensum longè esse a uero sensu Aristotelis, & Auctoris, patet ex duobus. Primo, quia imago, ut res quædam comprehendit imaginem, & secundum materiam, & secundum formam, vt quædã res est: imago enim Cæsaris sumitur, ut res quędam ex parte materiæ si sumatur vt marmorea, aut aurea. Et similiter sumitur ut res quædam ex parte formæ si sumatur vt secundum talia lineamenta, colores, &c. vel ut est relatio quędam, siue realis siue rationis. Hæc enim omnia sub uno membro distinctionis comprehenduntur, scilicet sub imagine, ut res quædam est, licet exempla dentur de materia: quia manifestius habet rõnem cuiusdam rei. Secundo, ex eo ꝙ motus in imaginem, vt est figura quædam, uel relatio, non est unus cum motu in rem, sed diuersus ab illo. Sistit enim intellectus, & affectus in figuræ, & relationis consideratione, & complacentia, vt patet, dum alicui forma ipsius figuræ placet, velletque illam relationem habere ad se, vel aliquem suorum, ex quo est ita pulchra. Est enim tunc motus animi in im..inem formaliter, & tamen non in rem: immo oppositum, motum habet quandoque uersus rẽ, puta, quia displicet, quòd imago tam pulchra, sit imago illius, cuius est.

¶ Est igitur secundo modo intelligendum, ꝙ res contra imaginem distinguitur quoad vtriusque proprium actum, ita ꝙ imago terminat motum ut res, quatenus exercet actum rei cuiusdam, ut res est, & similiter terminat motum, inquantum imago, quatenus exercet actum imaginis. Et quia res ut res in se, est quædam entitas, ideo tunc terminat ut res, quando ratione sui siue formaliter, siue materialiter terminat. Et quia imago tunc tantum exercet actum imaginis, quando ratio eius actus est exemplar, ipsa autem est conditio agentis. sic enim tantum motus tam apprehensionis quam appetitiuus in ipsam, ad exemplar suum terminatur, ideo motus in imaginem, quatenus est imago, est in ipsam quidem, sed secundum aliud in ipsa: in ipsam quidem, quia ipsa est, quæ exercet actum terminandi motum, quia in ipsa est exemplar ad quod ducit. Secundum aliud uero in ipsa, quia ratio terminandi est exemplar, quod est aliud ab ipsa, & constat, quod est in ipsa. Ex his autem est facilè perspicere, & efficaciam processus literæ, & veritatem doctrinæ eius, & causam defectus aliorum declinantium: habetur siquidem hinc, quod motus adorationis, quo imago Christi ueneratur; terminatur ad imaginem Christi, & uere, & proprie loquendo. Et quia terminatur ad ipsam, non quatenus est res hoc est non quatenus exercet actum rei in se, siue secundum rem, quæ est forma, siue secundum rem quæ est materia, sed quatenus est imago, hoc est, quatenus exercet actum imaginis, ideo Christus, cuius est imago est ratio ꝙ imago eius adoratur, & esse Christum in imagine, est conditio, in qua ratio adorandi mouet ad adorandum, & terminat adorationem. Et propterea non exhibetur adorationis honor creaturæ, sed creatori: quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, sed rationi adorandi, quæ est ipse Christus. Et hoc est quod in litera dixit Auctor, quod per hunc modum, scilicet quo totum in parte honoratur, adoratur etiã quis in imagine. Habes, & falsum intellectum Aristotelicæ propositionis, causam fuisse errandi.

¶ Ad obiecta contra dictam propositionem ex parte motus, iam patet, ꝙ vera est de vtroque motus genere, s. appetitiui, & apprehensiui: quoniam impossibile est intelligere, aut colere imaginem, vt exercet imaginis actum, nisi terminus apprehensionis, vel appetitus sit res repræsentata, quia ipsa est tunc ratio terminandi vtrumque motum. In ęquiuoco quoq: laborant obiecta ex parte ima-

te imaginis: quoniam, vt iam patet, ignorant imaginem vt exercet imaginis actum, quæ cum adoratur, non relatio, nec figura, sed persona adoratur repræsentata in imagine, ut in conditione in qua adoratur.

¶ Ad obiecta ex parte unitatis dicitur, quod est sermo de unitate simpliciter, hoc est specifica, quia est sermo de unitate motus secundum per se primò terminum, ex quo unitas specifica motus sumitur. Nec obstat differentia penes esse sine medio, uel cum medio, quia non inuenitur hic medium ex parte termini, sed solum secundum conditionem diuersam eiusdem termini, eadem si quidem persona repræsentata, terminat formaliter motum, vel in seipsa, vel in sua imagine. Conditiones autem, quia non variant speciem termini, consequenter nec speciem motus in terminum.

¶ Ad obiecta autem Durandi dicitur, quod sanè intellecta imagine vt imagine, imago, & repræsentata res, sunt idem, quo ad formalem rationem terminãdi motum (quod ipse non uidit) & ideo optime infertur, quod honor exhibitus rei, exhibendus est imagini. Error enim fuit, quia non est intellectum quid importat imago, ut imago in actu exercito.

¶ Ad aliam obiectionem eiusdem dicitur, quod imago Christi, proprie loquendo, est adoranda adoratione latriæ, quæ soli Creatori debetur. Distinctio autem ab obiiciente inducta, de per se, uel per accidens coniuncto refutanda est, ut insufficiens. Distinguitur si quidem in primo articulo huius quæstionis honorari, vt rem honoratam, dupliciter, uel secundum se, uel secundum aliud. Et ad secundum modum, ut ibi dicitur, & declaratum est, spectat adorari personam in sua imagine: exhibetur si quidem Christi imagini latria, ut termino secundum Christum in ipsa, uel Christo in sua imagine, quorum neutrum est aliud, quam exhibere latriam Creatori Iesu Christo.

¶ Ad tertium eiusdem dicitur, quod Auctoris, & commune dictum est propriè dictum, & non est ob ignorantiam quorundam, inter impropria locandum, ut obiiciens facit. Cuius error ex hoc potest conuinci, quod si imago Christi non nisi quia ad memoriam, aut cognitionem reducit Christi, adorari dicitur; posset pari ratione quælibet res, quatenus reducit in memoriam Christi, adorari adoratione latriæ. Et si hoc ponas in practica, percipies, & uidebis quod Ecclesia non ideo imaginem Christi adorat, quia fecit sibi eam signum rememoratiuum Christi: sed quia imago Christi adoranda latria est, ideo eam adorat. Si autem esset huiusmodi adoratio, nostra lege, aut consuetudine posita, fictis istiusmodi rememoratiuis, quis Ecclesiam a Iudæorum, priscorumque quorundam imaginum cultui detrahentium morsibus eripuisset? quis iuste damnasset læsæ maiestatis, iniuriantes imaginibus principum? Monstrant hæc, imagines quia imagines honorandas, aut dehonorandas esse.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli circa imagines Dei, dubium occurrit, an sint licitæ. Et est ratio dubii, quia auctoritas Damasceni in litera damnat illas insipientiæ, & impietatis. Et eadem est ratio nunc de Deitate, quæ erat in ueteri lege, quo ad rem figuralem, uel non, secundum se; constat autem in ueteri lege, imagines Dei esse prohibitas: occasio quoque falsæ opinionis de Deo ex imaginibus, eadem utrobique est. Vnde non desunt Doctores reprehendentes imagines sanctæ Trinitatis.

¶ In oppositum autem est Ecclesiæ usus, admittens Trinitatis imagines, repræsentantes non solum Filium incarnatum, sed Patrem, ac Spiritum sanctum. Adsunt, & literæ huius uerba sonantia, quod postquam Deus est incarnatus, potest adorari in imagine.

¶ Ad huius rei euidentiam aduertendum est, tripliciter posse formari imagines Dei, secluso incarnationis mysterio. Primò, ut res diuina figuretur per imagines. Et sic insipientiæ quo ad partem appræhensiuam, & impietatis secundum partem appetitiuam, est figurare quod diuinum est, ut Damasc. dicit. Et hac ratione damnantur imagines Dei, ut Deus est, & ingerunt erroneam de Deo opinionem. Et hoc modo in Ecclesia Dei constat non haberi imagines Dei.

¶ Secundo, ut species Dei in scripturis traditæ figurentur: sicut cum depingitur Spiritussanctus in forma columbæ, non ut Spiritussanctus figuratus lineamentis columbæ monstretur, sed ut species in qua apparuit Spiritussanctus, figurata monstretur. Et hoc frequenti usu Ecclesia passim efficit, & de Deo, & de Christo, & de Angelis, & de sanctis, ut patet cum Deus depingitur imaginibus specierum, in quibus uisus dicitur in testamento ueteri, ut in forma senis antiqui, scilicet dierum, Daniel quinto, & Christus in forma agni, & Angeli, cum sex alis, & Euangelistæ in forma quatuor animalium. Et hæc non solum pinguntur, ut ostendantur, sicut Cherubim olim in templo, sed ut adorentur, ut frequens usus ecclesię testatur.

¶ Tertiò,

¶ Tertiò, ut ex similioribus apud nos etiam fictis, ad figurabilia ascendamus: sicut angelorum imaginem, facimus iuuenem pulchrum, alatum, cum diademate, non quod talis sit Angelus, sed ut uel ex similiori sibi natura, scilicet humana (apposita sanctitate per diadema, & iuuentute pro perfectione, & alis confictis pro celeritate) uel sic ex sensibilibus ad insensibilia uenerando ascendamus. Et hoc modo alicubi Spiritussanctus in forma senis, orbem pugillo concludentis, & cætera figuratur. Hic autem tertius modus satis propinquus est ritui paganorum, figurantium Deum diuersimode, prout causa est diuersorum effectuum, ut in forma Mineruæ ratione sapientiæ, & huiusmodi.

¶ His præmissis sciendum est, quod figurare diuinum primo modo, est actus ex suo genere malus mortaliter, quia cadit super repugnante materia: repugnat si quidem Deitati figurabilem esse. Figurare autem Deum secundo, uel tertio modo ad actum instructione, est actus ex suo genere bonus, quoniam naturale est homini per sensibilia discere insensibilia. Vnde picturæ codices sunt populorum, sicut libri, in quibus per hæc sensibilia docemur intelligibilia contemplari, propter eruditos sunt, & sic Moyses statuas constituit angelorum in templo. Sed ad actum cultus figurare hæc, actus est solitarie sumptus, non bonus, nec eligibilis, sed declinabilis, sicut occidere hominem, si solitarie proponatur, non est actus eligibilis, aut laudabilis, sed si nihil adderetur, malus & uituperabilis: sed si figurare Deum ad actum cultus, uestiatur quibusdam circumstantiis (puta auctoritate Ecclesiasticæ consuetudinis, securitate ab errorum occasione, pietateque colentium) redditur actus iste honestus, sicut si occidere hominem, induatur circumstantia publicæ potestatis, actum præcipientis propter iustitiam, ac commune bonum, erit occidere hominem, actus honestus.

¶ Cauere ergo oportet, ne facilis sit sententia contra quamcumque partem: habenda si quidem in primis est ratio erroris. Nam si ex falsa aliqua opinione de Deo, aut Angelis, & c. aliqua processit aut perseuerat imago tertii modi, uel secundi inusitata, abolenda esset, & instruendus populus. Dico autem, uel secundi inusitata, quia etsi ad repræsentationem historiæ Deus depingitur in forma rubi ardentis, loquentis Moysi, & similium uisionum, quia tamen Ecclesia non consueuit omnia figuralia proponere ut colenda, ideo cauendum est ne noua abusio introducta sit, puta, si petra adoraretur pro Christo, quia scriptum est, Petra autem erat Christus: si uero nulla falsa opinio, aut præsumptio interuenit, sed antiquus Ecclesiæ usus seruatur, nullusque occasionem errandi accipitur, (quia plebs est bene instructa in fide, & credit Deum spiritum esse, & in omnibus rectè cum ecclesia sentiunt) non uideo peccatum aliquod in huiusmodi cultu imaginum, tam secundi, quam tertii modi. Et secundus quidem authoritatem habet ex Sacra Scriptura, & Ecclesiæ usu manifeste.

¶ Tertius autem, quia originaliter secundum partes est ex sacra scriptura (quamuis non tota imago) & Ecclesiæ usu approbatur, non solum tolerabilis, sed licitus mihi uidetur, ex eo enim quod cultus Deo exhibetur in imagine, non impie, aut præsumptuose, sed ab Ecclesia propositæ actus adorationis circa debitam materiam uersatur, ac per hoc nullam peccati rationem habet. Et si sic est, non uidentur cassandæ Trinitatis imagines in forma senis, crucifixum sustinentis columba intermedia: partes enim imaginis huius ex sacra sunt Scriptura. Et de Filii, & Spiritussancti imaginibus constat. De Patris autem ex Daniele habetur capitu. septimo, cum dicitur de Filio, quod peruenit ad antiquum dierum, hoc est Deum patrem. Et hoc, ut dictum est, ubi nulla est occasio erroris.

¶ Non laudo, tamen huiusmodi multiplicationem imaginum Trinitatis, aut Deitatis, aut Dei patris, aut Spiritussancti, nisi in specie columbę, & igneæ linguæ super discipulos, sed potius tamquam infigurabilis, tamquam supra nubem aliquam auream latens, pingendus esset Deus, unde effectus creationis prouenirent, ut uel sic erudiretur plebs, quod Deus est spiritus infigurabilis, sicut Moyses absque sedente sedem impositam angelis statuens, Deum intelligi, & coli super omnia quiescentem, regnantem, prospicientem, ac iudicantem ordinauit sapientissimè. Imagines enim codices sunt populorum, & propterea à multis reprehenduntur, tamquam occasionem errandi præbentes, quantum est ex se. Et uerum dicerent, nisi conditiones prædictæ excusarent actum, ut dictum est.

¶ Et per hæc patet responsio ad obiecta, quoniam aliqualiter omnia uerum concludunt, dum Dei imagines solitariæ propositæ dissonant, & auctoritate fultæ ecclesiasticæ consuetudinis, securitateque ab errore concurrente, cum origine a sacra Scriptura in toto, uel parte honestantur.

Cap. 3. d. 9. q. 1. ar. 3. *Medias ar. 4.*

SVPER QVAEST. XXV. ART. IIII.

CONCL. 1. Si loquamur de Cruce, in qua Christus crucifixus est: sic & ratione cõtactus, & ratione repræsentationis Christi, adoratur adoratione latrię.

¶ PROB. Quia illa crux, in qua Christ' pe
147 pendit, tetigit membra
2.2.q.103. Christi, eiusque sangui
art.4. ad 3. ne perfusa est, ac figurã
& 3. d.9.q. Christi in ea extensi re
1.ar.2.q.4. præsentat (ut patet), & insensibili creaturæ honor solum ratione naturæ rationalis exhiberi potest duplici modo, scilicet ratione contactus, aut repræsentationis.

¶ CONCL. 2. Si loquamur de effigie crucis Christi in quacumque alia materia, sic ratione tantum repræsentationis, prout, s. imago eius est, adoratur latria.

¶ PROB. Quia crux effigiata in alia materia est solum imago Christi (cum non tetigerit eum, ut patet) & imago ut sic, adoratur, adoratione imaginatu (ut patet ar. 3.)

¶ EXAM. Ly repræsẽtat nobis figurã Christi extensi in ea. Hoc dicit text. quia loquitur de tota, idest integra cruce, & de tali, id est de cruce integra intelligitur prima conclusio, cum dicit ly ratione repræsentationis. Quod dico, ad differentiã contactus, quoniam licet ipsa nõ integra (puta frustum crucis) non adoretur latria ratione repręsentationis, tamen ipsamet particulatim diuisa adorari latria potest uere, & debet, ratione contactus, inquantum, scilicet Christo fuit aliquo modo realiter coniuncta. Si ergo sit integra, adoratione latriæ adoratur, ratione utriusque simul, idest ratione tum repræsentationis, tum contactus, si uero sit non integra, sed particula quædam totius crucis seorsum diuisim existens, solum ratione una, scilicet contactus adoratur latria. Crux ergo uera, in qua realiter Christus pependit, semper adoratione latriæ adoratur ratione contactus, licet non semper ratione repræsentationis, & hoc ad differentiam aliarum crucum, quæ semper ratione repræsentationis adorantur latria, licet numquam ratione contactus. Iste est sensus germanus tum primæ, tum secundæ conclusionum articuli.

1^m de maiori. Contumeliam. R. Ut contumelia est. §. Tunc nihil, &c. Stat enim cum hoc, quod omnis pius filius ueneretur uirtutem, seu triumphum sui patris, hoc est illud, in quo de hostibus triumphauit, id quod intendunt fideles Christi, dum adorant crucem eius. Nam quamuis secundum intentionem uel opinionem fidelium consideretur opprobrium Christi in eius cruce: tamen secundum intentionem fidelium effectum nostræ salutis (ut decet, & oportet) in cruce ipsius deuote recognoscentium consideratur ibidem uirtus diuina Christi crucifixi, qua in cruce de hostibus triumphauit &c. ut in tex. Ex quo dic primo, quod Christiani adorãdo crucem, ostendunt per hoc non tantum se esse fideles, sed etiam se esse gratos de redemptionis beneficio per crucem recepto, non tantum confitentur per hoc, crucifixum esse suum Dominum ac summum benefactorem, sed etiã esse mirabilissimum cõtra omnes hostes, tum uisibiles, tum inuisibiles triumphatorem. Ita quod illa Christianorũ adoratio est, & actus summæ religionis, 2.2 qõ. 81.84. ubique arti. 1 & actus maximę gratitudinis, 2.2. qõ. 106. ar. 1.2. & actus exterior fidei, 2.2.q.3. ar.1. & actus supremæ tum fortitudinis, tum magnanimitatis, tum patientiæ, tum humilitatis, tum obedientię, tum charitatis, tum aliarum multarum uirtutũ, Christi patris sumpsorum protestatiuus, ut per ordinem patere cõsiderantu potest ex 2. 2. qõ. 123. artic. 5. Item q. 129. ar. 2. ad tertium. Item q. 136. ar. 4. 5. Item q. 161. ar. 2. præsertim ad quartum. Itẽ quæstione 104. articulo secũdo, tertio. Item quæstione 25. articulo, sexto, octauo, nono. Et hac supra quæst. 46. articulo tertio, quarto. Uniuersa igitur, & bona hæc a nobis eripere, & mala his opposita nobis intrudere, uult tum diabolus, tum diabolici uiri: dum crucis Christi adorationem nobis dissuadere conantur (ut facit argumentum hoc primum.) Ex præsenti quoque textu dic secundo, quod quicumque recusant, quamuis sub falsa specie boni in argumento adducta, latriæ adoratione uenerari crucem, ipso facto sunt infideles, & se esse tales probant per hoc, alioquin textus non diceret ly in cruce Christi quantum ad intentionem uel opinionem infidelium cõsideratur opprobrium Christi. Ergo illorum non adorare crucem est actus summæ irreligiositatis, & maximæ ingratitudinis, & negatio, tum exterioris confessionis fidei, tum supremæ fortitudinis, magnanimitatis, patientiæ humilitatis, obedientiæ, charitatis, multarumque; aliarum uirtutum Christi in cruce resplendentium. Hæc è textu præsenti rectè elicita notent præcipue hæretici, & resipiscant.

2^m illatio conclusionis. Ergo crux Christi, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso in præmissis subintellecto, s. quod non possit adorari latria, nisi id quod sit unitum filio Dei in persona, cum tamen ad taliter adorari sufficiat, quod aliquid sit ei unitũ uel per contactũ, uel saltẽ per repræsentatione. Crux aũt Christi nõ licet non fuerit, &c. ut in tex.

Tertium

ARTICVLUS IIII.

Utrum Crux Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod crux Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Nullus enim pius filius ueneratur contumelia patris sui, puta flagellum, quo flagellatus est, uel lignum in quo fuit suspẽsus, sed magis illud abhorreret. Christus autem in ligno crucis opprobriosissimam mortem passus est, secundum illud Sapientiæ secundo. Morte turpissima condemnemus eum. ergò non debemus crucem uenerari, sed magis abhorrere.

¶ 2 Præterea. Humanitas Christi adoratione latriæ adoratur, inquantum est unita filio Dei in persona, quod de cruce dici nõ potest. ergo crux Christi non est adoranda adoratione latrię.

¶ 3 Præterea. Sicut crux Christi fuit instrumentum passionis eius, & mortis, ita etiam, & multa alia (puta claui, corona, & lancea) quibus tamen non exhibemus latriæ cultũ. ergo uidetur quod crux Christi non sit adoratione latriæ adoranda.

SED CONTRA est, quod illi exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis, sed in cruce Christi ponimus spem salutis: cantat enim ecclesia, * O crux, aue spes unica, hoc passionis tempore, auge piis iustitiam, reisque dona ueniam. ergo crux Christi est adoranda adoratione latriæ.

* In dñica de passione domini in Hym.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, † honor, seu reuerentia non debetur nisi rationali naturæ, creaturæ autem insensibili non debetur honor, uel reuerentia, nisi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter, uno modo, inquantum repræsentat rationalem naturã: alio modo, inquantum ei quocumque modo, coniungitur. Primo modo, consueuerunt homines uenerari regis imaginem: secundo modo, eius uestimentum. Utrumque autem uenerãtur homines eadem ueneratione, qua ueneranrur & regem. Si ergo loquamur de ipsa cruce, ĩ qua Christus crucifixus est, utroque modo est a nobis ueneranda: uno scilicet modo, inquantum repręsentat nobis figuram Christi extensi in ea, alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc quod eius sanguine est perfusa. Unde utroque modo adoratur eadẽ adoratione cum Christo, scilicet adoratione latriæ. Et propter hoc etiam crucem alloquimur, & deprecamur quasi ipsum crucifixum. Si uero loquamur, de effigie crucis Christi in quacumque alia materia (puta, lapidis uel ligni, argenti uel auri,) sic ueneramur crucem tantum ut imaginem Christi, quam ueneramur adoratione latrię, ut supra dictum est.*

† art.præc. ad 3.arg.

* art. præc.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in cruce Christi quantum ad intentionem, uel opinionem infidelium consideratur opprobrium Christi: sed quantum ad effectum nostræ salutis consideratur uirtus diuina ipsius, quę de hostibus triumphauit, secundum illud Colossen. 2. Ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Et ideo dicit Apostolus 1. ad Corin. 1. Verbum crucis pereũtibus quidem stultitia est: his autem, qui salui fiunt, idest nobis, uirtus Dei est.

AD SECVNDVM dicendum, quod crux Christi, licet non fuerit unita uerbo Dei in persona, fuit tamen ei unita aliquo alio modo, scilicet per repræsentationem, & cõtactum. Et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia.

AD

3m de maiori. Ita etiam multa alia. R. Quantum ad fuisse instrumentum passionis Christi solum per contactum. §. Hoc est. Illa multa alia conueniunt cum cruce in hoc simili tantum: quod sicut crux tetigit Christum, sic & illa ipsum tetigerunt. Tunc nihil &c. Quod non exhibeamus latriæ cultum illis aliis multis, sicut exhibemus cruci, non est ratione contactus, quasi, scilicet quod crux eum tetigerit, & illa alia multa non tetigerint (sic enim omnia participantur, & adorantur latria:) sed est ratione repræsentationis. Nam illa alia, scilicet claui, corona, lancea, non repręsentant Christum; crux autem repræsentat. Et indè est, quod crucem Christi, &c. ut in text. fin.

*li. 4. c. 12. ci. ca med.

Ad tertium dicendum, quod quantum ad rationem contactus membrorum Christi, adoramus non solum crucem, sed etiam omnia, quæ sunt Christi. Vnde Damasc. * dicit in 4. lib. pretiosum lignum ut sanctificatum tactu sancti corporis, & sanguinis, decēter adorandum, clauos, indumenta, lanceā, & sacra eius tabernacula, quæ sunt præsepe, spelunca, & huiusmodi. Ista tamen nō repræsentant imaginem Christi, sicut crux, quę dicit signum filii hominis, quod apparebit in cęlo, ut dicitur Mat. 24. Ideoque mulierib. dixit angelus, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: non dixit lāceatum, sed crucifixum. Et inde est φ crucem Christi veneramur in quacumq; materia, non autem imaginem clauorū, uel quorumcumque huiusmodi.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Claudii Taurinensis, qui non solum dixit, crucem Dominicam nullo modo esse adorandam, sed etiam fuit Dux, &
2 magister eorum, qui hoc dixerunt. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari ab Ecclesia in ly o crux aue spes, &c. ut est cum discursu in argum. contr. Item à scripturis per hoc, quod dicitur Genes. 47. adorauit Dominum conuersus ad lectuli caput. Vbi secundum aliam translationem dicitur, adorauit fastigium uirgæ eius. Vide omninò Veritates Aureas super totam legem ueterem, ibidem cap. 47. concl. 5. Item à scripturis per hoc, quod dicitur Nume. 21. Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, &c. Vbi uide Veritates easdem conclusio. 8. Item à sexta Synodo Cano. 73. Cum crux uiuifica illud salutare nobis ostendat; nos omne studium adhibere oportet: ut ei, per quam ab antiquo lapsu saluati sumus, eum, qui par est, honorem habeamus. Vnde & mente, & sermone, & sensu, adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ in solo ac pauimento fiunt, omnino deleri iubemus: nè incedentium conculcatione uictorię nobis trophæum iniuria afficiatur. Qui secus fecerit, excommunicari decernimus. Hæc ibi. Vbi uides, quanti faciat crucem Christi. Quod uerò per illam adorationem, quæ par est, intelligat adorationem latriæ, patere faciliter potest ex dictis Concilii septimi, idest Concilii Niceni secundi, cum præcedentia Concilia exponi intelligantur per sequētia. Vide ergo art. 3. append. Sed & omnia, quæ in appendice illa citantur, ad maiorem hæresis prædictæ condemnationem ualent: dummodo rectè ad crucem applicentur, ita ut pro imagine legatur crux. Conueniunt enim hæc ambo in ratione repræsentationis. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & appli- 3
catis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de cruce Christi loquitur, siue illa in qua passus est Christus, siue quacumque alia, ut est crux Christi.

¶ In corpore articuli duæ sunt partes. Primò, determinatur in communi de re honorata, & qualitate adorationis. Et dicuntur quatuor. Primum est, Soli rationali naturæ debetur honor, intellige ratione sui. Secundum est, Creaturæ insensibili non debetur honor, nisi ratione rationalis naturæ. Tertium est, dupliciter creaturæ insensibili ratione naturę rationalis honor debetur, vel ratione repræsentationis, uel ratione coniunctionis quomodolibet, declaratur hoc exemplis imaginis, & uestis regiæ. Quartum est, Vtroque modo eadem exhibetur reuerentia, quæ exhibetur, & regi. In secunda parte rñdetur in speciali de cruce Christi, distinguendo, uel de cruce illa, in qua Christus pependit: uel de quacumque alia. Et de prima quidem respondetur una conclusione habente duas partes, quod est ueneranda utroque modo, & adoratione latriæ, qua Christus adoratur, & declaratur quo ad singula clare. De cruce uero Christi in quacumque alia materia respondetur, quod est adoranda etiam latria, inquantum repræsentatiua Christi, sicut Christi crucifixi imago. Omnia clare patent in litera, aduertendo, quod allocutio crucis pro effectu assertur, adorationis eiusdem, qua Christus adoratur: ex eo enim quod ipsam alloquimur quasi Christum, signum est, quod ad ipsam ut Christum nos recurrimus. Et propterea allocutio fit etiam ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Christus pependit.

¶ Aduerte hic, quod Durandus ubi supra, & Ioan. Capreolus crediderunt Auctorem retractasse hic, quod in 3. Senten. dixerat, scilicet crucem illam, in qua pependit Christus, esse adorandam non solum ut imaginem Christi latria, sed ut quandam rem Christi hyperdulia, quasi crux illa Christi non sit capax adorationis, ut est quædam res Christi. Parcant mihi Domini isti, non retractauit, sed magnificauit hic Auctor doctrinam ibi traditam, quoniam crucem illam ut quandam Christi rem per contactum, ibi hyperdulia, hic latria adorandā dixit. Hoc enim patet non reuocationem dicti, quod crux illa ut quædam Christi res est ueneranda, sed magnificationem illius dum ab hyperdulia ad latriā ascenditur.

Medina, ar. 5.

SVPER Q. XXIIII. ART. V.

148 Concl. Beatæ Virgini non debetur adoratio latriæ, sed aliquid dulia eminentius, scilicet hyperdulia.

2. 2. q. 103. a. 4. ad 2. Et 3. d. 9. q. 1. a. 2. q. 3.

¶ Prob. Quia Beata uirgo est pura creatura secundum seipsam uenerationis capax (cū sit rationalis): Et nulli puræ creaturæ secundū seipsam uenerabili conuenire potest latria (cū soli Deo talis adoratio debeatur). Secunda autem pars, scilicet sed aliquid &c. pbatur; Quia Beata Virgo est mater Dei.

*In li. de assumptione B. Mariæ, cap. 6. circa med. to. 9.

†Li. 4. c. 15. post med.

1m illatio conclusionis. Ergo & mater eius. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex mala intelligētia pręmissarum authoritatū. Nam illæ non intendunt in rege, & matre eius, ęqualem honorē statuere: sed solum specialiter consimilem. Secun-

ARTICVLVS V.

Vtrum mater Christi sit adoranda adoratione latriæ.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod mater Dei sit adoranda adoratione latriæ. Videtur enim idem honor esse exhibendus matri regis, & regi, unde dicitur 3. Reg. 2. qđ positus est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius. Et Aug. dicit in sermone de Assumptione, * Thronum Dei, thalamum Domini cæli, atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi est ipse: sed Christus adoratur adoratione latriæ. ergo & mater eius.

¶ 2 Præt. Dam. † dicit in 4. lib. φ honor matris refertur ad filium: sed filius adoratur adoratione latriæ. ergo, & mater.

¶ 3 Præt. Coniunctior est Christo mater eius, quam crux: sed crux adoratur adoratione latriæ. ergo & mater Christi est adoratione latriæ adoranda.

Sed contra est, φ mater Dei est pura creatura. non ergo ei debetur adoratio latriæ.

Resp. Dicendum, φ quia latria soli Deo debetur, nulli creaturæ debetur latria, prout creaturam secundum se ueneramur. Licet autem creaturæ insensibiles, non sint capaces uenerationis secundum seipsas, creatura tamen rationalis est capax venerationis secundum seipsam, & ideo nulli puræ creaturæ rationali debetur cultus latriæ. Cum igitur beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latriæ, sed solum ueneratio duliæ, eminentius tamen quam cæteris creaturis, inquantum ipsa est mater d Dei, & ideo dicitur quod debetur ei non qualiscumque dulia, sed hyperdulia. D. 844.

Ad primum ergo dicendum, φ matri regis non debetur æqualis honor, honori quam debetur regi: debetur tamen ei quidam honor consimilis ratione cuiusdam excellentiæ. Et hoc significant auctoritates * inductæ.

* In arg. 1.

AD

2m ex Damasceno. Honor matris refertur ad filiũ. ℞. Eo modo, quo mater honoratur propter filium. §. Tunc nihil &c. Nam relatio hæc est differens a relatione, qua insensibilis imago filii refertur ad filium per imaginem repræsentatũ, & hoc propter rationem dictam in tex.

Vnde stat, quod filius adoretur latria, & quod crux, aut etiam imago filii, adoretur latria, & tamẽ quod mater eius non possit adorari latria.

AD SECVNDVM dicendum, quod honor matris refertur ad filium, quia ipsa mater est propter filium adoranda: non tamen eo modo, quo honor imaginis refertur ad exemplar, quia ipsa imago prout in se consideratur ut res quædam, nullo modo est ueneranda.

AD TERTIVM dicendum, quod crux non est capax uenerationis prout in se consideratur, ut dictum est, *sed B. Virgo secundum se ipsã est uenerationis capax, & ideo non est similis ratio.

AR-

3m illatio conclusionis. Ergo mater Christi, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex hoc in præmissis subintellecto, scilicet quod de creatura rationali, & insensibili, coniunctis Christo (ut ibi asseritur) sit idem iudicium in ratione adorationis faciendum, quod tamen falsum est. Nam crux non est capax uenerationis, &c. vt in tex. Vide ar. 3. ad tertium.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem interimas, hæresim Cullyridianorum dicentium, B. Virginem Mariam adorandam, ut Deum. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari à dictis in 1. quæstio. 13. artic. 10. Elucid. Item à Deo dicente Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Hoc est, in proposito scholastico. Adorationem latriæ mihi debitam creaturis puris non communicabo. Mater autem Dei est pura, &c. ut in argum. contr. Item à sexta Synodo per hoc, quod dicit ly imagines Christiani non Deos appellant, neque seruiunt eis, ut Diis. De quibus autem imaginibus intelligatur, subindicat per ly non seruiunt eis cultu diuino, nec alieni creaturæ. Vide illa art. 3. appen. Cum igitur B. Virgo sit creatura: ipsa, secundum Concilium hoc, non est adoranda cultu diuino, neque pro Deo habenda. Item à septima Synodo, idest à Concilio Nicæno secundo per hoc; quod tanquam ex ordine, & modo loquendi, adorationis differentiam connotans dicit ly maxime autem imaginem Domini Nostri Iesu Christi, deinde intemeratæ Dominæ nostræ deiparæ, uenerandas. Vide ar. 3. appen. Vbi & post multa subdit ly qui dicunt, quod Christiani imagines, vt Deos, adorant: Anathema. Ex his ergo patet: quod Concilium septimum istud si ad propositum sui animum inflectatur, non tantum docet, quod Beata Virgo mater Dei non debet adorari latria, sed & tenore eodem statuit, quod si quis dixerit, eam tali adoratione esse adorandam, ipse sit anathema. Non tantum igitur Synodus ista prohibet, quod Beata Virgo adoretur latria, sed etiam hoc prohibet sub anathemate. Item merito damnari à Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues. Quod cum expositione sua repetens Christus dixit Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis. Ac si aperte dicat: Illa Deuteronomii authoritas intelligitur de adoratione, & seruitute; quæ soli Deo debentur. Ergo, secundum Christum, datur adoratio, & seruitus, in quibus nulla creatura communicat. Hæc autem est adoratio latriæ, & seruitus latriæ. Ergo adorationem latriæ, & seruitutem latriæ, soli Deo, nõ autem eius matri, exhibere debemus, prout scriptura prædicta sententialiter dicit. Ex præmissa igitur ueritate tot scripturis, atque Conciliis, firmata habes uerum sensum multorum attributorum B. Virgini ab Ecclesia catholica, quæ alioquin iuxta superficialem tantum literæ corticem uiderentur fauere (quod in æternum absit) prædictæ hæresi. Sensus ergo uerus, quo B. Virgini dicit in Ecclesia ly Regina cœli, ly Regina mater misericordiæ, ly uita dulcedo, & spes nostra, & alia similia, neque est, ipsam æquiparari neq; uelle æquiparare, Deo (ut impii Nouatores mẽtiũtur): sed est, uelle ei præ aliis creaturis, post Deum, talia ueraciter ascribere. Veraciter, inquantum; quia sicut verum est, Beatam Virginem excellentia quadam speciali (puta, quod sit mater Dei) alias creaturas excedit vehementissime post Deum, ideoque hyperdulia, licet non latria, adoratur, ita de necessaria sequela uerum est, quod ipsa eminentius, quam aliæ puræ creaturæ, participat hæc attributa, scilicet esse reginam cœli, esse reginam matremque misericordiæ, esse uitam nostram, dulcedinem nostram, spem nostram, & alia huiusmodi. In hoc sensu etiam canimus ei, Mortalium spes vna, & ipsa de super allegoriam (ut nos Ecclesia docet) inquit; In me omnis gratia uiæ, & ueritatis; In me omnis spes uitæ, & uirtutis. Ecclesiastici 24. & alia similia: quæ Nouatores (sic enim hæreticos uocat Concilium Trideo. sess. 14. cap. 8.) de mendacio, & idolatria mordent, non intelligentes, neque ea, quę loquũtur, neque de quibus affirmant, 1. Timoth. 1. Sed has, sicut & cæteras scripturas, deprauantes ad suam ipsorum perditionem, 2. Petr. 3. Vlterius. Si Deus est pater misericordiarum, & totius consolationis; cur Dei uera mater non sit, & ipsa uerè (quamuis non eadem ratione, sed post Deum præ cęteris) misericordiarum mater, totiusque consolationis? Si Deus est cœlorum Rex, atque terrarum, cur sua mater, modo sibi præ cæteris conuenienti, non uere dicatur Regina cœli, Regina Angelorum, Domina mundi? Si Christus est uia, ueritas, & uita, &c. cur mater Christi non sit post Christum omnis spes uiæ, & ueritatis, uita nostra, aduocata nostra, tota fiducia nostra, &c.? Præterea si cum ueritate hac, quod Christus est lux mundi Ioan. 8. stat, quod Apostoli sunt lux mundi Matt. 5. Si & cum hac, quod Christus est petra, 1. Corint. 10. Stat, quod unus Apostolorum, tanquam petra, cognominatur Petrus, Matth. 16. Si & cum hac, quod Christus est pastor, Io. 10. Stat, quod Petrus præ cæteris est pastor Io. 21. Quomodo fiet vnquam, quod de Beata Virgine matre Dei non possint post Deum precibus verificari illa, quæ (ut audiuimus) ei attribuuntur à sancta Ecclesia? Abeant itaque cum inscitia sua scripturarum, veritatisque, ac Beatæ Virginis osores; & impii in tenebris conticescant: quia etsi non ut Deum (ut docuit præsentis articuli conclusio), tamen præ reliquis post Deum, Beatam eam dicent omnes generationes. Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

* art. præc.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore ar. unica conclusio, habens duas partes: B. Virgo est adoranda non latria, sed hyperdulia. Probatur primo pars negatiua. Nulli rei uenerabili ſm se, nisi soli Deo debetur latria. ergo nulli puræ creaturæ rõnali. ergo B. Virgini nõ debetur latria. Antecedens in illa particula, uenerabili ſm se excludit, & creaturas insensibiles (quales sunt imagines, & cruces, quæ nõ sunt ſm se uenerabiles) excludit, & humanitatẽ Christi, q̃ ſm se non est uenerabilis, ut res adorata; ut patet ex dictis superius. Ambo. n. adorantur latria, ut patet ex antedictis, & iõ ĩ ſña, apponit ly puræ, cũ dr̃ creaturæ. Cõsequẽtia prima ꝓbat̃, quia creatura rõnalis est capax ſm se honoris: scd̃a aũt qa B. Virgo, est pura creatura rõalis. Scd̃a aũt pars ꝓbat̃, qa uenerãda ẽ eminẽti⁹ creaturis cęteris, q̃a ẽ mr̃ Dei.

¶ In hoc art. & specialiter in rñsione ad tertiũ, dubiũ occurrit, quia non dẽt esse minoris conditionis res ueneranda ſm se, & ſm aliud, q̃ si esset solũ ueneranda ſm aliud, qm̃ uenerabilitas ſm se, non est conditio diminuens rationem venerabilitatis, sed B. Virgo si non esset uenerabilis ſm se, sed solum rõne Christi, ut crux adoraret̃ latria, nõ min⁹ q̃ crux Christi, quia intrinsece fuit illa cõiuncta. ergo ẽt nunc ut res coniuncta Christo, adoranda est latria, & ſm seipsam hyperdulia. Et confirmat̃, quia iam dictum est, ꝙ non inconuenit unã, & eandem personam adorari duplici adoratione.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet uenerabilitas secundum se, non distrahat rationem uenerabilitatis, immo est perfectio differentia eius, distrahit tamẽ rationem uenerabilitatis ratione alterius ita quod uenerabile ratione alterius distrahitur per uenerabile secundum se. Exemplum, per se subsistere non distrahit rationem entis, sed est perfectior illius modus, sed distrahit rationem entis in alio, puta accidentis. Et ideo cum latria inter creaturas debeatur soli uenerabili ratione alterius, consequens est, quod quodcũque creatum est secundum se uenerabile, non sit ratione alterius uenerabile latria.

¶ Et si contra hoc instetur, quod distractio ista est uera in essentialibus, non autem in accidentaliter coniunctis, qualiter iunguntur duæ rationes adorabilitatis, in una persona, respõdeatur, quod nos non dicimus oppositum, sed respondemus argumento de conditione distrahente.

¶ Ad materiam autem dicimus, cum Auctore in art. 3. ad 3. ꝙ occasio erroris uitanda facit ut rationalis creatura non adoretur, ut imago Dei, & pari ratione, ut res coniuncta Christo, ne, scilicet motus adorationis sistat in rationali natura secundum se; Quocirca, sicut personam Christi, non nisi latria ueneramur, ad euitandũ errorem recurrentium ad Christum, ut puram creaturam, ita personam B. Virginis sola hyperdulia honoramus, ad euitandũ errorẽ eorũ, qui latriam terminarẽt ad B. Virginem secundum se. Nõ enim plebs tantum penetraret, ut adoraret latria Christum in B. Virgine: & seorsum adoraret hyperdulia ipsam secundum se Beatam Virginem sine qua discretione error accideret, & ideo simpliciter dicitur, quod non est adoranda latria, sed hyperdulia.

Medina ar. 6.

SVPER QVAEST. XXV. ART. VI.

CONCL. Sanctorum reliquias qualescumque honore cōgruo, in eorum memoriā, venerari debemus: & præcipue eorum corpora.

¶ PROB. Primo, quia debemus, ad sanctos habere affectum (cum ipsi sint membra Christi, Dei filii, Dei amici, intercessores nostri.) Et habens affectū ad aliquem veneratur, etiam post eius mortē ea; quæ de ipso relinquuntur (ut patet ex Augustino quotidianā experientiam considerante.) Secunda autem pars, scilicet, & præcipue, &c. probatur; quia corpora sanctorum fuerunt templa, organaq; Spiritusſancti: Et sunt Christo, secundum corpus gloriosum configuranda. Secundo, quia Deus suo exemplo, ad talem reliquiarum ipsarum uenerationem, nos initat (ut patet per hoc, quod ipse Deus huiusmodi reliquias, &c. ut in tex.)

149 2.2.q6.96. ar. 43.

*cap. 73. in prin. hr inter opera Aug. to. 3.

¶ NOT. Illa probatio posita primo loco, scilicet de affectu nostro, seruit etiam secundæ conclusionis parti probandæ (ut facile cōsideranti patet). Licet ipsa secunda pars, præter hoc, habeat aliam specialem probationē, quæ ibi adducitur. Probatio autem posita secundo loco, scilicet de exemplo Dei, ambabus ipsis partibus probādis & ipsa seruit. Nā Deus non solum in corporū, uel partium corporis, sanctorum præsentia operatus est uirtutes multas, id est miracula multa (ut patet legentibus uitas eorum post mortem): sed etiam in eorundem uestium præsentia (ut uidere est in lib. epistolarum sancti Hieronymi, ubi circa libri finem à B. Cyrillo Hierosolimorum Episcopo narratur, qđ ad tactum sacci eiusdem sancti iam defuncti tres mortui uitæ restituti sunt.) Ergo reliquias qualescumque sanctorum suorum, non tātum corpora, uel eorum partes, honorat Deus: id quod fuit tota articuli conclusio probanda.

*li. 1. c. 13. to. 3.

1m de minori. Sed adorare mortuorū reliquias. R. Adoratione latriæ eas honorando, §. Tunc nihil &c. Nam nos non dico martyrum reliquias, sed nec solem, &c. ut in tex.

2m de maiori. Insensibile uenerari. R. Propter seipsum. §. Hoc est. Venerari insensibile, propter ipsum insensibile per se loquendo, i. nullo alio respectu habito) est stultum. Tunc &c. Nam corpus illud, uel partem, uel uestem, vel aliquod simile pro reliquiis sanctorum uere habitum, non adoramus, seu non ueneramur, propter seipsum, idest propter illud insensibile, ut sic, seu propter &c. ut in textu.

Tertium

3m de antecedente. Idem. R. Identitate formæ, quæ prius merat idest animæ. §. Tunc nihil &c. Ad talium enim reliquiarum honorationem, seu adorationem, pro quanto argumenti solutio postulat, sufficit, quod ibi sit identitas numeralis secundum materiam, maximè quia materia illa respectum retinet ad priorem formā, idest ad rationalem animam, cui certissime reuniendus est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum reliquiæ sanctorum sint adorandæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod sanctorum reliquiæ nullo modo sint adorādæ, Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris: sed adorare mortuorum reliquias, uidetur ad errorem Gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentia impendebāt. ergo non sunt sanctorum reliquiæ adorandæ.

¶ 2 Præt. Stultum uidetur rem insensibilem uenerari: sed sanctorum reliquiæ sunt insensibilia corpora. ergo stultum est eas uenerari.

¶ 3 Præt. Corpus mortuum nō est eiusdem speciei cum corpore uiuo, & per consequens non uidetur esse numero idem. ergo uidetur ꝙ post mortem alicuius sancti corpus eius non sit adorandum.

SED CONTRA est, quòd dicitur in libro de Ecclesiasticis dogmatibus * Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissimè honoranda credimus. Et postea subditur. Si quis contra hanc sententiam uelit esse, non christianus, sed Eugnominianus, & Vigilantianus creditur.

RESPON. Dicendum, quod sicut August. dicit in libro de Ciuita. Dei. † Si paterna uestis, & anulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quę utique multò familiarius, atq; coniunctius, quam quælibet indumenta gestamus. hæc enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quæ de ipso post mortem relinquuntur, ueneratur, non solum corpus, aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta, uestes, & similia. Manifestum est autem, quod sanctos Dei in ueneratione habere debemus, tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias qualescumque honore congruo in eorum memoriam uenerari debemus, & pręcipuè eorum corpora, quæ fuerunt templa, & organa Spiritusſancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Vnde, & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum præsentia miracula faciendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hæc fuit ratio Vigilantii, cuius uerba introducit Hier. † in lib. quem contra eum scribit, dicentis, Prope ritum Gentilium uidemus sub pretextu religionis introductū, puluisculum nescio quem in modico uasculo, pretioso linteamine circumdatum osculantes adorant. Cōtra quem Hier. dicit in Epistola ad Riparium, * Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec solem, nec lunam, nec angelos adoramus, scilicet adoratione latriæ: honoramus autem reliquias martyrum, vt eum cuius sunt martyres, adoremus: honoramus seruos, ut honor seruorū redundet ad Dominū. Sic ergo honorando reliquias sanctorum, non incidimus in errorem gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum: sed propter animam, quæ fuit ei unita, quæ nūc fruitur Deo, & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ corpus mortuum alicuius sancti nō est idem ad numero quod primò fuit dum uiueret, propter diuersitatem formæ, quæ est anima: est tamen idem, idētitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ uniuenda.

QVAE-

APPENDIX.

EX articulo hēs primo: quomodo per rationem interimas hæreses Vigilantii (ut innuit B. Hieronymus in lib. quē contra eundem scripsit) dicentis: Reliquias sanctorum; carnes, & ossa, mortui non debere à populo uenerari; neque à monumēto fœtido extrahi, nec in capsa aurea, uel argētea reponi. Et dicentis: sanctorum martyrum sepulchra, & sanctorum corpora non esse ueneranda. Item Orphanorum, qui facto suo, quo sanctorum reliquias destruebant, dixerunt; reliquias ipsas nō esse uenerandas. Item aliquorum (hos aiunt, fuisse Ioannem Vuiclef, & Eunomium) dicētium: quod ii, qui uenerantur sanctorū reliquias, idolatriam committunt. Et addentium peius, scilicet, quod reliquiæ Christi Salnatoris nostri adoratione aliqua non sunt dignæ. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, eas meritò damnari à Veritatibus Aureis super totam legem veterem, Nume. 22. concl. 7. Itē à Concilio Nicęno secūdo, ut recitatur ar. 3. append. Ipsius enim dicta facile est applicare etiā ad reliquias sanctorum, ratione contactus, & inde contraria hæreticorum phantasmata condemnare. Item à dictis art. 4. cum Elucid. ratione eadem, scilicet contactus. Item ab Ecclesiasticis dogmatib9, sanctorum corpora &c. secundum quod est in argumen. cont. Ex quibus à fortiori, idest multò magis (ut quisque prudens discurrendo concludet) condemnantur ii, qui contra reliquias Christi blasphema bucca obloquuntur, & latrant. Item à B. Augustino in lib. de Ciuit. Dei, id quod summatim tangitur in tex. corp. Tu demortui patris relictam tibi uestem honorificenter tractas, & reuerenter induis, & ossa Diuorum sugillabis? Quæ sane hoc magis honorari conuenit, quo præstabiliora sunt indumento. Annulo, quem amicus decedens e uiuis tibi legauit, digitum non exornans; nisi chari amici imago subeat, nisi dulcium uerborum meminerts, nisi annulum etiam perpetuæ amicitiæ pignus relictum exosculaueris. Et tu in cineres Diuorum nobiscum repositos mordacem iocum confingens? Linguam conquinatam, quasi ignem deuorantem & gladium acutum, exerceres? Quid enim sunt cineres, & ossa; nisi quædam sanctorum pignora in terris relicta? Quæ & futuram resurrectionem nobis promittunt, & in corporis glorificationem

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

† In epi. ad Riparium, nō procul a prin. t. 3.

* Incipit epi. Acceptis primū literis tuis to. 3. habetur non procul a prin.

D. 404. & 1091.

spem

ſpem noſtram erigunt. Item à B. Hieronymo, in epiſtola contra Vigilantium, ſic eum alloquente. Quis enim, ò inſanum caput, aliquando martyres (latria) adorauit? Quis homines putauit Deum? Nonne Paulus, & Barnabas, cum à Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis uellent hoſtias immolare, ſciderũt ueſtimenta ſua, & ſe homines eſſe dixerunt? Non quod meliores non eſſent olim mortuis hominibus, Ioue, & Mercurio: ſed quod ſub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium ſe adorare cupientem manu ſubleuauit; & dixit. Surge: nam & ego homo ſum. Et audes dicere; illud neſcio quid, quod in modico uaſe transferendo colis? Quid eſt illud, neſcio quid? id ſcire deſidero. Expone liberius, ut tota libertate blaſphemes; puluiſculum, neſcio quod, in modico uaſculo pretioſo linteamine circundatum. Dolet: martyrum reliquias pretioſo operiri uelamine, & non uel pannis, uel cilicio colligari, uel proiici in ſterquilinium, ut ſolum Vigilantius ebrius, & dormiens, adoretur. Ergo ſacrilegi ſumus: quando Apoſtolorum Baſilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim: apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii, illorum ſe ſentire præſentiã confitentur? Sacrilegus dicendus & nunc Auguſtus Arcadius: qui oſſa B. Samuelis longo poſt tempore de Iudæa tranſtulit in Thraciam? Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi; qui rem uiliſſimam, & cineres diſſolutos, in ſerico, & uaſe aureo portauerunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia, quaſi præſentem uiuentemque prophetam cernerent, ſuſceperunt; ut de Paleſtina uſque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem una uoce reſonarent? o portentum in terras ultimas deportandum. Hæc ibi. Qui & in epiſtola ad Riparium presbyterum dicit: De his rebus interrogas; quæ & proferre, & audire, ſacrilegium eſt. Ais: Vigilantium, qui Dormitantius rectius diceretur, os fœtidum rurſus aperire; & putorem ſpurciſſimum contra ſanctorum martyrum proferre reliquias; & nos, qui eas ſuſcipimus, appellare cinerarios, & idolatras, qui mortuorum hominum oſſa ueneremur. O infœlicem hominem; & omni lachrymarum fonte plangendum. Ergo Petri & Pauli immundæ ſunt reliquiæ? Ergo Moyſi corpuſculum immundum erit, quod iuxta Hebraicam ueritatem, ab ipſo Domino ſepultum eſt? Plus aliquid dicam, quod redundet in authoris caput, & inſanum cerebrum uel ſanet aliquando, uel deleat. Ergo & Domini corpus in ſepulchro poſitum immundum fuit? Et Angeli, qui candidis ueſtibus utebantur, mortuo cadaueri, atque polluto præbebant excubias? Et quid paſſi ſunt Apoſtoli: ut immundum Stephani corpus, tanta funeris ambitione, præcederent? Hæc ibi. Item ab eodem, in lib. 3. contra Ruffinum. Prouinus cócito gradu Bethlehem meam reuerſus ſum; ubi adoraui præſepe, & incunabula Saluatoris. Hæc ibi: quibus facto ſuo, adorationis reliquiarum, condemnat hæreſes antedictas. Item à Damaſceno, in lib. 4. de fid. orthod. cap. 3. Si amatorum diligibilis eſt domus, & lectulus, & hortus: quanto magis quæ Dei & Saluatoris, per quæ & ſaluati ſumus? Hæc ibi. Item à Concilio Bracarenſi 3. Cano. 5. per hoc, quod ab eo ſanctorum reliquiæ uocantur ſanctæ Dei reliquiæ. Item à Concilio Niceno ſecundo, actio. 3. Seruator noſter Chriſtus fontes ſalutares, ſanctorum reliquias, nobis reliquit; multis modis beneficia fundentes. Martyrũ enim oſſa uirtutes multas operantur; atque id per Chriſtum, qui in ipſis habitat. Cum his, ſanctas etiam imagines, reueremur; principio adorantes Dei uerbi propter nos incarnati imaginem. Hæc ibi: quibus (ut prudentibus ex contextu patet) adorationem impendendam ſanctorum reliquiis decernit. Item à Conc. Trid. ſeſſio. 25. Decret. de inuocatio. ueneratio. & reliq. ſanctorum. Mandat ſancta Synodus &c. affirmantes, ſanctorum reliquiis uenerationem, atque honorem non deberi; uel eas, aliaque ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa, ſanctorum memorias fruſtra frequentari, omninò damnandos eſſe: prout iampridem eos damnauit, & nunc etiam damnat, Eccleſia. Hæc ibi. Vide totum illud capitulum: quoniam ad multa in tota hac quæſtione uigeſimaquinta dicta ualent. Item à Papa Innocentio Tertio, in Concilio Generali: ut habetur Extrauag. de reliq. & ueneratio. ſanctor. cap. ſecundo. Tertiò uides: quomodo ex iis bene penſatis, & applicatis; doctrina præſens Angelica uiciſſim declaretur, atque confirmetur. 3

Petri

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus hic clariſſimus eſt.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio dupliciter probata: Concluſio eſt, Reliquias ſanctorum qualeſcumque congruo honore uenerari debemus, & præcipue eorum corpora. Probatur primo. Affectus alicui, ueneratur etiam illa, quæ de ipſo poſt mortem relinquuntur, ſed ſanctos Dei ueneramur. ergo eorum reliquias uenerari debemus, & præcipuè eorum corpora. Maior probatur, auctoritate Auguſtini; Minor probatur ex quatuor: quia ſancti ſunt Chriſti membra, quia Dei filii, quia amici, quia noſtri interceſſores. Pars autem ſpecificata in concluſione, ſcilicet præcipue eorum corpora, manifeſtatur ex tribus: quia templa Spiritusſancti inhabitantis: quia organa Spiritusſancti operantis per ea fuerunt, quia ſunt corpori Chriſti configuranda. Secundo probatur concluſio, quia Deus ſanctorum reliquias honorat miraculis. ergo & nos debemus honorare.

quias

Medina, ar. 1.

SVPER Q. XXVI.

Art. 1.

Concl. 1. Solus Chriſtus eſt perfectus Dei & hominum mediator.

¶ Coroll. Ergo authoritas Apoſtoli in argum. cont. allegata exponatur ſic, ly unus eſt, idest ſolus eſt.

¶ Prob. Quia unire homines Deo, quod eſt officium talis mediatoris, conuenit perfectiue Chriſto (inquantum, ſcilicet per mortẽ ſuã humanum genus Deo reconciliauit.)

¶ Concl. 2. Nihil prohibet aliquos alios, ſecundum quid dici, mediatores inter Deum, & homines.

150 ¶ Prob. Quia nihil prohibet aliquos alios cooperari diſpoſitiue ac miniſterialiter, ad unionẽ hominum cum Deo.

Primum

QVÆSTIO XXVI.

De eo, quod Chriſtus mediator Dei, & hominum dicitur, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de hoc, quod dicitur Chriſtus Dei, & hominũ mediator.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum eſſe mediatorem Dei, & hominum, ſit proprium Chriſto.

¶ Secundò, Vtrum hoc conueniat ei, ſecundum humanam naturam.

ARTICVLVS I.

Vtrum eſſe mediatorem Dei, & hominum ſit proprium Chriſto.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quod eſſe mediatorem Dei, & hominum, non ſit proprium Chriſto. Sicut enim ſacerdos, ita & propheta videtur eſſe mediator inter Deum, & homines: ſecundum illud Deut. 5. Ego illo tempore ſequeſter fui, & medius inter Deum, & uos: ſed eſſe prophetam, & ſacerdotem, non eſt proprium Chriſto. ergo etiam eſſe mediatorem.

¶ 2 Præt. Illud quod conuenit angelis bonis, & malis, non poteſt dici eſſe proprium Chriſto: ſed eſſe medium inter Deum, & homines, conuenit angelis bonis, ut Dion. dicit 4. cap. de Diuin. nomin. * conuenit etiam angelis malis, id eſt dæmonibus: habent enim quædam communia cũ Deo, ſcilicet immortalitatem, quædam cum hominibus, ſcilicet quod ſunt animo paſſiui, & per conſequens miſeri, ut patet per Aug. in 9. de Ciu. Dei. † ergo eſſe mediatorem Dei, & hominum non eſt proprium Chriſto.

* cap. 4. nõ multum procul a prin.

† li. 9. ca. 8. to. 5.

¶ 3 Præt. Ad officium mediatoris pertinet interpellare ad unum eorum, inter quos eſt mediator pro altero: ſed Spiritusſanctus, ſicut dicitur Rom. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. ergo Spiritusſanctus eſt mediator inter Deum, & homines. non ergo eſt proprium Chriſto.

Sed contra eſt, quod dicitur 1. ad Thimoth. 2. Vnus eſt mediator Dei, & hominum, homo Ieſus Chriſtus.

Resp. Dicendum, quod ad mediatoris officium propriè pertinet, coniũgere, & unire eos, inter quos eſt mediator: nam extrema uniuntur in medio. Vnire autem homines Deo, perfectiuè quidem conuenit Chriſto, per quem homines ſunt reconciliati Deo, ſecundum illud 2. ad Cor. 5. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, & ideo

ſolus

1m de minori. Sed esse prophetam & sacerdoté. ℞. Quecumque modo consideratum. §. Tunc nihil &c. Non enim dixit prima conclusio, quæ oppugnatur, quod esse mediatorem quocumque modo consideratum, sit proprium Christo: sed quod esse mediatorem perfectum, est ei proprium. Possunt ergo aliqui alii, sine offensa ipsius conclusionis, esse mediatores aliquo modo. Puta; prophetæ, & sacerdotes ueteris testamenti dicti sunt, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod argumentum stat pro conclusione secunda, tamquam probatio eius. D.114.

2m maior. Illud quod conuenit angelis bonis, & malis, non potest dici esse proprium Christo. ℞. Secundum quod conuenit angelis illis. §. Tunc nihil &c. Nam esse mediatorem alio modo cõuenit proprie Christo; alio modo angelis prædictis; ut patet in tex. In quo exponatur ly non recte, id est non totaliter in proprio significato, scilicet mediatoris, ita dicat omnes conditiones ad mediatorem pertinentes & quo ad officium eius, & quo ad reperta in eo.

3m de maiori. Interpellare. ℞. Per seipsum. §. Stando, scilicet in proposito. Tunc nihil &c. Nam Spiritussanctus non interpellat per seipsum, quasi minor ad maiorem, cum non sit homo; sed Christus per semetipsum (secundum humanitatem enim minor est Deo) pro nobis interpellat ad Deum.

• li.9. & li. 14. ca. 15. a med. to. 5.

• loco cita. in arg.

solus Christus est perfectus Dei, & hominum[a] mediator inquantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliauit. Vnde cum Apostol. dixisset, Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, subiunxit; Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Nihil tamen prohibet aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum, & homines, prout, scilicet cooperantur ad unionem hominum cũ Deo dispositiuè, uel ministerialiter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod prophetæ, & sacerdotes ueteris testamenti, dicti sunt mediatores inter Deum, & homines dispositiuè, & ministerialiter, inquantũ, scilicet prænuntiabant, & præfigurabant uerum, & perfectum Dei, & hominum mediatorem. Sacerdotes uerò noui testamenti possunt dici mediatores Dei, & hominum, inquantum sunt ministri ueri mediatoris, uice ipsius salutaria sacramenta hominibus exhibentes.

AD SECVNDVM dicendum, quod angeli boni, ut August. dicit in 9. de Ciu. Dei, * nõ rectè possunt dici mediatores inter Deum, & homines. Cum enim utrumque habeant commune cum Deo, & beatitudinem, & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus miseris, & mortalibus, quomodo non potius remoti sunt ab hominibus, Deoque coniuncti, quam inter utrosque medii constituti? Dionys. * tamen dicit eos esse medios, quia secũdum gradum naturæ sunt infra Deum, & supra homines constituti, & mediatoris officium exercent, non quidem principaliter, & perfectiuè, sed ministerialiter, & dispositiuè. Vnde Mat. 4. dicitur, quod accesserunt angeli, & ministrabant ei, scilicet Christo. Dæmones autẽ habent communem cum Deo immortalitatem cum hominibus autem miseriam: ad hoc enim se interponit medium dæmon immortalis, & miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat: sed perducat ad miseriam immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autem habuit communem cum Deo beatitudinẽ cum hominibus autem mortalitatem, & ideo ad hoc se interposuit medium, ut mortalitate transacta, & ex mortuis faceret immortales (quod in se resurgendo mõstrauit) & ex miseris beatos efficeret, unde numquam ipse discessit: & ideo ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

AD TERTIVM dicendum, quod Spiritussanctus cum sit per omnia Deo æqualis, non potest dici medius, uel mediator inter Deũ, & homines: sed solus Christus, qui licet secũdum diuinitatem æqualis sit Patri, tamen secundum humanitatem minor est patre, ut supra dictum *est. Vnde super illud ad Gal. 3. Christus est mediator. dicit gl. * Nõ pater, nec Spiritussanc. Dicitur aũt Spiritussanctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare nos facit.

AR-

*q.10.a.1.

*Impliciè habetur in gl.or.abi.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò; quo per rationem conclu. 2. interimas hęresim, Pauperum de Lugduno (vt refertur ex summa F. Iecooeti, 5. par. cap. 2. in bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentium, quod sancti nõ orant pro nobis, neque audiunt orationes fidelium. Item hæresim Vigilantii dicentis; quod sancti in cœlo non orant pro nobis: ideò non sunt in nostrum auxilium inuocandi. Quibus hæresibus concordant multi alii (sicut & in plerisque aliis tum supra, tum infra recitandis; licet hoc nõ exprimatur, sed semper præsupponatur.)

a Secundò habes: quomodo per eandem secundæ conclusionis rationem ostendas, illas meritò damnari à 2. 2. articulorum, num. 441. cum Elucid. Item ab Addutio. articulorum, nume. 314. 315. 356. cum Elucid. Item à Veritatibus Aureis super legem ueterẽ, Exod. 32. concl. 3. & Nume. 11. concl. 1. Item à Concilio Trid. sess. 25. Decret. de inuocatio. &c. secundum quod allegatur supra quæstio. 25. ar. 6. appen. Vide ut loca omnia: ut tollatur prolixitas, & repetitio. Item à Iob cap. 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Scilicet pro auxilio tuo inuocandum; ut ibi patet. De sententiis amicorum Iob, quarum hæc est una, quomodo rectè intelligi debeant, uide 1. 2. articulorum numero 467. in Elucidario. Item ab Exod. 32. Quiescat ira tua, & esto placabilis super malitia populi tui: Recordare Abraham, Isaac, & Iacob &c. Placatus est Dominus super iniquitatem populi sui. Patet enim hic, quod merita sanctorum mortuorum, scilicet Abraham, Isaac, Iacob, interceserũt pro populo, & obtinuerunt ei misericordiam: quoniam textuum connexio sensum hunc aperte monstrat consideranti. Similiter etiam damnantur a Daniel 3. Ne auferas misericordiam tuam à nobis propter Abrahã dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & cæt. Hac enim oratione finita, quam suffragarũt merita patrum, scilicet Abrahaam, Isaac, & Israel, qui ibi adducebantur ab orante: tunc liberati sunt de fornace illi tres. Item à Genes. 48. Inuocetur nomen meum super eos, & nomina patrum meorum Abraham, & Isaac. Ex hoc enim patet intentum, ut supra discurrentι. Item a 2. Machab. 15. Oniam manus protendentem orare pro omni populo Iudęorũ. Qui & dixit Iudæ. Hic est, qui multum orat pro populo & uniuersa sancta Ciuitate, Hieremias propheta Dei. Ex præmissis enim in à fortiori argumentando, concludas uniuersaliter (secundum scripturas) dicens contra hæreses illas. Si patres sancti in limbo existentes, nondumque aperta Dei uisione fruentes pro hominibus orabant, & suffragabantur eis: multò utique magis sanctos nunc in æterna clarâque Dei beatitudine existentes orare credendum est pro nobis. Item à dictis in quæstio. 8. articu. 1. 3. Si enim hominum uiuorum, simul & bonorum mortuorum Christus est caput, ut ibi dicitur; & membra sunt pro se inuicem solicita, 1. Corinth. 12. utique sancti in patria, cum non desierint nobiscum esse membra unius capitis, scilicet Christi, erunt soliciti pro nobis, ut ad consortium ipsorum perueniamus, tamquam membra membris colligata, in unius corporis augmentum perfectionemque concurrentes. Quomodo autem sanctorum erga nos manifestaretur solicitudo prædicta, quam Apostolus attestatur, nisi orarent pro nobis; hoc est, nisi, tamquam mediatores, cooperarẽtur ad nostram unionem cum Deo, i. ad nostram salutem? Aut ergo membra Christi nobiscum sanctos perseuerare negent, aut membra non esse pro se inuicem solicita dicant, necesse est illos; qui sanctorum intercessionem tollere contendunt: quorum tamen utrumque contra Apostolum est, tum Roman. 14 per ly ut uiuorum & mortuorum dominetur, tum 1. Corinth. 12. ut allegatum fuit. Apostolus igitur, locum utrumq; connectendo simul dixit, Mortui cum uiuis sunt membra unius Christi, & pro se inuicẽ solicitudinem habent, id quod est, scholasticè eum dixisse, sancti mortui sunt mediatores uiuorum apud Deum, & consequenter uiui debent honorare ipsos, ipsorumq; reliquias (q. 25. ar. 6.) necnon inuocare eosdem in sui patrocinium. Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones. Prima est: esse mediatorem inter Deum, & homines simpliciter, seu perfectiue, est proprium Christo. Secunda est: Nihil prohibet alios dici mediatores secundum quid, scilicet dispositiuè, uel ministerialiter, prima conclusio probatur: Vnire homines Deo, perfectiue conuenit soli Christo. ergo solus Christus est perfectus mediator

diator Dei, & hominum. Antecedens probatur, quia per mortem suam mundum Deo recõciliauit: & Apostolus dicit, Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. Consequentia vero probatur, & ratione: quia mediatoris officium est mediare, inter eos inter quos

quos est mediator: probatur, quia in medio uniuntur extrema. Et auctoritate Apost. quia cum dixisset, Mediator, &c. subiunxit. Qui dedit &c. Secunda conclusio ut clara relinquitur, quia cooperantur aliquid ad unionem.

Medina ar. 2.

SVPER Q. XXVI.

ART. II.

151

3. d. 19. ar. 5. q. 1. Et 4. d. 43. ar. 1. q. 1. cor. Et d. 48. qõ. 1. ar. 2. Et veri. q. 29. ar. 5. ad. 5. Et 1. Timo. 2. lib. 1. fin. Et 2. Timo. 2. *cap. 10. parum ante med. to. 6.

CONCL. I. Esse mediatorem Dei & hominum, non potest conuenire Christo, secũdum quod est Deus.

¶ PROB. Quia Christus, secundum quod Deus, neque differt ã patre, ac Spiritusancto; neque potest id, quod est illorum, quasi quod sit aliorum deferre ad alios (cum omnia ipsarum diuinarum personarum sint etiam filii); Et tamen ratione medii est, quod distet ab utroque extremorum; ac illa, quæ sunt unius, tamquam alia a se, deferat ad alterum (cum in mediatore sint duo.)

¶ CONCL. 2. Christus uerissimè dicitur mediator, sm q homo.

¶ PROB. Quia Christus, sm q hõ, differt ab utroq; extremorũ, scilicet à Deo in natura, ab hominibus in dignitate, & quæ sunt unius defert ad alterum, idest quæ sunt Dei hominibus, quæ aũt sunt hoíum Deo, exhibet.

† Est süpta ex Aug. li. 10. confes. ca. 43. ante med. to. 1.

¶ NOT. Quando Christus, secundum q homo, dona & præcepta Dei defert ad homines tunc ea, quæ sunt uni⁹ extremi, tamquam alia à seipso, defert ad alterum extremum. Dona enim Dei atq; eius præcepta, sunt quodãmodo alia à Christo secundũ quod homo est; inquantum, scilicet sua humanitas non est principalis causa donorum, & præceptorum Dei. Similiter quando ipse, secundum quod homo, satisfacit & interpellat pro hominibus: tũc ea, quæ sunt unius extremi, tãquam alia a seipso, defert ad alterum extremum. Satisfactiones. n. non erant pro Christo factæ, sed nec factibiles;

*li. 9. c. 15. non procul a fi. to. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus secundum quod homo sit mediator Dei, & hominum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus non sit mediator Dei & hominum, secundum quod homo. Dicit* . n. Aug. in lib. contra Felicianum: Vna est Christi persona, ne sit non unus Christus, non vna substãtia, nè mediatoris dispensatione submota, aut Dei tm̃ dicatur, aut hominis filius, sed non est Dei, & hoĩs filius, sm q homo, sed simul secundũ q Deus & homo. ergo neque dicendum est, q sit mediator Dei, & hominum solum secundum quod homo.

¶ 2 Præt. Sicut Christus inquantũ est Deus, cõuenit cum Patre, & Spiritusancto, ita inquãtum est homo, conuenit cum hominibus: sed propter hoc, q inquantum est Deus, cõuenit cum Patre, & Spiritusancto, non potest dici mediator, inquantũ est Deus, quia super illud 1. ad Tim. 2. Mediator Dei, & hominum, &c. dicit glo. † Inquantum est uerbum nõ medius est, quia æqualis est Deo, & Deus apud Deum, & simul unus Deus. ergo nec etiam inquantum est homo, potest dici mediator, propter conuenientiam quam cum hominibus habet.

¶ 3 Præt. Christus dicitur mediator inquantum reconciliauit nos Deo: quod quidem fecit, auferendo peccatum, quod nos separabat à Deo, sed auferre peccatũ, conuenit Christo nõ inquantum est homo, sed inquantum est Deus. ergo Christus, inquantum est homo, non est mediator, sed inquantum est Deus.

SED CONTRA est, q Aug. dicit in lib. de Ciu. Dei. Non ob hoc mediator est Christus, quia est uerbum maximè quippe immortale, & maximè beatum uerbum, longe à mortalibus miseris, sed mediator est secundum quod homo.

RESP. Dicendum, q in mediatore duo possumus considerare. Primo quidem rationem medii: secundo, officium coniungendi. Est autem de ratione medii, q distet ab utroq; extremorum: coniungit autẽ mediator per hoc, q ea, quæ unius sunt, defert ad alterum. Neutrũ autem horum potest conuenire Christo secũdum q Deus, sed solum sm q homo. Nam secundum q Deus, non differt a Patre, & Spiritusancto in natura, & potestate dñii. Nec ẽt Pater, & Spiritusanctus aliquid habent quod non sit filii, ut sic possit id, quod est Patris, uel Spiritussancti quasi quod est aliorum, ad alios deferre: sed utrumq; conuenit ei, inquantum est homo: quia secundũ q est homo, distat, & a Deo in natura, & ab hominib⁹ in dignitate, & gratiæ, & gloriæ. Inquantum etiam est homo, conuenit ei cõiungere homines Deo præcepta, & dona Dei, hominibus exhibendo, & pro hominibus Deo satisfaciendo, & interpellãdo. & ideo uerissimè dicitur mediator secundum quod homo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si subtrahatur diuina natura a Christo, subtrahetur per consequẽs ab eo singularis plenitudo gratiarũ, quæ conuenit ei, inquantum est unigenitus a patre, ut dicitur Ioã. 1. Ex qua quidem plenitudine habet, ut sit super omnes homines constitutus, & propinquius ad Deum accedens.

AD SECVNDVM dicendum, q Christus, secundum quod Deus, est per omnia æqualis patri: sed in humana natura excedit etiam alios homines, & ideo secundum quod homo, potest esse mediator, nõ autem secundum quod Deus.

AD TERTIVM dicendum, q licet auctoritatiuè peccatũ auferre conueniat Christo sm q est Deus, tamen satisfacere ꝓ peccato humani generis conuenit ei, sm quod est homo. Et secundũ hoc dicitur Dei, & hominum mediator.

QVAE

à seipso, secundum quod est homo: id quod per istam notationem nunc præstitum fuit.

1ᵐ illatio conclusionis. Ergo neq; dicendum est, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex hoc, quod male intelligit, & consequenter male applicat, B. Augustinum in proposito. Aliud si quidem est loqui de radice, unde proueniat tanta efficacia operum mediatoris (puta quod suæ actiones, ac passiones, etiam singulariter sumptæ, nedum coniunctim omnes, ualeant, & quidem superabundantissime, ad reconciliandum Deo totum mundum, immo & mille si essent ac infinitos mundos); aliud uero est loqui de natura, qua mediator formaliter exercet officium medii (idest qua interpellat pro offendente, satisfacit offenso, gratiam offensi meretur pro offendente, mãdata offensi pro pace inter utrumque assequẽda atque si mãda ad offendentem ore proprio uocaliter defert). De primo intendit loqui, & à cæteris intelligi, Beatus Augustinus, tamquam in sensu suo uolens uirtualiter concludere hoc, scilicet quod si subtrahatur diuina natura à Christo, subtrahetur per consequens, &c. ut in tex. De secundo autem intendit loqui, & ab aliis intelligi, conclusio articuli secũda, quã argm̃ oppugnare contendit. Cum igitur aliorsum tendat cõclusio ipsa, & aliorsũ tẽdat argm̃ ex dictis Aug. confectum: patet, quod nihil penitus contra cõclusionis ueritatẽ concluditur.

cum satisfactio præsupponat peccatum in eo, pro quo fit (ut patet): & Christus nũquam ullo modo peccauerit, sed nec ullo modo peccare potuerit (ut habes supra articulorum num. 90. Elucid. & Additio. q. 16. ar. 1. post ad secundum Elucid.) Interpellationes item, quæ pro reconciliatione ad patrem faciebat Christus tamquam mediator, non fiebant pro Christo, qm̃ reconciliatione ad Deum non indigebat; qui illa, quæ placita sunt Deo faciebat semper & fecerat. Hæc dicta sint ad declarandum subintellecta in probatione conclusionis secundæ, ut debeat quod de ratione medii, & consequenter Christi hominis, est: quod ea, quæ sunt unius extremi, tamquam alia a seipso, deferat ad alterum extremum. Oportebat enim ad huius dicti ex primæ conclusionis probatione subintellecti, ostendere, q ea, quæ Christus mediator defert hic & indè scilicet dona, præcepta, satisfactiones, interpellationes, essent alia à seipso

2ᵐ maior. Sicut Christus, inquantum est Deus, conuenit cum patre, & Spiritusancto, ita, inquantum est homo, conuenit cum hominibus. Respond. Cum hac tamen differentia; quod ipse, secundum quod Deus, est per omnia, & cætera. ut in text. Tunc nihil, & cætera, ut patet. Nec mireris, quod admissa illa similitudine, quam dicit maior, affertur mox differentia, quoniam (ut sæpe annotatum fuit) similitudines huiusmodi non tenent in omnibus, & consequenter inter huiusmodi similia compatiuntur aliquam differentiam, & uice uersa, id est talium differentia compatitur aliquam similitudinem.

3ᵐ de maiori. Inquantum reconciliauit nos. R. Satisfaciendo pro peccatis quibus nos offendebamus Deum. §. Tunc nihil &c. Nam in argumento ab auferre peccatum

peccatum per modum recôciliatoris, quod est satisfacere pro peccato, transitur ad auferre peccatum per modum authoritatiue delentis peccatum: & consequenter transitur extra propositum. Nô enim officium mediatoris formaliter est authoritate primaria dimittere offensam offendenti (cum hoc ut patet, ad illum, qui fuit offensus, pertineat): sed ipsius mediatoris est satisfactionem offerre offenso pro offendente, quod est auferre offensam quoddammodo, idest per modum reconciliantis utrumque, scilicet offensum ipsi offendenti. Pro horum ampliori intelligentia, uide declarationem ad primum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, me ritu esse à scripturis, & August. insinuatum, quod Christus est mediator, secundum quod homo, non secundum quod Deus. A B. Aug. quidem, vt in argum. conc. A scripturis vero per hoc, quod dicitur, 1. Timoth. 2. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Nô enim absque causa, dum Christum dicit esse mediatorem, signanter apponit ly homo. Sciebat utique Apostolus, quod Christus non tantum est homo, sed etiam Deus; immò & quod filius Dei prius est Deus, quam homo, sed & hoc sciebat, quod dignius in infinitû est dicere illum esse Deum, quam hominem, & quod à digniori fieri alicuius denominatio debet: & tamen, his nô obstantibus, ipsemet Christum uocat hominem expresse, cum eundem appellat mediatorem, postposito nomine Dei. Non enim dicit ly mediator Dei, & hominum, Deus & homo Christus Iesus, sed dicere præeligit ly mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Ac si aperte dicat. Ideo Christi humanitatem tantû adduco in medium, quando ipsum mediatorem esse Dei, & hominû affirmo, quia officium hoc mediatoris conuenit Christo secundum humanitatem tantû, id est non secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Licèt autem à digniori debeat fieri denominatio alicuius, absolutè loquendo: tamen in casu, quando scilicet ad aliquod propositum facit magis minus dignum alicuius; quam plus dignum (ut contingit in præsenti): tunc denominatio rei illius non fit a digniori, sed minus digno: non quia minus dignum, sed quia magis ad occurrês propositum, est. Item insinuatur idipsum per hoc, quod dicitur Deuter. 18. prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me; suscitabit tibi Dominus Deus tuus. Iste enim propheta est Messias, id est Christus, ut pulcherrime ad longum declarauit in Veritatibus Aureis super totam legem veterem, Deuteron. 18. concl. 6. Sciebat utique Moyses, quod iste propheta futurus erat non tantum sui similis, i. homo, sed etiam Deus: cum non minor fuerit Moyses, quam Isaias, Deuter. 34. & Isaias hoc ipsum cognouerit, c. 48. Audi me Iacob, & Israel, quem ego uoco: Ego primus, & ego nouissimus. Hoc est. Ego Deus Israel prædico tibi, quod ueniet tempus; quando ego non solum ero primus, i. Deus (quod semper fui) sed etiam ero nouissimus. i. homo (quod non semper fui.) Nam sicut in scripturis patet, quod Deus est proprie primus. i. ante quê nihil est. i. æternus: ita etiam in eis Genes. cap. 1. patet, quod homo est nouissimus, i. nouissime creatus, cum & sexto die, & post aliorum omnium creationem, creatus ibi narretur. Cum ergo Moyses sciret, prophetam illum, id est, Christum fore Deum, & hominem; cur de illo, tamquam de homine tantum loquitur per hoc, quod introducit illum fore similem sibi, qui solum erat homo? Vt inde intelligere necessario debeas, quod Christus, pro quanto fuit similis Moysi, idest pro quanto fuit medius & sequester inter Deû, & homines (talis enim erat Moyses Deuter. 5.) non erat nisi homo; hoc est, quod non exercuit officium mediatoris inquâtum Deus, sed inquantum homo. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo sunt. Primò, ponuntur duę conditiones mediatoris, secundo applicantur ad Christum dupliciter, & secundum, quod Deus negatiue, & secundum quod homo affirmatiue, & sic respondetur quæsito. Christus uerissimè dicitur mediator Dei, & hominum, secundum quod homo. Omnia clara sunt in litera, consistit enim eius processus in hoc: Mediator secûdum duo, quæ habet (. s. esse medium, & officium côiungendi extrema inter se) duas exigit conditiones: prima est distantia ab extremis, secunda est delatio ad extrema vtrumq; ex altero. Sed Christus, secundum, quod Deus neutram habet, quia non distat à Deo in natura, aut dominio: nec aliquid Dei non suum deferre potest, ac per hoc nihil potest deferre ex Deo tamquam extremo. Sed secundum, quod homo, habet utramque quia distat à Deo natura, & ab hominibus puris dignitate gratiæ, & gloriæ, defert quoque præcepta, donaq; Dei ad homines, & satisfactionem ac interpellationem ex hominibus ad Deum. non quasi hæc ab hominibus accipiat, sed quia hæc uice hominum ipse Deo offert, quod uocatur pro hominibus offerre, ac satisfacere. Nihilominus satisfactionem ex hominibus quodammodo, accipit, pro quanto ex massa peccatrice, carne, scilicet humana ab Adam genita, naturam passibilem in qua satisfaceret assumpsit.

¶ In responsione ad primum, & tertium simul considera discernendo rationem specificantem id, quo Christus mediat, aut satisfacit, & radicem, vnde illud, quo efficax originaliter redditur ad mediandum, & satisfaciendum, & merendum pro omnibus. Nam si specificare, aut determinare quæris naturam, qua Christus meretur, mediat, & satisfacit, procul dubio natura humana est, creatæ quippe naturæ sunt actus isti. Sed si quæris, unde natura creata tanti est, ut mediet, mereatur, & satisfaciat pro toto mundo, ex gratia est unionis, ex hypostasi est diuina, quia enim Christus vnigenitus est Patris, ideo per naturam assumptam satisfacit, meretur, & mediat. Et hoc est quod in responsione ad primum, docemur, & doctrina superius habita de efficacia satisfactionis, & meriti Christi sic applicanda est in responsione ad tertium. Et sic omnia consonant.

Primæ partis de Christo tractatus tertius.

¶ Hic incipit tertius tractatus primæ partis, quæ de Christo est, tractaturq; hic usque ad q. 39. de spectantibus ad ingressum Christi in mundum, ut clare patet in litera.

Palud. 3 d. 3. q. 1.
Modena. ar. 1.
Alb Mag 3. d. 3. Art. 3.

QVÆSTIO XXVII.

De Beatæ Virginis Mariæ sanctificatione, in sex articulos diuisa.

POST prædicta in quibus de unione Dei, & hominis & de his, quæ unionem côsequuntur, tractatum est, * restat côsiderâdum de his, quæ filius Dei incarnatus, in natura humana sibi vnita gessit, uel passus est: quæ quidê consideratio quadripartita erit. Nâ primo considerabimus de his, quæ pertinent ad ingressum eius in mûdum. Secundò de his, quę pertinent ad progressum uitæ ipsius in hoc mundò. Tertiò de exitu ipsius ab hoc mundo. Quartò de his, quę pertinent ad exaltationem ipsius pôst hanc uitam.

¶ Circa primum quatuor consideranda occurrunt. Primò quidem de côceptione Christi. Scdò de eius natiuitate. Tertiò, de eius circûcisione. Quartò de eius baptismo.

¶ Circa conceptionem autem eius oportet primò, aliqua considerare quantum ad matrem côncipientem: Secundò, quantum ad modum conceptionis: Tertiò, quantum ad perfectionem prolis conceptæ.

¶ Ex parte autem matris occurrit considerandum: Primò quidem de sanctificatione eius: Secundò, de virginitate eius: Tertiò de desponsatione eiusdem: Quartò de annunciatione ipsius: Quintò, de præparatione ipsius ad concipiendum.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum B. Virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero.

¶ Secundò, Vtrum fuerit sanctificata ante animationem.

¶ Tertiò, Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi totaliter sublatus fomes peccati.

¶ Quartò, Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, ut numquam peccaret.

SVPER Q. XXVII.

ART. I.

COncl. Rationabiliter creditur, quod B. Virgo fuerit sanctificata, antequâ ex utero nasceretur.

* In q. &c.

¶ PROB. Quia rationabiliter creditur, B. Virginem maiora præ omnibus aliis priuilegia gratię accepisse (cû ipsa fuerit propinquior fonti gratiæ, ut quæ genuit unigenitum à patre plenum gratiæ, ac ueritatis); & quibusdam aliis, scilicet Hieremiæ, ac Ioanni Baptistæ, priuilegium, hoc scilicet sanctificationis in utero fuerit concessum.

Primum

1m de minori. Natiuitas autem ex utero. R. Vel saltem, natiuitas in utero. §. Tunc nihil &c. Nam in B. etiam Virgine prius fuit id, quod est animale &c. ut in tex. Ex quo pro responsi termino intelligendo, scias, quod concipi secundum carnem, est nasci in utero, & conceptio ipsa est natiuitas in vtero. Sufficit ergo ad conclusionis articuli, & Apostoli ueritatem, quod B. Virgo sit per Spiritus sancti gratiam sanctificata, antequam nasceretur non quacumq; natiuitate, sed natiuitate ex utero.

2m ex B. Aug.

Qua efficimur. R. Per sacramenta. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli loquitur de sanctificatione, qua templum
152 Dei efficimur sine sa-
3.d.3. q.2. cramentis ab Ecclesia
a.1.q.3. Et adhibitis; hoc est, qua tem-
quol.6.q.5. plum Dei efficimur per
5.a.1. cor. gratiam nobis a Deo si-
Et op.3.c. ne sacramentis ipsis col-
232. Et ps. latam. Cum ergo de san-
45. ctificatione in diuerso sensu loquatur argumentum, & conclusio praemissa, nihil omnino idem contra, ueritatem conclusionis habetur.

3m de conclusione prima.

*in epi.57. a med. tomo 2. Tunc emundata ab originali peccato. R. Quantum ad maculam personalem, §. Hoc est. Inquantum & originale peccatum causabat maculam in anima, quod est dicere, macula peccati originalis ablata fuit per illam sanctificationem. Tunc nihil &c. Non.n. ad introeundum paradisi cęlestis ianuam sufficiebat, quod anima esset sine macula peccati: sed ulterius requirebatur, quod esset sine reatu, quo tota natura tenebatur obligata ad non posse intrare in paradisum, nisi per hostiam Christi actualiter in Cruce exhibitam. In cuius signum tunc primum dictum est latroni pęnitenti, Hodie eris in paradiso, cum Christus actualiter immolauit semetipsum hostiam in cruce. Modo, ad propositum speciale haec applicando, dicitur, quod Beata Virgo per illam sanctificationem non fuit emundata. i. liberata ab ipso reatu totius naturę. Ex his ergo dic, quod peccatum originale causat duo. s. maculam & reatum: & quod macula tollitur per gratiam iustificantem, reatus uerò non nisi per Christi mortem actualiter exhibitam. Hinc dices fieri, quod iustificati nunc nullis poenis

pro

pro suis peccatis amplius obnoxii, ut qui poenas illas antea praestiterint, recipiuntur mox in regnum cęleste ad uidendum clare Deum Trinum & unum (ut dicit Conc. Flor. sess. ult. in literis sanctae vnionis), id quod de antiquis ante mortem Christi actualem iustificatis, & per satisfactiones proprias plene purgatis, non erat.

¶ Quintò, Vtrum per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.

¶ Sextò, Vtrum sic sanctificari, fuerit proprium sibi.

ARTICVLVS I.

Vtrum Beata Virgo Mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Beata Virgo non fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero. Dicit enim Apostol. 1. ad Corin. 15. Non prius quod spirituale est, sed prius, quod est animale, deinde quod est spirituale; sed per gratiam sanctificantem nascitur homo spiritualiter in filium Dei secundum illud Ioan. 1. Ex Deo nati sunt. Natiuitas autem ex utero, est natiuitas animalis, non ergo Beata Virgo fuit prius sanctificata, quam ex utero nasceretur.

¶ 2 Praet. August.* dicit in epist. ad Dardanum: Sanctificatio, qua efficimur templum Dei, non nisi renatorum est: nemo autem renascitur nisi prius nascatur. ergo Beata Virgo non fuit prius sanctificata, quàm ex utero nasceretur.

¶ 3 Praet. Quicumque est sanctificatus per gratiam, est mundatus à peccato originali, & actuali, si ergo Beata Virgo fuit sanctificata ante natiuitatem ex utero, consequens est quod tunc fuerit emundata ab originali peccato: sed solum originale peccatum poterat eam impedire ab introitu regni coelestis. Si ergo tunc mortua fuisset, uidetur quod ianuam regni coelestis introisset, quod tamen fieri non potuit ante passionem Christi, habemus enim fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem eius, ut dicitur Hebr. 10. Videtur ergo quod B. Virgo non fuerit sanctificata antequam ex utero nasceretur.

¶ 4 Praet. Peccatum originale contrahitur ex origine, sicut peccatum actuale ex actu. Sed quamdiu aliquis est in actu peccandi, non potest a peccato actuali mundari. ergo etiam nec Beata Virgo a peccato originali mundari potuit, dum esset adhuc in ipso actu originis in materno utero existens.

SED CONTRA est, quod Ecclesia celebrat natiuitatem B. Virginis, non autem celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo sancto. ergo B. Virgo in ipsa sua natiuitate fuit sancta. fuit ergo in utero sanctificata.

RESPON. Dicendum, quod de sanctificatione B. Mariae, quod, s. fuerit sanctificata in utero, nihil in Scriptura canonica traditur, quae etiam nec de eius natiuitate mentionem facit: sicut tamen Aug.* in sermo. de Assumptione ipsius Virginis, rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in cęlum (quod tamen Scriptura non tradit) ita et rationabiliter argumentari possumus, quod fuerit sanctificata in utero. Rationabiliter enim creditur, quod illa, quae genuit Vnigenitum a Patre, plenum gratiae, & ueritatis, prae omnibus aliis maiora priuilegia gratię acceperit. Vnde ut legitur Luc. 1. Angelus ei dixit, Aue gratia plena. Inuenimus autem quibusdam aliis hoc priuilegium esse concessum, ut in utero sanctificarentur, sicut Hiere. cui dictum est, Hier. 1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & sicut Ioannes Baptista, de quo dictum est Luc. 1. Spiritusancto replebitur adhuc ex utero matris suae. Vnde rationabiliter creditur, quod B. Virgo sanctificata fuerit antequam ex utero nasceretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etiam in Beata Virgine prius fuit id, quod est animale, & post id, quod est spirituale, quia prius fuit secundum carnem concepta, & postea secundum Spiritum sanctificata.

AD SECVNDVM dicendum, quod Aug. loquitur secundum legem communem, secundum quam per sacramenta non regenerantur aliqui nisi prius nati, sed Deus huic legi sacramentorum, potentiam suam non alligauit, quin aliquibus ex priuilegio gratiam suam conferre possit, antequam nascantur ex vtero.

AD TERTIVM dicendum, quod B. Virgo sanctificata fuit in utero à peccato originali, quantum ad maculam personalem, non tamen fuit liberata a reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, ut. s. non intraret in paradisum nisi per Christi hostiam; sicut & de sanctis patribus dicitur, qui fuerunt ante Christum.

AD QVARTVM dicendum, quod peccatum originale trahitur ex origine, inquantum per eam communicatur humana natura, quam propriè respicit peccatum originale, quod quidem fit, quando proles concepta animatur. Vnde post animationem nihil prohibet prolem conceptam sanctificari: postea.n. non manet in materno utero ad accipiendam humanam naturam, sed ad aliqualem perfectionem eius, quod iam accepit.

4m de maiori.

Ex origine. R. Qua proles animatur. §. Tunc &c. Nam argumentum in sua conclu. transit ad loquendum de origine in alio sensu. s. qua proles iam animata perficitur aliqualiter in utero, cum tamen conclusio art. intendebat tantum de origine, qua proles animatur.
* in lib. de Assumptione B. Mariae c.5. sed pue, to.9.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis, & Ecclesia, insinuatum, quod B. Virgo fuit sanctificata antequam ex vtero nasceretur. Ab Ecclesia quidem, ut cum dispensiua applicatione dicitur in arg. cont. Pro quo fortius roborando scias, quod D. Tho. inquit 2.2.q.10. art. 12. & quolib. 2. ar. 7. Maximam habet authoritatem Ecclesię consuetudo, quę semper est in omnibus aemulanda, quia & ipsa doctrina catholicorum Doctorum ab Ecclesia authoritatem habet. Vnde magis standum est authoritati Ecclesię, quam authoritati, uel Aug. vel Hieron. uel cuiuscunque Doctoris. Haec ibi. Ex quibus patet, quod hoc scilicet, B. Virginem fuisse in utero matris suae sanctificatam, cum dicatur ab Ecclesia facto suo, i. consuetudine celebrandi eius natiuitatem, tenendum est firmius, quam si hoc idem à quocunq; catholico Doctore diceretur. Maximam enim (inquit S. Tho. ibi, ut audisti) authoritatem habet Ecclesiae consuetudo, & quidem super cuiuscumq; Doctor. authoritatem. Hoc annotabis pro sequentis articuli responsione ad tertium. Ex quo loco etiam uicissim nunc habes, quod dictum illud 2.2. de Ecclesia, melligitur de Ecclesia Romana. Et meritò sanè: quoniam ipsa Romana, ex Christi instituto (per ly Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, Matth. 16. & per ly confirma fratres tuos, Luc. 22.) est mater & magistra omnium Ecclesiarum. Quapropter omnes Ecclesiae, ut in ipsa colligatae, simul cum ipsa sunt una tantum Ecclesia catholica, unica

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
D. 845.
D. 843.
D. 370.

ca

ea ſponſa Chriſti dilecta, vna columba ſpecioſa, & huiuſmodi alia in ſcripturis dicta de Eccleſia. A ſcripturis uerò idipſum in principio appendicis dictum inſinuatur, ut pſal. 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Tabernaculum enim Dei, in quo natus, pſal. 86. requieuit nouem menſibus, fuit Beata Virgo. Hanc ergo ipſe non tãtum per creationem fundauit altiſſimus pſ. 86. ſed etiã per infuſionem gratiæ ſanctificauit. Cæterum ſanctificatio illa, quamuis fuerit à peccato originali (ut in reſponſione ad tertium,) vtrum fuerit ab illo actualiter iam contracto, uel ab illo de potentia debitrice contrahendo, nondum eſt in præſenti artic. a S. Doctore determinatum: ſed more ſuo prudentiſſimo, ne ſ. articulos commiſceat ad inuicem, & ut omnia in locis proprijs propriè tractentur eſt ſequenti articulo reſeruatum. Videbis ergo ibi ad clariorem quoque aliquorum dictorum in hoc articulo intelligentiã habendam. Pro quo & omnino vide Compend. Alber. Mag. lib. 4. cap. 4. cum ſchol. Secundò uides: quomodo ex is bene penſatis, & applicatis; doctrina præſens Angelica meliùs declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore duo ſunt, primo qualis notitia de hoc, quæſito haberi poteſt, dicitur: at per hoc monſtratur via ad inueſtigãdam veritatem concluſionis: ſecũdo, per monſtratam uiam incedendo, reſpondetur quæſito vna concluſione affirmatiua.

¶ Quo ad primum uia ſciendi non eſt ex ſacræ Scripturæ auctoritate in ſpecie, ſed rationabilibus ſacræ Scripturæ conſonis, ut Aug. de Aſſumptione arguit.

¶ Quo ad 2m cõcluſio eſt, Rõnabiliter creditur B. Virginẽ ſanctificatã in utero probaẽ; Maiora gratiæ priuilegia B. Virg. cõceſſa creduntur, quã alijs ſanctis: ſed quibuſdã ſanctis cõceſſa eſt ſanctificatio in utero. ergo. Maior probaẽ, tum quia mater futura erat Vnigeniti à Patre pleni gratia, tum quia Angelus dixit eam plenam gratia. Minor probatur de Hier. & Ioan. Baptiſta.

s.Bo.3.ſ.d.3.q.2.ar.1.
Scot.3.ſ.d.3.q.1.
Richar.3.ſ.d.3.q.3.
Duran.3.ſ.d.3.q.4.
Mairo.3.ſ.d.3.q.2.
Bacco.3.ſ.d.3.q.2.
Cap.3.d.3.q.1.con.1.
Medina ar.2.

153 3.d.3.q.1. artic.1. Et quo.6.q.5 ar.1.corp. Et opuſ.3. ca.231.

ARTICVLVS II.

Vtrum Beata Virgo fuerit ſanctificata ante animationem.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ B. Virgo ſanctificata fuerit ante animationem: quia (vt dictum eſt*) plus gratiæ eſt collatum Virgini matri Dei, quam alicui ſanctorum, ſed quibuſdã vr eſſe cõceſſum, q̃ ſanctificaretur ante aĩationẽ, quia ut dicitur Hier. 1. Priuſquam te formarem in utero, noui te: nõ aũt infunditur anima ante corporis formationẽ. Similiter ẽt de Ioan. Bapt. dicit Amb.† ſup Luc. q̃ nondũ inerat ei ſpiritus uitæ, & iam inerat ei Spiritus gratiæ. ergo multò magis B. Virgo ante animationem ſanctificari potuit.

* ar.præc.

† Lib. 1. in Luc. in tit. de turbati Zachariæ cõfirmati. Parum ante me. t. 5.

¶ 2 Præt. Cõueniens fuit (ſicut Anſel.* dicit in lib. de conceptu Virginali) ut illa Virgo ea puritate niteret, quã maior ſub Deo nequit intelligi, Vnde, & Cant. 4. dicitur Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, ſed maior puritas fuiſſet B. Virginis, ſi nũq̃ aĩa eius fuiſſet inquinata contagio originalis peccati. ergo hoc ei præſtitum fuit, ut antequam animaretur caro eius, ſanctificaretur.

*c. 18. parũ a princ.

¶ 3 Præt. Sicut dictum eſt,* non celebratur feſtũ niſi de aliquo ſancto: ſed quidam celebrant feſtum conceptionis B. Virginis. ergo vr q̃ in ipſa ſua conceptione fuerit ſancta, & ita quod ante animationem fuerit ſanctificata.

*art. huius q. arg. Sed cont.

¶ 4 Præt. Apoſt. dicit Ro. 11. Si radix ſancta, & rami, radix autẽ filiorum ſunt parẽtes eorum. potuit ergo B. Virgo ſanctificari etiã in ſuis parentibus ante animationem.

SED CONTRA eſt, q̃ ea, quæ fuerũt in ueteri teſtõ ſunt figura noui, ſecũdum illud 1. ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis: ſed per ſanctificationem tabernaculi, de qua dicitur in pſ. 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, videtur ſignificari ſanctificatio matris Dei, quæ tabernaculum Dei dicitur, ſecundum illud Pſal. 18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. De tabernaculo autem dicitur. Exod. ultimo. Poſtquam cuncta perfecta ſunt, operuit nubes Tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud. ergo etiam Beata Virgo non fuit ſanctificata niſi poſtquam cuncta eius perfecta ſunt, ſcilicet & corpus, & anima.

RESPON. Dicendum, quod ſanctificatio Beatæ Virginis, non poteſt intelligi ante eius animationem, duplici ratione. Primò quidem, quia ſanctificatio, de qua loquimur, non eſt niſi emundatio a peccato originali, ſanctitas enim eſt perfecta munditia, ut Dionyſ.* dicit in duodecimo, capitulo, de Diuinis nominibus. Culpa autem non poteſt emundari niſi per gratiam, cuius ſubiectum eſt ſola creatura rationalis. Et ideo ante infuſionem animæ rationalis Beata Virgo ſanctificata non fuit. Secundò, quia cum ſola creatura rationalis ſit ſuſceptiua culpæ, ante infuſionem animæ rationalis proles concepta, non eſt culpæ obnoxia. Et ſic quocumque modo ante animationem Beata Virgo ſanctificata fuiſſet, numquam incurriſſet maculam originalis culpæ, & ita non indiguiſſet redemptione, & ſalute, quæ eſt per Chriſtum, de quo dicitur Matth. primo. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Hoc autem inconueniens eſt, quod Chriſtus non ſit Saluator omnium hominum, ut dicitur primæ ad Timoth. Vnde relinquitur, quod ſanctificatio Beatæ Virginis fuerit poſt eius animationem.

AD

SVPER Q. XXVII. ART. II.

CONCL. 1. Sanctificatio B. Virginis nõ poteſt intelligi ante ei9 animationem.

¶ PROB. Quia ante eius animationem non aderat ſubiectum, neq; culpæ, neque gratiæ capax, (vt patet ex terminis, ly ante animationẽ per quod ſupponitur nondum affuiſſe animã rationalẽ): & ſanctificatio, de qua loquimur, i. de contrario ad contrarium, eſt emundatio alicui9 a culpa per gratiã.

¶ CONCL. 2. Quocũque modo ante animationem B. Virgo fuiſſet ſanctificata, numquam incurriſſet maculã originalis culpæ, & ita non indiguiſſet redemptione à peccato per Chriſtum, quod eſt inconueniẽs, ſm fidẽ catholicã.

¶ PROB. Quia illa ante animationem ſanctificatio fuiſſet ꝑlis cõceptæ, i. fœtus concepti, emũdatio ab omni materiali infectione (ut patet conſideranti): & cõſequenter ille fœtus nõ potuiſſet inficere animã rationalem B. Virginis ſibi infundendam (vt patet ex terminis.) Secunda autem pars, ſcilicet, & ita, &c. ꝓbatur; Quia tũc anima illa nũquam fuiſſet culpæ obnoxia (ut ex parte præmiſſa patet;) & quod non eſt culpæ obnoxium non indiget redimi a culpa (ut patet ex terminis.) Tertia uero pars, ſ. qđ eſt &c. probatur; Quia de fide eſt, q̃ Chriſtus eſt Saluator omniũ hominum, 1. Tim. 4. Et cõſequẽter de fide eſt, quod omnes indigẽt redimi a pctõ p Chrm (ut patet ex terminis).

¶ NOTA 1. Ad explicationem probationis primæ partis aduerte, q̃ ante animationem fœtus prædicti (quem uocãt embrionem) anima ipſa rationalis in rerum natura non fuiſſet; quoniam anima infundendo creatur, 1. q. 90. ar. 4. cum Elucid. & per conſequens reſtat clarum, quod ipſa anima ante animationem non potuiſſet ſanctificari. Taceo, qđ anima nõ creaẽ cũ peccato originali, & p conſequens ſi per ſe crearet, non poſſet ſanctificari ſanctificatione, de qua loquimur. Reſtat igiẽ, q̃ ante aĩationẽ ſolum potuerit embrio ꝑdictus ſanctificari: eo tñ modo, quo ſanctificationis capax erat. i. nõ recipiendo a Deo gratiã iuſtificantẽ, ſed tñ quandã emundationẽ à corporali infectione ſibi aliquo mõ inhærente ex transfuſione ſeminis uirilis, qua ille embrio cõtagioſus reddebaẽ, ita, vt aĩa rõnalis alioquin de ſe pura ex ſui cõiunctione ad illũ contraheret maculã. i. ut aĩa ipſa inficeret ꝑ ſemẽ embrioni, cui iungebaẽ, cõuerſũ, 1. 2. q. 83. ar. 1. ad 4. Hic ergo fiebat, q̃ embrio ille, poſtq̃ a tali contagioſa infectione purificatus erat, nõ poterat inficere ſeu maculare aĩam intellectiuã ſibi aduenientẽ: q̃m ſi ſic, tũc nõ fuiſſet ad plenũ purificatus (vt ꝓſupponit.) Propterea meritò in illa probatione dictũ fuit ly vt patet, ly ut patet ex terminis.

* c. parum a prin.

¶ NOTA 2. Pro capite ꝓbationis 2. par. concluſ. ſciendũ eſt, q̃ aĩa rõnalis nouiter creata de ſe nõ eſt obnoxia pctõ originali, ut hẽ ex D. Tho. per hoc, q̃ ſi ipſa adueniret carni aliũdè, q̃ ſeminaliter ex Adam generatæ nõ eſſet ma-

culata peccato originali, 1. 2. q. 83. ar. 4. Supposito igitur (ut ibi supponebatur) q caro illa embrionis esset iam purificata ab omni labe, quam ex seminali descensu ab Adam habebat, relinquebatur, quod anima illa rationalis, neque etiam ex parte carnis talis, cui postmodũ coniungenda erat, esset obnoxia peccato originali, quia (ut diximus) caro ipsa iam prius tempore ab omni infectione fuerat emundata. Quod si tum ex parte sui, tum ex parte carnis, anima illa non fuisset peccato originali obnoxia, patet, quod liberari ab originali non indiguisset. Ille enim, qui neque habet actualiter peccatum, neq; est obnoxius peccato, i. obligatus (mala. s. obligatione, ex aliquo inconuenienti præsupposito) ad cadendum in peccatum, i. stans in periculo cadendi in peccatum; ille, inquam, ita nõ eget liberatore, sicut non est opus ualentibus medicus, sed male habentibus, Matth. 9. Propterea meritò in illa 2. probatione dictum fuit ly quod non est colpæ obnoxium non indiget redimi à culpa; ut patet ex terminis. Restat ergo manifestum ex prædictis, q si sanctificatio B. Virginis fuisset ante animationem; tunc ipsa B. Virgo, i. ipsius anima neque habuisset actualiter originale peccatum (ut quæ creata nondum erat) neque fuisset obnoxia illi peccato, i. neque tempore creationis suæ fuisset in periculo cadendi in illud peccatum (ut quæ infundebatur carni iam tempore prius purificatæ) neque ex consequenti indiguisset liberari, seu à peccato illo redimi, per Christum (ut clare patet ex terminis.)

¶ Not. 3. Pro clariori notitia probationis tertiæ partis conclusionis, scire oportet, q illud de fide creditum. s. q omniũ hominũ Christus est Saluator à peccatis eorum, intelligitur duob^9 modis. Et quocumq; istorum modorum de aliquo homine uerificetur, saluatur fides illa. Primus itaq; modus est; q alicuius iam sub peccato actualiter existentis sit Saluator, i. de facto extrahẽs eum ex illo peccato. Secundus autem est, q alicuius in periculo cadendi in peccatum existentis sit Saluator, i. de facto retinens eum ne cadat in peccatum illud. Hos duos modos saluandi homines nouit B. Tho. Ecclesiæ Sanctæ Doctor eximius, ut ipse post D. Aug. in 1. 2. q. 106. ar. 2. manifestat sic. Aug. dicit in 4. confessio. Quis hominum suã cogitans infirmitatem, audet uiribus suis tribuere castitatem, atque innocentiam suã; ut minus amet te: quasi minus ei fuerit necessaria misericordia tua, qua condonas peccata conuersis ad te? Tantumdem, immò amplius te diligat: quia per quẽ me uidet tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se uidet tantis peccatorum languoribus non implicari. Gratiæ tuæ, & misericordiæ tuæ deputo, quia peccata mea, tamquam glaciẽ, soluisti. Gratiæ tuæ deputo, & quæcumq; non feci mala. Quid enim facere non potui? Omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea spõte feci mala, & quæ te duce non feci. Hæc D. Thomas. Quibus sic optime scuisse monstrauit duos prædictos modos redimendi homines à peccato. Ex quibus etiam patet, quod ipse sciuit: quemlibet, etiam quantumcumque immaculatum, seu innocentem (pręsupposito, q possit cadere in peccatum) indigere redimi à peccatis per Christum; illa (inquit) misericordia, qua condonas peccata conuersis ad te: Id quod non fit a Deo, nisi per Christum. Nemo enim potest esse iustus, nisi cui merita passionis Dñi Nostri Iesu Christi communicantur, ut dicit Conc. Trid. sess. 6 c. 7. Saluatorem igitur omnium hominum, etiam quantumlibet immaculatorum, ipse nouerat esse Christum: Et hoc ipsum per illa uerba in 1. 2 docuit. Per necessariam ergo sequelam patet, B. Tho. nouisse hoc, s. quod B. Virgo, etiam si numq̃ actualiter incurrisset maculã originalis culpæ indiguisset redimi per Christum a peccato, & cõsequenter nõ tolleretur ꝓpter hoc à Christo suum priuilegiũ. s. q sit Saluator omnium hominum. Saluasset. n. ẽt tunc matrẽ suã à culpa originali, in quam utiq; de facto cecidisset, si ipse eam à casu tali non præseruasset. Cum ergo uniuersa hæc S. Doctor esse uera, & nouerit, & docuerit (ut supra) cur in textu præsenti dicit ly si B. Virgo numquam incurrisset maculam originalis colpæ: non indiguisset redemptione, & salute, quæ est per Christum, de quo dicitur Matth. 1. ip. sa. fa. po. su. à peccatis eorum?

Respon. ꝑmissæ obiectioni.

¶ Ex eo, q S. Doctor ex præmissis à se dictis poterat (stando ꝑcisè in superficie tex. adducti nunc) sibiipsi respondere consequentiam illã non ualere, & tñ ipsam tamq̃ ualidam approbauit; quinimmo & eandẽ, tamq̃ basim solidam totius quęstionis pręsentis, constituit: Ex eo, inquã, relinquitur manifestũ; q ipse in illa conditionali sensum aliũ habuit, q̃ sua uerba illa præseferant. Alius uero sensus tanti Doctoris huiusmodi fuit. Si B. Virgo numq̃ incurrisset maculã originalis culpæ, nec fuisset in periculo incurrendi illã; non indiguisset redẽptione & salute ꝑ Christum a peccato illo. Et sic sequeretur aliud inconueniens, quod mox inducit, s. q Christus non esset Saluator omnium hominum à peccatis, i. q aliquis hõ posset saluari ex aliquo peccato absq; auxilio Christi (quod est ẽt contra illud Actu 4. Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud est nomen sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat, nos saluos fieri). Diminute ergo adducebatur e texto illa conditionalis, seu consequentia, & propterea uidebatur non concludere intentum, immo ipsum de facto non concludebat. Nunc aũt integraliter (ut sensus uerus expostulat) adducta manifeste concludit, quod uolebat. Nã utiq; manifestũ est, q si quis neq; cecidit, neq; est in periculo cadendi. i. in tali periculo, q si non iuuetur ab alio, ineuitabiliter cadet; ille nullo indiget liberatore à casu illo. Cæterũ quod sensus prædictus integer sit uerus sensus S. Doctoris, cõstat in textu ex ly obnoxia: qm̃ hinc illa conseq; entia ab arguente adducta deducitur. Non. n. sine causa in textu præmittitur ly obnoxia, & mox subditur ly, & sic quocumq; mõ ant. anim. b. uir. sanct. fuis. nũquam incur. mac. original. culp. & ita nõ indiguiss. redẽp. per Christum. Vbi uigilanter nota ly & sic, dũ immediate post ly obnoxia, incipit exprese deducere conditionalem illam. Ex tali. n. serie, & modo loquendi patet, q conditionalis illa pendet ex ly obnoxia; ita q non possit uerè intelligi, nisi cointelligatur simul cum ly obnoxia. Dicatur itaque iuxta planum sensum contextus. Si B. Virgo numquã incurrisset maculã originalis culpæ, neq; fuisset obnoxia ad incurrendũ illã, non indiguisset redẽptione, &c. Hoc est: Si B. V. nun. incurrisset actu, neq; in debito, seu (quod idẽ est) in potentia debitrice, maculam orig. colp. tunc non indiguisset redemptione; &c. Clara aũt sunt omnia, & sm fidem catholicam tenẽda. Vide sup. not. 2. circa finẽ. Quia uerò B. Virgo, sm eandẽ fidẽ, fuit obnoxia culpæ originali, i. fuit in debito, seu obligata (ex præsuppositione. s. corruptionis totius naturæ humanæ) ad incurrẽdũ culpã originalẽ: ideo indiguit redẽptione. i. redimi ab illo peccato per Christũ. Id qđ S. Doctor, tamq̃ cathegoricũ. i. tamq̃ absolute uerũ, intendebat tacitè conclusum, & esse, & intelligi debere, sub illo inconuenienti hypothetice, id est cõditionaliter deducto, scilicet si B. Virgo numquam &c. non indiguisset &c.

¶ Corol. Hactenus ergo, & sm D. Thomã, & sm fidem, manifesta sunt duo. Primum quidem, q B. Virgo fuit obnoxia originali culpæ (mõ prædeclarato.) Secundũ aũt, q B. Virgo indiguit redẽptione ꝑ Christum narrata Matth. 1. Idest redẽptione a peccatis.

¶ Concl. 3. Sanctificatio B. Virginis fuit post eius animationẽ.

¶ Prob. Quia eius sanctificatio non fuit ante animationem (ut patet ex præmissis conclusionibus.)

¶ Quamuis iuxta corticẽ literæ probatio hæc nihil ualere, seu concludere, uideatur: tñ si ad intellectum eiusdẽ literæ penetremus, contrarium esse dicendum, constat. Cortex sane literæ nihil probat, qm̃ ex eo, q sanctificatio non fuit ante animationem, non sequitur necessario, q sit post animationem. Nam medium. s. instans ipsius animationis, datur inter duo extrema hæc. s. inter ly ante, & ly post. In hoc ergo medio potuit esse talis sanctificatio, præsertim cũ gratia (siue ꝑsupponat peccatum expellendum, siuè non) infundatur in instanti, 1. 2. q. 113. ar. 7. cuius tñ medii uidetur oblitus D. Thomas, dum prædict. in sequelam inualidã pro ualida in gratiã probandæ huius conclus. tertiæ præsupponit in textu ly, Vnde relinquitur. q sanctificatio B. Virg. fuerit post eius animationem. Ad hoc respondetur, q probatio illã, seu consequentia, & probat, & optime probat intentum. Nec obstat huic q detur illud medium: qm̃ inclusum est medium hoc in consequente, seu in cõclusione dicendo ly post. Nã ly post, denotat hic duo, s. ordinẽ tẽporis (qđ patet) & ordinem naturę (qđ quasi latet). Sic enim posse dupliciter accipi ly post, Philos. in post. prædicamentis, cap. de priori, docuit per hoc, quod ibi ostendit, eius correlatiuũ, i. prius dici duobus modis, uidelicet prius natura, & prius tpe. Cum ergo unũ relatiuum dicatur totupliciter, quotupliciter dicitur & reliquũ (ut ipsemet alibi docet:) restat apertum, quod ẽt ly post, sumi põt dupliciter, s. post natura, & post tpe. Vtroq; autem modo, ut dicebatur, sumitur hic: ac si diceret textus sic; vnde relinquitur quod sanc. B. Virg. fuit. post eius animationem natura uel tempore. i. posterioritate uel naturæ, uel temporis. Quid uerò sit posterioritas naturæ, uel tẽporis, patet ibid. per Philos. in eius correlatiuo. s. prius, qm̃ prioritas naturæ est, quando aliquid intelligitur sm naturam suam esse prius alio, ẽt quod sm tempus ambo essent simul, prioritas autem temporis est, quãdo aliquid non tñ sm naturam suã intelligitur esse prius alio, sed & in rei ueritate præcedit illud secundum tempus. Sic ergo a simili de posterioritate dicas. Exempli causa in proposito. Sanctificatio post animationem posterioritate naturæ solum facta est, si in eodem instanti temporis, quo animatum est illud corpus, facta fuit. Tunc enim intelligeretur quidem, animam prius aduenisse corpori (maximè cum neque anima sit antequam infundatur ei, neq; persona B. Virginis sit antequã anima coniungatur corpori) postea uerò ipsam fuisse sanctificatã, sed tñ utraq;. s. aduentio animæ in corpus, & sanctificatio, i. infusio gratiæ in animã, fuisset simul tpe, immò in eodem instãti tẽporis. Item. Sãctificatio post animationem, posterioritate tpis facta esset, si inter aduentum animæ in corpus, ideoque constitutionẽ personæ B. Virginis, & inter infusionem gratiæ sanctificantis, fuit aliqđ tempus medium. Vides ergo, quod quocumque istorum modorum post animationem facta sit sanctificatio, tunc uerificatur, quod Beata Virgo fuit sanctificata, quod tamen uerificari non posset, si ante animationem sanctificari poneretur. Vnde & conclusio prima dixit, quod sanctificatio Beatæ Virginis non potest intelligi fuisse ante animationem. Tunc enim nondum erat Beata Virgo, seu persona eius, licet esset embrio ille, seu fœtus, caro, & corpus, ad cuius coniunctionem actualem cũ anima rationali tunc primo statum secuta est personalitas B. Virginis.

Respon. tacit. obiect.

¶ Not.

¶ Not. Pro firmandis prædictis de ly post animationem, aduerte, quod S. Doctor se habere ibi talem mentem monstrauit ex eo, quod aperte declarauit in 3. Sent. se cognoscere, quod inter extrema hæc, s. ante animationem, & post animationem, datur mediũ s. instans animationis. Per hoc enim manifestauit, se scire; prædictam consequentiam sic tantum literaliter iacentẽ (ut præfertur) non esse ualidam, & per consequens probationem conclusionis tertiæ nihil concludere; ideoque conclusionem ipsam, pro quanto ea illa probatione pendet, reddi infirmam. Quæ tamen omnia cũ ualida, & firma hoc in loco esse uoluerit: necessarium omninò est dicere, quod ipsum Doctorem sanctum & intendisse, & ab aliis intelligi uoluisse, præmissum sensum circa ly post. s. quod accipitur hic utroque modo. i. & ut dicit posterioritatem temporis, & ut dicit posterioritatem solum naturæ (ut supra declaratum est. Porrò uerba eiusdẽ in lib. 3. Sent. dist. 3. q. 1. ar. 1. quæstiuncula 2. sunt hæc. Ad secundam quæstionem dicendum, quod sanctificatio B. Virginis non potuit esse decenter ante infusionem animæ, quia gratiæ capax nondum erat: sed nec etiam in ipso instanti infusionis, ut, s. per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur, ne culpam originalẽ incurreret. Hæc ille. Ex quibus iam patet eum cognouisse, qđ prædiximus, s. quod inter non animationem, & inter post animationẽ, datur instans animationis. Vlterius quoque patet, eum nouisse, ꝙ de hoc dubitari poterat, & à quibusdam tunc dubitabatur an, s. in ipso instanti infusionis animæ sanctificata fuerit per gratiam præseruatiuam ab incursu culpæ originalis. Quod & adhuc manifestius fit ex hoc, ꝙ ipsemet ad talem quorũdam dubitationem non tantum respondet negatiue (ut nunc ex uerbis eius audiuimus); sed etiam tale suum responsum, ne uideatur sibi obiter e bucca cecidisse, probat ex industria immediate subdẽs. Christus enim hoc singulariter in humano genere habet, ut redemptione non egeat, quia caput nostrum est: sed omnibus conuenit redimi per ipsum. Hoc autem esse non posset; si alia anima inueniretur, quæ numquam originali macula fuisset infecta. Et ideo nec Beatæ Virgini, nec alicui, præter Christum hoc concessum est. Hæc ille ibi. Ad quorum, & consequenter etiam præsentis articuli, confirmationem faciunt dicta ab eodem in Additio. quæstio. 26. ar. 2. ad secundum, cum Elucid. exam. & quæstio. 78. art. 1. ad tertium, cum Elucid. exam.

¶ Corol. Ex præmissis ergo cuique recte intelligenti constat, quod D. Thomas, ad uerificandam tertiæ conclusionis probationem, acceperit ly post, in duplici sensu. Non solum autem tam eximius Doctor suam hanc positionem nunc firmauit (ut audiuimus): sed etiam dicta sua in 1. 2. quæst. 81. ar. 3. iuxta morẽ suum doctrinalem aliàs connotatum, hic subintelligi uoluit. Sunt uerò ista. Secundum fidem catholicam firmiter est tenendum, ꝙ omnes homines, præter solũ Christum, ex Adam deriuati peccatũm originale ex Adam contrahunt. Alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ est per Christum, quod est erroneum. Hæc ibi. Et in Additio. q. 78. ar. 1. ad tertium. Hoc est erroneum, dicere, quod aliquis sine peccato originali concipiatur præter Christum. Quia illi, qui sine peccato originali conciperentur, non indigerent redemptione, quæ facta est per Christum; & sic Christus non esset redemptor omnium. Hæc ibi. & supra in lib. Sententiarum, ut recitatum est, dixit. Sanctificatio B. Virginis nõ potuit esse decenter, nec etiam in ipso instãti infusionis animæ, ut scilicet per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur, ne culpam originalem incurreret. Christus enim hoc singulariter, &c. sed omnibus conuenit redimi per ipsum, &c. Hæc ibi. Et in quolibeto 6. art. 7. Beata Virgo cõcepta fuit in originali peccato; & includitur in uniuersitate illorum, de qua Apostolus dicit ad Rom. 5. In quo omnes peccauerunt, à qua uniuersitate solus Christus excipitur, qui in Adam non fuit secundum seminalem rationem. Alioquin si hoc alteri conueniret, quam Christo, nõ indigeret Christi redemptione. Et ideo non tantum debemus dare matri, quod subtrahatur aliquid honori filii, qui est Saluator omnium hominum (ut dicit Apost. 1. ad Timoth. 4.) Hæc ibi. Et in opusculo tertio, tractatu secundo, qui est de fide ad humanitatem Christi, cap. 40. Oportuit, quod B. Virgo Maria, mater filii Dei, cum peccato originali conciperetur; utpote quæ ex utriusque sexus commixtione concepta fuit. Hoc enim priuilegium sibi soli seruabatur, ut Virgo conciperet filium Dei. Cõmixtio autem sexus, qui post peccatum primi parentis sine libidine esse non potest, transmittit originale peccatum in prolem. Similiter etiam, quia si cum peccato originali concepta non fuisset, non indigeret per Christum redimi. Et sic Christus non esset uniuersalis hominum redemptor, quod derogat dignitati Christi. Hæc ibi. Ecce, eum semper uniformem, sibique constantem, ubicumque tractat de hac materia, & pro ratione dicti sui semper adducentem, quod oportet secũdum fidem Apostolicam, Christum esse uniuersalem omnium redemptorẽ. Quanti autem momenti facta semper fuerit, continueque fiat, doctrina D. Thomæ apud sanctam Ecclesiam, quantis præconiis, atq; cõfirmationibus Apostolicis corroborata; in quanto precio apud illustres scholas, speciatimq; Parisienses, habita: patet distinctum, atq; diffuse tum in principio primæ partis huius summæ, tum in principio Additionum, sub hoc titulo, De altitudine doctrinę Thomisticæ proloquium omni ueritate subnixum. Et merito quidem tanti à tantis æstimata est, quoniã sacratissimi Crucifixi, ac B. Matris eius iudicium, quo præfatam doctrinam approbarunt (ut patet ibid.) non sequi, putarunt esse nefas; nec aberrarunt. Dicendum ergo, firmiterque tenendum, est: quod præsens doctrina eius, si recte (ut ipse uoluit) intelligatur, non tantum sana, sed & catholica est. Vt ergo recte intelligatur doctrina tanta; examinetur pro illo dicto, in quod cętera resoluuntur, 1. Erroneum est, dicere, ꝙ aliquis sine peccato originali concipiatur præter Christũ solum.

¶ Exam. Ly erroneum est. Scilicet, in fide. Nam sic ipse glossandam esse docuit per hoc, ꝙ dixit in 1. 2. (ut sup.) quod secundum fidem catholicam, &c. Ly concipiatur sine peccato originali. Scilicet, quantum est ex ui conceptionis. Loquitur si quidem formaliter, ut decet illustrem Doctorem, maxime scholasticũ. Quod uerbum sic esse glossandum commonet etiã ly præter solum Christũ. Comparatio enim supponit terminos comparatos teneri in eodẽ sensu: alioquin non esset bona, sed derisibilis, seu abusiua, comparatio (ut patet). Cum igitur de conceptione Christi, ex ui cõceptionis, uerificari sciat D. Thomas, quod est sine peccato originali, nõ mirum, immò ualdè congruum, sed & necessarium, fuit; quod conceptionem cuiuscumque alterius comparando conceptioni Christi (hanc solam, s. dicendo esse absq; originali) acceperit aliorũ quorumcumq; conceptionem in hoc eodem sensu, s. in ui conceptionis, haberi facile potest ex eodẽ sancto in lib. 3. Sent. d. 3. q. 4. ar. 1. circa conceptionem Christi sic concludente. Ideo dicendum est: ꝙ caro Christi, sm ꝙ fuit in patribus, & et in ipsa B. Virgine, peccato infecta fuit; antequam assumeretur, sed in ipsa assumptione ab omni infectione peccati purgata est; ut sm ꝙ est actu caro Christi, in ea nihil maculæ inueniatur. Hæc ibi. Ex quib. patet intẽtũ. s. ꝙ conceptio, ex ui conceptionis, sine originali est: quãdo caro, quę animanda est, purgat ab infectione peccati, & sic purgata recipit animã tunc primo aduenientẽ. Talis ergo non fuit passiua conceptio B. Virginis; quia non differret à conceptione Christi, quantũ ad elongationem a peccato (qđ dico, interim abstrahendo etiã ab hoc, ꝙ conceptio Christi de Spiritusancto:) & ideò passiua ipsius conceptio, in ui conceptionis stando, non fuit absq; peccato. Si ergo sine illo fuit, aliunde fuit: non autem ex ui conceptionis. Stat igitur firmum, qđ caro B. Virginis in sui conceptione mansit infecta. Nec tñ propter differentiam prædictam sic dicendum est, sed etiam propter hoc aliud, quia, s. tunc anima sua adueniens non cõtraxisset originale in debito (non enim fuisset, ut aperte constat, in periculo cadendi), & per consequens nullo modo indiguisset redemptione Christi ab originali peccato, quod est contra fidem catholicam. Pro quorum notitia meliori, uidẽ supra not. 1. 2. 3. usq; ad conclus. 3.

¶ Quæstio, cum R. Adhuc tamen, oib. præmissis (ut par est) concessis, remanet dubiũ in uerbis D. Tho. ex 3. Sent. dist. 3. ar. 1. q̃stiũcula 2. recitatis supra in not. post cõcl. 3. & respon. tae. obiect. Erat autem uerba erant hæc. Sanctificatio B. Virginis nõ potuit esse decenter in ipso instanti infusionis animæ, ut. s. per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur, ne culpam originalem incurreret, omnib. enim conuenit redimi per Christum. Hoc autem esse non posset: si alia anima inueniretur, quæ numquam originali macula fuisset infecta. Hæc ille Quomodo ergo, salua fide (sic enim loquitur ibi Sanctus, ut patet ex contextu) potuit esse decenter aliundè sanctificatio B. Virginis (ut in exam. circa si. tacite concedebat): si neq; ex ui conceptionis carnis, neq; p gratiã aiæ in instãti infusionis collatã, potuit decenter fieri? Etenim Deus decenter facit, q̃cumque facit, & ideò numquã in instanti illo sanctificasset illam per gratię infusionem, si hoc decenter fieri non potuisset. Respõdetur, quod tale dubiũ procedit ex eo, quod uerba illa male intelliguntur. Si enim iuxta uerum sensum Sancti Doctoris intelligerẽtur, sine ulla dubitatione ab omnib. pro ueris, cum sua ipsius ibi annexa probatione, tuto reciperentur. Duobus namque modis cum sententia sua prædicta intelligi possit; modo tãtum catholico intelligit, atque intelligi uult, eam D. Thomas. Pro qua re sciendum, quod si sanctificatio illa intelligatur fieri in illo instanti per gratiã infusam aię, creando. s. animam illam in gratia; ita ꝙ simul purget caro illa ab infectione cõtagiosa, qua sm cursũ ordinariũ contaminare solet animã sibi aduenientẽ: tunc impossibilis est ista sanctificationis positio, stante fide hac. s. ꝙ Christus sit omniũ hominũ Saluator à peccato. Nã si caro illa, siue embrio, à pdicta cõtagione simul fuerit emũdata, nõne tunc uides apertè, ꝙ aia sibi infundenda nõ erit in periculo cadendi, siue cõtrahẽdi pctm originale, ex unione ad carnẽ illã? Quod si non fuerit in periculo illo: numquid non uel tenuiter consideranti patet, ꝙ illa anima non indiget adiutore aliquo dante sibi manum, ne cadat? Quod si hoc, ergo manifeste constat, & quod a periculo cadendi (quod nullũ est) non indiget anima illa saluari per Christum, & consequenter ꝙ Christus non est uniuersalis redemptor, quod est hęresis. O[illegible] teltexit Sanctus Ecclesiæ catholicę D[illegible] sam, in cuius euidẽs signum, ipse ad proba[illegible] hoc. s. quod tunc B. Virgo non indig[illegible]

Christum; cum tamen pro comperto haberet, quod ad verificandũ talem indigentiam sufficisset, ipsius animam fuisse in proximo periculo cadendi in originale (ut patet ex eodem supra not. 3. ante conclus. 3.) Sin autem sanctificatio illa intelligatur fieri in illo instanti infusionis animæ per gratiam ei collatam, creãdo. s. animam ipsam in gratia; ita q caro illa embrionis remaneat corporali sua corruptione infecta: tunc possibilis est decenter, i. salua fide, hæc sanctificationis positio. Tunc enim adhuc uerum est, quod anima illa B. Virginis erat in periculo cadendi, quantum est ex potentia sua naturali, & carnis, quam mox informatura erat, nisi aliunde. i. per gratiam ex merito Christi sibi datam ab illo casu imminente liberaretur. Nonne vides, hic saluari catholicam fidem, s. q omnes, etiam B. Virgo, indigẽt redemptione a peccato per Christum, & consequenter quod Christus est redemptor vniuersalis, nullo penitus excluso? Sic intellectæ huic sententiæ neq; hic. s. loco allegato, neque alibi umquam cõtradixit S. Doctor, quasi q hoc nõ posset fieri decenter. i. salua fide. In cuius euidens signum adduxit ꝓ ratione sui dicti (ut iam patuit) q tunc sequeretur, q B. Virgo non indiguisset redemptione per Christum à peccato id quod ipse Sanctus, utiq; sciebat nõ sequi ad illam positionem sic intellectam; qm (ut sup. diximus idẽ ipse docuit in 2. a. q esse in periculo cadendi sufficit ad hoc, ut q̃s indigeat liberari ab alio. Cum itaq; in tali positione sic intellecta uerificetur (ut declaratum est) q B. Virgo fuit in proximo periculo cadendi. i. contrahendi peccatum originale: necessarium est dicere, q B. Tho. pro certo cognouit, quod ad huiusmodi intelligentiam non sequebatur id, quod ipse affirmabat sequi. Oportet igitur confiteri: q ille Doctor tam egregius, & à tota ecclesia tam solenniter, & uniuersaliter (ut supra in Corollar. post conclus. 3.) approbatus non hunc secundum (ut putabat argumẽtator) sed illum primum, sensum in sententia prærecitata aliisq; similibus, habuit.

u loco citato in argu.

D. 845.

1m minor. Quibusdam videtur esse concessum, quod sanctificarentur ante animationem. B. Negatur. § Ad probationes dicitur, quod nihil ualent ad intentum argumentatoris concludendum, propterea quod distortè eas intelligit. Nam & Dominus & Ambrosius in suis dictis sensum habent longe diuersum ab eo: vt patet in responsali tex.

2m ex Anselmo. Sub Deo. B. Non tamen æqualiter Deo. § Vt ex terminis patet, etiam excutientibus. Tunc nihil &c. Nam si B. Virginis puritas fuisset tãta, ut nullo modo. i. neque actu, neque debitrice potentia, contraxisset peccatum originale; iam sua puritas non esset sub Deo, sed esset æqualis Deo, quantum ad distantiã ab impuritate peccati. Christus enim qui Deus est, nullo modo. i. neque actu neque debitrice potentia, originale contraxit. Nũquid ergo non uides; utrũque parem in puritate; nisi dederis B. Virginem aliquo modo contraxisse peccatum? Et hoc est, quod textus afferens in hoc differentiam inter Christum & B. Virginem voluit significare per ly nullo modo. Ac si aperte dixisset. Ad saluandum maximam puritatẽ sub Deo requiritur, quod ex quo Christus nullo modo contraxit originale, B. Virgo illud aliquo modo contraxerit. Nec mihi obiicias, q B. Virginis puritas, etiam si nullo modo contraxisset originale adhuc esset sub Deo; cum Christus conceptus sit de Spiritusancto, quod de B. Virgine non uerificaretur, quia talis obiectio non saluat intentionem ueram Anselmi, quinimmò contra illam pugnat. Intẽtio enim Anselmi, vtpotẽ catholici, fuit hęc, scilicet q puritas B. Virginis sub Deo debuit esse maxima, inquãtum catholica fides compatitur, & non aliter, in cuius manifestum signum in sua illa sententia usus est hoc uerbo, Decuit seu conueniens fuit. Modo fides catholica non compatitur tãtam puritatem sub Deo in B. Virgine; ut excludat, & indigentiã passiuæ redemptionis in Virgine, & uniuersalitatẽ actiuæ redemptionis in Christo. Tunc vero

Ad primum ergo dicendum, q Dominus dicit, ante formationẽ in vtero se Hieremiam nouisse, notitia, s. prædestinationis, sed sanctificasse dicit eum non ante formationem, sed antequam exiret de vẽtre. Quod autem Ambrosius * dicit, q Ioanni Baptistę nondum inerat spiritus uitæ, cum iam habebat spiritũ gratiæ, non est intelligendum, secũdum quod spiritus uitæ dicitur animam uiuificans, sed secundum quod spiritus uitæ dicitur aer exterius respiratus, uel potest dici, q nondum inerat ei spiritus uitæ, i. anima quantum ad manifestas, & cõpletas operationes ipsius.

Ad secundum dicendum, q si numquam anima B. Virginis fuisset cõtagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati Christi, sm quã est uniuersalis omnium Saluator. Et ideo sub Christo, qui saluari non indiguit, tamquam vniuersalis Saluator maxima fuit B. Virginis puritas. Nã Christus nullo modo contraxit originale pecca-

vero illa puritas excluderet utrumque, si virgo ipsa nullo modo contraxisset originale.

3m illatio conclusionis. Ergo uidetur: q in &c. B. Negatur illatio. § Id qd̃ aperte docuit tex. per ly nec tamen per hoc. q festum conceptionis celebratur, datur intelligi, q in sua conceptione fuerit sancta. Tũc nihil &c. ut patet.

¶ Exam. 1. Ly sed quia. quo tpe sanctificata fuerit &c. Per hæc uerba declarat, & in quo sensu Rom. Ecclesia illã tolleraret, ab aliq b. particularib. celebrari cõceptionem. & consequenter in quo sensu celebritas ipsa nõ sit reprobãda. D. 370.

¶ Exam. 2. Ly Rom. Ecclesia tolerat cõsuetudinẽ aliq Eccl. il fest. celebrãtiũ. Hoc ꝓ tpe S. Tho. solum verificari & ipse hoc idẽ pro tpe tẽp suo, & dicebat, & esse ualidum intendebat. Nunc. n. non modo tolerat, q ab Ecclesiis cõceptionis festũ celebretur: sed ẽt ad talis festi celebratiunẽ hortatur, multipliciterq; pronocat, s. & publica solemnitate, & plurib. indulgentiis. Vnde Papa Sixtus 4. in extrauag. cõmun. De reliq & uenera. sanctor. c. 2. qd̃ incipit Graue nimis, inquit. Sane, cum S. Rom. Eccl. de intemeratæ semperq; Virg. Mariæ cõceptione publice festũ solẽniter celebret, &c. Hæc ibi. Vbi & cap. 1. quod incipit, Cum præexcelsa, dicit. Auctoritate Apostol. ac in ꝑpetuũ ualitura constitutione, statuimus & ordinamus: q oẽs, & singuli Christifideles utriusq; sexus, qui Missam, & officium conceptionis eiusdem Virginis gloriosæ, &c quotiens id fecerint, eandem prorsus indulgentiam, & remissionem peccatorum consequãtur, quam consequuntur illi, qui Missam & horas canonicas in festo corporis Christi iuxta Romanæ Ecclesiæ constitutionem celebrant, dicũt; aut Missæ, officio, & horis huiusmodi intersunt. Hæc ibi. D. 845.

¶ Exam. 3. Ly quia quo tpe sanctificata fuerit, ignoratur; celebratur festũ sanctificationis eius potius, q̃ conceptionis, in die conceptionis ipsius. Hæc S. Doctor vult esse ualida absolute pro quocumque tpe, antequam. s. à Rom. Ecclesia, de qua ideo in contextu fecerat mentionem, determinetur tenendũ esse de fide, q cõceptio illa fuerit sancta. i. q B. Virgo in sui conceptione fuerit p gr̃ã cõseruata à cõtrahendo actualiter originale pc̃m ex suę aĩæ unione ad ca. nẽ infectã. Poterat siquidẽ hoc. sm D. Tho decẽter. i. salua fide. fieri (ut patet sup. Qõ. cũ B. immediate ante 1. arg.) & tãtò magis hoc fieri poterat p gratiã, quantò fit p naturã, q radius solis non inficit stando in cloacis immũdissimis tota die: sed tñ, utrũ hoc in conceptione passiua B. Virginis sit f. ctũ, nondum a Rom. Ecclesia tamq̃ de fide tenendũ, determinatum est. Id quod Papa Sixtus 4. dicit: qm in supracitato cap. Graue nimis, ex cõicationib. latæ sententiæ utrinq; positis nẽ. s. utrauis opinionũ in hac re de hæresi uel peccato mortali dãnetur, tandẽ reddendo rõnẽ a se ꝓdictorũ subdit uerba hæc; Cũ nõdum sit a Rom. Ecclesia, & Apostolica sede, decisum. Cum igitur non sit adhuc deffinitum hoc, restat ẽt hodie dicendũ, ut inquit hic S. Doctor. tex. q per hoc, q festũ conceptionis celebratur, non dat̃ intelligi, q B. Virgo in sui cõceptione fuerit sancta. Vnde & idẽ Sixtus quasi honorãs, & approbans, expositionẽ hanc D. Tho numq̃ in illis duob. cap. ipsam conceptionem vocat sanctã, cum tñ illi opinioni de ꝓseruatione esset sũmopere, & diu, affectus (vt patet ex supranarratis, & institutione talis festi, & indulgẽtiarũ cõdonatione) sed solũmõ eã uocat mirã. Io cap. n. primo illarũ extrauag instituturus festi celebritatẽ, dicit: De ipsius immaculatæ Virg. mira conceptione gratias & laudes referant, & instituta ꝓpea in Dei Ecclesia Missas & alia diuina officia dicant, indulgẽtiis innitate &c. Hac igitur cõsideratione inducta &c. Hęc ibi. Vbi diligẽter nota ly mira, ly ꝓpea, ly hac cõsideratione iductũ. Ex his. n. patet, q & iustũ festi, & indulgẽtiæ, ab ipso Papa factæ sunt ꝓpea. s. ad honorãdũ determinate mirã cõceptionẽ: non aũt ad significandũ, dicendũ, uel tenendũ determinate, q ipsa eadẽ cõceptio sit sancta. Quid ergo sm mẽtẽ sum. Pont. dat̃ intelligi?

tum, sed in ipsa sui conceptione fuit sanctus, secundum illud Luc. 1. Qđ ex te nascetur sanctũ, uocabitur filius Dei: sed B. Virgo cõtraxit quidem originale peccatum, sed ab eo fuit mũdata, antequam ex utero nasceretur. Et hoc signatur Iob 3. ubi de nocte originalis peccati dicitur, Expectet lucem, idest Christum, & non uideat) quia nihil inquinatum incurrit in illam, ut dicitur Sap. 7.) nec ortum surgentis auroræ, i. B. Virginis quæ in suo ortu a peccato originali fuit immunis.

Ad tertium dicendum, q licet Romana ecclesia conceptionẽ B. Virginis non celebret, tolerat tamẽ consuetudinẽ aliquarũ ecclesiarũ, illud festum celebrantiũ. Vñ talis celebritas non est totaliter reprobãda. Nec tñ per hoc, q festum conceptionis celebratur, dat̃ intelligi, q in sua conceptione fuerit sancta: sed quia quo tpe sanctificata fuerit ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius potius, quam conceptionis in die conceptionis ipsius.

Au

telligi? Quod ipsa conceptio fuit mira, & propter hoc sit satis veneranda, & festiue celebranda. Quare est mira? Quia cito post tempus animationis, vel in instanti ipsius aiationis, sanctificata est per gratiam: & tam abundantem, vt in omni vita sua numquam peccauerit venialiter, ar. 4. quod nulli in vtero sanctificatorum, aut etiã cęterorum hominum umquam concessum est, (sm Concil. Trid. sess. 6. Can. 23.) Quia ergo illa conceptio, sm Pontificẽ, est mira: ideo non est mirum, q ipsa, sm eundem, miro modo celebretur. Et re uera iste celebrandi modus est ualde mirus: sed tñ, vt singula singulis. i. festum rei. i. conceptioni, correspondeant, est ualde cõueniens. Quis tandem est iste modus tam mirus, & nihilominus, tam rei conueniens? Quòd in die conceptionis ipsius celebratur, i. celebrari intelligitur, festum sanctificationis eius potius, quam cõceptionis. Et hoc, quia quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur. Ecce, quam concors est summo Pontifici, D. Thomas, & uice uersa, id est summus Pontifex D. Thomæ, quo ad celebrationis festi intentionem.

OBIECTIO.

IN Extrauagantis prædictæ capit. 2. innuitur a Pontifice ipso: quod ideo conceptionis festum celebratur, ut significetur immaculatam Dei genitricem absq; originalis peccati macula fuisse conceptam. i. (quod in idem redit) conceptionem ipsam fuisse sanctã. Sic enim ibi dicit. Cum S. Rom. Ecclesia de intemeratæ semperq; Virg. Mariæ cõceptione publice festũ solemniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit, nonnulli (ut accepimus) diuersorum ordinum prædicatores in suis sermonibus ad populum publicè prædicare hactenus non erubuerũt, & quotidiè prædicare non cessant; oẽs illos, qui tenent aut asserunt immaculatã Dei genitricem absq; originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, uel esse hæreticos. Hæc ibi. Ex quibus uidetur, q ideò tales prædicatores male faciant, quia scientes Ecclesiam Romanam festum conceptionis celebrare, & de peccato mortali, uel hæresi damnantes eos, qui tenent B. Virginẽ fuisse absque macula originali conceptã, per hoc uidentur taliter condemnare Ecclesiam Romanam, quod tñ consequi ad illorum prędicationes tales nõ apparet, nisi Ecclesia Romana in celebratione festi conceptionis haberet intentionem hanc, scilicet quod B. Virgo absque originalis peccati macula sit concepta. Consequenter ergo Pontifex in celebrando conceptionem non intendit illud, q in præsenti textu dicit, D. Thomas, hoc est, non intendit celebrare potius festum sanctificationis, quam conceptionis, sub nomine conceptionis. Quinimmo per huiusmodi celebrationem uidetur (ut uerba illa capituli secundi innuunt) intendere affirmationem, hanc scilicet quod conceptio ipsa fuerit sancta.

RESPONSIO.

PRo clara & præmissæ obiectionis solutione, & præsentis articuli textus firmitate, sciendũ est: quod aliud est loqui formaliter de intentione prout consideratur præcisè quo ad celebrationem festi conceptionis, aliud autem est loqui formaliter de intentione prout consideratur præcisè quo ad opiniones de conceptione. Item. Aliud est intendere determinate, id est cum firma adhæsione aliquid: & aliud est intendere aliqualiter, idest per quandam declinationem illud: hoc est aliud est intendere proprie aliquid, aliud autem est, declinare magis ad illud, quam ad suum oppositum. His duabus distinctionibus annotatis, facile est & obiectioni pro ueritate satisfacere, & textus præsentis ueritatem manifestius Pontifici cõsonam adaperire. Dicatur ergo. Si de festo (ut in Extrauagan. cap. 1.) agatur, tunc cum non nisi de aliqua re sancta festum in Ecclesia celebrari debeat dicendum simpliciter est; quod intentio summi Pontificis est determinate ferri super aliquod certe sanctum, non autem super incerte sanctum. Non enim decet Ecclesiam aliquod falsitatem sapiens admittere in celebritate festiuitatum suarum, maxime si ipsa illud aliquid falsitatis posse continere, sciat: quoniam à columna & firmamento ueritatis, quod ipsa est 1. Timoth. 3. Falsitatem quãlibet, ut quæ e diametro contra ipsam pugnet, procul arceri oportet. Alioquin si qd falsi in ecclesiastica doctrina admitteremus, tota eius firmitas deperiret, qm si de aliquo uno dubietas falsitatis timeretur, simili ratione de aliquo alio dubietas talis suboriretur, sicque cras, & omnis Ecclesiæ disciplina in dubium reuocaretur, & mendacium patri, i. diabolo, qui etiam magister hæreticorum est, aperiretur uia ascendendi aliũde. i. ex latere Aquilonis. i. frigidæ falsitatis, in ouile ouium ad furandum, mactandum, & perdendum. Timendum hoc de Ecclesia, si quid in ea falsi admitteretur, docuit à ꝓportione B. Augustinus per hoc, quod de scripturarũ ueritate, si uel minimam falsitatem compaterentur, idipsum timebat, atque ideo in Epist. 19. ad B. Hieronymum sic protestabatur. Scripturarũ libris, qui Canonici appellantur, didici hunc honorem deferre; ut nullũ authorem eorum in scribendo errasse aliquid, firmissime credam. Hæc ille. Oportet igitur maximè: quod Ecclesia omnium Ecclesiarum magistra, id est Romana, in suis dogmatibus fidem præcipue aliquo modo concernentibus (quales sunt festiuitates sanctorum, iuxta illud in Symbolo dictum, Sanctorum communionem) nullam uel minimam falsitatem compatiatur, sed quod in ueritate, non obstantibus contrariis quibuscumque, se firmissimè contineat, neque a dextris umquam declinans, neque a sinistris. Cum itaque iuxta declarationem summi Pontificis factam cap. 2. (ut patet cuilibet illud legenti.) non sit certum apud Ecclesiam Romanam, sed adhuc pendeat indecisum, quod beata Virgo fuerit absque originali concepta, dicendum restat secundum ipsum, quod ecclesia non habet hanc intentionem in celebratione talis festi, id est non intendit per talem celebritatem profiteri, idest determinate tenere, neque dare fidelibus determinate tenendum, hoc, scilicet quod ipsa Virgo ab originali macula fuerit præseruata. Sed neque per indulgentiarum largitionem hoc ipsum intendit, neque intelligendum ab aliis vult. Quid autem in huiusmodi festiuitate & indulgẽtiis formaliter, proprie, seu determinate (quæ tria pro eodem sumuntur) intendat: ipsemet Pontifex in capit. 1. declarauit dicens; Dignum quin potius debitum reputamus, uniuersos Christifideles, ut omnipotenti Deo de immaculatæ Virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & instituta propterea in Dei ecclesia Missa, & alia diuina officia dicant, & illis intersint, indulgentiis & peccatorum remissionibus inuitare. Hæc ille. Quibus aperit, intentionem suam & in festiuitatis institutione, & in indulgentiarum donatione, esse hanc; Vt scilicet Christi fideles uniuersi gratias & laudes Deo referant de mira conceptione Virginis immaculatæ. Vbi nec minimum quidem uerbũ facit (ut patet) de hoc, scilicet quod fuerit eadem Virgo ab originali præseruata aut (qđ in idem redit) quod ipsius conceptio fuerit sancta. Nec obstat, quod dicat ly Virginis immaculatæ, & cap. 2. ly immaculatæ conceptionis; quoniam plus est virginem in conceptione esse sanctam, quam immaculatam, quandoquidẽ non solum illud dicitur immaculatum, quod numquam maculam habuit, sed & illud quod à macula habita mũdatum est. Quod enim differãt sanctum esse, & immaculatum, docuit Apostolus per hoc, quod absque superfluitate aliqua de ecclesia dixit Ephes. 5. vt sit sancta, & immaculata. Item quod immaculatus dicitur etiam, qui a macula mundatus est, habetur ex eo, quod beatus Petrus Apostolus eos, qui magni peccatores fuerant de præparatione ad iudicium alloquẽns ait 2. Petr. 3. Propter quod charissimi hæc expectantes satagite immaculati ei inueniri in pace. Reliquit ergo semper in dubio Papa Sixtus, vtrum Beata Virgo fuerit absque originali concepta, quod & magis patet ex latis a se excommunicationibus cap. 2. Nihilominus quamuis in prædicto festo non intenderit formaliter, idest determinate hoc firmiter huic inhærendo: tamen magis declinasse uidetur ad hoc, quam ad suum oppositum. Hactenus de intentione eius, prout in celebritate festi conceptionis præcisè consistit. Quod si de intentione eius, ut uersatur circa opinionem utramque agatur, tunc aliter dicendum est, scilicet quod opinionem de præseruatione tenuit determinate, licet non de fide, esse ueram. Cæterum ipse, ut sapiens, & maxime ut summus Põtifex cui tota Ecclesia tamquam capiti Vicario innititur, numquam suam propriam opinionem, sed festum conceptionis quo ad rei ueritatem præcise, celebrari uoluit, atque mandauit (ut ex supradictis patet).

¶ Corol. Examinis ergo tertii ueritas inconcussa pmanet; videlicet, q mentes utriusq; s. Romani Pont. & S. Tho. quo ad intẽtionem relatam ad celebrationem festi conceptionis, usque hodiè satis concordant; dicentes idipsum in hoc: ut in eodem examine ex utriusq; textibus patenter ostendabatur. Neque enim festiuitas sit de conceptionis opinione (ut obiiciens assumabat), sed de conceptione. Vnde opinione hac, & illa, circa cõceptionem supposita indecisa: certum aliquid, super quo festiuitas ipsa fundetur, & ad quod intentio deuota festiuitatem celebrantium tutò referatur, a Pontifice fidelibus proponitur. Quid uerò illud certum sit, hactenus de mente ipsius non apparet: nisi mirus ille modus, ibi dictus, s. q in die conceptionis celebratur potius festum sanctificationis, q̃ conceptionis. Hoc est. Quod intentio Ecclesiæ Rom. vsq; in hodiernum diẽ est per tale festum conceptionis asserere, tamq̃ indubie certum (ut ipsam in suis celebritatib. condecet) q B. Virginis conceptio, seu q B. Virgo in sui conceptione, fuit uel in illo conceptionis instanti uel post illud sanctificata. Ergo hoc. s. an determinate in ipso instãti, an determinate post, sanctificatio ipsa cõtigerit, non cadit sub intentione festi: qm ecclesia ipsa se, suosque filios non intendit exponere periculo alicuius uel minimę falsitatis in suis festiuitatib. Tenet ergo ibi certũ, & dimittit incertum. Ergo de Ecclesiis quibusdam particularibus, Romana licentiã cõdonante, festum illud tunc sub nomine sanctificationis celebrantibus, idipsum propter eandem rationem dicendum est, q. s. per tale sanctificationis festum intendunt asserere, tamquam indubie uerum (ut solemnitates Ecclesiæ sanctæ decet), quod Beatæ Virginis conceptio, seu quod Beata Virgo in sui conceptione, fuit uel in conceptionis instanti, uel post illud sanctificata. Ergo ubique in omnibus Ecclesiis sub diuersis nominibus idem est sensus ad festa relatus: id quod miro artificio in textu præsenti subindicauit Sanctus Doctor. Diuersitas igitur opinionum adhuc permanens non tollit conformitatem, immo identitatem intentionis festorum.

AD QVARTVM dicendum, quod duplex est sanctificatio. Vna quidē totius naturæ, inquantum, scilicet tota natura humana ab omni corruptione culpæ, & pœnæ liberatur, & hæc erit in resurrectione. Alia vero sanctificatio personalis, quæ nō transit in prolem carnaliter genitā, quia talis sanctificatio non respicit carnem, sed mentem. Et ideo si parentes Beatæ Virginis fuerunt mundati à peccato originali, nihilominus Beata Virgo peccatum originale contraxit, cum fuerit concepta secundum carnis concupiscentiam ex commistione maris, & fœminę: dicit enim August.* in lib. de nuptiis, & concupiscentia, omnē quæ de concubitu nascitur carnem esse peccati. * c.18.circa princip. to.3.

AR-

4m de conclusione. Potuit ergo Beata Virgo sanctificari etiam in suis parentibus. B. Si sui parentes secundum mentem generassent eam. §. Tunc nihil &c. Nam parentum suorum sanctificatio fuerat tātum secundum mentem. Duplex enim est sanctificatio. Vna quidem totius naturæ, &c. ut in tex. Ex quo patet: quod parentes tam B. Virginis, quam alii Christiani sanctificantur in præsenti statu sanctificatione solum personali: & ideo filii baptizatorum parentum cum parēter ipsi non secundum mētem, sed secundum carnem, eos generent non concipiuntur sine; sed cum peccato originali actualiter contracto; secundum Concilium Trid. sess. 5. Decret. de pecc. orig. Quid uero idem Concilium sentiat in hoc de B. Virgine; vide in appen. Ex his dic ad minorem illam argumenti: quod parentes B. Virginis, sicut & alii taliter, idest personaliter tantum sanctificati fuerunt, quo ad generare, radix infecta. Hinc patet, quod argumentum non est contra, sed pro. Sicut enim si radix sancta, & rami, scilicet sancti: ita si radix infecta, & rami, scilicet infecti. In textu ly secundum carnis concupiscentiam, pro habituali concupiscentia intelligitur necessariò: etiam quod actualis deesset. Et sic intelligit Beatus Augustinus per ly de concubitu. Ac si diceret. Concupiscentia, seu libido, habitualis parentum transmittit peccatum originale in prolem. Vide 1.2. quæstio. 82. ar. 2.3. maxime ad tertium, & q. 81. ar. 3. ad secundum.

¶ NOT. Responsio hæc, si iungatur responsioni ad secundum, aperit; quod D. Thomas, circa materiam de originali in B. Virgine, tenuit affirmatiuam hanc, scilicet B. Virgo fuit concepta actualiter cum peccato originali. Dixi ly si iungatur responsioni ad secundum: quia alioquin posset præsens per se textus ab aliquibus glossari sic, B. Virgo peccatum originale contraxit, s. saltem in debito; quo & modo ab eisdem exponeretur ly quæ de cōcubitu nascitur, carnem esse peccati, s. saltem in debito; inquātum uidelicet ipsa caro actualiter infecta debet, quantum est de se, inficere animam sibi infundendam, quæ quidem infectio in anima erit formaliter peccatum. At si iungatur ei ad secundum præsens textus, tolluntur omnes istæ glossæ: & si admittantur, destruunt textum, vtpote de actu, non de solo debito, loquentē. In responsione enim ad secundum dicitur ly sed ab eo fuit mundata, antequam ex utero nasceretur: quæ uerba utique ad planum sensum manifestant, quod B. Virgo, secundum mentem D. Thomæ, contraxit actualiter peccatum originale; alioquin ab eo non fuisset mundata (ut ex terminis patet). Ad hanc autem opinionem tenendam magis, quàm ad oppositam, scilicet quod fuerit actualiter sine originali concepta, motus est (quantum præsentis articuli textus indicant) non ex solis scripturarum literis Christum uniuersalem Saluatorem protestātibus, sed ex ipsis simul cum facto Romanæ Ecclesiæ, qua si tacita ipsarum expositione acceptis. Nouerat si quidem sanctus Doctor, quod ex solis illis scripturis non poterat necessariò deduci; Beatam Virginem fuisse cum originali actualiter conceptam; ut ex ipsius ore patet supra not. 3. usque ad conclusio. 3. & ideo eisdem solis non est innixus ad tenendum hoc; sed solum ad tenendum hoc aliud, scilicet quod B. Virgo non fuit sanctificata ante animationem, ut patet in tex. corp. Cum igitur certum sensum pro concludenda una parte contradictionis uideret se ex scripturis illis solis non habere, confugit ad Ecclesiam, quam ipse 2.2.q. 5. art. 3. agnouerat regulam infallibilem expositionis scripturarū. In ipsa Ecclesia omnium magistra uidit duo, scilicet & quod non celebrabat festum conceptionis, & quod tolerabat, festum ipsum celebrari ab aliquibus ecclesiis. Ex primo quidem. i. ex non celebratione, uidebatur ecclesia illa declinare ad partem istam, s. quod cō ceptio B. Virginis fuisset actualiter cum peccato originali, & cōsequenter ad hoc, quod ad uerificandas scripturas de uniuersali redemptione p Christū facta requireretur, quod omnis hō ab Adam seminaliter descendens, nec ēt B. Virgine dempta, cōtraheret actualiter peccatum originale. Ex secundo aūt. i. ex tolerantia tali eadē Ecclesia innuebat; qđ non ita declinabat ad illam partē de conceptione B. Virginis actualiter in originali, ut alterā oppositā partē, aut uellet, aut diceret, esse cōdemnandā, & consequenter per hoc ipsum innuebat, qđ ad uerificandas scripturas de uniuersali redēptione per Christū facta sufficiebat, qđ B. Virgo fuisset concepta de potentia proxima cum peccato originali. i. quod fuisset obnoxia. i. in debito. i. in periculo, ad cōtrahendum peccatum huiusmodi in sui conceptione. Pro horum ultimò dictorum ampliori notitia, uide supra not. 2. 3. usq; ad concl. 3. & Exam. post cōclus. 3. usq; ad 1. argum. tex. D. Tho. itaq; ex duobus pmissis in Ecclesiæ practicali doctrina uisis, duas conclusiones secundum Ecclesiæ mentem esse cognouit; diuersimodè tamen. i. unam pro certo, alterā pro multum probabili. Conclusio sane pro certo cognita fuit hæc, s. quod Ecclesia neutram contradictionis partem determinate, tā quam de fide tenebat. Hanc & ipse sanctus semper in tota sua doctrina, Ecclesiam imitatus, tenuit: quam & usque hodie (ut suprà per cattanagan, Sixti 4. cap. a. tetigimus) tenet Ecclesia. Conclusio autem pro multum probabili inde cognita fuit hæc. s. quod ab Ecclesia magis approbari, vel saltem minus reprobari uidebatur opinio de conceptione actualiter cū originali, quàm opinio actualiter sine ipso. Nam tolerare aliquid fieri ab aliis uidetur signum minoris approbationis eiusdem rei, quā non recipere illud in domum suam, seu non tolerare illud fieri á domesticis suis (ut patet consideranti.) A cōsuetudine igitur Ecclesiæ Romanæ, quæ semper in olb. æmulanda est, 2.2. q. 10. ar. 12. motus D. Tho. hāc, non ut certā, sed ut multū probabilē, protulit opinionem. s. quod B. Virgo actu in originali concepta fuit. Nec mirū. Nam & B. Hiero. scripturarum diligentissimus indagator (ut nōnullos alios SS. Doctor. taceam) ex negatiua hac, qđ ecclesia nondū in Canone libros quosdā uel eorum partes annumerauerat, adductus est (ut patet I multis prologis eius super Biblia) ad ponēdū eosdē libros uel particulas non esse de Canone. Quod quidē dictū suum nec ipse, nec alii SS. Doct. intellexerunt absolute uerū, sed tm̄ pro tpe suo, usquequo Ecclesia aliter definiret. Nullus. n. catholicorum Doct. cōtra Ecclesiæ leges suam sniam defendit, nec unquā defendere uoluit: quinimmo Doctores huiusmodi in dictis suis sibi Ecclesiā ceu regulam ueritatis proposuerūt, doctrināq; suā oēm, salua semper authoritate Ecclesiæ, & intellexerunt, & intelligi voluerūt. Vt de his confirmationem habes ex Decret. 24. q. 1. c. quotiens; & ex 2.2. q. 11. ar. 2. ad tertium. Regula uniuersalis de Doctoribus.

¶ CONOL. Ex præmissis ergo (quātū mihi conijcere daī) deducendū esse vī:, quod D. Tho. Si Romanā Ecclesiā celebrare festū conceptionis suo tpe uidisset, hanc opinionē esse probabiliorem non dixisset, videlicet quod B. Virgo cū originali peccato fuisset actualiter concepta. Si. n. ex non celebratione, & tolerantia eiusdē (quas narrat tex. respon. ad 3.) motus est ad æstimandū partē hanc esse probabiliorē, ut suprà uidimus, cōsequens uero vī, quod si in Ecclesia eadē Romana non tolerantiā tm̄ illam, sed ēt festi talis celebrationē, uidisset, tamē a conscientia sua, & reuerentia Ecclesię ductus, opinionē illam de conceptione actu in originali numq̄ pro magis probabili tenuisset. Quid ergo? Dixisset ipse sanctus Ecclesiæ catholicæ semp fidelissimus propugnator, quod illa opinio circa hoc probabilior est, quam probabiliorem esse docet Ecclesia Romana omnium in terris magistrorum optima. Quod ergo tenuisset ista, tenuisset & ille; quo declinasset ista, declinasset & ille; quo pacto approbasset uel reprobasset ista, tali & approbasset uel reprobasset ille; quia in eius uerba semper & ubiq; iurauit, vt patet in sua doctrina, & speciatim p ipsum dicentē 2.2. q. 10. ar. 12. & quolib. 2. ar. 7. maximā hēt authoritatē ecclesię cōsuetudo, QVAE SEMPER EST IN OMNIBVS AEMVLANDA: quia & ipsa doctrina catholicorum Doctor. ab ecclesia authoritatē hēt. Vndè magis standum est authoritati ecclesiæ, q̄ authoritati uel Aug. uel Hieron. uel cuiuscumque Doctor. Hæc ille. Vide 2.2. q. 11. art. 2. not. post ad tertium.

APPENDIX.

EX artic. hēs primò: quō per rationē, & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse à scripturis Papa, & Concil. insinuatū, quod B. Virgo non fuit sanctificata ante animationē. A scripturis quidem per hoc, quod dr̄ Rom. 5. Per unum hoīem peccatū intrauit in mundum, in quo oēs peccauerunt. Peccato, s. originali; uel actu, uel potentia, contrahēdo. Quia. n. B. Virgo si ante aīationē fuisset sanctificata, non cōtraxisset peccatū originale, neq; ēt in potentia debitricē (ut sup. not. 1. & 2. ostensū est): iō Apost. pmissis uerbis, si ad propositū hoc scholasticū scholasticè applicet, dicere uoluit, quod B. Virgo ante animationē sanctificata non fuit. A Papa aūt Sixto 4. insinuat idē per hoc, quod in extrauag. pdictæ c. 2. excōicat dicentes, opinionē hāc. s. B. Virgo est concepta sine originali, esse hæreticā, & consequenter per hoc ipse affirmat, opinionē hanc non esse hæreticā. Illo igitur facto suo monstrauit, B. Virginē non fuisse sanctificatam ante animationem: quoniam ipse nouerat, & quod dicere, illam neq; etiam in debito, seu potentia, contraxisse peccatum originale, esse hæreticum, & quod dicere, eam esse sanctificatā ante animationem, est dicere ipsam neq; etiā in debitrice potentia contraxisse tale peccatum. A Concilio item Trid. idem insinuatur per hoc, quod pœnā illā excōicationis latæ à Sixto iiii innouat. Postquam. n. omnes Adę posteros cōtrahere actualiter originale Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

peccatum

peccatum sess. 5. decreuerat: subdit. Declarat tamen hæc ipsa sancta synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem: sed obseruandas esse constitutiones fęlicis recordationis Syxti Papæ IIII. Sub pœnis in eis consti
tutio-

tutionib. contentis; quas innouat. Hæc ibi. Ergo hic, ut unum supra de Sixto, discurre ad propositum. vide omnino Compendiũ Alber. Mag. lib. 4. cap. 4. cum scholijs. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, de animatione secundum animam rationalem intellectus.

¶In corpore artic. est una conclusio cum vno corollario. Conclusio est responsiua quæsito directe. Beata virgo non fuit sanctificata ante animationem. Corollarium est, beata Virgo fuit sanctificata post animationem. Conclusio probatur dupliciter, primo sic, Sanctificatio de qua loquimur, est emundatio a peccato originali. ergo est per gratiam. ergo in sola creatura rationali. ergo nõ ante infusionem animæ rationalis. Antecedens declaratur ex Dionysi. Sanctitas est perfecta munditia. Prima consequentia probatur, quia culpa non emundatur, nisi per gratiam. Secunda vero, quia sola creatura rationalis est subiectum gratiæ. Secundo, ducendo ad inconueniens sic. Proles concepta ante infusionem animæ rationalis non est culpæ obnoxia. ergo quocumque modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset, non incurrisset originalis peccati maculam. ergo non indiguisset redẽptione & salute, quæ est facta per Christum, sed hoc est inconueniens. ergo. Antecedens probatur, quia sola creatura rationalis est susceptiua culpæ. Prima consequentia vt clara relinquitur. Secunda autem probatur auctoritate angeli Mat. 1. Ipse saluum faciet populum a peccatis suis. Inconueniens consequentis probatur auctoritate Apost. 1. ad Timot. 4.

¶Aduerte hinc primo, quòd sanctificatio potest dupliciter sumi. Primo, vt est de contrario in contrarium, de immunditia ad munditiam, & sic constat quòd est de peccato in gratiam. Secundo, vt est denegatio in affirmatum, de non sancto in sanctum, de non gratia in gratiam. Et sic non supponit peccatum, & inuenitur in Christo, & angelis, angeli enim sanctificati sunt a Deo, qui numquam peccauerunt, & de seipso dicit Christus, quem Pater sanctificauit, &c. In prima autem ratione hic allata sumitur sanctificatio primo gratia materiæ, quoniam sermo est de sanctificatione hominis descendentis ex commistione maris, & fęminæ: supponimus enim omnem huiusmodi hominem peccatũ originale contrahere, iuxta superius determinata de peccato originali. Et propterea in litera dicitur, quòd sanctificatio, de qua loquimur est emundatio a peccato originali. Et ex auctoritate Dion. accipiendo munditiam a contrario probatur, ly ratione materiæ, probatur, quia perfecta munditia in tali materia est emundatio a peccato originali.

¶Aduerte secundo, ꝙ licet sanctificatio propriè sumpta, vt scilicet pertingit ad proprium terminum ad quem, qui est gratia reddens creaturam impeccabilem ad minus mortaliter sumatur, duobus antedictis modis, extenditur tamen sanctificationis nomen (sicut etiam extenduntur alia nomina multiplicia) ad ea, quæ ad sanctitatem præparant, vel faciunt, & huiusmodi. Et propterea Auctor in secunda ratione hic allata extenso sanctificationis nomine utitur, dicens, Quocumque modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset. Ea autem necessitas, secundæ rationis fuit, quia excluso per primam rationem, quòd ante infusionem rationalis animæ sanctificata fuit proprie (quia non erat capax gratiæ) supererat excludere quòd tunc etiam, scilicet ante animationem non fuit sanctificata illo modo, quo ille fętus erat sanctificationis capax, puta quod mundaretur ab infectione, seu contagione, quæ erat infectura animam rationalem sibi infundendam. Et hoc per secundam rationem directe excluditur, vt patet.

¶Circa secundam rationem dubium occurrit de illa consequẽtia, ergo non indiguisset redemptione Christi. Nam videtur nõ valere ex eo, quod multi cum sint modi, quibus redemptio, & salus per Christum fit etiam a peccato, ratio ista unum tantum modum excludens, quasi omnes excluserit, infert negatiuam totaliter, quod non indiguisset redemptione Christi. Quod autem nõ sit unicus tantum modus quo redemptio a peccato fit per Christum, ex eo patet, quòd ultra illum communem modum, quo saluat, delendo inuentam peccati maculam in anima, datur alius, quo tollendo contagionis labem a carne suscepturá animam, præseruat a peccato animam, ne incurrat in illud. Ac per hoc, licet beata Virgo non indiguisset illo modo, scilicet per deletionem maculæ incursæ, redimi, & saluari per Christum, indiguit tamen redimi, & saluari per eundem, alio modo, scilicet per emundationem infectionis fœtus, vt sic præseruaret a culpa.

¶Ad huius euidentiam aduertendum est, quòd aliud est personam beatæ Virginis indiguisse redimi a peccato per Christum, &
aliud

aliud est fœtum illum ante animæ infusionem indiguisse sanctificari per Christum. Nam personam ipsam indigere saluari a peccato est liberari a peccato, quod habet, vel haberet: oportet enim aut ꝙ habeat peccatum, vel ꝙ sit in procinctu, seu periculo habendi peccatum quisquis eget saluari a peccato si enim peccatum non habet, nec est in periculo habendi peccatum, saluari a peccato nõ indiget, vt patet. Fœtum autem egere sanctificatione, est quia nisi sanctificetur, immundus erit. Si beatæ igitur Virginis fœtus sanctificatus fuisset ante infusionem animæ rationalis, cum fętus non sit homo nisi per animam rationalem ipsa beata Virgo, quæ non erat adhuc, sed fętus ille indiguisset sanctificari per Chrm, sed ipsa beata Virgo fuisset concepta sine peccato originali absq; quacumque alia gratia: ita quòd ex hoc ipso, ꝙ anima sua infusa esset materiæ mundæ, originale peccatum non contraxisset, etiam si nulla super apposita fuisset gratia, ac per hoc ipsa beata Virgo non indiguisset gratia redemptionis, seu saluationis a peccato per Christum factæ. Exemplum, Apostolus Paulus quia natus est ciuis Romanus, nunquam indiguit Cęsarea gratia ad ciuilitatem Romanam, quamuis aliquis ex patribus suis hac gratia indiguerit. Simile est in proposito, quia licet caro antecedens personam beatæ Virginis indiguerit redimi tali modo per Christum, ipsa tamen beata Virgo, quia nata in utero esset expers peccati absque infusa sibi gratia præseruante, ne incurreret, non indiguisset simpliciter, & absolute redimi, seu saluari a peccato per Christũ. Et hinc habes, ꝙ si dicatur quòd beata Virgo indiguisset in carne præcedente redimi a peccato, quamuis non in se, hæc distinctio non obstat dictis, quoniam indigere in antecedentibus non est ipsam indigere, ita quod ly in antecedentibus, est conditio diminuens rationem indigentiæ personalis. Et propterea non ualet consequentia, indiguisset in sui fœtus carne ergo ipsa beata Virgo indiguisset. Est ergo simpliciter uera doctrina in litera tradita, quod si beata Virgo fuisset ante infusionem animæ sanctificata, quòd nõ eguisset redemptione, & salute a peccato facta per Christum. Et bene nota, quod non dicitur, quòd non indiguisset salute gratiæ, aut gloriæ facta per Christum, sed salute a peccato, a qua dictus est Iesus, hoc est saluator, vt Angelus reuelauit Ioseph, dicens Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, Et per hoc patet responsio ad obiectionem, quoniam beatam Virginem in pręcedente statu, vel parente, &c. indigere redemptione, non est ipsam beatam Virginẽ indigere, sicut Paulum in suis parentib. indiguisse gratia, ciuilitatis Romanæ, non est Paulum illa indiguisse: sed maiores suos indiguisse illa.

¶Circa corollarium, dubium occurrit, quia non videtur sequi ex præmissis. Nam ex hoc quòd beata Virgo non fuit sanctificata ante animationem, non sequitur quod sanctificatio eius fuerit post animationem: stat enim quod nec ante, nec post, sed in ipso instanti infusionis animæ fuerit sanctificata, ut multi moderni tenent.

¶Ad hoc dicitur, quod aliud est discutere materiam hanc absolute, & aliud inquantum ex hac litera infertur talis conclusio corrollarie. Nam absolute loquendo, inter illas duas positiones extremas, scilicet quod fuerit sanctificata, uel ante infusionem animæ, uel post infusionem animæ, est positio media ꝙ fuit sanctificata in instanti infusionis animæ. Cuius opinionis Auctor hic non meminit, quia tempore suo non erat adinuẽta, omnibus communiter tenentibus beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo ut uidetur, reprobãtibus sanctificationem carnis eius ante infusionem animæ, vt in hac litera patet. Et propterea loquẽdo secundum præsentis literæ contextum, consequentia tenet, qa a negatione sanctificationis anterioris cum sua rõne, quia. s. contraxit peccatum originale, infertur ꝙ fuerit sanctificata post animationem. Et clarè patet ꝙ sequela hæc est efficax, quoniam impossibile est in vno eodemq; instanti contrahere peccatum originale, & sanctificari ab illo. Stat ergo litera solida, quamuis non sollicita de illa media opinione, tunc inopinabili. Quæ hodie mulieribus, uulgo, affectuq; nonnullorum pio, multorum autem industria, ac quæstibus cogentibus ita præualuit, vt doctrinæ sanctorum æstimata pietas præferatur, & quod in communi asseritur, in his scilicet, quæ credenda sunt sectandos magis esse antiquos doctores, quam modernos in hoc particulari posthabetur, dum moderni antiq;, & non sancti sanctis præferuntur. Testatur autem erraticus hic processus, similes esse istos peccantibus ex ignorantia electionis, dum in uniuersali scientes applicando ad particulare, ab uniuersali declinant. Verum opinio ista media quamuis noua, quãuis aliena a doctrina antiquorum doctorum, & a doctrina sanctorum cõmuniter, quia tamen nihil contra fidem sustinet, & Apostolica
sedes

sedes decreuit donec fuerit decisum, absque hæresis criminisque labe vtramque contradictionis partem teneri posse, vnaquæque prouincia in suo sensu abundet, modo prompta sit Ecclesiæ sanctæ definitioni subesse.

¶ Scripsimus de hac materia tractatulum quendam ad Leonem X. Pontif. Max. qui viuit, & regnat: & ideo sat sit hic monuisse omnes de re hac differentes, aut prædicantes, vt meminerint se non de fidei necessarijs, sed de probabilibus tractare: neutra siquidem pars fidei documentis aduersatur. Nam si tenetur beatam Virginem contraxisse originale peccatum (vt sancti, & antiqui doctores tenent) stat omnia consona inueniri. Si autem tenetur beatam Virginem non ex ui conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animæ, infusa illi animæ præseruatam ab originali peccato quod tunc incurrisset nisi illa gratia affuisset, nihil contra fidem tenetur, sed specialis modus redimendi, ac saluandi a peccato originali, Christo attribuitur respectu suæ matris, sic enim ipsa beata Virgo indiguit redimi, & saluari a peccato per Christum, quoniam ipsa tunc incurrisset peccatum, nisi munus gratiæ præuenientis non tempore, sed natura affuisset. Et ita puritas eius fuit maxima sub Christo, qui nullo modo indiguit redimi, qui ex ui suæ conceptionis fuit sanctus. Fuitque in beatæ Virgine quod uoluntariu est, prius natura, non tempore, quã quod spirituale est quoniam infusio gratiæ in ipsius anima supponit productionem animæ, quamuis, vt dictum est, præueniat peccati maculam, quæ tunc incurrenda erat nisi gratia illam impedisset, probabilis profecto opinio, nisi sanctorum antiquorum auctoritas obstaret longe probabiliorem reddens contrariam positionem.

Palud. 3 d. 3. q. 2.
Medina ar. 3.
Alb. Mag. 3. d. art. 24.

ARTICVLVS III.

Vtrum per sanctificationem fuerit Beatæ Virginis fomes totaliter sublatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo nõ fuerit emundata ab infectione fomitis. Sicut enim pœna originalis peccati est fomes qui cõsistit in inferiorum uirium rebellione ad rationem, ita etiam pœna originalis peccati est mors, & cæteræ pœnalitates corporales: sed beata Virgo fuit subiecta huiusmodi pœnalitatibus. ergo etiam fomes ab ea totaliter remotus non fuit.

¶ 2 Præt. 2. ad Corinth. 12. dicitur, Virtus in infirmitate perficitur, & loquitur ibi de infirmitate fomitis, secundum quam patiebatur stimulum carnis: sed nihil quod pertinet ad perfectionem uirtutis, fuit beatæ Virgini subtrahendum. ergo nõ fuit beatæ Virgini totaliter subtrahendus fomes.

¶ 3 Præt. Damascenus * dicit, quod in beatã Virginem superuenit Spiritus sanctus purgans eam ante conceptionem filii Dei, quod non potest intelligi nisi de purgatione a fomite, nam peccatum non fecit, vt August. * dicit in lib. de Natura & gratia. ergo per sanctificationem in vtero, non fuit libere mundata a fomite.

SED CONTRA est, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fomes autem ad maculam pertinet, saltẽ carnis. ergo in beata virgine fomes non fuit.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dixerunt, quòd in ipsa sanctificatione beatæ Virginis, qua fuit sanctificata in utero, totaliter fuit ei fomes subtractus. Quidam vero dicunt, quod remansit fomes quantum ad hoc, quod facit difficultatem ad bonum, sublatus tamen fuit quantum ad hoc, quod facit pronitatem ad malum. Alii uero dixerunt, quod sublatus fuit fomes, in quantum pertinet ad corruptionẽ personæ, prout impellit ad malum, & difficultatem ad bonum, remansit tamen inquãtum pertinet ad corruptionem naturæ, prout, scilicet est causa traducendi originale peccatum in prolem. Alii uero dicunt, quod in prima sanctificatione remansit fomes secundum essentiam, sed ligatus, in ipsa autem conceptione filii Dei fuit totaliter sublatus.

Ad horum autem intellectum oportet considerare, quod fomes nihil est aliud, quam inordinata cõcupiscentia sensibilis appetitus, habitualis tamen, quia actualis concupiscentia est motus peccati: dicitur autem concupiscentia sensualitatis esse inordinata, inquantum repugnat rationi, quod fit, inquãtum inclinat ad malum, uel difficultatẽ facit in bono. Et ideo ad ipsam rationem fomitis pertinet, quòd inclinet ad malum, vel difficultatem faciat in bono. vnde ponere quòd remanserit fomes in beata Virgine non inclinans ad malum, est ponere duo opposita simul similiter etiã uidetur oppositionem implicare, quod remanserit fomes, inquantum pertinet ad corruptionem naturæ, non autem inquantum pertinet ad corruptionem personæ. Nam secundũ Aug. * in lib. de Nup. & concupiscẽtia, libido est, quæ peccatum originale transmittit in prolem. Libido autem importat inordinatam concupiscentiam: quæ nõ totaliter subditur rationi: & ideo si totaliter fomes subtraheretur, inquãtum pertinet ad corruptionem personæ, nõ posset remanere, inquantum pertinet ad corruptionem naturæ.

Restat ergo vt dicamus, quod, vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus per primam sanctificationem vel quod remanserit ligatus. Posset enim intelligi, quod totaliter fuerit sublatus fomes hoc modo, quod præstitum fuerit beatæ Virgini ex abũdantia gratiæ, descendentis in ipsã, vt talis esset dispositio uirium animæ in ipsa, quod inferiores uires numquam mouerentur sine arbitrio rationis, sicut dictum est * fuisse in Christo, quem constat peccati fomitem non habuisse, & sicut fuit in Adam ante peccatum, per origi

SVP. Q. XXVII. ART. III.

154 3. d. 3. q. 1. ar. 1. & ibi. in expõne pri. p. tex. Et opusc. 3. cap. 231.

CONCL. I. Melius est dicendum; quod per sanctificationẽ in vtero non fuerit sublatus Beatæ Virginis fomes secundum essentiã: sed quod remanserit ligatus.

¶ PROB. Quia sicut ante immortalitatẽ carnis Christi resurgentis, nullus, &c. vt in text. vsq; ad ly lex carnis siue membrorum. Secunda aũt pars, s. sed quod &c. probatur: Quia & abũdantia gratiæ receptæ ĩ sanctificatione, & diuina prouidentia superaddita, prohibebãt sensualitatem eius ab omni motu inordinato.

¶ NOT. 1. Præmissã conclusionem cũ probatione apertius intelliges; si uigilanter annotaueris ea, quæ dicunt a B. Thoma in opusculo 3. tractatu 2. de fide ad humanitatẽ Christi cap. 40. Sunt uero huiusmodi. In B. Virgine fuit appetitus sensitiuus rationi subiectus per uirtutẽ gratiæ ipsum sanctificantis; quod nunquam contra rõnem mouebatur, sed sm ordinẽ rationis: poterat tñ habere aliquos motus subitos non ordinatos rõne. In domino autẽ Iesu Christo aliquid amplius fuit. Sic enim inferior appetitus in eo rationi subijciebatur: vt ad nihil moueretur, nisi sm ordinem rationis; sm. s. quod ratio ordinabat, uel permittebat, appetitum inferiorem moueri proprio motu. Hoc autem vr ad integritatem primi status pertinuisse; vt inferiores vires totaliter rõni subderentur. Quæ quidem subiectio per peccatum primi parentis est sublata non solum in ipso, sed etiam in alijs, qui ab eo contrahunt peccatum originale: in quib. etiã postquã a peccato mũdati sunt per gratiæ sacramẽta, remanet rebellio vel inobedientia inferiorũ virium ad rõnem; quæ dicitur fomes peccati. Quæ in Christo nullatenus fuit; sm prædicta. Sed, quia in B. Virgine Maria non erant inferiores vires totaliter rationi subiectæ, vt scilicet nullum motum haberent a rõne non præordinatũ; & tamen sic cohibebantur per uirtutem gratiæ, ut nullo modo contra rõnẽ mouerentur: propter hoc solet dici, quod in B. Virgine post sanctificationem remansit quidem fomes peccati sm substantiam; sed ligatus. Hæc ibi. Vbi expone ly ipsum sanctificantis. i. ipsum cohibentis ita; quod nunquam cõtra rationem mouebatur. Ex his, cum textu articuli huius, dic quod fomes ille ligabatur a duobus, s. a gratia, & a diuina prouidẽtia sibi per specialiter & assistente, & super B. Virginem uigilante; ne quis fomes contra rationẽ, etiã uenialis motus, insurgeret. Rursus ex his vide: quod in B. Virgine fomitem remansisse secundum substantiã, est, appetitum sensitiuũ in ea habuisse aliquos motus subitos a ratione non præordinatos. Nunquam ergo appetitus talis contra rõnẽ, nec etiam uenialiter, i. nec etiam leuiter, mouebatur; quia erat ligatus: quandoq; autem mouebat subitò absq; iussu, uel permissione, rationis; quia ibi erat secundum essentiam.

¶ NOT. 2. Prima hæc conclusio, cum sua probatione, potest uerificari de B. Virgine; posito etiam quod ipsa per gratiam sanctificantem i. iustificantem fuisset præseruata ab actuali contractione

*li. 4. orth. fi. c. 15.
*c. 56. to. 7
*c. 24. to. 7
*q. 15. ar. 2.

nalem iustitia, ita quòd quátum ad hoc, gratia sanctificationis in Virgine habuit uim originalis iustitiæ, & quamuis hæc positio ad dignitatem Virginis matris pertinere uideatur, derogat tamen in aliquo dignitati Christi, absque cuius uirtute nullus a prima damnatione liberatur. Et quamuis per spiritualem fide Christi, aliqui ante Christi incarnationẽ sint secundum spiritum ab illa dãnatione liberati, tamen quod secundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur, non uidetur fieri debuisse nisi post incarnationem eius, in qua primo debuit immunitas dãnationis apparere: & ideo sicut ante immortalitatem carnis Christi resurgentis, nullus adeptus fuit carnis immortalitatem, ita inconueniens uidetur dicere, quod ante Christi carnem in qua nullum fuit peccatum, caro virginis matris eius, vel cuiuscunque alterius, fuerit absq; fomite, qui dicitur lex carnis, siue membrorum. Et ideo uidetur melius dicendum, quod per sanctificationem in utero non fuerit sublatus B. Virgini fomes secundum essentiam, sed remanserit ligatus, nõ quidem per actum rationis suæ, sicut in viris sanctis, quia non habuit vsum liberi arbitrii, adhuc in ventre matris existens, hoc enim est speciale priuilegium Christi, sed per abundantiam gratiæ, quam in sanctificatione recepit, & etiam perfectius per diuinam prouidentiã sensualitatem eius ab omni inordinato motu prohibentem. Postmodũ uero in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas, credendum est quòd ex prole redundauerit in matrem, totaliter fomite subtracto. Et hoc signant Ezech. 43. vbi dicit, Ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per uiam orientalem, idest per beatam Virginẽ, & terra, idest caro ipsius, splendebat a maiestate eius, scilicet Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mors, & huiusmodi pœnalitates, de se non inclinant ad peccatũ. Vnde etiam Christus licet assumpserit huiusmodi pœnalitates, fomitem tamen non assumpsit. Vnde etiam in beata Virgine, vt Filio conformaretur (de cuius plenitudine gratiã accipiebat) primo quidẽ fuit ligatus fomes, & postea sublatus, non autem liberata fuit a morte; & aliis huiusmodi pęnalitatibus.

AD SECVNDVM dicendum, quod infirmitas carnis ad fomitem pertinens, est quidem in sanctis uiris perfectæ uirtutis occasio, non tamen causa sine qua perfectio haberi nõ possit. Sufficit autem in beata Virgine ponere perfectam virtutem ex abundantia gratiæ, nec oportet in ea ponere omnem occasionem perfectionis.

AD TERTIVM dicendum, quòd Spiritussanctus in beata Virgine duplicem purgationem fecit, vnam quidem, quasi præparatoriã ad Christi conceptionem, quæ non fuit ab aliqua impuritate culpæ, vel fomitis, sed mentem eius magis in unum colligens, & a multitudine sustollens. Nam & angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inuenitur, vt Dionis. *dicit 6. c. Eccle. Hierar. Aliam uero purgationem operatus est in ea Spiritussanctus mediante cõceptione Christi, quæ est Spiritussancti opus. Et secũdum hoc potest dici, quod purgauit eam totaliter a fomite.

* c. 6. p. 3. a med.

AR-

tractione peccati originalis. Dictum est enim supra (art. 2. in qõ. cum R. ante primum argum.): quòd data illa præseruatione, remanebat adhuc ex parte carnis infectio; licet non potuisset de facto inficere anima gratia uestitam sibi primo aduenientem. Ac si dicatur ex notioribus nobis: quid in cloacis adhærentes remanẽt immunditiæ; cum tamen radium solis sup se uenientem & manẽtem neq; inficiant, neque inficere possint; & hoc excellentissima natura solis, ne. s. per tantarum immunditiarũ consortium inficiatur, faciente & conseruante. Quia igitur præseruatio illa ab originali non faciebat, quod caro non remaneret infecta, sed tantum quod anima ei adueniens ex eius consortio non cõtrahebat infectionem: ideo fomes, etiam præseruatione data, remanere poterat. Vnde si in articulo præcedẽti cõcessa fuisset talis præseruatio, iste articulus adhuc nõ esset superfluus: sed rationabiliter, secũdum ordinem doctrinæ, inquireret; an fomes in B. Virgine præseruata remansisset.

¶ CONCL. 2. In cõceptiõe carnis Christi, in qua primo debuit refulgere omnimoda peccati immunitas, credendum est; quod ex prole redundauerit in matrem hoc. s. quod totaliter ab ea fomes subtraheretur.

¶ PROB. Quia figura posita Ezech. 43. id, quod dicit conclusio, significat.

¶ NOT. Quod ex figuris antiqui testamenti liceat ad figurata argumentari, aliquid. s. de figuratis ex illis efficaciter concludendo, docet Concilium Hispalense 2. per hoc: quod ex maioritate Aaronis supra sacerdotes figurales infert maioritatem pontificum ab Aarone figuratorũ supra cæteros sacerdotes noui testamenti. Vide hoc concilium recitatum a Veritatibus aureis super totam Legem veterem, in Leuit. 8. conclu. 2. circa finem. Quod verò ex prole redundantia pmissa processerit in matrem; non mirum, immo valde rõni consentaneum est; & a fortiori deductum recte ex sequentib. si enim ex præsentia Christi adhuc in vtero B. Virginis clausi redundat tãta gratiæ eius in Ioannem in ventre matris Elisabeth existentem (vt vere, secundum Luc. 1. redundat): quantã redundantiam processisse credemus ex præsentia Christi in utero virginali in suã Virginẽ matrem? Rursum. Si, repleto spiritusancto Ioanne puerulo, repletur quasi ex quadam redundantia mater Elisabeth: quid redundãtiæ factum esse dicemus ex plenissimo omnium gratiarum fonte, corporaliter et intra uiscera materna præsente, in B. Virginem suam genitricem? Vnde B. Ambrosius, tanquam hæc omnia in fauorẽ conclusionis huius dicta declarans atque confirmans, ait super Luc. cap. 1. Exultauit (inquit) infans in vtero meo. Exultauit infans; repleta est mater. Non prius mater repleta, quam filius; sed cum filius esset spiritusancto repletus repleuit & matrem. Exultauit Ioannes; exultauit & Mariæ spiritus. Exultante Ioanne, repletur Elisabeth. Mariam tamen non repleri spiritu, sed spiritũ eius exultare, cognouimus. Incompræhensibilis enim incomprænsibiliter operabatur in matre. Hæc ibi.

¶ Cu-

¶ COROLL. Beata igitur virgo in, & post conceptionẽ, qua cõcepit filium suũ, ita a fomite totaliter liberata fuit per eundẽ filium: vt nullum vnquã deinde habuerit motum appetitus sensitiui, qui non fuerit præordinatus a recta ratione. Hoc. n. est fomitẽ quantum ad essentiam fuisse totaliter ex ipsa sublatum: vt patet cõsideranti notationẽ primam post conclu. 1. prob. Inferiores namq; vires in ea, munere filii sui, factæ sunt omnino subiectæ rationi: quæ vsque ad tempus illud subiectæ quidem fuerant, inquantum nunquam contra rationẽ, nec leuiter, insurgebant; sed non omnino, inquantum aliquando absque præordinatione rationis mouebantur. En quantum differunt ab inuicem ligatio fomitis, & eiusdem totalis, idest secundum substantiam ablatio.

1m maior. Sicut pęna originalis peccati est fomes; ita pęna origin. peccati est mors, & cæteræ pęnalit. corporales. R. Cum hac tamen differẽtia: quod fomes de se inclinat ad peccatum, mors autem & huiusmodi pœnalitates, &c. vt in tex. Ex quo uide, quam remotissima fuerit a peccatis Beata Virgo: cum nec ullam inclinationem habuerit ad peccatum: siue ante conceptionẽ Christi per ligationem fomitis (vt dixit cõcl. 1.) siue post eius conceptũ per fomitis ablationẽ (vt dixit cõcl. 2.) Hinc videbis: quam rectissime determinet in art. 4. quod ipsa semper vixit sine peccato actuali, etiam ueniali.

2m de minori. Quod pertinet ad perfectionem uirtutis. R. Tanquam vera causa ipsius perfectionis. §. Tunc nihil, &c. Nam in B. Virgine fuit uera perfectionis causa, scilicet abundantia gratiæ: licet in ea non fuerit omnis occasio perfectionis, puta fomes. Textus hic, pro quanto fomitem dicit esse in sanctis occasionem uirtutis, declaratur & confirmatur ex Concilio Trident. sess. 5. dicente. Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta synodus fatetur & sentit. Quæ, cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed uiriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus, non ualet; quinimmò, qui legitime certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod uerè & propriè in renatis peccatum sit: sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit; anathema sit. Hæc ibi. Ex quibus vltima sententia fit ad declarationem, simulque confirmationem, textus ad primum.

3m minor. Quod non potest intelligi, nisi de purgatione a fomite. R. Negatur. §. Sed ne intelligitur de purgatione a peccato: vt dicit probatio subiuncta, scilicet ly nam peccatum non fecit. Purgatio enim a Damasceno adducta, cum sit ante conceptionem filii Dei, fuit præparatoria ad eius conceptionem; non quidem per ablationem culpæ, vel fomitis (vt putat argumentum,) sed per collectionem

mentis

mentis Beatæ Virginis magis in unum, similem purgationi sanctorum Angelorum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem a fortiori interimas heresim Raymundi Lulli dicentis (vt refert Directorium inquisit. par. 2. q. 9.); quod uoluntas Mariæ fuit aliquando actu suo contra iustitiam stulta, & inobediens; quando, scilicet non dilexit mortem filii sui. Per hoc enim quod articulus iste mōstrat: beatam virginem nunquam habuisse fomitem actualiter furentē, sed aut ligatum, aut omnino ablatum, patet: q simul multo magis commonstrat, eam nullam habuisse vnquam actualem iniustitiā; eam nunquam in actibus voluntatis suæ fuisse stultam, aut inobedientem. Si enim inclinationem ad peccandum nunquam vel minimam habuit, id quod articulus hic negando in ea fomitem docet; quomodo non restat ex hoc eodem articulo firmissimum; q actualem iniustitiam, stultitiam, aut inobedientiam, nunquam habuit? Porro ad arcendum illum ignorantiæ scrupulum Raymundi, quòd, s. Maria non potuerit sine iniustitia velle suum filium
a non mori; vide a simili q. 18. ar. 5. & 1. q. 2. q. 19. art. 10. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hæresim illam merito dānari a Concilio Trident. per hoc, quod dicit sess. 6. canon. 23. Beatam virginem semper fuisse sine peccato etiam veniali; & contrarium anathematizat; in hæc verba. Si quis hominem semel iustificatum dixerit posse in tota uita peccata omnia etiam uenialia uitare, nisi ex speciali Dei priuilegio; quemadmodum de beata uirgine tenet Ecclesia: anathema sit. Hec ibi. Item damnari a B. Ambrosio in lib. 2. de virginibus, sit uobis, tanquam in imagine, descripta virginitas, vitaque beatæ Mariæ de qua, uelut speculo, refulget species castitatis, & forma uirtutis. Erat illa uirgo non solum corpore, sed etiam mente: quæ nullo doli ambitu syncerum adulteraret affectum. corde humilis, verbis grauis, animo prudens. Nihil toruum in oculis, nihil in uerbis procax, nihil in actu inuerecūdum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non uox petulantior: vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. & infra. Talem hanc Euangelista monstrauit; talē Angelus reperit; talem Spiritussanctus elegit. Hæc ibi. Quæ tu per te ipsum, pro quanto opus est, applicabis contra Raymundum. Itē merito damnari a B. Hieronymo in sermone de assumpt. B Virginis. Quicquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas; totū veritas, & gratia fuit; totum misericordia, & iustitia. Immaculata autem dicitur: quia in nullo corrupta fuit. Quam si diligentius inspicias; nihil uirtutis, nihil speciositatis, nihil est candoris, & gloriæ, quod ex ea non resplendeat. Hæc ibi. Item merito damnari a B. Bernardo in sermo. Iure quoque Maria sole perhibetur amicta, quæ luci illi inaccessibili uidetur immersa; nec luminatum esse; sed operiri magis, & circunfundi. & tanquam ipso igne conclusi. Candidissimus sane, sed & calidissimus amictus: cui omnia tam excellenter irradiata noscuntur: vt nihil in ea tenebrosum, vel subobscurum saltem, vel minus lucidum, sed nec tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum, liceat suspicari. Hæc ibi. Ex quibus dic: si nihil in ea non lucidum, non tepidum, non feruentissimum, licet suspicari: quantā damnationem meretur Raymundus Lullus ex eo, quod in ea iniustitiam, stultitiā, inobedientiam, suspicari nō erubuit? Item merito reprobari a Papa Gregorio XI. per hoc; q (vt refert Directorium inquisit. vbi supra) ipse in Consistorio, & de consilio fratrum suorum, interdixit & condemnauit doctrinā cuiusdam Raymundi Lulli. (Hic est ille) Catalani mercatoris de ciuitate Maioricarum oriundi, laici, phantastici, imperiti; qui quāplures libros ediderat in vulgari Catalonico, quia grammaticam ignorabat. Quo in loco ex quingentis erroribus centum recensentur. De isto Raymundo etiam R. P. Fr. Bernardus Lutzemb. dicit, quod multa edidit opuscula hæreseos crimine vndequaque referta, vulgari sermone Catalonico scripta; quā doctrinam, haud dubium est, eum habuisse a diabolo: licet ille asserat, in quodam monte a Christo sibi apparente in specie crucifixi illam didicisse. Quæ omnia Petrus Terraconsis & Nicolaus Eymericus ordinis prædicatorum sententia sua condemnarunt. In quibus voluminibus plus quam quingenti errores sunt reperti. Nec obstat uel minimum prædicta sua iactantia quoniam (inquit idem Reuerendus pater) est hæreticorum proprium, sibi Deum sæpe imaginaliter fingere; quem intueri spiritualiter nequeunt. Errorem autē prædictum in principio appendicis non uocassem hæresim; nisi, præter has omnes damnationes phantasiarum Raymundi, uidissem ab Ecclesia & catholica speciatim teneri contrarium in canone Concilij Trident. supra adducti, scilicet quod B. virgo nunquā peccauit actualiter, nec peccato veniali quidē. Tertio uides: b
quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus recolentibus fomitis rationem ex dictis in præcedentibus: est enim fomes appetitus sensitiui deordinatio ex subtractione originalis iustitiæ de statuti, qua deordinatione caro concupiscit aduersus spiritum.

¶ In corpore art. duo fiunt. Primo, recitantur quatuor opiniones circa quæsitum, deinde singulæ examinantur, & sola quarta approbatur, sicq; respondetur quæsito.

Quo ad primum opiniones patent, prima quod totaliter ablatus, secunda quod ablatus, quantum ad pronitatem in malum non autem quantum ad difficultatem in bonum: tertia: quod ablatus quantum ad personam, non quantum ad naturam; quarta quod remanet secundum essentiam ligatus quo ad actum. Et hæc quarta videtur coincidere cum secūda opinione posita a Magistro Sēt. in 3. dist. tertiis sent. Duas tantum ibi ponit, scilicet primam, & quartam sub aliis uerbis, vide ibi.

¶ Quo ad secundum, examinatur primo, secunda opinio dicēs, quod fomes remansit quo ad difficultatem ad bonum, sed nō quo ad pronitatem ad malum. Contra quam obiicitur sic, Fomes est inordinata habitualis concupiscentia appetitus sensitiui, & inordinatio hæc attenditur penes repugnantiam ad rationem. ergo ponere quod remanserit. & non inquantum inclinat ad malum, est ponere duo opposita: Et tenet sequela, quia repugnantia ad rationē in appetitu est inquantum inclinat ad malum, uel difficultat in bono.

¶ Circa hanc rationem duo sunt dubia, alterum commune, qualiter fomes sit inordinata concupiscentia habitualis, cum nullus sit habitus malus in prole, quia nec acquisitus nec infusus: alterum proprium huic intento: quia hæc ratio non uidetur efficax, quoniam inordinata concupiscentia (vt litera testatur) habet duos effectus sub disiunctione, vel inclinare ad malum, vel difficultare ad bonum, & positiu contraria dicit, quòd fomes manet cum vno tantum illorum effectuum. Auctor autem ex positione causæ habentis plures effectus. s. inordinatæ concupiscentiæ naturæ, habere vtrumque dictorum effectuum infert positionem vtriusque effectus, quod constat non licere ex 2. Polit. sed ecōuerso: ex quolibet enim effectu communis causæ potest inferri causa, sed ex positione communis causæ non potest inferri determinate ille effectus, vt in litera fit, dū ex inordinata cōcupiscētia infert pronitas ad malū, & non solū difficultas ad bonum, quā opinio illa ponebat.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd concupiscentia habitualis dicitur non quia sit habitus, sed quia est priuatio habitus: priuatio enim ad genus sui oppositi spectat: non homo. n. ad substantiam, & non album ad quale reducitur, est siquidem appetitus sensitiuus humanus priuatus gratia habituali originalis iustitiæ, qua promptus suberat rationis ordini destitutus siquidē tali dono dī cōcupiscentia inordinata habitualis: quia sic est etiam si nihil actualiter concupiscat.

¶ Ad secūdum dubium dicitur dupliciter, Primo quod doctrina Arist. loquitur de causa communi ad disparatos effectus, non autem de causa communi effectuum mutuo se inferentium, quales sunt isti. Nam pronitas ad malum difficilem facit bonum, & difficultas ad bonum, pronum monstrat animum ad malum, nisi enim animus inclinaretur contrarium bono rationis, non esset difficilis ad bonum: sicut si corpus non inclinaretur ad motum deorsum, non difficultaretur ad ascendendum. Et similiter ex hoc, q inclinatur ad bonum sensibile contrarium bono rationis, prouenit quod difficultatem patitur ad motum secundum rationem in bonum, Nullus ergo error, nulla debilitas in processu hoc literæ est, secundo dici potest, quod licet ex positione causæ communis non possit determinate inferri positio alterius determinate effectus, vel positio vtriusque simul, potest tamen inferri potentia ad alterum determinate, & ad vtrumque simul, quia ex hoc ipso q causa communis est vtrique, in potentia habet vtrumque, ac per hoc licuit Auctori ex hoc quod fomes est concupiscentia cōtraria rationi habitualiter inferre, quod fomes necessario est inclinatiuus ad malum, & difficultatiuus in bono, & non intulit q actualiter inclinaret ad malum: ipsa siquidem inordinatio, quia rationi contraria, sonat pronitatem ad malum non actualem, sed habitualem, ut declaratum est. Et propterea recte illatum est, quod duo simul ponuntur contraria, dum ponitur fomes, & negatur habitualis pronitas ad malum, quia ipsa inordinata cōcupiscētia est pronitas ad malum, quia est contraria rationi. Et hæc responsio magis literam assequitur.

¶ Examinatur deinde tertia opinio, dicens fomitem remansisse quantum ad corruptionem personæ. Contra hanc in litera similiter proceditur, quòd ponat duo opposita simul, arguendo sic, Fomes vt corruptio naturæ est libido transmittens peccatum in prolem: libido autem est supra dicta concupiscentia rationi contraria. ergo fomes vt corruptio naturæ infert seipsum, vt corruptionem personæ. Antecedens est Aug. Altera propositio accipitur, ut per se nota, quia aut est sermo de libidine actuali, & habet

intentum, quia hæc non compatitur liberum rationis vsum: sed de hac non est sermo, quia quantumcunque parentes absque delectatione coirent, proles conciperetur in peccato originali. Si autem est sermo de libidine habituali, vt in ueritate est sermo de illa, constat, quod ipsa non nisi habitualis est concupiscentia inordinata, quam declarauimus. Consequentia autem est per se euidens, quia inordinata concupiscentia, ideo inordinata est, quia contraria rationi habentis illam, ac per hoc ad personale malum habentis illam spectat. Quia igitur inordinata habitualis concupiscentia est ex eadem ratione, & contraria rationi habentis illam, & ex qua transfunditur originale peccatum in prolem, non potest secundum unam, & eandem atomam rationem separari a seipsa, vt maneat in seipsa, & non maneat quicquid sit effectibus.

¶ Post hæc exclusis, secunda, & tertia opinionibus, infertur, primam, aut quartam asserendam. Et examinatur prima, declarando primo, quomodo potest intelligi ista positio & satis plane patet litera quo ad hoc, exemplo Christi, & Adæ. Muniendo secundo hanc opinionem, quia spectat ad dignitatem beatæ Virginis obiiciendo tertio contra illam, quia derogat dignitati Christi, quia prima caro sancta debuit esse caro Christi. Affertur autem in litera ratio talis Absque uirtute Christi nullus a prima damnatione liberatur. ergo ante incarnationem Christi nullus secundum carnem debuit a prima damnatione liberari. Consequētia probatur, quia in Christi carne debuit primo apparere immunitas a damnatione. Et confirmatur a simili, de immortalitate carnis.

¶ Aduerte hic quod Auctor posito antecedente, aduersatiuam apponit adiuuantem consequentiam, dicens: & quamuis per spiritualem fidem Christi aliqui sint secundum Spiritum ab illa damnatione ante Christi incarnationem liberati, tamen, &c. Vbi ex dissimili effectu salutis carnalis, & Spiritualis a Christo, dum causam tangit, s. secundum spiritum, & secundum carnem consequentiam probat. Consentaneum quippe rationi est, vt sicut salus spiritus per spiritualem modum fit (per fidem, scilicet quæ est etiam futurorum) ita salus carnis carnaliter quoque fiat, ac per hoc a prima carne sancta suapte natura, qualis est procul dubio secundum omnes sola Christi caro, de qua sola scriptum est, Quod ex te nascetur sanctum. videre etiam potes quam consona ratio allata sit, tū, vt primum in unoquoque genere sit causa aliorum, tum, ut principium, & consummatio rei correspondeant sibi, salus carnis consummatur per immortalitatem, inchoatur per sanctitatem eiusdē carnis. Et quia constat primam carnem immortalem fuisse carnem Christi (quia ipse est primogenitus mortuorum) consonum est, ut eius caro fuerit etiam prima caro sancta: sanctitas autem carnis penes munditiam, seu immunitatem a fomite, qui lex carnis dicitur. attenditur, non igitur inuenta est caro sine fomite ante Christi carnem, si primus locus Christo reseruatus est, sicut reseruari decuit. Et memento lector, vt in istiusmodi quæstionibus non quæras rationes mathematicas: indisciplinati enim est ingenii, quærere similem in omni materia certitudinem, rationabilē hic sufficit inferre conclusionem.

¶ Demum quarta opinio approbatur, quam primo ponit, dicēs quod remansit fomes secundum essentiam, ligatus quo ad exercitium, seu operationem vsq; ad conceptionem filii Dei, in qua fuit totaliter sublatus. Secundo declarat modum quo ligatus fuit, vbi tres modos tangit, scilicet per dominium liberi arbitrii, per gratiam habitualem, per diuinæ prouidentiæ assistentiam. Et primum modum excludit eadem ratione, quia priuilegium singulariter Christi est usum liberi arbitrii in materno vtero habere. Secundum modum approbat, quem declarauerat examinando primam opinionem vltimo improbatam, tertium autem modum magnificat. Tertio declarat ultimam conclusionis partem, tum quia in conceptione Christi iam apparuit immunitas primo in carne Christi, ac per hoc absque ulla derogatione priuilegiorum Christi, dignitas matris tunc poni potest, vt gratiam habuerit totaliter auferentem fomitem, tū quia figurate auctoritas Ezec. fauet.

¶ Circa primum modum uinculi quo ligatur fomes, scilicet per imperium liberi arbitrii, pro quanto dicitur Christi priuilegium, scito quod dupliciter contingit haberi vsum liberi arbitrii in materno vtero. Primo, ab initio conceptionis, seu infusionis animæ, & deinceps semper, & hoc est priuilegium Christi, & hoc negatur cuiquam alteri cessum. Et per hanc negationem sufficienter probatur fomitem in beata Virgine non esse ligatum per liberum arbitrium, quia fomitem ab initio habuit, & continue: liberi autē arbitrii usum non habuit ab initio, & deinceps, quia hoc est Christi priuilegium. Secundo, contingit ex speciali gratia ad aliquem actum, vt de Ioanne Baptista potest credi cū exultauit in gaudio infans in vtero: gaudere enim motus est appetitiuæ partis, & gaudere de spiritualibus motus est appetitus superioris, qui uocatur uoluntas: constat autem Ioannis gaudium non de re sensibili, sed de Christi aduentu fuisse, & exultasse in gaudio: verum post actum illum Ioannes sanctus perseuerauit, licet non cum vsu liberi arbitrii. Sicut, & miraculose quandoque legitur præstitus vsus loquendi ad aliquem actum aliquibus infantibus, qui tamen nesciebant propterea postea loqui, sed erant sicut alii infantes, vt patet in gestis Apostolorum Simeonis & Iudæ, & Faustini, & Simplicij, & Beatricis.

¶ Circa magnificationem tertii modi, quo fomes ligatus perfectius ponitur per diuinam prouidētiam aduerte quod dupliciter exponi potest illud comparatiuum perfectius. Primo, vt denotet solam additionem maioris perfectionis, ita quod perfectioni interiori superaddatur perfectio ab exteriori prohibente, sicut si diceremus quod fons aquæ est frigidus ab intrinseca qualitate, & perfectius ab extrinseco concauo monte prohibente solam calefacientem. Et hic sensus caret scrupulo, quoniam constat fomitem perfectius ligari ex gratia intrinseca, & prouidentia extrinseca prohibente inordinationem fieri, quam ex gratia intrinseca tantū. Alio modo potest exponi, vt comparationem faciat ad secundum modum uinculi, vt sit sensus, quod fomes perfectius ligabatur per diuinam prouidentiam, quam per interiorem sanctificationem: & hic sensus non caret ambiguitate, quoniam efficatius, ac nobilius refrenatur inclinatio interior ab intus, quam ab extra, fomes autem interior, quædam est inclinatio aduersus rationem. Sed si diligentius perspexerimus, inuenimus oppositum: aliud quippe est loqui de fomite in seipso, & aliud de actibus eius. Fomes ipse, cū inclinatio habitualis sit, optime, ac proprissime per habitum curatur, ac tollitur, sed actus ipse cum præter, ac contra infusum habitum exerceri possit ex ipsa habituali inclinatione impellente, requirit ad hoc vt inobliquabilis sit, manente interiori inclinatione, ad exteriorem curam, quæ ad ea, quæ intus, & ad ea, quæ extra sunt, se efficacissime extēdat. Et propterea manente in beata Virgine fomite (vt supponitur) efficacius retentiuum actuum ipsius ponitur diuina prouidentia ad interiora, & exteriora se extendēs infallibiliter, quam gratia interioris sanctitatis non tollens tamen fomitem, quia huiusmodi gratia reliquit locum actuali vsui præter gratiam, vt patet in Ioann. Bapt. Hieremia, & Apostolis confirmatis uirtute ex alto. Et quamuis nobilius esset simpliciter ab intrinseco non posse exorbitare, quam ab extrinseco, non est tamen nobilius inter possibilia in tali statu, scilicet manentis fomitis. Et loquitur de possibili s̄m diuinā sapientiā suauiter omnia disponentem, quæ vocatur potentia ordinata ligatus est ergo beatæ Virginis fomes vsq; ad conceptionem filii: & per gratiam sanctificationis relinquentem fomitis essentiam, & dominantem exercitio (vt habitualis gratia uiatorum præsidere consueuit subiectione exorbiter in actu) & per diuinam prouidentiam perfectius, vt plene, ac infallibiliter præsidentem, ne actus exorbiter. Et hæc expositio est tanto Auctore dignior, quanto subtilior & diuersitatem in litera positam modum ligandi, & comparationem proprie penetrat, & ab ipso Auctore in sequenti articulo in responsione ad primum haberi potest.

Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, vt nunquam peccaret.

155 SVP. Q. XXVII. ART. IIII.

3. d. 3. q. 2. art. 3. & d. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. cor. Et 4. d. 6. q. 1. ar. 1. q. 2. corp. Et op. 3. cap. 258. & 232 Et op. 6. c. 6. pen. col. 2. Et opusc. 60. ca. 3.

CONCL. Simpliciter fatendum est: quod beata virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec ueniale. *

¶ PROB. Quia non est dubitandum, quod Deus per gratiam suā beatam virginem reddidit idoneam ad hoc, vt esset mater suipsius, idest Dei (vt patet ex vniuersali regula, scilicet quod illos, quos Deus ad aliquid, &c. vt in tex. fundato super 2. Corinth. 3.): Et beata virgo nō fuisset idonea mater Dei, si aliquando actualiter peccasset (vt patet ex triplici ratione, in tex.)

¶ COROLL. Ex finali texto adducente authoritatem Canticorū 4 Tota pulchra, &c. & ex ar. 3. adducente eādem in argum. contr. & ex

* ar. præce.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod per sanctificationem in utero non fuerit beata Virgo præseruata ab omni peccato actuali. Quia ut dictum est, * post primam sanctificationem fomes peccati remansit in Virgine. Motus autem fomitis etiam si rationem præueniat, est peccatum ueniale, licet leuissimum, vt Aug. dicit in lib. de Trinit. * ergo in beata Virgine fuit aliquod peccatum veniale.

¶ 2 Præt. Super illud Luc. 2. Tuam ipsius animam pertrāsibit gladius, dicit Aug. * in li. qq. Veteris, & noui Testamenti, quod beata virgo in morte domini, stupore quodam dubitauit. Sed dubitare de fide, peccatum est. * ergo beata Virgo nō fuit præseruata immunis ab omni peccato.

¶ 3 Præt. Chrys. super Matth. expo-

* c. 12. t. 3.

* in q. ex no. test. q. 73. circa med. to. 4.

* hom. 45. in Matth. to. 2.

nens illud, Ecce, mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, dicit, Manifestum est, quod solũ ex vana gloria hoc faciebant. Et Ioan. 2. super illud, Vinum non habent, dicit idem Chrysost.* quod uolebat illis gratiam conciliare, & seipsam clariorem facere, per Filium, & fortassis quid humanum patiebatur, quemadmodum & fratres eius dicentes, Manifesta teipsum mundo. Et post pauca subdit, Nondum enim quam oportebat, de eo opinionem habebat: quod totum constat esse peccatum. ergo beata virgo nõ fuit præseruata immunis ab omni peccato.

SED CONTRA est, quòd August.* dicit in lib. de Natura, & gratia, De sancta virgine Maria, ꝓpter honorem Christi, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem: inde enim scimus, ꝙ ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatũ, quòd concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.

RESP. Dicendum, quòd illos, quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat, & disponit, vt ad id, ad quod eliguntur, inueniantur idonei, secundum illud secundæ ad Corin. 3. Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, vt esset mater Dei, & ideo non est dubitandum quòd Deus per suam gratiam eã ad hoc idoneam reddidit, secundum quòd Angelus ad eam dicit, inuenisti gratiam apud Deum, ecce concipies, &c. Non autem fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando: tum, quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud Prou. 17. Gloria filiorum, patres eorum, vnde, & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset: tum etiã, quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. dicitur autem secundæ ad Corinth. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? tum etiã, quia singulari modo Dei filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitauit, non solum in anima, sed etiam in utero. dicitur autẽ Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et ideo simpliciter fatendum est, quod beata Virgo nullum actuale peccatũ commisit, nec mortale, nec ueniale, vt sic in ea impleatur quod dicitur Cãt. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in beata Virgine post sanctificationem in utero, remansit quidem fomes peccati, sed ligatus, ne, scilicet prorumperet in aliquem motũ inordinatum, qui rationem præueniret. Et licet ad hoc operaretur gratia sanctificationis, non tamen ad hoc sufficiebat, alioquin uirtute illius gratiæ hoc ei fuisset præstitum, vt nullus motus posset esse in sensualitate eius, nisi ratione præuentus, & sic fomitem non habuisset, quod est contra supradicta.* Vnde oportet dicere, quòd complementum illius ligationis fuit ex diuina prouidentia, quæ non permittebat aliquem motum inordinatum ex fomite prouenire.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illud verbum Simeonis, Origenes, & quidam alii doctores exponunt de dolore, quem passa est in Christi passione. Ambros.* autem per gladium dicit significari prudentiam Mariæ, non ignaram mysterii cœlestis: viuum est enim uerbũ Dei, & validum, & acutius omni gladio acutissimo. Quidam vero per gladium dubitationem intelligunt, quæ tamen non est intelligenda dubitatio infidelitatis, sed admirationis, & discussionis, dicit enim Basilius in Episto. ad Oprimum, ꝙ beata Virgo assistens cruci, & aspiciens singula, post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinæ conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat, ex una, s. parte vidẽs eum pati abiecta, & ex alia parte considerans eius mirifica.

AD TERTIVM dicendum, quòd in verbis illis Chrysostom* excessit: possunt tamen exponi, ut intelligatur in ea Dominum cohibuisse non inordinatum inanis gloriæ motum quantum ad ipsam, sed id, quod ab aliis posset æstimari.

AR-

ex art. 2. adducẽte eandem in argum. 2. cui negatiuè quasi extra propositum ibi allegatæ respondetur virtualiter (vt prudens per se videbit); Ex his, inquam locis patet; quod authoritas illa specialiter applicata B. virgini, tanquam præcipue parti Ecclesiæ, cui adhæreant talia in Cãticis dicuntur, denotat ipsam beatam virginem sine actuali macula peccati semper vixisse, & fomitem, i. inclinationem ad peccandum nũquam habuisse; non autem, eandem virginem maculam originalẽ nõ contraxisse, nisi forte modo ibi ar. 2. declarato. Authoritas ergo illa de macula originali, secundum D. Thomã, nec loquitur, nec intelligitur; sed de fomite ex originali macula relicto, & de actualibus peccatis.

1ᵐ de maiori.

Remansit. R. Ligatus. §. Tunc nihil, &c. Nam ex illa ligatione fiebat, quod motus fomitis inordinatus non insurgebat vnquam in B. virgine, & consequenter ꝙ nullus inordinatus præueniebat suam rationem: licet quandoque in ipsa daretur motus sensualitatis, qui a ratione non erat præordinatus. Aliud est. n. motum sensualitatis inordinatum. i. exorbitantem a ratione præuenire rationem: aliud uerò est motum sensualitatis, hoc est appetitus sensitiui, præuenire rationem. De illo primo motu loquitur B. Augustinus, & talis nunquam in B. virgine fuit: de isto autem secundo nõ loquitur ibi, & talis aliquando. i. ante conceptionẽ filij in ipsa fuit. Non enim omnis motus appetitus sensitiui non præordinatus a ratione est peccatũ, nec etiam ueniale; nisi sit a ratione exorbitans: vt patet cõsideranti. 1. q. 81. ar. 1. 2. 3. Pro dictorum de fomite B virginis captu meliori, vide supra ar. 3. cum Eluci.

2ᵐ ex D. Aug.

Dubitanit. R. Dubitatione admirationis. §. Tunc nihil, &c. Nam minor est extra propositum: cum loquatur de dubitare dubitatione infidelitatis. De dubitationibus his, uide 2. 2. q. 2. ar. 7. ad secundum in Eluc. Pro nũc fecto; quod dubitatio admirationis dicit & magnam de re sibi proposita certitudinem, & simul cum ipsa certitudine attẽtam de eadem re discussionem. Hæc autem coniunctim accepta importãt maximam contemplationem ac deuotionem. Vnde sanctus Bernardus de ista dubitatione admirationis, in lib. de consideratione dicit; quod prima contemplatio est admiratio maiestatis. Sed & eandem dubitationem admirationis tetigit Luc. 3. Maria conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et hæc est illa collatio,

latio, quam intendit D. Basilius in textu adductus exprimere per ly animo fluctuabat, ex una, scilicet: parte, &c. Vnde per fluctuationem illam nihil aliud intelligit: nisi admiratiuam rerum ad res collationem in corde fidelissimæ ac deuotiss. B. Virginis cum rerum ipsarum maxima certitudine, non superficietenus, sed profundissima attentione, consideratione, & contemplatione, factam. Vt interim sileamus, animũ ipsius maximis tunc fluctuasse, i. agitatum esse, sensibus doloribus.

3ᵐ illatio conclusionis.

Ergo beata virgo, &c. R. Negat illatio. §. Procedit. n. ex authoritatib. Chrysostomi, quæ non tenentur ab Ecclesia, inquantũ de beata virgine important quid in moribus sinistrũ. Quinimmo eisdem, pro hac parte, expresse ipsa Ecclesia cõtradicit: vt patet ex Cõcilio Trident. sessio. 6. can. 23. Vbi autem Ecclesia loquitur, quibuscunque doctoribus præualet (ex 2. 2. q. 10. art. 12). Doctorum namq; omnium magistra est ecclesia, vnde ipsam doctor quilibet, etiam sanctus, sequi debet; non ipsa doctorem: a qua & quiuis doctorum sanctorum siue uiuus, siue mortuus, censurari debita cum reuerentia expectat, non autẽ ẽ contra. Nemo. n. iudicabit primam sedem: quoniã omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; a regib. neque a populo iudex iudicabitur. Hęc B Syluester in Concilio Romano intra thermas Domitianas, seu Traianas celebrato canon. 20. Quæ tu canonis dicta proportionaliter applica ad pręsentem materiam de doctoribus respectu ecclesiæ.

¶ EXAM. 1. Ly possunt tamen exponi, &c. Hoc est. Chrysostom* locutus est sic: vt ostenderet dispositionẽ aliorum tunc astantium. quid scilicet potuerint probabiliter æstimare circa B. virginem: non autem, ut ostenderet dispositionem beatę virginis in seipsa, quomodo. s. tunc se in animo habuerit, secundũ rei veritatem. Ac si aperte diceretur. Astantes videndo, quod Christus excellentissime prædicabat, miraculumq; de aqua in uinum faciebat, & cognoscendo, ꝙ B. Maria tum ad prædicationem, tum ad miraculum præsens erat mater Christi, poterat probabiliter (id est faciliter, secũdum morem humanum) æstimare; quod ipsa mater ex auditis ac visis, tam mirandis operibus filij sui conciperet aliquam uanã gloriam (vt de multis matribus respectu talium filiorum suorũ accidere solet): licet ipsa beata uirgo nullum in rei ueritate talẽ inordinatum

*Hom. 20. in Ioã. circa med. illius to. 3.

*c. 36. ante med. to. 7.

* In cor. & art. præce. Regula vniuersalissima.

*Ho. 18. in Luc. in medio, & decẽps. to. 3.

*Amb. lec. 2. in Luc. in c. cuius titu. est de Simeone & Annet. tom. 5.

dinatum motum in se tunc habuerit. Exemplum sit de Simone Pharisæo, qui æstimauit Christum non esse prophetam, & Magdalenam esse tunc peccatricem, Luc. 7. cum tamen neutrum esset verum.

¶ Exam. 2. Ly Nondum enim quam oportebat, de eo opinionem habebat. Si dicatur in singulari ly habebat, referendo ad beatam virginem; tunc non uideo, quomodo, salua Ecclesiæ definitione de puritate beatæ virginis ab omni peccato actuali, possit reduci ad bonum sensum Chrysost. nisi imbecillitati humanæ compatiendo dixerimus; hoc suum dictum error est, ab eo sub correctione Ecclesiæ ex infirmitate prolatum: Quandoque enim bonus dormitat Homerus. Si vero dicatur in plurali ly habebant, referendo solum ad fratres. i. ad cognatos, seu affines Christi: tunc nulli dubium est, quod non habebant eam, quam oportebat, opinionem de Christo; dicente Euangelista Ioan. 7. Neque enim fratres eius credebant in eum. Sed tamen tunc extra propositum adduceretur dictum hoc Chrysost. ab argumento: vt patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis, Concilio, & August. quod B. virgo nullam unquam actualem culpam incurrit. A D. Augustino quidem vt in argum. contr. Vbi nota: quod ly propter honorem Christi, designatur; D. Augustinum loquutum ibi fuisse de peccatis actualibus magis, quam de originali. Nam qui B. virginem originale peccatum contraxisse ponunt, quibus & annumeratur August. Psal. 34. item lib. 2. de baptis. paruulorum, item lib. 10. super Genes. hi propter honorem Christi, vt scilicet sit redemptor vniuersalis, ad hoc ponendum inducti uidentur. vide ar. 2. cum Elucid. ad longum. A Concilio autem Trident. sess. 6. cano. 23. vt recitatur supra art. 3. appen. Et scito: quod hæresis ibi recitata, & damnata, potest etiam condemnari per rationem præsentis articuli. A scripturis verò Luc. 11. Beatus venter, qui te portauit, &c. Quinimmo beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Ac si aperte dicat. Plus est beata mater mea ex hoc, quod mandata Dei audita plenissime custodiuit; quam quòd in ventre me portauit, & vberibus lactauit. Vnde Beda venerabilis ista verba exponens ait. Hoc in loco B. Dei genitricis excellentia commendatur: quia in tanta speculationis custodia domino famulabatur, quod ipsius humilitati, & sanctitati nullus sanctorum comparatur. Beatam igitur esse matrem suam saluator noster prædicauit: quæ verbum Dei audiuit, & supra omnes huius vitæ mortales custodiuit. Hæc ille in homil. Supra omnes autem mortales, quod est plenissime, custodire mandata Dei est, quantum ad declinationem a malo, nullum peccatum actuale, nec etiam veniale, committere in tota uita sua. Nemo enim mortalium ab omni actuali ueniali sic abstinuit vnquam (secundum Concilium sup. & 1. Ioan. 1.): ideoque beata virgo supra omnes homines alios verbum Dei, quo ad elongationem a culpa, tunc dicitur custodisse; quando consideratur, quod ab omni veniali semper immunis fuit. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito. Simpliciter fatendum est, quod beata virgo nullum actuale peccatum commisit. Probatur dupliciter. Primo syllogistice, & satis clare in litera ordinatur primo maior, illos, quos Deus ad aliquid eligit, &c. & hæc probatur auctoritate apostolica ad Cor. deinde Minor, beata virgo diuinitus electa est, vt esset mater Dei, ergo habuit gratiam opportunam ad matrem Dei. Et confirmatur hæc conclusio auctoritate Angeli. Inuenisti gratiam, ecce concipies. Sed non fuisset idonea mater si peccasset (quod tripliciter probatur clare in litera) ergo. Secundo, probatur auctoritate sacræ scripturæ accommodatæ: Tota pulchra es Memento, & hic quicunque legis, suscipere has rationes supra materiam subiectam optimas, vtpote ex sacræ scripturæ auctoritatibus communibus applicatis ad propria beatæ virginis procedentes, quando ex proprijs ad propria desunt.

¶ In responsione ad primum uidere facile potes, quod idem est gratiam sanctificationis sufficere ad tollendum infallibiliter omnem sensualitatis motum præter rationem, & tollere fomitem, & propterea vsque ad conceptionem Christi (in qua gratia abstulit fomitem) non suffecit gratia sanctificans: sed opus fuit diuina prouidentia, vt prius declaratum fuit.

¶ In responsione ad secundum notate garruli prædicatores passionis Christi, tot fœmineos clamores, motus, &c. attribuentes beatæ virgini in dolore passionis. Pensate verba Basilij in litera allata, & percipite ipsam contemplationi admiratiue tunc vacasse, conferendo diuina prius uisa, & sibi certa humanis quæ tunc uidebat, summa infimis, & consequenter affectum cogitationibus consonum secundum rectam rationem habentem, vt condoleret, vt compateretur, eum tam excelsum, tam uilibus, &c. subiectum ex charitate propria pro ipsius matris, & mundi salute prospiceret.

¶ In responsione ad tertium considera reuerentiã, modestiam, sapientiamque tanti doctoris: inuenit Chrysost. in hac materia contrarium August. rationique non clamauit accusando, exaggerando (ut hodie faciunt multi) modestissime dixit, excessit, sapientissime subiunxit uerba ipsa reduci posse ad sanum sensum, quicquid Auctor senserit subijcens. Frequenter enim Auctor sicut in Philosophia Arist. vt Philosophum exponit, quicquid ipse Aristot. senserit, ita in Theologia, doctores vt theologos, quicquid illi auctores senserint, exponere conatur, vt in sano saluentur eorum uerba sensu.

ARTICVLVS V.

Vtrum beata Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

156

3. d. 3. q. 1. ar. 2. q. 3. c. & d. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. c. & opu. 8. & op. 60. c. 3. Et Ioã. 16. & Ro. 8. lib. 3.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod beata virgo per sanctificationem in utero, non obtinuerit gratiæ plenitudinem siue perfectionem. Hoc enim uidetur pertinere ad priuilegium Christi, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum a Patre, plenum gratiæ, & veritatis: sed ea, quæ sunt propria Christi, non sunt alteri attribuenda. ergo beata Virgo plenitudinem gratiarum non accepit in sanctificatione.

* lib. 3. tex. 63. & 64. to. 2.

¶ 2 Præt. Ei, quod est plenum, & perfectum, non restat aliquid addendum, quia perfectum est, cui nihil deest, vt dicitur in tertio Physic.* sed beata virgo postmodum additionem gratiæ suscepit, & quando Christum concepit (dictũ est enim Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te) & iterũ, quando in gloria est assumpta. ergo videtur quod non habuerit in sua prima sanctificatione plenitudinem gratiarũ.

† lib. 1. tex. 62. & li. 2. tex. 58. t. 2.

¶ 3 Præt. Deus non facit aliquid frustra, ut dicitur in 1. de Cœlo: † frustra autem habuisset, quasdam gratias, cum earum vsum numquam exercuerit, non enim legitur, aut docuisse, quod est actus sapientiæ, aut miracula fecisse, quod est actus gratiæ gratis datæ. non igitur habuit plenitudinẽ gratiarum.

SED CONTRA est, quod Angelus ad eam dixit Luc. 1. Aue gratia plena. quod exponens Hier.* in sermone de Assumptione dicit, Bene gratia plena, quia cæteris per partes præstatur, Mariæ vero se totã simul infundit gratiæ plenitudo.

* In so. 1. a prin. serm. tom. 2.

RESP. Dicendum, quod quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij, vnde Dion.* dicit 4. c. Cæl. Hierar. quod angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus diuinis, quã homines, Christus autem est principium gratiæ, secundum diuinitatem auctoritatiuè, secundum humanitatem vero instrumentaliter, vnde, & Ioan. 1. dicitur, Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est: beata autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam, & ideo præ cæteris maiorem debuit a Christo gratiæ plenitudinem obtinere.

* c. 4. ante medium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vnicuique a Deo datur gratia

Medina ar. 5.

SVP. Q. XXVII. ART. V.

COncl. Beata uirgo Maria fuit propinquissima Christo secundum humanitatẽ; quia ex ea accepit humanã naturam: & ideo præ cæteris maiorem debuit a Christo gratiæ plenitudinem obtinere.

¶ Proa. Quia patet ex terminis. Secũda autem pars. s. & ideo, &c. probatur; quia quanto magis aliquid appropinquat alicui principio, tanto magis participat effectũ illius principij (ut patet) Et Christus est principiũ gratiæ (Ioan. 1.)

1m minor. Ea, quæ sunt propria Christi, non sunt alteri attribuenda. R. Eo modo, quo sunt propria

pria Christi. §. Tunc nihil, &c. Plenitudo enim gratiæ attribuitur diuersimode Christo, & beatæ virgini, vt patet in tex. vnde plenitudo gratiæ in beata virgine suo modo accepta non facit: quod plenitudo gratiæ modo alio considerata non sit propria Christo.

2m de maiori. Quod est plenum, & perfectum. ℞. Simpliciter, idest omni plenitudine, & omni perfectione. §. Tunc nihil, &cæt. Nam ideo beatæ virgini facta est perfectionis additio (vt dicit minor.): quia ipsa non erat perfecta simpliciter, sed secundum quid, idest perfectione sibi conueniente pro diuersitate temporum (vt declaratur in tex.). Hinc igitur patere potest: quem sensum habeat articuli conclusio, dum de beatæ virginis perfectione loquitur.

¶Coroll. Ergo per textualem responsionem damnatur illa hæresis, quæ (vt refert Directorium inquisit. 2. par. q. 10.) dicit: quod Maria virgo, nec profecit, nec proficere potuit in gratia; nec aliquid gratiæ in die Pentecostes consecuta fuit. Quam & damnat, pro hæresi, tanquam contra Euangelium existentem, Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te: Item Actu. 2. Repleti sunt omnes spiritusancto. Nam per ly omnes, quoad hoc, intelliguntur nō solum Apostoli, sed etiam aliæ personæ in eodem loco pariter orantes, inter quas erat Maria mater Iesum, ibid. cap. 1. Damnatur & a Veritatibus aureis super Legē Veterem, Numer. 15. conclus. 10.

3m minor. Frustra autem habuisset quasdā gratias. ℞. Negatur. §. Ad probationem ly cū earum vsum nunquam exercuerit, dicitur: & quod est absolute falsa; & quod in sensu, quo uera est, nihil probat. Absolute quidem falsa est; quia beata uirgo gratiarum illarum vsum, secundū quod conueniebat conditioni ipsius, exercuit: vt patet in textu ly sapientiæ enim vsum habuit &c. In sensu autem, quo uera est, nihil probat: quoniam non habere omnem vsum gratiarum habitarum (quod de beata virgine verificatur; vt in tex.) non facit; quod illæ gratiæ habeantur frustra. Sufficit enim, quod rei habitæ aliquis vsus exerceatur ab habente illam, ad hoc: quod illa res non habeatur frustra. Vnde si quis rem habitam non exerceat secundum omnem vsum ipsius rei; hoc non facit, quod res ipsa ab illo habeatur frustra (vt putauit argumentum). Hinc scientia, &c. non sunt nec erunt frustra in patria; licet non habeantur, seu non ordinentur, ad illum vsum, qui nunc est in via: quia tunc ad alium vsum ordinabuntur & habebuntur; id quod sufficit ad excludendū quod illa, vel aliquod illorum, sint frustra.

secundum hoc ad quod eligitur. Et quia Christus inquantum est homo, ad hoc fuit prædestinatus, & electus vt esset filius Dei, in uirtute sanctificandi, hoc fuit sibi proprium, vt haberet talem plenitudinem gratiæ, quod redundaret in omnes, secundum quod dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed beata Virgo Maria tantā gratiæ obtinuit plenitudinem, ut esset propinquissima auctori gratiæ, ita quod eū, qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes deriuaret.

Ad secundum dicendum, quod in rebus naturalibus, primo quidem est perfectio dispositionis, puta cum materia est perfecte ad formam disposita. Secundo autem est perfectio formæ, quæ est potior, nam & ipse calor est perfectior, qui prouenit ex forma ignis, quam ille, qui ad formam ignis disponebat. Tertio autem est perfectio finis: sicut ignis perfectissimè habet proprias qualitates cum ad locum suū peruenerit. Et similiter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quasi dispositiua, per quam reddebatur idonea ad hoc quod esset mater Christi, & hæc fuit perfectio sanctificationis. Secunda autem perfectio gratiæ fuit in beata Virgine ex præsentia filii Dei in eius vtero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria.

Quod autem secunda perfectio sit potior, quam prima, & tertia quam secunda, patet quidem vno modo per liberationem a malo. Nam primo in sua sanctificatione fuit liberata a culpa originali: secundo in conceptione filii Dei, fuit totaliter a fomite mundata: tertio in sui glorificatione fuit liberata etiā ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum. Nam primo in sua sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonum: in conceptione autem filii Dei consummata est eius gratia confirmans eā in bono: in sui vero glorificatione consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

Ad tertium dicendum, quod non est dubitandum, quin beata Virgo acceperit excellenter donū sapientiæ, & gratiam virtutum, & etiam gratiam prophetiæ, non tamen accepit vt haberet omnes vsus harum, & similium gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum quod conueniebat conditioni ipsius. Sapientiæ enim vsum habuit in contemplando, secundum illud Luc. 2. Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Non autem habuit vsum sapientiæ, quantum ad docendum: quia hoc non conueniebat sexui muliebri, secundum illud 1. ad Timoth. 2. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorum autem vsus sibi non competebat dum viueret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis, & ideo soli Christo, & eius discipulis, qui erant baiuli doctrinæ Christi, conueniebat miracula facere. Propter quod etiam de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. quod signum fecit nullum, vt, scilicet omnes Christo intenderent. Vsum autem prophetiæ habuit, vt patet in Cantico, quod fecit. Magnificat anima mea Dominum, &c. AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccl. S.Dei. Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis & Hieronymo, quod per sanctificationem beata uirgo obtinuit gratiæ plenitudinem. A Beato Hieronymo quidem; vt est in argum. contr. A scripturis uero

ru

so per hoc, quod dicitur Luc. 1. Aue gratia plena. Nam de gratiæ plenitudine per sanctificationem habita intelligitur hoc: vt ex sufficienti diuisione habetur. Non enim de plenitudine, seu perfectione, gratiæ habita in conceptione Christi intelligendam est illud Angeli ad beatam virginem dictum: quoniam ipsa virgo nondum conceperat filium, quando hoc sibi dicebatur. Item nec de plenitudine uel in die Pentecostes, vel in sui assumptione, habita intelligi potest illud: vt de se patet. 2 Secundo ex articuli præsentis determinatione exclusum habes errorem Raymundi Lullii: quo D. 383. (vt refert Directorium inquisit. 2. par. q. 9.) dixit; Mariam virginem esse bonam per naturam, & habere proprietatem per seipsam faciendi bonum. Vides enim ex articulo isto Sancti Doctoris: quod hæc scilicet bonitas moralis, & facultas faciendi bonum, conueniunt beatæ uirgini per gratiam; & consequenter neque per naturam, neque per seipsam, neque per proprietatem naturalem. Tota siquidem huiusmodi eius (sicut & aliorum) bonitas, sanctitas, operatio bona, sunt in ea (sicut & in omnibus alijs) ex munere Dei: non autem, secundum hæresim Pelagianam, ex humanis naturæ uiribus. Quia ergo Raymundus Lullius, qui ad istud particulare dictum suum, ad hæresim Pelagij declinat: ideo contra ipsum abundantius condemnandum, articulumque præsentē D. Thomæ plus firmandum (si tamen cuncta ad propositum applicaueris; vt decet) vide primam secundæ articulorum numero 580. 581. 584. 612. cum Elucid. Item secundam secundæ articulorum numero 670. Item primam partem articulorum numero 339. 410. 499. cum Elucid. Item Veritates aureas super totam Legem Veterem, Leuitic. 18. conclusio. 1. & Numer. 34. conclus. 2. & Deuteron. 6. concl. 4.

3 Tertio caue diligenter; ne ex veritate dictorum in præsenti articulo, occasione aliqualiter accepta, incidas in errorem eiusdem Raymundi: quo (vt refert idem Directorium ibid.) dixit; Mariam relaxare culpas, & peccata, & donare virtutes & merita, fidem, spem, & charitatem. Non enim plenitudo gratiarum beatæ uirgini collata se extendit ad hæc: vt habetur ex respon. ad primū, propter differentiam saluandā inter plenitudinem gratiæ Christi, & plenitudinem gratiæ b. virg. Quod si dicas: virginem ipsam ex tali tantaque plenitudine posse præ aliis creaturis omnia illa facere per intercessionem, inquantum. s. per orationes suas præ cæteris Deo acceptissimas talia, scilicet relaxationem culparum, donationē virtutum ac meritorū, nobis obtinet; tunc quidē verū dixisti, sed non ad sensum Raymundi errantis. Contra cuius erroneum sensum (quandoquidem ad Albanenses declinare vr dicentes, Hominem posse ex se dare spūmsanctum) vide. 1. q. 43. ar. 8. cū Eluc. & primam secundæ articul. num. 596. cum Elucid.

4 Quarto uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Certam.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, vt sonat sumatur de plenitudine, vt extéditur ad plenitudinem intensiuam, & extensiuam.

¶ In corpore una est conclusio. Beata Virgo maiorem præ cæteris gratiæ plenitudinem a Christo obtinuit. Probatur. Quanto magis appropinquat aliquid principio in quolibet genere, tanto plus affectum illius participat, sed beata Virgo maxime appropinquauit principio. ergo. Maior ex Dion. Minor probatur quia Christo maxime appropinquauit, qui secundum deitatem auctoritatiue, & secundum humanitatem instrumentaliter est principium gratiæ, quod probatur Ioan. 1. Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est.

¶ Aduerte ergo, quod cum in literæ concluditur beatam Virginé præ cæteris gratiam habuisse, non fit comparatio ad Angelos, sed homines tantum, tum quia est sermo de gratia data beatæ Virgini in utero matris, quam constat fuisse minorem gratia angelorum beatorum: tum quia sermo est de viatorum gratia, ut patet ex responsione ad secundum: vbi in beata virgine perfectissima gratia ponitur gratia qua fuit inter comprehensores: tum quia ratio literæ disparata est ab angelorũ ratione, dum illi propinquiores Deo secundum deitatem inueniuntur, ista inuenitur propinquior Deo secundum humanitatem. Nec hæc ideo dicta sunt, quasi angeli habeant in cœlo maiorem gratiam quam beata Virgo, hoc enim est falsum, quoniam ipsa est domina angelorum: sed ideo dicta sunt, vt hæc litera exponatur ad literam de gratia sanctificationis in utero, postquam deinde multum proprio merito gratiæ acquisiuit crescens vsque ad perfectum æternitatis diem ita quòd propinquissima fuit, & est Christo, & secundum deitatem in esse gratiæ quamuis non in esse naturæ, & secundum humanitatem in esse naturæ.

¶ In eodem art. in responsione ad tertium aduerte, quod cum Auctor dicit, non tamen accepit, ut haberet omnes usum harum, & similium gratiarum, sicut habuit Christus ly, omnes non distribuit pro omnibus simpliciter, vsibus gratiarum quia nec Christus habuit omnes vsus gratiarum, quoniam non est loquutus uariis linguis, vt superius in q. 7. art. 7. ad vltimum Auctor dixit: sed distribuit pro quasi omnibus, quæ in moralibus appellare licet omnia. Christus enim habuit omnes usus gratiarum, quia modicum pro nihilo reputatur. beata autem virgo non habuit omnes vsus, qui multi sibi defuerunt: quia scilicet impertinentes erant suæ conditioni, non enim fecit miracula, &c. Vel distribuit pro omnibus usibus limitatis ad illos, quos habuit Christus, vt non sit dictum in litera, non habuit omnes vsus, sed nõ habuit omnes usus sicut Christus, tamquam ly sicut limitet ly omnes vsus. Et quouis modo exponatur sententia, in idem redit, prima tamen expositio magis consonat literæ.

¶ In eodem articulo quo ad actum doctrinæ negatum a beata Virgine, aduerte quòd quia theologia solida fundatur sup Scriptura sacra, & nullibi in ea reperitur beatam Virginem docuisse, sicut nec Christum loquutum linguis, ideo sicut affirmamus Christum non vsum gratia linguarum in loquendo, eadem ratione affirmandum est, beatam Virginem non docuisse, præsertim cum apostolica auctoritas hoc interdictum mulieribus comprobet. Quod autem dicitur, ipsam instruxisse discipulos Christi de annunciatione sua, & natiuitate filii, & magorum aduentu, & similibus, ex Scriptura non habetur, sed habetur quod Spiritussanctus docuit Apostolos omnes ueritatem de spectantibus ad fidem, inter quæ erat Christi conceptio ex Spiritusancto, & natiuitas ex Virgine, quæ etiam in Symbolo posita sunt.

¶ Posset tamen dici, quòd non publica doctrina, sed familiari instructione, quam constat mulieribus non esse prohibitam, beata Virgo aliqua particularia facta explicauit apostolis. Auctor autem secundum scripturam sacram loquitur, negans ab ea vsum sapientiæ, quo ad actum doctrinæ.

Quedma ar.6.

SVP. Q. XXVII. Art. vt.

157 3. d. 3. q. 1. a. 2. q. 1. ad 4. Et quol. 6. q. 5. ar. 1. cor. in fi. Et op. 3. c. 131. Et Psa. 45. cor. 5.

Conc. In utero sanctificari post Christum non fuit proprium B. virginis.

¶ Prob. Quia alij etiam, scilicet Hieremias ac Ioannes Baptista sanctificati fuerunt in utero (vt expresse dicitur, Hiere. 1. Luc. 1.).

* Ex art. 3. & 4. huius quæst.

¶ Not. An hi duo vsum liberi arbitrij tũc habuerint; Augustinus in dubio relinquit: quamuis, cum D. Thoma, uideatur declinare magis ad partem negatiuam. An vero etiam aliqui alij fuit in utero sanctificati; dicendum, quòd non. Nec enim credendum est, aliquos alios, &c. vt in textu, vsque ad ly innotesceret. Hinc edoctus dicas; quod licet in dubio teneatur modo supra arti. 2. declarato, beatã Virginẽ esse cõceptam sine peccato originali: tamen de nullo alio dubitari debet, quin actualiter in originali peccato cõcipiatur; maxime cum Tridentin. Concilium sess. 5. Decret. 1. hoc ipsum expressissime declarauerit, & sub cõtrarii anathemate definierit.

¶ Exam. Ly quãuis in utero usum liberi arbitrii non habuerint.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sic sanctificari fuerit proprium beatæ Virgini.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quod sanctificari in utero post Christum proprium fuerit beatæ Virgini. Dictum* est enim, quod propter hoc beata Virgo fuit sanctificata in utero, vt redderetur idonea ad hoc, vt esset mater Dei: sed hoc est proprium sibi. ergo sola ipsa fuit sanctificata in utero.

¶ 2 Præt. Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christum, quam Hieremias, & Ioannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in utero, nam Christus specialiter dicitur filius Dauid, & Abraham propter promissionem eis specialiter factam de Christo. Isaias etiam expressissimè de eo prophetauit, Apostoli etiam cum ipso Christo conuersati sunt: nec tamen leguntur sanctificati in utero. ergo neque etiã Hieremiæ, & Ioanni Baptistæ conuenit sanctificari in vtero.

¶ 3 Præt. Iob de se dicit, Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum: nec tamen propter hoc dicimus eum sanctificatum in utero. ergo neque etiam Ioannem Baptistam, & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in vtero.

Sed contra est, quod dicitur de Hieremia, Hierem. 1. Antequam exires de uentre, sanctificaui te. Et de Ioanne Baptista dicitur Luc. 1. Spiritusancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.

Resp. Dicendum, quod August. in Epist. * ad Dardanum, dubie uidetur loqui de horum sanctificatione in vtero. Potuit enim exultatio Ioannis in vtero (vt ipse dicit) esse significatio rei tantæ, scilicet quod mulier esset mater Dei, a maioribus cognoscendæ, non a paruulo cognitæ: vnde in euangelio non dr̃, credidit infans in utero, seu exultauit Videmus, autem, exultationem nõ solum paruulorũ, sed etiã pecorum esse: sed hæc inusitata extitit, quia in vtero, & ideo sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quamquam etiam si vsque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis, & uoluntatis, vt intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire, (ad quod in aliis paruulis ætas expectatur, vt possint) & hoc in miraculis habendum puto diuinæ potentiæ: sed quia expresse in euangelio dicitur, quod Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & de Ieremia expresse dicitur, Antequam exires de vulua, sanctificaui te asserendum uidetur eos sanctificatos in vtero: quamuis in utero usum liberi arbitrii non habuerint. De quo Augustinus, * quæstionem mouet sicut pueri, qui sanctificantur per baptismum, non statim habent vsum liberi arbitrii: nec est credendum aliquos d alios sanctificatos esse in utero, de quibus Scriptura mentionem non facit, quia huiusmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præ-

rint. Hoc põt uno modo intelligi absolute, i. (vt aiunt) resolute. dictum fuisse a D. Tho. ac si diceret, quod lii duo, s. Hier. & Ioan. nõ habuerũt usum liberi arbitrii in utero existẽtes. Et hoc (quãtum uidere mihi ex eius doctrina uideor) nõ est sic de mẽte sua. Non. n. putandum est, quod in cõtextu adducat B. Aug. hoc in dubio relinquentẽ; vt ab ipso dissẽtiat; sed magis ut ei assentiat: vt & mos eius laudabilis, & modestia reuerentialis erga Sãctos Doctores, vehemẽter suadent. Huc accedit; quod ipse D. Thomas in Cathena aurea sup Luc. 1. Exultauit in gaudio infans in vtero meo, doctores quosdã adducit asserentes, quod infans hic sensit, cognouit, intellectu conspexit, dñm, vel alia uerba similia; quæ omnia sentẽtialiter importãt, puerũ hũc habuisse in utero vsum liberi arbitrij: quibus doctoribus contradicere B. Thomã, non est ueri simile. Potest autem & aliter. s. quasi sub conditione permissiua, intelligi textus ille: ac si diceretur. Hi duo fuerunt procul dubio in ventre sanctificati; quã uis in utero vsum liberi arbitrij non habuerint. i. dato etiam quod in utero non habuissent vsum liberi arbitrij.

* Est opin. 57. cir. ine. & deinceps to. 2.

* ead. epist. dicta to. 2.

D. 843.

ter legem communem, ordinantur ad vtilitatem aliorum, secundum illud 1. ad Corint. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, quæ nulla proueniret ex sanctificatione aliquorum in utero, nisi ecclesię innotesceret. Et quamuis iudiciorum Dei non possit ratio assignari quare, s. huic, & non alii hoc munus gratiæ conferat. conueniens tamen videtur fuisse vtrũq; dictorum sanctificari in utero, ad præfigurandam sanctificationem p Christum faciendam. Primo quidem p eius passionem, secundum illud Hebræ. vlt. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: quam quidem passionem Ieremias, & uerbis, & misteriis apertissime prenunciauit, & suis passionibus expressissimè p̃figurauit. Secundo per baptismum primæ ad Corin. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Ad quem quidem baptismum Ioannes suo baptismo homines præparauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod beata Virgo, quæ fuit a Deo electa in matrem, ampliorem sanctificationis gratiam obtinuit, quã Ioannes Baptista, & Ieremias, qui sunt electi, ut speciales præfiguratores sanctificationis Christi. Cuius signum est, quod beatæ Virgini præstitum est, vt de cętero non peccaret, nec mortaliter, nec uenialiter: aliis autem sanctificatis creditur p̃stitum esse, vt de cætero mortaliter non peccarent, diuina eos gratia protegente.

AD SECVNDVM dicendum, q͂ quantum ad alia potuerunt sancti esse Christi coniunctiores, quam Hieremias, & Ioannes Baptista, qui tamen fuerunt ei coniunctissimi, quantum ad expressam figurã sanctificationis ipsius, vt dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, q͂ miseratio, de qua ibi Iob loquitur, non significat virtutem infusam, sed quandam inclinationem naturalem ad actum huius uirtutis.

QVAE-

Vbi non negatur, quod habuerint tunc prædictum vsum: sed asseritur, quod potuerint sanctificari in utero, etiam quòd non habuerent ipsum vsum, (vt ibi patet, a simili, de pueris baptizatis.) Hũc ergo secundum sensum habuit. D. Thom. in illis verbis, s. quãuis in vtero, &c. Speciatim autem, ad Ioannem Baptistã applicando textum, indubitanter dicendũ est; quod collatus miraculose fuit p̃ illo tunc usus liberi arbitrij Ioanni Baptistæ, iuxta mẽtem sancti doctoris: licet ẽt sine tali collatiõe potuisset tũc sanctificari per gratiæ infusionem. Dixi ly indubitanter: quia sensus hic, quo ad talis vsus collationem, confirmatur ex Ecclesia dicente in collecta festi visitationis B. Mariæ: q͂ Deus reuelauit puero tunc in utero clauso vnigenitum filium suum incarnatũ: id quod (vt patet) importat, vsum liberi arbitrii, s. cognoscere, & diligere, tunc ei fuisse datum. An verò post, talis vsus manserit in illo quousque nasceretur ex utero, alia quæstio est; cuius partem negatiuam esse de mente & Ecclesiæ & SS. Thomæ, atque Aug. crediderim. Quo ad collationẽ vero vsus talis in Hieremiã tunc: nihil certi de affirmatiua habetur in tex.

1m de conclusione. Sola ipsa fuit sanctificata. R. Ampliori gratia, q̃ alij. §. Sic. n. sequit̃ ex præmissis: qm̃ illa sanctificanda erat tanta gratia, quantã habere condecebat matrẽ Dei electam; alij uerò non, sed singillatim p munere suo. Tunc nihil, &c. vt patet. Nã ex eo, q͂ illa sanctificata fuit sola per tantã grãm, non sequitur; q͂ alii duo nõ fuerint sctificati, sed q͂ nõ fuerũt sanctificati per coæqualem gradum gratiæ.

2m de maiori. Propinquius accessisse. R. Quantũ ad aliqua alia a sanctificatiõe. §. Hoc est; Nõ quãtum ad sanctificationem, sed quantũ ad aliqua alia: vt declarat in arg. & in tex r̃nsali. Tunc, &c. vt patet. Nam ideo sanctificati q dã in vtero fuerunt, non quia quocunq; modo erãt Christo coniũcti: sed quia eidem coniuncti erãt tali modo. i. quantũ ad expressã figurã sanctificationis a Chr̃o vniuersaliter fiendæ. Vide in corp. a ly & quamuis iudiciorum Dei, &c. vsque in finem.

3m illatio conclusionis. Ergo nec ẽt, &c. R. Negat̃ illatio. §. Procedit. n. ex falsa intelligentia authoritatis in maiori adductæ. Nã miseratio, de qua ibi Iob loquitur, non significat uirtutem infusam (vt argumẽtum putabat); sed &c. vt in tex. Ex quo dic: quod si miseratio illa importaret uirtutẽ infusam, tunc Iob posset dici in utero sanctificatus: qm̃ uirtus infusa non potest esse simpliciter uera uirtus sine charitate. 2. 2. q. 23. ar. 7. cuius charitatis, sicut & reliquarũ uirtutũ infusarũ, gratia iustificans est principium & radix. 1. 2. q. 110. ar. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, tanquã in radice, interimas hęresim Manichęorũ (vt refert Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hęreticorũ) dicentiũ: quòd Ioã. Baptista Christi p̃cursor est dãnatus, eo quòd nõ crediderit in Christum. Dixi ly tanq̃ in radice: qm̃ articulus præsens p hoc, q͂ mõstrat, Ioan. Bapt. fuisse sanctificatũ, cõmonstrat pariter hoc aliud, s. quòd nũquã postea habuit peccatum mortale; vt patet ex r̃n. tex. ad 1. In idem ergo redit, q͂ fuerit sanctificatus, & q͂ nullã actualem mortalem culpã habuerit: ideoq; oĩa, quæ ipsum in utero sanctificatum dicunt, ipsum ẽt ab actuali mortali defendunt. Nullus verò damnatus est unquã, damnatur, aliquãdoue damnabitur nisi propter peccatum mortale, uel originale, vel actuale (vt constat euidentissime ex scripturis). Secundo habes: q̃o per rõnem ostẽdas, illam radicitus meritò damnari a Luc. 1. Spiritusancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Item ab eod. ibid. Exultauit in gaudio infans in utero meo. Vbi dicit B. Ambr. vocẽ prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa Mariæ, iste domini sensit aduentum. Item meritò directẽ damnatur a Matt. 11. Cœpit dicere ad turbas de Ioanne; Quid existis in desertum videre? Arundinem uento agitatam? q. d. Non. Arundo agitata uento Ioannes ideo esse negatur; vt ostenderet: quod ab illa fide, qua prius in Christum credidit, ipsamque confessus est demonstrando eũdẽ Ioã. 1. Ecce agnus Dei, nunquã propter ullam aduersitatem, nec etiã vinculorũ, in quib. tũc erat, dimotus est; & q͂ nunquam in fide illa, ex humana incõstãtia, uel leuiter uacillauit: sed q͂ semper idem, q adhuc in uentre matris clausus in fide fuit, constanter p̃seuerauit. Dixi ly adhuc in uentre: quoniam etiam tunc & in fide claruit, & fidem de Chr̃o docuit. Vnde B. Maximus in sermo. de S. Ioan. Bapt. sic dicit. Hic nasciturum (Christũ) prophetalis ipsius illuminatione p̃uidit; & natũ priuilegio gratiæ singularis ostendit. Interntum autẽ in B. Ioanne sp̃ualis præfulsit electio: vt ante mereretur annunciare dñm, quã linguam, qua annunciare posset, acciperet. Vere puer iste om̃ium beatissimus paruulorũ, qui intra uiscera materna adhuc conclusus adesse saluatorẽ mundi, quia necdũ sermone poterat, prophetico gaudio reuelauit. B. Ioãnes infantiã omnium prophetarũ supergressus est gloriã; ut saluatorem nostrum non solũ esse uenturum, sed aduentasse iam, & cohabitare hominib. reuelaret; cum eum digito demonstrãs ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quam innocẽs huius uita? vel qua deuotione possumus huius merita compensare: qui agni cęlestis aduentum & primus agnouit, & solus ostendit? Hæc ibi. Item a Matth. 11. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista. Quod exponens B. Aug. in serm. de eod. sancto, ait. Magnus Ioannes, cuius magnitudini ẽt Saluator testimonium perhibuit, dicens, Non surrexit inter natos mulierum maior Ioan. Bapt. Præcellit cunctis, Eminet vniuersis: Antecedit p̃phetis. Supergreditur patriarchas: & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne. Hæc ibi. Item damnatur illa hæresis ab Ecclesia per hoc; quòd decollationis eius festum celebrat, sine dubio factis ipsis aperte contestãs: q͂ Ioannes p̃p iustitiã in corripiendo Herodem ostensam, decollatus ad cęlestia regna a miseria qualibet saluus ascẽdit. Vnde passiones martyrũ ab Ecclesia vocant̃ natalitia, seu dies natales: secundum B. Aug. in serm. de S. Cypriano, dicentem. Hodie natalẽ martyris Ecclesia celebrat. Quid est hoc fratres? Qñ sanctus ille natus est, ignoramus; & quia hodie passus est, natalem huius celebramus. Sed qñ natus est, etiã si sciremus; nequaq̃ diẽ illũ celebraremus: Illo namq; die peccatũ originale contraxit; isto die peccatũ omne finiuit. Illo die ex fastidioso matris vtero in hanc lucem p̃cessit, quæ oculos carnis illecebrat; isto aũt die ex profundiss. carcere in illam lucẽ discessit, quæ uisũ mẽtis illustrat. Ad pretiosam mortẽ, iuste uiuẽdo, uenit: ad gloriosam vero uitã, iniuste moriendo, perrexit. Hæc ibi. Et idem in serm. de S. Genesio. Magna ex Sctõrũ natalium nomine demũstratur spes, ac securitas, Ecclesiæ. Non. n. talẽ debemus timere mortem: ĩ qua renascimur ad salutem. Negociator iste beatus dedit minus, vt acciperet amplius; emit commercio sanguinis regnũ salutis: factaq; est ei breuis passio, perpetua beatitudo. Hinc est ergo, quòd illius natale colimus: non quo est in terra natus, sed quo est in cœlo renatus; non quo pannis uilibus est indutus, sed quo diuinis est floribus coronatus; non quo plorans in mundum uenit, sed quo de mondo cum gloria triumphauit. Hæc ibi. Quæ, pro quanto decet, pñta ab ipso Augustino dici ad propositum celebritatis martyrij Sancti Ioannis Baptistæ. Cæterum, quia forsan hæresis prædicta ab ignorantia Manichæorum videbatur deduci posse ex Matth. 11. Quando Ioannes mittens discipulos suos ad Christum dixit ei; Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? ideo, contra distorsionem scripturæ huius ab eis fallaciter factam, vide ueram ipsius sacrorum doctorum expositionem in 2. 2. quæstio. 2. articul. 7. ad secundum.

*In coe.

Factus

Factus est enim tunc Ioannes discipulis infirmis infirmus; quoniam sub eorum persona sic Christum interrogauit, vt discipulos ipsos ex responsis a Christo lucidifaceret: cum tamen in persona propria esset non solum firmus, sed & firmissimus, in fide de Christi: pro quo tunc paratus erat mori, & mortuus est. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt, primo tractatur quid Aug. de hoc scripserit, secundo respondetur quæsito. Quo ad primum Augu. sub dubio quæstionem relinquere videtur, & dicit litera quod videtur dubie loqui, quoniam Augu. in his verbis non loquitur de sanctificatione qualicunque, sed illa, quæ est cum proprio sanctificati actu, scilicet credere, amare, & huiusmodi. Quia. n. hanc relinquit sub dubio, & de nulla alia loquitur sanctificatione, videtur sub dubio quæstionem de sanctificatione horum in vtero reliquisse. Omnia clara sunt in litera.

¶ Aduerte tñ, q ex litera euangelij sumi potest, Ioanni accelleratum fuisse vsum liberi arbitrij. Nam ibi non solum dr, Exultauit infans, sed exultauit in gaudio. exultare autem similitudinarie licet etiam sit inanimatorum (iuxta illud, Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium) proprie tamen est animalium. Et quia non sine animali passione fit gaudium, oportet Ioannem exultasse in gaudio, uel secundum sensitiuam tantum partem, & hoc non consonat causæ exultationis, & gaudij in euangelio scriptæ, quia vox beatæ Virginis salutantis non erat commotiua partis sensitiuæ prolis in utero, sicut neca liæ eiusdem, & aliarum mulierum uoces, vel secundum partem intellectiuam, & hoc ordo affectuum cantatorum, a salutatione insinuat, q scilicet gaudium partis intellectiuæ fuit in pueronā ex salutatione, aurium Elisabeth commotiūa, puer non in auribus, sed in gaudio exultauit, & Elisabet deinde repleta est Spiritusancto procul dubio in mente. Vnde cōprehenditur, quod primo mater secundum sensum percepit deinde puer secundum mentem, & demum ad matris mentem intelligentia peruenit. Et huic sensui doctorum verba consonant dicentium de Ioanne, quod prius sensit dominum, vel quod a perfectæ cœpit ætatis mensura, uel aliquid huiusmodi.

¶ Quo ad secundum, tria Auctor facit, primo respondit quæstioni negatiue, affirmando duos alios sanctificatos: deinde dicit neminem alium esse sanctificatum: tertio rationem reddit, quare illi duo sanctificati sunt. Circa responsionem ergo distinguuntur hic duæ quæstiones, altera quæ mota est de sanctificatione, altera de tali sanctificatione, scilicet cum usu liberi arbitrij. Monstratur diuersitas magna inter istas quæstiones, ex eo quod sanctificatio potest fieri, & esse sine usu liberi arbitrij, vt patet in sanctificatione paruulorum per baptismi gratiam. Et propterea nihil obstat quæstioni propositæ in hoc art. si pars negatiua quæstionis secundæ, quæ ab Augusti. tractatā est teneatur. Propter hæc igitur, litera respondet quæsito, quod duo ultra beatam Virginem inueniuntur sanctificati in utero, s. Hieremias & Ioannes. Probatur auctoritate Scripturæ, & excluditur obiectio de usu liberi arbitrij, quamuis illum non habuerit, &c.

¶ Vbi nota, quod hinc non potest assertiuè dici de mente Auctoris hos non habuisse liberi arbitrij vsum in utero, quoniam aduersatiue loquitur ad monstrandum conclusionem suam non dependere ex vsu liberi arbitrij, deinde negat quemcumque alium sanctificatum in utero, ratione probans, quia inutilis esset. Vbi occurrunt tria dubia, primum est circa applicationem auctoritatis Apostoli ad propositum: dissonare quippe uidetur, nam sermo de sanctificatione in utero, Apostolus autem non de ipsa sanctificatione, seu sanctitate, sed de manifestatione eius loquitur: non enim dicitur vnicuique datur spiritus, sed manifestatio spiritus, &c. Litera ergo loquens de ipso Spiritu, non bene affert auctoritatem de manifestatione Spiritus: hæc enim auctoritas non probat illud assumptum, vt patet.

¶ Secundum dubium est, quia ista ratio est gladius Goliæ: Nisi uerum assumit, sequitur quod beata virgo non fuit sanctificata in vtero, quia illius sanctificatio in Scriptura non habetur ac per hoc, Ecclesiæ non innotuit, ac per hoc, sine utilitate fuisset sanctificata secundum literæ processum.

¶ Tertium dubium est, quia secundum hanc rationem sequeretur, quod non esset credendum aliquod miraculum, nisi quod in sacra Scriptura contineretur, quia ad utilitatem Ecclesiæ miracula ordinantur, cui non nisi per Scripturam sacram innotescunt, secundum hanc literam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd assumptū literæ ad quod probandum inducitur Apostoli auctoritas, non est, sanctificationis gratia ordinatur ad utilitatem, sed est huiusmodi; priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus, præter communem legem ordinantur ad utilitatem. Ex quibus verbis dupliciter responderi potest. primo, quod sicut priuilegia materialia alicui a principe cum suis concessa, sub specie manifestationis continentur, ita priuilegium gratiæ est manifestatio spiritus, & concessi in ipsa gratia infusa, & concedentis Spiritussancti, specialiter diligentis illum, cui gratiā dedit, ac per hoc litera probans priuilegia gratiæ per manifestationem spiritus, non diuertit ad extranea. Et si obijciatur, quod tūc ratio ista supponit sanctificationem in utero semper fieri cum priuilegio, conceditur quòd sic est secundum hanc responsionem. Et suppositio est satis rationabilis, quoniam sicut secundum rem sanctificatio in utero est actus priuilegialis, ita etiam debet esse secundum cognitionem.

¶ Secundo, quod quia tam singulares gratiæ superexcedunt cōmunem legem diuinæ prouidentiæ, ac per hoc harum concessio spectat ad diuina miracula, constat autem miracula ordinari ad aliorum utilitatem, ideo non solum priuilegia, sed ipsa sanctificatio in utero, ex hoc ipso quòd præter legem communem fit, continetur sub gratia, quæ datur ad aliorum utilitatem & consequenter sub spiritu manifestando. Nam ex hoc ipso, quòd ad ecclesiæ vtilitatem ordinatur ad ecclesiæ quoque notitiam necesse est ordinetur, alioquin diuina sapientia non disponeret omnia suauiter, dum rationalibus creaturis ex quibus ecclesia constat, non per rationis actum de suo bono prouideret, sed uelut animalibus brutis incognitas utilitates ingereret. Et confirmatur ex dictis in primo libro, scilicet, quod Deus in ecclesia triumphante nunquam præter communem ibi legem operatur: quia nulla utilitas esset. cum igitur in militante ecclesia præter communem legem operatur, ad ecclesiæ utilitatem operatur, ob cuius utilitatem communem legem prætermittit. Quia igitur assumptum in litera de gratia contenta sub spiritu manifestando loquitur, iden probandum meritò fuit per auctoritatem Apostoli de manifestatione spiritus. Et hæc responsio est directe secundum literam, nihil præsupponens & solida.

¶ Ad dubium secundum dicitur; quod sanctificatio beatæ virginis in utero matris, etsi non est tradita in sacra Scriptura explicite, est tamen tradita implicite, ex hoc ipso quòd in sacris literis inuenitur alicui sancto concessa gratia sanctificationis in utero: hinc enim vt ex superius dictis patet habetur, beatam virginem fuisse sanctificatam: quia habuit quicquid gratiæ cæteris collatum est. Vnde hæc ratio non interimit Auctorem suum, sed tuetur eum.

¶ Ad tertium dubium dicitur, q loquendo de Ecclesiæ fide simpliciter necessaria, concedēdum est consequens: sed si sit sermo de Ecclesiæ fide ex tali suppositione, vel accessoria (puta, quæ post talem approbationem extensa est ad tale miraculum: vt si Ecclesia credendum traderet tale miraculum) vel probabili (vt est fides de miraculis recitatis in canonizationibus sanctorum) credenda sunt miracula, quæ in sacra Scriptura non continentur. Nec oppositum sequitur ex ratione literæ: quæ de fide Ecclesiæ simpliciter, & absolutè, & non præsupposita tali decretali loquitur: docuitque per hoc Auctor, quòd nec necessario, nec probabiliter credendum est, aliquem alium esse sanctificatum in utero, simpliciter, & absolutè loquendo. An autem Deus aliquem deinceps sanctificauerit, & Ecclesiæ reuelauerit, alterius est quæstionis: quia tamen non est expectanda ecclesia melior, quam fuerit: nec Apostoli ipsi primitias Spiritus habentes sanctificati sunt in utero (quamuis Ioannes euangelista uirginitatis, prophetiæ, euangelistæ singularis quoque officij erga matrem domini gratia donatus fuerit) credendum est, quód nullus simpliciter in toto temporis decursu fuit, est, uel erit sanctificatus in utero, nisi qui in litera explicantur. Non defuisse tamen audiuimus temeritatem modernam cuiusdam mulierculæ, sanctificatam se in utero profitentis: & forte fuit vere sanctificata in utero non materno; sed proprio, velut Bersabee, Deo puniente superbiam illius.

¶ Demum rationem reddit Auctor, quare isti duo Ieremias, & Ioannes Baptista sanctificati sunt in utero præmissa excusatione rationis necessariæ, subdens rationem congruentiæ: quia, s. præfiguratores fuerunt sanctificationis per Christum faciendæ, dū præmōstrarunt media sanctificantia, alter passionem, alter baptisma: his enim duobus medijs Christus sanctificauit mundum passione vt coniuncto instrumento, baptismo, vt instrumento separato. Nota hic quòd duorum propositorum, scilicet, quod isti duo sunt sanctificati in utero, & quod nullus alius, Auctor primi tantum rationem reddere nititur: quoniam ad affirmationem certa potest consonantia inueniri: ad tam latam autem, & altam ac profundam negationem, quæ consonantia sat erit?

Medina ar. 1.

SVP. Q. XXVIII. Art. 1.

COncl. Simpliciter confitendum est; matrem Christi virginẽ concepisse: hoc est (vt dicit symbolum fidei) Christus est conceptus ex uirgine Maria.

¶ Prob. 1. Quia sic conseruatur dignitas Dei patris in hoc; quòd ipse solus est pater Christi. Secundò, Quia hoc cõuenit proprietati verbi, vt sine corruptione concipiat. Tertiò, quia id cõgruit dignitati humanitatis Christi, vt nullo modo cum originali peccato concipiatur. Quartò, Quia hoc quod dicit
158 conclusio, conueniebat fini incarnationis;
4. cont. ca. 45. Et opu. 3. c. 332. Et op. 60. c. 4. qui est ut mẽbra Christi mystica de uirgine Ecclesia ex virtute Dei nascant. Quintò, Quia contrarium conclusionis pertinet ad hæresim Ebionitarũ, & Cherinthi (idest est hæresis necessario deducta ex illorum hæresi narrata in textu, vtpote necessario inclusa in illa).

¶ Exam. Ly siue īfectione originalis peccati. Hoc est. Neque actu, neque potentia, cõtrahendi. Ita quod nulla obligatio ad contrahendum illud ibi esset: id quod est quando caro absque nuptiali concubitu, idest absque virili semine concipitur; quod est virginem, seruata omnino virginitate, concipere illam carnem. Ideo ad hæc omnia significanda, in tertia conclusionis probatione appositum est ly nullo modo. Pro horũ ampliori captu, uide q. 27. artic. 2. Elucid. ad longum.

1^m de maiori. Quæ habet patrem. R. Verum. §. idest naturalem, idest ex proprio semine progignentem ipsam prolem. Tunc nihil, &c. Nam Ioseph non fuit pater Christi verus; sed putatiuus, & plusquam adoptiuus: vt optimè declaratur in textu.

2^m minor. Quæ quidẽ probatio nulla esset, si Ioseph pater Christi non fuisset. R. Negatur. §. Ad hoc enim, quod probatio illa sit valida, sufficit: quod beata virgo fuerit de eadem tribu, de qua erat ipse Ioseph. Oportuisset ergo non truncãte (vt fiebat), sed complete, adducere illam minorem, dicendo: Quæ quidem probatio nulla esset; si Ioseph pater Christi nõ fuisset, vel si beata virgo non fuisset de eadem tribu cum illo. Cuius vtique minoris prima pars tunc negata esset; & concessa secunda, Ecclesia canente; Natiuitas gloriosæ virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, orta de tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid.

Tertium

QVAESTIO XXVIII.

De Virginitate Beatæ Mariæ, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de virginitate matris. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fuerit virgo in cõcipiendo.

¶ Secundo, Vtrum fuerit virgo in partu.

¶ Tertio, Vtrum permanserit uirgo post partum.

¶ Quarto, Vtrum uotum virginitatis emiserit.

ARTICVLVS I.

Vtrum Beata Maria fuerit uirgo in concipiendo.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd mater Dei non fuerit virgo in concipiendo Christum. Nulla enim proles, quæ habet patrem, & matrem, ex Virgine matre concipitur: sed Christus non solum dicitur habere matrem, sed etiam patrem: dicitur enim Luc. 2. Erant pater eius, & mater mirantes soper his quæ dicebantur de illo, & infra eadem mater dicit, Ecce enim pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. ergo Christus non est conceptus ex virgine matre.

¶ 2 Præt. Matth. 1. probatur, quod Christus fuerit filius Abrahæ, & Dauid per hoc, quod Ioseph ex Dauid descendit: quæ quidem probatio nulla esset, si Ioseph pater Christi non fuisset. ergo uidetur quòd mater Christi eum ex semine Ioseph conceperit, & ita non uidetur fuisse virgo in concipiendo.

¶ 3 Præt. Galath. 4. dicitur, Misit Deus filium suum factum ex muliere: mulier autem consueto modo loquendi dicitur, quæ est viro cognita ergo Christus non fuit conceptus ex Virgine matre.

¶ 4 Præt. Eorum, quæ sunt eiusdem speciei est idem modus generationis, quia generatio recipit speciem a termino, sicut, & cæteri motus: sed Christus est eiusdem speciei cũ aliis hominibus secũdum illud Philipp. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo. Cum ergo alii homines generentur ex commistione maris, & fœminæ, videtur qood etiam Christus simili modo fuerit generatus: & ita non uidetur fuisse conceptus ex virgine matre.

¶ 5 Præt. Quælibet forma naturalis habet materiam sibi determinatam, extra quam esse non potest materia autem formæ humanæ videtur esse semen maris, & fœminæ. si ergo corpus Christi non fuerit conceptum ex semine maris & fœminæ, non verè fuit corpus humanom, quod est inconueniens: uidetur igitur non fuisse conceptus ex virgine matre.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 7. Ecce, virgo concipiet.

Resp. Dicendum, quod simpliciter confitendum est matrem Christi virginem concepisse: contrarium enim pertinet ad hæresim Ebionitarum * & Cherinthi: qui Christum purum hominem arbitrabantur, & de vtroque sexu eum natum putauerunt. Quod enim Christus sit conceptus ex Virgine conueniens est propter quatuor, primo propter mittentis Patris dignitatem conseruandam, cum enim Christus sit uerus, & naturalis Dei filius, non fuit conueniens, quod alium patrem haberet, quam Deum, ne dignitas Dei Patris transferatur ad alium. Secundo hoc fuit conueniens proprietati ipsius, qui mittitur, qui quidem est verbum Dei. Verbum autem absque omni corruptione cordis concipitur: quinimmo cordis corruptio, perfecti verbi conceptionem non patitur: quia ergo caro sic fuit a uerbo Dei assumpta, ut esset caro verbi Dei, conueniens fuit, quòd etiam ipsa sine corruptione matris conciperetur, Tertio hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in qua locum peccatum habere non debuit, per quam peccatum mundi tollebatur, secundum illud Ioann. 1. Ecce agnus Dei, scilicet innocens, qui tollit peccatum mundi: non poterat autem esse, quod in natura iam corrupta ex concubitu, caro nasceretur sine infectione originalis peccati. Vnde Augustinus dicit in lib. de * Nuptiis, & concupiscentia: solus nuptialis concubitus ibi non fuit, scilicet in matrimonio Mariæ, & Ioseph: quia in carne peccati fieri non poterat sine ulla carnis concupiscentia qui accidit ex peccato, sine qua concipi uoluit qui futurus erat sine peccato. Quarto propter ipsum finem incarnationis Christi, quæ ad hoc fuit, ut homines renascerentur in filios Dei, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo, idest, Dei virtute: cuius rei exemplar apparere debuit in ipsa conceptione Christi. Vnde Augustinus, * dicit in libro de sancta Virginitate: Oportebat caput nostrum insigni miraculo secũdum corpus nasci de virgine, ut significaret membra sua de uirgine ecclesia, secundum spiritum nascitura.

* Vt patet ex Aug. li. de hæresi, ca. 8. & 10. to. 6.

* cap. 12. in princ. to. 7.

* ca. 6. ante med. to. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Beda * dicit super Lucã, pater Saluatoris appellatur Ioseph, nõ quod verè iuxta Photinianos pater fuerit ei, sed quòd ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. Vnde, & Luc. 3. dicitur, Vt putabatur filius Ioseph, vel sicut Augustinus, * dicit in libro de Bono coniugali, Eo modo pater Christi dicitur Ioseph, quo & vir Mariæ intelligitur, sine commistione carnis ipsa copulatione coniugii: multo uidelicet coniunctius, quam si esset aliunde adoptatus. Neque enim propterea non erat appellãdus Ioseph pater Christi, quia non eum genuerat concumbendo: quandoquidem pater esset etiam ei, quẽ non ex sua coniuge procreatum, aliunde adoptasset.

* li. 1. Luc. c. 8. sm ei ordinem a med. to. 2.

* li. 1. de nuptiis, & cõcup. ca. 11. parũ a pri. to. 7.

Ad secundum dicendum, quod sicut Hieron. dicit * sup Matth. cum Ioseph, non sit pater domini saluatoris, ordo generationis eius vsque ad Ioseph deducitur. Primo quidem, quia non est consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuit Ioseph, & Maria: vnde, & lege eã accipere cogebatur ut propinquam. Et vt August. * dicit in lib. de Nuptiis, & concupiscentia, fuit generationũ series vsq; ad Ioseph perducẽda: ne in illo

* Matt. c. 1. super illud, Chri generatio sic erat. to. 9.

* c. 11. non longe a fi. tom. 7.

3m de minori. Quæ est viro cognita. B. Vel quæ est fœmina tantum. §. iuxta.1. consuetū modum loquendi apud diuersos. Tunc nihil,&c. Nam Apostolus, cum sit natione Hebræus, accipit ly muliere, secundum morem Hebræorum; hoc est, accipit ibi mulierem pro fœmina tñ.i. vt dicit sexū, non ut dicat sexus corruptionem. Hinc tamē non fit, quod aliquādo more aliquo. ū aliorū non possit loqui Hebræus, & consequēter sumere nomen mulieris, prout significat sexum corruptū: vt Mat. 11. Inter natos mulierum nō surrexit maior Ioanne Baptista. Ad cuius expositionem ait. B. Aug. in serm. natiu. eiusd. Dicet fortasse aliquis. Si inter natos mulierū maior est Ioānes; maior est Saluatore. Absit. Ioānes enim ex muliere, Chrs autē de uirgine natus est.

* Est Aug. li. 23. con. Faustū, c. 7 in me. i.6.

4m maior. Eoiū, q̄ sunt eiusdem speciei, est idē modus generationis. B. ſi procedatur in eis p viā naturæ. §. Eo, quod natura sicut, &c vt in tex. Tunc nihil,&c. Nā in Christi conceptione processum est ad esse non per uiam naturæ, sed per uirtutem Dei miraculosā. Virtus aūt supernaturalis diuina, cum sit, &c. vt in tex.

5m de minori. Materia formæ humanæ vī esse semen maris. B. Negatur. §. Nam sm philosophū in lib.&c. vt in tex. In quo a ly si tamen semen maris esset, &c. vsq; in finem, monstrat: quod licet materia ministrata a fœmina nō sit sufficiens naturaliter ad conceptum prolis absq; semine maris, tāquam agente.i. mouente illam efficaciter ad locum conceptionis. q. 31. ar. 5. ad 3. Tñ per virtutem diuinā, absq; semine, fit sufficiēs.

in illo coniugio virili sexui vtique potiori, fieret iniuria, cum uerinari nihil deperiret, quia ex semine Dauid, & Ioseph erat, & Maria.

Ad tertium dicendum, q sicut Glo.* dicit ibidem, mulierem pro fœmina posuit, more locutionis Hebræorum: vsus enim Hebreæ locutionis mulieres dicit, non uirginitate corruptas, sed fœminas.

Ad quartum dicendū, q ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in esse per uiam naturæ, eo q natura sicut est determinata ad vnum effectum, ita etiam est determinata ad vnum modum producēdi illum: sed uirtus supernaturalis diuina cum sit infinita, sicut non est determinata ad vnum effectum, ita non est determinata ad modū producendi quemcunque effectum. Et ideo, sicut virtute diuina fieri potuit, vt primus homo de limo terræ formaretur, ita etiā fieri potuit, vt diuina virtute corpus Chri formaretur de virgine absq; virili semine.

Ad quintum dicendum, q sm Phil.* in lib. de generatione aīalium, semē maris non est sicut materia in conceptione aīalis, sed solum sicut agens sola aūt fœmina materiā subministrat conceptui. Vnde per hoc, q semen maris defuit in cōceptione corporis Chri, nō sequitur, q defuerit ei debita materia. Si tñ semen maris esset materia fœtus cōcepti in aīalib. manifestum tñ est, q non est materia pmanes in eadē forma, sed materia transmutata. Et quāuis uirtus naturalis nō possit transmutare ad certā formam, nisi determinatā materiā: virtus tñ diuina, q̄ est infinita, potest transmutare omnem materiam in quamcunq; formā. Vnde sicut transmutauit limum terræ in corpus Adæ, ita in corpus Christi transmutare potuit materiā a matre ministratam, etiam si non esset sufficiens materia ad naturalem conceptum.

* lib. 1. c. 2. & 19. to. 4.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Antidicomarianitarum dicentiū: quod Maria partū viro genuit, idest quòd non fuit virgo in concipiendo partum, idest filium, sed quod ex uirili semine in utero genuisset illum, idest concepisset. Item hæresim Iudæorum, & Aquilæ, qui cum Ebione dixerunt: quod Christus fuit ex vtroque sexu, & ex viro Ioseph natus, scilicet natiuitate, tum in utero, tum ex vtero. Secundo habes: quō p rationem ostendas, eā meritò dānari ab Isa. 7 Ecce uirgo cōcipiet. Hoc est vna virgo concipiet virgo, idest remanens virgo in concipiēdo. Item ab Ecclesia in hymno Natalis Dñi. Non ex uirili semine, sed mystico spiramine, verbum Dei factū caro, fructusq; uentris floruit. Hæc ibi. Item a Symbolo fidei Apostolorum, & patrum Conciliorum olum legitimorum, de hac re tractantium & dicētium quòd Christus conceptus est ex virgine Maria. Item speciatim a Concilio Lateranensi sub Papa Martino I. cano. 2. Si quis non cōfitetur; secundum sanctos patres proprie, & uere, vnum sanctæ & consubstantialis & adorandæ trinitatis Deum verbum descendenrem de cælis, & incarnatum de spūsancto ex Maria virg. & hoīem factum; sit condēnatus. Et can. 3. si quis non confitetur; proprie & vere Dei genitricē sanctā semper virginē immaculatā Mariā absq; semine cōcepisse ex spūsancto; & incorruptibiliter enixam esse, & indissolubili pmanēre & ante, & post, partū eiusdē virginitate; sit condēnatus. Hæc ibi. Item ab Ecclesia in festo Purific. B. Virg. Respon. 8. senex puerum portabat, puer aūt semen regebat. Quem uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo post partū, quē genuit, adorauit. Hæc ibi. Itē a Papa Paulo IIII. i sua bulla. Quā & uerissimam & terribilē uide sup. q. 16. art 8. appen. &, pro quanto sufficit, huc applicabis contra hæresim prædictam. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de virginitate carnali intelligitur.

¶ In corpore duo fiunt: primo rñdetur quæsito affirmatiue: Mater Christi concepit uirgo, probatur ex contrario: quia contrarium est hæresis, &c. Secundo, assignatur ratio quadruplex conuenientiæ, quòd sic fuerit, & omnia clare patent, in litera. Si tamē nouitius non intelligit corruptionem cordis cuius meminit secunda rō, sciat cor pro mente, seu intellectu sumi: corruptio aūt intellectus non secundum substantiam, sed sm operationem attendit: omnis enim defectus in intelligendo, corruptio quædam intellectus est sicut oīs deperditio alicuius rei corruptio quædam in natura est. Quia igitur defectus intellectus in intelligendo efficit, vt intellectus defectuosum quoq; uerbum formet, concipiendo illud, quod sic defectuose intelligit (qui.n. imperfecte intelligit leonis naturā. pfectū quoq; uerbū de natura leonis exprimere iqtus neqt) ideo in litera dr, quod cordis corruptio impedit pfectionē verbi.

¶ In rñsione ad primum habes, Ioseph patrem dici Christi uerè dupliciter, vel putatiue, uel officio: quamuis non fuerit pater generatione.

¶ In rñsione ad tertium, adiunge ad glossam, q nec secundum latinæ linguæ proprietatem mulier est nomen corruptionis, sed naturalis proprietatis fœminæ humanæ; dicta est.n. mulier quasi mollier a mollitie, & animi, & corporis.

¶ In rñsione ad quartū, dubiū magnum in philos. occurreret. si philosophia nunc traderet, quantum ueritatis habeat litera hæc dicens, Rō illa habet locum in his, quæ procedunt in esse per uiam naturæ, eo q natura sicut est determinata ad unum effectum, ita est determinata ad unum modū producendi illum: habet siquidē instantias In elementarib. in vegetabilib. & in animalibus. Auctoris aūt proposito sat est quòd nō habet locum in potentia diuina. Absq; multa tñ digressione pro literæ expositione aduerte, qui philosopharis, quòd illa propositio, de qua est tanta quæstio, scilicet vnius naturæ est modus generationis. probatur in litera hac dupliciter, scilicet ex parte termini, quia generatio recipit spem a termino, & hæc probatio assumitur arguendo, & ex parte agētis: quia natura sicut est determinata ad unum effectum, ita est determinata ad unum modum producendi effectum illum. Et probatio quidem ex parte termini ex unitate termini unitatem generationis inferens, satis debilis vīr: quoniam uidemus ignem generari diuersis generationib. scilicet ab igne, & non ab igne, sed a sole; & mures uidemus genitos per semen, & sine semine. Et quod hæc omnia sint eiusdem speciei, ex hoc patet, quòd hæc tam genita, q̄ aliter producta generant sibi similia in specie: eiusdem ergo speciei est productus mus per propagationem cum mure patre suo, qui sine propagatione productus est. una ergo natura plurib. potest generationibus acquiri. In motibus quoque idem apparet. nā idem secundum speciem ubi in circunferentia signatum, potest diuersis secūdum spēm motibus acquiri: puta per motum sup chordam, & per motum super arcum semi circuli: & similiter in naturalibus idem locus potest acquiri per uolatum, & per ambulationem. Propter quæ fortè Auctor non propter illam probationē, sed propter probationem secundam, quam rñdendo apposuit, acceptauit illam rationem, dicens, cum redditione causæ, eo quod natura, &c. Secunda igitur probatio in se quidem uera est, nam quodlibet naturale agens sicut ad unum terminum, ita quòd nō ad oppositos, nec disparatos, est determinatum ex unitate suæ naturæ, ita etiam ad unum modum determinatur. In cuius signum, semen plantæ non generat plantam, si inseratur, & oculus plātæ nō gñat plantā, si seminatur: neutrū ē.n. videmus exercitari. Sed quāuis hæc probatio in se vera, sit efficax ad pbandū illā conclusionē, nō apparet, nisi psupposita vnitate naturalis agentis ad unū effectum. Et qm in aīalib. perfectis, (quale est homo, leo, bos, & hmōi) supponit unitas agentis naturalis, iō nō pro efficaci admittit. Si quis

aut negaret cum Auic. suppositionem illam, in campũ magnũ disputandi oportet ingrediatur, ad quem nunc egrediendi non est tẽpus, quando de beatissimæ matris Dei virginitate tractatur: sat fuerit nosse Auctoris intentionem, & literæ discussionem.

¶ In responsione ad quintũ aduerte, quod propositio illa, quòd nis virtus naturalis non possit trãsmutare ad certam formam, nisi determinatam materiam, si uniuersaliter, vt iacet, intelligatur, uel aduersatiuè per missa intelligitur, quasi diceret, quicquid sit de transmutatione per virtutem naturalem, diuina tamen virtus, &c. & hoc sufficit literæ, vel affirmatiue de unica transmutatione sumis: nullum.n. agens naturale, etiam vniuersale, vt cœlum potest vnica transmutatione ad certam formam transmutare, nisi determinatam materiam: quoniam actus actiuorum fieri oportet in patiente disposito. Et hoc etiam satisfacit literæ: quia unica transmutatione, vtpote in instanti Spiritussanctus sanguinem beatæ virginis transmutauit in corpus Christi. Et consonat philosophiæ, tradenti quod illud propriè dicitur agens posse, vt proprium effectum, & vt in propriam materiam, quod unica transmutatione potest educere de potentia in actum. vt patet 9. Metaph. Si uero affirmatiue quoq; sed secũdum subiectam materiam, puta in materia animatorum intelligitur, constat euidenter uerum esse: sed argumento vniuersali non satisfacit particularis responsio, quãuis satisfaciat materiæ particulari, de qua est quæstio. Et ideo hæc responsio indigna Auctore uidetur.

Medina ar. 2.

SVP. Q. XXVIII. ART. II.

159 Opusc. 5. ca. 532. CONCL. Absq; omni dubio asserendũ est: matrem Christi etiam in partu virginẽ fuisse.

¶ PROB. 1. Quia Isaias cap. 7. hoc dicit, per ly virgo pariet. Secundò, Quia hoc competebat proprietati verbi, quod secũdum temporalem natiuitatem nascebatur (vt patet etiã ex Concilio Ephesino primo.). Tertio, Quia hoc conueniebat fini incarnationis, qua s. intendebat tollere corruptionem. Quarto, quia conueniens fuit, vt honoraret matrem

li. 2. 1 Luc. in c. cuius tit. est, de circũ. saluatoris in fi. to. 5.

1m de minori.

Sed apertio vuluæ. &. idest, reseratio claustri pudoris. §. Tunc nihil, &c. Nam D. Ambrosius accipit ly aperuit vuluam, in aliũ sensũ, scilicet prout apertio illa est solum exitus Christi ex vtero matris. Ambrosius enim dicit hoc exponẽs, &c. vt in tex. Ex quo dic; quòd aperire uuluam, aliquando dicit exitũ prolis cum reali reseratione claustri ipsius (quo modo omnes nascendo adaperiũt illã, dempto Christo): aliquando autem dicit exitum prolis ex claustro ipso manente clauso (quo modo solus Christus nascendo adaperuit ipsam.) Nec mirum, idest in scripturis non est insolitum: quod quædam dicantur fieri; eo quòd videantur fieri, licet realiter non fiant: vt patet de apertione cælorum. Matth. 3. & Act. 7. Quamuis ergo ex isto signo, idest ex prolis exitu ex uulua, uideatur ipsum claustrũ pudoris uirginei apertum: non tamen hoc verum fuit: sicut & quamuis ex isto signo, scilicet ex descensu columbæ è cœlo super Christum, nisi fiat cœli realiter aperti; non tamen id uerum fuit.

Est ho. 26 in euã. paulo a princ.

Simili-

Similiter licet stellæ non sint realiter casuræ de cœlo; tamen, quia ex quibusdam signis illarum uidebuntur multis cadere de ipso, ideo absolutè dicitur Matth. 24. stellæ cadent de cœlo. Et sicut hæc omnia, quamuis absolute dicta, relinquuntur Ecclesiæ secundum verum eorum sensum intelligenda: ita authoritas illa de masculino omni aperiente uuluam, quamuis ad partum Beatæ Mariæ videatur ab Euangelista applicari absolute, idest sine aliqua differentiali ipsorum partuum declaratione, relinquitur tamen Ecclesiæ iuxta uerum sensum exponenda. Præsupponitur.n. ab Euangelistis, immo & ab omnibus scripturis; quod Ecclesia, cui scripturæ diuinitus donatæ sunt, sensum verum suarum hominibus declaret. Sciebant siquidem omnes canonici scriptores: quod Ecclesiæ catholicæ, in cuius gratiam scribebant, erat iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum. De hac re vide Concilium Tridẽtin. sess. 4. Decret. de edition. & usu sacror. libr. Item vide Elucid. pri. par. articulor. numero. 183. & Veritates anteas super Legẽ veterem Leuit. 13. cõcl. 1. & Nume. 8. concl. 3. 4. & Deuter. 17. concl. 7.

† in ser. 6. a me. to. 10.

li. 2. 1 Lu. c. 8. secũdũ eius ordinẽ to. 2.

2m minor. Hoc quòd uidetur uero corpori, sed fantastico, conuenire, vt possit per clausa trãsire &. N. si hoc fiat uirtute diuina. §. Nam uirtus Deitatis (vt ad probationẽ rñdeatur) põt facere: quòd duo corpora sint simul. Tũc nihil, &c. Per virtutem enim propriæ diuinitatis Christus per clausam portam exiuit (vt de ipso canit Ecclesia, in matut. Natalis Domini. Respon. 3. noct. pri.) Christus namq; ita uoluit veritatem, &c. vt in tex.

in hym. q. canit in uesperis natalis dñi.

Tertium

ARTICVLVS II.

Vtrum mater Dei fuerit virgo in partu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ mater Christi non fuerit uirgo in partu. Dicit enim Ambros.* super Lucam, Qui vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret; sed apertio vuluæ virginitatẽ excludit. ergo mater Christi non fuit uirgo in partu.

¶ 2 Præt. Nihil in mysterio Christi esse debuit, per quod corpus eius phantasticum appareret: sed hoc non videtur vero corpori, sed phãtastico conuenire, vt possit per clausa transire, eo quod duo corpora simul esse non possunt. non igitur debuit ex matris vtero clauso corpus Christi prodire, & ita non decuit, quòd esset virgo in partu.

¶ 3 Præt. Sicut Gregor.* dicit in homil. octauarum Paschæ, per hoc q̃ ianuis clausis ad discipulos post resurrectionem intrauit dominus ostendit corpus suum esse eiusdem naturæ, & alterius gloriæ. Et sic per clausa transire, videtur ad gloriam corporis pertinere: sed corpus Christi in sua conceptione non fuit gloriosum, sed passibile, habens similitudinem carnis peccati, vt Apost. dicit Rom. 8. non ergo exiuit per Virginis vterum clausum.

SED CONTRA est, quòd in quodam sermone Ephesini concilii dicitur, Natura post partum nescit vlterius virginem; gratia uero, & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. fuit ergo mater Christi virgo in partu.

RESP. Dicendum, quòd absq; omni dubio asserendum est matrẽ Christi etiam in partu virginem fuisse. Nam Propheta non solum dicit, Ecce virgo concipiet: sed etiã addit: Et pariet filium. Et hoc quidem, conueniens fuit propter tria. Primo quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui nascebatur, qui est verbum Dei. Nam verbum non solum in corde absque corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Vnde ut ostenderetur, quòd illud esset corpus ipsius verbi dei, conueniens fuit vt de incorrupto virginis vtero nasceretur. Vnde in sermone quodam Ephesini concilii legitur, Quæ parit carnem puram a virginitate cessat: sed quia natum est carne verbum, Deus custodit virginitatem seipsum ostendens per hoc verbum. Neque enim nostrum verbum cum paritur, corrumpit mentem: neque Deus verbum, substantialem partem eligens, peremit virginitatem. Secundo, hoc est conueniens quantum ad effectũ incarnationis Christi. Nam ad hoc venit, vt nostram corruptionem tolleret. vnde non fuit conueniens, vt virginitatem matris, nascendo corrumperet. Vnde Augustin. † dicit in quodam sermo. de Natiuitate Domini, Fas non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venerat sanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem nascendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ambros.* dicit hoc, exponens illud, quòd Euangelista de lege induxit, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur, quod quidem, vt Beda dicit, consuetæ natiuitatis more loquitur, non quòd dominus sacri ventris hospitium, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus sit. Vnde illa adapertio nõ significat reseratione cõe claustri pudoris virginei: sed solũ exitũ plis de utero mřis.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ ita Chřs voluit veritatẽ sui corporis demonstrare, q̃ et eius diuinitas declararet, & ideo permiscuit mira humilibus. Vnde vt corpus eius verũ ostenderetur, nascitur ex fœmina, sed vt ostenderetur eius deitas, processit ex virgine, talis enim partus decet Deum, vt Ambros.* dicit in hymno Natiuitatis.

AR-

3m de maiori. Ad gloriam corporis pertinere. ꝶ. Vel ad virtutem diuinam circa passibile corpus miraculose sic operantem. §. Tunc nihil, &c. vt patet in textu a ly, sed hoc non conuenit his, quæ supra determinata sunt, &c. vsque in finem. Pro cuius pleniori captu scito: quod corpori, etiam si esset gloriosum, non conuenit ratione dotis subtilitatis esse cum alio corpore, siue glorioso, siue non glorioso in eodē loco; sed solummodo per miraculū. De qua re videas Addition. q. 83. articu. 2. 3. 4. Hic enim est locus: qui, quo ad propositum, respondet præsenti textui dicenti ly, vt infra dicetur, cum tractabitur de corporibus gloriosis. Nam, cum sanctus Doctor morte præuentus id in hac tertia parte (vt nunc intendebat) præstare non potuerit, ad alia eiusdē scripta. s. ad quartum librū super Magistrum Sententiarum necesse fuit recurrere: indeque doctrinam suam Angelicam mutuo accipere, pro quanto ad partem hanc tertiam (iuxta diuisiones ab eodem sancto inibi præmonstratas) perficiendam requirebatur. Factum est; Recursum; Mutuatum; istud inde suis ipsis literis perfectum; atque ideo mutuum hoc, Additiones, vocatum.

*q.14.

*Non cōpleuit.

*q.14.art.1.ad 2.

AD TERTIVM dicendum, quod quidam dixerunt Christum in sua natiuitate dotem subtilitatis assumpsisse, sicut quando ambulauit siccis pedibus super mare, dicunt eū assumpsisse dotem agilitatis, sed hoc non conuenit his, quæ * supra determinata sunt: huiusmodi enim dotes corporis gloriosi proueniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, vt infra * dicetur, cū tractabitur de corporibus gloriosis. Dictum est autem * supra, quòd Christus ante passionem permittebat carni suæ agere, & pati, quæ propria, nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus. Et ideo dicendum est, quod omnia ista facta sunt miraculosè per virtutem diuinam. Vnde August. * dicit super Ioan. Moli corporis vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit? Et Dionys. * dicit in quadam epistola, quòd Christus super hominem operabatur ea, quæ sunt hominis, & hoc monstrat virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem.

AA-

*Tract.12. a me.10.6.

*In epi. ad Caiū monac. Incipit, quæris tu quidem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem interimas hæretes prædictas in appendice articuli primi; pro quantu possunt illi hæretici contelligere illam de partu ex vtero, scilicet non pepererit manens virgo. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas; eam in tali sensu merito damnari a multis, quæ inibi quo ad parere ex vtero recitata sunt: vt & uidere, & per te ad hunc locum applicare pates. Maxime autem videnda est bulla Papæ Pauli IIII. ibi citata; contra hæreticos hos, ac similes. Item a Concilio primo Ephesino; vt in argumen. contr. Item a Concilio Telensi, in rescripto ad Papam Siricium. Christus carnem sic suscepit, & sic homo factus est; vt hominem redimeret, atque a morte reuocaret. Innusitato tamen, quasi Deus, itinere uenit in terris: vt quemadmodum dixerat. Ecce facio omnia noua, partu immaculatæ virginis nasceretur. Audiuit Maria uocem Angeli, & quæ dixerat ante, quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea, Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum. Hæc est uirgo, quæ in vtero concepit, virgoque peperit, filium. Sic enim scriptum est: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Non enim conceptura tantummodo uirginem, sed & parituram virginem, dixit. Quid autem incredibile; si contra vsum originis naturalis peperit Maria, & uirgo permanet: quando contra vsum naturæ mare vidit, & fugit? Atque in fontem suum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem, quod virgo peperit: quando legimus quod petra uomuit aquas; & in muri speciem maris vnda solidatam est. Non excedit fidem, quod homo exiuit de uirgine: quando petra fontem profluum scaturiuit; ferrum super aquas natauit, ambulauit homo super aquas. Ergo, si hominem vnda portauit, nō potuit hominem virgo generare? Atque hominem, de quo legimus; Mittet illis Dominus hominem, qui saluos faciet eos; & notus erit Dominus Aegypto? In ueteri itaque testamento uirga hebræorum per mare duxit exercitum: in nouo testamento virgo regis aula cælestis electa est ad salutem. Hæc ibi. Vbi, propter Isaiam adductum, aduerte; quòd in ly uirgo concipiet, & pariet, non potuit propheta intelligere; nisi de uirgine, quæ & in concipiendo permanet virgo, idest sine semine virili concipit, & in pariendo permanet uirgo, idest sine apertione claustrorum pudoris virginei generat. Ratio est euidens ex ipsius Isaiæ contextu ly pete tibi signum, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra; & ly dabit Dominus ipse uobis signum, Ecce virgo, &cęt. Ad planam enim literam patet; quod iste conceptus, & partus, virginis debebat esse miraculosus: alioquin nec daretur a Domino tanquam signum ab ipso solo petendum, & consequenter ab ipso solo profluens; nec esset signum superans omne signum, siue in profundo inferni, siue in excelso supra, datum. Nam quod virgo concipiat & pariat, amissa uirginitate, nullum prorsus miraculum est: sed quotidianus originis naturalis progressus. Quod uerò aliqua virgo concipiat & pariat, indissolubili remanente virginitate, miraculum magnum est: quod si accipiat & pariat (vt dixit Isaias) filium, qui s. Emmanuel; hoc non tantum miraculum magnum est, sed etiam miraculum superans omne miraculum, siue in profundo inferni, siue in excelso supra factum. Magnitudinem enim tantam esse hanc Ioannes episcopus in homil. super Matth. 3. Signanter annotauit dicens. Illud quippe est admirationis omnimodo plenum; quòd scilicet ille, qui erat Deus, homo fieri voluit. Iam vero alia, iuxta rationis ordinem, consequuntur. Hæc ibi. Item ab Ecclesia Beatam uirginem sic alloquente. Gabrielem archangelum, scimus, diuinitus te esse affatum; vterum tuum de spiritusancto, credimus, impregnatum: erubescat Iudæus infelix, qui dicit; Christum ex Ioseph semine esse natum. Hæc illa, in festi purificationis Beatæ Mariæ, Responsorio nono. Tertiū vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, respondetur quæsito: B. Virgo fuit virgo in partu. Probatur auctoritate Isaiæ. Secundo, triplicem rationem conuenientiæ assignat, quæ clare patent in litera. Nouitij tamen percipiant pro prima ratione, quod conceptio uerbi in corde, & processio uerbi ex corde, non sunt duo progressus: sed ad exprimendas diuersas conditiones habitudinis uerbi ad intellectum, diuersæ adhibentur rationes: verbum enim cordis, hoc est conceptus, quem format intellectus cum rem aliquam intelligit, & manet intus in intellectu, cum res actu intelligitur, & distinguitur ab intellectu a quo emanat. Dum enim ego intelligo me ad imaginem Dei esse, formo simulachrū de meipso ad imaginem Dei: & similiter cum intelligo me peccatorem, formo, simulachrum de meipso peccatore, & sic de alijs. illud autem simulachrum quod cōceptus, quod verbum appellatur, non extra mentem meam, sed in mente mea manet, Et similitudinarie dicitur concipi in corde, & nasci ex corde: quia proles, dum in vtero concipitur in utero manet: & dum ex vtero nascitur, a matre distinguitur perfectè. Simili siquidem modo, quia verbum cordis in corde prolatum manet, concipi dicitur: & quia a corde prolatum perfectè distinguitur accidentis sublata natura, ideo nasci dicitur ex corde. Vbi videre potes, quod conceptio, natiuitasque verbi in, & ex corde, vnus processus est, diuersis nominibus diuersa ratione appellatus, & quod, nec in conceptu, nec in ortu suo mentem, in qua, & ex qua procedit, corrumpit, vt in synodo allata in litera dicitur.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd Auctor dotis nomine appellat, & ipsam rem: quæ dos dicitur, & modum eiusdē, hoc est rem tali modo, puta per modum immanentis, vt ipsemet inferius manifestabit, quæst. 45. art. 2. Et cum ex duplici capite potuisset reprehendi positionem Hugonis de sancto Victore, scilicet ex hoc, quod non spectat ad subtilitatis dotem, duo corpora esse simul in eodem loco: vnde nec corpora gloriosa ex sua proprietate poterunt simul esse in eodem loco, & ex hoc, quod in corpore animali non inuenitur dos, quia non inuenitur animæ gloriosæ redundantia simpliciter ad corpus: quamuis vt inferius in allegato loco dicitur, inueniri possit miraculosè redundantia secundum quid, maluit tamen Auctor ex ipsa dotis ratione hic procedere, quam in illam disputationem aliam introire.

Medina ar. 3.

SVP. Q. XXVIII. ART. III.

160 Opu. 3. co. 232.

COncl. 1. Absque omni dubio detestādus est error Heloidij: qui dicere præsumpsit; Matrem Christi post partum a Ioseph esse carnaliter cognitā, & alios filios genuisse.

¶ Prob. 1. Quia hic error derogat perfectioni Christi. Secundo, Quia hic error facit iniuriam spirituisancto. Tertio, Quia hic error derogat tum dignitati, tum sanctitati, matris Dei. Quarto, Quia hic error maximam præsumptioné ipsi Ioseph (qui tamen erat iustus Matth. 1.) imponit.

¶ Concl. 2. Simpliciter est asserēdum: quòd mater Dei, sicut virgo concepit & virgo peperit, ita etiam & virgo post partum in sempiternum permansit.

¶ Prob. Quia contrarium cōclusionis est hæreticus error maxime detestandus (vt ex conclusionis primæ probatione abundanter patet.)

1m de minori.

Nisi de conuenturis. R. Vel de his, qui hominibus videntur conuenturi. §. Quamuis scilicet postea nunquam conueniant. Tunc nihil, &c. Nam ly antequam conuenirent, nō importat hoc. s. quod postea cōuenerint; sed importat hoc. s. quod poterant, quantum ex sacramento matrimonij erat, conuenire. Et hoc est, quod uult dicere textus ly dum viderentur conuenturi, idest dum viderētur posse, quantum ex matrimonio erat, conuenire. Verum dum sic possent, antequam actu conuenirent, inuenta est de spiritusancto habens in vtero virgo filium: ex quo factū est, vt nunquam postea cōuenerint. Sicut ab exēplo de pransuro in portu, postquam è portu ieiunus, quasi de repente discessit, docet textus.

2m minor. Coniugiū consumatur per carnalem copulam. R. Sed tamen essentialiter cōstat solum ex prima desponsationis fide. §. i. ex mutuo consensu animorum, non corporum. Tunc nihil, &c. Nam, sicut Augustinus dicit in lib. de nuptijs, &c. vt in tex. Pro cuius, & dicturum capite. vide quæstio. 29. artic. 2. & 4. distinct. 30. quæst. 2. art. 1. 2. & Addition. quæst. 44. art. 1. item quæstio. 45. art. 1. item quæst. 48. art. 1. cū Elucid.

3m de minori.

Signare. R. Quandoq; §. Tunc nihil, &c. Sufficit enim proposito, quod ly donec, nō signet semper illud tēpus: quo impleto fiat id, quod vsque ad illud tempus non fiebat. Nam in illa sententia Euangelistæ sumitur ly donec, vt dicit tempus infinitum modo, quo declaratur & ap-

ARTICVLVS III.

Vtrum mater Dei permanserit virgo post partum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod mater Christi non permanserit virgo post partum. Dicitur enim Matth. 1. Antequam conuenirent Ioseph, & Maria, inuenta est in vtero habens de Spiritusancto, non autem euangelista diceret, antequam conuenirent, nisi de conuenturis: quia nemo dicit de non pransuro, antequam pranderet. ergo uidetur quòd beata virgo quandoque conuenerit carnali copula cum Ioseph, & ita non permanserit virgo post partum.

¶ 2 Præt. Ibidem subditur ex verbis angeli loquentis ad Ioseph. Ne timeas accipere Mariam coniugē tuam. Coniugium autem consumatur per carnalem copulam. ergo uidetur quod quandoque carnalis copula interuenerit inter Mariam, & Ioseph, & ita videtur quòd nō permanserit virgo post partum.

¶ 3 Præt. Ibidem post pauca subditur: Et accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitū. Hoc autem aduerbium, donec, consueuit determinatū tempus signare, quo impleto fiat id, quod vsque ad illud tempus non fiebat, verbum autem cognoscendi ibi ad coitum refertur, sicut, & Genes. quarto dicitur, quod Adam cognouit vxorem suam. ergo uidetur, quod post partum beata virgo fuerit carnaliter a Ioseph cognita. ergo uidetur quod non permanserit uirgo post partum.

¶ 4 Præt. Primogenitus non potest dici, nisi qui habeat fratres subsequentes: vnde, & Rom. 8. dicitur, Quos præsciuit cōformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: sed euangelista nominat Christum primogenitum matris eius. ergo habuit alios filios post Christum, & ita uidetur, quod mater Christi non manserit uirgo post partum.

¶ 5 Præt. Ioan. 2. dicitur, Post hæc descēdit Capharnaum ipse, scilicet Christus, & mater eius, & fratres eius: sed fratres dicuntur qui ex eodem parente geniti sunt. ergo videtur quòd beata virgo habuerit alios filios post Christum.

¶ 6 Præt. Matt. 27. dicitur, Erāt ibi. s. iuxta crucem Christi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Iesum a Galilæa, ministrantes ei, inter quas, erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioseph mater & mater filiorū Zebedæi. Videt' aūt hæc maria, quę hic dr Iacobi, & Ioseph mater, esse ēt mater Christi: dicitur. n. Ioan. 19. quòd stabat iuxta crucē Iesu, Maria mr eius. ergo vr quòd mr Chri non permanserit uirgo post partū.

SED CONTRA est, quòd dr Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & nō aperietur, & vir non transibit per eam, qm̄ dominus Deus Israel ingressus est per eam: quod exponens Aug. in quodam sermone dicit,* Quid est porta in domo dn̄i clausa, nisi quòd Maria semper erit intacta? Et quid est, homo non transibit per eam, nisi quòd Ioseph non cognoscet eam. Et quid est, Dn̄s solus intrat, & egredit per eam, nisi quòd Spiritusanctus impregnabit eā, & angelorum dn̄s nascet' per eam. Et quid est, clausa erit in æternū, nisi quòd Maria virgo est ante partum, & virgo in partu, & uirgo post partum.

*In ser. 14. de natali dn̄i qui est 18. de tēp. non lōge a prin. to. 10.

RESP. Dicendum, quòd absq; omni dubio detestādus est error Heluidii, qui dicere præsumpsit matrem Christi post partū a Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse. Hoc. n. primo derogat Christi perfectioni, qui sicut sm diuinam naturam unigenitus est Patris, tanquā pfectus per omnia filius eius, ita decuit vt esset vnigenitus matris tanquam perfectissimum germen eius. Secundo, hic error iniuriam facit Spiritusancto cuius sacrariū fuit uterus virginalis, in quo carnem Christi formauit. vnde nō decebat, quòd de cætero violaretur per cōmistionē virilem. Tertio derogat dignitati & sanctitati matris Dei, quæ ingratissima videretur, si tanto filio contenta non esset, & si uirginitatē, quæ in ea miraculosè conseruata fuerat, sponte perderet per carnis concubitū. Quarto ēt ipsi Ioseph esset ad maximam præsumptionem imputandū, si eam, quā reuelante angelo de Spiritusancto Deū concepisse cognouerat, polluere attētaret. Et ideo simpliciter est asserendum, quòd mater Dei sicut virgo concepit, & virgo peperit, ita etiam & uirgo post partum in sempiternum permansit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Hieron.* dicit in lib. cōtra Heluidium, intelligendū est, quòd hæc propositio ante, licet sæpè consequentia indicet, tū nonnunquā ea tantū, quæ prius cogitabantur, ostendit: nec necesse est vt cogitata fiant, cū ideo aliud interuenerit, ne ea, quæ cogitata sunt, fierent. Sicut si aliquis dicat, antequā in portu pranderē nauigaui: non intelligitur quòd in portu prandeat postquam nauigauerit, sed quia cogitabatur in portu pransurus. Et similiter Euangelista dicit, Antequā conuenirent, inuēta est in vtero habens de Spiritusancto, non quia postea conuenerint: sed quia dum viderentur conuenturi, præuenit conceptio per Spiritumsanctum, ex quo factum est ut ulterius non conuenirent.

*Tit. huius lib. est de perpetua virg. Mariæ, nō procul a pri. lib. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de Nup.* & concupiscentia, Coniux Ioseph, uocatur mater Dei ex prima desponsationis fide, quam per concubitum nō cognouerat, nec fuerat cogniturus. vt enim Amb.* dicit super Lucam, non uirginitatis ereptio, sed coniugii testificatio, & nuptiarum celebratio declaratur.

* c. 11. non lōge a pri. to. 7.

* li. 2. in Luca, 1. a me. to. 5.

AD TERTIVM dicendum, quòd quidam dixerūt, hoc non esse intelligendū de cognitione coitus, sed de cognitione notitiæ. Dicit enim Chrysost.* quòd nō cognouit eā Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquam peperit tunc cognouit eam: quia per ipsius prolem speciosior* & dignior facta fuerat q̄ totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo uteri sui sola suscepit. Quidam uero hoc referunt ad notitiam visus: sicut enim Moysi cū Deo colloquētis glorificata est facies, vt

* hom. 1. in Mat. i ope. imper. sup illud. Et nō cognouit eā, donec to. 2.

* alia speciosior.

& applicatur in textu à ly quandoque uerò, signat infinitum tempus, &c. usque ad finem. De hoc uide pulchra in Veritatibus Aureis super legem veterem, Genes.4. conclus.2.a simili, Num. 8. conclusio. 3.4.

4m de maiori. Nisi qui habet fratres subsequẽtes. ℞. Vel qui primò ex uetre nascitur. §. Etiam, scilicet quod alii non sequantur. Tunc nihil &c. Nã hoc secundo modo tantum sumitur ly primogenitum, quando Christus nominatur ab Euãgelista primogenit.* matris eius. Vide Veritates Aureas &c. ubi nũc supra ad tertium si.

* in fi. cõ. ad 1.c.Ma. to.9.

5m minor. Fratres dicuntur, qui ex eodem parente geniti sunt. ℞. Vel qui gente, cognatione, aut affectu, coniũcti sunt, §. Tunc nihil, &c. ut patet in sex. ly vnde fratres domini dicti sũt non &c. Ad cuius respõ. declarationem dic, q fratres dicuntur gen.e, omnes Hebræi (ut in libris legalibus sæpe uocantur) cognatione omnes consanguinei, uel affines (ut in Genes. 13. de Abraham & Loth) affectu omnes Christiani, chari amici (Matth. 23. omnes uos fratres estis) natura omnes ex eodem parente nati (Matth. 4. Vidit alios duos fratres, Iacobũ & Ioannem.)

6m minor. Videtur hæc Maria quæ hic dicitur Iacobi & Ioseph mater, esse etiam mater Christi. ℞. Negatur. §. Est enim illa Maria uxor Alphæi. Ad probationem ergo in contrarium ex Ioan. 19. Respondetur: quod cum male intelligatur, sicque intellecta male applicetur, nihil contra responsum formale concludit.

vt non possent intendere in eum filii Israel: sic Maria claritate uirtutis altissimi obumbrata, cognosci non poterat à Ioseph, donec pareret: post partum autem à Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hieron.* autem cõcedit hoc esse intelligendum de cognitione coitus: sed dicit, quod usque, uel donec, in Scripturis dupliciter potest intelligi. Quandoque enim designat certum tempus, secundum illud Gal. 3. Propter transgressionem lex posita est, donec ueniret semen, cui promiserat: quandoque uero signat infinitum tẽpus, secundum illud Psal. 123. Oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, ex quo nõ est intelligendum, quod post impetratam misericordiã, oculi auertantur a Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta nõ fuissent: cætera uerò nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et secundum hoc Euangelista dicit matrem Dei, non esse cognitam a uiro usque ad partum, ut multò magis intelligamus cognitam nõ fuisse post partum.

Ad qvartvm dicendum, quod mos diuinarum Scripturarũ est, ut primogenitum uocent non solum eum quem fratres sequuntur, sed eum, qui primus natus sit. Alioquin si non est primogenitus, nisi quem sequuntur fratres, tamdiu* secundum legem primogenita non debentur, quamdiu, & alia fuerint procreata, quod patet esse falsum, cum infra unum mensem primogenita redimi mandentur secundum legem.

Ad qvintvm dicendum, q quidam sicut Hierony.* dicit super Matth. fratres domini de alia uxore, Ioseph filios suspicantur. Nos autem fratres Domini non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, sororis Mariæ matris Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & affectu. Vnde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam quasi ab eadem matre nati, sed secundum cognitionem quasi consanguinei eius existentes. Ioseph autem, sicut Hieronym.* dicit contra Heluidium, magis credendus est Virgo permansisse: quia aliam uxorẽ habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum uirum non cadit.

Ad sextvm dicendum, q Maria, quæ dicitur Iacob, & Ioseph mater, non intelligitur esse mater Domini, quæ in Euangelio non cõsueuit nominari nisi cũ cognominatione huius dignitatis, q sit mater Iesu. Hæc autem Maria esse intelligitur uxor Alphæi, cuius filius est Iacobus minor, qui dictus est frater Domini.

ctas meritò damnari ab Ecclesia per hoc, quod in omnibus ferè d.B. Maria collectis, & alibi, eam uocat perpetuam Virginem, semper Virginem, immaculatam, inuiolatam, intactam, semper illibatam. Quinetiam, speciatim ad propositum, de ipsa canit: Post partum Virgo inuiolata permansisti. Item ab Ezech.42. porta hæc &c. cum expositione B. Augustini, ut ponitur in argum. contr. Item à Concilio Telẽsi, in suo rescripto ad Siritium Papam, dicentem. Quæ est sanctuarii illa porta, porta illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo pertransibit per eam, sed solus Deus Israel transibit per eam? Nonne hæc porta Maria est: p quam in hunc mundũ redẽptor intrauit? Hæc est porta iustitiæ; sicut ipse dixit, sine nos implere omnẽ iustitiam. Hæc porta est Maria, de qua scriptum est, Quia Dominus pertrãsibit per eã, & erit clausa post partũ. Hæc ibi. Item à Veritatibus Aureis super legem veterem, Num.8. cõclus.3.4. Ex capit.18. conclus.3. Item à dictis in ar.2. & 2. appen. Item, & maxime a Bulla Pauli IIII. Vbi tunc allegatur, quã omninò uideas, uel ibi, uel in Directorio Inquisitorum positam versus finẽ inter literas Apostolicas. Item à B. Hieronymo in lib. contra Heluidiũ. Item à Siritio Papa in Epistola secũda ad Ecclesiam Mediolanẽsem, damnatur Iouinianus, tamquam hæreticus, & præcipitur q ipse sociiq; eius ab Ecclesia remoueantur. Item à B. Maximo in sermo. d.B. Virg. ubi uniuersaliter contra Antimarianos inuehitur dicens. Mater Virgo uniuersam prauitatem hæreticã sola cõtriuit. Alius illam nõ de substãtia suæ carnis Christum edidisse, dogmatizauit. Alius, eam paruulum non peperisse, simulabat. Alius, partum viro genitum blasphemabat. Alius Dei matrem audire non sustinens, magnum illud nomen, Theotocos, impiissimè sugillabat. Sed contriti sunt insidiatores; conculcati sunt supplantatores; consutati derogatores, & beatam eam dicent omnes generationes. Hæc ibi. De his uide Epiphanium libro 3. tomo secundo, contra hære. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

* alias, fin legẽ sacerdotib*, &c.

* circa finẽ cõmen. ad 1.c. Mat. to.9.

* habetur c.l. Mat. super illud, Cum esset despõsata, to. Et etiã cõtra Eluidiũ ante fi. to.3.

ARTICVLVS III.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. Ex articulo hẽs primo: quomodo per rationem intẽrimas hæresim Eluidii, dicentis, ut in tex. corp. Et hæresin Iouiniani, & Lucẽsternberger dicentium. quod Maria, præter unigenitum Christum, alios peperit filios. Hinc quoque per articulos omnes hos, scilicet primum, secundum, tertium, quorundam aliorum destrues hæresim dicentium absoluse: quod Maria non fuit Virgo.

2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hæreses prædictas

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio contra errorem Heluidii, quatuor rationibus firmata, Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad secundum, nota pro sensu literali responsionem. Hiere. quia uerissima est, & ad literam, & fulta auctoritatibus Scripturæ, & allatam in litera, & alibi, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. Non enim denotatur, quod post suppositos inimicos desinet sedere à dextris, sed quia posset dubitari an interim, quod ponantur suppedanei inimici, sedeat hoc est regnet quiete à dextris Dei, ideo ad tollendam dubitationem dictum est, Sede à dextris meis, donec ponam &c. ut per hoc sapiens quisque intelligeret, quod tanto magis post sedebit a dextris Dei.

¶ In responsione ad sextum, uide, quod etiam diuersus in Euangelio situs descriptus matris Iesu, & Mariæ Iacobi, distinguit illas: nam ista a longe, illa iuxta Crucem describitur.

16. 4 d.30.q6. a 2. q.1. & 3 Et Mi th. 8.

Cap. c.d.30.q.1.ton.3. Med.ms ar.4.

SVPER Q. XXVIII. ART. IIII.

Concl.1. Conueniens fuit, ut uirgi-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Mater Dei virginitatem vouerit.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur, q mater Dei virginitatem non uouerit. Dicitur enim Deuteron. 7. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Sterilitas autem sequitur uirginitatem. ergo seruatio uirginitatis erat cõtra præ-

ginitas matris Dei ex uoto esset Deo consecrata.

¶ Prob. Quia uirginitas matris Dei debuit præcipue esse laudabilis,

dabilis,(ut patet ex ar. 1. 2.): & opera perfectionis sunt laudabiliora, si ex uoto hant, 2. 2. q. 88. ar. 6.

¶ Conel. 2. Mater Dei, non creditur, antequam desponsaretur ipsi Ioseph, virginitatem absolute uouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, tamen super hoc uoluntatem suam diuino commisit arbitrio.

¶ Prob. Quia tempore legis ueteris oportebat insistere generationi. Secunda autem pars, scilicet, sed licet, &c. præsupponitur de se clara.

¶ Conel. 3. Mater Dei, accepto sponso, votum virginitatis simul cum eo, secũdum quod mores illius temporis exigebant, emisit.

¶ Prob. Quia ex primis conclusionibus sequitur, quo ad votum B. Virginis, & quo ad hoc, quod illud uotum simul cum sponso emiserit, præsupponitur clarum, utpote apud SS. Doctores commune.

*q. 27. a. 4. 1^m de conclusione. Vouere. R. Absolute. §. Tunc nihil, &c. Non enim simpliciter uouit tunc uirginitatem, (ut dixit secunda conclusio pro qua militat argumentum): sed solũ sub conditione.

2^m de minori. Inchoari. R. Perfecte. §. Tunc nihil &c. Nam

*2. 2. q. 88. ar. 6. hoc, ꝙ mater Dei uouerit modo dicto virginitatem fuit quidem quędam inchoatio obseruationis consiliorum, sed

* ar. 1. huius quæstio. non ita perfecte se habens, sicut in Christo. Adeo ꝙ talis inchoatio perfecte simpliciter idest perfecte totaliter

D. 1170. (ut intẽdit responsum formale) in Christo incœpit: in matre autem aliqualiter, idest Christi exemplar in hoc non adæquans, sed propius inter creaturas imitans. Nec immeritò sane sicut enim gratiæ plenitudo perfecte, &c. ut in tex.

3^m ex Apostolo. Vouentibus. R. Absolute. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu ly quod quidem mater Dei, &c. usque in finem.

ceptum ueteris legis: sed adhuc lex uetus habebat statum antequam Christus nasceretur. ergo non potuit licitè B. Virgo uouere uirginitatem pro tempore illo.

¶ 2 Præt. Apostolus 1. ad Corin. 7. dicit, De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, consiliũ autem do: sed perfectio consilii à Christo debuit inchoari, qui est finis legis, ut Apostolus dicit Roma. 10. Non ergo cõueniens fuit, quod Beata Virgo uotum uirginitatis emitteret.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit 1. ad Timoth. 5. quod uouentibus castitatẽ, non solum nubere, sed etiam uelle nubere, damnabile est: sed mater Christi nullum peccatum damnabile commisit ut supra habitũ est.* Cum ergo desponsata fuerit (ut habetur Luc. 1.) uidetur quod ipsa virginitatis uotum non emiserit.

Sed contra est, quod Augustinus dicit * in libro de sancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria respondit, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco, quod profectò non diceret, nisi prius se Virginem Deo uouisset.

Respon. Dicendum, quod sicut in secũda parte habitum est,* perfectionis opera magis sunt laudabilia, si ex uoto celebrentur. Virginitas autem in matre Dei præcipuè debuit pollere, ut ex supra † dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit, ut virginitas eius ex uoto esset Deo consecrata. Verùm, quia tempore legis oportebat generationi insistere tam mulieres quam uiros, quia secundum carnis originẽ, cultus Dei propagabatur antequã ex illo populo Christus nasceretur mater Dei non creditur antequam desponsaretur Ioseph, absolutè virginitatem uouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamẽ uoluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum uero accepto sponso, secũdum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo uotum uirginitatis emisit.

Ad primum ergo dicendum, quod quia uidebatur esse lege prohibitum, non dare operam ad relinquẽdum semen super terram, ideo non simpliciter uirginitatem uouit Dei genitrix: sed sub conditione, si Deo placeret. Postquam autem ei innotuit hoc esse Deo acceptum, absolutè uouit antequam ab Angelo annuntiaretur.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut gratię plenitudo perfectè quidem fuit Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præcessit in matre, ita etiam obseruatio consiliorũ, quę per gratiam Dei, fit, perfectè quidem incœpit in Christo, sed aliquomodo fuit inchoata in Virgine matre eius.

Ad tertium dicendum, ꝙ uerbum illud Apostoli est intelligẽdum de illis, quæ absolutè castitatẽ uouent quod quidem mater Dei nõ fecit antequam Ioseph desponsaretur: sed post desponsationem ex cõi uoluntate simul cum sponso suo uotum uirginitatis emisit.

QVAE-.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum à scripturis, quod B. Virgo uouit virginitatem. Vt Luc. 1. Quomodo fiet, &c. cum expositione S. Augustini, ut in argum. contr. Vbi propterea expone tu ly cognosco, idest cognoscere nec uolo, nec possum. Nam uotum ligat etiam potestatem, 2. 2. q. 88. ar. 6. Hinc patet, quod uotum uirginitatis absolutè emisit, antequam annunciaretur, q. 28. a. 4. ad primũ. Secundò ex hoc tum articulo, tum Euangelio habes; quomodo meritò condemnes hæreses damnantes uota; puta Lãpetianorum, Caluinistarum, Lutheranorum; uel dicentium, ꝙ perfectior est uita sine uoto, quam cum uoto; puta pseudoapostolorum; vel etiam damnantes continentiam: puta Lutheri Vigilantiũ, Ioannis Vuesphali. Porrò, ad abundantiorem horum primorum confutationem, vide 2. 2. articulorum numero 473. 889. cum Elucidatio. Item Veritates Aureas super totam legem ueterem, Genes. 31. conclusio. 3. & Leuit. 27. conclusio. 1. & Nume. 15. conclusio. 2. & Genes. 3. conclusione secunda. Item secunda, secundæ, articulorũ numero 489. Elucidat. Item Additio. articulorum, numero 212. 266. Elucidat. Ad illorum autem secundorum cõfutationem maiorem, uide secunda, secundæ articulorum nume. 471. 475. 889 890. cum Elucidatio. Ad eorum uero tertiorum confutationem ampliorem, vide 2. 2. articulorum nume. 728. 754. 887. Elucidatio. & Additio. articulorum num. 152. 214. 266. 267. 352. cũ Elucid. Tertiò per seipsum lector prudens uidere poterit: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

APPEN-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est. Et ratio dubii est: quia nihil legitur de uoto Beatæ Virginis, & ipsa eius desponsatio contrariari uidetur uoto uirginitatis.

¶ In corpore duo fiunt. Primò, tractatur de ipsius uoto: Secundò, de tempore voti. Quo ad primum unica est conclusio: Conueniens fuit Beatæ Virginis virginitatem esse Deo consecratam voto, probatur: quia laudabilior est uirginitas uoto dicata, sicut reliqua perfectionis opera. Quo ad secundum, distinguuntur duo tempora ante annunciationem, primum ante desponsationem: secundum inter desponsationem, & annunciationem, & secundum singula tempora sigillatim respondetur. Iuxta primum conclusio est: Beata Virgo ante desponsationem non simpliciter, sed sub conditione virginitatem uouit. Probatur: quia tunc virginitas erat prohibita à lege, & desiderata à persona Beatæ Virginis: & quia prohibita non simpliciter uouit, quia desiderata uouit sub conditione si Deo placeret, ut in responsione ad primum explicatur.

¶ Iuxta secundum conclusio est. Beata Virgo uotum virginitatis cum uiro suo simul emisit simpliciter.

¶ Vbi scitò, quod conclusio non aliter in litera probatur: sed ex iam dictis consequens relinquitur: ex eo enim quod ante desponsationem non uoluit simpliciter, quia prohibitum erat, & uirginitatem quandoque uouit simpliciter, quia laudabilior virginitas est matri Dei tribuenda, & ante annuntiationem uouit simpliciter: quia aliter non dixisset, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? nec actu, nec potentia, propter votum, (ut Augustinus hinc accipit) & coniugata non potest uouere virginitatem sine consensu uiri sui, nisi post Christum dissoluendo matrimonium non consummatum, per religionis professionem, quod tunc locum non habuit, sequitur quod Beata Virgo ante annuntiationem, & cognouerit Deo placere, quod virginitatem uouerit simpliciter, & de consensu Ioseph virginitatem uouerit. Valde autem rationi consentaneum est, ut sanctus sponsus concedens sponsæ, quod manente coniugio, uirginitatem uoueret, ipse quoque uirginitatem simul uoueat: pensata præsertim diuina prouidentia, quæ hoc inspirare ipsi Ioseph quasi debebat,

bat, ut Virgo uirginum, uirginem quoque comitem, seruatoremque sui haberet alioquin non fuisset plena gratia: cui hæc gratia in suo coniuge defuisset, quam ipsa maxime secundum rectam rationem desiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quod cum Ioseph ante annuntiationem uirginitatem simpliciter uouit.

Medina, ar.1.

SVPER Q. XXIX. ART. I.

CONCL. Conueniẽs fuit: Christum de desponsata Virgine nasci, tum propter ipsum, tum propter matrem, tum propter nos.

¶ PROB. Primò, quia Christus non debebat, tamquam illegitime natus, uideri infidelibus. Secundò, quia eius genealogia consueto modo per uirum describenda erat. Tertio, quia diabolus reprimi debuerat, ne puerũ natum uehementius persequeretur (ut declaratur in ad tertiũ). Quarto, quia puer natus erat nutriendus à uiro, idest à Ioseph. Secunda autẽ pars, scilicet tum propter matrem, probatur primò, quia B. Virgo erat reddẽda immunis à pœna lapidationis. Secundò, quia ipsa debuerat præseruari, ne incurreret infamiam. Tertiò, quia de hoc, quod sponsus, idest Ioseph B. Virgini ministraret, erat prouidendum. Tertia uero pars, scilicet tum propter nos; probatur, Primò, quia comprobandum nobis erat testimonio sponsi, i. Ioseph, Christũ esse natum de Virgine. Secundo, quia verba B. Virginis propriam virginitatem asserentis credibilia ualde nobis reddenda erant: (ut ex D. Ambrosi utrumque declaratur). Tertio quia erat tollenda excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam non uitant infamiam (ut declaratur ex eod.). Quartò, quia pro despõsatione B. Virginis significabatur Ecclesia, quæ & Virgo, & despõsata est. Quintò, quia per hoc, & matrimonium, & uirginitas approbatur.

1[m] maior. Desponsatio ad carnalem copulam ordinatur &. Quãtum est ex parte despõsationis, nõ autem semper, quantum est ex parte desponsatorum. §. Tunc nihil, &c. Nam B. Virgo mater Dei et, &c. ut in tex. Qui & formalius declarati uidetur ex ar. 2. corp. ly vterque

163
4.d. 30. q. 2. art. 1 q. 2. & 3. Et Matt. 1.

* Epis. 3. ante med. illius, to. 2.

* c. 1. Math. super il lud. Cũ esset despon sata, to. 9.

QVÆSTIO XXIX.

De matris Dei despõsatione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de desponsatione matris Dei.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum Christus debuerit de desponsata nasci.

¶ Secundò, Vtrum fuerit verum matrimoniũ inter Mariam matrem Domini, & Ioseph.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit de Virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinatur: sed mater Domini numquam uoluit carnali copula uiri uti; quia hoc derogaret virginitati mentis ipsius. ergo non debuit esse desponsata.

¶ 2 Præt. Quod Christus ex Virgine nasceretur, miraculum fuit. vnde August.* dicit in Episto. ad Volusianum: ipsa Dei uirtus per inuiolata matris Virginea uiscera, membra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis intro duxit; hic si ratio quæritur, non erit mirabile, si exemplum poscitur, non erit singulare, sed miracula fiunt ad cõfirmationem fidei, vnde debent esse manifesta. Cum igitur per desponsationem hoc miraculum fuerit obumbratum, uidetur non fuisse conueniens, quod Christus de desponsata nasceretur.

¶ 3 Præt. Ignatius martyr, ut Hieron.* dicit super Math. hanc causam assignauit desponsationis matris Dei, ut partus eius Diabolo celaretur, dum eum putat non de Virgine, sed de uxore generatum, quæ quidem causa nulla esse uidetur: tũ, quia diabolus ea, quæ corporaliter fiunt, perspicacitate sui sensus cognoscit, tunc etiam, quia postmodum per multa euidentia signa dæmones aliqualiter Christum cognouerũt, unde dicitur Mar. 1. quod homo in spiritu immũdo exclamauit dicens, Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos, scio ꝙ sis sanctus Dei. nõ ergo uidetur incõueniens fuisse, quod mater Dei esset desponsata.

¶ 4 Præt. Aliam rationem assignat Hieron.* ne lapidaretur mater Dei à Iudæis, sicut adultera, Hæc autem ratio nulla esse uidetur, si enim non esset desponsata, non posset de adulterio condemnari & ita non uidetur rationabile fuisse, quod Christus de desponsata uirgine nasceretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 1. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, & Luc. 1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph.

que consensit in copulam coniugalem, nõ autem expresse in copulam carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vt hinc ad maiorem illam, formaliter dicas. Desponsatio ad carnalem copulam ordinatur. R. Vel expressè, id est absolute, uel sub

* Sup illud Mat. 1. Cũ esset despõsata, to. 9.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci, tum propter ipsum, tum propter matrem, tum etiam propter nos. Propter ipsum quidem Christum quadruplici ratione. Primò quidem, ne ab infidelibus tamquam illegitimè natus abiiceretur. Vnde Ambros.* dicit super Luc. Quid Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum uiderentur ex adulterio persecuti? Secundo, ut consueto modo, eius genealogia per uirum describeretur. unde dicit Ambro.† super Luc. Qui in seculũ uenit, seculi debuit more describi. viri autem persona quæritur, qui in senatu, & reliquis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instituit Scripturarum, quæ semper uiri originem quærit: Tertiò ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum uehementius nocumenta procurasset. Et ideo Ignatius dicit* ipsam fuisse desponsatam, ut partus eius diabolo cœletur. Quartò, ut a Ioseph nutriretur: vnde & pater eius dictus est, quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte Virginis. Primò quidem, quia per hoc redditur immunis à pœna, ne scilicet lapidaretur à Iudæis tamquam adultera, ut Hieronym.† dicit, Secundò, ut per hoc ab infamia liberaretur. unde dicit Ambro.* super Luc. quod desponsata est, ne temeratæ virginitatis aduretetur infamia, cui grauis aluus corruptelæ uideretur insigne præferre. Tertiò, ut ei à Ioseph ministerium exhiberetur, ut Hieron.† dicit. Ex parte etiam nostra hoc fuit conueniens; Primò quidem, quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex virgine natum. vnde Ambros.* dicit super Luc. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset, & delere iniuriam, & uindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundò, quia ipsa uerba Virginis matris magis credibilia reddũtur, suam uirginitatem asserentis. vnde Ambros.† dicit super Luc. Fides, Mariæ uerbis magis adsciscitur, & mẽdacii causa remouetur. uideretur enim culpam obumbrare uoluisse mẽdacio innupta prægnans: causam autem mẽtiendi desponsata non habuit, cum coniugis premium, & gratia nuptiarum partus sit fœminarum, quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertiò, ut tolleretur excusatio uirginibus, quæ propter suam incautelam non uitant infamiam. vnde Ambros.* dicit, Non decuit uirginibus sinistra opinione uiuentibus, uelamen excusationis relinqui quod infamata mater quoque Domini uideretur. Quartò, quia per hoc significatur uniuersa Ecclesia: quæ cum uirgo sit, desponsata tamen est uni uiro Christo, ut August.† dicit in lib. de sancta Virginitate. Potest etiam, & quinta ratio esse, quod mater Domini fuit desponsata, & virgo: quia in persona ipsius, & uirginitas, & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

* lib. 2. in Luc. 1. inter prin. & mediũ, to. 5.
† lib. 3. in Luc. nõ procul a prin. illius, to. 5.

* ut refert Hier. 1. ca. Matt. to. 9.

† sup illud Mat 1. Cũ esset despõsata. to. 9.
* lib. 2. in Luc. nõ procul a prin. lib. to. 5.
† loco antea dicto, & contra Heluidiũ lib. de perpetua virginitate Mariæ, to. 3.
* lib. 2. in Luc. c. 1. ad med. to. 5.
† lib. 2. in Luc. c. 1. ad med. to. 5.

* lib. 2. in Luc. nõ procul a prin, to. 5.

† c. 12. ante med. to. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Beata Virgo mater Dei, ex familiari instinctu Spiritussancti credenda est desponsari

sub conditione, id est si Deo placuerit, §. Tunc nihil &c. Nam B. Virginis desponsatio non ordinabatur expresse ad carnalem copulam (hoc enim ut arguitur derogasset virginitati mentis ipsius): immo B. Virgo tempore desponsationis confidebat de auxilio diuino, quod numquam ad carnalem copulam peruentura esset. Talis igitur desponsatio ad copulam carnalē ordinabatur solum sub conditione hac, scilicet si Deo placeret: & hoc est, Beatam Virginē cōmisisse diuino arbitrio, id est beneplacito, prædictam suam confidentiam, qua desiderabat, & sperabat, se numquā peruenturam ad carnalem copulam. Cum ergo non absolutè, sed tātum sub tam prudentissima conditione, in copulam carnalem consenserit: constat aperte, qđ ex desponsatione sua in nullo detrimentum passa est Beatæ Mariæ virginitas.

* lib. 2. in Luc. nō procul a prin. lib. to. 5.

2^m de minori.

Sed miracula. ℞. Quædam; non autem omnia. §. Tunc nihil, &c. Quod enim Christus ex virgine nasceretur, fuit quidem miraculum; sed non de illis miraculis, quæ fiunt ad fidei probationem; uerum de illis fuit miraculis, de quibus est fides. Cum ergo de miraculis in diuerso sensu à conclusionis ueritate loquatur argumētum: patet, quod non infringit, immo nec tangit, articuli propositum.

† li. 2. ex c. 7. & 8. coll. to. 3.

D. 446.

3^m minor.

Quæ quidem causa nulla esse videtur. ℞. Negatur. §. Ad probationem illam duplicem, scilicet tum quia diabolus, &c. tum etiam quia postmodū, &c. respondetur, quod non probant illam minorem, idest non ostendunt, illam esse ueram. Nam sicut Augustinus dicit in tertio, de Trin. diabolus multa, &c. ut in text. usque ad ly generalitatem discretum.

Item (ex Ignatio).

Diabolo. ℞. Idest membris diaboli. §. Idest principibus sæculi. Tunc nihil &c. ut patet. Vide hoc responsum sensum in tex. ly Ambrosius tamen super Lucam videtur, &c. Vbi ex ly magis, dicas: quod Diui Ambrosii intentum non est negare absolute id, quod dixit primum responsum, sed potius declinare ad hanc secūdam de diabolo intelligentiam.

4 minor.

Hæc autem ratio, nulla esse, videtur. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod iudicio adulterarum lapidabatur, &c. ut in tex. Cuius expositio prima ad Beatum Hieronymum, scilicet usque ad ly uel potest dici, est simpliciter de mente Sancti Thomæ acceptanda: ut patet, ab oppositis, ex ly secundum quosdam, & ex ly quidam referunt, quæ uerba in aliis expositionibus subiunguntur. Vbi ex taciturnitate Sancti Doctoris, scilicet ex hoc, quod non reprobat hic aperte illos quosdam recitatos in secunda expositione, notabis: quod licet B. Virgo sit absolute secundum Ecclesiam, & rei ueritatem de stirpe Dauid, q. 28. ar. 1. ad secundum, nō autem de stirpe Aaron, q. 31. art. 2. ad secundum, tamen quia quandam affinitatem habuit ex aliqua parte ad tribum Leui, q. ead. 31. ar. & locu eodē, ideo S. Doctor hāc eorum expositionē tāquam ab eis sic, & non aliter, intellectam uelut sustentabilem tacendo admisit.

* In ser. 4. de Epipha. in med. incipit hic fer. iustū & rōnabile.

* lib. 2. in Luc. c. 1. cir. med. to. 5.

sponsari uoluisse, confidēs de diuino auxilio, quod numquam ad carnalem copulam perueniret: hoc tamen diuino commisit arbitrio, unde in nullo detrimentum passa est uirginitas.

Ad secundum dicendum, quod sicut Ambros. * dicit super Luc. maluit Dominus aliquos de suo ortu, quā de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse Virginis uerecundiam, & lubricam famā pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniuriis astruendam. Sciendum tamē, quod miraculorum Dei quædam sunt de quibus est fides, sicut miraculum virginei partus, & resurrectionis Domini, & etiam sacramenti altaris, & ideo Dominus uoluit ista occultiora esse, ut fides eorum magis meritoria esset: quædam uero miracula sunt ad fidei cō probationem, & ista debēt esse manifesta.

Ad tertium dicendum, quod sicut August. dicit * in 3. de Trinit. diabolus multa potest uirtute suæ naturæ, a quibus tamen ∂ prohibetur uirtute diuina. Et hoc modo potest dici, qđ uirtute naturæ suæ diabolus cognoscere poterat matrem Dei non fuisse corruptam, sed uirginem, prohibebatur tamen a Deo cognoscere modum partus diuini. Qđ autem postmodum eum aliqualiter cognouit diabolus esse filium Dei, non obstat; quia iam tempus erat, ut Christus suam uirtutem contra diabolum ostenderet, & persecutionem ab eo concitatam pateretur, sed in infantia oportebat impediri malitiā diaboli, ne eum acrius persequeretur, quando Christus nec pati disposuerat, nec uirtutem suam ostendere, sed in omnibus aliis infantibus se similem exhibebat. Vnde Leo * Papa in sermone de Epiphania dicit, quod Magi inuenerūt puerum Iesum quantitate paruum, alienæ opis indigentem, fandi impotentem, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Ambros. † tamen super Luc. uidetur hoc magis referre ad membra diaboli. Præmissa enim hac ratione, scilicet de fallendo principem mundi, subdit, sed tamen magis fefellit principes sæculi, dæmonum enim malitia, facilè etiam occultata deprehendit, at uero, qui sæcularibus uanitatibus occupantur, scire diuina non possunt.

Ad quartum dicendum, quod iudicio adulterarum lapidabatur secundum legem non solum illa, quæ iam erat desponsata, uel nupta, sed etiam illa, quæ in domo patris custodiebatur, ut ∂ Virgo quandoque nuptura. Vnde dicitur Deuteron. 22. Si non est in puella inuenta virginitas lapidibus obruent eam uiri ciuitatis illius, & morietur: quia fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui. Vel potest dici secundum quosdam, quod Beata Virgo erat de stirpe Aaron, unde erat cognata Elisabet, ut dicitur Luc. 1. Virgo autem de genere sacerdotali; propter stuprum occidebatur, legitur enim Leuit. 21. Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & uiolauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Quidam referunt verbū Hieron. ad lapidationē infamiæ.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem, tamquā in radice, omninò interimas, seu potius interemptam ex suppositione ostendas hæresim Manichæorum recentiorum (ut refert Directorium Inquisitorum, 2. par. q6. c3.) dicentium, quod Maria nō fuit mulier. Patet enim quod non desponsantur uiris, nisi mulieres. Per hoc ergo, qđ articulus iste demonstrat, & quidem tot rationibus, B. Mariam fuisse conuenienter desponsatam uiro, commonstratum esse eodem tenore cointelligit, quod ipsa fuit mulier. Secundo habes quomodo per rationē ostendas hæresim illam tamquam ex supposita radice, merito damnari à Matth. 1. & Lucæ 1. ut in argument. contr. Item damnari directè à Luc. 11. Beatus uenter, qui te portauit; & ubera, quæ suxisti. Non enim aliquis uenter, nisi mulieris, portat filium; neque ubera aliqua, nisi mulieris, sugit filius: ut patet. Item damnari directius à Ioan. 2. quid mihi & tibi est mulier? & cap. 19. Mulier, ecce filius tuus. Et Galat. 4. Misit Deus filium suum natum ex muliere. Cæterum propter ly conueniens, in conclusione dictum, uide de conuenientia scripturarum, 2. 2. quæstio. 127. articulo secundo, append. & quæstio. 140. articulo primo, append. & quæstio. 179. articulo secundo, append. Sed & 1. 2. quæstio. 68. articulo 4. append. Tuum uerò erit (ut semper in huiusmodi præsupponitur) illa ad propositum hoc sapienter applicare. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

D. 835.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore unica est conclusio, ex tribus capitibus cōprobata. Conclusio est: Conueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci. Probatur primò ex parte Christi, quadrupliciter: secundò, ex parte B. Virginis tripliciter: tertiò ex parte nostri, quadrupliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad primum perspice in litera ambo capita, quæ uidentur posse obstare uirginitati mentali, scilicet cōsensum in copulam coniugalem, & consensum conditionatum, scilicet si Deo placeret, in copulam carnalem, non obstare in ueritate purissimæ mentali virginitati B. Virginis. Et ratio quidem, quod consensus in copulam coniugalem præcisè non præiudicat mentali uirginitati est; quia in copula coniugali non continetur copula carnalis, nisi in potentia: quia potentia autem est conditio diminuens (coniunctio enim in potentia non est coniunctio: sicut nec rex in potentia est rex) sequitur quod consensus in copulam coniugalem, non sit consensus in copulam carnalem. Ratio uero, quare consensus sic conditionatus in copulam carnalem, non præiudicat mentali

mentali uirginitati, est: quia consensus iste tam formaliter, quam materialiter est ad obediendum Deo, & copulam carnalem, non nisi pro materia remota, & tali conditione uallatam habet, ut oppositum non liceat habere in proposito.

¶ Ad totus euidentiam scire oportet, quod dupliciter intelligi potest illa conditio, si Deo placuerit; primò, secundum communem loquēdi usum, & sic sola negatione beneplacitum Dei expectatur, scilicet quod Deus sinat illud fieri, & sic loquitur Apost. Iacob. in sua Canon. c.4. Vt dicatis, si Dominus uoluerit. Et talis conditio, quia communissima est, habetur pro non adiecta; uirginitatemque mentalem aufert proculdubio à sic consentiente in copulam carnalem, & propterea non sic intelligitur in proposito B. Virginis, si Deo placuerit. Secundò sumitur placere pro iubere, ac si dictum esset, si Deus iusserit, & sic sumitur in proposito; Rationabile siquidem est, ut quod conceperat uirginitatis uotum diuina inspiratione ante desponsationem, non nisi diuino iussu conceperit quoque soluendum. Experta siquidem in tota uita anteriore tam familiarem Spiritusancti curam, ac solicitudinem de uita, ac operibus eius, utpote, quæ numquam etiam ueniabiliter peccabat, certe sibiipsi polliceri poterat perficiendam inspirationem de uirginitate contra legem Moysi, nisi Deus aliud inspirando, uel nunciando iuberet. Talis autem conditio subdens propositi sui oppositum diuino præcepto, transfert consensum in oppositum, sui propositi, ut patet exemplariter. Quicumq; enim pater consentit in occisionem proprii filii, si Deus iusserit non ꝓpterea consensit in mortem filii, & si sanctimonialis Virgo consentit in nuptias, si Deus iusserit non propterea consentit in nuptias. Sic autem Beata Virgo consensit conditionaliter in carnalem copulam, si Deo placuerit beneplacito præcepti. Credendum quoque nihilominus est, quod etiam hic sic conditionatus consensus in carnalem copulam, non actu, sed habitu tantum fuerit in B. Virgine. Et ratio est, quia nullus actus superfluus fuit in ea, hic autem consensus in actu superfluus fuisset, ut pote, carens necessitate, & pietate. Nam ad mentis suæ rectitudinem sat erat habere hunc actum in habitu, hoc est in præparatione animi, & secundum animi præparationem intelligendum est, quicquid a sacris Doctoribus dicitur de Beatæ Virginis consensu conditionato in copulam carnalem, committendo suam causam diuino arbitrio. Preces enim pro uirginitatis perseuerantia actualiter fundebat: sed ad oppositum præparatio sola animi conditionata, ut dictum est, erat absque actuali consensu, quantumcumque conditionato. Et hæc sint etiam pro sequenti articulo, ubi explicatur consensus ille sic conditionatus in copulam carnalem.

Cap. 4. d. 30. q. 1. art. 3. Medina, ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum inter Mariam, & Ioseph fuerit uerum matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ inter Mariam, & Ioseph non fuerit verū matrimonium. Dicit.n. Hieron.* cōtra Heluidium q̄ Ioseph Mariæ custos fuit potius, quam maritus eius, sed si fuisset uerum matrimonium, uerè Ioseph maritus eius fuisset. ergo uidetur, q̄ non fuerit uerum matrimonium inter Mariam, & Ioseph.

¶ 2 Præt. Supér illud Matt. 1. Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ, dicit Hiero. † Cum uirum audieris suspitio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, q̄ sponsi uiri, & spōsæ uxores uocantur, sed uerum matrimoniū non efficitur ex sponsalibus, sed ex nuptiis. ergo non fuit matrimoniū inter B. Virginem, & Ioseph.

¶ 3 Præt. Matth. 1. dicitur Ioseph uir eius cum esset iustus, & nollet eā traducere, s. in domum suam ad cohabitationem assiduam, uoluit eam occultè dimittere, i. tempus nuptiarum mutare, ut Remigius exponit. ergo uidetur quod nondum nuptiis celebratis, nondum esset uerum matrimoniū, præsertim cum post matrimonium contractum non liceat alicui sponsam dimittere.

SED CONTRA est, q̄ August.* dicit in lib. de Consensu Euangelistarum, Non est fas, ut Ioseph ob hoc a coniugio Mariæ separandum Euangelista putaret, q̄ non ex eius concubitu, sed Virgo peperit Christum: Hoc.n. exemplo magnifice insinuatur fidelib. coniugatis, etiā seruata pari consensu continentia, posse permanere, uocariq; coniugium non permisto corporis sexu.

RESPON. Dicendum, q̄ matrimonium, siue cōiugium dicitur uerum ex hoc, q̄ suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio, prima, & secunda. Prima quidem rei perfectio cōsistit in ipsa forma, ex qua speciem sortitur, secunda uero perfectio, consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter suum finem attingit. Forma autem matrimonii consistit in quadam indiuisibili cōiunctione animorum, per quam unus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur. Finis autem matrimonii est proles generanda, & educanda. Ad quorū primum peruenitur per concubitū coniugalem, ad sm per alia opera uiri, & uxoris, quibus sibiinuicem obsequūtur ad prolem nutriendā. Sic igitur dicendum est, q̄ quantū ad primam perfectionem, omnino uerū fuit matrimoniū Virg. matris Dei, & Ioseph: quia uterque consensit in copulam coniugalem: non autem expreisè in copulam carnalē, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vnde, & Angelus uocat Mariā coniugem Ioseph, dicens ad Ioseph, Matt. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod exponens Aug. in lib. de nuptiis, & concupiscentia dicit: Coniunx uocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu, nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Quantum uero ad secundam perfectionem, quæ est p actum matrimonii, si hoc referatur ad carnalem concubitum, per quē proles generatur, non fuit illud matrimoniū consummatum. Vnde Ambros. † dicit sup Luc. Nō te moueat, q̄ frequēter Mariā scriptura uocat coniugem: non.n. uirginitatis ereptio, sed coniugii testificatio, & nuptiarum celebratio declaratur. Habuit tamen illud matrimonium etiam secundam perfectionem, quantum ad prolis educationem. Vnde August. dicit * in lib. de nuptiis, & concupiscentia. Omne nuptiarū bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, & sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominū Iesum: fidem quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium, solus ibi nuptialis concubitus non fuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Hier. accipit ibi maritum ab actu matrimonii consummati.

* Tit. li. est de sancta uirginitate B. aliquantulum a prin. to. 3.

† in 1. cap. Mat. to. 9.

* lib. 2. c. 1. aute med. to. 4.

† libr. 2. in Luc. c. 1. a med. to. 5.

* cap. 11. in fi. to. 7.

SVPER Q. XXIX. ART. II.

163 CONCL. 1. Quantum ad primam perfectionem matrimonii, fuit omnino uerum matrimonium B. Virginis & Ioseph.

4. d. 30. q. 2 art. 2. Et op. 60. c. 2. Et Mat. 1.

¶ PROB. Primò, quia uterque consensit expresse, id est absolutè in copulam coniugalem. Secundo, quia hoc docet ab Angelo Matt. 1. per ly coniugem tuā; maxime adiuncta expositione D. Aug. quò ad primam partem.

¶ NOT. In prima probatione positum est ly expresse, idest absolute, licet in textu non dicatur ibi explicité. Sufficit enim quod in aduersatiua sententia, quæ est ly non autem expresse &c. textualiter explicatum sit. Hinc si quidem subintelligendum considerāti relinquitur, quod uterque in coniugalem copulam consensit expresse, id est absolute, id est non sub conditione. Natura enim sententiarum aduersatiuarum hæc est: ut id, quod negatur in una, intelligatur affirmari in altera, & e conuerso, scilicet quod affirmatur in una intelligatur negari in altera. Alioquin, quomodo sententiæ ipsæ essent aduersatiuæ? Rursum nota, quod glossare propositiones textuales, in recitando illas, plerumque & supra, & infrà cōsueuimus: ut breuitati, quantum possibile est, studeamus. Ideo sis cautus: ne credas, hoc per errorem tex. fieri, quasi, scilicet uerba aliqua sint de textu, quia sic inseruntur textualibus ꝓpositionibus. Quapropter huiusmodi ꝓ glossi tantum accipienda sunt, quando occurrerint: ad quod discretus Lector facile, cum opus fuerit considerabit.

¶ CONCL. 2. Secundam perfectionem matrimonii, si hoc referatur ad carnalem concubitum, illud matrimonium nō habuit: habuit tamē etiam secundam perfectionem matrimonii, si referatur hoc tantum ad prolis educationem.

¶ PROB. Primò, quia Diuus Augustinus in libro de nupt. & concupiscentia, id insinuat per ly quam concubitu, nec cognouerat, nec fuerat cogniturus: & ly solus ibi nuptialis concubitus non fuit. Secundò, quia Diuus Ambrosius idipsum docet per ly non uirginitatis ereptio declaratur. Secūda uero pars, scilicet habuit th, &c. probatur; Quia Augustinus hoc asserit per ly prolem cognoscim⁹ ipsum Dominum Iesum.

* cap. 11. circa prin. to. 7.

1^m ex B. Hieronymo. Quàm marit⁹ B. Quo ad consummationem

tionem actus matrimonii. §. Sic enim nullo modo fuit eius maritus: ut patet ex conclusione secunda, & quaestio. 28 articulis omnibus. Tunc nihil &c. Nam, cum illa negatiua. B. Hieronymi in sensu illo sit intellecta, stat simul: quod Ioseph fuerit uere eius maritus, quoad essentialem matrimonii perfectionem, id est quo ad consensum animorum (ut in prima conclusione dicitur, & in tex. declaratur); & consequenter quod inter ipsos fuerit uerum matrimonium. Minor ergo argumenti accipiebat ly maritus, in sensu diuerso ab acceptione D. Hieronymi: ideò errabat nihil concludens.

* Hom. 2. i Matth. in ope. imperfecto, ante fi. to. 2.

2m ex D. Hierony.

Nuptiarum. R. Id est, nuptialis concubitus. §. Tunc nihil &c. Nam licet uerum matrimonium non fiat ex sponsalibus, ut dicunt promissionem per uerba de futuro (id quod non fuit in proposito:) fit tamen ex sponsalibus, ut dicunt promissionem per uerba de praesenti (id quod in proposito fuit.) Primò modo sponsi & sponsae, non sunt uiri & uxores; sed secundo modo, quo (vt expresse patet) loquitur ipse Hieronymus.

¶ Coro. 1. Ergo illud Matth. 1. & Luc. 1 d. B. Virginis desponsatione dictum non sumitur pro desponsatione, seu pro sponsalibus, ut distinguuntur à matrimonio; in cuius euidês signum mox Ioseph uocatur uir eius, & B. Maria uocatur coniunx illius: sed dictum ipsum intelligitur de desponsatione, seu sponsalibus, ut cô uertuntur cum matrimonio. Ac si dixisset, & B. Mathęus, cum esset maritata Mater Iesu Maria Ioseph; & B. Lucas, Ad virginê maritatam uiro. Verumtamen quoniam nominibus his, scilicet sponsus, & sponsa, quando etiam de uere coniugatis dicuntur, solent frequentius uti homines loquentes de eisdem, antequâ concubitum carnalem exercuerint: ideo Euangelistae matrimonium illud uocare desponsationem praelegerunt, & per hoc uirum ipsum esse sponsum, coniugemque Mariam esse sponsam, idest absq; concubitu in uero matrimonio iunctos (iuxta côsuetudinem scripturarum, teste D. Hieron.) declararunt.

3m illatio conclusionis.

Ergo uidetur, quod nondum, &c. R. Negatur illatio. §. Nam, loquendo secundum consuetudinem ueterum (quae creditur fuisse hic obseruata) desponsatę erant uere uxores, etiã antequam nuptiae solemniter celebrarentur. Vnde ex hoc, quod nondum essent celebratae solemniter nuptiae, non sequitur, quod nondum esset uerum matrimonium inter Ioseph, & B. Virginem. Hinc dic: quod ly uoluit occulte dimittere eam, intelligitur non de dimissione eius à uinculo matrimonii, ut in conclusione argumentum intendit, (cum dimittere sic uxorem non sit in potestate uiri, quod enim Deus coniunxit, homo non separet Matth. 19.) sed de dimissione solemnis celebrationis nuptiarum eius (ut habetur ex Remigio, & Chrysostomo in textu). An uerò ly nollet, eam traducere intelligi debeat de traductione in domum, uel de traductione in publicum, scilicet diffamando eam: Remigius (ut patet in argumento) & Chrysostom* (ut patet in textuali responso) non uniformiter sentiunt. Caeterum in hoc non fit principaliter uis ab arguente, ut consideranti patet: sed principaliter fit in têpore celebrationis nuptiarum. Ex praedictis omnibus constat secûdum Chrysostomum, cui D. Tho. magis adhaesit, quod desponsatae, & erant uere uxores, & in domos uirorum suorum ad habitationem traducebantur, etiam antequam nuptiae earum, idest matrimonii ijam prius ab eis contracti, fierent solemniter, id est publicè. Sic ergo tenendum est, contigisse de Beata Virgine in proposito, quod scilicet fuerit uera uxor Ioseph, (id quod est, fuisse inter ipsos uerum matrimonium,) & quod fuerit ad habitationem assiduam traductam in domum ipsius Ioseph, antequam nuptiarum celebratio solemnis pro tali matrimonio iam contracto fieret.

* Hom. 4 i Mat. super illud, Antequam conuenirent. to. 2.

AD SECVNDVM dicendum, quod nuptias Hier. vocat nuptialem concubitum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Chrys. dicit * super Matth. Beata Virgo sic fuit desponsata Ioseph, quod etiam esset domi habita. Nam sicut in ea, quae in domo uiri concipit, intelligitur conceptio naturalis, sic in ea, quae extra domum concipit, est suspecta coniunctio. Et ita non esset sufficienter prouisum famae Beatae Virginis per hoc, quod fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habita. Vnde quod dicitur, Et nollet eam traducere, melius intelligitur, idest, nollet eam diffamare in publicum, quàm quod intelligatur de traductione in domũ. Vnde, & Euangelista subdit, quod uoluit occultè dimittere eam. Quamuis tamen esset domi habita propter primam desponsationis fidem, nondum tamen interuenerat solemnis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum carnaliter côuenerant. Vnde sicut Chrysost. * dicit, Non dicit Euangelista, antequam duceretur in domum sponsi: etenim intus erat. Consuetudo enim fuit ueteribus, multotiens in domo desponsatas habere: & ideo etiam Angelus dicit Ioseph, Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, idest non timeas nuptias eius solemniter celebrare. Licet alii dicant, quod nôdum erat in domum inducta, sed solum desposata: primum tamen magis consonat euangelio.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem, tamquam in radice, interimas, seu potius interemptam ex suppositione, ostendas haeresim Adamianorum dicentium: Matrimonium, quasi per se malum, esse damnandum. Et haeresim Tatianorum dicentium, Matrimonium nil aliud esse, nisi occultum meretricium. Et haeresim Catharorum (ut refert Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia lib. 4. cap 35.) dicentium; Matrimonium esse peccatum mortale. Per hoc enim, quod inter Beatam Virginem & Ioseph fuisse uerum matrimonium, articulus iste demonstrat, supponere te utique pro declarato commonstrat: quod matrimonium & non est per se malum, & non est peccatum mortale, & nô est occultum meretricium Beatam namque Virginem, & sine peccato actuali semper fuisse supponit, ex q. 27. ar. 4 & perpetuam virginitatem seruasse. ex q. 28. ar. 1. 2. 3. Caeterum pro ampliori illarum haeresum condemnatione, vide 2. 2. articulorum nu. 738. cum Elucid. Item Addit. artic. nu. 170. 172. 175. 176. 287. 268. 202. cum Eluc. Item Verit. Aureas super totam legem veterê, Genes. 1. conclus. 22. & c. 4. concl. 5. Secundo uidere poterit uigilantissimus Lector; quomodo ex iis bene pensatis, & cũ his bene applicatis; doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore duo fiunt. Primò declaratur in communi, vnde, & quotupliciter matrimonium dicatur uerum: secundo, respondetur in particulari de hoc coniugio. Quo ad primum, dicitur coniugium uerum ex sua perfectione, & quia perfectio est duplex prima, & secunda, ideo dupliciter dicitur côiugium uerũ, uel secundum primam, uel iuxta secundam perfectionem. Et declaratur in litera, quid sit prima perfectio coniugii, scilicet forma, & quae sit forma eius, & quid sit secunda, & ponitur duplex, generatio, & educatio. Et media ad haec ponitur clare. Quo ad secundum, respondetur quaesito tribus conclusionibus, uel unica trimembri. Coniugium inter matrem Dei, & Ioseph fuit uerum, quo ad primam perfectionem, & quò ad secundam perfectionem, si referatur ad educationem, non autem si referatur ad generationem. Prima pars probatur ratione: quia uterque consensit in copulam coniugalem, quod probatur auctoritate Angeli in Euangelio exposita ab Augustino. Quò ad tertiam affertur auctoritas Ambrosii: quò ad secundam & omnes, simul denique affertur auctoritas August.

¶ In responsione ad tertium aduertendum est, quod ex Euangelio bene perspecto habetur, quod nondum erat nuptiarum solemnitas celebrata cum Beata Virgo inuenta est habês in utero: quoniam ibi habetur, quod Beata Virgo non solum non erat cognita à uiro, sed etiam quod non erat adhuc accepta a Ioseph côiuge suo. Ex eo enim quod affirmatur coniux, & negatur non solum cognita, sed accepta, & post monitionem Angeli affirmatur accepta, & perseuerat incognita, consequens est, quod acceptio huiusmodi fuerit acceptio solemnitatis nuptialis; qua scilicet coniuges efficiuntur simpliciter, & absolute domestici consortes. Et de hoc nulla est habenda quaestio, sed an prius quam ista acceptio fieret, Beata Virgo fuerit retenta, secundum quid in domo Ioseph, dubium est. Sicut sub dubio quoque relinquitur, de qua traductione Euangelista loquitur, an de traductione simpliciter ad domesticum consortium, quae cum solemnitate nuptiali fieri solet, an de traductione in infamiam iudicii. Euangelista enim duo dicit, & quod nolebat eam traducere, & quod uoluit occulte dimittere eam. Constat autem, quod cogitatum remedium dimittendi illam occulte, utrique traductioni obuiabatur, & quod negatio utriusque traductionis ex iusta hominis mente procedere potest, quia tamen ad iustitiam viri spectat magis non communicare alieno crimini, & Angelus ad Ioseph loquens, ex timore accipiendi Mariam suam coniugem, Ioseph motum monstrat, & iubet illam accipere, quia de Spiritusancto concepit, aperte apparet, quod Ioseph timuit communicare adulterii peccato, & ideo uoluit occulte dimit-

rè dimittere eam. Et quia didicit ab Angelo, quod non ex adulterio, sed ex Spiritusancto concepit, accepit eam, ut Euangelista subdit. Et hæc licet sint certa, sub dubio tamen relinquitur, an cum hac uoluntate occulte dimittendi eam, cogitasset explicite, ac deliberasset nolle illam in infamiam traducere, ita quod de hac deliberatione loquatur Euangelista dicẽs, Nollet eam traducere.

¶ De primò autem dubio suadet ratio, ut siue in paterna, siue in coniugis domo, siue in utraque, siue alibi, habitauerit, talis tantaque fuerit secundum illius temporis morem inter Mariam, & Ioseph conuersatio, ut licita absque omni nota potuerit inter eos interuenire si uoluissent, consummatio matrimonii, alioquin non fuisset sufficienter prouisum famæ Beatæ Virginis, cum inuenta est in utero habens. Dixi autem alibi, quoniam non irrationabiliter apparet, quod post annuntiationem Beata Virgo cum coniuge suo Ioseph, fuerit ex Nazaret Galileæ in ciuitatem Iuda, in montana, uisitatura Elisabeth, & quod post reuersionẽ in Nazareth, cum esset grauida menses tres ad minus: quoniam mãsit apud Elisabeth, quasi mensibus tribus, inuẽta est habens in utero. Et alii quidem putabant quod esset grauida ex Ioseph, cum quo fuerat mensibus tribus domestice in domo Zachariæ. Ipse autem Ioseph sciens se non cognouisse illam, & uidens illam grauidam, cum esset iustus, & nollet eam traducere, siue in infamiam, siue simpliciter in domesticum consortium, siue in utrumque, qđ uerius est, uoluit occulté dimittere eã. Et hæc interpretatio magis consonat Euangelio: quoniam expresse Lucas subdit de Beata Virgine, quod post dictum tempus quo mansit apud Elisabeth, reuersa est in domum suam, & non dixit, in domum sponsi sui. Ex quo igitur Euangelista in domo sua eam habitasse testatur, & inuenta dicitur in utero habens nulla facta de sponsi domo mentione, nec consuetudo de sponsa in domo coniugis retenta ex scriptura testimonium habet, affirmandum, ut rationi cõsentaneum est, quod in propria domo inuenta est in utero habens, sed absque infamiæ nota apud domesticos, & alios, quia tribus mensibus simul fuerat in domo Elisabet cum Ioseph, quod non voluntarie dicimus, sed ex Euangelio accipimus, dicente quod Beata Virgo adhuc desponsata uxor Ioseph, ascendit de Nazareth in Bethleem, quando exiit edictum à Cæsare Augusto: Simili siquidem ratione debuit eadem desponsata uxor ascendere in montana cum eodem Ioseph suo sponso. Auctor autem in litera dicens magis consonare Euangelio Beatam Mariam in domo sponsi habitasse, intelligendum est comparatiuè ad opinionem extremam, quod nec simpliciter, nec secundum quid cum sponso habitauit: non enim prouidet opinio illa famæ B. Virginis sufficienter, & non cõparando ad hanc mediam expositionem, cuius Auctor non meminit, quæ magis consonat Euangelio, quam ambæ extremæ, ut patet, ex dictis.

Medina ar. 1.

SVPER Q. XXX. ART. I.

CONCL. Congruum fuit, B. Virgini annunciari, quod esset Christum conceptura.

¶ PROB. Primò, quia sic seruatur congruus ordo coniunctionis filii Dei ad Virginem. Secundò, quia sic B. Virgo, tamquam diuinitus instructa, certior est testis huius sacramenti. Tertiò, quia sic uoluntarie offerendi suum obsequiũ Deo, sibi occasio data est. Quarto, quia sic spirituale matrimonium inter filium Dei, humanamque naturam, medio ipsius virginis consensu, declaratur (ut de his omnibus per ordinem patet in textu).

1^m minor. Consẽsus
164 3.d.3.q.3. ar.1.q.1. & d.30.ar.4. eius non uidetur necessarius fuisse. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod non probat intentum. Nam ꝓphetia prædestinationis licet compleatur sine, &c. ut in tex. Qui interim sic respondet; quasi dato, quod maior argumenti esset uera, quamuis absolute non sit, propter ly solum (ut patet ex corp.)

2^m maior. B. Virgo incarnationis fidem habebat. R. Non tamen habebat expressam fidem, quod talis incarnatio fienda esset in seipsa. §. Primum enim (ut probatur) erat de necessitate salutis, ut explicitè crederetur, 2. 2. q. 2. ar. 7. secundum uero non item. Tunc nihil, &c. Licet enim B. Virgini annunciationem talem fieri non fuerit necessariom ad hoc, ut ipsa fidem incarnationis haberet (sic intelligitur conclusio ab arguente illata): tamen id sibi annunciari fuit sibi necessarium ad hoc, ut crederet, talem incarnationẽ in seipsa complendam. Annunciatio igitur nõ tendebat ad finẽ hunc, ut scilicet crederet, filiũ Dei in virginis utero concipiendũ, ex eoque nasciturũ (qñquidẽ ipsa ex Isa. cap. 7. edocta plene credebat): sed tendebat ad hunc finẽ, vt, s. crẽderet, se esse illã virginẽ, de qua locutus ibi fuerat Isaias, & consequẽter in qua tm̃ mysterium perficiendum erat. Non. n. aliter ipsa ex maxima sua humilitate hoc unq̃ credidisset, immò nec opinata fuisset, nisi à Deo sibi, ut hoc crederet, per Angelum mandatum fuisset. Hæc omnia uirtualiter continetur in tex.

3^m minor. Illis, qui spiritualiter dẽnt Christum

QVÆSTIO XXX.

De Beata Maria Virginis annunciatione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de Annunciatione B. Virginis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit ei annunciari, quod in ea generandum erat.

¶ Secundò, Per quem erat ei hoc annuntiandum.

¶ Tertiò, Per quem modum ei annuntiari debebat.

¶ Quartò, De ordine annuntiationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum necessarium fuerit annuntiari B. Virgini, quod in ea erat generandum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ nõ fuerit necessarium B. Virgini annuntiari, quod in ea fiendum erat Annunciatio enim ad hoc solum necessaria esse uidebatur, ut virginis consensus haberet: sed consensus eius non uidetur necessarius fuisse, quia conceptus Virginis prænunciatus fuit prophetia prædestinationis, quæ sine nostro completur arbitrio, ut dicit quædã gl. Matth. 1. Non ergo necessarium fuit, quod talis annunciatio fieret.

¶ 2 Præt. Beata Virgo incarnationis fidem habebat, sine qua nullus esse poterat in statu salutis: quia ut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei per fidem est Iesu Christi: sed de eo, quod aliquis per certitudinem credit, nõ indiget vlterius instrui. ergo B. Virgini nõ fuit necessarium, ut ei incarnatio filii Dei annuntiaretur.

¶ 3 Præt. Sicut B. Virgo corporaliter Christum concepit, ita, & quælibet sancta anima concipit ipsum spiritualiter. Vnde Apost. dicit Gal. 3. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis: sed illis, qui spiritualiter dẽnt Christum concipere talis conceptio non annuntiatur. ergo nec B. Virgini fuit annuntiandũ, quod esset in vtero conceptura filium Dei.

SED CONTRA est, ꝙ habetur Luc. 1. ꝙ Angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

RESP. Dicendum, ꝙ congruum fuit B. Virgini annũtiari, quod esset Christum conceptura. Primò quidem, ut seruaretur congruus ordo coniunctionis filii Dei ad Virginẽ, ut, s. prius mens eius de ipso instrueretur, q̃ carne eum conciperet. Vnde Aug. * dicit in lib. de Virginitate, Beatior est Maria percipiendo fidẽ Christi, q̃ concipiendo carnem Christi. Et postea subdit, † Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi fęlicius Christum corde, q̃ carne gestasset. Secũdo, ut posset esse certior testis huius sacri, qñ super hoc diuinitus erat instructa. Tertiò ut uoluntaria sui obsequii munera Deo offerret, ad qđ se promptã obtulit dicens, Ecce ancilla Domini. Quartò, ut ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei, & humanam naturam, & ideo per annuntiationem expectabatur consensus Virginis, loco totius humanæ naturæ.

* c.4. a medio, to.6.

† cap.3. in fi. to.6.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ prophetia prædestinationis completur sine nostro arbitrio causante: non tamen sine nostro arbitrio consentiente.

AD SECVNDVM dicendum, quod Beata Virgo expressam fidem habebat incarnationis futuræ: sed cum esset humilis, non tam alta de se sapiebat: & ideo super hoc erat instruenda.

AD TERTIVM dicendum, quod spiritualem conceptionem Christi, quæ est per fidem, præcedit annunciatio, quæ est per fidei prædicationem, secundum quod fides est ex auditu, ut dicitur Rom. 10. Nec tamẽ propter hoc aliquis pro certo scit se gratiam habere, sed scit ueram fidem esse, quam accepit.

ARTI-

ſtum concipere, talis conceptio non annunciatur. ℞. Negatur. §. Nam ſpiritualem conceptionem Christi, &c. ut in tex. Vbi ly ex auditu, & ly prædicationem, intellige uel de interioribus, uel exterioribus. quæſt. 2. ar. 5. & 7. not. poſt concluſ. 2. Item ibidem ly nec tamen propter hoc &c. eſt reſponſio tacitæ obiectionis, id eſt obiectionis, quæ ex dictis faciliter poſſet legentibus occurrere.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primò, quomodo per rationem oſtendas, merito fuiſſe inſinuatum à ſcripturis, quod fuit conueniens, annunciari Beatæ Virgini illud, quod in ea fiendum erat. Vt Luc. 1. Ecce concipies, &c. ut in argumen. contr. Per hoc enim, quod Angelus iuſſu Dei nunciauit ei illud, quod in ea complédum erat conſtat intentum, ſcilicet quod tale quid fuit conueniens. Cum enim à Deo introducatur factum; ipſo iure congruum fuiſſe monſtratur (ut patet). Quòd autem a ſcripturis narratur, ut conueniens, non niſi conueniens eſſe poteſt: quandoquidem non poteſt ſolui ſcriptura, Ioan. 10. Cæterum de huiuſmodi conuenientia ſcripturarum vniuerſaliter, vide 2. 2. quæſtio. 122. articulo ſecundo, append. & quæſtio. 140. articulo primo, appen. Item 1. 2. q. 68. ar. 4. appen. Secundo vides, quomodo ex iis bene penſatis, & applicatis; doctrina præſens Angelica uiciſſim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ſermo eſt de neceſſario ad finem, ſine quo non bene peruenitur ad finem: ſicut equus neceſſarius eſt homini debili ituro ex Germania Romam, & non de neceſſario ſimpliciter, vel neceſſario, ſine quo non poteſt perueniri ad finem. Nam conſtat, quod neque ſimpliciter neceſſaria eſt annũciatio, quia oppoſitum non implicat contradictoria: neque ſicut nauis ad tranſeundum mare, quia poterat incarnari verbum Dei abſque præuia annuntiatione: ſed an fuerit neceſſaria annũtiatio, ita quod ſine illa præuia non bene fuiſſet facta incarnatio, quæritur.

¶ In corpore unica eſt concluſio. Congruum fuit Beatæ Virgini annuntiari, quod eſſet Christum conceptura. Vbi nota, quod neceſſitas congruitatis reſpondet quæſito. Probatur concluſio quadrupliciter. Et omnia in litera clara ſunt, duobus notatis.

¶ Primum eſt in prima ratione, quod quia diuina prouidentia diſponit omnia ſuauiter, quemadmodum conceptio naturalis hominum peruenitur a mentis opere, quo homines ad concipiendũ per generationis actum conueniunt ita Beata Virgo in utero conceptura de Spiritusancto, in mente erat prius monenda, ut prius conciperet in mente, quàm in uentre: ſicut etiã aliæ matres prius concipiunt in effectu, quam in utero.

¶ Alterum eſt in ſecunda ratione, quod maior certitudo huius myſterii in Beata Virgine cauſata eſt ex præuia annunciatione, quàm ſi non aut poſt fuiſſet de hoc inſtructa: quia prioritas annũtiationis attentam illam reddebat ad actum primum huius myſterii, ad quod non aduertiſſet, aut non ita aduertiſſet ſi non fuiſſet prius ſibi nuntiatum. Attentio autem, & eleuatio mentis maior certiorem reddit.

¶ In reſponſione ad primum, cum autem audis propheriã prædeſtinationis compleri ſine noſtro arbitrio cauſante, non intelligas omnem ab arbitrio noſtro excludi cauſalitatem circa rem prędeſtinatam: quoniam hoc falſum eſſet, cauſamus ſi quidem noſtro arbitrio multa prædeſtinatio opera. Sed excludi cauſalitatem propriam reſpectu complementi per oppoſitum ad prophetiam comminationis; nam prophetia comminationis non dicit cauſam, quod compleatur, ſed relinquit noſtro arbitrio, unam partem uelit: qui enim comminatur non cauſat, ſed ſi nos perſeueramus in malo noſipſi acceſſimus comminata: & ideo noſtro arbitrio prophetia comminationis compleri dicitur. Sed qui prædeſtinat, perducit ad prædeſtinatum terminum, & ideo prophetia prædeſtinationis cauſam in ſe importat complementi, & non relinquit illud optioni noſtri arbitrii. Et propterea noſtrum arbitrium licet libere concurrat ad prædeſtinationis complementum, quia tamen non eſt cauſa huius complementi, ſicut in comminationibus, ſed eſt concauſa, & ſubcauſa reſpectu prædeſtinantis, ideo ſine noſtro arbitrio cauſante compleri dicitur propehtia prædeſtinationis.

¶ In reſponſione ad ſecundum, diſtingue inter fidem incarnationis futuræ abſolute, & ex Maria. Et uide, quod Beata Virgo habebat expreſſam fidem futuræ incarnationis: ſed non habebat fidem explicite, quod ex ſe futura eſſet incarnatio: ſicut modo credimus explicite, quod incarnatus eſt ex Maria. Communis autem ratio ex parte rei creditæ, quare tunc non erat fides huius conditionis explicite eſt, quia nondum erat à parte promulgatum, quod ex ipſa Maria futura eſſet incarnatio. Singularis autem ratio ea parte ipſius B. Virginis fuit, quia ipſa erat humillima, nec tam celſa de ſe cogitabat, ut in litera dicitur.

Medina, ar. 2.

SVPER Q. XXX. ART. II.

165 3. d. 3. q. 3. ar. 2. qõ. 1. & 2. CONCL. Conueniẽs fuit matri Dei annunciari per Angelum diuinæ ĩcarnationis myſterium.

¶ PROB. Primò, quia ſic ſeruatur diuina ordinatio, qua per Angelos diuina ad hominum notitiam perueniunt (ut ex S. Dionyſio patet). Secundò, quia oſtenditur conuenientia humanæ reparationis futuræ per Christum (ut patet ex Beda.) Tertiò, quia ſic fieri congruebat virginitati matris Dei (ut ex Beatu Hieronymo conſtat).

ARTICVLVS II.

Vtrum annunciatio Beatæ Virgini fieri debuerit per Angelum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod Beatæ Virgini non debuerit annunciatio fieri per Angelum. Supremis enim angelis fit relatio immediatè à Deo, ut Dionyſ. * dicit 7. cap. cœleſt. Hierar. ſed mater Dei eſt ſuper omnes angelos exaltata. ergo uidetur, quod immediatè a Deo debuerit ſibi annuntiari incarnationis myſterium, & non per angelum. (* c. 7. parũ a medio.)

¶ 2 Præt. Si in hoc oportebat ſeruari communem ordinem, ſecundum quem, diuina hominibus per angelos reuelantur, ſimiliter diuina ad mulierem per uirum deferuntur: unde, & Apoſtolus dicit 1. ad Corin. 14. Mulieres in eccleſiis taceant: ſi quid autem uolunt diſcere, domi uiros ſuos interrogent. ergo uidetur quod Beatæ Virgini debuerit annuntiari myſterium incarnationis per aliquem uirum, pręſertim quia Ioſeph uir eius ſuper hoc fuit ab angelo inſtructus, ut legitur Mat. 1.

¶ 3 Præt. Nullus poteſt congrue annuntiare, quod ignorat: ſed etiam ſupremi angeli non plenè cognouerunt incarnationis myſterium: undè dicit Dionyſ. 7. * Cœleſt. Hierarc. ex eorum perſona eſſe intelligendam quæſtionẽ, quæ ponitur Iſa. 63. Quis eſt iſte qui uenit de Edom? ergo uidetur quod per nullum angelum potuit cõuenienter annuntiatio incarnationis fieri. (* capit. 5. a medio.)

¶ 4 Præt. Maiora ſunt per maiores nuntios annuncianda: ſed myſterium incarnationis eſt maximum inter omnia, quæ per angelos ſunt hominibus annuntiata. ergo uidetur quod ſi per aliquem angelum debuit annuntiari, ꝙ ille debuerit eſſe de ſupremo ordine: ſed Gabriel non eſt de ſupremo ordine, cum ſit de ordine Archangelorum, qui eſt penultimus, unde eccleſiam cantat, Gabrielem Archangelum ſcimus diuinitus te eſſe affatum. non ergo huiuſmodi annuntiatio per Gabrielem Archangelum conuenienter facta eſt.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Luc. 1. Miſſus eſt Gabriel angelus a Deo, &c.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit matri Dei annuntiari per angelum diuinæ incarnationis myſterium, propter tria. Primò quidem, ut in hoc etiam ſeruaretur diuina ordinatio, ſecundum quam mediantibus angelis diuina ad homines perueniunt. Vnde Dion. * dicit 4. c. cœl. Hierar. quod diuinum Ieſu benignitatis myſterium angeli primo edocti ſunt, poſtea per ipſos ad nos cognitionis gratia tranſiuit. Sic ergo diuiniſſimus Gabriel Zachariam quidem docuit, prophetam Ioannem ex ipſo naſciturum: Mariam autem quomodo in ipſa fieret thearchicum ineffabilis Dei formationis myſterium. Secundò, hoc fuit cõueniẽs reparationi humanæ, quæ futura erat per Christum. Vnde Beda dicit in Hom. Aptum humanæ reſtaurationis principium, ut angelus à Deo mitteretur ad Virginem partu conſecrandam diuino: quia prima perditionis humanæ fuit (* capit. 3. a med.)

causa,

1m de minori.
Sed mater Dei. R. Considerata secundum dignitatem, ad quam diuinitus eligebatur. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli considerat matrem Dei alio modo, scilicet secundum statum præsentis vitæ; quãdo dicit, quod conueniens fuit, annunciationem talem ei per angelum fieri: in quo sensu mater Dei accepta non est super Angelos.

*In princ. serm.to.2.

2m de antecedente. Similiter diuina ad mulierem. R. Sub uiri potestate existentem. §. Tunc nihil &c. Nam B. Virgo non fuit sub uiri potestate (ut dicit D. Augustinus) sed à tali potestate exẽpta: licet uirum habuerit, & mulier fuerit, ut patet ex supradictis.

3m maior. Nullus potest congruè annũciare, quod ignorat. R. Secundum, quod ignorat. §. Tunc nihil &c. Nam potest quis congrue annunciare aliquid aliquo modo ignoratum à se, secundum quod illud aliquo alio modo nouit, & sic fuit de Angelo. Non enim annunciauit illud, quod ignorabat, scilicet mysterium incarnationis, secundum quod ignorabat, sed secũdum quod illud sciebat.

*In libello de assump. B. Mariæ, c.4. à to.9.

causa, cum serpens à diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. Tertiò, quia hoc congruebat virginitati matris Dei. Vnde Hier. * dicit in serm. Assumptionis, Bene angelus ad Virginem mittitur: quia semper est angelis cognata virginitas. Profectò in carne præter carnem uiuere non terrena uita est, sed cœlestis.

Ad primvm ergo dicendum, quod mater Dei superior erat angelis quantum ad dignitatem, ad quã diuinitus eligebatur: sed quantum ad statum præsentis uitæ, inferior erat angelis: quia & ipse Christus ratione passibilis uitæ, modico ab angelis minoratus est, ut dicitur Hebr. 2. Sed tamen quia Christus simul fuit uiator, & cõprehẽsor, quãtum ad cognitionem diuinorũ non indigebat ab angelis instrui: sed mater Dei nondum erat in statu comprehensorum, & ideo de diuino conceptu per angelos instruenda erat.

Ad secvndvm dicendum, quod (sicut Aug. * dicit in serm. de assũptione) Beata Virgo Maria uera æstimatione à quibusdam generalibus excipitur, quia nec conceptus multiplicauit, nec sub uiri, idest mariti potestate fuit, quæ integerrimis uisceribus de Spiritusancto Christũ suscepit: & ideo nõ debuit mediante uiro instrui de mysterio incarnationis, sed mediante angelo. Propter quod, etiam ipsa est prius instructa, quam Ioseph: nam ipsa instructa est ante conceptum, Ioseph autem post eius conceptum.

Ad tertivm dicendum, quod sicut patet ex auctoritate Dionys. * inducta, angeli incarnationis mysterium cognouerũt: sed tamen interrogabant, perfectius scire cupientes a Christo huius mysterii rationes, quæ sunt incomprehensibiles omni creato intellectui, Vnde Maximus dicit, Quod angeli nouerint futuram incarnationem, ambigere non oportet. Latuit autem eos inuestigabilis Domini conceptio, atque modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in omnibus, nec non, & in uirginea cellula.

*circa pri. cor. art.

Ad qvartvm dicendum, quod quidam dicunt Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum, propter quod Gregor. * dicit summum angelum uenire dignum fuerat, qui summum omnium nunciabat: sed ex hoc non habetur, quod fuerit summus inter omnes ordines, sed respectu angelorum: fuit enim de ordine archangelorum. Vnde, quod Ecclesia eum archangelum nominat, & Gregor. * ipse dicit in Hom. de centum ouibus, quod archangeli dicuntur, qui summa annunciant: Satis est ergo credibile, quod sit summus in ordine archangelorum. Et sicut Gregor. * dicit, hoc nomen officio suo congruit. Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui uirtutum Dominus, & potens in prælio ad debellandas potestates ueniebat.

*Hom. 34. ante med. illius.

*Hom. 34. in euange. ante med. eius.

*Eod. loco nunc proximo dicto

bat. Et maxime, quia mittebatur a Deo, credendum est, quod à se diuinitus per specialẽ reuelationem cognita nunciabat.

4m de maiori.
Per maiores nuncios. Respond. Inter nunciantes maiora. §. Non enim necesse est, quod maiora nuncientur per maiores absolute: sed sufficit quod hi sint maiores in tali genere, i. inter nunciantes maiora. Tunc nihil &c. Nã Gabriel fuit maior inter annunciãtes summa mysteria hominib', & hoc ad talis annunciationis conuenientiam sufficit.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem osteudas, merito insinuatũ à scripturis esse, quod annunciatio mysterii incarnationis B. Virgini debuit fieri per Angelum. Vt Luc. 1. secundum quod est in argumen. contr. At, quod conuenienter sic factum fuerit, uide loca citata supra art. 1. appendic. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

In corpore unica est conclusio. Conueniens fuit annuntiari per angelum, &c. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsionibus ad primum, & secundum aduerte discretionem, dum quo ad ordinem instructionis humanæ mediantibus angelis, beata Virgo legi communi subiicitur, qua ad ordinem uero instructionis mulierum à viris, beata Virgo à communi lege excipitur. Oportet ergo prudentem esse Doctorem ad occurrentium rationes discernendas, ut sciat in quo cõmunicat cum aliis, & in quo eximitur ab his, quæ omnibus aliis communia sunt.

¶ In responsione ad quartum aduerte, quod quamuis si ad magnitudinem annuntiandæ personæ filii Dei incarnandæ spectetur, supremus Seraphinus debuisset annuntiare, quia tamen annuntiare Dei uerbum infra latitudinem, titulationem officii annunciantis clauditur non debuit aliquis extra deputatos ad annuntiandum, mitti ad annuntiandum ut omnia suauiter a diuina prouidẽtia disponerentur, & propterea non debuit primus Seraphinus annuntiare, sed supremus inter archangelos.

Medina, ar. 3.

SVPER Q. XXX.

Art. III.

166 Conct. Conueniẽs fuit, quod Angelus annuncians matri Dei appareret (sicut & apparuit) corporea uisione.

3.d.3.q.3. ar.1.q.2.

¶ Prob. Quia sic angelum ipsum apparere congruebat & mysterio, quod annunciabatur, & dignitati matris Deum tunc concepturæ, & certitudini rei, quæ annunciabatur (ut de his tribus probationibus per ordinem patet in tex.)

*Li. 12. cap. 25. & to. & 35. to. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus annuncians debuerit Beatæ Virgini uisione corporali apparere.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quod angelus annuntians non debuerit uirgini apparere uisione corporali. Dignior enim est intellectualis uisio, quam corporalis, ut Aug. * dicit 12. super Gen. ad literam. Et præcipuè ipsi angelo est magis conueniens: nã uisione intellectuali uidetur angelus in sua substantia, uisione aũt corporali uidetur in assumpta figura corporea, sed sicut ad annuntiandũ conceptum diuinum decebat uenire summum nuncium, ita etiam videtur, quod decuerit esse summum genus uisionis. ergo uidetur quod angelus annũcians apparuerit Virgini uisionem intellectuali.

¶ 2 Præt. Visio imaginaria uidetur etiam esse nobilior, quã uisio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quam sensus: sed angelus apparuit Ioseph in somnis, secundum imaginariam uisionem, ut patet Matt. 1. & 2. ergo uidetur quod etiam apparere debuerit Beatæ Virgini imaginaria uisione, & non corporali.

¶ 3 Præt. Corporalis uisio spiritualis substantiæ, uidentes stupefacit: unde, & de ipsa Virgine cãtatur, Expauescit Virgo de lumine, sed melius fuisset, quod à tali turbatione mens eius esset præseruata non ergo fuit conueniens, quod huiusmodi annunciatio fieret per uisionem corporalem.

Primum

1^m ex B. August. Quam corporalis. ℞. Sola. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu ly sed ipse Aug. dicit, quod excellentior est, &c. usque in finem.

¶ EXAM. Ly status hominis uiatoris. Hoc dicit, ad differentiam dignitatis matris Dei in se consideratæ. Ac si dicatur. Licet B. Virgo ex dignitate sua, maxime uerò illa, qua ad maternitatem Dei eligebatur, esset idonea ad hoc, quod Angelū per essentiam uideret: tamen ex statu uiatoris, id est quia adhuc uiatrix erat, fiebat; quod ipsa illum sic non uideret. Porro circa huiusmodi seruandum erat hic status, id est modus conueniens statui, hominis uiatoris, ut patet à simili, ar. 2. ad 1.)

* Io ser. 14. de Natali Dñi. ante me. to. 20.

2^m de maiori. Est nobilior. ℞. Quantum ad altitudinem potentiæ: non autem, quātum ad certitudinem rei uisæ. § Nam imaginatio est quidem altior potentia, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid. ly & ideo, &c.

3^m minor. Meli* fuisset quod a tali turbatione mens eius esset præseruata. ℞. Negatur. §. Vt patet, & probatur, in textu ly talis tamē perturbatio hominis non tantum homini nocet, ut &c. usque ad ly quidam tamen dicunt.

Item (de maiori. Vidētes. ℞. Nō assuetos uisionibus Angelorum. §. Tunc nihil &c. Nam, quia B. Virgo erat assueta visionibus Angelorum, non fuit stupefacta ex uisione corporali eius. Cum hoc tamē stat: quod turbata fuerit aliunde, id est ex admiratione eorum, quæ ei ab &c. ut in textu. Ad hanc admirationem penetrandam faciunt dicta in ar. 1. ad secundum, & ar. 4. corpor. & ad primum. Vide responsum secundum in hoc textu ly quidam tamen dicunt, quod cum &c. Cuius responsi opinionem cum dicto illo Ecclesiæ adducto in argumento concordare potes sic, expauescit uirgo de lumine, id est de sermone luminoso Angeli. Nam talis eius sermo s. Aue gratia plena, &c. magnum lumē mysticū con-

† Hom. 4. i Matt. parū ante med. to. 2.

* Alias relatione accipiebat ab angelo egebat tantæ rei euētus uisione solenni.

† li. 12. sup Gen. ca. 9. circa med. to. 3.

SED CONTRA est, quod Aug.* in quodam in sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel Archangelus facie rutilans, ueste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc non possunt pertinere nisi ad corporea uisionem. ergo corporea uisione angelus annuntians B. Virgini apparuit.

RESP. Dicendum, quod angelus annuntians apparuit matri Dei corporea uisione, & hoc conueniēs fuit. Primo quidem, quātum ad id, quod annuntiabatur: ueneat enim angelus annūciare incarnationem inuisibilis Dei unde etiam conueniēs fuit, ut ad huius rei declarationem, inuisibilis creatura formā assumeret, in qua uisibiliter appareret, cum etiam omnes apparitiones ueteris testamenti ad hanc apparitionem præordinentur, qua filius Dei in carne apparuit. Secūdò, fuit congruum dignitati matris Dei, quæ non solum in mente, sed in corporeo uentre erat Dei filium receptura: & ideo nō solum mens eius, sed etiam sensus corporei erant uisione angelica refouendi. Tertiò cōgruit certitudini eius, quod annuntiabatur: ea enim quæ sunt oculis subiecta, certius apprehendimus quam ea, quæ imaginamur. Vndè Chrys. † dicit super Matt. quod angelus non in somnis, immo uisibiliter virgini astitit: nam quia magnā ualde * reuelationem accipiebat ab angelo, egebat ante tantæ rei euentum, uisione solenni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intellectualis uisio est potior, quam uisio imaginaria uel corporalis, si sit sola: sed ipse Aug. † dicit qđ excellentior est prophetia, quæ hēt simul intellectualem, & imaginariam uisionem, quam illa, quæ habet alteram tantum: beata autē Virgo non solum percepit uisionē corporalē, sed etiam intellectualem illuminationem: vnde talis apparitio nobilior fuit. Fuisset tamē nobilior, si ipsum angelū intellectuali uisione in sua substantia uidisset, sed hoc non patiebatur status hominis uiatoris, quod angelum per essentiam uideret.

AD SECVNDVM dicendum, quod imaginatio est quidem altior potentia, quā sensus exterior: quia tñ principium humanæ cognitionis est sensus, in eo consistit maxima certitudo, quia semper oportet quod principia cognitionis sint certiora, & iō Ioseph, cui angelus in sōnis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit, sicut B. Virgo.

AD TERTIVM dicendū, quod sicut Ambr. dicit* super Luc. perturbamur, & à nostro alienamur affectu, qñ restringimur alicuius superioris potestatis occursu. Et hoc cōtingit, non solū in uisione corporali, sed et̄ī uisione imaginaria. Vnde Gen. 15. dr, quod cū sol occubuisset, sopor irruit sup Abrahā, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Talis tñ pturbatio hominis, nō tm̄ hoi nocet ut pp eā debeat angelica apparitio prętermitti. Primo quidem, quia ex hoc ipso, quod homo supra seipsum eleuatur (quod ad eius pertinet dignitatem) pars eius inferior debilitatur, ex quo prouenit perturbatio prædicta: sicut etiam calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secundò, quia sicut Orig.* dicit super Luc. Angelus apparens, sciens hanc esse humanam naturam, primum perturbationi humanę medetur, unde tam Zacharię quam Mariæ post turbationem dixit, Ne timeas. Et propter hoc, ut legitur in uita Antonii non difficilis est beatorum spirituum, malorumque discretio. Si enim post timorem successerint gaudium à Domino uenisse sciamus auxilium: quia securitas animæ, præsentis maiestatis indicium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est, qui uidetur: ipsa etiam turbatio Virginis, conueniens fuit uerecundiæ Virginali: quia ut Ambros.* dicit super Lucam, trepidare virginum est, & ad omnes uiri ingressus pauere, omnes, uiri affatus uereri. Quidam tamen dicunt quod cum Beata Virgo assueta esset uisionibus angelorum, non turbata fuit in visione angeli: sed admiratione eorum, quæ ei ab angelo dicebantur, quia de se tam magnifica non cogitabat. Vnde, & euangelista non dicit, quod turbata fuerit in uisione angeli, sed in sermone eius.

* Hom. 4. I Lu. ī prin. to. 3.

* Lib. 2. in Lu. c. cui* tit. est: Du saluta. Mariæ, to. 5.

tinebat, & secundum se (ut patet) & respectu humillimæ virginis. De cuius humilitate, pro hoc proposito, uide citata nunc supra.

APPENDIX.

Utilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primo, quō per rōnem ostendas meritò esse à scriptura, Aug. & Ambros. insinuatum, quod angelus annunciaus debuit apparere corporea uisione, à D. Aug. quidē, ut in argum. cont. A D. Ambros. autem, sup Luc. 1. de Angeli apparitione ad B. Virginē dicente. Ipsa autem, ut uidit eum, mota est in introitu eius. Trepidare virginum est, & ad oēs uiri ingressus pauere; omnes uiri affatus uereri. Maria etiā salutationem Angeli uerebatur. Hæc ille. A scriptura verò Luc. 1. Ingressus Angelus ad eam dixit, Aue gratia plena. Nam sm morem scripturarū ly ingressus, dictum de angelis corporale, quid importat. Vt quando de Angelo Raphaele dicitur Tob. 5. Ingressus salutauit eum, & dixit: gaudiū tibi sit semper. Et cap. 7. Ingressi sunt ad Raguelem. Nec mirum. Tales. n. locutiones denotāt motū progressiuum, qui (sm Philos. in lib. de anima) proprie conuenit animalibus. Expone tu in proposito, ly animalibus, s. aut uere, aut apparenter, similitudinem animalium habentib. Qđ aūt de ly ingressus, dictum est intellige etiā de alus huiusmodi, quę corporale, quid, tāquā animalibus conueniens sonant. Sic intelligunt DD. Aug. & Ambr. ly uenit, ly facie rutilans, ly ueste coruscans, ly incessu mirabilis; ly in introitu eius, ly uiri ingressus, ly uiri affatus, ly salutationē. Ad prædictorū quoq; intelligē etiā pro quanto per similes locutionum phrases denotatur qđ corporale in apparitionib. Angelorū, faciūt illa; quę circa Angelos corporaliter apparentes describunt Genes. 18. 19. 32. Iosue cap. 5. Iudicū, c. 13. Propter ly debuit, uide de cōuenientia scripturarū, 2. 2. &c. ut sup. ar. 1. app. Sdò vides: quō ex iis bn̄ pēsatis, & applic. doctr. psens Ang. uicissim declaret, atq; cōfirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus simul quærit, quia, & propter quid corporali apparitione, an scilicet fuerit, & quare fuerit apparitio uisibilis, utrumque enim importat titulus, quærens an debuerit apparere corporaliter.

¶ In corpore ad utrumq; simul respondetur. Angelus apparuit corporaliter, & hoc conuenienter. Probat tripliciter. Omnia clara sunt in litera. Quia tamē moderno tempore audita est noua quædam præsumptio, dicens apparitionem istam non esse uisibilem, sed intelligibilem tantum fuisse, aduertendum, quod ultra Ambrosiu,

brosii, August. Chys. Auctorisque auctoritatem ut in litera dicitur, Euangelii rex. præsefert corporalem uisionem fuisse. Tum, ex descriptis de Angelo, quoniam describit primo ipsum Zachariæ apparuisse stantem à dextris altaris; constat autem quod stare à dextris altaris corporalem situm dicit. Et consequenter subdit, missus est in ciuitatem Galileæ & ingressus est ad Virginem, exercitati antem in sacris literis sciunt, quod huiusmodi verba, ingressus est ad Regem, ad talem, &c. corporalem motum significare cõsueuerunt. Et subditur de sermone eius, & colloquio cum Beata Virgine; & tandem quod discessit ab ea, quod etiam corporalem motum significat. Tum ex descriptis de Beata Virgine, quoniam describitur turbata turbatione timoris, ut patet ex eo quod angelus dixit ei post. Ne timeas Maria; turbatio autem timoris ad partem spectat sensitiuam, & rursus turbatio illa timoris in sermone angeli describitur accidisse Etenim si intelligibilis tantum fuisset sermo, cum audiens mente tantum intelligibilem spiritualis substãtiæ sermonem, eleuata supra se fit, non timuisset in parte inferiori tum, ex progressu in ipsa descripto: describitur enim primo audisse, deinde turbatio, tertio cogitare, & quarto sanari ab angelo nominatim confortante, Ne timeas Maria: hic enim ordo, hic progressus ad corporales actus, auditus, affectus sensitiui, & cogitatiuę partis simul cum intellectu, & naturale remedium materialiũ nostrarum passionum clarissime spectat. Sunt etiam ad hoc rationes in litera allatæ, multum urgentes secũdum subiectam materiam, indisciplinatæ quippe mentis est, quærere in similibus certitudinẽ mathematicam ut Philosophus docuit: certitudo enim quæ & tot auctoritatibus, rationibus: & plano sensu textus habetur, sufficientissima est in hoc, & similibus, quæ sitis, certitudo apud rite dispositas mentes.

¶ In responsione ad tertium, aduerte primò, quod Auctor turbationem, quæ in corporalibus, aut imaginariis superiorum uisionibus accidit, reducit in necessitatem materiæ. Apparitiones si quidem huiusmodi eleuatiuæ sunt supra seipsum, ita quod eleuatio ab inferiori commota parte inchoat, ducẽs admirando hominem supra seipsum, huic aut fini, qui est eleuari tali modo supra seipsum, annexa est debilitatio partis inferioris, quia intentio uehemens, animam ad superiora trahẽs se debilẽ deserat oportet, inferiorem partem: commotam autem iam partem in sui desertione turbari consequens est, quasi carentem continente forti. Et hæc in commune dicta accipe, secundum naturæ humanæ necessitatem, ex qua Auctor docet huiusmodi turbationem non esse tam nociuam, ut prætermittenda sit ob eam uitandam angelica apparitio: sicut nullus sapiens prætermittit ad finem operari propter uitanda mala emergentia ex necessitate materiæ, ut patet in artificialibus, & naturalibus.

¶ Aduerte secundo, ꝙ signum in litera positum ex uita B. Antonii ad discretionem spirituum, est intelligẽdum per se, quãtũ, s. ex natura bonorum & malorum spirituum. Cõis si quidem est utrisq; apparentibus est humana turbatio propter nostram naturam; bonorum tamen apparitio ad Deum animum ducens securitatẽ parit mentis, malorum autem, quia à Deo auersiua est, unde securam reddere possit turbatam animam non habet. Verum per accidens potest euenire oppositum, dum sathanas transformans se in angelum lucis, ad hanc conditionem angeli lucis efficiẽdam studet. Potest enim post turbationem commouere phantasmata, inferioremq; partem animæ ad materiam aliquã gaudii, & auertere materiam timoris, ut sic humanus animus sensuales motus sequens absque timore læsus reddatur. Et propterea, noli in dicto signo pedem iudicii figere: sed memento, quod in his, quæ sunt per accidens contingit etiam sapientes falli.

Medina ar.4.

SVPER Q. XXX.

ART. IIII.

168 CONCL. Annunciatio congruo ordine per Angelum est perfecta.

¶ PROB. Quia Angelus primo reddidit mentem B. Virginis attentã ad tantæ rei considerationem (ut patet ex ly Aue gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus.) Secundò eam instruxit de mysterio incarnationis (ut patet ex ly concipies, paries &c.) Tertio induxit animũ eius ad consensum (ut patet ex ly Elisabeth &c. Ly Non erit impossibile, &c.) Et hæc tria ab Angelo sic intenta, executionique mandata, ordinata sunt (ut patet consideranti.)

1ᵐ minor. Causa prius debet manifestari, quã effectus. ℞. Nisi quando manifestatio effect' præparat auditoris mẽtem ad melius capiendam manifestationem causæ. §. Puta, reddendo mentem eius magis attentam ad ea; quæ dicenda sunt de causa. Tunc nihil &c. Nã manifestatio effectus, id est (ut in ꝓposito stemus) dignitatis, B. Virginis iuuabat multum eius mentem ad attentionẽ mox dicendorũ de causa, id est de prole concipienda, & per hoc eam ad capiendam melius manifestationem causæ e vestigio futuram maxime disponebat. Animo enim humili nihil est mirabilius, &c. ut in tex.

2ᵐ de maiori. Probatio debet ꝓmitti in his, quæ dubia esse possunt. ℞. Non autem in his; quæ, secundum intentum loquentis, mirabilia esse debent. §. Nam huiusmodi, antequam probentur, sunt audienti mirabiliora: ut patet. Tũc nihil, &c. Intentio enim Angeli loquẽtis erat, trahere B. Virginem in admirationem eorum, quæ ei dicebat. Quod & factum est secundum DD. Augustinum, & Ambrosiũ. Primæ admiratione si quidem tanti mysterii auditi dubitauit, id est, dubium inquisiuit de modo, quo illud, quod Angelus dixerat, in semetipsa cõpleretur, dicẽs; Quomodo &c? Ac si aperte dicat. Dubitatio, cuius abs te solutionem quæro, non uersatur circa rem scendam

ARTICVLVS IIII.

Vtrum annunciatio conuenienti fuerit ordine perfecta.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod annunciatio eius non fuerit conuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole cõcepta: sed causa prius debet manifestari, quã effectus. ergo primo debuit angelus Virgini annunciare conceptum ꝓlis, quam eius dignitatem exponere, eam salutando.

¶ 2 Præt. Probatio, aut prætermitti debet in his, quæ dubia nõ sunt, aut prætermitti in his, quæ dubia esse possunt: sed angelus primo uidetur annunciasse id, de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicẽs; Quomodo fiet istud? & postea probationem adiunxit, tum ex exemplo Elisabeth, tum ex Dei omnipotentia. ergo inconuenienti ordine annunciatio per angelum est effecta.

¶ 3 Præt. Maius non potest probari sufficiẽter per minus: sed maius fuit Virginem parere, quam uetulam. ergo non fuit sufficiens probatio angeli, probantis cõceptum Virginis ex conceptu senis.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Roma. 13. Quæ a Deo sunt ordinata sunt: angelus autem missus est a Deo, ad hoc, ꝙ Virgini annunciaret, ut dicitur Luc. 1. ergo ordinatissimè fuit annunciatio per angelum completa.

RESP. Dicendum, quod annunciatio cõgruo ordine per angelum est perfecta. Tria enim angelus intendebat circa Virginem. Primò, quidem reddere mentem eius attentam ad tantæ rei considerationem, quod quidem fecit, eam salutando quadam noua, & insolita salutatione. Vnde Orige.* dicit super Lucã, quod si sciuisset ad alium quempiã similem esse factum sermonem (ut potè, quæ habebat legis scientiam) numquam eam quasi peregrina talis salutatio terruisset: in qua quidẽ salutatione, præmisit idoneitatem eius ad conceptum, in hoc quod dixit, Gratia plena: expressit cõceptũ, in hoc quod dixit, Dominus tecũ, & prænunciauit honorem consequentem, cum dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundò autem, intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum, quod quidem fecit in prænunciando cõceptum, & partum, dicẽs; Ecce concipies in utero, &c. & ostẽdendo dignitatem prolis conceptę, cum dixit, Hic erit magnus, & etiã demonstrando modum conceptionis, cum dixit, Spiritussanctus superueniet in te. Tertiò intendebat animum eius inducere ad consensum, quod quidem fecit exemplo Elisabeth, & ratione ex diuina omnipotentia sumpta.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ animo humili nihil est mirabilius q̃ auditus suæ excellẽtię: admiratio aũt maxime attentionem animi facit: & ideo angelus uolens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterii, ab eius laude incœpit.

AD SECVNDVM dicendum, quod Ambr.* expressè dicit super Lucam, quod B. Virgo de verbo angeli non dubitauit. Dicit enim temperantior est Mariæ responsio, quã verba sacerdotis. Hæc ait, Quomodo fiet istud? Ille rñdit

*Hom. 6. I Lu. a med. illius to. 3.

*li. s. I Luca. 2. cuius titulus est, De Mariæ interrogatione, &c. to. 5.

fiendam in me (hanc enim tibi, ex parte Dei, taliter asserenti firmissima fide creditam teneo): sed versatur circa modum, quo in me fienda est. Nec hominibus nouum est hoc, quod scilicet ex admiratione rerum certò cognitarum insurgat dubitatio, seu per dubiorum motionem inquisitio, de quibusdam aliis ad res ipsas cognitas aliquo modo pertinentibus: quoniam & de antiquis scientiarum inuentoribus verificatur verissimum illud, propter admirari coeperunt homines Philosophari, inquantum, scilicet ex effectibus certò notis coeperunt per viam dubitationum (tanquam facillimam, & apertissimam ad inueniendam veritatem; vt habetur ex libro Topicorum) loqui: rere diligenter de causis ipsorum effectuum. Multo magis igitur prudentiam B. Virginis decuit: vt per viam dubitationis inquireret; Quomodo fiet &c.? Si enim prudentiæ Phylosophorum tribuitur, quod cognitione rerum minorum accensi ad inquirendum pleniorem notitiam de circumstantibus illas & notis & factis anhelarunt: maiori vtique prudentiæ tribuendum esse constat, quod B. Virgo ea certa cognitione conceptus, & partus sui mota fuerit ad inquirendum de circumstantia quodam satis dubitabili ac necessario, scilicet de modo conceptus talis atque partus, cum ipsa & esset, & intenderet, immò & absolute iam nouisset, esse Virgo, q. 28. ar. 4. ad primum. Clara sunt omnia. Cæterum pro ampliori capitu textus huius, dum mentionem de dubitatione admirationis facit. vide q. 27. art. 4. ad secundum, & ibi citata. Item pro ly magis, quando dicit magis est admirationis, quam incredulitatis, vide 2. 2. q. 100. ar. 3. Exam post ad secundum, & 1. 2. q. 100. artic. 8. ad quartum, ne quando incredulitatem aliquam vel minimam (quod absit) credideris aut fuisse in Beatæ Virginis corde fidelissimo, aut sanctum Doctorē tale quid ei attribuere, per ly magis, voluisse: qui semper eam & ab omni actuali peccato immunem, q. 27. ar. 4. & in gratia confirmatam fuisse, 1. q. 100. ar. 2. tenuit. Vide hic, scilicet in pri. par. Elucidationum not. post conclusion. probation.

3m maior. Maius non potest probari sufficienter per minus. R. Potest tamen figurari per minus. §. Tunc nihil &c. Nam partus in vtero, id est conceptus vetulæ Elisabeth fuit figura, & pro figura solum ab Angelo inducitur, conceptus virginei. Non ergo à minori ad maius, volendo, scilicet ex illo probare hoc, procedit Angelus (vt putabat argumentum): sed à figura ad figuratum, quasi apertè dicens, præcessit figura tui partus in Elisabeth, ergo figuratum, i. partus tuus sequetur. Porro à figuris ad figurata valere consequentias, habemus & ex toto ferè discursu Apostoli in epist. ad Hæbr. vbi figuris antiqui testamenti reddit figurata noui, & ex Concilio Hispalensi secundo, vbi à maioritate Aaron suprà simplices sacerdotes infert maioritatem similem in nouo testamento, & pri. par. q. 1. ar. 10. Elucid. appen. Concilium præmissum vide recitatum in Veritatibus Aureis super totam legem veterem. Leuit. 8. concl. 2.

¶ Exam. 1. Ly non quasi sufficiens. Scilicet ad intentum probandum per locum à minori ad maius. Non enim valet; hoc minus, s. quod vetula prius sterilis ex semine viri concepit, factum est; ergo hoc maius, s. quod iuuencula existens virgo absque semine viri concipiat, fiet. Ibi namque modus generationis naturalis, licet in tali sterili, seruatur; hic verò penitus mutatur.

Vnde hoc sciam? Negat ille se credere, qui negat se scire ista, non dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit inquirit. Augustinus, * tamen videtur dicere, quod dubitauerit. Dicitur enim in lib. Quæstionum veteris, & noui testamenti: Ambigenti Mariæ de conceptu, possibilitatem angelus prædicat: sed talis dubitatio magis est admirationis quam incredulitatis: & ideo probationem angelus inducit, non ad auferendam infidelitatem, sed magis ad remouendam eius admirationem.

*in li. q. ex nouo test. q. 51. in princip. re spon. ro. 4.

Ad tertium dicendum, quod sicut Ambr. dicit in Hexameron, ob hoc multæ steriles pepererunt, vt partus credatur Virginis, & ideo conceptus Elisabeth sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exemplum: & ideo ad confirmationē huius exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

¶ Exam. 2. Ly ideò ad firmationem huius exempli, &c. Per hæc verba non vult absolute dicere S. Doctor, quòd argumentum à figura, seu à figurali exemplo, ad figuratum non sit efficax (quandoquidem contradiceret sibimet ipsi scribenti super episto. ad Hæbreos): sed vult quasi comparatiuè loquendo de huiusmodi figurarum argumentis ad argumenta expresse nominantia omnipotentiam diuinā, dicere, quod argumenta expressè sumpta ex diuina omnipotentia sunt efficaciora ad firmandum intentum, quam argumenta sumpta ex figuris; quamuis & hæc absolute sint efficacia. Nec immeritò quidem. Nam illa de omnipotentia sumitur ex ratione, quæ omnes, etiam ethnicos Dei omnipotentiam agnoscentes, conuincit: ista autem de figuris sumuntur ex scripturis, quæ fidelium intellectum in sui captiuitatem solum redigit. Pro textus ergo sana expositione dicatur sic. Ideo ad firmationem, s. maiorem, & ampliorem, huius exempli subd. argum. efficax, scilicet magis, & amplius, idest vniuersalius.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatū, quod annunciatio facta est per Angelum conuenienti ordine. Vt per hoc, q dicitur Rom. 13. &c. secundum quod est, & applicatur in argum. cont. Pro cuius capitu meliori recordare illius regulæ lib. Topicor. s. sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, ita maxime ad maxime. & hanc applicando præsenti proposito, videbis quam rationabiliter prædicti argumenti conclusio ex præmissis illis authoritatibus inferat ly ordinatissime. Videbatur quidem solum inferendum ex Rom. 13. q talis annunciatio fuit ordinate completa: sed quia huiusmodi missio Angeli de qua ibi subsumitur, inter illa, quæ sunt à Deo, maximum quid dicit (vt patet ar. 2. ad 4.) ideo seruata prædicta regula Topicorum, oportuit concludere ly ordinatissime. Ex quo etiam datur intelligi, quod ly congruo, in articuli conclusione positum tenetur antonomatice, i. per excellentiā, ac si dictum fuisset, congruentissimo. Cæterum, vt absque errore intelligas, quod à Deo potest esse, & est, aliquid maius, seu melius altero, vide 1. q. 20. ar. 3. & q. 25. ar. 6. Item ad intelligentiam ampliorem de ly congruo iuuabit videre de conuenientia scripturarum, & sufficientia, 1. 2. quæstio. 68. artic. 4. append. Ex 2. 2. quæstio. 122. artic 2. append. Item, q. 140. art. 1. appen. Item q. 179. ar. 2. appen. Secundo vides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus quærit de ordine dictorum ab angelo annunciante.

¶ In corpore una est conclusio: Annunciatio congruo ordine per angelum est perfecta. Probatur: quia tria interueniunt, scilicet attentio, instructio, & consensus, conuenienter ordinata, facta, procurataque sunt. Omnia clara patent in litera.

¶ In responsione ad primū perspice naturā humilitatis reddere, s. animā admirabilem suarum laudum, quia assidue animos humilis circa imperfectiones suas, condignáq; illis mercedē versat, quo fit vt magnū de se audire, vt nouū, insolitū, celsum, atq; occultū, admirationem sibi pariat. Hinc autem habemus unde nosipsos cognoscere intus possumus, si vere humiles sumus: nam ad nostras laudes si nullus admirationis motus consurgit, percipere possumus quantum ab humili animo longe sumus.

Medina, ar. 1.

SVPER Q. XXXI. ART. I.

Conclu. Conueniēs fuit, vt Christus sumeret carnem ex materia deriuata ab Adam.

¶ Prob. Quia Christus naturam humanā assumpsit, vt eam à peccato purgaret, & purgatione tali non indiget natura, nisi quæ descendit ab Adam (vide 1. 2. q. 81. ar. 3. 4. 5.)

QVÆSTIO XXXI.

De cōceptione Saluatoris quo ad materiam de qua corpus eius conceptum est, in octo articulos diuisa.

Deinde considerandum est, de ipsa conceptione Saluatoris. Primò, quantum ad materiam de qua eius corpus conceptum est. Secundò, quantum ad cōceptionis auctorem. Tertio, quantum ad modum, & ordinē conceptionis.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

¶ Secundò, Vtrum fuerit sumpta de Dauid.

¶ Tertiò, De genealogia Christi, quæ in euangeliis ponitur.

¶ Quartò,

1^m^ ex Apostolo. Secundus homo. ℞. Quantum ad diuinitatem consideratus. §. Tunc nihil &c. Nam articuli conclusio considerat hunc secundum hominem, id est Christum, in alio sensu, scilicet quantum ad materiam corporis. Nō ergo habet originem distinctam ab Adam Christus, quantum ad materiam carnis, iuxta verum Apostoli sensum: sed quātum ad diuinitatē suā (vt hic dicitur,) & quātum ad coelestem, id est supernaturalem modū conceptionis ipsius carnis (ut habetur ex art. 5. corp. & in expositione D. Thomæ super 1. Corin. 15. ly secundus homo de cœlo coelestis).

2^m^ illatio conclusionis primæ. Ergo uidetur, quod non fuit conueniens, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. 168 Maiorem namque propositionem intelligit de miraculis, quæ ordinātur ad confirmationem fidei, cum tamen intelligenda tantum sit de miraculis, quæ sūt aliquis articulus fidei. Minorem quoque intelligit, ac si in mysterio incarnationis miraculū principaliter, immò & solū, attenderetur circa materiam conceptus, id est prolis conceptæ, cum tamen non sic, sed attēdatur circa modum ipsius conceptus. Ex maiori igitur illa rectè intellecta sequeretur nō illud, quod in argumēto inferebatur, sed contrarium, scilicet ergo fuit conueniens, Christum carnem ab Adam sumere. Ratio est, quia in miraculis, de quibus est fides, & consequenter in mysterio incarnationis, requiritur quid sit conuenientius diuinæ sapientiæ, & salubrius humanæ saluti; vndè in talibus miraculis illud est maius, quod est & conuenientius, & salubrius modo prædicto. Ex minori item rectificata (ut oportet) sic, scilicet maius est miraculum corpus hominis ex Adam deriuatū formare sine semine uirili, quam corpus hominis formare ex limo terræ; ex minori, inquā tali, sequitur illius, quod inferebatur, oppositū, scilicet ergo fuit conueniens Christum sumere carnem non ex limo terræ, sed ex Adam.

3^m^ ex Apostolo. In hunc mundum. ℞. Idest in omnes huius mundi homines originaliter existentes in Adam & quantum ad corpulentam substantiam, & quantum ad seminalem rationem. §. Tunc nihil &c. Non enim ex eo, quod Christus sumpsit carnem ex Adam, sequitur, quod ipse fuerit originaliter in Adam, ita ut in illo peccauerit (quemadmodum cęteri): sed tunc solum id sequeretur, si carnem ex Adam medio semine uirili sumpsisset, quod utique non fecit. Vide q. 28. ar. 1. 2. 3. 4. cum Elucid.

¶ Quartò, Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.

¶ Quintò, Vtrum fuerit de purissimis sanguinibus virginis corpus eius formatum.

¶ Sextò, Vtrum caro Christi fuerit in antiquis patribus, secundū aliquid signatum.

¶ Septimò, Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

¶ Octauò, Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod caro Christi nō fuerit sumpta ex Adam. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinthio. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Primus autem homo est Adam, secundus est Christus. ergo Christus non est ex Adam, sed habet ab eo distinctam originem.

¶ 2 Præt. Conceptio Christi debuit esse maximè miraculosa: sed maius est miraculum formare corpus homini, ex limo terræ, quam ex materia humana, quæ de Adam trahitur. ergo uidetur quod non fuerit conueniens Christum ab Adam carnem sumpsisse. ergo uidetur, quod corpus Christi non debuerit formari de massa humani generis deriuata ab Adam, sed de aliqua alia materia.

¶ 3 Præt. Peccatum in hunc mundum intrauit per unum hominem, scilicet per Adam, quia omnes in eo originaliter existentes, peccauerunt, ut patet Roma. 5. sed si corpus Christi fuisset ab Adam sumptum, ipse etiā in Adam originaliter fuisset, quando peccauit. ergo peccatum originale contraxisset, quod non decebat Christi puritatem. non ergo corpus Christi est formatum de materia sumpta ab Adam.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hæbr. secundo. Nusquam angelos appręhendit, scilicet filius Dei: sed semen Abrahæ appręhendit: semen autem Abrahę sumptum est ex Adā. ergo corpus Christi fuit formatum de materia ex Adam sumpta.

RESP. Dicendum, quod Christus humanam naturam assumpsit, ut eam a corruptione purgaret. Nō autem purgatione indigebat natura humana, nisi secundum quod infecta erat per originem uitiatā, qua ex Adam descendebat: & ideo conueniens fuit, ut carnem sumeret ex materia ab Adam deriuata, ut ipsa natura per assumptionem curaret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundus homo, idest Christus, dicitur esse de cœlo, non quidē quātum ad materiam corporis: sed uel quantum ad uirtutem formatiuam corporis eius, uel etiam quantum ad ipsam eius diuinitatem. Secundum autem materiam corpus Christi fuit terrenum, sicut, & corpus Adæ.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut supra dictum est, * mysteriū incarnationis Christi ē quiddam miraculosum, non sicut ordinatum ad confirmationem fidei, sed sicut articulus fidei, & ideo in mysterio incarnationis non requiritur, quid sit maius miraculum, sicut in miraculis, quæ fiunt ad confirmationem fidei, sed quid sit diuinæ sapientiæ conuenientius, & magis expediens humanæ saluti, quod requiritur in omnibus, quæ fidei sunt. Vel potest dici, quod in mysterio incarnationis, non solum attenditur miraculum ex materia conceptus, sed magis ex modo conceptionis & partus: quia, scilicet Virgo cōcepit, & peperit. * * q. 29. art. 1. ad 2. *alias & peperit Deū. Ex cor. ar. & q. 4. art. 6.

AD TARTIVM dicendum, q̄ sicut supra dictum est, corpus Christi fuit in Adam secundum corpulētam substantiam, quia, s. ipsa materia corporis deriuata est ab Adam. Non autē fuit ibi secundum seminalem rationem, quia non est concepta ex uirili semine, & ideo non cōtraxit originale peccatum; sicut cęteri, qui ab Adam per uiam uirilis seminis deriuantur.

AR-

¶ EXAM. Ly sicut cæteri. Scilicet, qui uel saltem in potentia proxima (ut B. Virgo mater Dei), uel etiam in actu (ut reliqui omnes) contraxerunt pro certo peccatum originale. Dixi ly pro certo, ut deferam honorem solidæ ueritati Romanæ Ecclesiæ; quæ nondum deffiniuit quæstionem hanc, scilicet utrum Beata Virgo fuerit actualiter cum originali, uel sine originali peccato concepta. Vnde mirandum satis est de inscitia quorundam, qui soliditate ueritatis omissa, pedem super arenā firmare cōtendunt, nec possunt: Quare? Quia arena est. Arenam infirmam dico, Concilium Basileense determinans tempore, quo non poterat, contra opinionem tenentium, Beatam Virginem conceptam esse actualiter in peccato originali. Leo enim Decimus Papa in actis sacrosancti Concilii Lateranensis, sessione vndecima, in abrogatione pragmaticæ corruptelæ, uocat Basileense Concilium, non Concilium, sed Conciliabulum. Vnde hi, qui super hoc in tali casu firmare pedē contendunt, de tali dato sibiipsis sic suffragium erubescant. Collationes insuper sessionum fiant, & uidebitur, quod pro illo tunc de anno 1439. quando talem determinationem fecerunt, non erant cū Eugenio Quarto, quē tamen semper, ut indubitatum Papam, adorauit Ecclesia Catholica: & qui (ut uere ab ipsa pro indubitato Papa recognitus) Conciliabulo illo suo Basileensi adhuc durante Concilium sacrum Florentinum Orientalium, Occidentaliumque patrum aggregauit in unum. Facto igitur suo sancto coram uniuerso declarauit Eugenius, Concilium Basileense non Concilium, sed cōuenticulum fuisse pro tempore illo. D. 370. Papa quoque Pius Secundus, in sua Bulla retractationum omnium circa Eugenium Quartum, & Basileense Concil. refert, Iulianum Cardinalem olim legatum in Concilio illo post eius translationem (hæc de anno 1437. facta est ulti.) dixisse Basileæ non Synodum Ecclesiæ, sed Sathanæ & ministerorum eius sinagogam remansisse. Et idem Pius electum à Basilea Papam, quem Fœlicem vocarunt, affirmat fuisse Idolum, non Christi vicarium, &c. Hæc Diuus Bernardus ad Eugenium Tertium, scribit cui supremam & omnimodam in ecclesia potestatē concedit. Q̄d illo de tertio testatur Euge. hoc nos de quarto, & omnib. aliis Ro-

man. Pontif. profitemur, Hæc ibi. Et infra dicit (quod & omnes di xerunt) nullum esse ratum Concilium, quod à Papa uero approbatum non est. Hæc dicta sint non ad derogandum opinioni contrariæ, sed ad monstrandum quantæ scientiæ illi sint viri, alioqui forsan docti: qui tali præsidio arundineo, indigno tunc nominari Concilium, in hac materia innituntur, eo quod, iam recalcitrauerat uero summo Pontifici. Vis adhuc istud ipsum uidere? En. Quomodo determinationem illam Basileensem pro se non acceptasset Sixtus ipse, qui post Concilium illud fuit, talique opinioni (quantum decuit) fauit; si uidisset eam quippiam roboris ubi uere? Quomodo in calce extrauagantis suæ dixisset hæc uerba formalia, Cum hoc nondum sit à Romana Ecclesia, & Apostolica sede decisum; si Basileenses hoc determinantes Ecclesiam Catholicam (quæ Romana est) repræsentassent, Sedique Apostolicæ uniti fuissent? Quomodo, & sacrum Tridentinum Concilium de hac materia sess. quinta, seriò loquens, Sixtoque eius censuras innouando subscribens, Basileam determinationem subticuisset? Nō plus ergo hic sapiant membra, sed sapiant ad capitis sobrietatem; sciant, quod honor Reginæ iudicium (Quod Ecclesiæ sanctæ Romanæ est) diligit, & quod in medio magnatorum satius est cum duodenne Christo (qui tamen sapientia erat) audire, ac sapienter interrogare, quam in numeram priuata uerba proferre. Cæterum vide supra q. 27. art. 2. cum Elucid. & noueris, hincinde sibi dicta ipsa uicissim suffragari.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem, interimas hæresim Valentini dicentis: Christum, licet sit uerus homo, non esse eiusdem naturæ nobiscum; quia à patre missus corpus cœleste secum traxit. Item hæresim Apollinaris dicentis, quod Christus carnem non aduentitiam suscepit, sed antequam descendisset, carnem in cœlo antesæcularem & consubstantialem habuit. Item hæresim Mennonistarum dicentium; Christum non ex virginis carne, sed ex Dei patris substantia cœlitus attulisse corpus. Per hoc enim quod articulus iste Christum carnem ex Adam deriuatam assumpsisse demonstrat, explodit simul (ut patet) omnes dicentes, eum habuisse carnem aliunde prouenientem: cuiusmodi sunt hæreses prædictæ, quæ pro tanto hic adducuntur, pro quanto negatiuam hanc scilicet Christi carnem ex Adam non fuisse, includunt. Consequenter ergo pro tanto hic damnabuntur directè. Si tamen easdem ad literam damnatas fuisse uidere delectat (id quod etiam ad hunc locum quodammodo iuuandum ualebit:) consule supra articulorum, num. 7. 34. cum Elucid. & præ. par. articulorum num. 455. cum Elucid. Secundò igitur habes: quomodo a per rationem ostendas; illas, quantùm ad propositum directum nunc attinet, meritò damnari ab Hæbr. 2. Nusquā &c. ut ponitur cum discursu in argum. contr. Item à Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Hi enim patres descenderunt ex Adam, ut per ordinem patet in Paralipomenon, lib. 1. cap. 1. 2. Item à Luc. 3. Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph; qui fuit &c. qui fuit Seth, qui fuit Adam. Ex progressu namque usque ad Adam intelligi manifestè datur, q̄ omnes ibi numeratos, & consequenter Christus Iesus, habent carnem deriuatam ab Adam. Tertiò uides, q̄uo ex iis benè b pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit, ut Christus carnem sumeret ex Maria, ex Adam deriuata. Probatur: Christus assumpsit naturam humanā ut eam a corruptione purgaret. ergo assumpsit eam, secundum q̄ erat ex origine uitiata ex Adā. ergo conueniens fuit; ut assumeret carnem ex Adam deriuata. Prima consequentia probatur, quia natura humana non aliter indigebat purgatione. Secunda uero probatur, ut sic per assumptionem curaretur humana natura.

¶ Nota hic, q̄ assumptio, qua uerbum Dei incarnatum est, pōt referri ad tria, s. ad naturam humanam infectā, uel ad humanitatē quę unita est Verbo. Et siquidem referatur ad naturam humanā, nulla est qō: & similiter si referatur ad hanc humanitatē natura filius est, & homo, & hic homo, sed si referatur ad humanā naturā infectā, aliter oportet dicere; qm̄ Christ⁹ nec est, nec unq̄ fuit homo infectus. Et ꝓpterea non possumus dicere, q̄ Verbū assumpsit naturā infectam, sed dicimus q̄ assumpsit naturā humanā ex uitiata origine descendentē, ita q̄ infectio non determinat naturā assumptā, sed originē eius, ex hoc n. Christus infectā in reliquo humano genere naturā curauit, q̄ naturā ex infecta illa origine descendentē, non tn̄ infectam assumpsit, ut sic sanans Christi natura esset expers oīs morbi, sicut primum alterans est inalterabile, &c.

¶ Nota secundo, q̄ quia alius est morbus naturæ, alius ꝑsonæ (persona enim actualib. peccatis inficitur, natura aūt solo originali per se loquendo) ideo Auctor de naturæ reparatione loquens per se dixit quod natura humana non indigebat reparatione, si secundum quod infecta erat per originem uitiatam.

Medina, ar. 2.

SVPER Q. XXXI. ART. II.

169 COncl. Christus specialiter dicitur esse filius duorum antiquorum patrū, scilicet Abrahæ, & Dauid: & hoc multum rationabiliter.

q. 26. ar. 2. & q. 28. ar. 1. ad 2.

¶ Prob. Quia pater Matth. 1. Liber Gen. Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Secunda pars, scilicet & hoc &c. Probatur primò, quia ad Abraham, ac Dauid fuit specialiter promissum de Christo. Secundo, quia Christus futurus erat Rex, Propheta, Sacerdos. Tertiò, quia Christus futurus erat in salutem Circumcisionis, atque in electionem gentilium (ut de his omnibus declaratur per ordinem in tex.)

¶ Not. Illud, quod sequitur ad promissionem factam Dauidi, scilicet, quod Christus sit Rex temporalis, secundum quod homo est, uide in q. 35. ar. 7. Elucid. notationibus multis.

I^m minor. Ioseph non fuit pater Christi. R.

ARTICVLVS II.

Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Dauid.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ Christus non sumpserit carnē de semine Dauid. Matt. enim genealogiam Christi texens, eam ad Ioseph perducit: Ioseph autem non fuit pater Christi, vt supra dictum est. * non ergo videtur, quod Christus de genere Dauid descenderit.

¶ 2 Præt. Aaron fuit de tribu Leui, ut patet Exo. 6. Maria autem mater Christi cognata dicitur Elisabeth, quæ est filia Aaron, ut patet Luc. 1. Cum ergo Dauid fuerit de tribu Iuda, ut patet Mat. 1. vr̄ q̄ Christus de semine Dauid non descenderit.

¶ 3 Pręt. Hier. 22. dr̄ de Iechonia, Scribe istum virū sterilem, nec. n. erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid: sed de Christo dr̄ Isa. 9. Super soliū Dauid sedebit. ergo Christus non fuit de semine Iechoniæ, & per consequens, nec de genere Dauid: quia Matt. a Dauid ꝑ Iechoniam seriem generationum perducit.

SED CONTRA est, q̄ dicitur Ro. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

RESP. Dicendum, q̄ Christus specialiter duorum antiquorū patrū filius dicitur esse. Abrahæ, s. & Dauid, ut patet Mat. 1. Cui⁹ est multiplex ratio. Prima quidem, quia ad hos specialiter de Christo promissio facta est dictum est enim Abrahæ, Genes. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quod Apostol. de Christo exponit, dicens Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus. Ad Dauid autem dictum est, De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Vnde, & populus Iudæorum, ut regem honorificè suscipientes, dicebant Matth. 21. Osanna filio Dauid. Secunda ratio est, quod Christus futurus erat Rex, Propheta, d & Sacerdos: Abraham autem sacerdos fuit, ut patet ex hoc, quod Dominus dixit ad eum Genes. 15. Sume tibi uaccam triennē, &c. D. 1068. Fuit etiam propheta, secundum illud quod dicitur Gen. 20. Propheta est, & orabit pro te. Dauid autem Rex fuit, & Propheta. Tertia ratio est: quia in Abraham primo incœpit circumcisio: in Dauid autem maximè manifestata est Dei electio, secundum illud, quod dicitur 1. Reg. 13. Quæsiuit Dominus sibi uirum iuxta cor suum, & ideo vtriusque filius Christus specialissimè dicitur, ut ostendatur esse in salutem, & circumcisioni, & electioni gentilium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hæc obiectio fuit Fausti Manichæi uolentis probare Christum non esse filiū Dauid, quia non est conceptus ex Ioseph, usque ad quem seriem

Si. R. Fuit tamen uir matris Christi, quæ fuit de cognatione Dauid. §. Vt patet ex Matth. primo. enim optima expositione Sanctorum Augustini, & Hieronymi. Tunc nihil & cætera. Ad hoc enim quod Christus uere sit de stirpe Dauid, sufficit: quod sua uera mater fuerit de stirpe Dauid, ut patet.

2m minor. Maria mater Christi cognata dicitur Elisabeth. R. Sic tamen qd Maria mater Christi necessariò erat de stirpe Dauid §. Per aliquem, s. modorum declaratorum in textu. Tūc nihil &c. ut patet, B. Virginem igitur fuisse cognatam alicui existenti de tribu Leui, infert quidem; quod tribus regia sacerdotali stirpi iuncta erat: sed non infert, quod ipsa Virgo non sit de stirpe Dauid (ut argumentum putabat). Vnde Ecclesia fatetur utrumque. Quod enim ipsa sit cognata ipsi Elisabeth, fatetur; dū pro uerissimo recipit illud Luc. 1. Ecce Elisabeth cognata tua: quod autem sit de familia Dauid, fatetur, dum cātat, Hodie uisitauit Elisabeth B. Virgo Maria ex progenie Dauid. Et uerum stirps Iesse uirgam produxit, uirgaque florē, Virgo Dei genitrix uirga est, flos filius eius. Vide officium festi Visitationis B. Mariæ.

* li. 23. c. 8. post med. to. 6.

* Mat. 1. super illud, Christi generatio sic erat, to. 9.

D. 1094. 2m illatio conclusionis. Ergo Christus non fuit de &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falsa intelligentia authoritatis Hieremiæ, quoniam non sic intelligenda est, sed ut in text. Ex quo dic, quod per illam authoritatem recte intellectam excluditur error modernorum Iudæorum; qui dicunt; Messiam esse regnaturum sæculari honore in Hierusalem. Cum tamē interroganti Messiæ, cuius filius esset Christus, responderint olim congregati Pharisæi, Dauid Matth. 22.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem, interimas hæresim Fausti Manichæi (ut refert D. August. lib. 23. contra Faustum) dicentis, quod Christus non fuit ex stirpe Dauid secundum carnem, seu (quod idē est) Christum non assumpsisse carnē ex progenie Dauid. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas hanc meritò damnari ab eodē Aug. ibi contra Faustū. Itē ab oib. scripturis passim, & expresse; quā de tali materia inciderit sermo: cu' rei sit exemplū id Rom. 1. qd est in arg. eō. Vbi semper & ubiq; in huiusmodi sumitur ly ex semine Dauid, sm corpulētam substantiam, nō autem sm seminalem rationē. Si. n. Christus esset ex semine Dauid sm seminalē rationem, esset utique & ex Adā sm seminalem rationē & consequenter ipse Christus peccasset in Adā, & eō traxisset peccatū originale, & B. Maria mater ipsius non fuisset virgo in conceptu, & partu. Quæ omnia cum sint manifestæ hæreses) ut patet ar. 1. & q. 28. ar. 1. 2. a in sex. & Elucī. maxime in Bulla Pauli IIII. inibi citata) oportet de necessitate fidei catholicæ dicere, quod Christ' est ex semine Dauid solū, quā ad corpulentam substātiam, quo & modo sepe dictum est eū fuisse ex Adam. Ac si clarius ono uerbo dictum fuisset Christus carnem sumpsit ex sola virgine stirpis Dauid. Tertio uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Do.

* li. 23. c. 9. a med. ad fi. to. 6.

serié generationis Matth. perducit. Contra quem August. * respondet 23. lib. cōtra Faust. quod cum idem Euang. dicat, & virum Mariæ esse Ioseph, & Christi matrem virginē esse, & Christum esse ex semine Dauid, quid restat nisi credere Mariā non fuisse extraneam a cognatione Dauid, & eam, Ioseph coniugē non frustra appellatam, propter animorum confœderationem, quamuis ei non fuerit carne commistus, & qd potius propter dignitatem uirilem ordo generationū usque ad Ioseph perducitur? Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuisse de cognatione Dauid: quia scripturis credimus, quod utrumque dicunt, & Christum ex semine Dauid secundum carnem, & eius matrem Mariam, non cum uiro concumbendo, sed Virginem. Vt enim dicit Hier.* super Matt. Ex una tribu fuit Ioseph, & Maria, & secundum legem eam accipere cogebatur ut propinquam, propter quod, & simul cēsentur in Bethleē, quasi de una stirpe generati.

Ad secundum dicendum, quod huic obiectioni Gregor. Nazian. respondet dicens, quod hoc nutu superno contigit, ut regium genus sacerdotali stirpi iungeretur, ut Christus, qui Rex est, & sacerdos, ab utrisque nasceretur secundum carnem. Vnde, & Aaron, qui fuit primus sacerdos secundum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Elisabet filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Elisabeth aliquam uxorem habuerit de stirpe Dauid, ratione cuius Beata Virgo Maria, quæ fuit de stirpe Dauid, esset Elisabeth cognata. Vel potius econuerso, quod pater Beatæ Mariæ de stirpe Dauid existens, uxorem habuerit de stirpe Aaron. Vel sicut August. * dicit 23. contra Faustum, Si Ioachim pater Mariæ de stirpe Aaron fuit (vt Faustus hæreticus per quasdam scripturas apocryphas asserebat) credendum est, quod mater Ioachim fuerit de stirpe Dauid, uel etiam uxor eius, ita ut per aliquē modum Mariam dicamus fuisse de stirpe Dauid.

Ad tertium dicendum, quòd per illam auctoritatem propheticam, sicut Ambros. dicit super Lucam, * non negatur ex semine Iechoniæ posteros nascituros: & ideo de semine eius Christus est. Et quod regnauit Christus, non contra prophetiam est: non enim sæculari honore regnauit. Ipse enim dixit, Regnum meum non est de hoc mundo.

* lib. 3. in Luc. circa fi ante fin. lib. to. 5.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio, Christus spiritualiter dicitur filius Abrahæ, & Dauid. Probatur triplici ratione conuenientiæ, quare specialiter. Omnia clara sunt, & plus respondetur quam fuerit quæsitum, patet.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur.

170 Mat. 1. Lu. 1. 2. 3. & 4. Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod genealogia Christi inconuenienter ab euangelistis texatur. Dicitur enim Isa. 53. de Christo, Generationem eius quis enarrabit. ergo non fuit generatio Christi enarranda.

¶ 2 Præt. Impossibile est unum hominem duos patres habere: sed Matth. dicit, quod Iacob genuit Ioseph uirū Mariæ. Luc. autem dicit Ioseph fuisse filium Heli. ergo contraria sibi inuicem scribunt.

¶ 3 Præt. Videntur in quibusdam a se inuicem diuersificari. Matthęus enim in principio lib. incipiens ab Abraham, descendendo usque ad Ioseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autem post baptismum Christi, generationē Christi ponit, incipiens a Christo, & perducens generationum numerum usq; ad Deum, ponēs generationes septuaginta septem utroq; extremo computato. Vr igitur quod inconuenienter generationem Christi describant.

¶ 4 Præt. Quarti Reg. 8. Legitur, quod Iorā genuit Ochoziā, * cui successit Ioas filius eius: huic autē successit filius eius Amasias, postea regnauit fili' eius Azarias, qui appellatur Ozias, cui successit Ioathā fili' eius. Matt. aūt dicit, quod Iorā genuit Oziā. ergo vr inconueniēter generationem Christi describere, tres reges in medio prætermittens.

* 4. Reg. c. 8. ibi. sup. c. 12. & ibi sup. c. 14. ibi sup. c. 15.

¶ 5 Præt. Oēs, qui in Christi generatione describunt, patres habuerūt, & matres, & plurimi etiā ex eis fratres habuerūt. Matt. aūt in generatione Christi tres tm̄ enumerat mres, s. Thamar, Ruth, & uxorē Vriæ; fratres aūt nominat Iudæ, & Iechoniæ, & iterum Phares, & Zaram, quorum nihil posuit Lucas. ergo uidentur euangelistæ, inconuenienter genealogiam Christi descripsisse.

Sed contra est, auctoritas scripturæ.

Resp. Dicendum, quod sicut dr 2. ad Timo. 3. Oīs scriptura

Medina ar. 3.

SVPER Q. XXXI. ART. III.

Concl. Conueniēti ordine genealogia Christi ab Euangelistis est scripta.

¶ Prob. Quia scriptura genealogiæ Christi est diuinitus inspirata (ut patet ex ly omnis. 2. Timo. 3. Si enim omnis scriptura, &c. ergo etiam hæc.)

¶ Not. Quoniā ad genealogiam Christi sequitur, quod sit textus, ideo vide not. ar. 2.

Primum

1m conclusio. Ergo non fuit generatio Christi enarranda. ℞. Quantum ad deitatem. §. Authoritas enim in antecedente posita ad sic glossandam conclusionem astringit. Tunc nihil &c. Enarrare si quidem generationem Christi solum, & quantum ad humanitatem, & quantum ad enumerationem patrum, ex quibus humanitas ipsius descendit, est extra intellectum sanum illius authoritatis: & consequenter hoc non prohibetur ex illa.

ra sacra est diuinitus inspirata, quae autem diuinitus sunt, ordinatissimè fiunt, secũdum illud Ro. 12. Quae a Deo sunt, ordinata sunt. Vnde conuenienti ordine genealogia Christi est ab euangelistis scripta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Hier. * dicit super Matt. Isaias loquitur de generatione diuinitatis Christi: Matth. autem enarrat generationem Christi secundũ humanitatem, non quidẽ explicans modum incarnationis, quia hoc & est ineffabile: sed enumerãs patres, ex quibus Christus secundum carnem processit.

AD SECVNDVM dicendum, quod ad hanc obiectionem, quam mouit Iulianus Apostata, diuersimodè ab aliquibus respondetur. Quidam enim, ut Gregor. Nazian. dicit, dicunt eosdem esse, quos uterque euangelista enumerat: sed sub diuersis nominibus, quasi binomios, sed hoc stare non potest: quia Matt. ponit unum filiorum Dauid, scilicet Salomonem, Lucas autẽ ponit alium, scilicet Nathan, quos secundum historiam libri Regum cõstat fratres fuisse. Vnde alii dixerunt, quod Matthaeus ueram genealogiam Christi tradidit: Lucas autem putatiuam, unde incępit, ut putabatur filius Ioseph. Erant enim aliqui ex Iudaeis, qui propter peccata Regum Iuda, credebant Christũ ex Dauid nõ per reges, sed per aliã eius stirpem hominum priuatorũ, esse nasciturum. Alii vero dixerũt, quod Matthęus posuit patres carnales: Lucas uero posuit patres spirituales, scilicet iustos uiros, qui dicunt patres propter similitudinem honestatis. In lib. uero de Quaestionib. ueteris, & noui testamenti, * respondetur, quod non est intelligendum, quod Ioseph a Luca dicatur esse filius Heli, sed quod Heli, & Ioseph fuerunt patres Christi, diuersimodè à Dauid descendentes. Vndè de Christo dicitur, quod putabatur filius Ioseph, & quod ipse etiam Christus fuit Heli filius, quasi diceret quod Christus ea ratione, qua dicitur filius Ioseph, potest dici filius Heli, & omnium eorum qui ex stirpe Dauid descenderunt, sicut Apostolus dicit Rom. 9. Ex quibus, scilicet Iudaeis, Christus est secundum carnem. August. * uero in lib. de Quaestionib. Euangel. tripliciter soluit dicens, Tres causae occurrũt, quarum aliqua Euangelista, secutus est. Aut enim unus Euangelista patrem Ioseph, a quo genitus est, nominauit, alter uero, uel auum maternum, uel aliquem de cognatis maioribus posuit, aut unus erat Ioseph naturalis pater, & alter eum adoptauerat, aut more Iudęorum, cum sine filiis unus decessisset, eius uxorem propinquus accipiens, filium quem genuit, propinquo mortuo deputauit: quod etiam quoddam genus adoptionis legalis est, ut ipse August. * dicit in secundo, de Consensu Euangel. Et haec ultima causa est uerior, quam, & Hier. super Matth. ponit, & Euseb. † Caesariensis in Ecclesiastica historia ab Aphricano Historiographo traditam asserit. Dicunt enim, quod Matthan, & Mathat diuersis temporibus de una, eademque uxore Iesca * nomine singulos filios procreauerunt, quia Mathan, qui per Salomonem descendit, uxorem eam primum ceperat, & relicto filio uno Iacob nomine, defunctus est, post cuius obitum (quoniam lex uiduam alii uiro non uetat nubere) Mathat qui per Nathã genus ducit, cum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relicta Mathan accepit uxorem, ex qua etiam ipse suscepit filium nomine Heli. Et sic ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob, & Heli uterini fratres, quorum alter, idest Iacob fratris sui Heli sine liberis defuncti, ex mandato legis accipiens uxorem, genuit Ioseph, natura quidem germinis suum filium secundum uero legis praeceptum Heli efficitur filius, & ideo Matthaeus dicit, Iacob genuit Ioseph: sed Lucas, quia legalem generationem describit, nullum nominat aliquem genuisse. Et quamuis Damasc. * dicat, quod B. Virgo Maria Ioseph attinebat secundum illam originem, qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eã ex Nathan descendisse tñ credendum est, quod etiam ex Salomone originẽ duxerit, secundum aliquem modũ per illos patres, quos enumerat Matthę *, qui carnalẽ Christi generationem dr enarrare, praesertim cum Ambr. * dicat Christum de semine Iechoniae descendisse.

AD

2m de maiori. Duos patres. ℞. Naturales. §. Hoc est: secundum naturam generantes, filium illum. Tunc nihil &c. Possunt enim unius filii esse duo patres in alio sensu, scilicet quorum unus sit pater naturalis, alius autem sit pater legalis, id est, secundum legem deputatus: & hoc modo Iacob fuit pater naturalis ipsius Ioseph, ut qui eum genuerit (secũdum Matthęum) Heli uero fuit pater legalis eiusdem Ioseph; ut cuius (secundum Lucam) fuerit, licet ipse Heli eum non genuerit. Cõfirmatur hoc de Luca ex tex. respon. ad 3. ly satis aũt demõstrauit, se non ideò dixisse, Ioseph filiũ Heli, quod de illo sit genitus, sed quod ab illo fuerit adoptatus: sicut & ipsum Adam filium Dei dixit, cum sit factus a Deo. Nam praedicta legalis paternitas: est quoddam genus adoptionis: ut ex Diuo Augustino dicitur in praesentis responsi textu. Circa cuius finem, ubi Damascenus adducitur, aduertetu: quod, quicquid sit de illa opinione eius, tenendum firmiter est: Beatam Virginem descendisse à Dauid aliquo modo per lineam regiam (ut dicit Diuus Thomas) Ecclesiae enim (in festo Natiuitatis eius) cantanti, Regali ex progenie Maria exorta refulget, omnes catholici Doctores postpositis omnibus aliis opinionibus cedunt, secunda, secundae, quaestione decima, articulo duodecimo, corpo. & quaestione undecima, articulo secundo, ad tertiũ, cum Elucidatio. Si enim à Dauid per uiam priuatorum hominum solum, Beata Virgo descenderet, tunc diceretur exorta ex progenie Regis, scilicet Dauid: sed non posset proprie dici (ut consideranti patet) exorta ex progenie regali. Nam progenies aliqua dicitur proprie regalis: quę & regem caput, & regum inde lineam deriuatam, habet. Porro Ecclesia, nè philosophis minor sit in sensu locutionis, propriè intellexit ly Regali ex progenie, Hoc autem potuit esse ex parte matris. Anna enim erat Bethlehemita, ciuitate natiuitatis Dauid, vnde probabiliter datur intelligi, quod per lineam regalem, scilicet Salomonis, &c. aliquo modo descendebat. Immo necesse uidetur, ad saluandum hunc textum, ponere Annam ex linea tali esse: cum Ioachim descenderet, secundum Damasc. per Nathã, B. Virgo igitur est ex Dauid per Salomon, ex parte matris, per Natiuitatem ex parte patris.

¶ EXAM. Ly dicunt enim quod Nathan, & Melchi, &c. Hoc cum textu Euangelii discrepat in nominibus (incuria posterorum negligenter Diui Thomae textum aut imprimentium, aut trãscribentium:) & ideo ad limam ipsius Euangelii est omninò per natiuam correctionem reducendum. Porro legitur sic Matth. 1. Matthã genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariae, &c. Legitur uerò sic Lucę tertio, Iesus (ut putabatur) filius Ioseph: Qui fuit Heli: Qui fuit Mathat: Qui fuit Leui: Qui fuit Melchi. His ergo stantibus corrigendus est articuli textus hoc modo; ut loco Melchi semper dicatur Mathat, & loco Nathan quandoque dicatur Mathan. Sic ergo legatur textus. Dicunt enim quod Matthan, & Mathat, diuersis temporibus de una eademque vxore Escha nomine singulos filios procrearunt. Quia Mathan, qui per Salomonem descendit, uxorem eam primum ceperat: & relicto filio uno Iacob nomine, defunctus est. Post cuius obitum (quoniam lex uiduam alii uiro non uetat nubere) Mathat, qui per Nathan genus ducit, (cum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere) relictam Matthan accepit uxorem, ex qua etiã ipse suscepit filium nomine Heli. Et sic ex diuerso patrum genere efficiuntur, Iacob & Heli, uterini fratres. Quorum alter, id est Iacob fratris sui Heli sine liberis defuncti, ex mandato legis accipiens uxorem genuit Ioseph, natura quidem germinis suum filium secundum uero legis praeceptum efficitur Heli filius. Et ideo Matthaeus, &c. Et quamuis Damascenus, &c. Qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eam ex Nathan descendisse: tamen, &c.

Tertium

In cap. 1. Matth. in principio to. 9.

* In li. q. ex nouo test. q. incipit: Deus certe perfectus est q. 56. Et in alio li. qui incip. Cor facta & dicta. q. 6. tomo 4.

* Li. 2. c. 5. ante med. to. 4.

* Li. 2. c. 1. circa prin. to. 4.

† Euse. lib. 1. hist eccl. c. 6. parum ante med. Idẽ habet & Amb. in Luc. li. 3. inter prin. & med. to. 5.

* Alias Escha.

Li. 4. Orth. fidei c. 15 ante med.

† li. 3. in Lu. declinãdo ad fi. to. 5.

† lib. 2. c. 4. in princ. & post me. si mul. to. 4.

* Alias ablutio.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicit Aug.† in lib. de consensu euang. Mat. regiam in Christo instruerat insinuate personam: Lucas autem sacerdotalem. Vnde in generationibus Matthæi significatur nostrorum susceptio peccatorum a domino Iesu Christo, inquantum, scilicet per carnis originem similitudinem carnis peccati assumpsit. In generationibus autem Lucæ signatur nostrorum ablutio* peccatorum, quem est per sacrificium Christi: & ideo generationes Matthæus descendens enumerat, Lucas autem ascendens: inde etiam est, quòd Matthæus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit, Lucas vero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit, per cuius nominis prophetam Deus peccatum illius expiauit. Et inde est etiam, quòd quia Matthæus ad mortalitatem nostrã Christum descendentem voluit signare, ipsas generationes ab Abraham vsque ad Ioseph; & vsque ad ipsius Christi natiuitatem descendendo, commemorauit ab initio euangelii sui: Lucas autem non ab initio, sed a baptismo, Christi generationem narrat, nec descendendo, sed ascendendo tamquam sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans, ubi testimonium Ioannes perhibuit dicens. Ecce qui tollit peccatum mundi. Ascendẽdo autem transit ab Abraham, & peruenit ad Deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Merito etiam adoptionis originem ipse suscepit: * quia per adoptionem efficimur filii Dei per carnalem vero generationem, filius Dei filius hominis factus est. Satis autem demonstrauit non se ideo dixisse Ioseph filium Heli, quod de illo sit genitus: sed quòd ab illo fuerit adoptatus, cum & ipsum Adam filium Dei dixerit, cum sit factus a Deo. Numerus etiam quadragenarius ad tempus præsentis uitæ pertinet, propter quatuor partes mundi, in quo mortalem uitam ducimus sub Christo regnante. Quadraginta autem quater habent decem, & ipsa decem ab uno vsque ad quatuor progrediente numero consumantur. Posset etiam denarius ad decalogum referri, & quaternarius ad præsentem uitam, uel etiam ad quatuor euangelia secundum quod Christus regnat in nobis. Et ideo Matth. regiam personam Christi commendans, quadraginta personas posuit, excepto ipso. Sed hoc intelligendum est, si sit idem Iechonias, qui ponitur in fine secundi quaterdenarii, & in principio tertii vt Augustin.* vult: quod dicit factum esse ad significandum, quòd in Iechonia facta est quædam deflexio ad extraneas gentes, quando in Babyloniam transmigratum est, quod præfigurabat Christum a circuncisione ad præputium migraturum. Hieronym.* autem dicit duos fuisse, Ioachim, idest, Iechoniam, patrem, scilicet, & filium, quorum vterq; in generatione Christi assumitur, vt constet distinctio generationum, quas Euangelista per tres quaterdenarios, distinguit, quod ascendit ad quadraginta duas personas. Qui etiam numerus sanctæ conuenit ecclesiæ: hic enim numerus consurgit ex senario, qui significat laborem præsentis vitæ. & septenario; qui significat quietem uitæ futuræ: sexies enim septem sunt quadraginta duo. Ipse etiã quaterdenarius, quia ex denario, & quaternario constituitur per aggregationem ad eandem significationem pertinere potest, quæ attributa est quadragenario, qui consurgit ex eisdem numeris secundum multiplicationem. Numerus autem, quo Lucas utitur in generationibus Christi, significat vniuersitatem peccatorum. Denarius enim tamquam iustitiæ numerus in decem præceptis legis ostenditur: Peccatum autem est legis transgressio. Denarii uero numeri transgressio est vndenarius. Septena autem significat vniuersitatem: quia uniuersum tempus septenario dierum numero voluitur: septies autem undecim sunt septuaginta septem, & ita per hoc significatur vniuersitas peccatorum, quæ per Christum tolluntur.

* Alias scripsit.

* li. 2. de cõsensu euã. cap. 4. ante med. to. 4.

* Matt. 1. sup illud. Et post trãsmigrationẽ Babylonis to. 9. Idẽ hẽt Ambro. in Luc. lib. 3. nõ multũ procul. a fi. to. 5.

* Matth. 1. sup illud Ioram genuit Oziã to. 1.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut Hieronym.* super Matth. dicit, quia Ioram rex generi se miscuerat impiissimæ Iezabelis, iccirco vsque ad tertiam generationem, eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Et ita vt Chrysost.† dicit quanta benedictio facta est super Iehu, qui uindictam fecerat super domum Achab, & Iezabel, tanta est maledictio super domum Ioram, propter filiam iniquã Achab & Iezabel, vt vsque ad quartam generationem præcidantur filii eius de numero regum, sicut scriptum est Exo. 20. Reddam peccatũ parentum in filios vsque ad tertiã, & quartam generationem. Est etiã attendendum, quod, & alii reges fuerũt peccatores, qui in genealogia Christi ponuntur: sed non fuit eorum continua impietas. Nam ut dicitur in lib.* Quæstionum veteris, & noui Testamenti, Salomon merito patris sui dimissus in regno est, Roboam merito Asa filii sui, horum autem trium continuauit impietas.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut dicit Hiere.* super Matt. In genealogia Saluatoris, nulla sanctarum mulierum assumitur, sed eas, quas Scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores uenerat, de peccatoribus nascens, omnia peccata deleret. Vnde ponitur Thamar, quæ reprehenditur de socerino concubitu, & Raab, quæ fuit meretrix, & Ruth, quæ fuit alienigena, & Barsabee vxor Vriæ, quæ fuit adultera: quæ tamẽ proprio nomine non ponitur, sed ex nomine viri designatur: tum propter peccatum ipsius, quæ fuit adulterii, & homicidii consciẽtia: tum etiam ut nominato uiro, peccatum Dauid ad memoriam reuocetur, & quia Lucas Christum designare intendit, vt peccatorum expiatorem, talium mulierum mentionem non facit, Fratres autem Iudæ commemorat, vt ostendens eos ad Dei populum pertinere: cum tamen Ismael frater Isaac, & Esau frater Iacob a populo Dei fuerint separati: propterquod in generatione Christi non commemorantur, & etiam ne superbiam de nobilitate excludat. Multi enim fratrum Iudæ ex ancillis nati fuerunt: sed omnes simul erant patriarchæ & tribuum principes. Phares autem, & Zaram simul nominantur (vt Ambros.* dicit super Lucam) quia per eos gemina describitur uita populorum: vna secundum legem, quæ significatur per Zaram: altera secundum fidem, quæ significatur per Phares. Fratres autem Iechoniæ, ponit, quia omnes regnauerant diuersis temporibus, quod in aliis regibus non acciderat, vel quia eorum similis fuit, & iniquitas, & miseria.

3m conclusio.

Videtur ergo, quod inconuenienter generationẽ Christi describant. ℞. Si uterq; ipsorum Euãgelistarum personã in Christo eandẽ describere instituisset. §. Tũc nihil, &c. Non enim vterque describere in Christo eandẽ uoluit; sed unus unam, alter aliam, s. Matthæus regiam, Lucas sacerdotalem. Hinc peruenit omnis illa ipsorum in tali descriptione diuersitas: quæ licet ad pauca respicientibus uideatur inconueniens (de quorum numero est argumentans); tamen vere sapientibus est pulcherrime conueniens (vt distinctè declaratur in textu.)

* Hom. 1. sup opa imperfecto to. 2.

* Aug 1 li. qq. ex nouo Test. q. incipit de certe to. 4.

4m conclusio.

Videtur incon. genera. Chri. describ. tres reges in medio prætermittens. ℞. Nisi ex causa rationabili illos prætermitteret. §. Tunc nihil, &c. Nõ enim sine causa rationabili taliũ regum ibi prætermissio facta est. Nam, sicut Hieronymus sup Mat. dicit, Ioram rex generi se, &c. vt in tex.

* Mat. 1. sup illud, Iudas genuit Phares. t. 9.

5m conclusio.

Videntur Euangelistæ inconuenienter genealogiam Christi descripsisse. ℞. Si aliquos in genealogia vel enumerandos vel silentio prætereundos, ipsi absq; rationabili causa aut non enumerassent aut silentio non inuoluissent. §. Tunc nihil, &c. Nam illorũ vtrumq;, scilicet & enumerationem, & prætermissionem, Euangelistæ fecerunt prout causa instituti sui ipsorum exposcebat, i. fecerunt ex causa rationabili iuxta institutum suũ (de quo in principio ad tertium.) considerata: vt declaratur in tex. Ex quo vniuersaliter pro toto artic. &c. dicitur quod illud, quod rationabiliter fit, inconuenienter non fit; immo ipsum, vt sic, non potest inconuenienter fieri.

* lib. 3. in Lu. aliquã tulũ ante med. to. 3.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tum directam. (Hæc est in corp.) tum indirectam (Hæc est solutio argumentorũ Quod & semper in similibus appendicum

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

dicum locis intelligitur per ly rationem)interimas hæresim Fausti Manichæi;qua non minus impudenter, quam imprudenter & ignoranter genealogiæ Christi descriptionem hanc de inconuenientia inculat(vt refert D. August.contra Faustū lib.2. cap.2.5.6.& lib.7.cap.3.& lib.22.cap.5.8 9. & Retractationum lib.2. c.7. vbi quia de Iulio Africano meminit contra Faustum, uide histo- a riam Ecclesiasticam lib.1.cap.6.) Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illam hæresim meritò damnari ab Ecclesia catholica per hoc; quòd recipit Euangelium Sanctorū Matthæi & Lucæ,cum omnibus eius particulis;inter quas profectò est Christi genealogia ab vtroque ipsorum contexta. De hoc in canonibus Apostolorum,quos sexta synodus (vt patet in lib.Decretorū, dist.6.cap.placuit huic sanctæ synodo)recepit,dicitur. Sunt omnibus uobis clericis,simul & laicis,venerandi ac sacri libri; Veteris quidem testamenti,Moysis quinque,&c. Nostri uerò, hoc est,noui testamenti,Euangelia quatuor Matth.Mar.Luc.Ioan. Hæc eadem quatuor Euangelia recipit & approbat, Concilium Laodicenum cap.59. Quod quidem Concilium fuit confirmatum in sexta synodo generali,quæ in Trullo celebrata est. Hæc eadem approbat Concilium Carthaginense.3.cap.47. Quod & ab eadem synodo confirmatum est. Hæc eadem approbauit Papa Innocentius primus,in epistola 3.ad Exuperium Thulosanum episcopum, cap.7. Vbi & post receptionem bonarum scripturarum quatuorq; prædictorum Euangeliorum,subiungit. Cætera autem, quæ uel sub nomine Petri & Ioannis,quæ a quodam Leutio scripta sunt; vel sub nomine Andreę,quę a Nexochaide & Leonide Philosophis;vel sub noīe Thomæ,& si qua sunt alia; non solum repudiāda,uerumetiam noueris esse damnanda. Hæc ibi. Sed & Conciliū Trident.eadem quatuor euangelia Matt.Mar. Luc.Ioan.comprobat dicens sess.4. Decret 1. Sacrosancta generalis Tridentina synodus orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tā Veteris,quam noui Testamenti, cum vtriusque unus Deus sit author,suscipit,& veneratur. Sunt uerò infrascripti,testamenti Veteris quinque Moysi,&c.testamenti noui quatuor Euangelia, secundum Matth.Mar.Luc.& Ioan.Actus apostolorum,&c. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueuerūt,& in veteri vulgata latina editione habentur pro sacris,& canonicis non susceperit; Anathema sit. Hæc ibi. Item a B.Gregorio, & a Gelasio summis pontificibus Euangelia illa quatuor reuerenter acceptātur: vt patet in lib.Decretorum,distin.15.cap.sicut.& cap.Sancta Romana. Vbi & d.11. cap.palam,dicit B.August.contra Manichæos. Palam est: quod in re dubia,ad fidem & certitudinem valeat authoritas Ecclesiæ catholicæ;quæ ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus vsq; ad hodiernum diem succedentium sibimet & episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Hæc ibi. Ex quibus patet; quanta sit authoritas Ecclesiæ catholicæ.i.Romanæ,vt inquit ibidē glossator);& hoc ratione capitis ecclesiæ catholicæ,idest summi pontificis,ibi residentis,sic tanquam a principaliori loco denominatæ. Cæterum quis dicat. Quomodo valet ista consequentia ad damnationē illius hæresis necessario subintellecta, scilicet Euāgelica genealogia Christi tam secundum Matthæum,quam secundum Lucam est inter sacras canonicasque scripturas per Ecclesiā recepta: ergo genealogia ipsa est conuenienter ab eisdem Euangelistis conscripta? Quomodo ex hoc, quod aliqua scriptura est canonica,sequitur mox: quod ipsa nullum inconueniens neq; in uerbis, neque in sensu,neque in ordine,immo omnia pro huiusmodi conuenientia,habet? Ad hoc respondit iam supra Concilium Trident. sess.4. per ly testamenti vtriusque vnus Deus est author. Cum.n. manifestum sit omnibus ratione vtentibus, quod non nisi conuenientia Deus facere potest: simul quoque manifestum inde fit illis,quod impossibile est; scripturam,cuius author est Deus,inconuenienter esse compactam uel in verbis, vel in sensu, vel in ordinis textura. Rursum. Huius responsionis vniuersalem doctrinam attulerat prius, quasi præcedentem instantiam, seu interrogationem per responsum satis clarum præoccupans,sapientia diuina,dum loquēs de seipsa,ut nobis in scripturis reuelata est,dicit Prouerb 8. Iusti sunt omnes sermones mei:non est in eis prauum qd, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Quibus omnibus attestatur Sapiens per hoc, quod dicit Deo,Sap.11. Omnia in mensura,& numero,& pondere,disposuisti. Si enim omnia: ergo & sacras scripturas,quæ nō minimum locū tenent inter illa, quæ fecit Deus. Verū pro ampliori præmissarū authoritatum captu,& applicato examine, &c. (vt repetitio euitetur)uide oīno. De totali conuenientia scripturarum. 2. 2.q. 121.artic.2 appen. item quæst.140.artic.1 appen.item quęst.179. artic.2. appen.& 1.2.q.68. artic.4.appen. Ex ijs omnibus apprime instructus eris pro semper contra quoscunque hæreticos scripturam sacram in aliquo accusare,uiolare,adulterare, minorare, vel labefactare contendentes. Item a Beato Augustino multipliciter conuincitur Faustus in libris suis superius adductis. vide tu ibi. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis,doctrina præsens Angelica vicissim declaretur,atque confirmetur. 3

Comm.Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio: Genealogia Christi est conuenienti ordine ab euangelistis scripta. Probatur ex communissimis, Quæ diuinitus fiunt,ordinatissime fiunt. Euangelium est diuinitus factum.ergo. Maior ad Rom.13. Minor 2.ad Tim.3.

¶ In rhsione ad fin,vide Auctoris conatum tendere ad duo, & quod Ioseph per Salomonem descendit a Dauid,& quod beata Virgo similiter per Salomonem descendit a Dauid. Et ratione primi refutat expositionē dicentem binomios: qm constat Nathan, non illū prophetam,sed alium,per quem Lucas Heli patrem Ioseph reducit in Dauid,fratrem fuisse Salomonis, per quem Matthæus Iacob patrem Ioseph reducit in Dauid. Ratione uero secundi ad occultam aliquam originem,vel ipsius Melchi, vel alicuius mulieris, ex qua carnaliter genita est beata Virgo,recurrit,vt beata Virgo inueniatur carnaliter genita ex aliquo descendente ex Iechonia, vt sic,& Damascenus,& Ambrosius saluentur.

Medina ar.4.

SVP. Q. XXXI. ART. IIII.

171 1. d.12.q.3.ar.2.q.1. & opu.32. c.228.

Conclusio. Conuenientissimum fuit: vt filius Dei de fœmina carnem acciperet.

¶ Primo. Quia per hoc, quod de fœmina carnem accepit, tota humana natura nobilitata est (vt patet ex D. August.) Secūdò, Quia per hoc ueritas incarnationis astruitur(ut patet ex Sanctorum Ambrosio atque Augustino). Tertiò, Quia per hoc completur omnis diuersitas generationis humanæ (vt patet in tex.)

. Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod materia corporis Christi non debuerit esse assumpta de fœmina. Sexus enim masculinus est nobilior,quam sexus fęmineus: sed maximè decuit ut Christus assumeret id,quod est perfectum in humana natura. ergo videtur quod nō debuerit de fœmina carnem assumere,sed magis de viro: sicut & Eua de costa viri formata est.

¶ 2 Præt. Quicunque ex fœmina cōcipitur, utero fęminæ includitur: sed Deo,qui cœlum, & terram implet(vt dicitur Hiere.23.) non cōpetit quod paruo fœminæ utero includatur. ergo videtur quòd non debuerit concipi de fœmina.

¶ 3 Præt. Illi,qui concipiuntur ex fœmina,quandam immūditiam patiuntur. vnde dicitur Iob 25. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut appareret mundus natus de muliere? sed in Christo nulla immūditia esse debuit: ipse enim est Dei sapientia,de qua dicitur Sapientiæ 7. Nihil inquinatum in illam incurrit. ergo non uidetur, quod debuerit carnem assumere de fœmina.

SED CONTRA est, quod dicitur Gal.4. Misit Deus filium suum factum ex muliere.

RESP. Dicendum, quod licet filius Dei carnem humanā assumere potuerit,de quacunque materia voluisset: conuenientissimum tamen fuit, vt de fœmina carnem acciperet. Primo quidem,quia per hoc tota humana natura nobilitata est. vnde August.* dicit in lib. 83. Quæstionum, Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere. Ergo quia uirū oportebat suscipere,qui sexus honorabilior est, conueniēs erat ut fœminei sexus liberatio hinc appareret, quòd ille vir de fœmina natus est. Secundo, quia per hoc ueritas incarnationis astruit᷑. Vnde Ambr.* dicit in li.de incar. Multa in Christo secundum naturam inuenies & ultra naturā: secundum conditionem etenim naturæ in utero fœminei, scilicet corporis fuit,sed supra conditionem virgo cōcepit, virgo generauit,ut crederes,quia Deus erat,qui innouabat naturam, & homo erat,qui secūdum naturam nascebatur ex homine. Et Aug.* dicit in Epistola ad Volusia. Si omnipotens Deus hominem vbicunque formatum, non ex materno

* Q.11. in me. to.4.

* ca.6. cir. me. to.2.

* Est epist. ante me.i. to.2.

no utero crearet, sed repentinum inferret aspectibus, nonne opinionẽ confirmaret erroris, nec hominem uerum suscepisse, ullo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit auferret ꝙ misericorditer fecit? Nunc vero ita inter Deum, & hominẽ mediator apparuit, vt in unitate personæ copulans vtramq; naturam & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Tertio, quia per hunc modum completur omnis diuersitas generationis humanæ. Nam primus homo productus est ex limo terræ sine viro, & fœmina: Eua uero producta est ex uiro sine fœmina: alii vero homines nascuntur ex uiro, & fœmina, vnde hoc quartum, quasi Christo proprium relinquebatur, vt produceretur ex fœmina sine viro.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia sexus masculinus est nobilior quam fęmineus, ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit: ne tamen sexus fœmineus contemneretur, congruum fuit, vt carnem assumeret de fœmina. vnde August. dicit in lib. *de Agone Christiano: Nolite uosipsos cõtemnere fœminæ, filius Dei natus ex fœmina est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut August.* dicit 23. lib. contra Faustum (qui hac obiectione utebatur.) Non plane inquit, catholica fides, quæ Christum Dei filium, natũ secundum carnem credit ex virgine, ullo modo eundem Dei filium, sic in utero mulieris includit, quasi extra non sit, quasi cęli, & terræ administrationem deseruerit, quasi a patre recesserit, sed vos Manichæi corde illo, quo nihil potestis nisi corporalia phantasmata cogitare, ista omnino non capitis. vt dicit in Episto.* ad Volusi. Hominum iste sensus est, nihil nisi corpora valentium cogitare, quorum nullum potest esse vbiq; totum: quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat necesse est. Longe alia est animæ natura quam corporis, quanto magis Dei, qui creator est animæ, & corporis, & nouit ubique totus esse, & nullo contineri loco: nouit uenire, non recedendo vbi erat, nouit abire, non deserendo quo uenerat.

AD TERTIVM dicendum, quòd in conceptione viri ex fœmina non est aliquid immundum, inquãtum est opus Dei, vnde dicitur Act. 10. Quod Deus creauit, tu ne commune dixeris, idest immundũ. Est ibi tamen aliqua immũditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis concipitur ex commistione maris, & fœminæ, quod tamen in Christo non fuit, vt supra ostensum est.*

Si tamen aliqua esset ibi immunditia. ex ea non inquinaretur Dei verbum, quod nullo modo est immutabile, vel alterabile. Vnde August.* dicit in lib. contra quinque hæreses, Dicit Deus creator hominis, Quid est quod te permouet in mea natiuitate? non sum libidinis conceptus cupiditate. ego matrem de qua nascerer feci. Si solius radi* cloacarum sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit, quanto magis splendor lucis æternæ, quocunque radiauerit mundare potest, & ipse pollui non potest?

*ca. ii. circa me. t. 3.

*li. 23. c. 10. ad me. t. 6.

*Est Epi. 3 aliquantulũ a princ. to. 2.

*q. 29. ar. 2

*ca. 6. circa med. to. 6.

1m de minori. Vt Christus assumeret. ℟. Io seipsũ. §. Tũc nihil, &c. Cum hoc enim ꝙ sexum masculinum Christus in seipso assumpsit (quandoquidem natus est masculus) stat simul: vt congruum fuerit, ipsum assumere carnem de fœmina propter rationes adductas in corp.

2m minor. Deo, ꝗ cęlum, & terram implet, non competit, ꝙ paruo fęminæ utero includatur. ℟. Ita: vt etiam extra totus secundum diuinitatem, qua cœlũ & terram implet non remaneat. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus secũdum diuinitatem erat totus intra uterum fęminæ, & simul erat totus extra uterũ ipsum. Confirmat hoc ex Ecclesia ad beatam virginem dicente: verbum patris processu tẽporis, totũ tui secretũ corporis, in te intum, & totum deforis, simul fuit. Hæc illa, in sequẽtia de Natiuitate beatæ Mariæ. Ex his patet; quam verum sit; ꝙ argumentum in contrarium est hominum non ualentium trãscẽdere fantasmata corporalia: vt refert text. ex Augustino.

3m de maiori. Quandam immunditiam. ℟. Ex peccato ꝓuenientem. §. Tunc nihil, &c. Nam ad hoc, ꝙ in Christo ex fœmina sine libidine coocepto nulla immundicia fuerit, sufficit illud, scilicet ꝙ in conceptione prolis ex fęmina, inquãtum huiusmodi conceptio est opus Dei, non est aliquid immundũ.

Item de maiori. Illi. ℟. i. homines puri. § Tũc nihil, &c. Nam Christus, cum suam matrem fecerit, est etiam Deus; quando ex fęmina concipitur. Vide in textu secundũ responsum ly si tamen aliqua esset ibi immundicia, &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hęresim Appellis dicentis: quod Christus carnem suam non de matre assumpsit, sed ex elementis. Item hæreses Cerdonis, Valentini, Mennonitarum, recitatas supra articulorum nume. 7. 33. 34. 168. Elucid. Secundò habes; quomodo per rõnem ostendas, illam meritò damnari a Galat. 4 misit, &c. vt in arg. contr. Item a Mat. 1. De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Ibi.n.tractatur de generatione Christi secundum carnem art. 3. ad primum. ideo dictum illud ita planum contextus Euangelistę sensum exponitur sic; De qua natus est. i. de qua carnem assumpsit. Item ab Ecclesia in collecta. Sãctæ Annæ matris B. Virginis, ubi dicit; Deus, qui B. Annam genitricis tuæ, matrem, &c. ex cuius salutari puerperio pro salute mũdi humanam naturam assumere dignatus es. Itẽ in alia collecta; Deus, qui de B. Mariæ virg. utero verbũ tuum, Angelo nunciante, carnẽ suscipere voluisti: præsta quæsumus, &c. Item a locis illis nunc supra citatis p hoc, ꝙ ibi damnantur illæ hæreses Cerdonis &c. Damnatio.n. illarũ est simul & condẽnatio Appellis, & cõfirmatio ueritatis huius art. Faciunt quoq; pro præsenti negocio dicta cõtra hæresim recitatam sup. articulorũ nu. 16 2. appen. Item a symbolo fidei; Incarnatus est, natus ex Maria virgine, & homo factus est. Nam quid sit, fieri hoiem ex Maria virgine, declarat Cõcilium Ephesinum primum in ea epistola, quã Nestorio misit, dicens. Sequentes itaq; oium Sctõrũ patrũ cõfessiones, quas loquẽte in eis Spũsancto protulerũt; & intẽtionẽ, quę est in eorũ intellectib. æquis vestigiis inhærẽtes, profitemur: unigenitũ Dei verbum, de Deo uero Deus uerus, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare; natus autem & homo factus. i. carnem de uirgine sancta suscipiens, eamq; propriam faciens, natiuitatem nostram ex vulua sustinuit. Hæc sanctum illud Concilium, quod est vnum de primis quatuor generalibus. Tertiò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio. Conuenientissimum fuit, vt de fęmina carnem assumeret filius Dei. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad tertium uide, quod dupliciter excluditur immunditia, & ab humanitate, prima responsione, & a verbo Dei secunda responsione.

In eodem ar. 2.

SVP. Q. XXXI. ART. V.

172 3. d. 3. q. 2. art. 5.

C O N C L. Corpus Christi fuit conceptum ex B. virginis castissimis & purissimis sanguinibus, non quibuscunque, sed perductis ad quandam ampliorem digestionem p virtutem generatiuam eiusdem; vt esset materia apta ad conceptum.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Christi de purissimis sanguinibus Virginis formatum fuerit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ caro Christi non fuerit concepta ex purissimis sanguinibus Virginis. Dicitur enim in collecta, ꝙ Deus uerbum suum de Virgine carnem sumere noluit: sed caro differt a sanguine virginis. ergo corpus Christi non est sumptum de sanguine virginis.

¶ PROB Quia in cũceptione

ceptione Christi fuit secũdum conditionem naturalis modi, quod natus est ex fœmina, (vt patet art. 4.): Et ad naturalem modum generationis pertinet, ꝙ fœmina ministrat materiam; quæ est (secundum philosophũ) sanguis mulieris per virtutem generatiuam ipsius perductus ad ampliorem digestionem eta, vt sit materia apta ad conceptum.

1ᵐ ex collecta.

Carnem. ℞. In potentia. §. idest sanguinem, qui est potentia caro. Tunc nihil, &c. vt de se patet. Quod autem ly carnem, non possit exponi pro carne in actu, idest quæ actu est caro; declaratur in tex.

•li. 9. orth. fide cap. 2. in medio.

2ᵐ de maiori.

Sicut, &c. ℞. Quantum ad formationem vnius ex alio: non autem, quantum ad modum formationis. §. Tunc nihil, &cæt. Nam sufficit ꝓposito, quod dissimilitudo in his sit quo ad modum, idest immediatam materiã, formationis: sicuti re uera est. Adam enim quia institutus erat, &c. vt in tex.

•art. præc.

3ᵐ minor. Corpora aliorum hominum nõ formantur ex purissimo sanguine; sed ex semine, & sanguine menstruo. ℞. Negatur. §. Nam conceptus aliorum hominum neque fit necessariò ex semine fœminæ, neque fit ex sanguine menstruo: sed fit sanguine purissimo. i. puriori quocunque altero. Habet tamen ipse sanguis impuritatem libidinis in cõceptione aliorum hominum, inquantum ex, &c. vt in tex.

•li. 1. c. 19. in fi. ꝓcipuè, & l. 2. ca. 4. & 5. to. 4.

•li. 1. ex c. 16. & 19. to. 4.

D. 668.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas merito esse a concilijs simul cum scripturis insinuatum: quod caro Christi fuit concepta ex purissimis sanguinibus beatæ virginis. A Concilijs quidem; vt per hoc, quod dicitur a Concilio Ephesino primo cap. 13. (id quod & habetur in Concilio Calcedonensi): is q natus ante oĩa sęcula est ex patre, etiã ex muliere carnaliter est

¶ 2 Præt. Sicut mulier formata est miraculosè de viro, sic corpus Christi miraculosè formatum est de Virgine: sed mulier non dicitur esse formata de sanguine viri, sed magis de carne, & ossibus eius, secundum illud, quod dicitur Genes. 2. Hoc nũc os de ossibus meis, & caro de carne mea. ergo videtur quòd nec etiam corpus Christi formari debuerit de sanguine Virginis, sed de carnibus, & ossibus eius.

¶ 3 Præt. Corpus Christi fuit eiusdem speciei cum corporibus aliorũ hominum: sed corpora aliorum hominum non formantur ex purissimo sanguine, sed ex semine, & sanguine menstruo. ergo videtur, quod nec etiam corpus Christi fuerit conceptum ex purissimis sanguinibus Virginis.

SED CONTRA est, ꝙ Damasc.* dicit in 3. lib. quod filius Dei construxit sibiipsi ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali.

RESP. Dicendum, quod sicut supra dictum est, *in conceptione Christi fuit secundum conditionẽ naturæ, quod est natus ex fœmina, sed supra conditionem naturæ, ꝙ est natus ex Virgine. Habet autem hoc naturalis conditio, quod in generatione animalis fœmina materiam ministret, ex parte autem maris sit principium actiuum in generatione, sicut probat Philos. in lib.* de Generatione animalium. Fœmina autem, quę ex mare concipit, nõ est virgo. & ideo ad supernaturalẽ modum generationis Christi pertinet, quòd actiuum principium in generatione illa fuerit virtus supernaturalis diuina: sed ad naturalem modum generationis eius pertinet, quòd eius materia, de qua corpus eius conceptum est, sit conformis materiæ, quam aliæ fœminæ subministrant ad conceptionem prolis. Hæc autem materia secundũ Phil.* in li. de generatione animalium, est sanguis mulieris, non quicunque, sed perductus ad quandam ampliorem digestionem per virtutem generatiuã matris, vt sit materia apta, ad conceptum. & ideo ex tali materia fuit corpus Christi cõceptum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ cum beata virgo fuerit eiusdem naturæ cum aliis fœminis, consequens est quod habuerit carnem, & ossa eiusdem naturæ. Carnes autẽ, & ossa in aliis fœminis sunt actuales corporis partes, ex quibus constituitur integritas corporis, & ideo subtrahi non possunt sine corruptione corporis, vel diminutione. Christus autem, qui venerat corrupta reparare, nullam corruptionem, aut diminutioné integritati matris eius inferre debuit, vt sup. dictum est: & ideo non debuit corpus Christi formari de carne, vel ossibus Virginis, sed de sanguine, qui nondum est actu pars, sed est potentia totum, vt dicitur in lib. de gener. animalium, & ideo dicitur carnem de Virgine sumpsisse, non ꝙ materia corporis eius fuerit actu caro, sed sanguis, q est potentia caro.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut in 1. parte dictum est,* Adam, quia institutus erat, vt principium quoddam humanæ naturæ, habebat in suo corpore aliquid carnis & ossis, quòd non pertinebat ad integritatem personalem ipsius, sed solum inquantum erat naturæ humanæ principium, & de tali formata est mulier absque viri detrimento, sed nihil tale fuit in corpore Virginis, ex quo corpus Christi posset formari sine corruptione materni corporis.

AD TERTIVM dicendum, quòd semen fœminæ non est generationi aptum: sed est quiddam imperfectũ in genere seminis, quod non potuit perduci ad perfectum seminis complementum, propter imperfectioné uirtutis fœmineæ. & ideo tale semen non est materia, quæ de necessitate requiratur ad conceptum, sicut Phil. dicit in li. de gener. animalium: & ideo in conceptione corporis Christi nõ fuit præsertim, quia licet sit imperfectum in genere seminis, tamen cum quadam cõcupiscentia resoluitur, sicut, & semé maris. In illo autem conceptu virginali, concupiscentia locum habere non potuit. & ideo Damasc.* dicit quod Corpus Christi non seminaliter conceptum est. Sanguis autem menstruus, quem fœminę per singulos menses emittunt, impuritatem quandam naturalem habet corruptionis: sicut, & cæteræ superfluitates, quibus natura non indiget, sed eas expellit. Ex tali autem menstruo corruptionem habente, quod natura repudiat, non formatur conceptus, sed hoc est purgamentum quoddam illius puri sanguinis, qui digestione quadam est præparatus ad conceptum, quasi purior, & perfectior alio sanguine. Habet tamen impuritatem libidinis in conceptione aliorũ hominum: inquantum ex ipsa commistione maris, & fœminæ, talis sanguis ad locum generationi congruum attrahitur: sed hoc in conceptione Christi non fuit, quia operatione Spiritussancti talis sanguis in utero Virginis adunatus est, & formatus in prolem. Et ideo dicitur corpus Christi ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis formatum.

est procreatus in ſpe. Et infra. Naturã sibi copulans humanã, & ꝓcessit ex muliere; secundo dr esse natus carnalr. Et inf. In ventre virginali secũ carnẽ cõiũxit; & sustinuit generationẽ carnalẽ, carnis suæ natiuitatẽ suã faciẽs. Hęc ibi. Item per hoc, ꝙ dr a Cõcilio Lateranensi sub Papa Martino I. can. 3. Si quis non cõfitet; ꝓprie & uere, Dei genitricẽ semp virginẽ imaculatã Mariã absq; semine cõcepisse: Anathema sit. Et can. 4. si qs nõ cunfitet; ꝓprie, & vere, Chrĩ duas natiuitates existere, &c. alterã aũt de uirgine Maria carnaliter i vltimis sęculorum: Anathema sit. Hęc ibi. A scripturis vero per hoc, ꝙ dr Io. 1. Qui nõ ex sãguinib. neq; ex voluntate carnis, neq; ex uolũtate viri, sed ex Deo nati sunt. His n. verbis Euãgelista mõstrat; ꝙ homines, qui nascunẽ carnaliter ex parẽtib. suis, ad dĩam nascentiã ex Deo, nascunẽ ex sanguinib. tractis uidelicet ad locũ cõceptionis ex voluntate carnis. i. cũ quadã concupiscentia carnali, & ex uolũtate uiri. i. ex ui actiua seminis viralis. Iungas itaq; scripturã hãc cõcilijs ꝑdictis; & applicãs oĩa recte, videbis intẽtũ. Vt si dicas. Chrs ex B. Virg. carnalr conceptus est, absq; semine tñ (vt patet i cõcilijs illis): ergo Chri corpus ex sanguinib. B. Virg. cõceptũ ẽ; nõ tñ ex uolũtate carnis, neq; ex volũtate viri. Cõseqnẽtia ista patet ex Euãgelio, qñ natos carnaliter dicit natos, i. cõceptos, ex sãguinib. (ꝓculdubio, mẽstruis): exceptio ãt ista. s. non tñ, &c. patet ex cõcilijs, qa sine vlla cõcupiscentia carnali, & sine semine virili cõceptus fuit Chrs: Et qñs ꝑdicta conclusa vera sint: tñ adhuc veriora cõstabũt, seu confirmabunẽ ex hac veritate; ꝙ . s. Chrs p oĩa nobis similis factus est, absq; peccato (vt ex scripturis, & cõcilijs, sępe habuimus), si nña igit caro ex sanguinib. cõcipitur; oportet dicere, ꝙ & caro Chri ex sanguinib. cõcepta fuerit. Secũdõ vides: qñ ex iis bñ pẽsatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declareẽ atque confirmetur.

* q. 28. art. 1. & 2.

* 1. p. q. 92. ar. 3. ad 2. arg.

a

D. 661.

D. 117.

•li. 3. orth. fide c. 1. 4. 6. & 7.

a

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus duo ponit, ly ex sanguine, & ly purissimo. Et sanguis quidem ponitur ad differentiam carnis, ossis, nerui, & huius modi partium: puritas autem apponitur ad excludendam admissionem seminum, quæ videtur in aliorum hominum formatione concurrere.

¶In corpore articuli unica est conclusio: corpus Christi fuit conceptum ex purissimo sanguine beatæ Virginis, ad ampliorem digestionem perducto per virtutem eius generatiuam. Probatur: Generatio Christi habuit naturalem modum generationis quo ad hoc, quod ex fœmina est, & supernaturalem quo ad hoc, quod est ex Virgine. ergo habet materiam ex matre similem aliis, principium vero actiuum diuersum. ergo habet pro materia sanguinē matris non quemcumque, sed perductum naturali matris uirtute ad hoc, quod materia sit apta conceptui. Antecedens patet ex auctoritate Ambro. in præcedenti articulo. Prima consequentia probatur: quia ad naturalem modum generationis spectat conformitas materiæ, sicut conformitas matris: quia naturaliter mater materiam ministrat, ad supernaturalem uero modum spectat difformitas principii actiui: quia fœmina ex uiro concipiens non est uirgo: principium autem actiuum naturaliter ad virum spectat. Secunda vero consequentia probatur auctoritate Philosophi communem materiam mulierum ponentis, sanguinem talem.

¶Hoc in loco aduerte nouum errorem diebus nostris exortum dicentem Christum conceptum ex sanguine beatæ virginis purissimo non quocumque, sed in corde existente: ita ꝙ ex tribus guttis sanguinis circa cor beatæ virginis conceptus est Christus. Repugnat autem hic error, & dictis hic, & Ambrosii supradictæ auctoritati (secundum cōditionem naturę in utero femineo fuit,) & sacræ Scripturæ ex voce Angeli dicentis, Ecce concipies in vtero, non in corde. Et quod proprie de vtero loquatur, ex beatæ Virginis uerbis habetur, quæ optime intellexit verba Angeli, & respondens dicit, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco: Si in corde conceptura erat, mala allegata fuisset causa quæstionis, Quoniam uirum non cognosco: conceptio enim in corde non fit ex semine uiri: de modo ergo concipiendi in utero illo quæsiuit, in quo ex semine concipi consueuit. Amplius beata Virgo in euangelio dicitur prægnans, & quod peperit filium, & quód est mater: quæ omnia falsa essent. Nam habens infantem in corde, non est prægnans, sicut, nec si haberet infantem in stomacho, aut in uentriculo cerebri: prægnans enim sola illa dicitur, quæ in loco naturali infantem conceptum habet. Similiter, nec mater, aut pater dici potest, sicut, nec Adam suit pater aut mater Euæ, licet ex eius parte vna fuerit formata Eua tollit ergo veritatem maternitatis beatæ Virginis respectu Christi error iste. Vnde & statim damnatus fuit Romæ me præsente.

¶In responsione ad tertium aduerte diligenter vim argumenti: vt ex notitia modi intelligas solutionem. Obiicit duo, tertium argumentum, scilicet semen, & menstruum esse ex quibus aliorū hominum corpora formantur, tanquam ex materia: constat enim vtrumque opponi puro sanguini, ac propterea Christi corpus ex eisdem formatum, si eiusdem est speciei nobiscum. Respondet auctor singillatim ad singula. Et de semine quidem mulieris quatuor dicit; primum quod non est aptum generationi, secundum quod est in genere seminis imperfectum quid: tertium, quód non est materia necessaria ad conceptum: quartum, ꝙ cum quadam concupiscentia resoluitur. Et infert auctor tertium ex primo, & secundo, confirmans illud auctoritate Arist. In speciali autem dicit corpus Christi non fuisset ex tali materia, tū propter tertiū dictum, tum propter quartū: & confirmat illud auctoritate Damasc. Habes hinc Auctorem firmare sniam dicētium id, quod semen mulierum uocatur, esse ueru in seminis genere, licet ut imperfectum quid, ineptum autem esse ad generationem intellige, vt semen, quod in genere causæ efficientis locari nosti. in 5. Meta. & propterea non infert Auctor totalem exclusionem illius a cōceptu, sed necessarium concursum tantummodo excludit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quod corpus Christi fuerit secundum aliquid signatum in Adam, & in aliis patribus. Dicit enim August.* 10. super Gen. ad literam, ꝙ caro Christi fuit in Adam, & Abraham, secundum corpulentam substantiam: sed substantia corpulenta est quiddam signatum. ergo caro Christi fuit in Adam, & Abraham, & aliis patribus secundum aliquid signatum.

¶2 Præt. Ro. 1. dicitur, ꝙ Christus factus est ex semine Dauid secundum carnem: sed semen Dauid fuit aliquid signatum in ipso. ergo Christus fuit in Dauid secūdum aliquid signatum, & eadem ratione in aliis patribus.

¶3 Præt. Christus ad humanū genus affinitatem habet, inquantum ex humano genere carnem assumpsit: sed si caro illa non fuit secundū aliquid signatum in Adam, nullā videtur habere affinitatem ad humanum genus, quod ex Adam deriuatur: sed magis ad alias res, vnde de materia carnis eius assumpta est. videtur ergo quod caro Christi fuerit in Adam, & in aliis patribus, secundum aliquid signatum.

Sed contra est, ꝙ Aug.* dicit 10. super Gen. ad literam, quocumq; modo Christus fuit in Adā, & Abraham, & aliis patribus, alii homines etiam ibi fuerunt, sed non conuertitur: alii autē homines non fuerunt in Adam, & Abraham, secundum aliquam materiam signatam, sed solum secundum originē, vt in 1. par. habitum est.* ergo neque Christus fuit in Adam, & Abraham, secundum aliquid signatum, & eadem ratione, nec in aliis patribus.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est,* materia corporis Christi non fuit caro, & os beatæ Virginis, nec aliquid, quod fuerit actu corporis eius, sed sanguis, qui est potentia caro. Quicquid autem fuit in beata Virgine a parentibus acceptum, fuit actu pars corporis beatę virginis. Vnde illud, quod fuit in beata Virgine a parentibus acceptum, non fuit materia corporis Christi. & ideo dicendum est, ꝙ corpus Christi non fuit in Adam, & aliis patribus secundū aliquid signatum, ita. s. ꝙ aliqua pars corporis Adæ, vel alicuius alterius posset designari determinate, vt diceretur quod ex hac materia determinate, formabitur corpus Christi, sed fuit ibi secundū originem, sicut, & caro aliorum hominum. Corpus. n. Christi habet relationem ad Adam, & alios patres mediāte corpore matris eius. Vnde nullo alio modo, fuit in patrib. corpus Christi, quàm corpus matris eius, quod non fuit in patribus secundum materiam signatā, sicut nec corpora aliorum hominum, vt in 1. parte dictum est.*

*1. p. q. vlt. ar. 1.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cum dicitur Christus fuisse in Adam, secundum corpulentam substantiam, non est intelligendum hoc modo, quod corpus Christi in Adam fuerit, quædam corpulenta substantia: sed quia corpulenta substantia corporis Christi, idest materia, quā sumpsit ex uirgine, fuit in Adam, sicut in principio actiuo, non autem

---

Medina ar. 6.

SVP. Q. XXXI. Aut. VI.

Concl. Corpus Christi non fuit in Adam, & aliis patribus secundum aliqd signatū; ita, s. quod aliqua pars corporis Adę, vel alicuius alteri*, posset designari determinate, vt diceretur, ꝙ ex hac materia formabitur corpus Christi: sed ibi, scilicet in Adā & antiquis patribus ipsa caro Christi fuit secundum originem.

173 4. d. 3. q. 4. ar 2.
*li. 10. c. 19. & 20. 10. 3.

¶Prob. Quia illud, quod fuit in beata virgine a parentibus acceptum, non fuit materiā corporis Christi, (cum omne tale fuerit actu pars B. virginis). secunda autem pars, s. sed ibi, &c. probatur; Quia corpus Christi habet relationem ad Adam, ac patres cæteros, sicut corpus matris eius (cum ad illos mediante corpore matris referatur): Et corpus nostrū in Adam, ac cęteris, fuit secūdum originem tātum (vt patet a simili de aliorum hominum corporibus. 1. q. 119. ar. 1.)

¶Not. Primæ partis probatio fundatur in hoc; quod, si corpus Christi secundum aliquid signatum fuisset antiquis, oportuisset; ꝙ illud signatum peruenisset ad beatam Virginem ita, vt ipsa illud idem signatum accepisset a suis parētibus ad hoc; vt ex ipso, tanquam ex materia, formaretur corpus prolis, idest Christi. Omnia patent.

* lib. 10. ex c. 19. & 26. colligitur. 10. 5.
*1. 1. q. vlt. ar. 1.

1m illatio conclusionis. Ergo caro Christi fuit in Adam, &c. R. Negatur illatio, §. Procedit enim ex falso intellectu præmissarum, idest ex eo, ꝙ malè & intelligit authoritatem beati Augustini & subsumit minorem sub illa. Nam, cum dicitur Christus fuisse in Adam secundum corpulentiam, &c. vt in tex. Ex quo summatim dic: ꝙ Christus

* art. præc.

stus fuit in patribus secundum substantiam corpulentam, non formaliter, sed origiualiter, acceptam (sicut & nos): in eisdē vero nō fuit secuodum seminalem rationem neq; formaliter neq; originaliter acceptam. vide 1.q.119.ar.2.ad quartum.

2m illatio cōcl. Ergo Christus fuit in David,&c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex hoc, quod malè & intelligit authoritatem Apostoli, & applicat in minori: vt uidere est in tex. Ex quo dicit quod aliud est, semen David fuisse aliquid signatum in ipso; aliud est, carnem Christi fuisse secundum aliquid signatum in ipso (vt in conclusione articuli declaratur.)

3m minor. Si caro illa non fuit secundum aliquid signatum in Adā, nullam uidetur habere affinitatem ad humanum genus, quod ex Adam derivatur; sed magis ad alias res, unde materia carnis eius assumpta est. R. 370. R. Negatur. §. Similitudo enim speciei, secundum quā Christus habet affinitatem ad humanum genus, attenditur non secundum materiam remotam, sed secundum materiam proximam,&c. vt in tex. Pro cuius, & totius articuli, noticia ampliori vide art.7.corp. &c.

autem sicut in animali principio: quia scilicet per uirtutem generatiuam Adæ, & aliorum ab Adam descendentium vsq; ad beatam Virginem, factum est ut illa materia præpararetur, ad conceptum corporis Christi. Non autem fuit materia illa formata in corpus Christi, per uirtutem seminis ab Adam deriuatam. & ideo Christus dicitur fuisse in Adam originaliter, secūdum corpulentam substantiam: non autem secundum seminalem rationem.

Ad secundum dicendum, quod quamuis corpus Christi non fuerit in Adam, & in aliis patribus, secundum seminalem rationem: corpus tamen beatæ Virginis, quod ex semine maris est conceptum, fuit in Adam, & in aliis patribus, secundum rationem seminalem, & ideo mediante beata Virgine, Christus secundum carnem dicitur ex semine David, per modum originis.

Ad tertium dicendum, quòd Christus habet affinitatem ad humanum genus, secundum similitudinem speciei. Similitudo autē speciei attenditur, non secundum materiam remotam, sed secundum materiam proximam, & secundum principium actiuum, quod generat sibi simile in specie. Sic igitur affinitas Christi ad humanum genus sufficienter conseruatur, per hoc, quod corpus Christi formatum est ex sanguinibus Virginis, deriuans secundum originem ab Adam, & aliis patribus. Nec refert ad hanc affinitatem vndecunque materia illorum sanguinum sumpta fuerit: sicut, nec hoc refert in generationem aliorū hominum, sicut in prima parte dictum est.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatū a scripturis, & Augustino; qood caro Christi non fuit in Adam secundum aliquid signatum. A D. August. quidem; vt cum discursiua applicatione ponitur 10 argum. cootr. Pro cuius captu, præter allegationem habitorum in 1.q.119.ar.2. a aduerte: quod omnes homines secundum Apostolum fuerunt in Adam, alioqoin in illo peccante non peccassent omnes, quod est cootra euodem Rom. 5. Vnde si ipso fuissent secundum aliquid signatum, eo, scilicet modo, quo Eua in illo fuit, ar. 5. ad secundū, tunc oporteret dicere, (vt patet) quod Adæ corpus fuisset crassissimum, & vltra, quam decebat, materialissimum. In corpore enim eius tuoc fuisset actualiter aliquid carnis uel ossis, vel nerui, vel huiusmodi, de qua carne vel, &c. formandus esset Abel; & iterum aliquid carnis, vel &c. de qua caroe vel &c. formandus esset Caym; & iterum aliquid carnis vel &c. de qua carne vel &c. formandus esset Enoch: & sic deinceps, quasi in infinitū, vsque ad ultimum hominem nasciturum in mundo. Ne igitur tam magnum incoouenieus sequatur; dicendum necessario est, quod nos omnes fuimus solum originaliter in Adam: hoc est, secundum quod effectus omnes virtualiter contineri in suis causis, dicunt philosophi; in quantum uidelicet causa quælibet habet uirtutem ad producendum suum effectū. Neque enim in sole, quod omnium inferiorū causa est, sunt materialiter inferiora; puta aliquid arboris, aliquid frumēti vel aliorum terræ nascentiū, aliquid bouis, aliquid leonis, capræ, ouis, aut cęterorū: sed ipsa substantia solis hēc hanc uirtutem, ut possit prodocere, & producat, tanqnam causa vniuersalis oīa talia. Et hoc est; effectum esse s̄m originem (vt verbo textus vtar) in causis non autē s̄m aliquid signatum. i. s̄m aliqoam materiam signatam, modo prædeclarato. A scripturis uerò idem insinuatur per hoc, quod de Christo dr̄ Hebr. 2. Semen Abrahæ appræhendit. vnde debuit, per omnia fratrib. assimilari, (.i. absq; peccato, vt subiungit ibid cap. 4.). Nota ly vnde. Ac si aperte dixerit. Chr̄s ex eo, q semen Abrahę. i. carnē deriuatā ab Abrahā, apphendit, debuit, quo ad assumptā carnē, assimilari per omnia cæteris hominibus. Quia ergo cęterorum hominum caro non est secundum aliquid signatum in Abraham vel aliis patribos, a quibus deriuatur (vt dictū est): ideo uoluit, quo ad propositum pertinet, dixisse Apostolus; quod Christi caro io patribus, ex quibus descendit, non fuit secūdum aliquid signatum. Secundo vides: qoomodo ex iis, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Aogelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus occasionem habet ex errore putantium, corpus Christi formatum ex certa determinata portione transfusa incessiue de persona in personam ab Adam, vsque ad beatam Virginem; siue hoc sit opinatum esse commune omnibus hominibus, siue Christo proprium.

¶ In corpore articuli, vna est conclusio: corpus Christi uon fuit in Adam, & aliis patrib. s̄m aliquid signatū. Probatur: Quicquid fuit in B. Virgine a parentib. acceptom, fuit actu pars B. Virginis. ergo illud oon fuit materia corporis Christi. ergo corpus Christi nō fuit in Adam, & aliis; secuodum aliquid signatum. Antecedens pro constanti relinquitur; quia sic est in aliis hominibus. Prima enim & præcipua pars geniti est id, quod a parētibus habetur, s̄m omnes. Prima cōsequentia probatur: quia materia corporis Christi non fuit caro, aut os, aut quæcunq; pars actu B. Virginis, sed sanguis, vt patet in præcedenti art. Secunda vero cōsequentia probatur: quia corpus Christi non habet originis relationem ad Adam, & alios patres, nisi mediante corpore matris suæ.

Medina ar. 7.

SVP. Q. XXXI. ART. VII.

174 3.d.3.q.4.ar.1.

COncl. Tota caro antiquorū patrum fuit peccato obnoxia: nec fuit in eis aliquid a peccato immune, de quo postmodū corpus Christi formaretur.

¶ Coroll. Ergo, ex ly tota, patet: q falsa est positio dicentium; q peccāte Adam, conseruauit Deus in ipso aliquid sine peccato, i. aliquid incorruptum, & nō infectum, per qd postmodum natura humana peccato infecta sanari posset. Et hoc aliquid (aioot) fuit trāsfusum sine ulla infectione, qoasi de manu in manum per reliquos patres ab Adam transportatum, vsq; ad beatam virginem: & exinde. i. ex illo aliquo incorrupto, formatū est corpus Christi. Ex cōclusione quidem patet (ut dixi,) quod ista positio est falsa: quæ tamen, vltra falsitatem, habet aliunde, qood est hæresis. Est enim cōtra scriptu-

*li.3.c.6.& 7. nō lōge a prin. & c. 2.a med.

† lib.10.c.20. a med. to.3.

ARTICVLVS VII.

Vtrum caro Christi in Patribus fuerit peccato obnoxia.

AD septimvm sic proceditur. Videtur quod caro Christi in antiquis patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur enim Sap. 7. quod in diuinam sapientiam nihil inquinatū incurrit. Christus autem est Dei sapientia, vt dicitur 1. ad Cor. 1. ergo caro eius nunquam peccato inquinata fuit.

¶ 2 Præt. Damasc.* dicit in 3. lib. q Christus primitias nostrę naturæ assumpsit: sed in primo statu caro humana non erat peccato infecta. ergo caro Christi nō fuit infecta, nec in Adam, nec in aliis patribus.

¶ 3 Præt. August. † dicit 10. super Gen. ad literam, quod natura humana semper habuit cum vulnere vulneris medicinam: sed id, quod est infectum, non pōt esse uulneris medicina, sed magis ipsum indiget medicina. ergo semper in natura humana fuit aliquid non infectum, ex quo postmodum est corpus Christi formatum.

Sed contra est, quod corpus Christi non refertur ad Adam, & ad alios patres, nisi mediāte corpo-

scripturam sacram in recto sensu ab Ecclesia intellectam; quæ Matth. 1. ponit; quod Christus uere & descendit ex patribus, & est filius beatæ Virginis. Nam, data illa positione, Christus, nec vere esset filius beatæ Virginis; nec uere ex aliquo patrum, dempto Adam, esset progenitus; vnde nec uere esset de stirpe Abraham, de tribu Iuda, ex semine Dauid, secundũ carnem: quæ omnia & singula repugnãt sano intellectui scripturarũ. Quòd autem, tali positione data, sequerentur hæc inconuenientia, facile patet considerantibus. Nam tunc illa particula, quæ secundum positionem prædictam & incorrupta in Adam remansit, & vsque ad beatam Virginem per patres transmissa est, fuisset quasi extraneũ quid ab ipsis patribus (cum per eos, velut aqua per fistulam trans portata transiret); soli vero Adæ, quoad primum statum considerata, fuisset quid intraneum, i. connaturale. Ergo, vt hic error in fide caueatur, & veritas scripturarum teneat, dicendum ex articuli conclusione est; quod Christi caro, secundum quòd fuit in patribus antiquis & etiam in ipsa B. Virgine (iuxta declarationem tamen positã sup. q. 27. ar. 2.) fuit peccato infecta, antequam a verbo assumeretur: licet in instanti ipsius assumptionis ab omni infectione fuerit purgata; ita vt in carne illa, secundum quod est actu caro Christi, nihil vnquã maculæ prorsus inuentum sit.

[*q. 27. ar. 2. & q. 14. ar. 3. ad 2.] [*art. præc. ad 1. & q. 15. ar. 1. ad 2.]

¶ PROB. Quia sicut tota alicuius hominis caro per concupiscentiam cõcipitur, ita tota peccato inquinatur (tum caro concepta ex tali concupiscentia infi ciatur). Secunda autẽ pars. s. nec fuit in eis, &c. probatur; quia caro Christi non fuit in Adam, nec in aliis patribus, secundum aliquid signatum (vt patet ar. 6. atq; corollario huius.

¶ NOT. Primæ partis probatio præsupponit hanc ueritatem, scilicet quod tota caro antiquorum patrum fuerit infecta peccato originali, seu concepta per concupiscentiam (quod in idem redit). De quo uide 1. 2. q. 81. artic. 1 2. 3. & Concilium Trident. sess. 5. Decret. 1.

1m de conclusione.

Ergo caro eius. R. i. caro ista signata, seu particularis, ab eo assumpta. §. Sic enim hoc esse glossandum patet ex præmissis: quoniam ad authoritatem illam Sap. 7. Et in proposito saluandam sufficit, quod Christus in ipsa assumptione carnem humanam hanc, quã assumebat, purgauerit ab omni infectione. vide corollar. & art. 5. ad primum. Tunc nihil, &c. vt patet in textu ly Christus non as. c. h. g. s. peccato. vide ar. 8. ad tertium.

2m illatio conclusionis.

Ergo caro Christi nõ, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso intellectu præmissarum, idest maioris ex Damasceno sumptæ: quoniam argumentum male intelligit illam. Christus namque dicitur primitias, &c. vt in tex. vide citata in ad primum.

¶ COROLL. Ergo illud dictum Damasceni non intelligitur secundum identitatem carnis, quasi quod caro assumpta a Christo semper in conditione primi status, idest sine peccato, remanserit (vt putabat argumentum): sed intelligitur secundum similitudinem

re beata Virginis de qua carnem assumpsit: sed corpus beatæ Virginis totum fuit in originali peccato conceptum, vt sup. dictum est, * & ita etiam secundum quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxiũ. ergo caro Christi, secundum quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxia.

RESP. Dicendum, quod cum dicimus Christum secundum carnem eius fuisse in Adam, & in aliis patribus, comparamus ipsum, vel carnem eius ad Adam, & ad alios patres. Manifestum autem est, quod alia fuit conditio patrũ, & alia Christi: nam Patres fuerunt subiecti peccato, Christus autem fuit omnino a peccato immunis. Dupliciter ergo in hac comparatione errare contingit. Vno modo, vt attribuamus Christo, vel carni eius conditionẽ, quæ fuit in patribus, puta, si dicam*, quod Christus in Adam peccauit, quia in eo aliquo modo fuit, quod est falsum: quia non eo modo in eo fuit, vt ad Christum peccatum Adę perueniret, quia non deriuatur ab eo secundum concupiscentiæ legẽ, siue secundum rationem seminalẽ, vt sup. dictum est. * Alio modo contingit errare, si attribuam* ei, quod actu fuit in patribus, conditionem Christi, vel carnis eius, vt scilicet, quia caro Christi, secundum quòd in Christo fuit, non fuit peccato obnoxia, ita etiam in Adam, & in aliis patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quæ non fuerit peccato obnoxia, ex qua postmodum corpus Christi formaretur: sicut quidam posuerunt: quod quidem esse non potest. Primo, quia caro Christi non fuit secundum aliquid signatum in Adam, & in aliis patribus, quod posset distingui a reliqua eius carne, sicut purum ab impuro: sicut iam supra dictum est. * Secundo, quia cum caro humana peccato inficiatur ex hoc, quod est per concupiscentiam concepta, sicut tota caro alicuius hominis per concupiscentiam concipitur, ita tota peccato inquinatur, & ideo dicendum est, quod tota caro antiquorum patrum fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliquid a peccato immune, de quo postmodum corpus Christi formaretur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod Christus non assumpsit carnẽ humani generis subiectam peccatu, sed ab omni infectione peccati mundatam. & ideo in Dei sapientiã nihil inquinatum incurrit.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus dicitur primitias nostræ naturæ assumpsisse, quantum ad similitudinem conditionis, quia scilicet assumpsit carnem peccato non infectam: sicut fuerat caro hominis ante peccatum. Non autem hoc intelligitur secundum continuationem puritatis: ita scilicet quod illa caro primi hominis cõseruaretur a peccato immunis, vsque ad formationem corporis Christi.

AD TERTIVM dicendum, quod in humana natura ante Christum erat vulnus, idest, infectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu, sed solum secundum virtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat caro Christi.

AR-

nem qualitatis carnis. i. quod caro assũpta, put cõsideratur actualiter caro Chri, fuit talis qualitatis, qualis fuerat caro Adę ante peccatũ; id quod est, carnẽ assũptã, prout est actu caro Chri, esse sine ullo pctõ.

3m ex D. Augustino.

Natura humana semper habuit, cũ uulnere, uulneris medicinã. R. Sic tamen; quod habuit actualiter vulnus, virtualiter autem solũ vulneris medicinã. §. Vt declaratur in tex. Tũc nihil, &c. vt patet. Aliud est enim carnẽ Christi in antiquis patribus fuisse, vt vulneris medicinam in potẽtia, inquantum. s. ex illis poterat propagari caro illa, quæ fuit nostri uulneris medicina (quod vtique fuit sensus D. August.) aliud autem est, carnẽ Christi in eisdem patribus fuisse, vt uulneris medicinam in actu (quod falso putauit argumentum). Hinc fit; quod non oportebat, quod caro illa esset in ipsis patrib. actu sine infectione vulneris: sed sufficiebat, quod ibi solum in potentia esset, secundum ordinẽ hunc, s. quo ex carne illorum patrum caro Christi propaganda erat.

[*art. præc. & q. 15. a. 1. ad 2.]

¶ COROLL. Ex his ergo sequitur: quod natura humana in patrib. antiquis non erat sanabilis, seu reparabilis, secundum potẽtiam passiuam & actiuã simul; sed secundum potentiam passiuam tantum. Si enim secundum potentiam vtrãque simul fuisset reparabilis; oportuisset, quod in ipsa natura remaneret pars aliqua corruptioni non subiecta; cuius virtute actiua totum reliquum repararetur. Nam tunc fuisset; sicut homo aliquis infirmus, qui quãdoque uirtute actiua naturæ suæ ad sanitatem reducitur: in quo utique est aliqua pars nõ corrupta, vt cor. Porro si secundum potẽtiã passiuã. tãtum (vt verum est) natura ipsa fuit curabilis: non est, quod sequatur prædictum inconueniens. Sic enim sufficit; quod in natura humana remanserit illud, quod naturæ est, corruptioni tamen subiectum, cũ possibilitate ad reparationem: quoniam aliquid esse recuperabile secundum potentiam solum passiuam est subiectum eius non per corruptionem totaliter annihilatum, cum possibilitate ad suscipiẽdam sanationem, remanere (vt ex terminis, consideranti, patet). [D. 570.]

A P P E N D I X.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis & a magistro sententiarum: quod caro Christi in patribus antiquis fuit peccato infecta. A magistro quidem sententiarum lib. 3. dist. 3. Quæritur de carne uerbi, an prius, quam conciperetur, obligata fuerit peccato? Et an talis fuerit assumpta a verbo? Sanè dici potest, & credi oportet, iuxta sanctorum attestationis conuenientiam: ipsam prius peccato fuisse obnoxiam; sicut reliqua uirginis caro. Sed spiritussancti operatione ita mundatam; vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo. Hæc ibi. Ex quibus patet intentum, & quidem a fortiori, vsque ad ly, sed spiritussancti, &c, Nam si tota uirginis caro, de qua minus uidebatur, fuit peccato obnoxia; multo magis tota patrum caro, de qua plus uidebatur, fuit obnoxia peccato: iuxta illam logicorum regulam, si de quo minus uidetur inesse, inest; ergo & de quo magis uidetur inesse, inerit. Caro igitur Christi & [Vtilitas pro Eccle. S. Dei.]

in beata Virgine & in antiquis patribus, iuxta communem sanctorum attestationem, fuit peccato infecta, vide corollar. post concl. & ar. 6. appen. A scripturis vero idipsum insinuatur per hoc, quod dicitur & Rom. 3. Causati sumus omnes sub peccato esse: & cap. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & cap. 7. scio quod non habitat in carne mea bonum. His enim tribus sententijs simul iunctis manifestat Apostolus, dummodo ad propositum hoc scholasticum suauiter inflectatur, quod in patribus antiquis caro Christi fuit inquinata. Nam omnes illos actualiter subiacuisse peccato saltem originali, monstrant cap. 3. & cap. 5. in eis dem vero non fuisse actualiter aliquam carnem bonam, idest a peccato immunem, capitulum septimum commonstrat; quandoquidem sub exemplo sui de omnibus alijs etiam antiquis ibi loquitur Apostolus. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus vt sonat propter quosdam ponentes, carnem Christi in patribus non subiectam fuisse peccato, sed immunem seruatam.

¶ In corpore tria: primo, duo supponuntur: secundo; duo excluduntur errores: tertio, respondetur quæsito. Quoad primum supponitur primo, quod est sermo comparatiuꝰ Christi ad patres, supponitur secundo, quod diuersa est conditio Christi, & patrum quo ad peccatum, quia illi subiecti peccato, Christus immunis a peccato.

¶ Quo ad secundum primus error esset conditionem patrum attribuere Christo. secundus esset conditionem Christi attribuere patribus, seu alicui parti cuiuslibet eorum. Et quia primus opinantes non habet, secundus vero habet, contra secundum dupliciter arguitur: primo, quia caro Christi non fuit in patribus secundum aliquid signatum in secundo, quia non pars, sed tota caro patrum ex concupiscentia concipitur. Quo ad tertium conclusio responsiua est: Tota caro patrum fuit peccato obnoxia, ita quod nihil fuit in eis liberum, vnde caro Christi formaretur. infert hæc conclusio ex antedictis.

¶ Vbi aduerte, Auctorem non intulisse, Christi carnem in patribus peccato obnoxiam, sed nihil carnis in patribus exemptum fuisse a culpa. Diuertit autem propterea ne quasi fateretur Christum subiacuisse peccato; & cum hoc satisfaceret rationi difficultatis, quæ ex hoc erat, quod in patribus aliquid exemptum a peccato putabatur, ex quo caro Christi in patribus immunis a peccato dicebatur.

¶ Potest nihilominus vere dici, quod caro Christi in patribus, vt in patribus erat, fuit subiecta peccato, & cum hoc etiam vere dici, ꝙ caro Christi in patribus, vt ad Christum deducenda, non erat peccato obnoxia: quia munda ad Christum per Spiritumsanctũ, & non ex virili semine deducenda erat. Similiter autem affirmatiua est vera, scilicet caro Christi in patribus fuit obnoxia peccato, quoniam non de carne Christi in se, sed in patribus enunciatur peccatum. & inde filio Dei maiores debemus gratias, quod ex massa peccatrice carnem suam deduci voluit.

respon-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Christus, in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod Christus fuerit in lumbis Abrahæ decimatus. Dicit enim Apost. ad Hebr. 7. ꝙ Leui pronepos Abrahæ decimatus fuit in Abraham, quia eo decimas dante Melchisedech, adhuc Leui erat in lumbis eius: sed similiter Christus erat in lumbis Abrahæ, quando decimas dedit. ergo ipse etiam Christus fuit decimatus in Abrahã.

¶ 2 Præt. Christus est ex semine Abrahæ, secundum carnem, quam de matre accepit: sed mater eius fuit decimata in Abraham. ergo pari ratione Christus.

¶ 3 Præt. Illud in Abraham decimabatur, quod curatione indigebat, vt August.* dicit 10. super Gen. ad literam. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. cum igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia (sicut dictum est, *) videtur quod caro Christi in Abraham fuerit decimata.

¶ 4 Præt. Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet patre alicuius põtificis decimas dante alicui sacerdoti, filium eius pontificem maiorem esse simplici sacerdote. licet ergo dicatur Christus decimatus, Abrahã decimas dante Melchisedech, non tamẽ propter hoc excluditur, quin Christus sit maior ꝗ Melchisedech.

SED CONTRA est, ꝙ August.* dicit in 10. super Gen. ad literam, ꝙ Christus ibi, scilicet in Abraham, decimatus non est, cuius caro inde non feruorem vulneris, sed materiam medicaminis traxit.

RESP. Dicendum, ꝙ secundum intentionem Apostoli oportet dicere, quod Christus in lumbis Abrahæ non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, maius esse sacerdotium, quod est secundum ordinem Melchisedech, sacerdotio Leuitico, per hoc, quod Abraham, decimas dedit Melchisedech, adhuc Leui existente in lumbis eius, ad quem pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraham decimatus esset, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus sacerdotio Melchisedech. Et ideo dicendum est, ꝙ Christus non est decimatus in lumbis Abrahæ, sicut Leui: quia enim ille, qui decimas dat, nouem sibi retinet, & decimam alii tribuit, quod est perfectionis signum (inquantũ est quodam modo terminus omniũ numerorum, qui procedunt vsque ad decem) inde est, quod ille, qui decimas dat, protestatur, se imperfectum, & perfectionem alii tribuere. Imperfectio etiam humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione eius, qui a peccato curat. Curare autem a peccato, est solius Christi; ipse enim est agnus qui tollit peccatum mundi, vt dicitur Ioan. 1. Figuram autem eiꝰ gerebat Melchisedech, vt Apost. probat Hebr. 7. Per hoc ergo, Abraham Melchisedech decimas dedit, præfigurauit se vt elu in peccato cõceptum, & omnes qui ab eo descensuri erant, ea ratione, vt peccatum originale contraherent, indigere curatione, quę est per Christum. Isaac autem, & Iacob, & Leui, & omnes alii, sic fuerunt in Abraham, vt ex

Medina ar. 8.

SVP. Q. XXXI. ART. VIII.

175 CONCL. 1. Secundum intentionem
3. d. 3. q. 4. Apostoli oportet dicere: quod Christus non
a. 3. q. 2. Et fuit in lumbis Abrahę
4. 2. 1. q. 2. decimatus.
a. 2. q. 3. ad ¶ PROB. Quia A-
2. & q. 3. ad postolus, sacerdotium
2. & d. 2. q. Melchisedech esse ma
5. a. 2. ad 4. ius sacerdotio Leuitico, probat per dationẽ decimarum ab Abrahã patre Leui ipsi Melchisedech (vt patet legenti ad Hebr. cap. 7.): Et idem Apostolus vult, quod sacerdotiũ Christi non sit minus sacerdotio Melchisedech, sed secundum ordinem eius (vt patet ibidem.)

*li. 10. c. 20 post med. to. 3. ¶ CONCL. 2. Christus non fuit in Abrahã sicut curatione indigens, sed magis sicut vulneris medicina: &
* ar. præc. in fine cor. ideo nõ fuit in lumbis Abrahæ decimatus.

¶ EXAM. Ly magis. Hoc in præsenti loco, dicitur ad maiorem rei expressionem: non autem ad aliquam sententiæ immediate præcedentis comparationẽ. Non enim per ly magis, vult inferri, quod Christus aliquo modo indiguerit curatione: sed vult intelligi, quod Christus uere miro modo fuit medicina
*li. 10. c. 20 post med. to. 3. vulneris. Vide, de ly magis, regulam. 1. 2. q. 100. art. 8. ad quartũ. & 2. 2. q. 100. artic. 3. exam. post ad 2.

¶ PROB. Quia Christus non deriuatur ab Abraham secundum seminalem rationem, sed tantum secundũ corpulentam substantiã (non enim ab eo per concubitum descendit). Secunda autem pars, scilicet, & ideo non &c. probatur; quia ille, qui decimatur, protestatur ꝑ hoc se esse tum imperfectum, tum indigentẽ perfectione, tum expectare perfectionem ab eo, cui decimas dat (vt patet ex consideratione numerorum nouẽ, ac decem): Et Christꝰ neque fuit propter aliquod peccatum imperfectus, neque perfectione, idest curatiõe a peccato indigens, neq; ab aliquo hominum, puta a Melchisedech, perfectionem expectans (cũ horum trium cõtraria sint blasphemiæ.)

¶ COROLL. Ergo, ex quid nominis decimatum declaratione in proposito facta, dic: ꝙ per hoc, quod Abrahã dedit decimas ipsi Melchisedech personam Christi repræsentanti (vt patet Heb. 7.) Significabatur secundũ Apostolum: quod & ipse Abraham, & omnes ab eo descensuri totaliter, idest secũdum corpulentam substantiam ac secundum seminalẽ rationem, erant tum imperfecti propter peccatum saltem originale, tum curatione indigentes, tum curationẽ talem perfectionemq; omnem a Christo expectantes.

eo deriuarentur, non solum secundum corpulentam substantiam, sed etiam secundum rationem seminalem, per quam originale peccatum contrahitur. Et ideo omnes in Abraham sunt decimati, i. præfigurati indigere curatione, quæ est per Christum. Solus autem Christus sic fuit in Abraham, vt ab eo deriuaretur, non secundum rationem seminalē, sed secundum corpulentam substantiam, Et ideo non fuit in Abraham sicut curatione indigens, sed magis sicut uulneris medicina, & ideo non fuit in lumbis Abrahæ decimatus. Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quia beata Virgo fuit in originali concepta fuit in Abraham sicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, velut inde descendens, secundum seminalem rationem. De corpore autem Christi non est sic, vt dictum est.[u]

AD TERTIVM dicendum, ꝙ caro Christi dicitur fuisse in antiquis patribus peccato obnoxia, secundum qualitatem, quam habuit in suis parentibus, qui fuerunt decimati: non autem secundum qualitatem, quam habet, prout est actu in Christo, qui non est decimatus.

AD QVARTVM dicendum, quod sacerdotium Leuiticum, secūdum carnis originem deriuabatur, vnde non minus fuit in Abraham, quam in Leui. Vnde per hoc, quod Abraham decimas dedit Melchisedech, tanquam maiori, ostenditur sacerdotium Melchisedech, inquantum gerit figuram Christi, esset maius sacerdotio leuitico Sacerdotiū autem Christi, non sequitur carnis originem, sed gratiam spiritualem. Et ideo potest esse quòd pater det decimas alicui sacerdoti tamquam minor maiori, & tamen filius eius sit pontifex, est maior illo sacerdote, non propter carnis originem, sed propter gratiam spiritualem, quam habet a Christo.

---

pectantes. Ergo per talem decimarum solutionem confitebatur Abraham & se cum suis omnibus præcedentibus (nam in simili conueniebant, idest in peccato originali) indigere liberatorem; & Christum esse uniuersalem omnium hominum saluatorem. Si vis plura, sermoque dignissima, uidere circa huiusmodi factum; recurre ad Veritates aureas super Legem veterem, Genes. 14. concl. 3. 4. 5. 6. 7.

1^m minor. Similiter Christus erat in lumbis Abrahæ, quando decimas dedit. ℞. Negatur. § Licet enim Christus tunc esset in lumbis Abrahæ: tamen non erat ibi similiter, vt Leui. Iste siquidem ibi erat & secūdum corpulentam substantiam, & secundum seminalem rationem: Christus verò ibidem solum erat secundum corpulentā substantiam; vt exponitur artic. 6. ad primum. Decimari autem non conuenit alicui eo ꝙ existat in lumbis Abrahæ secundum corpulētam substantiam, nisi etiam simul existat ibi secundum seminalem rationem: quia primū solum existere non importat peccatum originale, & consequenter indigētiam curationis, & consequenter nō exigit horum defectuum confessionem propriam; quæ confessio fit p decimari: secundū verò existere importat omnia illa tria, s. peccatum, indigentiam, confessionem.

D. 370.

u art. præc. & locis in corp. & in arg. Sed cō tra etatis.

2^m conclusio. Ergo pari ratione Christus. ℞. Si ipse Christus fuisset secundum seminalem rationē in Abraham, sicut mater sua §. Tunc nihil, &c. vt patet in tex. Pro cuius meliori captu recurre ad dicta sup. q. 27. ar. 2. Ex omnibus autem & inde & hinc collectis, pro expositione textus huius, concludas: quod contraxisse peccatum originale saltem in debito, sufficit ad hoc; quod quis uere dicatur esse decimatus in Abraham.

¶ NOT. Ad pleniorem propositionis maioris argumenti, aliorūque similium in scriptura sacra dictorum, intelligentiam aduerte: quod Christus eodem modo descendit ex Abraham, Dauid, & aliis Matth. 1. descriptis patribus, sicut ex beata virgine; diuerso autem modo ab illo, quo beata uirgo, ex eisdem descendit. Nam, quia Christus ab Abraham, Dauid, &c. non descendit, nisi mediante beata virgine; ideoque quemadmodum descendit a beata virgine, ita ab illis patribus descendit. Cum ergo a beata virgine, non per concubitum, descenderit; consequens necessario est, quod nec per concubitum descenderit a patribus illis. Verumtamen beata virgo ab Abraham, omnibusque aliis, descendit per concubitum.

3^m de conclusione. Videtur, quod caro Christi. ℞. Sūpta tārum eo modo, quo fuit peccato obnoxia. §. i. Sumpta secundum qualitatem, quam habebat in patribus suis: non autem sumpta secūdum qualitatem, quā habet in Christo, prout scilicet actualiter est caro Christi. Tunc nihil, &c. vt patet. Nam carnem Christi, secundum quod præcisè erat in patribus, fuisse decimatam est; patres illos secundum totum. quod in seipsis actu erat, fuisse decimatos: non autē est, Christum fuisse decimatum, neque carnem Christi formaliter, idest, vt carnem Christi, fuisse decimatam. In quo sensu formali, cum talis sensus sit proprius, loquitur Apostolus Hebr. 7. & articuli conclusiones. Vide art. 6. 7. Elucid.

4^m antecedēs. Hoc non uidetur, aliquo modo derogare dignitati Christi. ℞. Negatur. §. Ad probationem illam exemplarem dicitur: quod nihil concludit. Nam sacerdotium Leuiticum secundum carnis, &c. vt in tex. Ex quo dic summatim, & formaliter: quod ideo probatio illa nihil concludit; quia exemplum adductum non attenditur secundum id, secūdum quod attenditur illud, quod intendit probare. Exemplum enim attenditur secundum gratiam spiritualem: quod autem vult probare, attenditur secundum carnis originem. Cum ergo in diuerso sensu loquatur, patet: quod argumentum non tangit conclusionem articuli.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis, & August. insinuatum; ꝙ Christus in lūbis Abrahæ non fuit decimatus. A D. Augustino quidem: vt in argumēto contr. Pro quo plenius intelligendo facit. q. 15. artic. 1. 2. & 1. 2. q. 81. art. 4. A scripturis vero per hoc; quod 4. regu. 4. de oleo miraculose facto nihil præcipit decimandum ab Helisæo. cum solum ab eo ibi dicatur vade, vende oleum; & redde creditori tuo: tu autem, & filij tui, uiuite de reliquo. Constat enim Helisæum fuisse hominem prophetam, & iustum: & consequenter sciuisse, ꝙ danda erat decima de oleo, secundū illud Deuter. 14. decimam frumenti tui, & uini, & olei; & consequenter quod mentionem fecisset de decimando oleo per miraculum multiplicato, si hoc necessarium fuisset. Ex eo igitur, quod de re miraculosa non iubet decimationem faciendam, subintelligendum nobis relinquit hoc, s. quod miraculose factum, & non uirtute naturæ, nō est subiectū decimationi. i. non debet decimari. Ac si, ad huius dictam, scriptura illa Deuter. ad ly frumenti vini olei; signanter apposuerit ly tui. i. uirtute naturæ terræ tuæ producti. Cū ergo caro Christi miraculose simpl'r ex Abrahā fuerit ppagādā, & de facto post mūdū propagata sit q. 33. ar. 4. patet: ꝙ Helisæus ibi, si ad hoc ppositū scholasticū suauiter inflectatur, dicit a simili conclusionis intētū. s. ꝙ Christus in lūbis Abrahæ neq; fuit decimatus neq; debuit decimari. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

---

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ex verbis Apostoli ad Hebr. & Augustini occasionem habet. Et significat esse decimatum, soluisse decimas per ministerium Abrahæ.

¶ In corpore est una conclusio: Christus non fuit in lumbis Abrahæ decimatus. Probatur dupliciter: primo auctoritate Apostoli. secundū ratione. Et ex auctoritate quidem Apostoli arguitur ducendo ad impossibile sic: Si Christus fuit decimatus in lumbis Abrahæ, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus ipso sicut Leui. Probatur sequela, quia per hoc quod Leui existente in lumbis Abrahæ, Abraham dedit decimas Melchisedech. Probatur ab Apostolo sacerdotium Leui esse minus sacerdotio Melchisedech. Ex rōne aūt mystica probat̄. Dans decimas protestatur, se impfectū, & pfectionē alii tribuere. ergo Abrahā dando decimas, protestatus est se, & suos cōtracturos originale peccatum, curatione indigere a Christo, ergo oēs, qui fuerunt in lumbis Abrahæ, non solum s̄m corpulentam substātiā, sed ēt s̄m rationem seminalem, fuerunt decimati. ergo Chr̄s non fuit decimatus. Antecedēs probatur, quia dans decimas, nouem sibi retinet, & decimā perfectionis signum alij tribuit. Probatur signum pfectionis, quia decimus est quodammodo terminus numero: nam numerando, vsq; ad decē procedimus, & inde replicamus vnum supra decem, vndecim, &c. prosequendo. Prima cōsequētia probatur quo ad primam partem: quia imperfectio humani generis est propter peccatum indigens curatione: & solus Chr̄s curator est peccati, iuxta illud. Ecce, qui tollit peccatū mundi. & ipsum p̄figurabat Melchisedech, vt patet ex Apostolo. Et hæc quo ad secūdam partem. Secunda uero consequentia probatur: quia per rationem seminalem originale peccatum contrahitur. Tertia aūt consequentia probatur: quia solus Christus non fuit secundum rationem seminalem in Patribus.

Fer. 4. cont. c. 45. 46.
Palud. 3 d. 4 q. 1.
Medina ar. 1.

SVP. Q. XXXII. ART. I.

CONC. 1. Conceptionem corporis Christi tota trinitas est operata: attribuitur tamē cōuenienter hoc spiritui sancto.

¶ PROB. Quia præsupponitur clara. (ex illo scilicet approbatissimo dicto, Indiuisa sūt opera trinitatis ad extra. q. 3. ar. 1. 2.). Secūda verò pars, scilicet attribuitur tamen, &cæt. probatur. Primo, Quia hoc scilicet quod filius Dei carnem sibi in utero virginali assumeret, prouenit ex maximo amore Dei (vt patet Ioan. 3.): Et spiritussanctus est amor patris ac filii (vt patet. 1. q. 37. art 2.). Secundò, Quia humana natura assumpta est a filio Dei in unitatem personæ, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia (vt patet per D. Augustinū in Enchirid.): Et gratia attribuitur spiritui sanctu (vt patet ex 1. Corint. 12.). Tertio, Quia incarnatio, idest Christi conceptio, terminata est ad hoc, vt homo ille, qui concipiebatur esset sanctus, ac filius Dei (vt patet Luc. 1. ideoque quod nascetur ex te sanctū vocabitur filius Dei): Et horum vtrumque, scilicet efficere homines sanctos, ac filios Dei, attribuitur spiritui sancto (vt patet Ro. 1. per ly spiritus sanctificationis; atque Galat. 4. per ly spiritum clamantem Abba, pater. Qui scilicet est pater adoptiuus respectu aliorum, naturalis autē respectu Christi).

176
2. d. 2. ar. 2. qō. 2. Et 4. cōt. c. 43. & 46. & opu. 3. c. 226. & Io. 12. le. 4.
* Li. 1. c. 4. in fi. & 5. i prin. to. 3.
† li. 4. c. au. parum ante medium to. 3.
* 1. p. q. 43. ar. 5.

1ᵐ conclusio.

Ergo uidetur; quod nō magis sit attribuendū spiritui sancto, quam patri, vel filio. R. Si loquamur de efficere conceptionem Christi, prout est opus. §. Sic enim sequitur ex præmissis, quæ, ut patet, loquunt solum de opere. Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio loquitur de efficere conceptionem Christi, in alio sensu. s. prout concernit modū quendam, puta bonitatem gratuitam (vt ex eiusdem conclusionis probatione patet). Cū hoc

QVAESTIO XXXII.

De conceptione Christi, quo ad actiuum principium, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de principio actiuo in conceptione Christi. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

¶ Secundo, Vtrum possit dici, q Christus sit conceptus de Spiritusancto.

¶ Tertio, Vtrum possit dici, q Spiritussanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quarto, Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod efficere conceptionem Christi, non debeat attribui Spiritui sancto: quia vt August. * dicit in 1. de Trinit. indiuisa sunt opera Trinitatis, sicut, & indiuisa est Trinitatis essentia: sed efficere conceptionem Christi, est quoddam opus diuinum: ergo videtur quòd non magis sit attribuendum Spiritui sancto quam patri, vel filio.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Galath. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere: quod exponens August. in quarto, de Trinita. † dicit, Eo vtique missum, quo factum ex muliere: sed missio Filii attribuitur præcipuè Patri, vt in prima parte habitum est. * Ergo, & conceptio secundum quam factus est ex muliere, debet præcipuè Patri attribui.

¶ 3 Præt. Prouerbi. 9. dicitur: Sapientia ædificauit sibi domum. Est autem sapientia Dei, ipse Christus, secundum illud primæ, ad Corint. 1. Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Domus autem huius sapientiæ est corpus Christi, quod etiam dicitur templum eius, secundum illud Ioan. 2. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. ergo videtur quod efficere conceptionem corporis Christi, debet præcipuè attribui Filio, non ergo Spiritui sancto.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te, &c.

RESP. Dicendum, quòd conceptionem corporis Christi tota Trinitas est operata: attribuitur tamen hoc Spiritui sancto, triplici ratione. Primo quidem, quia hoc congruit causæ incarnationis, quæ consideratur ex parte Dei: Spiritus enim sanctus, est amor Patris, & Filii, vt in prima parte habitum est. Hoc autem ex maximo Dei amore prouenit, vt filius Dei carnem sibi assumeret in vtero virginali: vnde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Secundo, quia hoc cōgruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ: per hoc enim datur intelligi, quod humana natura assumpta est a filio Dei in unitatem personæ, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia, quæ Spiritui sancto attribuitur, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Vnde August. * dicit in Enchirid. Iste modus quo est natus Christus de spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso primo exordio naturæ suæ quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam personæ unitatem, vt idem ipse esset filius Dei. Tertio, quia hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc enim terminata est incarnatio, ut homo ille, qui concipiebatur, esset sanctus, & filius Dei: vtrunq; autem horum attribuitur spiritui sancto. Nam per ipsum efficiuntur homines filii Dei, secundum illud Gal. 4. Quoniam estis filii Dei, misit Deus spiritum filii sui, in corda vestra, clamantem Abba, pater. Ipse est etiam spiritus sanctificationis, ut dr Rom. 1. Sicut ergo alii per spiritumsanctū sanctificant spiritualiter, ut sint filii adoptiui, ita Christus p Spiritumsanctū est in sanctitate conceptus, ut esset filius Dei naturalis. Vnde Ro. 1. ſm unam gloss. * quod præmittitur, s. Qui prædestinatus est filius Dei in uirtute manifestatur per id, quod immediate sequitur, secundum Spiritum sanctificationis, id est per hoc quod est conceptus de Spiritusancto, & angelus annuncians ex hoc quod præmiserat, Spiritussanctus superueniet in te; concludit, Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei.

Ench. c. 40. nō longe a princ. to. 3.
Ex gl. ord. & Orig.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q opus conceptionis cōe quidē est toti Trinitati, ſm tñ modū aliquē attribuitur singulis personis. Nam Patri attribuitur auctoritas respectu personæ filii, qui per huiusmodi conceptionem sibi assumpsit humanam naturam: Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio: sed Spiritui sancto attribuit formatio corporis, quod assumitur a Filio. Nam ipse spiritussanctus est spiritus Filii, secundum illud Gal. 4. Misit Deus spiritum filii sui. Sicut autem uirtus animæ, quæ est in semine per spiritum, qui in semine includitur format corpus in generatione aliorum hominum, ita uirtus Dei, quę est ipse filius (ſm illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei uirtutem) per spiritumsanctū corpus formauit, quod assumpsit. Et hoc etiam uerba angeli demonstrant, dicentis, spiritussanctus superueniet in te, quasi

autem, quod opus incarnationis, ut opus, est commune toti trinitati, stat simul: quod illud idem opus, vt secūdum modum quendā consideratur, attribuatur spiritui sancto magis, quā aliis personis; licet, secundum aliquē alium modum, alicui illarum magis attribui possit (vt declaratur in tex.)

* 1. p. q. 37. ar. 2.

¶ COROLL. Ex textu igitur hoc, maximè articuli conclusione adiuncta, regulam hanc tanquam vniuersalem accipe: quod scilicet quælibet operatio diuina ad extra procedit a Deo secundum rationem alicuius attributi; & consequenter quod quodlibet opus diuinum, secundum aliquam rationem consideratum, alicui personæ diuinæ, tanquam causæ efficienti, appropriari debet. Nam diuinorum attributorum quodlibet alicui diuinæ personæ est appropriabile. A proportione etiam quadam (tamquam ex notioribus nobis procedendo (regula præmissa patere potest. Vt, si dicamus. Sicut in genere hoc, scilicet creaturarum, sic est; quòd omnis operatio creaturæ procedit ab ipsa secundum suam formam: ita in genere illo, scilicet creatoris, sic erit; q omnis operatio diuina ad extra, pcedit a creatore

tore ipso secundum rationem alicuius attributi. De attributis ergo, vt plenius circa similes textus absque errore capiendos instruaris, vide 1.q. 39.ar.7.8.

2m conclusio. Ergo & conceptio, secundum quam factus est ex muliere, debet præcipuè patri tribui. ℞. Si conceptio hæc, & missio illa, essent idem subiecto & ratione simul. §. Tunc nihil, &c. Nam differunt ratione. Missio enim refertur ad personam, &c. vt in tex.

* lib. 18. c. 12. in prin. ¶ Not. Vt textum præsentem, pro quanto de missione & conceptione loquitur, clarius percipias, notabis quod in incarnatione reperiuntur duo, scilicet persona assumens, & natura assumpta; quæ quidem duo non eodem, sed diuerso modo per nomina prædicta referuntur ad incarnationem. Missio enim ipsam incarnationem nominat præcipue ex parte personæ assumentis, conceptio autem eandem incarnationem nominat potius ex parte naturæ assumptæ: & sic ibi persona assumens principalis importatur per ly missio, quam per ly conceptio; & natura assumpta principalius importatur per ly conceptio; quam per ly missio. Quia igitur ad personam verbi assumentem pater solus authoritatem habet; ideo missio actiua, sic præcise considerata, patri soli attribuitur: quia vero naturæ assumptæ gratuito donatum est, ut in unitatem personæ verbi sumeretur; ideo (vt & secunda probatio conclusionis monstrat) conceptionis efficientia spirituisancto, non patri, appropriatur.

quasi ad præparandam, & formandam materiam corporis Christi, & virtus Altissimi, idest Christus obumbrabit tibi, i. corpus in te humanitatis, accipiet incorporeum lumen diuinitatis: vmbra enim a lumine formatur, & corpore, vt Gregor.* dicit 18. Moral. Altissimus autem intelligitur Pater, cuius uirtus est Filius.

Ad secundum dicendum, quod missio refertur ad personam assumentem, quæ a Patre mittitur: sed conceptio refertur ad corpus assumptum, quod operatione Spiritussancti formatur. & ideo licet missio, & conceptio sint idem subiecto, quia tamen differunt ratione, missio attribuitur Patri, efficere autem conceptionem Spiritui sancto, sed carnem assumere attribuitur Filio.

Ad tertium dicendum, quod sicut August.* dicit in lib. de Quæstionibus Veteris, & noui Testamenti, quæstio ista gemina ratione potest intelligi. Primum enim domus Christi Ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde potest, & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur templum eius. Factum autem spiritussancti factum filii Dei est, propter naturæ, & voluntatis vnitatem.

AR-

3m illatio conclusionis secundæ. Non ergo spiritussancto. ℞. Negatur illatio. §. Nam factum spiritussancti est factum filii Dei: & hoc propter unitatem naturæ & voluntatis; idest propter hoc, quod natura & voluntas est una numero in vtraque personæ. Ex hoc dicto textus patet consideranti: quod in isto responso attenditur opus incarnationis, vt opus; non autem, vt secundum aliquem modum attributionis consideratur. Ideo enim negata fuit illatio; eo quod opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, & consequenter opus incarnationis factum a filio est opus factum a spiritusancto, & opus hoc factum a spiritusancto est factum a filio. Cæterum si de incarnationis opere, secundum quod modo isti vel illi attributionis subest, consideratum esset in præsenti responso, non fuisset negata ipsa illatio; sed, vt vera, admissa. Non enim eodem modo appropriatur spiritusancto opus incarnationis, quo appropriatur filio; neque e conuerso: vt patet in respon. ad primum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum; quod efficere conceptionem Christi debet attribui spiritusancto. Vt Luc. 1. Spiritussanctus, &c. vt in argum. contr. Pro cuius meliori captu, vt scilicet uideas, quam aptissime ac directissime probetur intentum per illam authoritatem, inspiciendum est; ad quid respondeat Angelus dicendo ly spiritussanctus superueniet in te. Interrogaret, secundum Euangelii cõtextum, Beata virgo Angelum ipsum de modo, quo verbum conceptura erat dicẽs; Quomodo fiet istud? Idest. Quis efficiet istam, quam tu narrasti, conceptionem? Non quidem semen virile erit huius causa efficiens: quoniam virum non cognosco, idest nec cognosco, nec cognoscere possum; stante uoto virginitatis iam absolute emisso, quæstio. 28. artic. 4. ad primum. quod præterire non licet. Ad hanc de modo, idest de causa effectiue, conceptionis interrogationem prudentissimam, respondit Angelus, ly spiritussanctus, &cæt. Ac si aperte, totam interrogationem, idest & interrogationem ipsam, & interrogationis motiuum per ly quoniam, &c. designatum, euacuans, dicat. De causa, quæ efficit conceptionem prolis in utero matris, trahendo, scilicet actiue sanguines ejus puros ad locum proprium concipiendi, ne solicita sis: quia non semen viri (vt in aliis mulieribus). Sed spiritussanctus, hoc faciet in te. Et sic, stante virginitatis uoto illibato, concipies filium Dei. Ecce; quod, & quomodo, Spiritussanctus est principium actiuum conceptionis Christi: quæ duo, scilicet quod sit, & quomodo sit, expressit Angelus illis breuissimis verbis ad totam interrogationem applicatis. Caue tamen; ne hinc inferas; quod aliarum duarum personarum appropriata hic non reperiantur: sed tantum quod præcipue ibi appropriatum spiritussancti inuenitur. Teste enim Damasceno libr. 3 orthodoxæ fidei cap. 1. In incarnatione manifestatur bonitas, potentia, & sapientia Dei. (Nam & in qualibet operatione diuina trium personarum hæc attributa sunt. Vt habetur ex Dionysio cap. 2. de diuin. nominib.): quorum potentia est appropriatum patris, & sapientia appropriatum filii, sicut bonitas est appropriatum spiritussancti. Quomodo autem tria hæc attributa in hoc opere, secundum mentem eiusdem Damasceni, reluceant, vide q. 1. ar. 1. argum. contr. Ex his omnibus tu edoctus uidebis: quod ly conuenienter, in conclusione articuli positũ dicit quãdam emphasim; hoc est, non solum dicit conuenientiã simplicem, i. quãcunq;, sed conuenientiam antonomaticam, idest maximam. Ac si dictum ibi fuisset. Efficere conceptionem Christi appropriatur conuenientissimè spiritusancto; & per consequens magis conuenienter huic, quam patri, vel filio. Et hoc; quia in tali efficientia magis ostenditur (vt patet ex corp.) attributum spiritussancti, scilicet bonitas, quam attributum vel patris, scilicet potentia, vel filij, scilicet sapientia. Secundò vides: quomodo ex iis, benè pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* In 2. par. qq. ex nouo testa. q. 52. in princ. to. 4.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est sumens occasionem ex Symbolo: Qui conceptus est de spiritusancto.

¶ In corpore unica conclusio: Conceptio corporis Christi licet a tota sit Trinitate attribuitur tamen spiritusancto. Probatur secunda pars de qua est quæstio, triplici, ratione: & rationes in litera clare patent.

¶ Duo tamen pro nouitiis occurrunt, primum est, quod aliter attribuitur personæ, Spiritussancti, efficere carnem Christi, & aliter filio assumere eandem: nam spiritusancto attribuitur conceptionis causalitas, vt appropriatum, sicut bonitas, & amor: Filio autem attribuitur assumere carnem, ut proprium, ita quod corpus Christi, ita conceptum est de spiritusancto appropriatè, quod etiam conceptum est de Patre, & Filio (indiuisa enim sunt opera Trinitatis ad extra) sicut spiritussanctus, ita est amor appropriate, quod tam Pater, quam Filius est etiam amor. Sed corpus Christi, ita est assumptum a Filio: quod nec a Patre, nec a spiritusancto est assumptum: & propterea incarnatum esse, non appropriatum, sed proprium est Filio, ratio autem superius dicta est.

¶ Secundo dubium, occurrit in tertia ratione circa probationem ex Apostolo ad Galath. 4 non enim infert intentum, scilicet quod spiritussanctus efficiat filios Dei: sed quod faciat eos clamare Abba, pater.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet in naturalibus filijs hominum aliud sit principium naturæ, & aliud principium operationis, in filio tamen adoptiuo per liberum arbitrium, quo ferimur in Deum, idem est principium filiationis, & operationis propriæ filiorum: quia ad suauem Dei dispositionẽ spectat, vt rationales creaturas per rationis vsum ad se trahat propterea ex eo, quod Spiritus efficit propriam operationem filiorum Dei, quæ est clamare Abba, Pater, optime infertur, a posteriori tamen, quod ipse est effector filiorum Dei, quos cum efficit facit clamantes ad Deum pater, pater.

Fert 4.con.c.46.

SVPER QVAEST. XXXII. ART. II.

COncl. Conoenienter dicere possumus, Christum esse coo ceptum de spiritusancto; hoc modo, quod efficientia spiritussancti referatur ad corpus assumptum, consubstantialitas uero ad personam assumentem.

¶ Prob. Quia propositio, De, dicit consubstantialitatem, ac efficientiam (vt homo est de patre suo): Et spiritussanctus est consubstantialis filio Dei, atque corporis ab eo assumpti effectiuus (vt patet art.1.)

176 3.d.4. q.1. a.1.q.4. Et 4.cō.c.46. Et op. 3.c. 226.

* Aug.10 li. de natura boni, c.27. tom.6.

1m de conclusione. Ergo Christus. R. idest. Ergo corpus Christi. §. Sic enim sequitur ex praemissis: cum minor non de Christo, sed corpore Christi, loquatur. Tunc nihil, &c. Nam aliud est dicere, Christus est conceptus de spiritusancto; aliud est dicere, corpus Christi conceptum est de spiritusancto; vt patet ex corp. Et ideo non mirum; quod praedicta propositio de Christo est conueniens, de corpore autem Christi est inconueniens.

* Ante me. illius.to.2.

2m de minori. Non se habuit, sicut semen. R. Secundum q̃ ly semen, dicit substantiam corporalem, quae in conceptione transmutatur. §. Sic enim loquitur de semine B. Hieronymus in probationem huius minoris adductus. Tunc nihil, &c. Cum praedicta siquidem negatiua stat; quod spiritussanct⁹ ibi fuerit pro semine, secūdum q̃ semen dicit virtutem actiuam transferentem sanguines puros matris ad locum conceptionis. Quod sane in tali sensu non solum Chrysost. cum Damasceno concedit: sed & idem virtualiter fatetur B. Hieronymus per ly, sed potentia ac uirtute creatoris dicimus esse operatum. i. formatum corpus Christi. Verum, quoniam malum sonium prima facie apud homines animales, tanquam a sibi notioribus loquentes, poterat faciliter habere propositio illa: ideo Zelantissimus vir Hieronymus, velut contra eorum animalitatem iustissime excandescens, illam simpliciter prolatam detestatus fuit.

3m de maiori. Nihil unum de duobus. R. Eodem modo ad illud vnum concurrentibus. §. Puta: quod ad factionem illius vnius ambo concurrant effectiuē, uel ambo materialiter. Tunc nihil, &c. Non enim spiritussanctus & virgo concurrunt eodem modo ad corporis Christi factionem, (ut declaratur in tex.): nec oportet, quod de duobus diuerso modo ad unum faciendum concurrentibus fiat aliqua commixtio.

¶ Exam. Ly effectiue, scilicet tanquam efficiens extrinsecum. Quae glossa habetur ex supradictis ad secundū. Nō enim intrinsecum ibi concurrit, sicut semen virile: ex quo, quia sic effectiue concurrit, fit commixtio ad materiam ministratam a matribus aliis. Hinc nota regulā hāc, scilicet quod dicta Sancti Doctoris subsequētia semper (nisi aliud obstat) praesupponunt priora

¶ Not. Cum dictis in hoc, & primo articulo stat ueritas dictorū. q.6.ar.6. Nō.n.ex hoc, q̃ spūssanctus est principium actiuū conceptionis Christi, potest inferri; q̃ ipsa unio naturarum in Christo facta fuerit mediante spiritusancto tāquam medio formali. Aliud siquidem est, spiritumsanctum in ipsa unione esse medium, tanquam vnionem illam effectiue causans (quod ex his duobus articulis habetur); aliud uerò est spiritumsanctum ibi esse medium formale (quod in q. 6. negat)

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debeat dici conceptus de Spiritusancto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus non debeat dici cōceptus de Spiritusancto: quia super illud Ro.2. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, dicit glo. * August. Attendendum, quod non ait de ipso, sed ex ipso: ex ipso enim coelum sunt, & terra, q̃a fecit ea: non autem de ipso, quia nō de substantia sua: sed Spūssanctus nō formauit corpus Christi de substantia sua. ergo Christus non debet dici conceptus de Spiritusancto.

¶ 2 Prae. Principiū actiuum, de quo aliquid concipitur, se habet sicut semen in generatione: sed Spiritussanctus non se habuit sicut semen in conceptione Christi. Dicit enim Hieron. * in expositione Catholicae fidei, non sicut quidam sceleratissimi opinantur, Spiritumsanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia, ac uirtute Creatoris dicimus esse operatum, idest formatum corpus Christi. non ergo debet dici, quod Christus sit conceptus de spiritusancto.

¶ 3 Praet. Nihil vnum de duobus formatur, nisi aliquo modo commistis: sed corpus Christi formatum est de Virgine Maria. si ergo Christus dicatur conceptus de Spiritusancto, videtur quod facta sit commistio quaedam Spiritussancti, & materiae, quam Virgo ministrauit, quod patet esse falsum. non ergo Christus debet dici conceptus de Spiritusancto.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 1. Antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritusancto.

Resp. Dicendum, q̃ conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo ratione ipsius corporis. In Spiritu autē sancto duplex habitudo consideratur respectu Christi. Nā ad ipsum filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis: ad corpus autem eius habet habitudinem causae efficientis. Haec autē praepositio De, verāque habitudinem designat, sicut cū dicimus hominem aliquem esse de suo patre. Et ideo conuenienter dicere possumus, Christum esse conceptum de Spiritusancto, hoc modo, quod efficientia Spiritussancti referatur ad corpus assumptum: cōsubstantialitas uero ad personam assumentem.

Ad primum ergo dicendū, quod corpus Christi, quia non est consubstantiale spiritusancto non propriè potest dici de spiritusancto conceptum, sed magis ex spiritusancto: sicut Ambr. * dicit in lib. de spiritusancto, quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est: ex substantia, sicut filius, qui a patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia, quomodo, & in utero habuit Maria ex Spiritusancto.

* li.2.c.5.si procul a fine to.3.

Ad secundum dicendum, q̃ super hoc uidetur esse quaedam diuersitas Hieron. ad quosdam alios doctores, qui asserunt Spiritumsanctum, in conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim Chryso. * super Matth. Vnigenito Dei in Virginem ingressuro, praecessit Spiritussanctus, vt praecedente Spiritusancto in sanctificationem, nascatur, scilicet Christus secundum corpus, diuinitate ingrediente pro semine. Et Damasc. * dicit in 3. lib. Obumbrauit super ipsum Dei sapientia, & virtus, velut diuinum semen. Sed hoc de facili soluitur, quia secundum quòd in semine intelligitur virtus actiua, sic Chrysostom. † & Damasc. comparant semini Spiritumsanctum, vel etiam Filiū, qui est virtus Altissimi: secundum autē q̃ in semine intelligitur substantia corporalis, quae in conceptione transmutatur, negat Hieron. * Spiritumsanctum fuisse pro semine.

* Hom.1.in Mat. 1 ope impfecto 1 vlt. fol. a fine to.2.

* 3.ort.fid. ca. 2. circa princ.

† Loc.nunc prime dictus.

* Hier.in loco citato 1 arg.

Ad tertium dicendum, q̃ sicut August. dicit in Enchirid. non eodem modo dicitur Christus conceptus, aut natus de Spiritusancto, & de Maria Virgine, sed de Maria Virgine materialiter, de Spiritusancto vero effectiuè. Et ideo non habuit hic locum commistio.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & intelligas, & in sensu recto intelligas, meritu esse u scripturis, symbolo fidei, & Concilio insinuatum: q̃ Christus debet dici conceptus de spiritusancto. A scripturis quidem per hoc, q̃ dicitur Mat h. t. Antequam conuenit, &c. vt in argum. cōtr. Vbi nota ly in utero habens, scilicet Christum. Quē accusatiuum, subintelligi debere supra ibidem colligitur ex ly De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Itē per hoc, q̃ ibi subditur. Quod.n. in ea natū est, de spūsancto est. Expone tu ex nunc dictis, quod in ea natum est, i. Chrs, qui in ea conceptus est. A symbolo uerò fidei tū Apostolorū per ly qui conceptus est de spiritusancto, tū patrū per ly incarnatus est de spūsctō. A cōcilio aūt Lateranēsi sub Papa Martino I. cau.2. Si quis nō confitet' fm sctōs pres, verè & propriè ipsum vnū sanctae, & cōsubstātialis, & adorādae trinitatis, Deū verbū incarnatū de spūsancto, &c. sit condēnatus. Haec ibi. Vbi ēt, quod ad glossandā articuli conclusionē facit, habes: q̃ propositio haec. s. Christus est conceptus, seu incarnat' de spūsancto non tm dr uere, sed & propriè. Et licet idem Cōcilium can. 3. dicat, virginem semp immaculatā Mariam propriè, & verè conceptisse *

concepisse ex spiritusancto: non tamépropterea contradicit sibiip si prius dicenti ly de spiritosancto. Ratio est: quia refert ly de spiritusancto, ad uerbum incarnatum. (vt ibi expresse patet); & refert ly ex Spiritusancto, ad corpus ipsius verbi conceptum. Quomodo autem illa stent simul, & consequenter Concilium sibi consteт, consule respon. ad primum. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus circa proprietatem locutionis versatur: & propterea, an dici debeat, quæritur, & consistit tota quæstio hæc in illa præpositione, De.

¶In corp. artic. vna est conclusio. Conuenienter dicere possumus Chrm conceptū esse de spūsancto, Probat, & declarat. Probatio est: In Spūsancto duplex est habitudo ad Chrm cōceptum, s. cōsubstantialitatis, & causalitatis effectiuæ. ergo conuenienter potest dici conceptus de Spūsancto. Añs probatur: quia conceptio attribuitur non solū corporis Chri: sed et ipsi Chro rōne corporis. Cōsequentia probatur: quia præpositio De, vtrāque denotat habitudinem, ut patet exemplariter, cum filius Dei de Patre genitus dr. Declaratio est, quod consubstantialitas ad personam Christi efficientia ad corpus Christi referenda est.

Ferr. 4. con. c. 47.
Cap. 3. d. 4. q. 1. con. v.
Medina ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum Spiritussanctus dici debeat pater Christi secundum carnem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Spiritussanctus debeat dici pater Christi secundū humanitatem: quia secūdum Philos.* in lib. de Generatione animalium, pater dat principium actiuū in generatione, mater uero ministrat materiam: sed beata Virgo dicitur mater Christi propter materiam, quam in conceptione eius ministrauit. ergo uidetur quod etiam Spiritussanctus possit dici pater eius, propter hoc, quod fuit principium actiuum in conceptione ipsius.

¶ 2 Præt. Sicut mentes aliorum sanctorum formantur per spiritumsanctum, ita etiam corpus Christi est per spiritumsanctum formatū: sed alij sancti propter prædictam formationem dicuntur filij totius Trinitatis, & per consequens Spiritussancti. uidetur ergo, quod Christus debeat dici filius Spiritussancti, inquātum corpus eius est a Spiritusancto formatum.

¶ 3 Præt. Deus dicitur pater noster secundum hoc, quòd nos fecit, secūdum illud Deuter. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? sed spiritussanctus fecit corpus Christi, ut dictum est. ergo spūsanctus debet dici pr Christi secundū corpus ab ipso formatum.

SED CONTRA est, q Aug.* dicit in Enchir. Natus est Christus de Spiritusancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius.

RESP. Dicendum, q nomina paternitatis, & maternitatis, & filiationis generationē consequuntur; non tñ quamlibet, sed proprie generationem uiuentium, & præcipuè animalium. Non enim dicimus, q ignis generatus sit filius ignis generantis, nisi fortè secūdum metaphoram: sed hoc dicimus in animalib. quorum generatio est magis perfecta. Nec tamen omne, quod in animalibus generatur, filiationis accipit nomen: sed solum illud quod generatur in similitudinem generantis. Vnde, sicut August.* dicit, non dicimus quod capillus, qui nascitur ex homine, sit filius hominis: nec etiam dicimus quod homo, qui nascitur, sit filius seminis: quia nec capillus habet similitudinem hominis, nec homo, qui nascit ex semine, habet similitudiné seminis, sed hominis generantis. Et siquidem perfecta sit similitudo, erit perfecta filiatio, tam in diuinis, quam in humanis: si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio imperfecta. Sicut in homine est quædam similitudo Dei imperfecta, & inquantum creatus est ad imaginem Dei, & inquantum recreatus est secundum similitudinem gratiæ. & ideo vtroque modo potest homo dici filius Dei, & quia scilicet est creatus ad imaginem eius, & quia est ei assimilatus per gratiam. Est autem considerandum, quod illud, quod de aliquo dr secundū perfectā rōnem, non est dicendū de eo fm rōné imperfectā: sicut quia Socrates dr naturaliter homo fm propriā rōnē hois, nunquam dr homo fm illam significationem, qua pictura hois dr homo, licet fortè ipse assimilet alteri homini. Christus aūt est filius Dei fm perfectam rōnem filiationis, unde quamuis fm humanam naturā sit creatus, & iustificatus, non tamé debet dici filius Dei, neque ratione creationis, neque ratione iustificationis, sed solum ratione generationis æternæ, secundum quam est filius Patris solius, & ideo nullo modo debet dici Christus filius Spiritussancti, nec etiam totius Trinitatis.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quod Christus conceptus est de Maria Virgine materiam ministrante in similitudinem speciei. & ideo dicitur filius eius. Christus auté fm quod homo cōceptus est de Spi-

SVP. Q. XXXII. ART. III.

177 CONCL. Nullo mō debet Christus dici filius spiritussancti; nec etiam totius trinitatis.
3. d. 4. q. 1. a. 2. q. 1. & q. 2. ad 1. & 4. & in expo lit. ad 2. Et 4. cō. c. 40. Et op. 3. c. 210. * li. 2. ca. 3. & 4. to. 4.

¶PROB. Quia Christus nō debet dici filius Dei neq; ratione creationis, neq; ratione iustificationis (cū ratione generationis æternæ habeat pfectam rationem filiationis ad patrē solum: ac illud, puta filiatio, quod de aliquo dr secundum perfectam rationē non sit dicendum de eo fm imperfectā rationem; qualis ē similitudo ad Deū ratione uel creationis, vel iustificationis): Et Christus si hoc, s. esse Spiritussancti uel trinitatis filius, posset ipsi conuenire, non potest esse alicuius illorum filius nisi aliquo horum modorū. s. ratione vel creationis, vel iustificationis (vt patet ex dictis; quia s. ratione æternæ generationis est filius patris solius.

¶COROLL. Ergo hoc, q Christus dicat filius spūsancti, aut trinitatis, tenendū est, esse simpliciter falsum, & impossibile. Nā (vt exprimamus magis dicta in pbatione) Chrs, vt Deus, non habet esse suum æternum nisi a patre. 1. q. 27. ar. 2. & q. 34. ar. 1. 2. nullus aūt potest dici filius alicuius, nisi eius a quo accipit esse; qm filiatio consequit gñationé, & generatio est uia ad esse. Chrs verò, ut hō, non habet a spūsancto, aut a trinitate, esse humanitatis. i. humanā naturā fm perfectā similitudiné ad ipsum, vel ipsam (vt patet): licet ab illo, & ab illa, humanitas Christi creata sit. Item Christus, vt homo iustus, non habet a spiritusancto, aut a trinitate, esse iustificatum, idest gratiam Dei, cum virtutibus infusis secundum perfectam similitudinem ad ipsum vel ipsam (vt patet): licet ab illo, & ab illa, iustitia Christi creata sit. Sicut autē nullus potest dici filius nisi eius, a quo accipit esse (ut dictum est;) ita nullus potest dici filius nisi eius, a quo accipit esse secundum similitudinem ad ipsum vel perfectam vel imperfectam. Sic tamen hoc vltimum intelligendo: quod talis similitudo imperfecta non potest aliquem tunc denominare filium, quando ipse aliàs habet similitudinem perfectam filiationis. Hoc siquidem pro regula tenendum est: quod qñ in aliquo inuenitur perfecta rō alicuius nominis, tunc nullo modo recipitur de ipso illud nomen cū determinatione diminuente. Exempli causa. Animal, cum ex anima sensibili habita dicatur uiuens perfectū, nunquam verè dicetur uiuens imperfectū, etiam quod habeat animam imperfectam, id est uegetabilem cū anima perfecta, idest sensibili: cum tamen uideamus, quod anima uegetabilis plantam denominat uiuens imperfectū, eo q ipsa in planta non habet esse cū anima sensibili. Ex his igitur quid restat dicendum in proposito? Quod Christus, quia habet ad Deum plenā rationem filiationis, id est perfectam similitudinem in ui generationis. 1 q. 27 ar. 2. iō non potest dici filius Dei, & consequenter nec spiritussancti, nec totius trinitatis, neque per creationem, neq; per gratiam; quoniam per hoc, s. per esse filiū ob creationem, vel grātiā, importatur filiatio imperfecta.

* ar. 1. huius quæst.
Ench. c. 38 to. 3.
Enc. c. 39. circa prin. to. 3.

1m ex Philosopho. Pater dat principium actiuū. R. In similitudinem speciei. §. Tunc ni-

bil,&c. Licet enim Spūsſanctus in conceptione Christi fecerit,tā quam artifex operans in exteriorem materiam, actiones omnes; quas facit semen hominis patris in generatione humana:tamē nō fuit in conceptione Christi hominis principium actiuum secundū similitudinē speciei, (ipse.n.nō fuit homo sicut Christus eius virtute factus est homo)cum tamen B.virgo ministrauerit ibi materiam in similitudinē speciei.

¶ Not. Ex textu responsali patere potest a simili, & debet, hæc alia ueritas, scilicet ꝙ Christus secundum humanitatem non est filius Dei patris. Licet enim pater (sicut & aliæ diuinæ personæ articul. 1.) formauerit corpus Christi: non tamen ratione talis formationis potest dici pater Christi hominis, nisi quatenus formatio ipsa terminatur ad unionem personalem; per quam ille homo est naturalis filius Dei patris. Vnde mox sequitur hæc differentia ad alias personas, & ad totam trinitatem, scilicet quod nec etiā in hoc sensu pōt dici filius pater suipsius, aut spiritussanctus, uel tota trinitas pater eiusdem, idest Christi hominis; quoniam nullius istorum Christi persona est filius naturalis.

Spiritusancto sicut de actiuo principio: non tamen secundum similitudinem speciei, sicut homo nascitur de patre suo, & ideo Christus nō dicitur filius Spiritussancti.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ homines, qui spiritualiter formantur a Spiritusancto, non possunt dici filii Dei secundum perfectam rationem filiationis, & ideo dicuntur filii Dei secundum filiationem imperfectam, quæ est secundum similitudinem gratiæ, quæ est a tota Trinitate, sed de Christo est alia ratio, vt dictum est. * Et similiter dicendū est ad Tertium.

dicente. Nunquid dicturi sumus, patrem hominis Christi esse spiritumsanctum; vt Deus pater Verbum genuerit, spiritussanctus hominem; ex qua utraque substantia Christus unus esset; & Dei patris filius secundum verbum, & spiritussancti filius secundum hominem: eo quod eū spiritussanctus, tanquā pater eius, de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Cum hoc ita sit absurdum, vt nullæ fideliū aures id ualeant sustinere. Proinde cum confiteamur Christū natum de spiritusancto ex Maria virgine: quomodo non sit filius spiritussancti, & sit filius virginis, cum & de illo & de illa sit natus, explicare difficile est. Proculdubio non sic de illo, vt de patre, sic autem de illa, vt de matre natus est. Non est autem concedendum; quicquid de aliqua re nascitur, continuò eiusdem rei filium nuncupandū. Vt enim omittam, aliter de homine nasci filium, aliter capillū, aliter pediculum uel lumbricum, quorum nihil filius (vt ergo hæc omittam; quoniam tantæ rei deformiter comparantur) certè qui nascuntur ex aqua & spiritusancto, non aquæ filios eos recte dixerit quispiam; sed dicuntur filii Dei patris, & matris Ecclesiæ. Sic ergo de spiritusancto natus est Christus; nec tamen filius est spiritussancti. Hæc ibi. Vbi, quia dicit ly non sic de illo, ut de patre, natus est, ipse Augustinus apertè significat: quod spiritussanctus non genuit Christum de beata Virgine. Et reuera sic est. Nam proprie generare est ex sua substantia aliquid producere (vt ait Damascenus): Spiritussanctus uero non produxit Christum hominem ex sua substantia, sed tantum sua uirtute (secundum Beatum Hieronymum supra artic. 2.): cum tamen beata virgo ex propria substantia Christum ipsum produxerit. Item eadem hæresis damnatur ab Ecclesia per hoc; quod ipsa, ex homil. Origenis super illud Matth. 1. dicit, quod Iesus Christus in terra est sine patre. Vide illam homil. in vigilia natalis Domini. Quod quidem dictum ab ea, tam solenniter approbatum non esset uerum (vt patet) si spiritussanctus, aut trinitas, esset pater Christi hominis; vel (quod in idem redit) si humana natura esset genitura illorum, idest si spiritussanctus, aut trinitas, genuisset proprie naturam humanam Christi. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

2^m illatio conclusionis. Videtur ergo, quod Chrs &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est circa hoc eadem ratio de Christo, & aliis hoibus (ut putat argumentum:) sed diuersa. Nam homines, qui spiritualiter formantur a Spiritusancto, &c vt in tex. vide corp. & coroll. post prob. conclusio.

3^m conclusionis illatio. Ergo spiritussanctus debet dici, &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est circa hoc eadem ratio de &c. vt ad secundū. Hac differentia tamen seruata; quod ibi sit sermo de iustificatione, hic autem de creatione.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Suencfeldianam dicentem: quod Christi humana natura est genitura spiritussancti. Hoc est in sensu. Quod spiritussanctus est pater Christi secundum humanitatem, quia ipsum secundum hanc generauit. Secundo habes: quomodo per ratione ostendas, hæresim illam damnari a D. Aug. in Enchirid. cap. 38. vel 39. dicen-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo præmittitur ratio paternitatis, & filiationis tam perfectæ, quam imperfectæ secundum quid. Attenditur secundo communis regula de prædicatione unius respectu eiusdem perfectæ, & imperfectæ. Tertio ex his respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum duo de his dicunt. Primo ponit quid attendans: secundo distinguunt in perfectæ, vel imperfectæ rōnis membra. Paternitas igitur, & filiatio in animalium generatione secundum similitudinem proprie dhr. Omnes particulæ in litera sigillatim, & clare declarant. Distinguuntur aūt paternitas, & filiatio secundum perfectam, vel imperfectam rationem, iuxta diuersæ rationis similitudinem: nam animal ex animali, aut excellentius uiuente, quam animal procedens, si perfecte accipit similitudinem producentis, perfecte ibi est pater, & filius: si imperfecta est similitudo, imperfecta quoque est patris, filiique ratio. Declaranturque exemplis patris secundum creationem, & secundum adoptionem gratiæ.

¶ Quo ad 2m, regula est: De aliquo dictū sm perfectā rōnem non dr de eodem sm imperfectā rōnē. Declarat exēplū de hoīe sm rōnē ueri, & sm rōnē picti hoīs, respectu Socratis, vt patet lia.

¶ Vbi aduerte, ꝙ regula intelligit de prædicatione simpliciter, & absolute, hoc est sine additione aliqua. Et in propterius rō est quia nomen quodcunq; simplr enunciatū de aliquo perfectæ rōne illud habente nō significat diminute illi conuenire, ac per hoc non secundum imperfectam, sed secundum perfectam rationem.

¶ Et scito, ꝙ sup ista regula fundat intellectus sacræ Scripturæ, cū de Iesu Chro loquēs affirmat ipsum esse Dei filiū ex hoc.n. ꝙ esse filiū Dei, Chro conuenit sm perfectā filiationis Dei rōnem, (quia est naturalis filius Dei) consequens est, ut nunquā Christus intelligendus sit filius adoptiuus, sicut ceteri sci, cū dr filius Dei.

¶ Quo ad tertiū, cōclusio est. Chrs nullo mō dēt dici filius Spūs sancti, aut potius Trinitatis. Probat: Chrs est filius Dei sm pfectā rōnē filiationis, ergo neq; rōne creationis, neq; iustificationis, sed solius æternæ gnationis dēt dici fili9 Dei. ergo nec Spūssancti, nec Trinitatis debet dici filius. Antecedēs patet. Prima cōsequentia pbatur ex regula præsupposita. Secūda uero pbatur: quia sm æternam generationem solius Patris est Filius.

¶ Quo.

S. Bon. 3. s.d. 4. q. 3. ar. 1.
Scot. 3. s.d. 4. q. 1.
Rich. 3. s.d. 4. 5. q. 1. & 2.
Durand. 3. s.d. 4. q. 2.
Bacco. 3. s.d. 4. q. 1.
Capr. 3. d. 4. q. 1. con. 1.
Palud. 3. d. 3. q. 3.
Medina ar. 4.

179
Inf. q. 35. ar. 4. ad 2. & 33. d. 3. q. 2. ar. 1.
* li. 3. ca. 2. parum ante med.

SVP. Q. XXXII. ART. IIII.

COncl. In cōceptione Chri beata virgo nihil actiuè operata est, sed solā materiā ministrauit: operata tamen est ante cōceptionem aliquid actiue, pparādo materiā, vt esset apta conceptui.

¶ Prob. 1. Quia ex falsitate opinionis contrarię hoc patet (vt in tex.) Secūdo, Quia tota virt9 actiua est ex parte pris, passiua aūt ex parte matris (vt patet ex

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beata Virgo aliquid actiuè egerit in conceptione corporis Christi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ beata Virgo; aliquid actiuè egerit in conceptione corporis Christi. Dicit.n. Dam.* in 3. lib. ꝙ Spiritussanctus superuenit Virgini, purgans ipsam, & uirtutē susceptiuam verbi Dei tribuens, simul aūt, & generatiuā: sed virtutem generatiuam passiuā habebat a natura, sicut, & quælibet fœmina ergo dedit ei uirtutem generatiuam actiuam, & sic aliquid actiuè egit in cōceptione Christi.

¶ 2 Præt. Omnes uirtutes animæ uegetabilis sunt uirtutes actiuæ, sicut Comment. dicit in 2. de anima: sed potentia generatiua, tam in mare,

ex distinctione sexuum; adiuncto 2. de coelo): Et B. virgo non accepit diuinitus hoc, scilicet vt esset pater Christi, sed ut esset mater (vt patet ex scripturis). Secunda uero pars, scilicet operata tamen, &c. probatur. Quia de se patet.

¶ Not. Probatio secundæ primæ partis conclusionis præsupponitur ex scripturis patere; & meritò. Nam quod B. virgini donatum sit diuinitus hoc, quod esset tantum mater Christi, habetur ex eo; quod scripturæ eā solum matrem uocant, vt Matth. 1. Cum esset desponsata mater Iesu Maria. & cap. 2. Accipe puerum & Mariā matrem eius. & cap. 12. Mater tua & fratres tui foris stant. Item Luc. 1. Vt veniat mater domini mei. & cap. 2. dicit mater eius ad illum. Item Ioan. 2. Erat mater Iesu ibi. Dicit mater eius ministris. & cap. 19. stabat iuxta crucem Iesu mater ei⁹. Dicit matri suæ. Item Actu. 1. cum mulieribus & Maria matre Iesu. Ex hoc enim q̄ nunquam uocant eam patrem Christi, relinquitur scripturæ proculdubio intelligendū; quod virgo beata non accepit diuinitus hoc, scilicet vt esset pater eius. Pro captu autem probationis vltimę partis, quod videlicet pateat de se, beatam virginem præparasse materiam, & consequenter aliquid egisse actiue, ante conceptionem; vide quæst. 31. artic. 5. Inde enim percipies; quod per virtutem generatiuam matres, antequam actu cōcipiāt, præparant sanguines, purificando, scilicet illos ad hoc, ut possint esse apti conceptui tempore opportuno: quod vtique præparare (vt constat intelligenti) sonat agere actiue. Vide hic argumentū, & respon. ad secundum.

D. 41. & 644.
D. 691.
*lib 8. tex. 29. to. 31. 32. & c. t. 2.
D. 690. & 851.
* li. 8. tex. 30. to. 2.

1m ex Damasceno. Simul uirtutem & generatiuam. ℞. i. simul autem &, q̄ posset generare actualiter absq; semine uiri. §. Adeo q̄ Damasc. per ly generatiuam, intelligit hoc totum. s. posse generare actualiter absq; semine viri. Tunc nihil, &c. Nulla enim fœmina habet a natura uirtutem generatiuam hāc scilicet, quod actualiter generare possit absq; uirili semine: licet a natura quælibet habeat uirtutem generatiuā in alio sensu. s. q̄ actualiter possit generare mediante uirili semine (remotis alijs, si quæ sunt, impedimentis). Vnde, cum de uirtute generatiua ie diuerso sensu loquātur Damascenus, & minor propositio, nō mirum: si argumentum, vtpote ex quattuor terminis existens, nihil concludat; immo nec propositum attingat.

D. 1117.

¶ Coroll. Ergo potentia generandi, considerata sm substantiam ipsius potentiæ, erat in B. virgine (sicut & in alijs fęminis) ante, quam spūssanctus in eā superueniret: sed tamen eadē potentia generandi, considerata secundum q̄ operationi actu coniungit, non erat in ipsa ante, q̄ spiritussanctus superueniret. Dedit ergo spūssanctus tunc ei potentiam generandi non secundum quod consideraē substantia potētię, sed sm quòd consideratur iuncta actui tali. Exemplum. Visus habet potentiæ substantiam ad uidendum, & antequam uisibile ei offeratur per aduentū noui luminis exterius; non tamen habet potētiam ipsam actui uidēdi actualiter coniūctā, antequam visibile ei sic offeratur. Sicut ergo visibile, mouendo visum dat ei posse uidere in actu: ita p modū talē spūssctūs dedit potētiā generādi B. virg.

* li. 2. tex. 27. to. 2.
D. 616.

2m de conclusione. Actiuè operaē ad cōceptionē prolis. ℞. Vel ante ipsā cōceptionē, vel in ipsa conceptione. §. In mare siquidē actiuè opaē in ipsa cōceptione, in fęmina verò ante cōceptionē. Tūc, &c. Nā in art. conclusione, iā cōcessum est; q̄ B. virgo ante cōceptionē actiuè materiam præparauerit.

*loco citato in arg.

¶ Not. Ideo aūt potētia generatiua, licet sic actiua, se extēdit in fęmina solūmodo ad pparationē materiæ p cōceptione plis: & in mare se extendit vlterius. i. vsq; ad formationē cōcipiēdæ plis: q a potentia gñatiua & in mare est pfecta, sed in femina est imperfecta. Vñ phil. dicit lib. 15. de aīalib q̄ mulier est sicut puer, qui nondū pt gñare. Porro ars, q̄ operaē formā, principatur (sm eūdē 2. physic.) & imperat ei; quæ pparat materiā (sicut ars compaginās nauim ei, q̄ cōplanat ligna): ideo; virtus, q̄ ad cōceptū plis materiā parat, est imperfecta respectu uirtutis q̄ ex pparata materia format plē. Virt⁹ ergo gñatiua B. virgi. q̄uis actiue concurrerit mō dicto ante cōceptionē, fuit quid imperfectum respectu virtutis actiuæ spiritussancti ex materia illa a virgine præparata formantis corpus Christi.

*li. 2. Phy. tex. 25. t. 2.
D. 660.
*In cor. ar.

3m de minori. Sed natura est principium. ℞. Vel actiuum, vel passiuum. §. Tunc nihil, &c. Ad hoc. s. quòd transmutatio sit naturalis, &c. vt in tex.

quam in fœmina pertinet ad animā vegetabilem. ergo tam in mare quā in fœmina actiuè operatur ad conceptionem prolis.

¶ 3 Præt. Fœmina ad conceptionē prolis materiā ministrat, ex qua naturaliter corpus prolis formatur: sed natura est principium motus intrinsecum. ergo videtur quòd in ipsa materia, quam beata virgo ministrauit ad conceptum Christi, fuerit aliquod principium actiuum.

Sed contra est, q̄ principiū actiuum in generatione dr̄ ratio seminalis, sed sicut Aug. dicit 10. sup Genes. ad literā corpus Christi in sola materia corporali, per diuinā conceptionis, formationisq; rationem de Virgine assumptū est, non autē sm aliquam rationem seminalem humanato. ergo Beata Virgo nihil actiuè fecit in conceptione corporis Christi.

Resp. Dicendum, q̄ quidam dicūt B. Virginem aliquid actiuè operari esse in conceptione Chri, & naturali virtute, & supernaturali. Naturali quidem uirtute, quia ponunt, q̄ in qualibet materia naturali est aliquod actiuū principium, alioquin credunt, q̄ non esset transmutatio naturalis, ī quo decipiuntur, quia transmutatio dr̄ naturalis pp principium intrinsecum, non solum actiuum, sed et passiuum. Expresse enim dicit Phil.* in 8. Phys. q̄ in grauibus, & leuibus est principium passiuum motus naturalis, & non actiuū. Nec est possibile, q̄ materia agat ad sui formationem, quia non est actu. Nec est ēt possibile, q̄ aliquid moueat seipsum, nisi diuidatur in duas partes, quarū vna sit mouens, & alia sit mota, quod in solis animatis contingit, vt probatur 8. Physic. Supernaturali aūt uirtute, quia dicunt ad matrem requiri, q̄d non solum materiā ministret (quæ est sanguis menstruus) sed etiā semen, quod cōmistum virili semini habet virtutem ī actiuam in generatione. Et quia in beata Virgine nulla fuit facta resolutio seminis pp integerrimam eius virginitatē dicunt q̄ Spūssanctus super naturaliter tribuit virtutem actiuam in conceptione corporis Chri, quā aliæ matres habent per semen resolutum.

Sed hoc non pōt stare, quia cum quælibet res sit pp suam operationem (vt dr̄ 2. de Cœlo*) natura nō distingueret ad opus generationis sexū maris, & fęminæ, nisi esset distincta operatio maris ab operatione fęminæ. In generatiōe aūt distinguit̄ operatio agētis, & patiētis. Vnde relinquit̄ q̄ tota uirt⁹ actiua sit ī ex parte maris, passio aūt ex parte fęminæ: pp quod in plātis, in quib. vtraq; uis commiscetur, non distinctio maris, & fœminæ.

Quia igitur beata Virgo nō hoc accepit, vt esset pater Chri, sed mr̄, consequens est q̄ non acceperit potentiā actiuam in cōceptione Christi, siue aliquid egerit, ex quo sequit̄ ipsam fuisse patrem Christi, siue nihil egerit (vt quidam dicunt) ex quo sequitur hmōi potentiam actiuam sibi frustra fuisse collatam. Et ideo dicendum est, quod in ipsa conceptione Christi beata Virgo nihil actiuè operata est, sed solam materiam ministrauit: operata tamen est ante conceptionem aliquid actiuè, præparando materiam, vt esset apta conceptui.

Ad primum ergo dicendū, q̄ illa conceptio tria priuilegia habuit, s. q̄ esset sine peccato originali, q̄ esset non puri hoīs, sed Dei, & hominis, item, q̄ esset conceptio virginis: & hæc tria habuit a Spūsancto. Et ideo dicit Damasc.* quantū ad primum, q̄ Spūssanctus superuenit Virgini purgans ipsam. i. præseruans, ne cum peccato originali cōciperet. Quantum ad secundum dicit, & virtutem susceptiuam verbi Dei tribuens. i. vt conciperet verbū Dei. Quantū aūt ad tertium dicit, simul autem, & generatiuam, vt s. manens virgo posset gñare, nō quidē actiuè, sed passiuè, sicut aliæ matres hoc consequuntur ex semine viri.

Ad secundum dicendum, q̄ potentia generatiua in fœmina est imperfecta respectu potētiæ generatiuæ, quæ est in mare. Et ideo sicut in artib. ars inferior disponit materiā, ars aūt superior inducit formam, ut dr̄ in 2. Physic.* ita ēt uirtus generatiua fœminæ præparat materiam, uirtus autē actiua maris format materiam præparatam.

Ad tertium dicendum, q̄ ad hoc q̄ transmutatio sit naturalis, non requiritur, q̄ in materia sit principium ī actiuum, sed solum passiuum, vt dictum est.*

QVAE-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito esse a scripturis, & Aug. insinuatũ: quod beata Virgo nihil actiuè egerit in cõceptione Christi. A D. Augustino quidem; vt in argum. contr. Ac si dixerit ibi Augustinus in sensu, quod alibi parum remote his verbis expressit. Christus visibilem carnis substantiam de carne virginis assumpsit: ratio verò conceptionis non a virili semine, sed longe aliter, ac desuper, venit. Vbi per ly ratio conceptionis (vt patet consideranti) intelligitur uirtus actiua in conceptione. Cum ergo virtus hæc, secundum illum, fuerit desuper, sequitur; quod secundum eundem, nõ fuerit a virgine; & consequenter quod ipsa non concurrerit actiuè in illa conceptione prædicta. A scripturis verò idem insinuatur per hoc, quod ubique vocant tantum eam matrem Christi, vt Matth. 1. De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus; &, cum esset desponsata mater Iesu Maria, &c. (vt supra. Nota post prob. conclus.): Ac si per hoc aperte dixerint. Beata Maria Virgo ad conceptum Christi non nisi, vt mater, se habuit. Quomodo autem se habeat mater in hoc ad filios, monstrauit philosophus in 15. de animalibus dicens. Vir dat animam, formam, & principiũ motus; fœmina dat corpus & materiam. Sicut accidit in lacte coagulato; quod corpus exit ex lactè, & coagulatio ex coagulo. Et infra. Manifestum est; quod mas est operans, & fœmina patiens: sicut erit scamnum ex carpentario, & ligno. Hæc ille. Pro quorũ tamen, & consequenter pro totius articuli præsentis (cuius declarationẽ primo intendimus) notitia pleniori aduerte: quod circa prolis conceptionem triplex actio considerari potest Vna, quę & principalis est, scilicet formatio & organizatio corporis: Alia actio est, quæ pparat ad hanc actionẽ (cum.n. formatio prolis fieri debeat ex materia non quacũq;, sed conuenienti; oportet esse virtutem aliquam agentem, quę actione sua præparet materiam ad formationem, seu ad hoc, vt postea inde formetur fœtus. Alia item actio est, quæ concomitatur aut sequitur actionem illã principalem (nam sicut locus facit ad bonitatem generationis: ita & bona matricis dispositio iuuat ad bonam dispositionem prolis, tãquam præbens ei fomentum. Ex Auicenna cap. de dilu.) His tribus actionibus stantibus, adhuc scito: quod respectu principalis actionis mater nihil agit, sed solummodo subministrat materiam agenti, scilicet patri: respectu autem actionis præparatoriæ, mater actiue se habet, quoniam actiue præparat materiam: respectu verò actionis concomitantis vel sequentis, mater etiam actiue concurrit, fomentum, scilicet dando proli iam formatæ. Ex his ita præmissis, applicando, concludas ad propositum articuli: quod, quantum ad principalem actionem, scilicet formationis corporis Christi, nihil fuit ex parte beatæ virginis, quod esset actiuum; sed id, quod ipsa uirgo ministrauit, se habuit solum materialiter ad hanc actionem. Quantum vero ad secundam & tertiam rationem, scilicet præparatoriam, & etiam concomitantem, beata Virgo actiue operata est: sicut & aliæ matres. Meritò igitur ab Ecclesia catholica semper & dictum fuit, & dicitur, & dicetur: quod beata virgo est uere mater Christi, ideoque, cum Christus sit uerus Deus, quæstio. 35. articul. 4. quod ipsa est uere mater Dei veri. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus, notando quod non est quæstio, an actiuè egerit, sed an actiue egerit in ipso actu conceptionis corporis Christi: de actione enim circa illum actum est quæstio.

¶ In corpore articuli quatuor fiunt: primo refertur opinio quędam habens duas partes. Secundo improbatur prima pars illius: tertio secunda: quarto respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum opinio dicit beatam virginem operatam in conceptione Christi actiue dupliciter: scilicet naturali, & super naturali virtute. Et primæ partis ratio est communis de inchoatione formarum in materia per aliquod cooperatiuum principiũ in materia. in hoc enim ponitur differentia inter transmutationẽ naturalem, & artificialem: quia naturalis habet tale principium in materia, & ideo est naturalis: artificialis uero habet solam materiam pure passiuam.

¶ Quo ad secundum tripliciter arguit contra hoc Auctor. Primo interimendo fundamentum, quia ad mutationem naturalem sufficit principium materiale esse passiuum, ex auctoritate Aristot. Secundo: quia impossibile est quod materia agat ad sui formationem: quia non est actu. agere enim est actus non potentiæ, semper enim æstimabitur species mouere, ut dicitur 3. Physi. Tertio, quia impossibile est aliquid non diuisum in duas partes (vt animata) mouere seipsum, ex 8. Physic.

¶ Aduerte hic, quod oportet digredi ad quæstiones multas, si examinandæ essent hæ rationes. Nam, & de inchoatione formarum, & de motu grauium, & leuium, & de maxima, atque uetustissima ambiguitate, an aliquid seipsum mouere possit, tractare oporteret & non Theologiam puram tradere opere lõgo, propterea extra librum hunc, tractanda hæc relinquam.

¶ Quo ad tertium ponitur primo ratio secundæ partis. Et assumit ratio hæc duo. Alterum naturale, scilicet quod mater concurrit ad generationem per proprium semen, actiue concurrens ad generationem. alterum supernaturale, scilicet quod beatæ Virgini data est miraculosè uirtus illa actiua, quam aliæ matres habent per semen, vt scilicet sine semine posset quod per semen potuisset. Et huius miraculi ratio est integerrima uirginitas, cui repugnat seminis resolutio. Deinde ponitur improbatio istius opinionis quo ad radicem eius, & ipsam bipartitam. Et est ratio ista. Distinctio sexus est a natura propter diuersam operationem opportunam. ergo est penes diuersitatem agentis, & patientis, ergo tota uirtus actiua est ex parte maris: passio vero ex parte fœminæ. Antecedens probatur ex secundo Cœli sic, Sexus est propter operationem opportunam ad generationem. ergo diuersitas sexus est propter diuersam operationem opportunam ad generationem. Consequentia hæc est per se nota, & assumptam est ex primo Cęli. Vnumquodque est propter suam operationem. Consequentia principalis probatur in litera, quia distinctio operationis in generatione est sm agens, & patiens. Deinde ad huius rationis conclusionem firmandam affertur signum in litera ex plantis, quia ideo in illis non est distinctio sexus, quia actiua, & passiua uirtus sunt mistæ: hoc enim signum est quod distinctio sexus est penes actiuũ, & passiuum, hæc quo ad radicem positionis.

¶ Contra ipsam vero positionem procedit litera subsumendo, beata Virgo non accepit a Spiritusancto, vt esset pater Christi, sed mater. ergo non accepit potentiam actiuam in conceptione. Demum duæ uiæ secundum hanc opinionem excluduntur, altera dicentium, quod uirtute illa supernaturali beata Virgo usa est agendo conceptionem Christi, & sic fuisset pater Christi: altera dicentium, quod uirtute illa beata Virgo non est usa, & sic frustra collata ei fuisset uirtus illa actua.

¶ Circa processum istum duo occurrunt dubia. Primum est circa consequentiam principalem allatæ rationis. non enim apparet illius efficacia, quoniam fundatur super illa vniuersali. Omnis diuersitas operationum ad generationem, est secundum diuersitatem actiui, & passiui, quæ non uidetur uera, nec in litera habetur. Et quidem quod oporteat illam uniuersaliter esse ueram ad probandum dictam consequentiam, patet clarissime: quia nisi sit vniuersaliter uera, facile negabitur consequentia, concedendo omnia assumpta, scilicet & quod distinctio sexuum est propter diuersam operationem, & quod distinctio operationis aliqua est penes actiuum, & passiuum. Tunc enim patet debilitas consequentiæ, quia ex hoc quod aliqua distinctio operis ad generationẽ est penes actiuum, & passiuum, nõ sequitur determinate. ergo distinctio sexus est penes actiuum, & passiuum. Sed si omnis distinctio operationis ad generationem est penes actiuum, & passiuum, optime sequetur. ergo, distinctio sexuum est penes actiuum, & passiuum: quia ipsa est manifeste ad diuersa opera ad generationem requisita.

¶ Secundum dubium est circa secundam consequentiam, s. ergo tota uis actiua se tenet ex parte patris. Nam plus infertur, quã sequatur, licet enim sequatur. ergo tota se tenet ex parte patris, non tamen sequitur ergo tota se tenet ex illa parte. Et confirmatur, quia secundum multos concedentes marem, & fęminam distingui penes actiuum, & passiuum, pater etiam concurrit aliqualiter passiue, pro quanto pars seminis paterni materialiter concurrit ad generationem. Igitur econtra aliquid ex parte matris non inconuenit concurrere actiuè, quamuis principalius concurrat passiue, & sic falsum est, totam vim actiuam ex parte maris, & totam passiuã ex parte fœminæ se tenere.

¶ Antequã ad hæc dicaẽ dubia, est terminandus progressus articuli, vt motis aliis propinquis dubiis possit simul responderi.

¶ Quoad quartum respondetur quæsito duabus conclusionib. Prima est, beata Virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiue operata est: sed solam materiam ministrauit. Secunda conclusio est. Ante conceptionem operata est aliquid actiuè præparando materiam, vt esset apta conceptui, & prima conclusio non aliter in litera, probatur, quam ex supradictis illam inferendo: si enim tota uis actiua generationis est ex parte maris restat, vt fœmina passiue solum concurrat. Secunda autem conclusio tamquam manifesta relinquitur, quasi consequenter se habens.

¶ Aduerte hic, ꝙ aliud est loqui de ipso actu conceptionis, & aliud de mensura ipsius actus. In litera non dicitur, ꝙ beata Virgo nihil actiue operata est in mensura actus conceptionis, sed dicitur nihil actiue operata est in ipso actu conceptionis. Nam beata Virgo

ta Virgo in illo instanti conceptionis materiam ministrauit, ac per hoc actiue operata est quia materiam ministrare agere proculdubio est: ita quod in toto tempore præcedente instans conceptionis, beata Virgo præparauit materiam (ut in secunda conclusione dicitur) & in illanti terminante tempus illud, quod fuit instans cõceptionis, præparatam materiam ministrauit (ut in prima conclusione dicitur) quasi ad terminum suæ actionis perueniens. Ad ipsum autem conceptionis actum non concurrit actiue, sed passiue, suscipiendo in materia ministrata actionem agentis Spiritussancti loco seminis.

¶ Occurrit circa conclusionem dubium ex Sco. in 3. Sent. di. 4. quæst. 1. directe contra doctrinam præsentis articuli arguente, primo de matribus in communi. Tum primo, quia formas eiusdem speciei consequuntur potentiæ naturales eiusdem speciei, mas, & fœmina sunt eiusdem speciei, 10. Met. ergo si formam maris sequitur potentia uegetatiua actiua similiter, & formam fœminæ. Et confirmatur, quia aliter uegetatiua maris, & fœminæ differrẽt sicut actiua, & passiua, & ita essent potentiæ omnino alterius rationis. Tum secundò, quia mater naturaliter plus diligit filium, quã pater, ut patet 8. Eth. Ergo filius est opus matris. Et probatur consequẽtia, quia pater diligit filium ut opus suum. Tum tertio, quia filius assimilatur magis quandoque matri, quam patri. ergo in matre est uirtus actiua. Probatur sequela, quia agentis est assimilare sibi effectuum, ita quod effectus nulli assimilatur, nisi propter aliquam actionem eius. Tum quartò, quia matrem tantum esse quasi uas, in quo sicut in loco conueniente generatur proles, & de aliquo eius ut materia, non uidetur plus dare matri quam terræ, in generatione mineræ, si de aliquo eius generantur minera, & sic talis terra esset mater mineræ, immo homo esset mater uermis in eo geniti loco conuenienti ex aliquo hominis. Et si dicatur quod uermis non est eiusdem speciei, obiicitur, quod asina est mater mulæ, & tamen non est eiusdem speciei.

¶ Secundo principaliter, obiicitur de hac matre in speciali per illud Damasc. cap. 40. uirtutem, tribuens susceptiuam; simul autem, & generatiuam, si enim ipsa esset tantum principium passiuum, non uideretur quare copulauit uirtuti susceptiuæ uirtutẽ generatiuam.

¶ Ad euidentiam motarum quæstionum, sciendum est, quod ueritas quæstionis huius, sicut, & multarum aliarum in medio cõsistit. Et ideo extrema sectati errauerunt, quia medium extremorum naturas sapit, ueritatis aliquid attigerunt. Fœminarum enim potentiæ ad partem vegetatiuam spectantes actiuæ proculdubio sunt, sed res, facta ab actiua potentia fœminæ materiale est, non actiuum generationis principium, ita quod mas, & fœmina conueniunt in hoc, quod utriusque potentiæ sunt actiuæ, sed differunt in re facta per illas potentias, nam factum a mare, semen est actiuum generationis principium, factum uero a fœmina, quicquid sit illud menstruum, aut semen, materiale est generationis principium. Hæc est Peripateticorum, quos Auctor sequitur sententia, consonatque primæ philosophiæ, quoniam sic inter marem, & fœminam vnitas specifica saluatur, & in formis, & in potentiis, & differentia ponitur ex parte corporis, seu materiæ dum penes res factas, non penes potentias animæ diuersitas formalis actiui, & passiui collocatur: res enim facta ex parte corporis se tenet. Consonat quoque specificæ diuersitati maris, & fœminæ in genere sexus: differentia si quidem maris, & fœminæ formalis est in genere sexus, materialis autem in genere animalis, vnde ista specifica differentia ex parte materiæ consequens animalis genus, rationabiliter infert in ipsis propriis effectibus maris, & fœminæ diuersarum rationum conditiones. Attestatur demum huic positioni, ipsa exterior dispositio membrorum cum suis propriis operationibus apparentibus manifeste: membra si quidem masculino sexui propria ad agendum apta conspicimus, membra uero fœmineo sexui: propria ad recipiendum facta uidemus, & fœminas recipere semen a maribus efficientibus illud, constat. Recipere autem adeo includitur in eo quod est pati, ut etiam in substantiis immaterialibus, in quibus non manifeste apparet potentia passiua dicamus eas tantum pati quantum recipiunt. Quo fit, ut alienus a philosophiæ uus sit, qui negat fœminas pati in conceptione, experientia testante eas recipere semen uirile.

¶ His prælibatis, ad primum dubium contra processum literæ dicitur, quod sermo literæ est de prima distinctione per se operationis ad generandum, ita quod intentio literæ est, quod prima per se diuersitas operationum ad generandum est secundum rationem actiui, & passiui. Et hæc propositio non eget probatione, quia ad sensum est per se nota, quia constat quod est secũdum rationem immissionis, & receptionis. Et super hac propositione optime fundatur sequela, quia mas, & fœmina per se diuersificantur penes diuersa per se primo opera ad generandum: quoniã ad hoc a natura distinctio sexuum ordinatur, ut patet.

¶ Ad secundum uero dubium, contra eiusdem processus alteram consequentiam respondetur, quod secunda consequentia, scilicet ergo tota uis actiua ex parte maris se tenet, rationabilis est, quia ex eo, quod e regione diuersificantur per se primo opera generationis penes actiuum, & passiuum, consentaneum est, ut tota latitudo actiui in generatione se teneat ex parte primi actiui. Qđ autem opiniones diuersæ sint de semine maris, non obstat, quin rationalis sit positio contraria peripateticorum principiis, quam sequitur Auctor. Non est alienum a doctrina sana tradere, quod rationi consonat, licet demonstratio mathematica non habeatur licet alii oppositum sentiant. Ex dictis si quidem quilibet percipere potest, quod ex apparentibus membris, & operationibus constantibus arguendo ad ea, quæ sensui non subiacent, consentaneũ rationi est, ut prima distinguendi inter marem, & fœminam ratio sit penes agere, & pati proculdubio generationem, propter quam per se primo est sexus, & eius diuersitas.

¶ Ad obiecta. Scoti contra doctrinam articuli huius de matribus in communi respondetur, & ad primum dicitur, quod mirum est de isto homine assumente argumentum Auctoris in litera secundum, & uidentem responsionem, & tamen arguente, quasi Auctor non responderit. Dicimus ergo, ut iam dictum est, quod nec somniauimus potentiam uegetatiuam in muliere esse passiuam, actiua enim est, sed materiæ in quam semẽ uiri agit: sicut etiam in uno, & eodem homine digestiua uirtus est actiua materiæ, in quam nutritiua agit, conuertendo in substantiam aliti. Nec accipias proprie, sed exempli gratia dictum in litera in respõsione ad secundum, quod potentiæ generatiuæ, in mari & fœmina sint sicut ars superior, & inferior, sunt enim non diuersa, sed eiusdem rationis in se, quamuis si ad res effectas ab eis referatur, diuersarum rationum inuenirentur secundum diuersam rationem actiui, & passiui: agendi, & patiendi, ut dictum est. Dic ergo, quod potẽtia generatiua fœminæ est actiua, non generationis, sed materiæ proximæ, & propriæ ipsius generationis, & geniti.

¶ Ad secũdum dicitur, quod mater diligit filium suum, ut proprium opus effectiue, secundum propriam materiam, seu propriũ corpus ipsius filii: est enim ipsa effectiua causa materiæ proximæ, ut dictum est.

¶ Ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo, ꝙ quia mater est causa effectiua materiæ proximæ filii, ideò filius assimilatur matri: sed falluntur arguentes a negata efficientia respectu actus conceptionis, seu generationis in utero, ad inferendum negati omnem efficientiam respectu filii.

¶ Ad quartum dicitur, quod nos non dicimus matrem esse ut uas, seu locum, &c. Ambæ enim opiniones sunt extremę, & quod mater concurrat actiue ad generationem, & quod mater sit pure receptiue, & passiue principium filii: media si quidem est peripatetica sententia, matrem esse principium actiuum materię filii, & passiuum generationis eiusdem.

¶ Ad obiecta ex Damasc. auctoritate respondetur in litera ad primũ, ꝙ ideo generatiuam adiunxit Damasc. susceptiuæ, quia diuersas conditiones indicant: susceptiua quidẽ potentia ad filium Dei refertur, generatiua aũt ad virginitatẽ matris, uirgo enim manens virgo, non potest generare, qm̃ generatio tunc tñ naturaliter fieri potest à fœmina, quantumcumq; fęcunda, quum concipere potest, concipere autem passiue nõ potest sine uirili semine, quod si fit, iam non uirgo conciperet. Quia ergo B. Virgini tributum est ut manens uirgo posset concipere: ideo ad hoc describendum Damas. addidit generatiuam, potentia enim passiue generatiua, proculdubio potentia generatiua est, multum distans a ratione potentiæ susceptiuæ uerbi Dei, ut patet.

QVÆSTIO XXXIII.

De modo, & Ordine conceptionis Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo, & ordine cõceptionis Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.

¶ Secundò, Vtrũ in primo instanti conceptionis fuerit animatum.

¶ Tertiò, Vtrum in primò instanti conceptionis fuerit à verbo assumptum.

¶ Quartò, Vtrum cõceptio illa fuerit naturalis, uel miraculosa.

Ferr. contr. Gent. c. 95. Medina ar. 2.

SVP. Q. XXXIII. ART. 2.

COnc. 1. Ipsa formatio corporis Christi, in qua principaliter ratio conceptionis consistit, fuit in instanti: licet præambulum conceptioni non fuerit in instanti; neque id, quod conceptionem consequitur.

¶ Prob. Primò, quia corp' Christi fuit formatum per uirtutẽ agentis infinitam, id est Spiritussancti (ut patet quæstio. 32. artic. 1.) Et agens infinitæ uirtutis potest in instanti dispo-

nere

nere materiam ad debitam formam. Secundò, quia si ante formationẽ corporis perfectam aliquod tempus cõceptionis præcessisset, tunc nõ posset tota conceptio attribui filio Dei (cum
180 ei non nisi ratione assũptionis attribuatur; congruumq; non fuerit, ut corpus humanum assumeret, nisi formatum): & tamen tota ipsi attribuitur secũdum fidem dicentem, quod filius Dei conceptus est (ut patet in Symbolo Apostolorum). Secunda autem pars, scilicet licet, &c. probatur; Quia præambulum conceptionis est motus localis sanguinis quo, scilicet de loco ubi erat, transfertur ad locum generationis: & esse in instanti est cõtra rationẽ motus localis corporis cuiuscumque. Tertia uerò pars, scilicet neque id &c. probatur; Quia id, quod sequitur conceptionem est augmentum, quo corpus iã conceptum perducitur ad debitam quantitatem: & augmentum tale necessariò est successiuum (ut per duas rationes in tex. declaratur.)

¶ Not. Pro declaratione probationis secundæ primæ partis cõclusionis, recole, quod determinatum fuit, q. 6. art. 5. quod humanæ naturæ partes non sunt assumptibiles, nisi ratione totius. Mox enim inde tibi occurret esse uerum, q. natura humana non prius fuit assumpta, quam in sua specie perficeretur, id quod est ratio probationis illius dicentis ly si antè perfectam formationem corporis aliqđ tẽpus conceptionis præcessisset, tunc nõ posset tota conceptio attribui filio Dei. Ex his ergo relinquitur, necessario esse dicendum, quod illa conceptio fuit sic instantanea, quod in eodem instanti fuerunt quatuor hæc, scilicet conuersio illius purissimi sanguinis in carnem aliasque partes corporis Christi, & formatio membrorum organicorum, & animatio per animam intellectiuam corporis ipsius organici, & assumptio eiusdem corporis animati in unitatẽ Verbi diuini. Quæ omnia non successiue facta sunt (ut in cæteris hominibus): eo qđ conceptio illa quæ quatuor

3. d. 3. q. 5. ar. 3. Et 4. cõtr. c. 44.
* lib. 4. de Tri. c. 5. in prin. to. 3.
† li. 83. qq. 8. q. 4. 56. in fi. to. 4.
* li. 6. phys. tex. 37. 38. 39. co. 2.
† q. 31. art. 5.
* li. 18. c. 35 in prin.

ARTICVLVS I.

Vtrum corpus Christi fuerit formatum in primo instanti conceptionis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi non fuerit formatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicitur enim Ioan. 2. Quadraginta, & sex annis ædificatum est templũ hoc. Quod exponens Augustin. 4. de Trinit. * dicit, Hic numerus perfectioni Dominici corporis apertè congruit. Et in lib. 83. † Quæstionum dicit, non absurdè 46. annis dicitur fabricatum esset templum, quod corpus eius figurabat, ut quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Domini perfectione. non ergo in primo instanti conceptionis corpus Christi fuit perfectè formatum.

¶ 2 Præt. Ad formationem corporis Christi requirebatur motus localis: quo purissimi sanguines de corpore Virginis ad locum generationis congruum peruenirent: nullum autem corpus potest moueri localiter in instanti, eo quod tempus motus diuiditur secundum diuisionem mobilis, ut probatur in sexto Physicorum. * ergo corpus Christi non fuit in instanti formatum.

¶ 3 Præterea. Corpus Christi formatum est ex purissimis sanguinibus Virginis, ut supra habitum est. † Non autem potuit esse materia illa in eodem instanti sanguis & caro, quia sic materia simul fuisset sub duabus formis. ergo aliud fuit instans, in quo ultimo fuit sanguis, & aliud in quo primo fuit caro formata: sed inter quælibet duo instantia est tempus medium. ergo corpus Christi non fuit in instanti formatum, sed per aliquod tempus.

¶ 4 Præt. Sicut potentia augmentatiua requirit determinatum tempus in suo actu, ita etiam, & uirtus generatiua: utraque enim est potentia naturalis ad uegetatiuam animam pertinens, sed corpus Christi fuit determinato tempore augmentatum, sicut, & aliorum hominum corpora dicitur enim Luc. 2. quod proficiebat sapientia, & ætate. ergo uidetur quod pari ratione formatio corporis eius, quæ pertinet ad uim generatiuam, non fuerit in instanti formatum, sed determinato tempore, quo aliorũ hominum corpora formantur.

SED CONTRA est, quod Greg. * dicit 18. Moralium, Angelo nunciante, & Spiritusancto adueniente mox uerbum in utero, mox intra uterum Verbum caro.

RESPON. Dicendum, quod in conceptione corporis Christi, tria est considerare. Primo quidem, motum localem sanguinis ad locum generationis: secundò formationem corporis ex tali materia: tertio autem, augmentum quo perducitur ad quantitatem perfectam: in quorum medio ratio conceptionis consistit. nam primum est conceptioni præambulum: tertium autem conceptionem consequitur. Primum autem non potuit esse in instanti, quia hoc est contra ipsam rationem motus localis corporis cuiuscumque, cuius partes successiuè subintrant locum. Similiter, & tertium oportet esse successiuum. tum quia augmentum non est sine motu locali, tum etiam quia procedit ex uirtute animæ iã in corpore formato operantis, quæ non operatur nisi in tempore. Sed ipsa formatio corporis, qua principaliter ratio cõceptionis consistit fuit in instanti, duplici ratione. Primò quidem, propter uirtutem agentis infinitam, scilicet Spiritussancti, per quem corpus Christi est formatũ, ut supra dictum est. * Tanto enim aliquod agens citius potest materiam disponere, quanto maioris uirtutis est, unde agens infinitæ uirtutis, potest in instanti materiam disponere ad debitam formam. Secũdo ex parte personæ Filii, cuius corpus formabatur, non enim erat congruum, ut corpus humanum assumeret nisi formatum. Si autem ante formationem perfectam aliquod tempus conceptionis præcessisset, non posset tota conceptio attribui filio Dei, quæ attribuitur ei nisi ratione assumptionis. Et ideo in primo instanti, quo materia adunata peruenit ad locum generationis, fuit perfectè formatum corpus Christi, & assumptum. Et per hoc dicitur ipse filius Dei conceptus, quod aliter dici non posset.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uerbum August. utrobique nõ refertur ad solam formationem corporis Christi, sed ad formationẽ simul cum determinato augmento usque ad tempus partus. Vnde secundum rationem illius numeri, dicit perfici tempus nouẽm mensium, quo Christus fuit in utero Virginis.

AD SECVNDVM dicendum, quod motus ille localis non comprehenditur infra ipsam cõceptionem, sed est conceptioni præambulus.

AD TERTIVM dicendum, quod non est assignare ultimum instans, d in quo materia illa fuit

tuor ista importat, uirtute Spiritussancti infinitè agẽtis facta est (ut dixi probatio prima.)

1ᵐ ex D. August. In corporis Dominici pfectio ne. R. Sumpta simul cũ eiusdem corporis augmẽto usque ad tempus partus. §. Tũc nihil &c. vt patet. Nam conclusio articuli sumit perfectionem corporis in alio sensu, scilicet p formatione essentialiter completa solum, cum manifeste distinguat ipsam formationem ab augmento consequẽte.

2ᵐ de maiori. Requirebatur motus localis. R. Tamquam quoddam præambulũ ad formationem illam. §. Tunc nihil &c. ut patet ex articuli conclusione. Esset autem contra, si motus ipse localis requireretur ad formationem, tamquam quoddam essentialiter in conceptione inclusum, quod tamen non est.

3ᵐ illatio conclusionis primæ. Ergo aliud fuit instans, in q. ul. f. s. & a. in q. p. f. c. formata. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso præsupposito, quod scilicet materia illa dicatur in eodem instanti fuisse sanguis, & caro. Nam hoc non dicitur sed solum præsupponitur, tamquam uerum, quod eadem materia in toto tempore præcedẽte continui motus ad locũ generationis fuit sanguis; & quod in fine ipsius temporis, qui uti que est instans terminans illud, illamet materia fuit caro Non ergo in diuersis instantibus (ut putat argumentum), sed in tempore, & eius finali instanti, fuit sanguis & caro. Nõ enim est assignare ultimum instans &c. ut in tex. Ex quo dic, quod solummodo est accipere ultimum tempus; in quo illa materia erat sanguis. Cum ergo tẽpus continuetur instanti suo absque hoc, quod aliquod cadat medium inter ipsa (sicut nec inter lineam & suum punctum cadit medium) dicere oportet, quod sanguis & caro successerũt sibi inuicem in illa materia, nullo medio inter-

* q. præced. art. c.
D. 744.

fermeniente. Vnde patet, quod non oportet ponere inter sanguiné illum & carnem aliquod tempus medium, & consequenter non oportet, quod conceptio illa indicetur successiua. Hoc dicendum est, quod tunc, idest in illo instanti, qui scilicet est terminus motus præcedentis fuit simul concipi, & conceptum esse; sicut in instanti, quo motus præcedens terminatur est simul (secundum Philosophum) illuminari, & illuminatum esse.

4m de maiori.

Ita etiam uirtus generatiua. &. Generantis ex semine. §. Idest patris. Tunc nihil &c. Nõ enim corpus Christi per uirtutem generatiuam patris, & consequenter non ex semine uiri, fuit formatum, sed ex operatione Spiritussancti &c. ut in tex. Ex quo inferas, quod facere mentionem hic de tali uirtute generatiua (ut facit argumentum) est omnino extra propositum. Ergo in conclusione argumenti negandum est ly quæ (scilicet formatio corporis eius) pertinet ad uim generatiuam.

sanguis, sed est assignare ultimũ tẽpus, quod continuatur nullo interueniente medio ad primum instãs, in quo fuit caro Christi formata. Et hoc instans fuit terminus temporis motus localis materiæ ad locum generationis.

Ad quartum dicendum, quod augmentum fit per potentiam augmentatiuam ipsius, quod augetur: sed formatio corporis fit per potentiam generatiuam, non eius, qui generatur, sed ipsius generantis ex semine, in quo operatur uis formatiua ab anima patris deriuata. Corpus autem Christi non fuit formatũ ex semine uiri (sicut supra dictum est*) sed ex operatione Spiritussancti, & ideo talis debuit esse formatio, ut Spiritumsanctum deceret. Sed augmentum corporis Christi fuit factum secundum potentiam augmentatiuam animæ Christi, quæ cum sit specie conformis animæ nostræ, eodem modo debuit corpus illud augmentari, sicut, & alia hominũ corpora augmentãtur, ut ex hoc ostenderetur ueritas humanę naturę.

*q. præced. ar. 1.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatũ esse, à scripturis & Gregorio, quod corpus Christi in primo instanti cõceptionis suæ fuit formatum. A B. Gregorio, si quidem ut in argumen. contr. Pro cuius notitia aduerte, quod ly mox, non dicit tempus breue (ut Tobiæ 11. mox aperientur oculi eius. Et tamen post dimidium ferè horam hoc factum est): sed dicit mutationem instantaneam, seu instans temporis (ut Tobiæ 3. Asmodeus occiderat eos mox, ut ingressi fuissent ad eam. Alioquin, ut patet, nihil concluderet ad propositum suum Diuus Thomas per hanc authoritatem. Rursus nota ly angelo nunciante, & Spiritusancto adueniente, quod scilicet totum hoc sumitur coniunctim, ita quod licet Angelus nunciauerit, antequam Spiritussanctus adueniret, tamen Verbum caro factum non est, nisi tunc primò, quando nunciationi Angelicæ simul coniunctus est aduentus Spiritussancti. Hoc autem tunc fuit, quando Beata Virgo consensum præbuit, obsequiumq; Deo in his, quę ab Angelo audierat, spopondit dicens; Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. In eodem enim instanti, quo illius sententiæ, quæ tempore mensuratur, protulit ultimam literam, scilicet ly tuum, mox aduenit Spiritussanctus, de quo Angelus ipse prædixerat ly Spiritussanctus superueniet in te: Et sic in illo tunc eodem factum est, quod ex Diuo Gregorio inquit textus, scilicet Verbum in utero, intra uterum Verbum caro. A scripturis uero idipsum insinuatur per hoc, quod dicitur Ioan. 1. Ipse est, qui ante me factus est. Clarum est enim quod hoc de Christo quo ad diuinitatem non potest intelligi, cum de ipso quò ad diuinitatem Ecclesia in fidei symbolo cantet, ly genitum non factum. Vbi aperte fatetur, quod ille quantum ad diuinitatem non est factus, sed genitus. Oportet ergo intelligere Euãgelicam illam sententiam de Christo, quo ad humanitatem, ita quod Christus homo factus sit ante, quam Ioannes Baptista fieret homo. Quod utique non potest intelligi comparando unius conceptionem, qua aliquis fit homo, conceptioni alterius, uidendo, scilicet utra illarum sit tempore prior. Nam per dictum Luc. 1. hic mensis est sextus illi quæ uocatur sterilis constat quod Ioannes Baptista fuit multo tẽpore conceptus, ideoq; factus homo ante, quã Christus homo conciperetur. Non ergo comparando conceptiones utriusque ad inuicem uerificatur illa sententia: sed aliter, & hoc est, considerando utriusq; conceptionem in seipsa, quænam, scilicet illarum secundum se citius facta sit postquam incœpit fieri. Vt, si dicamus. Conceptio Ioannis Baptistæ quanto tempore durauit, antequam essentialiter compleretur, idest antequam corpus Ioannis in illa conceptione formaretur? Durauit quadraginta diebus (secundum enim Philosophum 9. de Animalibus masculi conceptio non perficitur, nisi usque ad quadragesimum diem) vel quadraginta quinque (secundum B. Augustinũ). Nam primi sex diebus (inquit ille in Epist. ad B. Hieronymum) semen quasi lactis habet similitudinem, nouem diebus immediate sequentibus uertitur in sanguinem; postea duodecim sequentibus diebus solidatur; deinde diebus decem & octo mox sequentibus formatur usque ad perfecta membrorum lineamenta. Toto autẽ reliquo tempore usque ad tempus partus cum corpus ipsum sic formatum augeatur magnitudine, nihil illius temporis computatur in ipsa essentiali conceptione. Christi uero hominis conceptio essentialis quanto tempore durauit? Nullo; sed in instanti tota consummata est. Vide sup. post prob. conclusio. Harum igitur conceptionum in seipsis cõsideratarum utra citius facta est? Christi: cum eius corpus in primo conceptionis instanti formatũ fuerit. Quis ergo horum in sui conceptione prius factus est homo: seu (quod in idem redit) quis in sui cõceptione ante alium factus est? Proculdubio Christus ante Ioannem Baptistam: quandoquidem Christus formatus est homo in primo instanti suæ conceptionis; Ioannes autem non in primo, sed in ultimo conceptionis instanti, id est in fine quadraginta, uel quadraginta quinque dierũ. Illa igitur sententia Ioan. 1. Ante me factus est, exponenda est sic, idest ipse in sui conceptione factus est homo antequam ego in mei conceptione factus sim homo. Et hoc ex nobiliori principio, quam ego, scilicet ex Spiritusancto. Id quod denotat per contextum immediatè subiungens ly cuius ego non sum dignus soluere corrigiã calciamenti. Secũdo uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uerissimè declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de mensura formationis, qua corpus figuratum in membrorum interiorum, & exteriorum forma est, quærit, an scilicet mensura durationis ipsius formationis fuerit instans cõceptionis, an sicut in aliis hominibus fuerit tempus consequens conceptionem.

¶ In corpore articuli primo distinctio bimembris fit: Secundo singula tractantur membra, & sic respondetur quæsito. Distinctio est: Tria in conceptione considerantur, &c. quæ clare patent in litera.

¶ Tractando autem tertium membrum, scilicet de argumento, aduerte quod cum dicitur argumentum non esse sine motu locali intellige de motu locali, formaliter, uel naturaliter, hoc est, uel quia motui augmentationis; iungitur uere localis motus corporis quanti ad maiorem locum, uel ipse motus augmenti afferẽs intrinsece quantitatem maiorem, est collatiuus per uiam sequelæ maioris loci, ac si motus ibi interueniret localis: Vtro autem modo fit, ratio literæ currit, quia utroque modo tempore mensuratur acquisitio maioris loci. Non est autem locus iste conionus disputiendæ huic quæstioni.

¶ Tractando secundum membrum in quo tituli quæstio consistit, conclusio responsiua ponitur. Formatio corporis Christi fuit in instanti. Probatur dupliciter. Primo ex infinitate uirtutis actiuæ: secundo ex parte personæ Filii.

¶ Clara sunt in litera si aduerteris, quod prima ratio concludit de possibili, secunda uero de facto. Nam ex infinitate uirtutis actiuæ, agentis tantum secundum liberum arbitrium, non infertur efficaciter, quod fecit, sed quod facere potuit in instãti, & hoc expresse sonant uerba literæ. Ex necessitate autem confitendi, quod filius Dei conceptus est, iuncta decentia, quod non nisi formatum corpus assumendum erat, infertur, quod de facto idẽ fuit instans conceptionis, formationis, & assumptionis, ut patet.

¶ In responsione ad primum, aduerte quod Magister Sentent. in 4. distinct. 3. exponit August. auctoritatem non de formatione in se, sed in sua manifestatione. Et in idem redit responsio Auctoris obscurior quæ de augmento illius formationis exponit: augmentatio enim formatorum manifestauit formationem latentem prius ob prauitatem. Consonat autem expositio hæc August. verbis, qui de perfectione Dominici corporis loquitur, quamuis enim ipsa formatio Dominici corporis in primo instãti fuerit perfecta essentialiter, non tamen fuit perfecta quantitatiue. Hoc est, quod licet habuerit in primo instanti omnia membra, & lineamẽta, non tamen in quantitate, quam habuisset, si in quadraginta, & sex diebus fuisset corpus illud formatum, sed ad tantam quantitatem peruenit spatio quadraginta sex dierũ, & propterea tot dies in Dominici corporis perfectione interuenisse dicuntur. Verum est

est enim hoc de perfectione quantitatiua formationis corporis, & non de perfectione essentiali ipsius formationis, ut dictum est. Et ideo licet inter formationem corporis Christi, & aliorum sit differentia temporis, quia Christi in instanti formatum est, aliorum vero in 46. diebus, inter perfectionem tamen quantitatiuam solitã perfici in quadraginta seu diebus in corporibus masculorum, & respectu corporis Christi, & aliorum nulla est differentia, quia in Christi corpore, sicut in aliorum hominum corporibus perficiendis quadraginta sex dies consummati sunt. Et hoc Aug. tradidit, Auctor, & Magist. Sent. exposuerunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum corpus Christi fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi non fuerit animatum in primo instanti suę conceptionis. Dicit enim Leo Papa in Epistola ad Iulianum. * Non alterius naturæ erat caro Christi, quam nostra, nec alio illi, quàm cęteris hominibus anima est inspirata principio, sed aliis hominibus non infunditur anima in primo instanti suæ cõceptionis. ergo nec corpori Christi anima debuit infundi in primo instanti suę conceptionis.

¶ 2 Præt. Anima, sicut quælibet forma naturalis, requirit determinatam quantitatem in sua materia: sed in primo instanti conceptionis corpus Christi non habuit tantam quantitatem, quantam habent corpora aliorum hominum, quando animantur, alioqui si continuè fuisset postmodum augmentatum, uel citius fuisset natum, uel in sua natiuitate fuisset maioris quantitatis, quam alii infantes: quorum primum est contra Augustin. * 4. de Trinita. ubi probat eum spatio nouem mensium in vtero Virginis fuisse: secundum autem est contra Leonem Papam, qui in sermone Epiphaniæ dicit, quod Magi inuenerunt puerum Iesum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate discretum. non ergo corpus Christi fuit animatum in primo instāti suæ conceptionis.

¶ 3 Præt. Vbicumque est prius, & posterius, oportet esse plura instantia: sed secundum Philosophum, * in libro de generatione animalium, in generatione hominis requiritur prius, & posterius: prius enim est uiuum, & postea animal, & postea homo. ergo non potuit animatio Christi perfici in primo instāti suæ conceptionis.

SED CONTRA est, quod Damascenus * dicit in tertio libro. Simul caro, simul Dei uerbi caro, simul caro animata anima rationali, & intellectuali.

RESPON. Dicendum, quod ad hoc, quod conceptio ipsi filio Dei attribuatur (ut in Symbolo * confitemur dicentes, Qui conceptus est de Spiritusancto) necesse est dicere, quod ipsum corpus Christi, dum conciperetur, esset a uerbo Dei assumptum. Ostensum est autem supra. * quod uerbum Dei assumpsit corpus mediante anima, & anima mediante spiritu, id est intellectu. unde oportuit quod in primo instanti conceptionis corpus Christi esset animatum anima rationali.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod principium inspirationis animæ potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum dispositionem corporis, & sic non ab alio principio inspirata est anima corpori Christi, & corporibus aliorum hominum: sicut enim statim formato corpore alterius hominis, infunditur anima, ita fuit Christo. Alio modo potest considerari dictum principium, solum secundum tempus, & sic quia prius tẽpore formatum fuit perfectè corpus Christi, prius tempore fuit etiã animatum.

AD SECVNDVM dicendum, quod anima requirit debitam quantitatem in materia, cui infunditur, sed ista quantitas quandam latitudinem habet, quia, & in maiori, & in minori quantitate saluatur. Quantitas autem corporis, quam habet cum primo sibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet, ita scilicet, quod maiorum hominum maiorem quãtitatem corpora habent in prima animatione. Christus autem in perfecta ætate habuit decentem, & mediocrem quantitatem, cui proportionatur quantitas, quam corpus eius habuit tempore, quo alio rum hominum corpora animantur: minorem tamen habuit in principio suæ conceptionis, sed tamen illa parua quantitas non erat tam parua, ut in ea non posset ratio animati corporis conseruari cum in tali quantitate, quorundam paruorum hominum corpora animentur.

AD TERTIVM dicendum, quod in generatione aliorum hominum locum habet, quod dicit Philosoph. * propter hoc quod successiuè corpus formatur, & disponitur ad animam: unde primo, tamquam imperfectè dispositum recipit animam imperfectam, & postmodum quando perfectè est dispositum, recipit animã perfectam, sed corpus Christi propter infinitam uirtutem agentis fuit perfectè dispositum in instanti, unde statim in primo instanti recipit formam perfectam, idest, animam rationalem.

Ferr 4. cont. c 44. 45.
Medina ar. 2.

SVP. Q. XXXIII. ART. II.

COncl. Oportuit, quod in primo instanti conceptionis corpus Christi esset animatum anima rationali.

181
3. d. 3. q. 5. ar. 2. ad 3. & 4. con. c. 44. & 45. ad 2. Et op. 3. c. 223. & 225. Et Io. 2. lib. 15. & c. 2. li. 3. ¶ Proba. Quia uerbum assumpsit corpus mediante anima intellectiua, quæstio. 6. ar. 2. Et verbũ ipsum assumpsit corpus in primo instanti conceptionis, articu. 1.

Est Epist. 11. ad Iulianũ epis. Coensem non remote a fi. illi.

1^m conclusio. Ergo nec corpori Christi anima debuit infundi in primo instanti suę cõceptionis. R. Nisi corpus eius fuisset in illo primo instanti perfectè formatum. §. Tunc nihil &c. Nam & cæteris hominibus propter hoc non alio principio inspiratur anima (ut arguitur ex Leone, & declaratur in textu responsali:) sed quia in eis corpus nõ formatur in primo instanti (ut patet in ar. 1. appen.) ideo anima eorum corporibus in primo illo instãti nõ infunditur. Ad saluandum enim veritatẽ Leonis in ly nec alio principio sufficit, quod anima Christi infundatur corpori eius formato (nam aliis hominib. sic infunditur) non autem ad eãdem saluandam requiritur (ut putat argomentum) quod eodem sic anima Christi, & aliorũ infundatur; puta quod uel aliis in primo instãti, ut Christo, uel Christo in tempore aut post tantum tẽporis, ut aliis hominibus.

l. 4. c. 5 tomo 3. In serm. 4. circa med. illos, incip. hic ser. Iustum, & rationabile.

l. 2. c. 4. tomo 4.

2^m minor. In primo instanti conceptionis corpus Christi non habuit tantam quantitatẽ, quã tam habent corpora aliorum hominum, quando animantur. R. Habuit tamen tunc tãtam, ut in ea posset ratio animati corporis conseruari. §. Tunc nihil &c. Nam ex eo, quod anima, (sicut & quælibet forma naturalis) requirit determinatam quantitatem in sua materia, nõ fit; quod Christi corpus debuerit in primo instanti suæ conceptionis habere tantam quãtitatem, quantam habent corpora aliorum, quando animantur: sed ad eam maiorem propositionem verificandã sufficit, quod in primo illo instãti habuerit tãtam quantitatem, quanta requiritur ad posse recipere animam intellectiuam. Non enim illa quantitatis determinatio, de qua ipsa maior ꝓpositio loquitur, stat in puncto, idest, est punctualis, ita, quod nec minor, nec maior illo puncto esse possit (ut putat argumentum) sed ipsa quantitatis determinatio, seu ipsa quantitas quandam latitudinem habet, &c. vt in tex. Ex quo dic, quod tota ratio deceptionis argumenti, qua scilicet argumentum decipiebatur, fuit radicaliter hoc, scilicet, quod in maiori propositione non intellexit ly determinatam quantitatem.

li. 3. c. 2. a med.

In symb.

q. 6. ar. 2.

3^m ex Philos. In generatione hominis. R. Per uirtutem agentis finiti facta. §. Vt est illa, quæ fit per uirtutem seminis uiri, de qua sola, utpote eam solam cognoscens, loquitur Phylosophus. Tunc nihil &c. Articuli enim conclusio loquitur de generatione, seu conceptione in alio sensu, scilicet quæ agentis uirtute infinita fit. Vel (quod tamen in idem redit) Phylosophus, & ex consequenti argumentum, loquitur de generatione hominis puri; Articulus uero de generatione hominis Dei.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quo per rationem ostẽdas, necesse esse à scripturis, & Damasceno insinuatũ, quod corpus Christi fuit animatum anima rationali in

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

loco cita to in arg.

ARTI-

sti in primo instanti suæ conceptionis. A Damasceno quidem, ut in argumen.contr. Vide supra articulorum,numero 35.36. Elucidatio. A scripturis autem id insinuatur per hoc, quod dicitur Hierem.31. Creauit Dominus nouum super terram, fœmina circumdabit uirum. Nomine si quidem uiri (ut etiam in humanis patet) intelligitur non tamen homo masculus,sed & anima rationali,usuque liberi arbitrii,sapientia,uirtuteque præditus. Per ly nouum, intelligitur mysterium incarnationis, ubi fuit nouitas tum ex parte agentis, seu causantis conceptionem, tum ex parte prolis conceptæ,tum ex parte modi conceptus. Et parte quidem agentis conceptionem,quia non uirtute ordinaria seminis humani,sed uirtute Spiritussancti supernaturaliter facta est,ex parte autem prolis conceptæ,quia non homo solus (ut ordinarie contingit,)sed homo Deus concipiebatur,ex parte uerò modi cõceptus; quia non successiue(ut consuetum est) proles concepta deducebatur ad perfectum,neque ratione corporis, cum in primo instanti formatum sit,artic.1.neque ratione animæ,cum in primo conceptionis instanti anima intellectiua corpori fuerit infusa,& plenum usum liberi arbitrii,omniumque uirtutum habuerit. Alioquin cõcepta proles non fuisset uir tunc, quam primum fœmina concipiens in utero suo circumdedisset eam, cum tamen scriptura dicat ly fœmina circumdabit uirum. Hoc est. Nun prius erit circumdatio à fœmina, quam sit uirilitas in illo, qui circumdabitur: sed mox ut circumdatio dabitur, quod erit in primo instanti conceptionis, tunc ille, qui circumdabitur, erit uir, id est, (secundum interpretationem nominis suprapositæ), anima intellectiua uirtutibus, earum usu profecta, dotatus. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & ap- 2
plicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de animato intellectiua anima, quærit.

¶ In corpore una est conclusio, corpus Christi in primo cõceptionis instanti fuit animatum anima rationali. Probatur, Filius Dei conceptus est ex Spiritusancto. ergo dum cõciperetur assumpsit corpus. ergo animatum anima intellectiua. Antecedens est in Symbolo. Prima consequentia probatur,quia aliter non attribui posset filio Dei conceptum esse: secunda uero, quia assumpsit corpus mediante anima,& anima mediante spiritu, idest intellectu,ut patet ex superioribus.

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus Christi in primo instanti suæ conceptioni fuerit à uerbo assumptum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta. Quod enim non est, non potest assumi: sed caro Christi per conceptionem esse incœpit. ergo uidetur quod fuerit assumpta a verbo Dei, postquã fuit concepta.

¶ 2 Præterea. Caro Christi fuit assumpta a verbo Dei mediante anima rationali: sed in termino conceptionis accepit animam rationalem. ergo in termino conceptionis fuit assumpta, sed in termino conceptionis dicitur iam concepta. ergo prius fuit concepta, & postmodum assumpta.

¶ 3 Præt. In omni generato prius tempore est id, quod est imperfectum eo, quod est perfectum, ut patet per Phylosophum in nono. Metaphysicorum,* sed corpus Christi est quiddam generatum. ergo ad ultimam perfectionem, quæ consistit in unione ad uerbum Dei, non statim in primo instanti conceptionis peruenit, sed primo fuit caro concepta,& postmodum assumpta.

SED CONTRA est, quod Augustinus * dicit in libro de fide ad Petrum, Firmissimè tene, & nullatenus dubites, carnem Christi non fuisse conceptam in utero Virginis, priusquam susciperetur a Verbo.

RESPON. Dicendum,quod (sicut supra dictum est *) propriè dicimus Deum factum esse hominẽ, non autem propriè dicimus, quod homo factus sit Deus, quia scilicet Deus assumpsit sibi id, quod est hominis non autem præextitit id, quod est hominis, quasi per se subsistens antequam susciperetur à Verbo. Si autem caro Christi fuisset concepta, antequam susciperetur a Verbo, habuisset aliquando aliquam hypostasim præter hypostasim Verbi Dei, quod est contra rationem incarnationis, secundum quam ponimus Verbum Dei esse unitum humanæ naturæ, & omnibus partibus eius in unitate hypostasis: nec fuit conueniens, quod hypostasim præexistentem humanæ naturæ, uel alicuius partis eius, Verbum Dei sua assumptione destrueret. & ideo contra fidem est dicere, quod caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta à Verbo Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si caro Christi non fuisset in instanti formata, seu concepta, sed per temporis successionem, oporteret alterum duorum sequi, uel quod assumptum nondum esset caro, uel quod prius esset conceptio carnis, quam eius assumptio: sed quia ponimus, conceptionem in instanti esse perfectam, consequens est, quod in illa carne simul fuit cõcipi, & conceptum esse. Et sicut Augustinus * dicit in libro de fide ad Petrum, dicimus ipsum Dei Verbum suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam.

Et per hoc, patet etiam responsio ad secundum. Nam simul dum caro illa concipitur, concepta est, & animatur.

AD TERTIVM dicendum, quod in mysterio incarnationis, non consideratur ascensus quasi alicuius præexistentis proficientis usque ad unionis dignitatem. sicut posuit Photinus hæreticus, sed potius consideratur ibi descensus secundum quod perfectum Dei Verbũ imperfectionem naturæ nostræ sibi assumpsit, secundum illud Io. 6. Descendit de cęlo.

Ferr.4.cont.c.46.
Medina, ar.3.

SVP. Q. XXXIII. ART. III.

182 3.d.2.q.2. art.3. & d. 3.q.5.ar 1. Et 4. cõ.c. 44.& 45. CONCL. Contra fidem est, dicere, quod caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta a uerbo Dei.

¶ PROB. Quia dicere hoc esset contra rationem incarnationis, secundum quam ponimus, quod Verbũ Dei est unitum naturæ humanæ, quæstio.4.art.1. Item quæstio.16.art.6. omnibusque partibus eius, quæstio.6.art.5. in unitate hypostasis, quæstio.2.ar.1.3. absque destructione alicuius hypostasis creatę, quęst.4. art.2.3. Item quæstio. 16.art.7.

1^m minor. Caro Christi per conceptionem esse incœpit. R. Et in eodem instanti perfecta est, tum quo ad corporis formationem, art.1. tum quo ad eius animationem, artic.2. §. Tunc nihil &c. Nam in illo ipso instanti a uerbo fuit assumpta, ut in textu declaratur ex D. Augustino.

* lib.9.tex. 23.to.3.

2^m minor. In termino conceptionis accepit animam rationalem. R. Negatur. §. Nam simul dum caro illa concipitur, & concepta est, & anima rationali animata. Vnde non decet in hoc facere idem iudicium de animatione corporis in conceptione nostra (ut facit ipsa minor) & de animatione corporis in conceptione Christi. Iã enim dictum est, articu.2. append. Ex Hieremia, quod hoc fuit nouum super terram a Deo, id est uirtute Dei infinita singulariter factum.

*cap.18.in princ.to.3.

*q.16.ar.6 & 7.

3^m de maiori. In omni generato. R. In cuius generatione consideratur, quasi alicuius præexistentis, ascensus. §. Tale enim generatum, & generationem, solummodo cognouit Philosophus illius maioris author. Tunc nihil &c. Nam in mysterio incarnationis &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articu. habes primo, quomodo per rationem, tanquam in radice interimas hæresim Photini, dicentis; quod Christus fuerit pri⁹ homo purus, & postea per meritũ bonæ uitæ obtinuerit esse filius Dei. Cum enim mõstret articulus iste, quod caro Christi non fuit ante concepta, quam assumpta: necessariò intelligitur commonstrare, quod ipse Christus non fuit antea purus homo, qui postea fuerit Deus. Dixi ly tãquam in radice: quia Photin⁹ supponebat *c.18.to.3
hoc pro suæ põnis firma radice, quod prius fuisset cõceptus homo, & postmodum assumptus. Alioquin quomodo Christus, secundum illum, fuisset homo purus ante, quam ad esse Deum assumeretur? Non tantum ergo articulus præsens

ARTI-

sens radicitus Photinum subuertit: sed & quæcumque dicta patrum &c carnem Christi non prius conceptam, quam assumptam ponentia. Secundo igitur habes: quomodo per rationem ostendas, hæresim illam merito damnari à regulis catholicæ fidei, quæ pro magna, & principalissima parte ponuntur à Diuo Augustino in suo libro, cuius titulus est, de fide ad Petrum. Firmissime tene &c. ut in argumen. contr. Item ab Eugenio IIII. in Concilio Floren Sacrosancta Romana Ecclesia Domini Saluatoris nostri uoce fundata, damnat Ebionem, Cherinthum, Marcionem, Paulum Samositanum, Photinum, omnesque similiter blasphemantes; qui Iesum Christum Dominum Nostrum esse uerum Deum negauerunt; ipsum purum hominem confitentes: qui diuinæ gratiæ participatione maiori, quam sanctioris uitæ merito suscepisset, diuinus homo diceretur. Hæc ille Papa in Constit. Concil. Floren. super union. Iacobinor. Ex quibus per superius declarata patet, & quod isti omnes hæretici supponunt pro radice id, quod supponebat Photinus, & quod Papa cum Concilio virtualiter necessario fatetur esse de fide tenendum, quod caro Christi non fuit concepta ante, quam Christus esset Deus. Item damnatur illa hæresis à dictis sup. artic. num. 7. 17. 107. 108. 139. cum Eluc. vbique. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus prima facie superfluitatem præsefert, quia iam in præcedenti articulo assumptum, & probatum est, quod dum cóciperetur corpus Christi, assumptum est. Verumtamen si conspectum fuerit quod proprias habet difficultates propositio ista, quæ manifestata est ad fundandum antedicta, non superfluitati, sed perfectioni doctrinæ attribuetur, quod specialiter mota sit quæstio de articulo isto.

¶ In corpore articu. unica est conclusio, Caro Christi est simul concepta, & assumpta à Verbo. Probatur dupliciter primo ex proprietate loquendi supra definita: secundo deducendo ad incóueniens. Probatio prima est, quia illa est propria, Deus factus est homo, non autem ista, Homo factus est Deus, hæc enim loquendi proprietas significat id, quod est hominis non præextitisse, ac per hoc carnem non prius fuisse, quam assumptam esse. Ratio autem ad inconueniens est: Si caro Christi fuisset prius concepta, quam assumpta, habuisset aliquando propriam hypostasim, præter uerbi hypostasim, & sic aut unio incarnationis non fuisset secundum hypostasim, aut destructa fuisset propria carnis hypostasis in assumptione. Hoc secundum est inconueniens, primum autem est contra mysterium incarnationis. ergo cótra fidem est dicere, carnem Christi prius conceptam, quam assumptam.

¶ Aduerte hic, quod quia fides nullum inducit inconueniens asserendum, ideo seclusis inconuenientibus responsionibus (quæ semper pro exclusis habendæ sunt) Auctor concludit positionem hanc esse contra fidem, vtpote talem, ex qua sequitur aliquid contra fidem incarnationis: sequitur enim non esse factam unionem hypostaticam inter Verbum, & humanam naturam secundum se, & eius essentiales partes: ac per hoc, in triduo mortis Christi, quoniam caro erat separata ab anima, nó fuisset uerum dicere, quod filius Dei est in sepulchro, quia hypostasis corporis non fuit hypostasis filii Dei.

Ferr 4. cont. c 45.
Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis uel miraculosa.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod conceptio Christi fuerit naturalis. Secundum enim conceptionem carnis, Christus dicitur filius hominis. Est autem uerus, & naturalis filius. ergo eius conceptio fuit naturalis.

¶ 2 Præt. Nulla creatura producit operationem miraculosam, sed conceptio Christi attribuitur Beatæ Virgini, quæ est pura creatura, dicitur enim quod Virgo Christo concepit. ergo uidetur, quod non sit miraculosa conceptio, sed naturalis.

¶ 3 Præter. Ad hoc, quod aliqua transmutatio sit naturalis, sufficit, quod principium passiuum sit naturale, ut supra habitum est: sed principium passiuum ex parte matris in conceptione Christi fuit naturale, ut ex dictis patet. ergo conceptio Christi fuit naturalis.

SED CONTRA est, quod Dionys. dicit in Epistola ad Caium Monachum: *super hominem operabatur Christus ea, quæ sunt hominis, & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens.

RESPON. Dicendum, quod sicut Ambrosius * dicit in libro de Incarnatione multa in hoc mysterio, & secundum naturam inuenies, & ultra naturam. Si enim consideremus id, quod est ex parte materiæ conceptus, quam mater ministrauit, totum est naturale. Si uero consideremus id, quod est ex parte uirtutis actiuæ, totum est miraculosum: sed quia unumquodque magis iudicatur secundum formam, quam secundum materiam, & similiter secundum agés, quam secundum patiens, inde est, quod conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa & supernaturalis: sed secundum aliquid, naturalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus dicitur naturalis filius hominis, inquantum habet naturam humanam ueram, per quam est filius hominis, licet eam miraculosè habuerit: sicut cæcus illuminatus, uidet naturaliter per potentiam uisiuam quam miraculosè accepit.

AD SECVNDVM dicendum, quod conceptio attribuitur Virgini Beatæ, non tamquam principio actiuo, sed quia ministrauit materiam conceptui, & in eius utero est conceptio celebrata.

AD

*In epist. q incip. Quæ quidē, circa med. illius.

*cap. 6. circa med. tomo 2.

SVP. Q. XXXIII. ART. IIII.

183 CONCL. Conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa, & supernaturalis: sed secundum aliquid, naturalis

3. d. 3. q. 1. ar. 2. & 4. cont. c. 45. Et quol. 6. q. 10. Et op. 3. c. 225. usque 227. Et Isa. in prin.

¶ PROB. Quia conceptio Christi, ex parte uirtutis actiuæ, tota est miraculosa, ex parte autem passiuæ, tota est naturalis (ut patet ex D. Ambr.) & unumquodque magis iudicatur tale secúdum agens, quá secundum patiens.

1m de minori.

Est autem uerus & naturalis filius hominis. ℞. Ratione humanæ naturæ, quá habet. §. Tūc nihil, &c. Cū hoc enim stat, quod ipsam naturā non acceperit naturaliter, id est uirtute seminis uirilis, sed supernaturaliter, idest miraculose, idest uirtute Spiritus sancti, & consequenter cum hoc stat, quod illa conceptio non sit totaliter, immo nec principaliter, naturalis. Non tamen propter hoc Christus homo est filius partim naturalis, partim supernaturalis, sed absolute naturalis: quia per illam miraculosam acceptionem non est factum, quod ipse accipiendo sic naturam humanam uiueret supernaturaliter: sed solummodo factum est, ut acciperet supernaturaliter naturam humanam, in ea tamen & secundum eam postmodum victurus naturaliter. Ad hoc facit exemplum de cæco miraculosè illuminato, quod idem adducitur in text. Hinc ergo est: quod dicitur absolute filius naturalis, quia esse hominis filium naturalem importat solum, & habere naturam humanam ab homine, & in ipsa ac secundum ipsam uiuere naturaliter. Verum uero ad hanc habendam, & ad sic in ea uiuendum, perueniri actiua uirtute naturali, aut supernaturali; hoc non uariat realitatem huius denominationis, scilicet, quod sit filius naturalis, cum tamen possit uariare denominationem conceptionis taliter, quod sit naturaliter absolute, si uirtute actiua naturali fit, uel sit absolute miraculosa, si uirtute supernaturali. Esse ergo naturalem conceptionem quò ad materiam tantum, licet non quo ad modum, quia scilicet miraculose fit, sufficit ad uerificandum, quod aliquis sit filius naturalis, & non sufficit ad uerificandum, quod conceptio eius sit simpliciter naturalis. A naturalitate ergo filii non licet uniuersaliter inferre naturalitatem conceptionis (ut facit argumentum, in quo & tota sui deceptio cósistit.) Aliud enim est, quod quis sit filius naturalis, aliud autem est, quod ipse idem sit modo naturali totaliter, id est tum ex fœmineo conceptionis, natiuitatisque loco, tum ex uirili semine, conceptus, & natus. Christus ergo re uera est filius naturalis, & tantò magis: quanto etiam naturali modo, uirili semine solum excepto, est conceptus, & natus.

*q. preced. ar. 3.

*q. 31. ar. 4.

2m maior. Nulla creatura producit operationem miraculosam. ℞. Secundum, quod miraculosa est. §. Tunc nihil &c. Nam Beata Virgo non produxit conceptionem non secundum quod conceptio est miraculosa; sed secúdum quod

quod est naturalis. Conceptio enim attribuitur B. Virgini non tamquam principio actiuo, ex qua parte attenditur ibi miraculũ, sed quia ministrauit &c. ut in tex.

Ad tertium dicendum, quod principium passiuum naturale sufficit ad trãsmutationem naturalem, quãdo naturali, & cõsueto modo mouetur a principio actiuo proprio, sed hoc in proposito non habet locum: & ideo conceptio illa non potest dici simpliciter naturalis.

3m maior. Ad hoc, quod aliqua transmutatio sit naturalis, sufficit quod principium passiuum sit naturale. R. Quando naturali & consueto modo ipsum principium passiuum mouetur a principio actiuo. §. Tunc nihil, &c. Nam hoc scilicet quod in Christi conceptione principium passiuum sit modo consueto motum, est falsum: ut ex supradictis, quæstio. 32. art. 1. 2. patet, dicentibus, quod de Spiritussancto conceptus est Christus ex Maria Virgine. Vltima verba textus, scilicet ideo conceptio, &c. ostendũt, & quod illa maior argumenti intelligitur de transmutatione naturali non secundum quid tantum, sed simpliciter; & quomodo glossanda sint dicta in q. 32. ar. 2. ad tertium.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito esse, à scripturis ac Dionysio insinuatum, quod conceptio Christi est miraculosa, & naturalis. A Sancto quidem Dionysio, ut in argumen. contr. Vbi per ly concipiens, signatur quod est naturalis, & per ly supernaturaliter, quod est miraculosa. A scripturis uero per hoc, quod dicitur Matth. 1. Hoc totum factum est, ut adimpleretur dictum per prophetam; Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium. Ibi enim ly in utero habebit, importat quid naturale, & ly virgo (scilicet permanens virgo) habebit in utero, & pariet, dicit quid miraculosum. Hoc autem ultimum tanto magis esse uerum patet, quanto dictum illud Euangelistæ Matthęi pro signo mirabili dando a Deo est accipiendum: prout patet ex contextu Isaiæ Prophetæ, cap. 7. vndè originaliter sumptum est, quo in loco ly signum pro miraculo magno stat, secundum quod monstrat ibi subiunctus textus ly virgo concipiet, &c. Cæterum quod uerus, immo & principalis sensus prophetarum in suis dictis sit ille, in quo ab Euangelistis, aliisque noui testamenti scriptoribus Canonicis adducuntur: unde huius rei pulchram, efficacemque rationem in pri. par. q. 1. ar. 10. appen. Ex præmissis tamen, quo quando conceptionem Christi astruunt esse miraculosam, ne inferas caue, quod huiusmodi. Cum nostri conceptio non sit miraculosa, aduersentur sententiæ Apostoli de Christo dicentis, Hæb. 2. debuit per omnia fratribus assimilari. Non enim ly omnia, stat ibi uniuersaliter pro quibuscũque ad Christum hominem pertinentibus (ut uidetur talem errorem inferre uolenti): sed tantum stat uniuersaliter pro quibuscumque in tali genere, puta reparationis humanæ repertis. Nam contextus Apostolicus aperte demonstrat, quod sermo ibidem sit de Christo, prout est mediantibus suis passionibus redemptor generis humanis, & consequenter quod ly per omnia, ad genus redemptionis refertur. Ac si dictum fuisset Christus debuit per omnia, quæ necessaria sunt ad redimendum fratres, fratribus assimilari. Ergo ly omnia (ut scholastice propius ad aures logicorum loquamur) est uniuersalis quidem: non tamen uniuersaliter absolute intelligendum, sed uniuersaliter accommode. Satisfactum, ergo absque ueritatis præmissorum denigratione, erit ueritati huic Apostolicæ, si uniuersa ad hanc materiam dicta, quanto sufficit insimul concordando dixerimus. Christus debuit assimilari fratribus per omnia in his, quæ ad eorum reparationem erant necessaria. Talia autem sunt, in quibus humanæ naturę ueritas consistit, s. partes ipsius naturæ essentiales, & naturales tum proprietates, tum passiones: quoniam his nostræ redemptionis opus explendum erat. In aliis uero (scilicet conceptionis, natiuitatis, & cætera. quibusdam modis) utpote quæ non sic sunt ad opus huiusmodi complendum necessaria, debuit Christus excellere fratres, tamquam nobilissimum omnium illorum Saluator. Consonæ itaque sunt omnes scripturæ prædictæ. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus quærit, an simpliciter, & absolutè conceptio Christi fuerit naturalis vel miraculosa. Constat enim quod in conceptione aliquid fuerit naturale, & aliquid miraculosum, sed quęritur, an fuerit simpliciter, & absolute miraculosa.

¶ In corpore unà est conclusio, habens duas partes. Conceptio est simpliciter miraculosa, secundũ aliquid naturalis. Declaratur, & probatur. Declaratio est ex auctoritate Ambrosii, quę exponitur, quia ex parte materiæ ministratæ a matre est naturalitas ex parte uirtutis actiuæ est super naturalitas. Probatio est. vnũquodque magis iudicatur secũdum formam & agens, quam materiam, & patiens. ergo conceptio Christi est simpliciter miraculosa, & secundum quid naturalis.

¶ Aduertè hic, quod quia ut in secundo traditur Physicorum, forma ex parte agentis se tenet, ideo Auctor formam agenti coniunxit in probatione, licet in declaratione solius actiuę uirtutis meminerit. Rursus aduerte, quod Auctor ad rem spectans, non curauit discutere tertium membrum, s. quod illa conceptio, nec naturalis nec miraculosa simpliciter est: sed secũdum aliquid miraculosa, & secundum aliquid naturalis. Ratio enim allata in litera, non solum concludit quod magis est miraculosa, quam naturalis: sed sufficiẽs est ad cõcludendum, quod est simpliciter miraculosa, quoniam iudiciũ simpliciter, & absolute habendum de re, secundum formale sumitur, ut in litera fit, & ideo ad rem, hoc est ad uim medii spectando, Auctor intulit quod simpliciter est miraculosa, licet secundum verba assumpserit concludendum quod est magis miraculosa, quam naturalis dum assumpsit. Vnumquodque magis iudicatur secundum formam, &c. vnde patet efficacia processus literæ.

QVÆSTIO XXXIIII.

De perfectione prolis concepta, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de perfectione prolis conceptæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum in primo instanti conceptionis Christus fuerit sanctificatus per gratiam.

¶ Secundò, Vtrum in eodem instanti habuerit usum liberi arbitrii.

¶ Tertiò, Vtrum in eodem instanti potuerit mereri.

¶ Quartò, Vtrum in eodem instanti fuerit plene compræhensor.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.

184 3. d. 3. q. 5. art. 3.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit sanctificatus in primo instanti suæ cõceptionis. Dicitur enim primæ ad Corin. 15. Non prius spirituale, sed quod animale, deinde, quod spirituale est, sed sanctificatio gratię pertinet ad spiritualitatem, non ergo statim a principio suæ conceptionis Christus percepit gratiam sanctificationis, sed post aliquod spatium temporis.

¶ 2 Præt. Sanctificatio uidetur esse a peccato, secũdum illud 1. ad Corin. 6. Et quidem, fuistis aliquando, scilicet peccatores, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed in Christo numquam fuit peccatum. ergo non conuenit sibi sanctificari per gratiam.

¶ 3 Præt. Sicut per Verbum Dei omnia facta sunt, ita per Verbum incarnatum sunt omnes homines sanctificati, qui sanctificantur. Hæbr. 2. Qui sanctificat, & qui sanctificãtur ex uno omnes, sed Verbũ Dei, per quod facta sunt omnia, non est factum, ut Aug. * dicit in

Medina, ar. 1.

SVP. Q. XXXIIII. Art. 1.

Concl. In primo instanti conceptionis Christus habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius.

¶ Prob. Quia plenitudo gratiæ sanctificantis humanitatem Christi est ex unione Verbi cum ipsa (ut habetur ex Ioan. 1.) & in primo instanti conceptionis suis verbum ipsi humanitati vnitum q. 33. ar. 3.

Primum

* li. 1. c. 6. nõ procul a pri. to. 3.

1^m^ illatio conclusionis. Non ergo statim, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso, idest ex eo, quod male intelligitur bonus sensus Apostoli. Intendit namque solum de puris hominibus dictũ suum verificari, qui præexistentes ascẽdunt ad spiritualitatem (ut patet in tex. Et tamen eius intentio ab argumento trahitur ad Christum, qui non est purus homo. Vnde nihil concluditur, ut patet ibidem. Ex quo formaliter dic, quod ille ordo ab Apostolo posito tenet in proficientibus ad sanctitatem, nõ autem in plene habentibus ipsam sine profectum previo. Vide quæstione 33. articu. 3. ad tertium. (* q.7.ar.1.)

2^m^ de maiori. Sanctificatio. ℞. Facta ex contrario. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli, quãdo Christum dicit fuisse sanctificatum, non sumit sanctificationem in illo sensu, scilicet ex contrario, sed in alio, non quidem priuatiuo, sed negatiuo (ut declaratur in tex.) (* q6.præc.)

3^m^ maior. Sicut per verbum Dei omnia facta sunt, ita per uerbum incarnatum sunt omnes homines sanctificati, qui sanctificantur. ℞. Cum hac differentia tamen, quod Verbum in creatione non se habuit, ut instrumentum: verbum autem incarnatum secundum quod homo in aliorum sanctificatione fuit, ut instrumentum. §. Prout declaratur in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid. Ex quo dicas, quod in maiori propositione ly sicut, & ly ita, dicunt similitudinẽ facti, non autem similitudinem modi facti, seu (quod in idem redit) dicunt similitudinem in facto, non autem in modo faciendi. Vt sub exemplo dicamus, scriptum est Actu 3. Per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri. Idest. Per ignorantiam fecistis factum illud, quod principes uestri fecerunt, non per ignorantiam. De principibus enim Iudęorum scribitur Matth. 27. & Mar. 15. quod per inuidiam (hæc importat non ignorantiam, sed malitiam) tradidissent eum. Vnde patet, quod in Act. 3. ly sicut, dicit turbarum & principum similitudinem in facto, non autem in modo faciendi. Applica tu huc exemplum hoc, & omnia indè clara fient.

in 1. de Trin. ergo Christus per quẽ sanctificantur omnes, non est sanctificatus.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum, nocabitur filius Dei. Et Io. 10. Quem pater sanctificauit, & misit in mundum.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi, deriuatur ex ipsa Verbi unione, secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & ueritatis. Ostensum est autem supra,* quod in primo instanti suæ conceptionis corpus Christi animatum fuit, & a verbo Dei assumptum, unde consequens est, quod in primo instanti conceptionis Christus habuerit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod ille ordo, quem ponit ibi Apostolus, pertinet ad eos, qui per profectum ad spiritualem statum perueniunt. In mysterio autem incarnationis magis consideratur descensus diuinæ plenitudinis in naturam humanam, quam profectus humanæ naturæ, quasi præexistentis in Deum, & ideo in homine Christo a principio fuit perfecta spiritualitas.

AD SECVNDVM dicendũ, quod sanctificari, est aliquid fieri sanctũ. Fit autem aliquid non solum ex cõtrario, sed etiam ex negatiuè, uel priuatiuè opposito, sicut album fit ex nigro, & etiam ex non albo, nos autem ex peccatoribus sancti efficimur, & ita sanctificatio, nostra est ex peccato, sed Christus quidem secundum hominem factus est sanctus, quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit, non tamen factus est sanctus ex peccatore, quia peccatum numquam habuit, sed factus est sanctus, ex non sancto secundum hominem, non quidem priuatiuè, ut scilicet aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus: sed negatiuè, quia scilicet quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam, & ideo simul factus fuit homo, & sanctus homo. Propter quod Angelus dicit Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, quod exponens Gregor.* 18. Moral. dicit, Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Iesus sanctus nasciturus asseritur, nos quippe si sancti efficimur, non tamen nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur: ille autem solus ueraciter, sanctus natus est, qui ex coniunctionis carnalis copulæ conceptus non est.

AD TERTIVM dicendum, quod aliter operatur pater creationem rerum per Filiũ aliter tota Trinitas sanctificationem hominum per hominem Christum. Nã Verbũ Dei est eiusdem uirtutis, & operationis cũ Deo patre, unde pater non operatur per Filium sicut instrumẽtum, quod mouet motũ. Humanitas autem Christi est, sicut instrumentum diuinitatis, ut supra dictum est,* & ideo humanitas Christi est sanctificans, & sanctificata.

A R-

APPENDIX.

(Vtilitas pro Eccle. S. Dei.) EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, merito esse à scripturis insinuatum, quod Christus in primo cõceptionis instanti fuit sanctificatus. Vt per illa, quæ dicuntur Lucæ 1. & Ioan. 10. secundum quod recitatur in argumen. cont. Vbi pro dicto Luc. nota, quod ly sanctum, cum sit quoddam indeterminate positum, plenitudinem sanctitatis importat, ac si diceretur res, quæ ex te nascetur, erit totaliter ex omni parte sancta. Id quod conclusio articuli notificauit per ly plenitudinem gratię sanctificantis animam, & corpus. Ibidem quoque nota, quod cum Angelus respondeat Beatæ Virgini, ly nascetur, stat non tantum pro nasci ex utero, sed etiam pro nasci in utero, idest concipi. Quæsierat si quidem Beata Virgo, quomodo fiendum esset istud, intelligens per ly istud, totum id; quod dixerat Angelus de seipsa in utero habitura, idest quomodo conceptura erat, secundum quod audierat ly cõcipies, & quomodo paritura, secundum quod audierat ly paries. Vt igitur ad totum interrogationis sensum (vt decet sapientem) respondeat Angelus, ne interrogatione noua opus sit, dicendum necessario est, quod ipse per ly nascetur, comprehendere intendit utrumque, scilicet conceptionem, & parturitionem. Adde, quod nisi per ly nascetur, intelligeretur etiam concipi in utero, Doctor sãctus ex ista authoritate non concluderet intentum suum, utpotè eã extra propositum adducens. Intendebat enim per eã firmare adhuc ueritatẽ conclusionis. s. quod Christus est sanctificatus in primo instanti conceptionis. Vnde si ly nascetur, non stat pro conceptione, cõcludet quidem per hoc, quod Christ* fuit ante natiuitatẽ ex utero sanctificatus (quod non quærebatur), non autem, quod in conceptionis primo instãti fuerit sanctificatus (quod quęrebatur.) Ibidẽ etiam nota, quod ly ex, dicit causam materialem. i. materiam, ex qua aliquid fit. Vult si quidem Angelus dicere, quod nascetur ex te. i. ex tua substantia. Vnde per hoc proculdubio & concipiendum designat corpus Christi ex substantia B. Virginis, & condẽnat hæresim Valentini dicentis, quod Christus corpus cæleste secum traxit, per Virginemq; tamquã per rimam quãdam transiens nullam carnẽ de ea assumpsit. Contra quã hæresim uide & supra arti. num. 734. 168. 171. & pri. par. q. 75. ar. 7. & q. 91. ar. 1. cum Elucidat. semper. Quasi ergo aperte, in proposito articuli, dicit Angelus. Christus sanctus, qui concipietur ex tua substantia. i. nõ prius concipietur, quam sit sanctus: hoc est, in primo instanti conceptionis erit sanctificatus. Ad dictum uero illud Ioan. in argum. contr. Adductum transeundo, nota: quod ly sanctificauit, quò ad humanitatem solum uerificatur, si propriè (ut sonat, & tex. articuli vult) exponatur ly sanctificauit, i. sanctum fecit. Non enim Christum quò ad diuinitatem pater sanctificauit, quia nec illum fecit, cum Deus filius (ut habetur ex Symbolo fidei) non sit a patre factus; licet sit & genitus, & genitus sanctus. Itẽ mihi nota, quod ly misit in mundũ, stat pro incarnari fecit. Quomodo ergo pater sanctificauit hominem Christum, & misit in mundum? Numquid homo Christus fuit prius, & tunc sanctificatus est, antequam incarnaretur? Nũ ergo erat homo sanctificatus, antequam in utero B. Virginis conciperetur? Absit. Sunt enim hæ sequelæ, hęreses ex superius citatis locis multipliciter, & efficaciter condemnatæ; tamquam Valentini & similium puta Mennonitarum, Appellis, atq; Appollinaris, dogmata sapientes. Restat igitur ex his, uelut ab oppositis, dicendum; quod ideo dicitur ly sanctificauit, & misit, ut fateri cogamur, quod non fuit missus, i. incarnatus, antequam sanctificatus; & consequẽter, quod in instanti eodem, in quo missus, i. conceptus, fuit etiam sanctificatus. Ad hoc etiam denotãdum, clariusq; ad hanc ueritatem dicendam compellendum non dixit, quem misit & sanctificauit: ne ipsum prius missum, idest conceptũ (quod factibile uidebatur) posset aliquis suspicari, & postea sanctificatum. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uerissimè declaretur, atque confirmetur.

(* li.18.c.14 circa med.) (* q.13.ar.3.)

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est, intellectus ut sonat.

¶ In corpore unica est cõclusio: Christus fuit sanctificatus in primo suæ conceptionis instanti. Probatur; Abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi deriuatur ex ipsa Verbi vnione. ergo in primo instanti conceptionis Christus habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius. Antecedens vero probatur Ioan. 1. Consequentia probatur ex supradictis, quod corpus Christi animatum, & assumptum in primo suæ conceptionis instanti fuit.

¶ Aduerte hic, & in responsione ad primum, vt ipsum originis ordinem sic intuearis, vt perspicias esse non solum originis, sed causalitatis ordinem inter gratiam vnionis, & gratiam habitualẽ in Christo: hæc enim Auctor hic docet ex doctrina Euangelica vidimus eum plenum gratiæ quasi vnigenitum à Patre. Nota autem hoc, quia priora ordine generationis tantum, sunt imperfectiora, utpotè, ordinata ad posteriora ut ad finem, ut artificialium ordo in exequutione testatur: sed priora ordine generationis, & causalitatis simul, non imperfectiora, sed perfectiora sunt, & fines posteriorum, ut patet de substantia, & accidente proprio: homo enim prius generatus, quam suum accidens proprium, quod ipsum concomitatur, perfectius tamen ens homo est, quia non solum origine, sed causalitate præcedit suum accidens; est enim illius causa effectiua, & finalis. Et simile accidit in mysterio Christi, prius enim exequutionis ordine est gratia vnionis, & posterius comitatur gratia habitualis sanctificans animam Christi: sed non propterea est imperfectior, ut Scotus in 3. Sent. distin. 7. quæst. 3. dubio secundo somniauit, vel finxit, ponens, prius ordine intentionis esse summam gratiam, seu gloriam, & propterea vnionem intentam propter dictam rationem defectiuam, scilicet prius in exequutione est posterius in intentione. Debebat apponere ly tantum, & dicere, prius ordine exequutionis tantum, est posterius ordine intentionis, alioquin propositio non est vniuersaliter uera, & tunc subsumendo, sed unio personalis est prior ordine exequutionis tantum, aduertisset minorem hanc esse falsam, & deposuisset illam inopinabilem phantasiam confutatam ab Euangelio, & ab vniuersis parum meditantibus circa excellentiam mysterii unionis personalis. Est siquidem non solum prior exequutione, sed causalitate omni; possibile est enim finis, & efficiens, reliquorum donorum in Christo. Et ideo ex ipsa unione concludimus, & gratiam, & gloriam summam, adeo ut Ioan. Euang. describens plenitudinem gloriæ in Christo, ne sciens quomodo melius describeret, ut ad radicem altissimam se conferret, cum dixisset: Vidimus gloriam eius subdidit, Gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, &c. Non solum uniuersa humana natura, sed dæmones, & Angeli stupent de mysterio Vnionis personalis. Et ad ipsam omnia à principio mundi ordinata conspicimus tamquam maximum omnium factibilium sicut, & uere est eorum maximum, non potest siquidem maius fieri, quam, quod homo sit uere personaliter Deus. Et iste homo non erubuit dicere eam esse posteriorem ordine intentionis.

Medina ar. 2.

SVP. Q. XXXIIII.

ART. II.

185 Veri. q. 29. art. 8. COncl. Christus secundum humanitatem habuit usum liberi arbitrii in primo instanti suæ conceptionis.

¶ Prob. Quia Christus in primo instanti cõceptionis habuit omnem illam animæ operationem, quæ statim potest haberi (cum non profecerit in spiritualẽ perfectionem), & usus liberi arbitrii est operatio, quæ statim, id est in instanti potest haberi (ad differentiam motus imperfecti). *art. præc. & loco ibi citato.

1m de maiori.

Prius est. R. Natura semper, nõ autem, semper tempore. S. Esse enim intelligitur semper prius in aliquo, quã agere incipiat: Licet quãdoque eodem tempore simul incipiat utrumque, scilicet esse, & agere. Tunc nihil &c. Non enim ex hac maiori sic (ut oportebat, secundum Phylosophũ in postprædicamentis) glossata inferri potest illud, quod intulit argumentum, scilicet quod sit impossibile, animam Christi & usum liberi arbitrii in eodem instanti temporis incepisse. Ex illa tamen maiori potest inferri, animam Christi cum usu non incepisse simul natura, seu (ut sic loquamur) in eodem instanti naturæ, sed hoc modo præcessisse usum liberi arbitrii in Christo: Verum conclusio articuli, ut quæ de instanti solum temporis sit, nihil inde leditur. *li. 3. Eth. c. 3. circa fi. to. 5. * 1. p. q. 83. * Id habet Greg. li. 9. in registro, c. 62. a med. Et Aug. 13. de Tri. c. 9. to. 17. & 19. to. 3.

2m minor. Electio præsupponit deliberationem consilii. R. In non habentibus certitudinem de rebus eligendis. S. Et sic intelligitur Philosophus pro minoris huius probatione inductus. Deliberatio enim consilii non præexigitur ad electionem, nisi propter inquisitionem incerti. Tunc nihil, & cætera. Nam Christus in primo instanti suæ conceptionis sicut, &c. ut in textu. *q. 7. ar. 12. Et q. 19. ar. 3. & q. 33. ar. 3. D. 740.

Tertium

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in primo instanti suę conceptionis habuerit usum liberi arbitrii.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christus secundum hominem non habuerit usum liberi arbitrii in primo instanti suæ conceptionis. Prius est enim esse rei, quam agere, uel operari: usus autem liberi arbitrii est quædam operatio. Cum ergo anima Christi esse incœperit in primo instanti conceptionis (ut ex prædictis patet) *uidetur esse impossibile quod in primo instanti conceptionis habuerit usum liberi arbitrii.

¶ 2 Præt. Vsus liberi arbitrii est electio. Electio autem præsupponit deliberationem consilii, dicit enim Phylos. in 10. Ethic.* quod electio est appetitus præconsiliati. ergo uidetur impossibile, quod in primo instanti suę conceptionis Christus habuerit usum liberi arbitrii.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium est facultas uolũtatis, & rationis (ut in prima parte habitum est*) & ita usus liberi arbitrii est actus uoluntatis, & rationis siue intellectus: sed actus intellectus præsupponit actum sensus, qui esse non potest sine conuenientia organorum, quæ non uidetur fuisse in primo instanti conceptionis Christi. ergo uidetur quod Christus non potuerit habere usum liberi arbitrii in primo instanti suæ conceptionis.

SED CONTRA est, quod Augustin. dicit in libro de Trinitate.* Mox ut Verbum uenit in utero seruata ueritate propriæ naturæ factum est caro, & perfectus homo: sed perfectus homo habet usum liberi arbitrii. ergo Christus habuit in primo instanti cõceptionis usum liberi arbitrii.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) humanæ naturæ, quam Christus assumpsit, conuenit spiritualis perfectio, in qua non profecit, sed eam statim à principio habuit. Perfectio autem ultima non consistit in potentia, uel in habitu, sed in operatione: unde in secundo de Anima dicitur, † quod operatio est actus secundus. Et ideo dicendum est, quod Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit illam operationem animæ, quæ potest in instanti haberi. Talis autem est operatio uoluntatis, & intellectus, in qua consistit usus liberi arbitrii. Subito enim, & in instanti perficitur operatio intellectus, & uolũtatis, multo magis quam uisio corporalis, eo, quod intelligere, uelle, & sentire, non est motus, quam sit actus imperfecti (quod successiuè perficitur) sed est actus iam perfecti, ut dicitur 3. de Anima.* Et ideo dicendum est, quod Christus in primo instanti suę conceptionis habuit usum liberi arbitrii. †lib. 2. de anima tex. 5. c. 2. li. 3. de a͡ia, tex. 28. c. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod esse est prius natura, quam agere, non tamen est prius tẽpore, sed simul cũ agẽs hẽt esse perfectum, incipit agere, nisi sit aliquid impediẽs: sicut ignis simul dum generatur, incipit calefacere, & illuminare: sed calefactio non terminatur in instanti, sed per temporis successionem, illuminatio autem perficitur in instãti. Et talis operatio est usus liberi arbitrii, ut dictum est.† In corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, quod simul cũ terminatur consilium, uel deliberatio, põt esse electio, illi autem, qui deliberatione consilii indigent, in ipsa terminatione cõsilii primo hñt certitudinem de eligẽdis, & ideo non statim eligũt. Ex quo patet, quod deliberatio consilii nõ perexigitur ad electionẽ, nisi propter inquisitionem incerti. Christus autem in primo instanti suæ conceptionis, sicut habuit plenitudinẽ gratiæ sanctificantis, ita habuit plenitudinẽ ueritatis cognitæ, secundum illud, Plenum gratiæ, & ueritatis: unde quasi habens omnimodã certitudinem, potuit statim in instanti eligere.

3m de minori. Sed actus intellectus. Respon. Necessario intelligentis cum conuersione ad fantasmata. §. Tunc nihil & cætera. Nam intellectus Christi secundum scientiam, & cætera, ut in tex. usque ad ly sed tamen. Vide quæstione undecima, articulo secundo.

Item (de minori. Actum sensus. B. Saltem tactus. §. Tūc nihil &c. In Christo enim potuit *q.11.ar.2, esse operatio sensus in primo instanti, &c. ut in tex. Vide respon. secundum ibi, sed tamen potuit &c. Recordare moris D. Thomæ familiaris, admodumque commendabilis, quo propositiones ambiguas in argumentis tactas declarare solet, in quo nā sensu uerificentur, qua regula & hic eum fuisse vsum cognosce. Quomodo autem organo tum conuenientia fuerit in Christo in primo instanti conceptionis; & consequenter negandus sit textus hic argumenti, inquātum dicit contrarium; Vide q.33.ar.1.2.

AD TERTIVM dicendum, quod intellectus Christi secundum scientiam infusam poterat intelligere, etiam non conuertendo se ad phantasmata, ut supra habitum est.* Vnde poterat in eo esse operatio uoluntatis, & intellectus absque operatione sensus, sed tamen potuit in eo esse etiam operatio sensus, in primo instanti suæ conceptionis, maximè quātum ad sensum tactus, quo sensu proles concepta sentit in matre, etiam antequam animam rationalem obtineat, ut dicitur in lib.* de Gener. aīal. unde cū Christus in primo instanti suæ cōceptionis habuerit animam rationalē, formato iam & organizato corpe eius multo magis in eodem instanti poterat habere operationem sensus tactus. *li.2.c 4.& 3.co.4.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. EX articu. habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse à scripturis, & August. quod Christus in primo instanti conceptionis, suæ habuit vsum liberi arbitrii. A D. Augustino quidem, ut in argu. cont. Vbi ly mox ut Verbum &c. tanti valet, quanti ly in instanti, quo Verbum, &c. De ly mox; vide q.33. ar.1. appen. A scripturis uero per hoc, quod dicitur Hieremi.31 fœmina circumdabit uirum. Hoc enim secundum Doctores ad literam verificatur in mysterio incarnationis de Christo secundum quod est homo, id est secūdum humanitatem, & de B. Virgine matre eius. Nam à B. ista fœmina fuit in conceptione circumdatus homo Christus, tanquam uir. Quod quidem, scilicet ipsum in cōceptione tam paruulū ſm corpus, fuisse uirum ſm animam, & in speciali (ut stemus in proposito) secundum operationes potentiarum animæ, vsumq; liberi arbitrii, i. non quōcumq; sed ad modum uiri absolute dicti, i. perfecte vsus uirium suarum habentis, & operantis: hoc inquā, totum est quoddā nouūm à Deo creatum super terram (ut ibi. cōtextus prophetæ docet.) Notandum uero, quod nō ponit circumdationem cuiusq; rei, puta sanguinis, uel lactis, uel alicuius embrionis solidi (ut in aliis fœtibus cōceptis accidit, q.33.ar.1.app.) sed solū uiri, i. facta mētiōe circūdationis mox uirū circūdatum absq; alio intermedio assignat: & hoc, ut ex ipsa litera detur intelligi, ista duo, scilicet, circumdationem à matre, & uirilitatem in prole, fuisse simultanea, i. in eodem instanti incepisse. Non ergo circumdatus à fœmina fuit Christus ante, quam esset uir, sed simul fuit uir, & à fœmina in loco conceptionis carnea substantia circumdatus. Vide q.33.ar.2.appen. Item à scripturis insinuatur idē per hoc, quod dicit Io.1 Verbum caro factum est, & uidimus eum plenum gratiæ, & ueritatis. Ecce quod quam primū Deus verbum fit caro, est ſm quod caro, i. secundum humanitatem plenum ueritatis. Constat autem ex Philos. 2 de anima, quod plenitudo, i. ultima perfectio ueritatis, non consistit in potentia uel habitu, sed in operatione, i. in usu ipsius potentiæ uel habitus. Ergo verbū hominē factum fuisse tunc plenum ueritatis est ipsum habuisse vsum potētiarum & habituū ad cognitionem pertinentium, & cōsequenter (speciatim in subiecta materia loquendo) habuisse tunc, i. in eodem instanti vsum liberi arbitrii. Non ergo prius Verbum caro, quam ad plenum utatur libero arbitrio, sed simul Verbum caro, & ad plenum utens libero arbitrio. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctr. præsens Ang. uicissim declaretur, atq; cōfirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corp. unica est conclusio: Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit usum liberi arbitrii; Probatur, Humanæ naturæ assumptæ cōuenit spūalis perfectio à principio. ergo Christus in primo suæ conceptionis instanti habuit illā operationem, quæ pōt in instanti hēri. ergo habuit tunc usum liberi arbitrii; Antecedens hēt ex supradictis, quod Christus non profecit in spirituali perfectione. Consequentia prima probatur, quia perfectio ultima nō in potentia, uel habitu, sed operatione consistit: iuxta illud 2. de Anima, operatio actus secundus dr̄ Consequentia secunda probatur: quia operatio intellectus, & uoluntatis, in qua vsus arbitrii liberi consistit, potest haberi in instanti, quod declaratur à minori ex operatione uisus; Et probatur ratione, quia est motus, qui est actus perfecti ad differentiam motus, qui perficitur successiue, ut dicitur in tertio de anima.

¶ Circa assumptum huius processus dubium occurrit, quoniam æquiuocare vr̄ de perfectione. Nā perfectio actus secundi non est incōueniens, quod de nouo aduenerit animæ Christi etiam ſm scientiam infusam, alioquin anima Christi semp fuisset in actu secundo respectu omnium quæ pōst cognouit per scientiam infusam, quod patet esse falsum. Proficere ergo animā Christi in perfectione spirituali potest intelligi dupliciter. Primo, ſm perfectionem actus secundi, & sic non inconueniens animā Christi profecisse. Alio modo, ſm perfectionem actus primi, & sic dato, quod sit incōueniens est extra propositum, quia de perfectione actus secundi, quæritur, & tractatur, ut patet. Et sic antecedens ruit, ac per hoc totus processus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quod aliud est acquirere simpliciter actum ſm, & aliud est transire de uno actu secundo in alium, quia in acquisitione simpliciter actus secundi, quando, s. anima ex non operante fit operans consistit profectus animæ, proficit enim acquirendo suam perfectionem, & finem, propter quem est unumquodq; enim est propter suam operationem, ut dicitur 2. Cœl. In transeundo uero de vno actu secundo in alium; non consistit profectus ipsius animæ, ut patet ex eo, quod quisque ad imperfectionem actum secundum, contingit ex perfectioni transire, ubi nō proficere, sed deficere potius inuenitur. Et propterea, licet nullum inconueniens sit ponere in Christi anima nouos multos actus secundos per successū temporis, inconueniens tamen esset ponere animam ipsius totaliter caruisse quandoq; actu secundo, quia fuisset simpliciter imperfecta tunc, & uere profecisset, non ſm hanc, uel illam perfectionē, sed simpliciter, quod excellentiæ animæ assumptæ non consonat. Et quia processus literæ fundatur nō super hac, uel illa perfectione actus secundi, sed super perfectione spirituali simpliciter, & super profectu secūdum spiritualem perfectionem simpliciter, ideo uerum assumit, & efficaciter concludit. Oportet enim ponere animam Christi a principio, ita perfectam simpliciter, ut non profecerit simpliciter, ad hoc autem manifeste constat sequi, & quod à principio fuit in actus secundi perfectione, & quod oppositū, scilicet quod fuerit in principio totaliter absque secundo actu repugnat perfectioni simpliciter ipsius animæ a principio. Et propterea optime illatum est, quod habuit in primo instanti illas operationes, quas potuit in illo instanti habere, seruato intellige tu, naturæ, & decentiæ ordine: quod dico ne confundaris scrutādo, quæ est maior ratio de ista quam de illa operatione, quod habita fuerit in illo instanti: absque enim dubio constat, primum operum nostrorum, quo reliquis utimur, consistere in libero arbitrio, & ideo optime conclusum in litera non solum de possibili, sed de facto in anima Christi tunc.

Palud. 3.d.18.q.2, Medina, ar.3.

186

3. dist.15.q.3.ar.2.q.3. & d.14.ar.3 q.6.& d.18.ar.3. & 5.c.Et ver. q.29. ar 8. Et op.3.c.223.& 228

SVP. Q. XXXIIII.

ART. III.

COncl. In primo instanti suæ conceptionis Christus meruit.

¶ Prob. Quia Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit secundum proprium motum liberi arbitrii in Deū, sanctificatus, (art. 2. cum sui sanctificatio fuerit perfectissima, ac ideo per se), & motus proprius liberi arbitrii in Deum est meritorius, (1.2. quæstio. 114. ar.3.4.)

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis mereri potuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus in primo instanti conceptionis mereri non potuerit. Sicut enim se habet liberum arbitrium ad merendum, ita ad demerēdum, sed diabolus in primo instanti suæ creationis non potuit peccare, ut in prima parte habitum est.* ergo neque anima Christi in primo instāti suæ creationis (quod fuit primum instans conceptionis Christi) potuit mereri. *p.p.q.63, art.5.

¶ 2 Præt. Illud quod homo hēt in primo instanti suæ conceptionis, uidetur, esse naturale; quia hoc est

¶Co-

ad quod terminatur sua generatio naturalis, sed naturalibus non meremur, ut patet ex his, quæ dicta sunt in Secunda parte. ergo videtur quod usus liberi arbitrii, quem Christus habuit secundum hominem in primo instanti suæ conceptionis, non fuerit meritorius.

¶ 3 Præt. Id quod semel aliquis meruit, iam fecit quodammodo suum, & ita non uidetur quod iterum possit illud mereri, quia nullus meretur quod suum est. si ergo Christus in primo instāti suę conceptionis, meruit, sequitur quod postea nihil meruerit, quod patet esse falsum: non ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit.

SED CONTRA est, quod Augustin. dicit super Exod. Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum quo potuisset proficere. Potuisset autem proficere in merito, si in primo instanti suæ conceptionis non meruisset. ergo in primo instanti suæ cooceptionis meruit Christus.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) Christus in primo instanti suæ conceptioois sanctificatus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio: una quidem adultorum, qui secundum proprium actum sanctificantur: alia autem puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem parentū, vel Ecclesiæ. Prima autem sanctificatio est perfectior quam secūda: sicut actus est perfectior, quam habitus, & quod est per se, eo quod est per aliud. Cum ergo sanctificatio Christi fuerit perfectissima (quia sic sanctificatus est, vt esset aliorum sanctificator) consequens est, quod ipse secūdum propriū liberi arbitrii in Deū fuerit sanctificatus, quiquidem motus liberi arbitrii est meritorius. Vnde consequens est, quod in primo instanti suę conceptionis, Christus meruerit.

*ar. 1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod liberum arbitrium non eodē modo se habet ad bonum, & ad malū. Nam ad bonum se habet per se, & naturaliter, ad malum autem se habet per modum defectus, & præter naturam, Sicut autem Phil. dicit * in secundo, de cęlo, Posterius est quod est præter naturam, eo quod est secundum naturam: quia id, quod est præter naturā, est quædam excisio ab eo, quod est secundum naturam, & ideo liberum arbitrium creaturę in primo instanti creationis potest moueri ad bonum merendo, nō autem ad malum peccando, si tamen natura sit integra.

*li. 2. tex. 18.

AD SECVNDVM dicendū, quod illud, quod homo habet in pricipio suę creationis secundum cōmunem naturæ cursum, est homini naturale, nihil tamen prohibet quin aliqua creatura in principio suæ creationis, aliquod beneficiū gratiæ à Deo consequatur. Et hoc modo anima Christi in principio suæ creationis cōsecuta est gratiam, qua posset mereri, & ea ratione gratia illa, secundum quādam similitudinem dicitur fuisse illi homini naturalis, ut patet per August. * in Enchir.

*c. 40. a medio, to. 4.

AD TERTIVM dicendum, quod nihil prohibet idē esse alicuius ex diuersis causis. Et secundum hoc Christus gloriā īmortalitatis, quam meruit in primo instanti suæ conceptionis, potuit etiā posterioribus actibus, & passionibus mereri, non quidem ut esset sibi magis debita, sed ut sibi ex pluribus causis deberetur.

AR-

¶ COROLL. Ex his ergo patet, quod Christus in primo instanti conceptionis suæ non tantum habuit meritum in radice (vt quidā dixerunt). s. in habitu charitatis, aliarumq; uirtutum: sed etiā meruit quantum ad usum ipsius charitatis, atq; uirtutū. Ergo fuit dignus gloria nō tantum ex habitu. i. ex eo, quod tunc fuit in gratia charitate, cæterisq; uirtutibus: sed etiam ex actu, i. ex eo, quod tunc usus est ipsa gratia habita charitateque ac reliquis. Cōfirmantur hęc omnia, & consequenter præsens probatio textualis, unde eliciuntur, per regulam illam uniuersalem: quæ est ista, s. quod debemus Christo secundum animam attribuere perfectionem spiritualem omnē, quæ potest ipsi attribui. Nā ex hac regula posita, procedēdo ad propositum, dicimus: quod, cum possibile sit (ut nunc ostendetur) Christum habuisse actum perfecte meritorium in primo instanti cōceptionis, debemus absolute fateri, quod ipse in primo illo instanti perfecte meruerit. Si enim non fuisset possibile, Christum habere actum meritorium in primo instanti conceptionis, hoc non contigisset, nisi ex aliquo trium modorum. Aut enim tūc defuisset Christo aliqua perfectio requisita ad agendum (sicut propterea dicimus, quod catulus nō potest in primo suæ natiuitatis instanti uidere, quia deest sibi perfectio organi uisus, quæ requiritur ad uidendum): aut tūc Christus habuisset aliquod impedimentū extrinsecum (sicut propterea dicimus, quod aqua generata in loco cōcluso non potest in primo suæ generationis instanti moueri proprio motu, quia conclusione loci impeditur), aut operatio Christi ad merendum fuisset de genere successiuorum (sicut propterea dicimus, quod ignis in primo instanti suæ generationis non mouet sursum ita, quod tunc in illo instāti attingat locū sursum, licet ad illum incipiat moueri, quia motus est de genere successiuorum. i. ex natura sua habet successionem, cui utiq; repugnat esse totū in instanti). Constat aūt, quod in Christo nihil horum trium fuit: Non primū, quia in eo non deficiebat aliqua perfectio ex parte ipsius agentis, quæ est necessaria ad actum meritorium. Non secundum, quoniam nihil erat, quod impedire eū ab agendo meritoriè posset; Non tertiū, eo quod motus charitatis, quo mouebatur, non est successiuus, sed indiuisibilis. A sufficienti ergo diuisione patet, quod Christus in primo conceptionis instanti potuit mereri, & consequenter ex adiunctione regulæ uniuersalis præmissæ confirmatum remanet, quod supra dicebatur in textu, scilicet quod ipse de facto tunc meruit.

1m maior. Sicut se habet liberum arbitrium ad merendū, ita ad demerendum. R. Cum hac tamen differentia, quod ad bonum se habet naturaliter, ad malum aūt se habet preter naturā. §. Supponendo nihilominus semper cum B. Hieron. de quo in 1. 2. q. 109. ar. 4. ad 2. quod sic nostrū arbitrium est liberū ad bonū, ut semper indigeat auxilio diuino. Tunc nihil &c. Nā ex eo, quod diabolus non potuit demereri in primo instanti creationis suę, nō sequitur, quod anima Christi in primo suæ creationis instanti nō potuerit mereri. Posterius. n. est, quod est præter naturā, eo, &c. ut in text.

Ex

Ex quo totum rāsum cū illa propositione maiori colligendo, dicere potes formalius. i. breuius, magisq; scholastice, quod ly sicut, ly ita, dicunt factū, non aūt modū facti. i. dicunt quod liberum arbitrium requiritur ad utrumque factum, s. ad merendum, & ad demerendum; non autem, quod ad hæc requiratur eodē modo. Pro harum, & aliarum similium propositionū (quę multæ sunt) & responsionum ampliori intelligentia, uide arti. 1. ad tertium. & iuxta ibi ab Elucid. dicta regulabis te proportionaliter ubique applicando singula singulis (ut decet.)

2m de maiori. Habet. R. Secundum communem cursum naturæ. §. Tunc nihil &c. Nam Christus usum liberi arbitrii cum gratia in primo instanti suę conceptionis habuit nō secundum communem cursum naturæ: sed ex speciali liberalitate Dei. Et ideo illa gratia cum usu liberi arbitrii non dicitur naturalis eo modo, quo dicuntur naturalia illa, quibus (vt dicit minor) non meremur, licet possit dici naturalis alio modo, scilicet secundum quandam similitudinē, id est, inquantum in primo instanti creationis data est. Naturalibus ergo, hoc est a principio creationis habitis secundum communem cursum naturæ, non meremur, sed naturalibus, idest a principio creationis habitis ex speciali beneficio Dei, possumus mereri, & de facto (ut si stamus in Christo) meremur.

3m de antecedente. Et ita non uidetur, quod iterum possit illud mereri. Respon. Vt sit simpliciter suum. §. In quo sensu solo etiam procedit id, quod in huius antecedentis probationem adducitur, scilicet nullus meretur quod suum est. Vt si dicamus quoque uniuersaliter. Nullus meretur, quod suum est, eo modo, quo suum est. Puta, si est suum simpliciter, non meretur, ut sit suum simpliciter: si est suum ex ista causa, non meretur, ut sit suum ex eadem causa: si est suum tali modo uel iure, non meretur, ut sit suum tali modo uel iure. Tunc nihil & cætera. Quod enim erat suum, & consequenter sibi debitum uno modo, scilicet per meritorium actum in primo instanti conceptionis productum, Christus facere potuit quod esset suum, & consequenter sibi debitum etiam alio modo, s. per meritorium actum in tali sua post natiuitatem actione productum: Rursus id, quod erat suum illo, & isto modo potuit facere, quod esset adhuc suum alio modo, puta per meritoriū actum in tali sua post adolescentiam actione uel passione productum, &c. Nā & homo quilibet in gratia cōstitutus pōt mereri, quod suū est, puta uitam ęternam, pluries: cum post unum actum, quo meruit illam, possit producere aliū, quo mereatur eadē (ut patet facilè considerantibus Concil. Trident. sess. 6. c. 16. Cano. 24. 32.) Nihil siquidem prohibet, idem esse alicuius ex &c. ut in tex. Cuius ly non quidem, ut esset magis debita, uerificatur uniuersaliter de Christo ratione charitatis, non autem uniuersaliter uerificatur de aliis. Charitas enim, cuius operantis in-

tuitu aliquid fit debitum, non fuit uariata in Christo, i. nõ fuit maior uel minor; in aliis autem sic. Tantæ namque magnitudinis charitas fuit in Christo mox, ut conceptus est; quanta fuit in illo, quando in monte Caluariæ crucifixus & mortuus est: quoniam in spiritualem perfectionem proficere non conuenit Christo, sed statim eam a principio habere, ar. 2. corp. princ. & appen. In aliis uero non est charitas tanta in principio, quanta in progressu continuo: quoniam augetur magis, & magis; iuxta illud Prouerb. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectam diem; & iuxta Concil. Trid. sess. 6. cap. 10. Cano. 24. & iuxta 2. 2. q. 24. art. 4. 7. Ideò Christo ex pluribus actionibus & passionibus merenti aliquod, puta gloriam corporis, hoc non fit magis debitum, quam fuerit sibi ex meritò primo in conceptione debitũ (ut habes in tex.) aliis uerò in iustificatis ex pluribus actionib. & passionibus aliquod magis debitum fiet, quam fuerit eisdem ex aliquo primo meritò debitum. Vnde est ista diuersitas? Iam audisti, quod scilicet ex gradu charitatis semper stante (ut in Christo) uel uariato (ut in aliis.)

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX artic. habes primò, quò per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Aug. ꝙ Christus in primo instãti conceptionis meruit. A D. Aug. quidem, ut recitatur cum applicatione in arg. con. Pro cuius dicto. s. non habuit omnino, quo posset proficere, nota, ꝙ hoc ideò fuit, quia illius anima fontali bono gratiarũ oium. s. Verbo erat a primo instanti suæ conceptionis intimè coniunctissima, ut nihil supra, ut quæ esset ei substantialiter hypostatice unita. Cum ergo sanctitas nostra, oisque perfectio, atque eiusdẽ profectus dependeat ex hoc, ꝙ sumus cõiuncti Deo, magisq; in tali coniunctione crescimus (ut constat) & Christi anima nõ habuerit, quo magis coniungeret Deo, sed semper ei coniuncta fuerit eodẽ mõ. s. in summo, sequitur euidenter, ꝙ ipse Christus iuxta alæ meritum non habuerit oĩnò, quo posset proficere. Hinc ergo patet, ꝙ sensus conclusionis fuit anthonomaticus. i. ꝙ Christus in primo conceptionis instanti non tñ meruit, sed & perfectissimè meruit. Quẽadmodũ ẽt pp eandẽ rationem intelligendæ sunt cõclusiones huius q. totius: puta, ar. 1. ꝙ Christus fuit tunc perfectissime sanctificatus, item ar. 2. ꝙ tunc habuit perfectissime usum liberi arbitrii; itẽ ar. 4. ꝙ tunc fuit perfectissime cõpræhensor. A scripturis uero id in principio appẽd. dictum insinuatur per hoc, ꝙ dr̃ Io. 1. Verbum caro factũ est, & uidimus eũ plenũ gratiæ. Cũ enim plenitudo. i. ultima pfectio rei consistat (ut hr̃ ex Phylos. 2. de anima) non in habitu, sed in operatione: exponẽdũ est ly plenũ grãæ, i. plene operans fm gratiã habitã; id qđ est plene, hoc est, pfectissime mereri. Plenũ aũt gratiæ fuit Verbũ caro, mox ut est factũ caro (fm ꝙ cõtextũ ipsum Euangelii considerantib. patet): ergo q̃ primũ Christus fuit conceptus in utero, meritoriũ actũ plenissimu habuit. Hæc uerò sic exposita confirmari ẽt pñt p rationem sequẽtẽ: quæ licet uirtualiter in supradictis contineatur, tñ non inutiliter explicabit magis in hunc modũ. Anima perfecta & prima, & secunda pfectione est pfectior, q̃ aĩa perfecta tñ prima perfectione (ut ex terminis patet) sed Christo fm animã nulla accreuit perfectio spũalis (ut patet ex pmissis): ergo aĩa Christi in primo instanti, quo Verbũ caro factũ est, fuit perfecta non tñ prima, sed ẽt secunda perfectione. Quia igitur secunda perfectio est operatio, & prima est habitus (ut patet in lib. 2. de aĩa,) oportet dicere, ꝙ aĩa Christi, qñcũq; habuit habitũ gratiæ, habuerit & operationẽ eius. Cũ ergo statim, ut Verbũ caro factũ est, ipsum uiderit Euãgelista plenũ habituali gratia in anima; consequens est, ꝙ & tunc plenum ipsum uiderit operatione fm habitum gratiæ. Tunc ergo, cum tali operatione seu actu mereamur, uidit ipsum plenum meritis. Secundò uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est de merito propriè dicto intellectus.

¶ In corpore est una conclusio: Christus in primo suæ conceptionis instanti meruit. Probatur Christus in primo suæ conceptionis instãti per gratiã sanctificatus fuit sanctificatione perfectissima. ergo fm proprium motum liberi arbitrii in Deum fuit sanctificatus. ergo in primo instanti suę conceptionis meruit. Antecedens probatur; quia sanctificatus est, ut esset aliorum sanctificator. Consequentia uero prima probatur, distinguendo duplicẽ sanctificationis modum, & comparando eos. Distinctio est: Sãctificatio duplex, uel per proprium sanctificati actum, uel non per proprium, sed Ecclesiæ fidem. Comparatio est: Prima est perfectior: tum quia actus est perfectior habitu, tũ quia per se est perfectius eo, quod est per aliud. Secunda autem cõsequentia probatur, quia motus liberi arbitrii in Deum est meritorius.

¶ Aduerte diligenter hic tu, qui sacramenta Ecclesiæ sæpius frequentas, quod sanctificatio adultorum est per proprium actũ liberi arbitrii tendentis in Deum, & similiter augmentum sanctificationis per augmentum actus liberi arbitrii tẽdentis in Deũ. Hinc enim fit, ut cum frequentatione sacrorum mysteriorum nõ crescat sanctificatio hominis, quia scilicet homo per proprium liberi arbitrii actum non concurrit eo augmento, quod sanctificatio, quæ fieri deberet, exigeret, hinc fit, ut suscipientes sacramenta in ipso susceptionis actu maxime debeant actualiter in Deũ actu dilectionis consurgere.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod de actu liberi arbitrii proprie loquitur Auctor, ut patet, tũ ex eo quod sermo eius est formalis, & liberum arbitrium sæpe nominet; tum ex eo quod in præcedenti art. in responsione ad 2. expresse ad actum electionis descendit. Et hæc ideo dixerim, ut percipias, tam in angelis, quam in Christi anima, primum actum meritorium uere fuisse actum liberum, quamuis non indifferentem ad bonũ, & malum, sed ex natura seu naturæ ordine (ut in litera dicitur) determinatũ ad bonum. Nam non solum uoluntas, sed liberum arbitrium (ut in litera dicitur) per se, & naturaliter se habet ad bonum, ad malum aũt per aliud, hoc est per bonum, à quo deficiendo, malum incurrit, & præter naturam, malum enim est excisio ab eo, quod est secundum naturam, alioquin mali rationem non haberet.

Medina ar. 4.

SVP. Q. XXXIIII. ART. IIII.

187 Locis sup. ar. 3. adducti. COncl. Christus in primo instanti suæ conceptionis accepit nõ solũ tantam gratiã, quãtã cõpræhensores hñt; sed ẽt oib. comprehensorib. maiorẽ. Et quia illa gratia nõ fuit sine actu, cõsequẽs est, ꝙ fm animam actu fuerit cõprehensor, uidendo. s. Deum per essentiã clarius cæteris creaturis. * art. præc.

¶ Prob. Quia Chrs in primo instãti suæ cõceptionis accepit gratiã non ad mensuram, q. 7. ar. 9. 10. 11. Secunda autem pars, s. & quia &c. patet ex terminis.

¶ Not. Antecedens probationis, sicut & prima pars cõclusionis, fundamẽtum hoc tamquã radicẽ firmissimã hñt, quod

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit perfectus cõprehensor in primo instanti suæ conceptionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus nõ fuerit perfectus comprehensor in primo instãti suæ conceptionis. Meritũ. n. præcedit præmiũ, sicut & culpa pęnã: sed Christus in primo instanti suæ cõceptionis meruit, sicut dictũ est*. Cum ergo status cõprehensoris sit principale præmium, uidetur ꝙ Christus in primo instãti suæ cõceptionis non fuerit comprehẽsor.

¶ 2 Præt. Dñs dicit Luc. ulti. Hæc oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriã suam: sed gloria ptinet ad statum coprehẽsoris. ergo Christus non fuit in statu cõprehensoris in primo instanti suæ cõceptionis, qñ adhuc nullã sustinuerat passionem.

¶ 3 Præt. Illud quod non conuenit nec homini, nec angelo vř esse proprium Deo, & ita non cõuenit Christo fm ꝙ homo, sed semper esse beatũ, non cõuenit, nec homini, nec angelo: si. n. fuissent conditi beati post modũ nõ peccassent. ergo Christus, fm ꝙ homo, non fuit beatus in primo instanti suę conceptionis.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur in Ps. 64. Beatus, quẽ elegisti, & assumpsisti, qđ fm gl. * refertur ad humanam naturam Christi, quæ assumpta est a uerbo Dei in unitatẽ personæ: sed in primo instanti cõceptionis fuit assumpta humana natura à verbo Dei in unitatẽ personæ. ergo in primo instanti suæ conceptionis Christus, fm ꝙ homo, fuit beatus, quod est esse comprehensorem.

RESPON. Dicendum, quod (sicut ex dictis patet*) non fuit conueniens, vt Christus in sua cõceptione acciperet gratiam habitualẽ tñ absq; actu: accepit. n. gratiã non ad mensuram, ut supra habitum est. * quod. s. in maiori includitur minus: hoc est (in proposito) quod unio maior ad Deum trahit secum minorẽ. Gratia enim seu gloria cõprehensorũ est aliquid ualde minus, q̃ gratia, seu gloria hæc. s. quod Deus factus sit homo. Nam tanto magis uel minus aliquid est bonũ, & gloriosum, quanto magis uel minus est Deo coniunctũ, qñ Deus est ipsa essentia bonitatis & gloriæ; unumquodq; autẽ magis uel minus est tale (etiam secundum Philosophum) quanto magis uel minus appropinquat ei, quod est per essentiam tale. Porrò minus admodum coniunguntur Deo comprehensores, quàm humanitas Deo incarnato. Illi enim uniuntur ei per uisionem & amorem

* Aug hoc loco Ps. 64 to. 8.

* art. præc.

* q. 7. art. 9. 10. & 12.

rem,quod est uniri ei accidentaliter(secundum tamen quod accidens diuiditur contra substantiam, quod Phylosophi dicunt accidens prædicamentale: non secundum quod accidens est temporale quoddam,i.adesse potest & abesse,quod Phylosophi vocāt accidens prædicabile) humanitas uero vnitur ei in persona, quod est vniri ei substantialiter, q.2.art.6. In hoc ergo, tamquam in maiori, s. quod Deus factus ē homo, includit̄ hoc aliud, tamquam minus, s. qđ sit compræhensor. i.qđ Deo coniungatur per apertam cognitionem, & amorem. Vnio igitur quæ est in persona diuina,cum sit quoddā cōpletissimum, & ultimū ad quod potest eleuari creatura trahit secum omnem aliam vnionem ad Deum, tamquam ipsam causans,q.6.ar.6.& q.7.ar.13. In instanti ergo,quo Deus homo conceptus est,traxit secum omnes istos ipsius vnionis effectus,scilicet gratiam & gloriam comprehensoris actualis quo ad animam in tanto cumulo, in quanto nullis aliis creatis compræhensoribus conuenit immò,nec umquam conuenire pōt.

Gratia autem uiatoris cum sit deficiens a gratia compræhensoris,habet mensuram minorem respectu gratiæ compræhensoris. Vnde manifestum est,quod Christus in primo instanti suæ conceptionis, accepit non solum tantam gratiam quā tam compræhensores habent,sed & omnibus comprehensoribus maiorem. Et quia gratia illa non fuit sine actu,consequens est,quod actu fuerit compræhensor, uidendo Deum per essentiam clarius cæteris creaturis.

1m illatio conclusionis. Cum ergo status, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso sub præmissi præsup posito, s. quod esse compræhensorem sit præmium in Christo. Licet enim compræhensorem esse sit præmium in aliis, uepote ab eis acquisitum per meritum,seu(quod in idem redit)eis ex meritò debitum,non tamen habet rationem præmii in Christo.Christus enim non meruit gloriam,&c. ut in tex. Nam ex hoc ipso quod anima Christi erat coniuncta Deo in persona(vt dictum est) debebatur ei diuinæ essentiæ clara uisio,atque fruitio: nō autem per operationem aliquam facta est ei debita. Vnde cum meritum cōsistat in operatione(hęc enim facit,quod aliquid sit nobis debitum)consequens necessariò est,quod Christus fruitionem prædictam non meruit. Hinc fit,ꝙ Christus ipsam fruitionem gloriosius, quam alii compræhēsores, habuit. Nec obstat,quod gloriosius sit habere aliquid per seipsum quam ab alio habere omnia,& quod illud,quod quis meretur,habet quodammodo per seipsum: quoniam Christus magis habuit ex seipso illud,quod ex vnione habuit, quam aliquis per seipsum habeat id,quod ex operatione acquirit, quia habuit illud naturaliter. Vide not.post probatio.conclusio.& quæstio.2. articu.12. Item quæstio.7. ar.t.13. In uirtute igitur illius assumpti,scilicet gloriosius est habere aliquid per seipsum,quā ab alio habere omnia, magis concluditur propositum, scilicet quod Christus gloriosissime præ omnibus est compræhensor: licet tamquam obstaculum adduci uideretur assumptum ipsum ad concludendum oppositum,scilicet quod alii eo,quod meruerunt, sint gloriosius compræhensores,quam Christus,si gloriam illam non meruit.

2m ex Luc. In gloriam.℞.Corporis. §.Tunc nihil &c. Nā conclusio articuli de gloria animæ Christi tantum intelligit,quando illum ab instanti primo conceptionis fuisse compræhensorem affirmat. Et hæc gloria, scilicet animæ pertinet directe ad statum compræhensoris:non autem gloria corporis(ut uidetur putasse minor argumenti),sed solum indirecte,per redundantiam,scilicet ab anima glorificata ad corpus,t.2.q.4.ar.6.

Tertium

3m maior. Illud,quod non conuenit naturæ humanæ, nec Angelo,uidetur esse proprium Deo. ℞. Negatur.§. Nam et insufficienti diuisione maior hæc composita est. Debuisset enim dicere,illud quod non conu.nat.hu. nec Angelo,nec Christo secundum quod homo,uidetur esse proprium Deo. (Et ita postmodū sequitur, ꝙ cum sit propriū Deo non cōuenit Christo secundum ꝙ homo). Nā in rerum natura nō reperitur solū Deus,Angelus,& homo; sed etiā Deus,& homo. Vnde aliquid poterit non conuenire homini,neq; Angelo, & tamen non erit ꝓprium Deo,ut Deo; quia cōueniet Deo & homini. Sicut accidit in proposito. Christus enim ex hoc,ꝙ fuit Deus,& hō, in sua &c. ut ī tex. Nec obstat, ꝙ debuerit per omnia fratribus assimilari,vt dicitur Hębr.2.Si bene intelligatur ibi Apostolus,ut patet q.63.ar.4.appen. Inde ergo in hoc te regulabis. *q.19.ar.3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod(sicut supra dictum est*)Christus non meruit gloriam animę,secundum quam dicitur compræhensor, sed gloriam corporis ad quam per suam passionem peruenit.

Vnde patet responsio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus ex hoc quod fuit Deus, & homo in sua humanitate habuit aliquid prę cæteris creaturis, ut scilicet statim a principio esset beatus.

QVÆ-

APPENDIX.

Ex articu.habes primo, quomodo per rationem ostendas,meritò esse insinuatum à scripturis,ꝙ Christus fuit ab initio conceptionis perfectissimus compræhensor. Vt per hoc,ꝙ dicitur in psal.64. Beatus quem,&c.secundū ꝙ cum glos.& discursu ponitur in argu. con. Item per hoc,ꝙ dicitur Colos.2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ,& scientiæ Dei abscondi. Et nota,ꝙ ibi cōtextus dicit ly mysterii Dei patris:& Christi Iesu,per qđ significatur incarnationis Christi mysteriū ex obedientia mysteriosū.s.altissima,Dei patris factū. Apostolus ergo,ſm planum sensum literæ denotat ibi;ꝙ in Christo homine sunt oēs thesauri sapientię & sciētiæ Dei. Si oēs ergo, & uisio clara diuinæ essentiæ, atque fruitio; Qm̄ scientiam grandē,atq; sapientiam importat,cū talis uisio dicat excelsam Dei cognitionē sapidissimam. Nā sapiētia est ſm nomen eius,Eccle.7. Idest sapientia,est scientia,cū sapore.i.sapientia ſm ethymologiā suā est sapida scientia. Porrò uisione aperta Dei quid scientificū magis, atq; sapidius? Qm̄quidem una hæc omnes thesauri scientiæ & sapientię in unū colligit,continet,seu cōplectitur. Ponere ergo in Christo homine oēs thesauros sapientię & sciētiæ est idē,qđ est dicere,ipsum ſm ꝙ homo erat,fuisse compræhēsorē. Quia uerò hoc dicens Apost.meminit de mysterio incarnationis Christi(ut supra):ideo ꝓ id connotauit, ꝙ in tali mysterio incęperunt esse in eo isti oēs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. i. ista plenissima cōpræhensio. Et quia non qūocumq; sed tamquam effectus ipsius mysterii,incępit(ut ēt dictum est ar.2.3.Elucid.)& posita causa sufficienti ponitur effectus: ideò uoluit,consideratis, cōsiderandis,per eadē uerba designare Apost.ꝙ ab instanti primo conceptionis ipsorum thesaurorum Christus fuit possessor. Caue tamen,ne unquam dixeris ex hoc,ꝙ anima Christi adeo Verbum cōpræhendit sicut Verbum ipsum cōpræhendit seipsum. Hæresis enim hæc est, ꝙ tam clarè Christus, secundum ꝙ homo, uideat Deum,quantum Christum secundum ꝙ Deus. Vt patet ex sui dānatione supra articulorum numero 68.90. 104. 145.& Additio.articulorum oum.398.cum Elucid.ubique. Secundo uides,quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur,atque confirmetur. Vtilitas pro Eccle, S.Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio,Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit actu compræhensor,uidendo Deum per essentiam clarius cæteris. Probatur,& primo, quod habuerit gratiā maiorem omnibus compræhensoribus: secundo quod actu uiderit plus cæteris. Primum probatur, Christus accepit tunc gratiam,& non ad mensuram. ergo accepit gratiam, & quantum habent compræhensores,& maiorem omnibus. Antecedens ex euangelio, Consequentia probatur quia gratia uiatoris minorem habet mensuram respectu gratiæ compræhensoris:probatur,quia deficit ab illa,ex hoc enim sequitur,quod habeat gratiam quantam compręhensores,& rursus sequitur,quod maior est omnibus,quia aliter fuisset mensurata ad aliam maiorem, uel æqualem. Secunda vero pars probatur, quia gratia non fuit sine actu,probatur, quia inconueniens esse iam dictum est in Christo ponere gratiam habitualem sine actu.

¶ Aduerte hic,quod ex hoc loco apparet,quid uideatur sensisse Auctor de illa quæstione in præcedente libro tacta, an gratia viatoris sit minor gratia compræhensoris, secundum suam quantitatem, an solum ratione modi, quia scilicet compræhensor uidet,& uiator non. Expresse siquidem hoc in loco,ex hoc,quod viatoris gratia deficit a gratia compræhensoris infertur, quod minorem habet mensuram. Et ne dubites, quod de quantitate loquitur, subditur tanta,& quanta, & ut accipias hæc de ipsa essentia gratiæ, & non de modo actus subdit, & quia gratia illa non fuit sine actu, ubi monstrat se de ipsa essentia, habitualis gratiæ loquutum, ex hoc ipso, quod postea ad illius actum descendit, & si sic est, consequens est, ut minimus compræhensor habuerit actualiter maiorem gratiam, quam Ioānes Baptistę,& sanctus Petrus.& quicumque alius uiator dum in hac fuerunt uita. Et propterea gratia hic est sicut semen, ita quod quanto maior est hic gratia, tanto in patria erit maior gloria proportionaliter. Numquam tamen gratia tanta est in uia, quanta est gratia consummata, quę est gloria, sicut nec semen est, quanta est arbor sua, quantumcumque minima, seu animal suum quantumcumque paruum.

Medina ar. 1.

SVPER QVAEST. XXXV. ART. I.

CONCL. Natiuitas, tamquam subiecto nascenti propriè, attribuitur personæ uel hypostasi: sed, sicut termino, natiuitas attribuitur naturæ.

¶ PROB. Quia sola persona est id subiectũ, quod nascitur (cum ipsa sola significetur per modum subsistentis.) Secunda autem pars, scilicet sed sicut &c. probatur; Quia terminus cuiuslibet generationis è forma (cum ad formã terminetur naturæ intentio 2. Physi.) & natura significatur per modum formæ.

¶ NOT. Iden sola persona dicitur proprie esse id, quod nascitur: quoniã nasci est quoddam fieri, & nihil fit nisi ut fit, & per cõsequẽs secundum quod esse cõuenit ei. Esse autẽ proprie subsistenti conuenit, & ideo ipsum, quod per se subsistit, dicitur proprie fieri, & nasci. Esse uero conuenir non proprie, sed ex consequenti formæ seu naturæ, quoniam forma, seu natura non subsistit per se, sed dicitur subsistere seu (ut rectius loquamur) esse, inquantum in ipsa suppositum subsistit. Ex consequenti igitur conuenit naturæ fieri seu nasci; non quia ipsa nascatur, sed quia ipsa per generationem
189 accipitur. Hinc discurrenti patet, quod natura generans non intendit producere naturam aliquam, nisi in supposito; puta, non intendit generare humanitatem sed hominem. Dat ly natura generans: non quia ipsa generet, sed quia uirtute ipsius fit generatio. Sicut enim solius suppositi proprie est esse, ita & ipsius solius est agere: unde fit ut suppositum tantum & generet & generetur.

3. d. 8. art. 2.
* c. 40. i medio, to. 3.
* li. 5. Metaphys. text. 5. to. 3.

1m illatio conclusionis. Si igitur diuinæ naturæ &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim humana natura est idem realiter, quod persona humana, 1. q. 3. ar. 3. Sicut natura diuina est realiter idem, quod persona diuina, prima, quæstio. 39. ar. 1. Vnde non potest sic humana natura poni pro persona humana; sicut diuina natura pro persona diuina (ut hic fit à Diuo Augustino per argumentum adducto.) Hinc fit, quod non liceat inferre, naturam humanam nasci, ex quo diuina natura in sensu præmisso dicitur nasci. Iure igitur negabatur illatio talis.

Secundum

QVÆSTIO XXXV.

De natiuitate Christi in octo articulos diuisa.

CONSEQVENTER post Christi conceptionem agendum est de eius natiuitate. Et primo, quantum ad ipsam natiuitatem. Secundò, quantum ad natiuitatis manifestationem.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum natiuitas sit naturæ, uel personæ.

¶ Secundò, Vtrum Christo sit attribuenda alia natiuitas præter æternam.

¶ Tertiò, Vtrum secundum natiuitatem temporalem B. Virgo sit mater eius.

¶ Quartò, Vtrum debeat dici mater Dei.

¶ Quintò, Vtrum Christus secundum duas filiationes sit filius Dei patris, & Virginis matris.

¶ Sextò, De modo natiuitatis.

¶ Septimò, De loco.

¶ Octauò, De tempore natiuitatis.

ARTICVLVS I.

Vtrum natiuitas sit naturæ, vel personæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod natiuitas naturæ conueniat magis quam personæ: dicit enim August. * in libro de fide ad Petrum. Natura æterna atque diuina, non posset concipi & nasci ex humana natura, nisi secundum ueritatem humanæ naturæ: si igitur diuinæ naturæ conuenit concipi, & nasci ratione humanæ naturæ, multo magis conuenit humanæ naturæ.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in quinto Methaphys. * nomen naturæ a nascendo sumptum est: sed denominationes fiunt, secundum similitudinis conuenientiam. ergo uidetur quod natiuitas magis pertinet ad naturam, quam ad personam.

¶ 3 Præt. Illud propriè nascitur, quod per natiuitatem incipit esse: Sed per natiuitatem Christi non incæpit esse persona Christi, sed eius humana natura. ergo uidetur ꝙ natiuitas propriè pertineat ad naturã, non ad personam.

SED CONTRA est, ꝙ Damasc. dicit in 3. lib. * Natiuitas hypostasis est non naturæ.

* lib. 3. c. 6. paulo aṗ̃ cap.

RESPON. Dicendum, ꝙ natiuitas potest attribui alicui dupliciter, uno modo sicut subiecto, alio modo sicut termino: sicut subiecto quidẽ attribuitur ei quod nascitur; hoc autem propriè est hypostasis, non natura. Cum enim nasci sit quoddam generari, si generatur aliquid ad hoc, quod sit, ita nascitur aliquid ad hoc, quod sit esse autem propriè est rei subsistentis nam forma, quæ nõ subsistit, dicitur esse solum, quia ea aliquid est: persona autem, uel hypostasis significatur per modũ subsistentis, natura autem significatur per modum formæ, in qua aliquid subsistit, & ideo natiuitas tamquã subiecto nascenti, propriè attribuitur personæ uel hypostasi non naturæ: sed sicut termino attribuitur natiuitas naturæ terminus enim generationis, & cuiuslibet natiuitatis est forma, natura autem per modum formæ significatur. Vnde natiuitas dicitur esse uia in naturam. ut patet per Phylos. 2. Phys. terminatur enim naturæ intentio ad formam, seu naturam speciei.

li. 2 Physi. tex. 14. t. 2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod propter identitatem, quæ in diuinis est inter naturam, & hypostasim: quandoque natura ponitur pro persona, uel hypostasi. & secundum hoc dicit Augusti. * naturam diuinam esse conceptam, & natam, quia scilicet persona filii est concepta, & nata, secundum humanam naturam.

* loco citato in argu.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ nullus motus, seu mutatio denominatur a subiecto, quod mouetur, sed à termino motus, a quo speciem habet. Et propter hoc natiuitas non denominatur a persona, quę nascitur, sed a natura ad quam natiuitas terminatur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ natura proprie loquendo, nõ incipit esse, sed magis persona incipit esse in aliqua natura, quia, sicut dictũ est *) natura significatur, ut quo aliquid est, persona autem significatur ut quæ habet esse subsistens.

* In corp. art.

AR-

2m minor. Denominationes fiunt secundum similitudinis conuenientiam. ℞. Hoc etiam simul obseruato, quod si sunt denominationes mutationum, non fiunt a subiecto, sed à termino. §. Nullus enim motus seu &c. ut in tex. Tunc nihil &c. Nam ex eo, quod nomen naturæ dicitur a nascendo, non habetur, quod natiuitas pertineat ad naturam, nisi tamquam ad terminum natiuitatis: id quod conclusio articuli numquam negauit (ut eam legenti patet) licet negauerit, quod pertineat ad naturam, ut ad subiectum.

3m maior. Illud proprie nascitur, quod per natiuitatem incipit esse. ℞. In natura illa, in qua nascitur. §. Tunc nihil &c. Nam ad hoc, quod persona diuina ꝓprie nascatur secũdum temporalem natiuitatem, sufficit; quod ipsa persona per talem natiuitatem incipiat esse in natura humana: & consequenter ad hoc non requiritur (ut putabat argumentum) quod persona ipsa diuina incipiat esse absolute, idest secundum se. Est si quidem æterna, cui repugnat incipere secundum se, id est secũdum quod ens est; licet sibi non repugnet incipere esse in aliqua natura de nouo assumpta.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatum à scripturis, in Symbolo fidei, & Damasceno, quod natiuitas conuenit magis personæ, quam naturæ. A Damasceno quidem, ut in argument. contr. A Symbolo autem fidei per hoc, quod de persona, non de natura dicitur; Qui conceptus est, & natus ex Maria Virgine. Nam in fidei Symbolo ponuntur ꝓpositiones non tantum ueræ, sed etiam propriæ. Si enim ueritas sola in propositionibus ibi attenderetur, diceretur; natura humana passa est, crucifixa, mortua, sepulta. Quia uero cum ueritate in illis etiam proprietas attenditur, dicitur; Qui scilicet Deus humanatus, passus est, crucifixus, mortuus, sepultus. Ex his ergo ostenditur, quod natiuitas conuenit propriè non naturæ, sed personæ. A scripturis uero idem insinuatur per hoc, quod dicitur Matth. 2. Cum natus esset Iesus. Non enim dicit, cum nata esset natura Iesus, sed Iesus, quod est nomen personæ. Item ibidem. Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Nam

y qui

ly qui dicit personam. Item Luc. 2. Natus est uobis Saluator. Item Ioan. 9. In peccatis natus es totus. Et capit. 16. Natus est homo in mundum. Et cap. 18. In hoc natus sum. Numquid umquam dicit; natura mea nata est? Aut nata est humanitas aliqua in mundum? Aut tua natura in peccatis nata est tota? Aut natura Saluatoris nata est? Cum igitur ly Ego, ly homo, ly tu, ly Saluator, importent personam, ex his abunde habetur intentum, quod quærebatur. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

PRo hac quæstione in titu. primi artic. notandi sunt termini omnes, & primum quod natiuitas sumitur propriè, & formaliter ut continet natiuitatem in utero, & natiuitatem ex utero; ita quod non tractabitur solum de natiuitate ex utero, sed etiam de natiuitate in utero, ut testantur quinque primi articuli huius quæstionis. Est autem differentia inter conceptionem, & natiuitatem in utero formalis, quia conceptio attenditur penes captionem rei ad concipientem: ex hoc enim dicitur mulier concipere, quod simul apud se capit quod generandum est. Natiuitas autem attenditur penes egressum à parente ex hoc enim res nasci dicitur, quod ad naturam pergit, est enim uia in naturam. Vnde natiuitas tunc perfectè consummata est quando ex utero proles exit, quia tunc primo adipiscitur propriam naturam, ut res omnino separata à matre. Quamdiu enim est in utero proles, est aliquid matris, & propterea tunc simpliciter, & absolutè dicimus, quod homo natus est. Tractauit ergo Auctor prius de Christi conceptione, & nunc de natiuitate: tum quia prius consideranda fuit ratio conceptionis, & postea natiuitatis in uno, & eodem opere, quo conceptus, & natus est in utero: tum, quia natiuitas simpliciter, & absolutè nuncupata, quæ scilicet est ex utero (unde tractatus iste denominatur) posterior est omnino conceptione, & fas fuit ut in principio tractatus de natiuitate inchoaretur, ratione natiuitatis etiam in utero.

¶ Notandum est deinde, quod comparatio distinctionem comparatorum exigit, & propterea natura, & persona inter quas fit hic comparatio in ordine ad natiuitatem summuntur: in hoc articulo ut ab inuicem distinguuntur, hoc est natura secundum rationem naturæ, vt scilicet actum naturæ, seu formæ exercet, qui exprimitur per ly ut quo, & similiter personam secundum rationem hypostasis, ut scilicet actum personæ exercet, qui significatur per ly, ut quod distinguuntur siquidem natura, & persona ut quo, & quod: est enim natura qua hypostasis est id, quod est.

¶ Notandum demum est, quod in hoc primo articulo non est quæstio de persona Christi, & natura Christi, sed in communi de natura, & persona, ut titulus ipse sonat. In sequenti siquidem artic. an Christo conueniat temporalis, quæretur, & ideo ad vniuersalissimam distinctionem inter naturam, & personam qualis est dicta differentia) recurrendum est, ut etiam ex Auctore in corpore artic. percipere potes, dum ex distinctione secundum modũ significandi inter naturam, & personam differentiam inter naturam, & personam aperuit.

¶ In corpore articu. ponitur primo una distinctio bimembris, deinde respondetur quæsito duabus conclusionibus, singulis iuxta singula distinctionis membra. Distinctio est, natiuitas potest alicui dupliciter attribui, uel sicut subiecto, uel sicut termino; Prima conclusio est. Natiuitas attribuitur non naturæ, sed personæ ut subiecto nascenti. Secunda, Natiuitas naturæ attribuitur termino.

¶ Aduertendum est hoc in loco cautissimè, quod distinctio ista non est intelligenda, ut sonat, nam dupliciter potest intelligi, uel de subiecto inhæsionis, ut scilicet, illi dicatur attribui natiuitas, ut subiecto in quo subiectiue est natiuitas sicut motus, uel mutatio est in subiecto, cui inhæret, seu uelit motus, seu mutatio, quemadmodum si manus calefiat, calefactio est subiectiue in manu, & si ex aqua fit aer generatio aeris est subiectiue in materia prima, quæ transmutatur in aerem. Et sic non sumitur in proposito: tum quia natiuitas hac in litera dicitur esse in persona, ut in subiecto, constat autem personam non esse subiectum inhæsionis respectu natiuitatis, quia natiuitas est subiectiue in materia prima, cum sit species generationis substantialis, & quia natiuitas quamdiu durat, non est adhuc persona, quæ nascitur, & quam primum persona est, natiuitas desinit: tum quia in litera insinuatur conclusio istius sensus, dum cõcludendo dicitur, quod natiuitas tamquam subiecto nascẽti propriè attribuitur personæ: non enim frustra addit ly nascenti, sed ut monstraret, quod non loquitur de subiecto inhæsionis: uel potest intelligi de subiecto denominationis, ut scilicet illi, attribuatur natiuitas ut subiecto, quod denominatur propriè a natiuitate nascens, & natum: & sic sumitur in proposito: tum quia medius terminus probans, & declarans conclusionem primam est, quod id, quod nascitur, est ut subiectum, & similiter conclusio, ut dictum est, dicit ut subiecto nascenti: tum quia sic omnia, quæ in litera dicuntur, absque scrupulo uera inueniuntur, & consona: tum quia Auctor tam in distinctione, quam in probatione, quam etiam in conclusione, numquam loquitur de subiecto, & termino natiuitatis, sed loquitur de sicut subiecto, & de sicut termino natiuitatis, ut patet in litera: præponendo siquidem super ly sicut, aut ly tamquam, manifestauit, quod non de subiecto, aut termino propriè loquebatur, sed de his, quæ se habent ut subiectũ, & ut terminus. Et hic est proculdubio uerus, & formalis sensus istius literæ: persona siquidem est subiectum proprium denominationis respectu natiuitatis, nam propriè loquendo, Socrates est qui nascitur, & postea natus est.

¶ Conclusio ergo prima quo ad utramque sui partem, sic probatur. Quod nascitur est tamquam subiectum natiuitatis. ergo quod est. ergo subsistens. ergo persona, & non natura. Antecedens pro euidenti relinquitur, & uere euidens est cognitis terminis. Prima consequentia probatur, quia quod nascitur, nascitur, ad hoc quod sit: quod probatur, quia nasci est quoddam generari, quod generatur autem, generatur ad hoc quod sit. Secunda uero consequentia probatur: quia esse est propriè subsistentis: quod probatur, quia forma non subsistens non dicitur esse, ut quæ est, sed ut qua aliquid est. Tertia autem consequentia probatur, quia persona significatur per modum subsistentis, natura autem per modum formæ. Perspice in hac deductione, quæ diximus, quod de subiecto denominationis intendit, quia ex modis significandi probat conclusionem, modus enim significandi uariat non solum proprietatem, sed ueritatem enuntiationis: dictum est enim in 1. libro propter eum istam esse falsam, deitas significat deitatem, & istam ueram, Deus generat Deum, & conformiter nunc dicitur, quod natura non nascitur, nec est nata, sed persona est quæ nascitur & est nata, hoc enim est personam, & nõ naturam esse subiectum denominationis respectu natiuitatis, hoc est, esse cui ut subiecto attribuitur natiuitas, & simile quid est uidere in probatione secundæ conclusionis, dum ipsa etiam ex modo significandi probatur.

¶ Secunda conclusio probatur primo, terminus natiuitatis est forma. ergo natura: antecedens patet, quia terminus cuiuslibet generationis est forma. Consequentia probatur, quia natura significatur per modum formæ. Confirmatur secundo, quia natiuitas dicitur uia in naturam, ex secundo Physicorum, & exponitur, quia intentio naturæ ad formam, seu naturam terminatur.

¶ Aduertè hic, quod natura non solum se habet ut terminus in denominando ipsam natiuitatem, à terminis enim denominantur generationes, sed & secundum rem natura habet termini rationem, quoniam ad naturam terminatur secundum rem generatio & propterea Auctor ex parte rei etiam rationem attulit ex intentione naturæ utente generatione ut uia in naturam, ad quam tendit.

Medina, ar. 1.

SVPER Q. XXXV.
ART. I.

190 COnet. In Christo sunt duo termini natiuitatis, 1. duæ naturæ, una temporalis, altera æterna, q6. 2. ar. 1. 10. Et natiuitas diuersificatur secundum diuersitatem terminorũ (cũ natiuitas sit mutatio, ar. 1. mutatioq; diuersificetur sic ex 5. Physic.) Primum

3. d. 14. q. 2. art. 2. ad 4. & 3. d. 8. ar. 4. q6. 1. Et d vnio. ar. 1. ad 16.

ARTICVLVS II.

Vtrum attribuẽda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christo nõ sit attribuenda aliqua natiuitas tẽporalis, nasci. n. est uelut quidam motus rei nõ existentis, antequã nascatur id agens beneficio natiuitatis, ut sit: sed Christus ab æterno fuit. ergo nõ potuit temporaliter nasci.

¶ 2 Præt. Illud, quod est in se perfectũ, natiuitate non indiget: sed persona filii Dei ab æterno fuit perfecta. non ergo indiget tẽporali natiuitate, & ita uidetur, quod non sit temporaliter natus.

¶ 3 Præt. Natiuitas propriè p̃sonæ cõuenit: sed in Christo est una tm̃ persona. ergo in Christo est tantũ una natiuitas.

¶ 4 Præt. Quod duabus natiuitatib. nascitur, bis nascitur,

sed hæc uidetur esse falsa, Christus est bis natus, quia natiuitas eius, qua de Patre est natus, interruptionem non patitur, cum sit æterna, quod tamen requiritur ad hoc aduerbium bis: ille enim dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. ergo uidetur quod in Christo nō sit ponenda duplex natiuitas.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit* in 3. libro confitemur duas Christi natiuitates, unam quæ est ex parte æternam: & unam, quæ est in ultimis temporibus propter nos.

*li. 3. orth. fid. ca. 7. in med.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est*) natura comparatur ad natiuitatē, sicut terminus ad motum, uel mutationem. Motus autem diuersificatur, secundum diuersitatem terminorum, ut patet per Philosoph. in 5. Physicor.* In Christo autem sunt duæ naturæ, diuina, scilicet & humana: quarum unam accepit ab æterno à Patre, alteram accepit temporaliter a matre, & ideo necesse est attribuere Christo duas natiuitates, unam, qua æternaliter natus est a Patre, aliam, qua temporaliter natus est a matre.

* ar. præc.

*li. 5. phys. tex. 4t. & seq. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hæc fuit obiectio cuiusdam Feliciani hæretici, quam Augusti.* in libro contra Felicianum sic soluit, Fingamus, inquit, sicut plerique uolunt, esse in mundo animam generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta uiuificet, ut non sit concreta cum genitis, sed uitam præstet ipsa gignendis: nempe cum hæc in uterum, passibilem materiam ad usus suos formatura peruenerit, unam facit secum esse personam eius rei, quam non eandem constat habere substantiam: & fit operante anima, & patiente materia, ex duabus substantiis unus homo. Sicque animam nasci fatemur ex utero, non quia antequam nasceretur, quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset: sic ergo, imo sublimius natus est de matre filius Dei secundum hominem, eo pacto quo cum corpore nasci docetur, & animus, non quia utriusque sit una substantia, sed quia ex utraque fit una persona. Non tamen ab initio carnis incœpisse dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem, non ab æterno filii Dei nouimus carnem, ne non ueritatem humani corporis, sed quandam eum suscepisse putemus imaginem.

* 12. paulo post princ. to. 6.

AD SECVNDVM dicendum, quod hæc *fuit ratio Nestorii, quam soluit Cyrillus in quadā epistola dicens; Non dicimus, quod filius Dei indiguerit necessario propter se secūda natiuitate post eam, quæ ex Patre est, est enim fatuum, & indoctum existētem ante omnia secula, & consempiternum Patri indigere dicere initio, ut sit secundo. Quoniam autem propter nos, & propter nostram salutem uniens sibi secundum subsistentiam, quod est humanū processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter.

AD TERTIVM dicendum, quod natiuitas est personæ, ut subiecti, naturæ autē, ut termini. Possibile est autem vni subiecto plures transmutationes inesse, quas tamen necesse est secundum terminos uariari, quod tamen non dicimus, quasi æterna natiuitas sit transmutatio, aut motus, sed quia significatur per modū mutationis, aut motus.

AD QVARTVM dicendum, quod Christus potest dici bis natus, secundum duas natiuitates: sicut enim dicitur bis currere, qui currit duob. temporibus, ita potest dici bis nasci, qui semel nascitur æternitate, & semel in tempore, quia æternitas, & tempus multo magis differunt, quam duo tempora, cum tamen utrumque designet mensuram durationis.

AR-

1m de minori. Sed Christus. R. Secundum Deitatem cōsideratus. §. Tunc nihil &c. Stant enim simul hæc duo (ut habetur ex textu); quod Christus secūdum deitatem fuerit ab æterno, & secundum humanitatem sit temporalis. Adeo quod nec deitatem Christi, idest nec naturam; nec personā eius diuinam, dicimus in mysterio incarnationis esse aut fieri temporalem, nec ipsius humanitatem esse uel fieri æternam. Sed deitate illa remanente immutabiliter æterna, & humanitate existente nouiter temporali, Christus secundum humanitatem nascitur temporaliter, qui secundum diuinitatem natus iam fuerat æternaliter. Ex his ad maiorē argumenti dic: quod nasci est, sicut motus quidam rei non existentis secundum natiuitatem illam, idest secū-dum naturam acceptā per natiuitatem illam, antequam nascatur, id agens beneficio natiuitatis, ut sit secundum naturam ex illa natiuitate acceptam. Potest ergo nasci esse motum rei existentis secundum aliquam aliam considerationem, antequam sic nascatur, id agens beneficio natiuitatis ut sit, non quidem secundum quod erat prius, sed secundum quod nouiter est per istam nouam natiuitatem. Vide, ut ad propositum applices, art. 1. ad tertium.

2m de maiori. Non indiget. R. Propter se. §. Tūc nihil &c. Ex hoc enim non fit, quod taliter in se perfectum non indigeat propter aliquid aliud, hoc est (in proposito) propter nostram salutem, noua natiuitate. Vide ad primum. Recole ex qō. 1. ar. 2. quod ista indigentia sumitur pro ualde magna congruitate, nō pro absoluta necessitate. Poterat enim Deus aliter saluare hominē: ut dicitur ibid.

3m de maiori. Personæ. R. Vt subiecto. §. Tunc nihil &c. Ad uerificādum enim quod in Christo sint duæ natiuitates, non exigitur (ut putat argumentum) quod in ipso sint duæ personæ; sed sufficit, quod in eo sint duæ naturæ. A subiecto namque non fit ista denominatio, sed a termino, ex ar. 1. ad secundum. Possibile est enim vni subiecto plures, &c. ut in tex. In quo uigilanter notabis pro semper cautelam designatam per ly quod tamen non dicimus, &c.

4m de maiori. Bis nascitur. R. Secundum duas natiuitates. §. Id est, secundum quod una natiuitate semel nascitur, & iterum altera natiuitate semel nascitur. Tunc nihil &c. Minor enim est falsa, quoniam Christus potest dici bis natus secundum &c. ut in tex. Vnde patet, quod illa minoris probatio, s. de non interruptione natiuitatis æternæ, exit extra propositum. Nam interruptio requisita pro aduerbio Bis, non debet attendi iuxta unam tantum natiuitatem (quod ibi in argumēto fit) sed iuxta duas natiuitates secundum duplicem mensuram durationis consideratas unamquamque. s. natiuitatem secundum suam.

APPEN-

APPENDIX.

EX articu. habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim ponentium in Christo unam solum natiuitatem, uel diuinam, uel humanam, Proclianitarum uidelicet, & Arrianorum. Procliniani siquidem diuinam tantum in eo natiuitatem agnoscere se ostendebant per hoc, quod Christum ipsum naturam tantum diuinam habuisse asseruerunt (ut habetur supra, quæstione secunda, articu. primo, append.) Arriani autem natiuitatem solum humanam in ipso esse innuebant per hoc, quod in Christo solum humanam naturam posuerunt (ut habetur ibidem.) Secundo habes, quō utrorumque horum hæreticorum radicem infectam, scilicet de unica natura, per contrapositionem radicis sanæ, scilicet de duabus naturis euellas, maxime si catholica dicta in quæstione secunda, articulo primo append. aduersus illam addideris: & consequenter habes, quomodo per rationem ostendas, illorum hæresim de una tantum in Christo natiuitate, merito damnari à Damasceno, prout orthodoxæ fidei definitiones refert, secundum quod uides in argumen. contr. Item a Concilio Quinto Generali, Constantinopoli celebrato actione seu confessione secunda, capitulo secundo. si quis non confitetur, Dei Verbi esse duas natiuitates; unam si quidem ante sæcula, & sine tempore ex patre incorporaliter, aliam uero eiusdem in ultimis diebus descendentis de cœlo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genitrice, semperque uirgine Maria, qui natus est ex ea: talis anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio Lateranensi sub Papa Martino Primo, Canone quarto, Si quis non confitetur, proprie, & uere ipsius Dei, & Domini Nostri IESV Christi duas natiuitates existere: unam ante sæcula ex Deo patre incorporaliter, & sempiternaliter; alteram autem de Virgine Maria carnaliter in ultimis sæculorum; sit condemnatus. Hæc ibi. Item à Concilio Nicæno Primo, in Symbolo fidei, per hoc: quod de filio Dei dicunt. Natum ex patre, hoc est, ex substantia patris; Homousion, hoc est consubstantialem patri, & postea subiungunt; Qui propter nos descendit, & incarnatus, & homo factus est: id est (ut habetur in Symbolo Apostolorum) natus ex Maria Virgine. Item ab omnibus aliis legitimis Conciliis: quoniam omnia eandem omnino fidem, quam sancti patres Nicenæ Synodi exponendo Symbolum Apostolorum docuerunt, profitentur; & non sunt in eis schismata. Natus igitur ex patre, natus ex Maria

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a In Cōcil. Calcedon. actione 1. in epist. ad Nestoriū circa med.

ria virgine, secundum fidem a conciliis unanimiter prædicatam, est Christus: ergo duæ natiuitates, secundum ipsam catholicam fidem, in Christo sunt: ergo, secundum eandem catholicam fidem, contrarium est hæresis concorditer ab Apostolis aliisque sanctis patribus condemnata. Vide articul. 1. append. Tertio vides: quomodo ex iis bene pensatis, & ap- 3
plicatis, doctrina præsens Angelica viculim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una est conclusio. Necesse est Christo attribuere duas natiuitates. vnam, qua æternaliter natus est a patre, aliam, qua temporaliter natus est a matre. Probatur, In Christo sunt duæ naturæ, quarum unam ab æterno a Patre, alteram temporaliter a matre habet. ergo Christo attribuendæ sunt duæ natiuitates, &c. Antecedens ex fide. Consequentia probatur, quia natura se habet ad natiuitatem vt terminus ad motum, motus autem diuersificatur, secundum diuersitatem terminorum, 5. Physi. Ex hoc enim manifeste sequitur, quod diuersitas naturarum terminantium, inferat diuersas natiuitates, ac per hoc duæ naturæ inferunt duas natiuitates.

¶ In responsione ad vltimum habes in litera satisfactionem ad rem, si ad formam instantiæ, quod bis exigit interruptionem mensuræ inter primum actum, & secundum respondere cupis, dicito, quod est verum, si primus, & secundus actus mensurantur mensura durationis vnius rationis, puta quod tempus sit vtriusque mensura, aut æternitas sit vtriusque mensura, Oportet enim interrupto tempore currere, qui bis currit in tempore, & similiter oporteret interrupta æternitate nasci, qui bis in æternitate diceretur natus. Sed diuersarum rationum existentibus mensuris, actus (puta intellectionis, volitionis, natiuitatis, dum una intellectio alicuius est in æternitate, & altera in tempore, & sic de aliis) potest dici, quod ille bis intellexit lapidem semel in æternitate, & semel in tempore absque æternitatis interruptione: & ratio in litera assignatur, quia plus differunt etiam ut mensuræ durationis æternitas, & tempus, quam duo tempora interrupta, puta hodie, & post cras. Non oportet igitur natiuitatem Christi diuinam, interruptionem habere respectu natiuitatis Christi humanæ, ad hoc vt Christus vere dicatur bis natus, quia plus distat mensura diuinæ natiuitatis a mensura humanæ natiuitatis, quam si una fuisset ante mille annos, & alia hodie.

Ferr 4. con. c. 35. 34. Cap. 3. d. 4. q 1. con. 2. Medina ar. 3.

SVP. Q. XXXV. ART. III.

290 COncl. Beata virgo est uera, & naturalis mater Christi secũdum temporalem natiuitatem ipsius.
3. d. 3. q. 2. a. 1. & 2. & d. 4. q. 2. ar. 1. & 4. cõt. c. 35. & 34. & 44. & opu. 3. c. 229 & 230. & opusc. 60. c. 3 com. 4. c. 32. art. 4.

¶ Prob. Quia corpus Christi est ex purissimis sanguinibus beatæ virginis formatum. q. 31. artic. 5. (contra hæresim Valentini) Et hoc scilicet ministrare puros sanguines, ex quibus proles formatur, sufficit ad rationẽ matris; q. 31. artic. 5. ad tertiũ. q. 32. ar. 4.

1m minor. Hoc nõ videtur sufficere ad rõnem matris. R. Nisi loquamur in generatione viuentium. §. Tunc nihil, &c. vt de se patet. Generatio enim de qua supponitur in articuli conclusione, est generatio uiuentium.
*li. 3. c. 2. 4 & 7.

2m de maiori. Miraculosè. R. Et naturaliter. §. Tunc nihil, &c. Licet enim miraculosa tantum generatio nõ sufficiat ad rationem maternitatis & filiationis (vt sentit minor, & probat): tamen generatio miraculosa partim, partimque naturalis, sufficit ad rationem maternitatis ac filiationis; ex parte, scilicet qua naturalis est beata virgo igitur est uera mater Christi non ex parte, qua generatio illa fuit miraculosa; sed ex parte, qua generatio erat naturalis. Vnde & ipsa dicitur mater naturalis. vide q. 33. artic. 4.
*q. 52. ar. 4

3m de maiori. Pertinere. R. Non necessario. §. Resolutio enim seminis fœminæ, &c. vt in tex. Pro cuius declarationn, recurre ad quæst. 32. artic. 5. ad tertium. Tunc nihil, &c. vt patet.

A P-

ARTICVLVS III.

Vtrum secundum temporalem Christi natiuitatem, B. Virgo possit dici mater eius.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod secundum temporalem natiuitatem Christi, Beata virgo non possit dici mater eius: vt enim sup. dictum est, * B. Virgo Maria nihil actiuè in generatione Christi operata est, sed solam materiam ministrauit, sed hoc non videtur sufficere ad rationem matris, alioquin lignum diceretur esse mater lecti, aut scamni. ergo uidetur quod B. Virgo nõ possit dici mater Christi.

¶ 2 Præt. Christus ex beata virgine miraculosè natus est, sed miraculosa generatio, non sufficit ad ratione maternitatis, vel filiationis: non. n. dicimus Euam fuisse filiam Adæ. ergo uidetur, quod nec Christus debeat dici filius beatę virginis.

¶ 3 Præt. Ad matrem pertinere videtur decisio seminis, sed sicut Damas. * dicit in 3. lib. corpus Christi non seminaliter, sed conditiuè a Spiritusancto formatum est. ergo videtur quod beata Virgo non debeat dici mater Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. Christi generatio sic erat, cum esset despõsata mater Iesu Maria, Ioseph, &c.

RESPON. Dicendum, quod beata virgo est vera, & naturalis mater Christi. sicut enim supradictũ est, * corpus Christi, non est de cœlo allatum, sicut Valentinus hæreticus posuit, sed de Virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationem matris, vt ex supradictis patet. * vnde beata virgo vere est mater Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est *) paternitas, siue maternitas, & filiatio, non competunt in quacunque generatione, sed in sola generatione viuentium: & ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant, non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis, sed solum in generatione viuentiũ, quæ propriè natiuitas dicitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Damascen. * dicit in tertio lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodãmodo secundum nos, quoniã natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autẽ, quoniam nõ ex semine, sed ex spiritusancto, & sancta Virgine, supra legem conceptionis, sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritussancti, fuit miraculosa. vnde beata virgo est uera, & naturalis mater Christi.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut supra dictum est *) resolutio seminis fœminæ, non pertinet ad necessitatem d conceptus, & ideo resolutio seminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem catholicam fantasiæ hæreticæ si oppositam interimas ex fantasia ipsa aliã Valentini hæresim necessario consequentem, scilicet quod beata virgo nõ est uera mater Christi. Si namque Christus per eam tamquam per fistulam nihil ex ipsa sumẽs transiuit: (vt Valentinus dixit): vtique non erit mater eius, vt quæ non ministret materiam conceptus solitam ministrari a matribus. Huic ergo hæresi, scilicet quod non esset uera mater Christi, cõsentiunt etiam necessario, ex sua tamen præsuppositione, Appelles, Apollinaris, Mennonitæ, ac similes. Dixit siquidem Appelles; quod Christus nõ de matre, sed ex elementis, carnẽ suam assumpsit: Apollinaris autem; quod carnem non aduentitiam suscepit, sed antequã descendisset de cœlo ante sæcularem, & consubstantialem habuit: Mennonitę item; quod non ex uirginis carne, sed ex Dei patris substantia, cęlitus attulit corpus. Quorum hæ sunt damnationes directas, vide supra articulorum numero 34. 168 171. 184. Et nota: quod illæ damnationes, i. illa, quibus prædictæ hæreses damnantur, faciunt pro isto articulo, scilicet quod beata uirgo est uera mr Christi. Dixi ly directas: quoniam per hunc articulum, sed tamen indirecte, possunt etiam condemnari. Vt si dicamus. Beata virgo est vera, naturalisque mater Christi: ergo Christus non aliunde, sed ex ipsa virgine, corpus assumpsit. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hæresim ex eorum fantasijs necessario consequentem, scilicet beata uirgo non est mater Christi, merito damnari a Matth. 1. Secundum quod est in argum. contr. Itẽ a Luc. 2. dicit

Vtilita pro Eccle. S. Dei.
*q. 31. ar. 5
*q. 35. ar. 3
*lib. 3. c. 7. circa med
*q. 52. ar. 4
D. 661. & 1127.

dici mater eius ad illum, fili quid, &c. Item a Ioan. 2. erat mater Iesu ibi. Dicit mater eius ministris Et cap. 19. Stabat iuxta crucē Iesu mater eius. Cum vidisset matrem, & discipulum, quem diligebat, dicit matri suæ. Pro horum omnium clariori notitia memēto legi Matth. 1. Iesus, qui uocatur Christus. Item merito damnari a Conciliis Constantinopolitano, & Lateranensi; vt art. 2. appen. Item ab Ecclesia dicente in officio B. Virginis, Sancta Maria mater Christi audi rogantes seruulos. Et iterum. Fœlix es sacra virgo Maria, quia ex te ortus est Christus Deus noster. Itē a symbolo Apostolorum, Qui (scilicet Christus) conceptus est, & natus, ex Maria Virgine. Hoc est (vt exponit D. Athanasius, in symbolo, Quicunque, &c.) homo est ex substantia matris in sæculo natus. Item ex his, quæ leguntur in Bulla Papæ Pauli IIII. recitata sup. q. 16. ar. 8. appen. Tertio vides: quomodo ex iis, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, an beata virgo uerè possit dici mater Christi.

¶ In corpore una conclusio. Beata virgo est vere mr Christi. Probatur, corpus Christi non est de cœlo allatum, sed de Virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatū. ergo beata virgo est vere mater Christi. Antecedens quo ad primam partem ex opposita hæresi Valentini patet, quo ad reliquas patet ex antedictis. Consequentia probatur, quia hoc solum requiritur ad rationem matris.

¶ Circa probationem hanc dubium nouitiorum occurrit, quia apparet vitium petitionis principii in ea, dum assumitur quod corpus Christi sumptum est ex Virgine matre, nam probādum erat, quod illa mulier esset mater. Nec valet dicere quod assumitur, corpus Christi sumptum ex matre, & concluditur, Christi esse matrem: quoniam tota quæstio de Christo est ratione corporis, an sit beata virgo mater eius, & in unā uertitur quæstionem, an ratione corporis, an Christi beata virgo sit mater.

¶ Ad hoc dicitur, quod ly ex matre, in præmissis assumptum breuitatis causa assumptum est, vt vno uocabulo exprimeretur modus, quo corpus Christi sumptum est ex beata virgine, ac si dixisset, corpus Christi sumptum est ex beata Virgine in loco naturali generationis, & per operationem naturalem mulieris ad conceptionem, & ex materia naturali, quam explicauit subdendo: Et ex purissimis sanguinibus, &c. vbi patet nullam incidere suspitionem petitionis principii.

¶ In responsione ad tertium, aduerte ad crebram repetitionem non necessarij concursus seminis muliebris ad generationem, & intellige Auctorem non sensisse, quod semen mulieris sit excrescentia uteri (vt Aristoteles putauit) sed quod concurrat ad generationem, non necessario tamen. Et propterea apud Auctorem ex hoc ipso, quod semen muliebre ordinatum est ad generationem, licet non necessario, habetur ratio peccati mollitiei in muliere uoluntarie seminante sola: abutitur enim semine ad generationem ordinato.

Ferr. 4 con c. 34. 45. Medina ar. 4.

SVP. Q. XXXV. ART. IIII.

191 Concl. Beata virgo uere dicitur mater Dei: & hæreticum est, negare hoc.

¶ Prob. Quia potest vere dici, Deum incarnatum esse conceptū, atque natum de virgine (cum quicquid conuenit naturæ humanæ possit attribui personę Dei incarnati, secundū quod nomen significās naturam humanā supponit pro ea, q. 16. arti. 4.): Et ex hoc aliqua mulier dicit uere mater alicuius, quod eum concepit ac genuit. Secunda autem pars, scilicet & hæreticum, &c. probatur; quia negare, beatam virginem esse veram matrem Dei, est hæresis vel Photini, vel Nestorij (vt declaratur in tex.)

[Margin: 3. d. 4. q. 2. art. 3. & 4. cōtr. c. 34. 43. & 45. si. Et op. 3 c. 209.]

1^m de maiori.

Nisi quod ex sacra scriptura habetur. R. Vel secundum uerba & sensum simul; vel secundū sensum tantum. §. Vt patet etiam 1 q. 39. art. 3. ad primum. & q. 36. ar. 2. ad primum. cum Elucid. Tunc nihil, &c. Licet enim ibi non habeatur exprese quo ad verba, quod beata uirgo sit mater Dei: habetur tamen hoc ibi expresse quo ad sensum. Inuenitur siquidem expresse in scriptura, ꝙ Iesus Christus est verus Deus, &c. vt in tex. vide in prima par. locis nunc citatis cum Elucid. quot inconuenientia sequerentur, & hæreses: nisi illa maior sic glossaretur, vt glossata fuit. Et, cum Ecclesia illas hæreses cōdemnet, dicendum restat: quod ipsa facto suo isto demonstrat & quod glossam illam approbat & quod vere sic glossanda est propositio illa.

[Margin: *can. 1. concil. Eph. c. te. 1. cōe. — *q. 16. ar. 2 — *q. 3. art. 2. & 3.]

2^m de conclusione.

Non est dicenda mater Dei. R. Secundum diuinitatem. §. Quasi ꝙ sit mater diuinitatis; & diuina natura acceperit initium essendi ex B. virgine: quæ duo procul dubio sunt falsissima. Tunc nihil, &c. Nā articuli conclusio intelligit: quod ipsa est uera mater *q. 33. ar. 3

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beata virgo debeat dici mater Dei.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod B. Virgo nō debeat dici mater Dei. Non enim dicendum est circa diuina mysteria, nisi quod ex sacra scriptura habetur: sed nūquam in sacra scriptura legitur, quod sit mater, aut genitrix Dei, sed quod sit mater Christi, vel mater pueri, vt patet Matt. 1. ergo non est dicendum, quod beata virgo sit mater Dei.

¶ 2 Præt. Christus dicitur Deus secundum diuinam naturam: sed diuina natura non accepit initium essendi ex Virgine. ergo beata virgo non est dicenda mater Dei.

¶ 3 Præt. Hoc nomen Deus, communiter prædicatur de Patre, & Filio, & Spiritusancto: si ergo beata virgo est mater Dei, videtur sequi, quod beata virgo sit mater Patris, & Filii, & Spiritussancti, quod est inconueniens. non ergo beata virgo debet dici mater Dei.

Sed contra est, quod in capitulis Cyrilli* approbatis in Ephesina synodo, legitur: Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam Virginem (genuit enim carnaliter carnem factā ex Deo verbum) anathema sit.

Resp. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) omne nomen significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cum autem vnio incarnationis sit facta in hypostasi, sicut supra dictum est,* manifestum est, quod hoc nomen Deus, potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam, & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ, vel humanæ, potest attribui illi personæ, siue secundum quod pro ea supponit nomen significans diuinam naturam, siue secundum quod pro ea supponit nomen significans humanam naturā: concipi autem, & nasci, personæ attribuitur, & hypostasi, secundum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur. Cum igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta a diuina persona, sicut prædictum est,* consequens est, quod verè possit dici Deum esse cōceptum, & natum de virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quod eum concepit, & genuit, vnde consequens est, ꝙ beata virgo vere dicatur mater Dei: solum enim sic negare posset, beatā virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni, & natiuitati, quam homo ille fuisset filius Dei, sicut Photinus posuit, vel humanitas non fuisset assumpta in vnitatem personæ, vel hypostasis verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Vtrumq; aūt horum est erroneum, vnde hæreticū est negare beatam virginem esse matrem Dei.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ hæc fuit obiectio Nestorii: quæ quidē soluit ex hoc, ꝙ licet non inueniatur expsè in scriptura dictum, ꝙ beata virgo sit mater Dei, inuenitur tñ expresse in scriptura ꝙ Iesus Christus est uerus Deus, vt patet 1. Ioan. vlt. & ꝙ beata virgo est mater Iesu Christi, vt patet Matt. 1. vnde sequitur ex necessitate ex verbis scripturæ, ꝙ sit mater Dei. Dr̃ etiam Rom. 9. ꝙ ex Iudæis est secūdum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Non autem est ex Iudæis nisi mediante beata virgine, Vnde ille, qui est super omnia Deus bñdictus in sęcula, est uerè natus ex beata virgine, sicut ex sua matre.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa est obiectio Nestorii: sed Cyrillus in quadam epistola contra Nestoriū, eā soluit,

nit, sic dicens. Sicut hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tamquam vnum reputatur, & si uo luerit quispiam dicere, quod est genetrix carnis, non tamen & animæ genetrix, nimis superfluè loquitur. Tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi: natum est.n. ex Dei Patris substantia, Dei Verbum quia vero carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quia natum est secundum carnem ex muliere. Dicendum est ergo, quod beata virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater diuinitatis, sed quia personæ habentis diuinitatem, & humanitatem, est mater secundum humanitatem.

AD TERTIVM dicendum, quòd hoc nomen Deus, quamuis sit commune tribus personis, tamē supponit quandoque pro sola persona Patris, quandoque pro sola persona Filii, vel Spiritussancti, ut supra habitum est. * Et ita cum dicitur, beata Virgo est mater Dei, hoc nomen Deus, supponit pro sola persona Filii incarnata.

AR-

* p.p.q.39. ar.7.

mater Dei, in alio sensu, idest quòd personæ habentis diuinitatem & humanitatem ipsa est mater secundum humanitatem.

¶ EXAM. Ly nimis superfluè loquitur. Hoc est. Nimis ignoranter, nimis inconuenienter, nimis insipide. Hoc est, sub aliis uerbis. Ille, sic loquendo, seipsum exponit derisioni, ludibrio, confusioni, apud omnes vere sapiētes: quia iure simul contra huiusmodi ineptias uno ore conclamabūt. Tu ergo bestia es, non homo, genitus? Tu pater es non hominum, sed bestiarum? Et omnes filii hominum, vt filij talium, bestiæ sunt, non homines? Heu cæcitatem. Quòd uerò illorum verborum Cyrilli, quæ in textu adducuntur, hic sit sensus ibi inclusus: patere potest ex suo exemplo ly hominis anima cum ꝓprio corpore nascitur, & tamquam unum reputatur. Pro cuius clariori notitia aduerte: quòd ad hoc, quòd aliquis sit pater vel mater hominis, non requiritur, quod generet seu producat animam intellectiuam; sed sufficit, quod disponat sufficienter materiam ad coniunctionem cum anima ipsa. Hoc.n. modo philosophum dicentem in lib. physic. quod sol & homo generant hominem, exponunt omnes uere sapientes: cum sciant, ipsum tenuisse immortalitatem animæ (vt patet ex recitatis in pri. par. articulorum numero 363. 579. & Addition. 292. cum Eluci. vbique. & Veritatibus aureis super Legem Veterem, Genes. 2. cōclus. 5. & Exod. 3. concl 6.) Adde: quod, etiam sine authoritate prædicta philosophi, necessarium est secundum veritatem & fidē catholicam dicere sic, vt supra: nisi uelimus, contra omnium uocem, fateri, quod nullus homo generat hominem, sed solum generat bestiam. Constat siquidem & quod anima intellectiua a solo Deo esse potest. 1. q. 90. ar. 2. 3. item q. 118. artic. 2. & quod homo constituitur in esse hominis solum per animam intellectiuam. 1. q. 76. art. 1. 3. 4. Si ergo homo non potest uere dici pater, vel mater alicuius hominis, nisi producat id, quo formaliter homo est homo, i. nisi producat animam intellectiuam; sequitur manifeste: quod impossibile est, aliquem esse patrem vel matrem hominis. Tantum ergo erit pater vel mater bestiæ: quoniam solum anima, a qua denominatur bestia, producetur ab ipsis generantibus, cum solum anima sensitiua traducatur cum semine. 1. q. 118. artic. 1. 2. Oportet igitur omnes, vel tamquam ab ipsa ueritate coactos, concludere; quod ad verificandum, aliquos esse veraciter patrem vel matrem hominis, sufficit; quod ipsi generantes disponant sufficiēter materiam ad hoc, vt actualiter uniatur cum forma propria hominis. i. cum anima intellectiua. His stantibus, uoluit Cyrillus subsequenter, per ly tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi, dicere: quod ad uerificandum, beatam virginem esse ueraciter matrem Dei, non requiritur, quod ipsa genuerit diuinitatē; sed sufficit, quod ipsa materiam ministrauerit sufficienter præparatam atque dispositam ad hoc; vt actualiter uniretur cum diuinitate in persona Verbi. Sicut enim stante ordine naturali, illa vere mater hominis est; quæ materiam uirili semine, tamquam actiuo principio, disponendam sufficienter ministrat pro actuali coniunctione ad animam humanam: ita, stante ordine supernaturali. idest diuinæ prædestinationis (Hic exprimitur per ly. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomē eius Emmanuel. Isa. 7.) illa vere mater Dei erit; quæ materiam uirgineam a spiritusancto, tamquam actiuo principio. q. 32. art. 1. disponendam sufficienter ministrat pro actuali coniunctione ad personam diuinā, immo in persona diuina. quæst. 2. artic. 2. Talis autem fuit utique beata uirgo. q. 32 art. 4. & q. 33. art. 4. ergo ipsa absque omni dubio est uera mater Dei. Dubitare igitur de hoc, scilicet an beata virgo sit mater Dei, quasi ipsa uere non sit, est dubitare proportionaliter de hoc, scilicet an cæteræ matres sint matres hominum, quasi ipsæ vere non sint. Sicut ergo qui diceret, cæteras non esse matres hominum, quia non generant humanas animas, nimis superflue loquereretur, id est nimis incongrue ad manifestissimam omnibus ueritatem negandam procederet, eiecque propterea indign⁹ responsione: ita qui diceret, beatam uirginē non esse veram matrem Dei, eo quod non generauit diuinitatem, nimis superfluè loquitur, idest nimis incompacte ad manifestissimam fidelibus ueritatem negandam procedit, ideoque omnino est responsione indignus. Hæc dicta sint pro sensu Cyrilli.

3^m maior. Hoc nomen, Deus, communiter prædicatur de patre, & filio, & spiritusancto. B. Supponit tamē quandoque pro aliqua sola persona trinitatis. §. Vt patet. 1. q. 39. artic. 4. Tunc nihil, &cæt. Nam cum dicitur, beata uirgo, &c. vt in textu.

APPENDIX.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem tum directam, tum indirectam (quod semper in similibus locis subintelligitur. vt aliàs annotatum est, & declaratum) interimas hæresim illæ Edisserij, Theodori, Theodoti, Nestorij, dicentium: Mariam non esse Dei genitricem, nec dicendā matrem. Secūdo habes: q sm per rōnem ostendas, illā meritò damnari u cap. Cyrilli, ut in arg. cōtr. & hoc est capitulū primū inter decreta Ephesini primi Concilij. Itē, a 1. Io. vlt. & a Ro. 9. vt in rn. ad 1. Item a Concilio generali quinto Constantinopoli celebrato actio. seu consel. 8. c. 6. Si quis abusiue, & non uere, Dei genitricem dicit sanctā gloriosam semp virg. Mariam: Aut per relationē, tamquā hoīe puro nato (nō. n. Deo verbo ex ea incarnato; sed relata, sm illos, hoīs natiuitate in Deum verbum, tāq̄ cohærente nascenti homini). & criminatr sanctā Chalcedonensem synodū, tāquam sm impium intellectum a Theodoro cōmentatū, Dei genitricē uirginē asserentē; Aut si qs hoīs vel Christi genitricē uocat eā, utpote Christo non existente Deo: & non spāliter & sm veritatem Dei genitricem eandē confitetē ob id, quod ante sęcula a patre genitus Deus uerbū, in vltimus diebus ex ea incarnatus & natus est; atq; ita pie sanctā Chalcedonensem synodū, eam Dei genitricē, confiteri; talis anathema sit. Hæc ibi. Itē a quadā epist. Cyrilli ad Nestoriū in Cōciliis Ephes. 1. & Chalcedonensi approbata, q incipit, Ait magna & S. synodus. Sācti patres non dubitauerūt, S. Virginē dicere Theotocon: non quia Verbi natura, Deitasq; in sancta virgine sumpsit exordium; sed q ex ea natū sit sacrū illud corpus aiatum aia rōnali, cui substātialiter adunatū Dei verbū, carnaliter natū esse dr. Hæc ibi. Itē a dictis Concilii Lateranensis, &c. in Veritatib. aureis super Legē Veterē Gen. 36. concl. 2. Itē ab Ecclesia in collecta. Deus, qui de B. Mariæ virg. utero Verbū tuū Angelo nunciante carnē suscipere voluisti; præsta quæsumus; vt qui uerè eā genitricē Dei credimus; eius apud te, &c. Hæc illa. In quib. nota ly vere. Non.n. solū cadit sup ly credimus; sed ēt, & principaliter, super ly esse Dei genitricē. Itē ab eadem in salutatione Angelica. S. Maria mater Dei ora pro, &c. Item a bulla Papæ Pauli IIII. quam uideas sup. q. 16. art. 8. append. Tertio vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaret, atq; confirmet.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus vt sonat.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est beata virgo verè dicitur mater Dei. Secunda est, Hæreticum est negare beatam virginem esse matrem Dei. Prima conclusio probatur. Omne nomen significans in concreto aliquam naturam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. ergo ly Deus, potest supponere pro hypostasi diuinæ, & humanæ naturæ. ergo personæ illi suppositæ, uel nomine Dei, uel hominis, potest attribui quicquid ratione diuinæ, uel humanæ naturæ conuenit. ergo vere potest dici Deū conceptū, & natū de Virgine. ergo B. Virgo verè pōt dici mr Dei. Añs patet. prima consequētia probat, quia vnio incarnationis facta est in hypostasi. Secūda, ex eisdē est euidēs. Tertia ꝓbat, quia cōcipi, & nasci attribuit hypostasi sm naturā illam, in qua cōcipit, & nascit: nā aūt ex dictis patet, hypostasim Verbi a principio cōceptiōis unitā naturę humanę. Quarta ꝓbat, qa ex hoc aliqua mulier dr alicuius mater, q eū concepit, & genuit.

¶ Secunda conclusio probatur. Solis duob. modis heretica posset negari, B. Virginem esse matrem Dei, ergo hæreticum est, &c. Antecedens probatur, & quo ad modos, & quo ad hęresim quo ad modos quidem, quia alter est quo poneretur homo ille prius conceptus, quam fuerit filius Dei: alter uero est, quo ille homo poneretur non esse filius Dei personaliter. Quo ad hæresim uero, quia primum fuit Photini, secundum Nestorij, omnia clara sunt.

S. Ben.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo sint duæ filiationes.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quod in Christo sint duæ filiationes. Natiuitas enim est causa filiationis: sed in Christo sunt duæ natiuitates. ergo etiam in Christo sunt duæ filiationes.

¶ 2 Præt. Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius, vt matris, vel patris, dependet aliqualiter ab ipso, quia esse relationis est, ad aliud aliqualiter se habere, vnde, & interempto vno relatiuorum, interimitur aliud, sed filiatio æterna, qua Christus est filius Dei patris, non dependet a matre, quia nullum æternum dependet a temporali. ergo Christus non est filius matris filiatione æterna. Aut ergo nullo modo est filius eius (quod est contra prædicta*) aut oportet quod sit filius eius quadam alia filiatione temporali. Sunt ergo in Christo duæ filiationes.

¶ 3 Præt. Vnum relatiuorum ponitur in definitione alterius, ex quo patet, quod unum relatiuorum specificatur ex alio: sed unum, & idem nõ potest esse in diuersis speciebus. ergo impossibile uidetur quod vna, & eadem relatio, terminetur ad extrema omnino diuersa: sed Christ⁹ dicitur filius Patris æterni, & matris temporalis, qui sunt termini omnino diuersi. ergo uidetur quod non possit eadem relatione Christ⁹ dici filius Patris, & matris: sunt ergo in Christo duæ filiationes.

SED CONTRA est, quod sicut Dam.* dicit in lib. 3. Ea, quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, non autem ea, quæ sunt personæ: sed filiatio maximè pertinet ad personam, est enim proprietas personalis, vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt.† ergo in Christo est una tantum filiatio.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim attendentes ad causam filiationis, quæ est natiuitas, ponũt in Christo duas filiationes, sicut, & duas natiuitates. Alii vero attendẽtes ad subiectum filiationis, quod est persona vel hypostasis, ponunt in Christo unam tantum filiationẽ, sicut & unam hypostasim, uel personam: unitas enim relationis, vel eius pluralitas, non attenditur secũdum terminos, sed secundum causam, uel subiectum. Si enim secundum terminos attenderetur, oporteret quod quilibet homo in se duas filiationes haberet, unam, qua refertur ad patrem, & aliam, qua refertur ad matrem, sed rectè consideranti apparet eadem relatione referri unumquodque ad suum patrem, & matrem, propter unitatem causæ, eadem enim natiuitate homo nascitur ex patre, & matre, vnde eadem relatione ad vtrumque refertur. Et eadem ratio est de magistro, qui docet multos discipulos eadem doctrina, & de domino, qui gubernat diuersos subiectos eadem potestate. si verò sint causæ diuersæ, specie differentes, ex consequenti uidetur etiam relationes specie differre. Vnde nihil prohibet, plures tales rationes eidem inesse, sicut si aliquis est aliquorum magister in grammatica, & aliorum in logica, alia est ratio magisterii vtriusque, & ideo relationibus diuersis, vnus, & idẽ homo potest esse magister, vel diuersorũ, uel eorundem, ſm diuersas doctrinas. Contingit autẽ quandoque, quod aliquis habet relationem ad plures secundum diuersas causas, eiusdem tamen speciei, sicut cum aliquis est pater diuersorum filiorum secundum diuersos generationis actus, unde paternitas non potest specie differre, cum actus gñationũ sint idẽ spẽ. Et qa plures formæ eiusdẽ speciei nõ possunt simul inesse eidem subiecto, non est possibile ꝙ sint plures paternitates in eo, qui est pater plurũ filiorum, generatione naturali. Secus aũt esset, si esset pater vnius generatione naturali, & alterius per adoptionẽ. Manifestum autem est, ꝙ nõ una, & eadẽ natiuitate Christus est natus ex patre ab æterno, & ex matre ex tempore, nec natiuitas est unius speciei. vnde quantum ad hoc oporteret dicere in Christo esse diuersas filiationes, unam temporalẽ, & aliam æternam: sed quia subiectum filiationis non est natura, aut pars naturæ, sed solum persona, vel hypostasis, in Christo autem non est hypostasis, uel persona nisi æterna, non potest in Christo esse aliqua filiatio, nisi, quæ sit in hypostasi æterna. Omnis autem relatio, quæ ex tempore de Deo dicitur, non ponit in ipso Deo æterno aliquid secũdum rem, sed secundum rationem tantum, sicut in prima parte* habitum est: & ideo filiatio, qua Christus refertur ad matrem, non potest esse realis relatio, sed solum secundum rationem. Et sic, quantum ad aliquid, vtraq; opinio uerum dicit: nam si attẽdamus ad perfectas rõnes filiationis, oporteret dicere duas filiationes, secundũ dualitatem natiuitatũ. Si aũt attendamus ad subiectũ filiationis, quod nõ potest esse nisi suppositũ æternum, non põt in Christo esse realiter, nisi filiatio æterna. Dr tamẽ relatiuè filius ad matrẽ relatione, quæ cointelligitur relationi maternitatis ad Christum: sicut etiam Deus dr dñs relatione, quæ cointelligitur reali relationi, qua creatura subiicitur Deo. Et quamuis relatio dñi non sit realis in Deo: dicitur tñ realiter dñs ex reali subiectione creaturæ ad ipsũ. Et similiter Chrs dr realiter fili⁹ uirginis matris, ex relatione reali maternitatis ad Christũ.

AD PRIMVM ergo dr, ꝙ natiuitas tẽporalis causaret in Christo temporalẽ filiationem realem, si esset ibi subiectũ huiusmodi filiationis capax: quod quidẽ esse non potest: ipsum enim suppositum æternum põt esse susceptiuũ relationis tẽporalis, vt dictum est. *Nec põt dici ꝙ sit susceptiuum filiationis tẽporalis rõne humanæ naturæ, sicut ẽt, & tẽporalis natiuitatis, quia oporteret naturã humanã aliqualiter esse subiectã filiationi, sicut est aliqualiter subiecta natiuitati. cum enim Aethiops dr albus ratione dentis, oportet quod Aethiopis dens sit albedinis subiectũ. Natura aũt humana nullo modo potest esse subiectum filiationis, quia hæc relatio directè respicit personam.

AD SECVNDVM dicendum, quod filiatio æterna non dependet

S. Bon. 3. s. d. 8. q. 2. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 8 q. 1.
Rich. 3. s. d. 8. q. 2.
Durand. 3. s. d. 8. q. 3.
Capr. 3 d 7. q. 1. con. 2.
Palud. 3. d. 8 q. 1. & 2.
Alb. Mag. 3. d. 8. art. 2.
Medina ar. 5.

192
3. d. 8. ar. 5, Et quol. 1. artic. 2. Et quol. 9. q. 2. ar. 3. Et op. 3. c. 219

SVP. Q. XXXV. ART. V.

CONCL. Si attendamus in Christo ad perfectas rationes filiationis, oportet dicere in ipso esse duas filiationes ſm dualitatem natiuitatum: si autẽ attendamus ad subiectũ filiationis, quod nõ potest esse nisi suppositũ æternum, non põt in Christo esse naturaliter nisi filiatio æterna.

* art. præc.

¶ PROB. Quia perfecta rõ filiationis est natiuitas (vt patet exẽplo de patre ac matre) & duę sunt natiuitates in Christo, ar. 2. Secunda autem pars, (si autẽ attendamus, &c.) subiectum filiationis est solum persona (cũ filiatio sit proprietas personalis. 1. q. 40. ar. 2. 3. 4.) Et persona in Christo est tantum una q. 2. ar. 2. item q. 4. ar. 2. item. q. 17. ar. 1.

¶ COROLL. Ergo absolute dicendũ est, unã solum filiationem, quæ est filiatio æterna, esse realiter in Christo: & non, nisi cum limitatione, s. secundũ dualitatẽ natiuitatum, esse duas filiationes.

* d. 3. orth. fi. ca. 3. in med.
† p. p. q. 40. a. 2. 3. & 4.

1^m maior. Natiuitas est causa filiationis. R. Si adsit subiectum capax talis filiationis. §. Loquitur enim nunc de facto; non autem solum, quantum est ex parte natiuitatis, scientes: ꝙ natiuitas, quantum est de se, est semper causa filiationis; etiam quod propter absentiam subiecti filiationis huiusmodi non sequeretur de facto talis filiatio. Tunc nihil, &c. Nam ipsum suppositum ęternum non potest esse susceptiuum relationis temporalis: vt dictum est in corp. fin. Ly si autem attendamus ad subiectum, &c. vsque in finem. Vbi & habetur, quòd suppositum æternum non potest esse subiectum filiationis tẽporalis; & per ly dicitur tamen relatiuè filius ad matrem relatione, &c. respondetur tacitæ obiectioni, idest, obiectioni, quæ posset fieri in contrarium. Sicut etiam in textu hoc responsali noua instantia, quæ faciliter insurgere posset contra immediatè præmissa, excluditur a ly nec potest dici ꝙ sit susceptiuum filiationis temporalis ratione, &c. vsque in finem. Ad quorum notitiam multum ualet, uidere. 1. q. 13. ar. 7. D. 1085.

2^m maior. Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius (vt matris, vel patris) dependet aliqualiter ab ipso. R. vel ipsi filiationi cointelligitur quidam respectus dependens ab illo. §. Erat ergo insufficiens hæc argumenti maior. Tunc nihil, &c. Nam licet filiatio æterna non dependeat a matre tẽporali: tamen huic filiationi æternæ, &c. vt in tex. Vide corp. fin. ly dicitur

D. 638.

* p. p. q. 13. art. 7.

* In cor. ar.

dicitur tamen relatiuè filius,&c.& pri.par.loco citato.

3m minor prima. Vnum & idem non potest esse in diuersis speciebus. R. Potest tamen respondere existentibus in diuersis speciebus. §. Verbi gratia. Filiatio ex parte prolis humanæ, existens tantum una secundum rem, respondet vtrique relationi parentum, idest relationi paternitatis, & maternitatis,quę sũt specie differentes. Vnde & talis filiatio est vna & eadem secundum rem; duplex uerò secundum rationem. Tunc nihil, &c. Nam filiatio in Christo,quę est tantum una realis, respondet diuersis extremis, diuersimode tamen; vni quidem secundum rem (sic respicit patrem æternum) alteri secundum rationem (sic respicit matrem temporalem). Nec mirũ de his; quoniam unum & ens se consequuntur, vt dicitur. 4.Metaph.&c. vt in tex.vide supeadicta, & primam partem.

*li.4.tex.3. co.3.

*li.5.met. te.20. co.3

dependet a matre tẽporali, sed huic filiationi æternæ cointelligitur quidam respectus temporalis dependens a matre, secundum quã Christus dicitur filius matris.

Ad tertium dicendum, ꝙ unum, & ens se consequuntur, vt dicitur in 4.Metaph.* Et ideo sicut cõtingit, quod in vno extremorum relatio sit quoddam ens, in alio autem non sit ens, sed ratio tantum (sicut de scibili, & scientia Philos. dicit in 5.Metaph.*) ita etiam contingit ꝙ ex parte vnius extremi est una relatio, ex parte autem alterius extremi sunt multæ relationes. Sicut in hominibus ex parte parentũ inuenitur duplex relatio, una paternitatis, & alia maternitatis, quæ sunt specie differentes propter hoc quòd alia ratione pater, & alia mater est generationis principium. Si verò essent plures eadem ratione, principium vnius actionis (puta cum multi simul trahunt nauem) in omnibus esset una, & eadem relatio. Ex parte autẽ prolis, est vna sola filiatio s'm rem, sed duplex secundum rationem, inquantũ correspõdet vtriq; relationi parentum, secũdum duos respectus intellectus. Et ẽt quantum ad aliquid in Christo est una tantum filiatio realis, quę respicit patrem æternum: est tamẽ ibi alius respectus temporalis, qui respicit matrem temporalem.

etiam.q.17. ar.1.2. A scripturis verò per id,quod legitur Ioan.3. Exaltari oportet filium hominis; ut omnis,qui credit in ipsum,nõ pereat,sed habeat uitam æternam: Sic enim Deus dilexit mundum,vt filium suum unigenitum daret; vt omnis, qui credit in eũ non pereat, sed habeat uitam æternam. Vide: quod unus & idẽ Christus numero uocatur unus filius & Dei & hominis. Exaltari (inquit) filium hominis. Quasi verò diceres, quis est iste filius hominis? respondit; iste, quẽ dixi, est filius vnigenitus Dei. Non duo igitur filij, unus Dei, & alter hoĩs, est Christus; q loquitur: sed unus filius & Deo patri æternaliter, & homini, i. virgini matri tẽporaliter, correspondens. Tantoque magis hoc de unica filiatione credendum esse declarat; quanto ipsi filio utrobique eundem prorsus effectum assignat: ac si uelit (ue vult) quod ex numerali identitate effectus identitatem filij numeralem vtrobique positi intelligas. Quis est ille effectus? Vt (inquit) omnis, qui credit in ipsum, non pereat; sed habeat uitam æternam. Quod autem sana sit prædicta expositio, idest quod sensus uerus Euangelij sit talis, confirmatur abunde ex Beato Augustino in homil. ibid. dicente. Notandum: quod eadem de filio Dei vnigenito replicat, quæ de filio hominis in cruce exaltato præmisserat, dicens; vt omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Profectò idem conditor, & redemptor, noster filius Dei ante sęcula existẽs filius hominis factus est in fine sęculorum: vt qui per diuinitatis suæ potentiam nos creauerat ad perfruendam uitæ perennis beatitudinem; ipse per fragilitatem humanitatis nostræ nos restauraret ad recipiendam, quam perdidimus, uitam. Hæc ibi. Ex quibus patet, secundum illum, unitas filiationis in Christo. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vtilius declaretur, atque confirmetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis & Athanasio; quod in Christo est tantum una filiatio qua refertur & ad patrem æternum & ad matrem temporalem. A D. Athanasio quidem in suo symbolo. Quicunq;,&c.quod a Concilio Florentino uocatur compendiosa regula fidei. Ibi enim loquẽs de Christo, non obstante, ꝙ ipsum fuisse bis natum præmiserat per ly Deus est ex substãtia patris ante sęcula genitus, homo est ex substãtia matris in sęculo natus, inquit: Qui licet Deus sit,& homo; non duo tamen, sed vnus est Christus. Hoc est; tamquam ex præmissis obiicienti respondeat. Licet Christus sit bis natus; non tamen ob hoc est duo filij, sed unus tantum filius; seu (quod in idem redit) non tamen in eo realiter sunt duæ filiationes, seu vna tantum, scilicet æterna. Vide etiam.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de filiationibus realibus, hoc est an ambæ sint reales relationes, intelligitur.

¶ In corpore quatuor sunt. Primo ponuntur duæ circa quæsitum opiniones: secunda tractatur in commum, penes quid attenditur unitas vel pluralitas relationis realis: tertio, applicatur ad Christi filiationem: quarto respondetur quæsito.

¶ Quoad primum, prima opinio ponit duas reales in Christo filiationes propter plures natiuitates, quæ sunt causæ: secunda ponit unam tantum propter unitatem personæ, quæ est subiectum.

¶ Quoad secundum aduertendum est, quod tria concurrunt ad realem relationem, scilicet causa, non quæcumque, sed ea, quæ fundat relationem (vt albedo respectu similitudinis, & quantitas respectu qualitatis, & generatio actiue respectu paternitatis, & similia) subiectum, in quo, scilicet est subiectiue ipsa relatio, vt paternitas in persona Patris, & sic de aliis. Et terminus ad quem, vt ad correlatiuum relatio est, vt filiatio est ad quem dicitur paternitas, & sic de aliis. Et quia hæc inueniuntur concurrere ad esse relationis, & unitas, aut pluralitas ad esse spectant, ideo Auctor in communi tractare uolens hic de unitate, vel pluralitate relationis realis, de qua est sermo, ab istis tribus inchoauit, & hæc tria discurrit proponendo quod penes causam, uel subiectum, & non penes terminum relatio plurificatur, excludendo primo terminũ esse penes quem unitas, aut pluralitas relationis attenditur. Probat autem hoc ex eo quod ad pluralitatem terminorum multiplicaretur realis relatio, sequeretur quod Socrates esset filius duabus filiationibus realibus specie differentibus, quia est filius patris, & matris, quod est inconueniens, quia una natiuitate est vtriusque filius. Et hinc secundo infert penes unitatem causæ attendi unitatem specificam relationis, & manifestat hoc primo in filiatione penes natiuitatem, secundo in magistro penes unam doctrinam, & in domino penes unum dominium. Et inde tertio prosequitur pluralitatem specificam attẽdi penes specificam pluralitatem causæ, quod manifestat in magisterio grammaticæ, & logicæ, & sic de aliis. Et demum unitatem numeralẽ relationis non penes causam, sed subiectum ponit, & manifestat in patre respectu multorum filiorum, in quo nec plures specie paternitates, quia generationes sunt eiusdem speciei, nec plures numero, quia forma eiusdem rationis, non potest multiplicari, in eodem subiecto.

¶ Ad tertium duo de filiatione Christi deducit. Primum ex parte causæ, scilicet quod quia duæ sunt Christi natiuitates, & sunt diuersarum rationum, consequens est, ꝙ duæ sunt in Christo filiationes. Secundum ex parte subiecti, quod quia una tantum est persona, & subiectum filiationis non est natura, nec pars naturæ, sed persona, consequens est quod in Christo non sit filiatio temporalis, nisi cuius capax est persona diuina, & sic filiatio temporalis in Christo non est realis, sed rationis tantum.

¶ Ad quartum respondetur primo quæsito, distinguendo, & concordando opiniones ambas, quia, aut sermo est de filiationibus secundum perfectas rationes filiationis, & sic affirmãdæ sunt duæ in Christo filiationes iuxta duas natiuitates, aut secundum filiationis subiectum, & sic in Christo non est nisi filiatio æterna, quia solum est suppositum æternum. Secundo, excludit obiectionem, quomodo, scilicet, Christus dicitur filius matris, & dicit quod dicitur relatione filiationis cointellecta maternitati. Tertio excludit aliam obiectionem, quomodo Christus dicitur realiter filius matris, & dicit quod dicitur realiter filius ex reali maternitate ad ipsum.

¶ Occurrunt hoc in loco quinque ex Scoto in 3.d.3.Sent. dubitanda, arguit enim contra quinque hic dicta primum est circa illud, quod relationes non plurificantur secundum terminos. secundum est circa illud, impossibile est in eodem subiecto esse duas formas eiusdem rationis. tertium est circa illud, Pater unica paternitate refertur ad plures filios. quartum est circa rationem literæ pro principali conclusione. quintum est circa ipsam principalem conclusionem.

¶ Contra primum ergo dictum, scilicet relationem non plurificari

ficari secundum terminum arguit Scotus, si ad duos terminos esset eadem relatio, tunc eadem relatio simul esset, & non esset.

¶ Contra tertium dictum, quod est propinquum huic, primo, (scilicet quod pater unica paternitate refertur ad plures filios) arguit Scotus, primo. Pater hac paternitate primo respicit hunc filiũ hac filiatione. ergo hæc paternitas non est ad plures filios. Antecedens probatur, quia sicut paternitas fundatur super genuisse, ita hæc paternitas super hoc genuisse.

¶ Secundo, correlatiua sunt simul natura, ita, quod uno destructo, destruitur, & reliquum. ergo destructa hac filiatione in hoc filio, destruitur quoque hæc paternitas in hoc patre. ergo paternitas remanens, ad alium filium, est alia paternitas, nisi aut idem simul esset corruptum, & remaneret, quod est impossibile, aut noua paternitas, tunc aduenisset sine noua generatione, quod est etiam impossibile.

¶ Tertio, quia quando aliquid est aliquo vltimate tale, non potest illud manere in ipso, nisi ipsum habens illud sit ipso tale: sicut non potest albedo manere in superficie, nisi ipsa superficies sit alba: sed relatio est qua habens illam, est ultimate ad aliud, igitur non potest manere eadem in eo, nisi illud in quo manet sit illo ad idem aliud, igitur non manet eadem paternitas destructo illo termino ad quem habens paternitatem dicitur pater paternitate illa.

¶ Quarto, Pater aliquo modo aliter respicit hunc filium, & illum, si alia relatione, habetur propositum, si nõ alia relatione, sed alio respectu eiusdem relationis, iterum habetur propositum, contra secundum dictum, quia illi respectus erunt eiusdem rationis propter fundamenta eiusdem rationis. Et propterea aspectus isti, aut sunt aliud a relatione, & hoc est superfluum multiplicare tot entia, aut sunt idem relationi, & tunc sequitur, quod est idem dicere, respectum plurificari, & relationem plurificari ergo habetur propositum.

¶ Quinto multiplicato priori, multiplicatur posterius, sed fundamentum est prius relatione, puta generatio paternitate, ergo multiplicata generatione actiua multiplicatur paternitas.

¶ Contra secundum dictum, scilicet formas eiusdem speciei nõ posse simul esse in eodem subiecto, arguit Scotus primo, in omni ordine essentiali cum unitate prioris essentialiter potest stare pluralitas posterioris naturaliter, non per se, nec adæquate inhærentis priori: sed subiectũ est prius essentialiter illa dispositione, quæ ponitur sibi inhærens, nec per se ei inhæret nec adæquate, ergo. Maior probatur per simile in causa, & in effectu, quia nec subiectũ est causa intrinseca dispositionis.

¶ Secundo, quia plures species phantasticæ eiusdem speciei sunt simul in eodem organo phantasiæ, secundum eandem partem organi, ergo, antecedens probatur. Et quidem quod plures simul sint, patet ex eo. quia aliter deleta una specie, non posset quis imaginari, nisi de nouo acquireret. Quod uero sint eiusdem speciei, probatur ex obiectis: quia obiecta sunt eiusdẽ speciei. Quod autem sint in eadem parte organi, probatur, quia organum non potest in tot partes minimas diuidi, quot sunt species imaginabiles, quæ simul sunt in organo phantasiæ.

¶ Contra quartum (scilicet rationem illam, filiatio est ita suppositi ut subiecti, quod non naturæ, ergo in Christo non est filiatio temporalis realis) arguit Scotus, primo si filiatio est tantum personæ, ita quod non potest nisi plurificata persona plurificari, aut hoc conuenit filiationi, unde relatio, aut unde relatio * talis originis, non primum, ut patet, nec secundum, quia non magis repugnat uni personæ pluralitas talis relationis, quam pluralitas originationis fundantis tales relationes, sed Christus habuit duas origines. ergo, &c.

* alias ut relatio absolute aut ut relationes.

¶ Secundo, quia pater æternus habet duas reales relationes originis, scilicet ad Filium, & Spiritumsanctum super uno fundamento, scilicet essentia. ergo a fortiori Filius super duo fundamenta, scilicet duas naturas, & natiuitates, habet duas filiationes reales.

¶ Tertio, Christus habet duas operationes, ergo duas filiationes. Probatur consequentia, quia relatio originis non magis, quã operatio respicit suppositum, quia suppositi est operari, primo Metaphysicæ.

¶ Quarto, Christus si genuisset plures filios, habuisset duas paternitates ad illos ergo nunc habet duas filiationes propter duas natiuitates. Quinto, si filiatio tantummodo diceretur de Christo secundum rationem personalitatis æternæ sequeretur, quod hæc esset falsa, Christus, inquantum homo, est filius. Probatur sequela, quia quod præcisè Christo conuenit secundum rationem personalitatis æternæ, non dicitur de eo, inquantum homo: propterea enim ista est falsa, Christus, inquantum homo, est persona.

¶ Contra quintum (scilicet filiatio temporalis Christi non est relatio realis) arguit Scotus probãdo vltimam particulam, de qua sola est quæstio, scilicet quod sit realis. Primo, illa relatio est realis, quæ consequitur extrema ex natura extremorum sine actu intellectus,

sed

sed posita matre generante & supposito habente naturam per generationem ex natura extremorum sine actu intellectus, sequitur hic filiatio, sicut ibi maternitas, ergo. Quod si quis fingat intellectum operari ad causandum relationem, hoc improbatur, quia si Maria genuisset purum hominem, fuisset ille uere filius relatione reali, ergo cum Christus non minus acceperit naturam a matre quam purus homo accepisset, æque realis erit in eo relatio, sicut in puro homine fuisset.

¶ Ad hæc dubia mota: secundum ordinem dictorum in litera respondendum est, non eodem ordine, sed prout doctrinæ ordo exigit, ut prius, scilicet communiora, quàm minus communia tractẽtur, ut ex notis generibus ad species cognoscendas transeatur propterea ad dubium trigesimumtertium, quod inter illa communissimum est, utpote in communi disputans de formis unius speciei in eodem subiecto, dicendum est primo prænotando, quod ratio quare formas unius speciei multiplicari in eodem dicimus impossibile, est illa radicabilis propositio Peripatetica, Omnis distinctio, aut est secundum formam, aut secundum quantitatem: de qua propositione cum de principio indiuiduationis tractaretur, diffusè dictum, est: hinc enim oritur quod implicat dicere, formas unius speciei duas, & apponere in eodem subiecto, quia si in eodem subiecto sunt, ergo non distinguuntur secundum quantitatem, ac per hoc cum non distinguantur, etiam formaliter non sunt duæ.

¶ Ad primam ergo obiectionem respondendo dicimus Maior est uniuersaliter falsa, & distinguenda propterea ad claritatem solutionis: potest siquidem intelligi de unitate formali, uel de unitate numerali: si de unitate formali, transeat tamquam impertinẽs: si de unitate numerali, falsa est uniuersaliter. Ratio est, quia in aliis a quantitate unitas numeralis posterioris inhærentis dependet per se ab unitate numerali prioris, hoc est subiecti, ita quod licet albedo per accidens se habeat ad hoc quantum, hæc tamen albedo, inquantum hæc, per per se dependet ab hoc quanto, ita quod si hæc albedo, ut hæc, definiretur in definitione eius poneretur hoc quantum, quod est subiectum, unde cum unitate numerali subiecti prioris non stat pluralitas numeralis accidentis posterioris, quod secundum suam speciem non per se inhæret, quod secundum unitatem numeralem uendicat sibi per se, & adæquate hoc subiectum: per se quidem, quia hoc subiectum poneretur in definitione accidentis, inquantum hoc adæquate autem, quia unitas numeralis huius accidentis subiecti, soli huic subiecto conuenit, nec extra illud inueniri, aut intelligi potest. Vnde probatio a simili nulla est: quoniam unitas numeralis effectus non dependet ab unitate numerali causæ, ut illius definitiua, sicut unitas numeralis accidentis definienda est per hoc subiectum.

¶ Ad secundam obiectionem de speciebus in phantasia, respondetur tripliciter. primo, quod non probatur ab arguente esse tot eiusdem speciei species simul in una phantasia quod non possint esse in diuersis organi partibus, præsertim cum huiusmodi intentionalia entia uideant quasi in puncto saluari, ut apparet uidentibus per minimum foramen tot & multa sunt similia in phantasia, non per proprias species, sed per species aliquorum totorũ, quorum illa occurrerunt ut partes. Secundo dicitur negando, in eadem phantasia inueniri plures species, eiusdem rationis, & ad probationem obiecta sunt eiusdem rationis, ergo species eorum, dicitur, quod obiecta sumuntur dupliciter. scilicet in esse naturæ, & sic duo alba sunt eiusdem rationis, uel in esse sensibili & sic duo alba sunt diuersarum rationum, quod sic manifestatur ab ipsis repræsentantibus: nam sicut in esse naturæ illa tantum dicuntur unius speciei, quorum quidquid habet essentialiter unum, habet essentialiter aliud, ita in repræsentando, illa tantum dicunt unius speciei, quorum quicquid repræsentat vnum totum illud idem repræsentat reliquum: sicut si unum album uideatur a duobus, uel pluribus, omnes illæ species sunt unius speciei. non enim differunt in repræsentando, quia idem repræsentant, sed solo numero differũt, quia hæc in isto, & illa in illo est: sed duorum alborum species nõ sunt unius speciei, quia species unius non repræsentat aliud, ut patet. Vnde cum in una phantasia negemus plures species eiusdem obiecti, consequẽter negamus plures species eiusdem rationis: quia ut dictum est, species diuersorum indiuiduorum sunt diuersarũ rationum in esse sensato.

¶ Tertio dicitur, quod sicut lumen generatum in eodem diaphano a secunda candela non est aliud numero a lumine genito a prima, sed coincidit in idem dependens a duobus, ut a partialibus agentibus ita cum in phantasiæ organum secundum eandem partem occurrit obiectum eiusdem rationis, non fit alia species, sed præexistens fit dependens a duobus partialibus, conuertente anima speciem illam ad unum obiectum, ita quod præcedens species perficitur, & firmitate, & extensione. Hæc responsio sustinenda est ab illis, qui diuersorum indiuiduorum non admitterent diuersarum rationum, esse species, & in eadem parte organi recipi. Ego magis trahor in secundam responsionem. Quæ potest confirmari, quia alia, & maiori ratione differunt species imaginatæ Socratis, & Platonis, quam differant duæ species imaginatæ Socratis: sed duæ species Socratis differunt ratione differentiæ numeralis

ralis

filio, ergo species Socratis, & Platonis differunt differentia maiori, quam constat esse specificam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd ex hoc quòd relatio una est ad plures terminos inadæquate, non sequitur eam simul esse, & non esse, quamuis sequeretur si esset ad plures adæquatos terminos, quod non est intelligibile: sunt enim duo inadæquati termini quasi partiales termini. Et propterea uno sublato, potest remanere eadem relatio ad alium, quasi partialem terminum.

¶ Ad secundum dubium de unica paternitate ad plures filios respondendo dicitur, quod maior, seu antecedens illud. Pater hac paternitate primo respicit hunc filium hac filiatione, distinguendum est. Nam si ly primo, sumitur pro adæquate negatur: si vero sumitur primo, pro principaliter, conceditur, sed tunc negatur sequela. Nec antecedens in primo sensu probatur ex allata probatione, quoniam nihil aliud probatur, nisi quod hæc paternitas habet pro propria causa, hoc genuisse: sed ex hoc negatur, ergo adæquate respicit hunc filium.

¶ Vbi pro claritate doctrinæ scito, quòd hæc paternitas si secundum proprias causas iudicaretur, esset proculdubio ad solum hunc filium, sed si secundum merita subiecti iudicaretur, oportet quod sit ad hunc, & alium filium, propter hoc, scilicet quòd secunda paternitas cedit in identitatem primæ rationis subiecti, quia non habet vnde differat solo numero ab illa: sicut lumen genitum a secunda candela in eodem diaphano per se primo est ab hoc agente, ut patet 12. Metaphy. sed propter subiecti identitatem coincidit in idem numero lumen prius genitum a prima candela ibi illuminante. Et quia huiusmodi coincidentiæ sunt per accidens, hoc est per aliud, hoc est per subiectum, ideo non ex rationib. formarum aut causarum arguendum est, sed ad identitatem spectandum est subiecti.

¶ Et per hoc patet responsio ad secundum, scilicet quod destructo uno correlatiuorum destruitur & reliquum, nisi per accidens contingat illud remanere: propositiones enim fiunt de eo, quod secundum proprias rationes conuenit correlatiuis, non de his quæ per accidens contingunt. Sic autem est in proposito, destructo. n. hoc filio, secundo, vel primo, destruitur hæc paternitas, nisi per accidens remaneat ratione identitatis ad paternitatem, ad reliquum: sicut destructo uno albo destruerentur similitudines omnium alborum ad illud, nisi per accidens remanerent inter se. Album. n. vna similitudine refertur ad omnia alba, nisi quasi infinitas relationes reales distinctas realiter etiam ab hac albedine ponat Scotus in hoc albo simul, quod est ridiculum, absurdum, & superfluum. Et hæc est altera responsio a superius data de termino adæquato, vel inadæquato.

¶ Ad tertium dicitur, quod maior est uera per se, potest tamen esse falsa per accidens, vt dictum est. Licet enim Socrates sit pater hac paternitate ad hunc filium, & non possit per se remanere hæc paternitas sine hoc filio, potest tamen per accidens remanere absque hoc, quod dicatur ad hunc filium. Et ratio est reddita ex parte subiecti, & ex parte termini, quia est inadæquatus.

¶ Ad quartum dicitur, quod pater eadem relatione, & eodem aspectu reali respicit vtrumque filium. Et cum apud Auctorem inuenitur, quod respectus sunt diuersi, non intelligitur de diuersitate reali, sed rationis: quia unica illa realis relatio duorum respectuum rationem induit, dum cointelligitur respicere diuersos terminos, ita quod in se non est diuersitas respectuum, sed respectiuorum, quibus illa una relatio, quasi duplex cointelligitur. Et sic ruit tota fabrica argumenti, quod de respectibus realibus loquitur.

¶ Ad quintum negatur assumptum vniuersaliter, vt assumit, & specialiter etiam de fundamentalis causæ successiuæ multitudine numerali in eodem subiecto permanente. Possunt enim successiue generationes actiuæ multiplicari, & tamen permanentia consequentia oportet in identitatem cadere, propter identitatem subiecti non compatientis permanentium numeralem distinctionem in se uno.

¶ Ad quartum dubium de proprio filiationis subiecto dicitur, quod filiatio nec ex eo quod relatio, nec ex eo quod relatio originis, habet quod non plurificetur, nisi plurificata persona, sed hoc habet ex eo quod sola persona capax est filiationis, sicut, & paternitatis: nulla enim natura, nulla pars naturæ, aut personæ capax est paternitatis, aut filiationis, vt patet ex eo quod nihil horum potest dici pater, vel filius. Vnde patet, quod non est ad propositum pluralitas relationum originis in Patre æterno, nec pluralitas generationum: quoniam generatio est subiectiue in parte naturæ, hoc est materia. Filiatio autem immediate est in persona, alioquin illud membrum posset dici filius: sicut superficies dicitur alba, quia mediat inter subiectum, & albedinem & sic de aliis. Et per hoc patet ratio ad secundum, quoniam non ex parte fundamentali, sed subiecti prouenit, quod ista filiatio temporalis non est realis.

¶ Ad tertium negatur sequela, ad probationem dicitur, quod aliter operatio, & aliter filiatio est suppositi: nam filiatio est suppositi ut subiecti immediati, operatio autem est suppositi mediante natura, & potentia, & subiecto, vt patet.

¶ Ad quartum dicitur, quod si Christus genuisset nullam paternitatem realem ex suo genuisse acquisiuisset: quia paternitas est subiectiue immediate in persona, non minus quàm filiatio.

¶ Ad quintum dicitur, quod antecedens potest habere duos sensus, prout ly secundum rationem personalitatis æternæ, dupliciter teneri potest. Primo reduplicatiuè, & tunc conceditur totum, vtpote impertinens, quia antecedens non est nostrum, & est falsum, quia Christo conuenit esse filium hominis, non secundum rationem personalitatis æternæ, hoc est, non ex hoc quod est persona æterna. Secundo, potest teneri specificatiue, & sic antecedens quidem est notum, & uerum, sed consequentia nihil ualet, quia procedit secundum primum sensum. Constat enim quòd omnia personalia, siue humana, siue diuina conueniunt Christo secundum rationem personalitatis æternæ, si ly secundum, tenetur specificatiue. Christus enim secundum suam personam est hic homo, & Filius hominis, ut patet.

¶ Ad quintum dubium de realitate filiationis temporalis in Christo, dicitur negando maiorem, quoniam oportet addere quod suppositum sit capax nouæ filiationis realis, propter excellentiam siquidem personæ Christi prouenit, quod non consurgat in eo filiatio realis noua. Nec oportet fingere intellectum cooperantem filiationem realem, sed ad filiationem rationis non fingitur, sed necessario concurrit cointellecta filiatio ad maternitatem. Et cum dicitur, Si Maria genuisset purum hominem, ergo. negatur sequela, quia in puro homine fuisset persona capax filiationis realis nouæ. In Christo autem licet æque acceperit naturam a matre, non tamen est æque subiectum filiationis, quia non est in Christo suppositum capax filiationis realis nouæ, ob defectum in subiecti propter excellentiam suppositi: vt enim in litera dicitur, omnia requisita ad filiationem realem inueniuntur in Christo nato, excepto subiecto, quod quia persona est, & illa est Deus, ideo subiectum realis filiationis nouæ esse non potest: cum quibus tamen tene, quod Christus refertur ad matrem reali relatione causati ad causam, & similis ad simile, & sic de aliis relationibus realib. quæ non immediate sunt in supposito subiectiue.

¶ In responsione ad ultimum nota duo. primo quod de unitate specifica, & non de unitate numerali est sermo in litera dicente, In omnibus trahentibus nauem est una relatio, nam specificæ diuersitati paternitatis, & maternitatis, quia sunt diuersa ratione principia, contraponitur unitas eadem ratione principiantium tractum nauis. Et ueritas est, quod multi trahentes nauem multis actionibus, unum passiue nauis tractum inferunt: quilibet enim sua propria actione concurrit. Et propterea multis relationibus solo modo differentibus referuntur ad nauem, quæ trahitur: quilibet enim sua propria relatione consequente ad propriam actionem refertur, quamuis nauis, quia uno numero motu trahitur, una relatione numero ad omnes trahentes referatur. Nota secundo, quod filiatio singulorum hominum dicitur una secundum rem, & duplex secundum rationem, secundum duos respectus intellectus, in hoc sensu, quod sicut albedo una secundum rem est multiplex secundum rationem, puta, vt uisibilis, ut terminatiua alterationis, vt extremitas perspicui, &c. ita filiatio Socratis est una res respectiua, & multiplex secundum multas rationes respectiuas, ita quod intellectus non facit in illa filiatione respectum ad patrem, aut ad matrem, sed facit distinctionem rationis in illo uno respectu secundum rem, dum cointelligit illum ut respondet patri, & iterum ut respondet matri.

Medina ar.6.

SVP. Q. XXXV.

ART. VI.

193 ¶ CONCL. In illo B. Virginis partu nullus fuit dolor (sicut nec aliqua corruptio. q.28.art.1.): Sed fuit ibi matris maxima iucunditas.

2.2.q.164. ar.3. ad 3.

¶ PROB. Quia Christus ex utero matris clauso exiuit. q.28.art.2. (ita quod ibi nec fuit apertio, nec uiolenta apertio, uteri, i. meatuum, per quos Christus exiret): Et dolor parientis causatur ex violen-

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus fuerit natus sine dolore matris.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit natus sine dolore matris: sicut enim mors hominum subsecuta est ex peccato primorum parentum (secundum illud Genes. 2. Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini) ita etiam dolor partus, secundum illud Gen. 3. In dolore paries filios: sed Christus mortem subire noluit. ergo uidetur quod pari ratione eius partus esse debuerit cum dolore.

¶ 2 Præt. Finis proportionatur prin

violenta apertione meatuum, per quos proles egreditur. Secunda autem pars, scilicet sed fuit, &c. probatur; Primo, quia Deus hõ nascebatur in mundo. Secundo, Quia Isa. 35. hoc innuitur.

1m de maiori. Ita etiam dolor partus. ℞. Admixta cõmixtione virili. §. Hoc est. Dolor partus nõ est sobsecutus solum ex peccato primo parentum; sed etiam simol ex commixtione uirili. Maior ergo illa est insufficienter adducta ab argumeoto: & supplet per responsum formale. Tunc nihil, &c. Nã beata virgo sine virilis admixtionis detrimento Christum suscepit; vt dicitur in tex. ex D. Augustino, & q. 28. ar. 1.

¶ Exam. Ly dolor partus consequitur in muliere commixtionẽ virilem. Scilicet præsupposito primo peccato parentum. In statu enim innocentiæ, quãuis fuisset commixtio virilis feminis in generatione filiorum, tamẽ nullus dolor matris fuisset in pariendo illos: quoniam homo (.i. mas, & femina) in statu illo erat impassibilis. 1. q. 97. art. 2. Nec obstat: quod in pariendo fuisset etiam tunc apertio meatuum, per quos egrederetur proles (non enim virgines peperissent, sicut nec virgines cõcepissent): quoniam illa apertio tunc non fuisset, sicuti est nunc, idest cum violentia. Non enim sequitur dolor in pariente, quia fit illorum meatuum apertio simplex, idest nullo addito; sed quia fit illa apertio cum uiolentia. Id quod uoluit annotasse textus in corp. per ly nulla uiolentia apertionis meatuum ibi fuit, & propter hoc, &c Hoc est. Propter hoc, scilicet quia ibi nulla fuit uiolentia (etiam supposito, quod ibi fuisset apertio: quamuis non fuerit): ideo ibi nullus fuit dolor. Quomodo autem tunc, scilicet in statu innocentiæ illorum meatuum apertio fuisset, dicit B. Augustinus. 14. de ciu. Dei. sic. In illo statu ad pariendum oon doloris genitus, sed naturalis impulsus, fœminea uiscera relaxaret. Hæc ibi cap. 26 vide 1. q. 98. ar. 2. ad quartum. Ex omnibus prædictis conclude breuiter: ꝙ ex commixtione virili, non quacumq;, sed ioordinata. 1. q. 98. artic. 2. ad tertium. consequitur dolor partus. Et hoc: vt delectationi venereæ inordinatæ correspondeat in pœnam, etiam in præsenti, dolor iste. Porro uniuersa hæc succincte (more suo) tetigit Sanctus Doctor in conclusione per hanc verborum texturam, scilicet nullus fuit dolor, sicut nec aliqua corruptio. Ac si dixisset. Tolle corruptionem inordinatam, quæ commixtionem sexuom post peccatam concomitatur; & nullus erit dolor in partu. Ex tali siquidem commixtione sequitur pro pœna apertio meatuum uiolenta in pariendo prolem; unde fit dolor ille. Radix ergo prima doloris est corruptio illa, idest uirilis seminis emissio inordinata, in commixtione sexoum.

*In ser. 14. paulo a prin. t. 20.

*q. 28. ar. 2

2m illatio conclusionis. Ergo videtur, quod etiã, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso intellectu præmissæ maioris; quasi quod finis quomodocunque sumptus proportionetur principio quomodocunque sumpto. Nam si finis, & principium, accipiantor secundum diuersum modum; vt in proposito contingit: ooo necessario sibi inuicẽ proportionant. i. in tali qualitate cõsidẽt; puta ꝙ ambo sint gaudiosa, vel ambo sint dolorosa. Dixi ly vt in proposito contingit: quia hic principium & finis considerantur secundum diuersa; cum finis referatur ad Christum (ut monstrat minor argumenti), & principium referatur ad matrem (vt patet ex conclusiuoe argumenti). Ex eo igitur, quod finis Christi fuit cum dolore, licet quidem inferre; quod principium Christi in temporali natiuitate fuit cum dolore, inquantum, scilicet ipse primam uocem similem omnibus emisit plorans, Sap. 7. quia vtraque, scilicet principium & finis referuntur ad Christum: sed ex illo fine Christi non licet inferre, quod principium natiuitatis fuit cũ dolore matris; quia (vt patet) principium & finis non secundum eã dem, sed secundum diuersam consideratioonem accipiuntur. Hoc autem totum de diuersa consideratione dictum, sub aliis tamen verbis, uoluit denotare textus; dum inquit: sicut Christus moriendo destruxit mortem nostram, ita &c. Qood & tu in ipso textu uidebis: si alta mente interiorem eius sensum scrutatus fueris.

3m de antecedente. Narratur. ℞. Mendaciter. §. Falsa est enim illa narratio (vt patet ex Euangelio secundũ sensum catholicorum, & specialiter Beati Hieronymi, exposito). Ly qui est apocryphus, id est mendax, & fictiooes continens. De quo & similib. in Decretis distinct. 15. cap. sancta. sic dicitur a Papa Gelasio. Liber de natiuitate Saluatoris, & de Sancta Maria. & de obstetrice saluatoris, apocryphus. Liber de infantia saluatoris, apocryph⁹. Hęc ibi. Quorũ quædam faciunt ꝓ q. 43. ar. 3. ad primum.

cipio: sed finis uitæ Christi fuit cum dolore, secundum illud Isa. 53. Verè dolores nostros ipse tulit. ergo uidetur, quod etiam in sua natiuitate fuerit dolor partus.

¶ 3 Præterea. In libro de Ortu Saluatoris narratur, quod ad Christi natiuitatem obstetrices occurrerunt, quæ videntur esse necessariæ parienti propter dolorem. ergo uidetur quod B. Virgo peperit cum dolore.

Sed contra est, quod Augustin.* dicit in Sermo. de Natiuit. alloquens Virginem matrem, Nec in conceptione, inquit, inuenta es sine pudore, nec in partu inuenta es cum dolore.

Resp. Dicendum, quod dolor pariẽtis causatur ex apertione meatuum, per quos proles egreditur. Dictum est* autem supra, ꝙ Christus est egressus ex clauso utero matris, & sic nulla uiolentia apertionis meatuum ibi fuit, & propter hoc; in illo partu nullus fuit dolor, sicut nec aliqua corruptio: sed fuit ibi maxima iucunditas, ex hoc, quod homo Deus est natus in mundum, secundũ illud Isa. 35. Germinans germinabit sicut lilium, & exultabit lętabunda, & laudans.

Ad primum ergo dicendum, quod dolor partus consequitur in muliere cõmistionem virilem. Vnde Gen. 3. postquam dictum est, In dolore paries, subditur; Et sub uiri potestate eris, sed sicut dicit Aug.* in sermo. de Assumptio. B. Virg. ab hac sententia excipitur virgo mater Dei, quæ, quia sine peccati colluuione, & sine uirilis admistionis detrimento Christum suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis violatione, pudore virginitatis integra permansit. Christus autem mortem suscepit spontanea uolũtate, ut pro nobis satisfaceret, non quasi ex necessitate illius sententiæ, quia ipse mortis debitor non erat.

*c. 4. paulo a prin. incipit hic ser. Ad interrogata, & hic to. 9.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Christus moriendo destruxit mortem nostrã, ita suo dolore nos à dolorib. liberauit, & ideo mori uoluit cum dolore, sed dolor parentis matris non pertinebat ad Christũ, qui pro peccatis nostris satisfacere veniebat, & ideo nõ oportuit, quod mater eius pareret cum dolore.

Ad tertium dicendum, ꝙ Luc. 3. dicitur ꝙ B. Virgo ipsum puerum, quem pepererat, pannis inuoluit, & posuit in ꝑsepio. Et ex hoc ostẽditur narratio illius libri, qui est apocryphus, esse falsa. Vnde Hier. dicit contra Heluidium: Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularũ sedulitas intercessit: & mater, & obstetrix fuit. Pannis, inquit, inuoluit infantem, & posuit in præsepio: quæ sententia apocryphorum deliramenta conuincit.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis & coociliis insinuatum: quod beata virgo peperit sioe dolore. A scripturis quidem, per hoc quod legitur Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non transibit per eam: quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam. Hoc enim expooitur de beatę virginis utero a Concilio Telensi in rescripto ad Siricium Papam diceotem. Quæ autem est sanctuarij illa porta, porta illa exterior ad orientem: quæ manet clausa, & nemo pertransibit per eam; sed solum Deus Israel transibit per eam? Nonne hæc porta Maria est; per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta est Maria: & erit clausa; quia & virgo concepit, & genuit. Hæc ibi. Ex quibus constat; scripturam sic interpretatam, cum beatam virginem asserat utero clauso genuisse, ostendere radicaliter intentum; quod quærebatur. A Concilio autem generali sexto Constantinopoli celebrato idipsum insinuatur, canon. 79. Absque ullo dolore Virginis partum esse, confitentes (vt qui sine semine constitutus sit) eos, qui propter ignorantiam aliquid indecens faciuot, correctioni subijcimus. Vnde, quando aliqui post diem natalis Christi Dei nostri reperiuntur coquentes similam, & se hac mutuo donantes, prætextu, scilicet honoris secundinarum impollutæ virginis matris; statuimus: vt deinceps nihil tale fiat a fidelibus. Nec enim hoc est honor virginis (quæ supra mentem, & sermonem, verbum, quod compræhendi non potest, peperit carnem) ex communibus, & iis, quæ in nobis fiunt, inenarrabilem eius partum metiri ac describere? Si quis hoc fecerit; clericus deponatur, laicus segregetur. Hæc ibi. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm,

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. prima est, Chrs est natus sinu dolore matris, probaт, Chrs est egressus ex clauso utero matris. ergo nulla aptionis meatuũ uiolentia ibi fuit. ergo in illo partu nullus fuit dolor. Prima consequentia patet, secunda uero probatur, quia dolor parientis causatur ex apertione meatuum, per quos proles egreditur. Et confirmatur conclusio, quia ibi nulla fuit corruptio. Secunda conclusio est. In illo partu fuit maxima iucunditas: Probatur dupliciter, primo ratione, quia homo Deus natus est in mundo, secundo auctoritate Isa. 35. omnia clara sunt.

¶ In rñsione ad tertiũ aduerte q Euãgelista tres actos B. Virg. in partu dicit. s. q peperit, inuoluit pãnis, reclinauit in ꝑsepio. Ec ex primo quidẽ docet Iesum infantẽ ꝑ genitalia mẽbra, & non ꝑ os, aut quãcũq; aliã partẽ corporis materni egressum, parere nãq; est per naturalia generationis mẽbra prolẽ edere. Ex secũdo vero, q ipsa mater suscepit nascentẽ ex se infantẽ: ex hoc. n. q ipsa extremos actus, s. parere, & inuoluere, exercuisse dr, sicut excludit obstetriciũ obsequium ad matris solatium, ita, excludit ad prolis susceptionẽ, & reliquos actus intermedios, vt sunt ablutio, & alia quæ solent fieri. Rõnabile aũt est, vt mirabilem partum angelica ministeria fouerint, ita vt Angelorũ ministerio tã nascens filius, q̃ parens mr omnia, quæ ẽt in statu innocẽtię opportuna fuissent, q non ex peccato, sed ex natura sunt habuerint, q̃uis alio modo, puta, absq; ablutione munditiã, &c. q̃uis a rõne remotum non sit, ut mr ipsa edocta ab Angelis, oia perfecerit. Primũ tñ rõnabilius vr, vt, & manus virgineę ab huiõi obscuris seruarentur immones, & mẽs ipsius ad tãti gaudij fructus magis unita esset, & citius oĩa expedirentur, & Ioseph fides tã cito, tam munde, tam expedite cernentis uentrem euacuatum, & infantẽ editũ, impletum esse experiretur, quia quod in ea natum est, de Spiritusancto est, & cum expedita matre adoraret natum mundi dominum. Et licet publica miracula ab infante fieri non debuerint, ne phantasma putaretur illius humanitas, secreta tamen, quæ ab hac suspicione aliena sunt, non dedecet ipsum effecisse ad Virginis matris obsequia, ut suauis sit semper omnium dispositio a diuina procedens sapientia.

Medina ar. 7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Christus debuerit in Bethleem nasci.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur q Christus nõ debuerit in Bethleem nasci. Dicitur enim Isa. 2. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem: sed Christus est verè verbũ Dei. ergo de Hierusalem debuit prodire in mundum.

¶ 2 Præt. Matth. 2. dr scriptum esse de Christo, q Nazarenus uocabit, quod sumitur ex eo quod scribitur Isa. 11. Flos de radice eius ascendet. Nazareth enim flos interpretatur, sed maximè aliquis denominatur a loco suæ natiuitatis. ergo videtur q in Nazareth nasci debuerit, vbi ẽt fuit conceptus, & nutritus.

¶ 3 Præt. Ad hoc dñs natus est in mundo, vt veritatis fidẽ annunciaret, sm illud Io. 18. In hoc natus sũ, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeã veritati: sed hoc facilius fieri potuisset, si natus fuisset in ciuitate Romana, quæ tunc dominatum orbis habebat. Vnde & Paulus Romanis scribens dicit Rom 1. Fides uestra annunciatur in vniuerso mundo. ergo uidetur, q non debuerit in Bethleem nasci.

Sed contra est, q dr Mich. 5. Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.

Resp. Dicendum, q Christus in Bethleem nasci uoluit duplici ratione. Primo quidẽ, quia factus est ex semine Dauid sm carnem, vt dr Ro. 1. Cui ẽt facta fuerat repromissio spẽlis de Chro, sm illud 2. Reg. 23. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob. & ideo in Bethleem, de qua natus fuit Dauid, nasci voluit, vt ex ipso loco natiuitatis, promissio ei facta impleta ostenderetur, & hoc designat Euãgelista dicens, Eo q esset de domo, & familia Dauid. Secundo, quia (vt Greg. dicit in Hom.*) Bethleem domus panis interpretatur. Ipse autem Christus est qui ait, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi.

* Hom. 8. in euãg. uel procul a princ.

SVP. Q. XXXV. ART. VII.

194 Conclu. Christus in Bethleem nasci uoluit.

Inf. q. 26. art. 10. ad 5. Et Mat. 2. Cor. 6. Et op. 60. ca. 4. co. 3. ¶ Coroll. Ergo (di recte ad literam q̃situ) Chrs ibi nasci debuit. Debebat. n. facere, qd uoluit; ut sua uoluntas adimpleret. Ergo S. Doctor non tñ rñdit q̃sito; sed ẽt per ly voluit, tetigit radicẽ i rñdẽdo.

¶ Prob. 1. Quia Chrs ex loco natiuitatis, cũ Bethleẽ esset dom9 Dauid, uoluit declarare; q promissio ei facta de Chro ex semine ei9 nascituro 2. Reg. 23. Ro. 1. Impleta erat. Secundo, Quia Chrs ex loco natiuitatis, cũ Bethleẽ domus panis interꝑtaт, uoluit declarare; q ipsemet nascens erat viuus panis aiarũ nrarũ.

¶ Not. 1. Ad captũ promissionis factę Dauidi de Chro ex stirpe sua nascituro, diligenter aduerte: quod in hac promissione, tanquã inclusum, certo supponitur, quod Christus secundum carnem nasciturus erat rex; vt pote de stirpe regali progenitus Matth. 1. Non ergo solum postea Christus, vt homo, fuit rex; sed etiam ab ipsa sua natiuitate. Nascebatur enim rex: quia de semine Dauid nascebatur. Non potest negari, quod natus sit secundum carnem ex semine Dauid: ergo negari non potest, quod ipse Christus homo natus sit rex. Vtrumque enim in scriptura illius promissionis habetur; licet hoc vltimum ibi potius quo ad sensum, quam quo ad uerba, repetiatur. Sed esto. In scriptura alibi, verbis etiam ipsis hoc idem exprimitur: dum legis de Christo nato dictum Matth. 2. vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Non enim dicunt Magi; vbi est rex Iudæorum, qui natus est: sed præeligunt a spiritusancto acti dicere, ubi est qui natus est rex Iudæorum, idest vbi est illo, qui non solum est rex Iudæorum, sed etiam qui natus est rex ipsorum. Dauid siquidem fuit & rex, & rex Iudæorum (vt patet lib. 2. Regum.) ideoque fit, vt Christus homo de regia familia Dauid dicatur vere natus rex Iudæorum. Vide quæst. 31. art. 3. ad secundum Eluc. circa finem ly quamuis Damascenus, &c. Et ibi no. ponderosam sententiam D. Ambrosij. Iure ergo hæreditario Christus nascitur rex; & rex temporalis. Nam esse ex semine Dauid, cũ ipse fuerit rex temporalis, affert nascenti regiam dignitatem temporalem. Dicere igitur, uel in dubium reuocare, quod Christus secundum carnem non esset rex temporalis, & quidem ab initio natiuitatis suæ, est dicere, quod ipse secundum carnem non fuerit natus ex progenie Dauid: aut saltem hanc scripturarum apertissimam ueritatem, scilicet quod sit de tali progenie, reuocare in dubium: id quod aures catholicorum non sustinent, sed meritò uotis omnibus unanimiter detestantur.

¶ Not. 2. Cæterum esse regem temporalem contingit duobus modis, scilicet iurisdictione & executione simul (quo modo Dauid fuit rex) aut iurisdictione tãtum. Hoc vltimo modo rex temporalis fuit Christus, quia de iure (vt dixi not. 1.): non autem primo, quia tale ius regium exequi tenuit (ut patet Ioan. 6. & vt prædictum fuerat Hierem. 22). Christus enim cum cognouisset quod uolebãt seipsum facere regem, fugit: & de Ieconia prædixerat, quod non erat descensurus vir de semine eius, qui sederet super solium Dauid. Scilicet regnans sæculari honore. quæst. 31. art. 2. ad tertium. Qui tamen Christus ex Ieconia descendens sedit super solium Dauid, Isa. 9. Luc. 1. quantum est de iure. Poterat siquidem ex legitima successione regnare temporaliter, idest sæculari pompa absq; peccato, si uoluisset: sed hoc iure sibi seruato (non enim poterat negare, seipsum sic esse natum; vt supra) regnare executiue taliter noluit; quod & ipse monstrauit per ly regnum meum non est de hoc mundo, si enim esset de hoc mundo ministri mei utique decertarent, vt non traderer Iudæis, Ioan. 18. Ecce: quod ipsum loqui de talis regni executione, patet manifeste ex ly si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique, &cæt. Habere enim ministros, qui decertent corporaliter pro aliquo patrono, vt non tradatur corporalibus inimicis, importat (vt patet) executionem principatus temporalis in ipso patrono; cum habere tale quid, sit quoddam regnare pompa & honore sæculari.

¶ Not. 3. Nec obest prædictis de temporali regno Christi, quod ipse venerat mansuetus, pauper, Isa. 62. humilis, & ad docendum nos exemplo suo humilitatem, Matth. vndecimo. quoniam prædicta neque mansuetudini, neque paupertati, neque humilitati repugnant; quinimmo omnia hæc ipsam iuuant & ornant, vt patet considerantibus. Quanto enim quis maior est: tanto splendidior, laudabilior, gratiosior apud omnes recte sapientes redditur; si per mansuetudinem uoluntariam paupertatem, aliaque huiusmodi, in sua conuersatione seipsum ex corde humiliet. Maioritas ergo hominis humilitatem ipsius exaltat; hancque maiorem & in se, & in

& in sapientum iudicio, facit. Humilitas ergo Christi fuit maior secundum se, maiorque reputata ab hominibus, quibus imitanda proponebatur, quanto Christus erat secundum rei veritatem maior, & talis existẽs semetipsum tum intus, tum extra humillimum exhibebat. Hoc est, q hoc.s. esse regem de iure temporalem ab initio natiuitatis nõ minuebat humilitatis virtutẽ in Christo, sed potius, cum adiungeretur sibi uoluntaria recusatio executionis regiæ dignitatis secundum temporalem, i. mundialem honorem, exornabat humilitatem, ac exaltabat. i. (ut ita loquar) humilitatẽ ipsam humiliorem, ac per hoc Deo hominibusq; gratiorẽ, miruminm modum reddebat. Quia igitur Christus venerat, ut nõ solum humilis, sed etiam ut anthonomatice. i. excellenter. i. in summo humilis esset: ideo uoluit esse re uera magnus, & magnitudinẽ ipsam in humilitatis obsequium omnino conuertere: hoc est uoluit & à sui conceptione esse rex temporalis de iure, & talis regni executionem numquam temporaliter exercere, & (quod plus est) executionis talis oppositum. i. paupertatem, egestatem, inopiam, aduersitatem, ignominias illatas, contumelias, derisiones, subsannationes, opprobriosa uerba ac uerbera vsq; ad turpissimam mortẽ, amplecti libenter; sustinere patienter; totumque vitæ suæ cursum in his, tamquam in cibis (Io. 4.) summopere delectatus, cõsummare utiliter. Tollere igitur ab humili Christo, q fuerit de iure rex temporalis est minuere. i. minus virtuosam facere, ipsius humilitatem, id quod vitiosissimũ est; cum Christus sm rei veritatẽ & hãc, & alias uirtutes habuerit in summo. Adde, q hac ductus rõne, s. ne sua humilitas minueretur. i minus virtuosa foret, Christus noluit executionem regni prædictam, & uidebis, q in idem uitium concurrunt hæc duo. s. negare ipsum de iure fuisse eiusmodi regẽ, & ponere ipsum talis regni habuisse executionem. Sicut ergo nullus ponit executionem talẽ in Christo, ne ex hoc minoretur eius humilitas, ita quilibet iurisdictionẽ præmissam ponere in eo debet, ut eadem ipsius humilitas exaltetur.

¶ Not. 4. Hæc dicta sint hucusq; stando præcisè in regali progenie Dauid ẽt si (per impossibile) Christus esset tãtum homo. Patet. n. q nec Salomon, nec Ezechias, nec Iosias, fuerunt Deus, sed tantum homines: & tamen fuerunt reges nati, eo q de stirpe regia Dauid nascebantur. Hac eadem igitur ratione, s quia de sanguine regio Dauid nascebatur Christus, etiam si esset homo tm̃, natus fuisset rex temporalis (modo declarato). Nunc ergo multo magis dicendum est Christus nasci rex temporalis, quia ipse non solum homo, sed ẽt Deus est. Esse enim Deũ non est conditio diminuẽs sed adaugens, in hoc proposito: qñquidem Deum esse dignitatem maximam importat, & dignitas, ut sic, non est repugnans, sed potius conformis alii dignitati ut sic, & consequenter ei consociabilis magis, quam aliter. Quod si absolute, hoc est, nõ stando præcisè in regali progenie Dauid, loqui uelimus de Christo constat tum ex ratione, tum ex sacra scriptura, q ipse secundum quod homo ab initio natiuitatis in utero fuit temporalis rex non tantum Iudæorum (ut erat stando præcisè in serie Dauidis) sed etiam omnium, adeo quod nascebatur Monarcha; sub Deo tamen, si referas hoc ad humanitatem; æqualiter autem Deo, si referas ad diuinitatem.

¶ Not. 5. Ratio igitur nunc dictorũ prima patet ex comparatione ad Adam in statu innocẽtiæ. Manifestum. n. cuilibet uere sapiẽti est, q Christus, ut homo, præeminet Adæ in statu innocẽtiæ existenti, cum natura humana in Christo sit nobilior pp coniunctionẽ ad naturã diuinam, q. 2. ar. 2. ad 2. & ar. 5. ad 1. Constat, quoque, q Adam in statu innocentiæ erat Dñs omnium creaturarũ, 1. q. 96. ar. 2. & si generasset tunc alios homines, & illi alios, & sic deinceps, ipse omnium aliorum fuisset Dñs, 1. q. 96. art. 4. Consequenter igitur pro constanti tenendũ est, q Christus, ut homo, nascebatur Dñs omnium hominum. Quis. n. sapiens faciat Christũ, sm q homo est, minorem Adamo, de quo dr̃ Eccl. 17. Deus dedit illi potestatẽ eorum q̃ sunt super terram, & Sap. 10. primus formatus est a Deo pater orbis terrarum? Pater, inquit, orbis terrarum, .i. Dñs legitimus omnium. De illo Adę, & consequenter à fortiori de Christi Dñio vide Verit. Aureas super totam legem ueterẽ, Genes. 1. concl. 21. Ratio eorundẽ pdictorum secunda patet ex cõiunctione humanitatis Christi ad Deum. Clarum. n. omnib. est, q Deus est absolute sm se Monarcha omnium, iuxta illud Deutero. 10. En Dñi Dei tui cęlũ est, & cęlu cęli, terra, & omnia, quæ in ea sunt, ipse est De⁹ deorũ & Dñs dñantium. Patet ẽt, qđ ex unione ad diuinitatẽ natura humana p oib. creatis nobilitata est (ut nunc sup. ex q. 2. ar. 2. diximus) & intm̃, ut S. Doctor dicat, 1. q. 25. art. 6. ad 4. humanitas Christi ex hoc, qđ est unita Deo, hẽt quandã dignitatẽ infinitã ex bono infinito, quod est Deus, & ex hac parte nõ põt, aliquid fieri melius ea, sicut non põt, aliquid melius esse Deo. Vide, quantã sublimitatẽ humanitati Christi attribuit D. Thom. Quia ergo ex hac parte, qua coniungitur Deo, non potest aliquid fieri dignius humanitate Christi, & esse regem uniuersorũ est dignitas per se conueniens Deo, ideo fateri oportet, qđ ista dignitas mõ, quo rei creatæ cõicari potest, cõicata altissime est humanitati Christi. Et quia ab instanti conceptionis coniunctio hæc ad Deũ facta est, q. 33. ar. 3 ideo, ex tunc Christum sm carnẽ fuisse regem omnium, concludendum necessario est. Cæteras, quæ multę sunt

ad hoc

ad hoc ipsum rationes studioso lectori inquirendas relinquo, quandoquidem duæ præmissæ, & ad intentum probandum efficacissimæ sunt, & pro textu huius articuli declarando sufficiunt.

¶ Not. 6. Ex scriptura item (ut in not. 4. dicebatur) cõstat propositum. Legitur. n. sic in Apocal. 19. Ipse uestitus erat veste aspersa sanguine, & nocabatur nomen eius Verbum Dei, & habet in uestimento, & in fęmore suo scriptũ, Rex regũ & Dñs dñantiũ. Vbi nota diligẽter ly veste aspersa sanguine; & ly in uestimẽto scriptũ. Hæc siquidẽ, manifeste designant, & humanitatem, cũ ipsa sola sit aspersa sanguine, & regnum tã altum conuenire ipsi humanitati, cũ hæc regni ptãs sit scripta in tali uestimento, per cõicationẽ tñ sibi factã à diuinitate, (ut in not. 5.) cui ipsa humanitas coniuncta est, q significatur, per ly nocabatur nomen eius Verbũ Dei. Item hoc ipsum de regno Christi hominis testimonium oĩum creaturarũ comprobatur uoce magna ipsi Christo acclamantium, Apocal. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatẽ, & sapientiam, & fortitudinẽ, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas, in sęcula sęculorũ; Amen. Vbi nota uigilanter ly occisus est, & ly accipere. Nã in sola humanitate occisus est, & ab initio cõceptionis suæ accepit honorẽ, gloriã, & ptãtem illam, ut ex. q6. 33. ar. 3. hr̃, cũ tunc humanitatẽ fuisse assumptã à Verbo, ibi dicat̃, ex cuius influentia oĩa hæc, & similia ipsam humanitatẽ proueniunt. Itẽ idipsum de Christi regno, sm q hõ est, demonstrat̃ per hoc, q ipsi, sm q homo est, crucifixo superpositus est titulus regiã dignitatẽ exprimens, s. Iesus Nazarenus Rex Iudęorũ, Io. 19. Hębraicè uero, Gręcè, & Latinè, scriptus erat, ut hic denotaret, q ipse erat rex vniuersorũ. Ac si ibi implicite diceret. Licet Iesus hic, inquantũ ex sanguine Dauid descendit, sit solũ rex Iudæorũ, tñ inquantũ hæc humanitas sua diuinitati coniungit̃ est rex ẽt Gręcorũ & Latinorũ. i. omnium hominũ. Per has. n. tres linguas intelligimus diuisum fuisse totũ mundũ ab Euangelista. Qñ autẽ incęperit esse rex tpalis, & Iudęorũ, & gentiũ, ostẽsum fuit sup. not. 1. 4. 5. Ab initio itaq; natiuitatis in utero dignitatẽ hãc regiam de iure habuit, & in ipsa iugiter perdurauit, in cuius continuę durationis signũ dignitas eadẽ nunc de Christo explicat̃, qñ minus uidebatur. Vt merito sm regulã logicalem, s. si de quo minus uidetur inesse, inest, ergo & de quo magis, nos proportionaliter dicamus. Si tunc quando min⁹ uidebat̃, q Christus rex esset, est rex publicè acclamatus: ergo qñ. s. in tota sua priori uita, magis. i. saltẽ nõ sit min⁹, uidebat̃ esse rex, erat rex. Nec ueritati huic obstat, q titul⁹ regẽ illũ declarãs ab hoste infideli Pilato irrisoriè, quasi p ludibrio, scriptus est: qñ ad iudiciũ uerũ dãdũ de aliqua re nõ est (ut patet) inspiciẽdũ ad ĩsipiẽtes, ut sequamur eos, sed ad sapiẽtes, ut sm eos dirigamur in iudicãdo. Porro titulus ille à Spũs. sapiẽtissime multo antea dictatus est, q̃ a Pilato iuxta suũ insipiẽtẽ sensũ cõscriberet̃. Veritas ergo tituli iudicãda est sm sensũ Spũssancti scripturã hãc pnũciãtis, nõ sm Pilatũ eidẽ titulo de suo sensu insipiẽtiã apponẽtẽ. Pro seriosa igĩ syncera, ac plena ueritate, ly rex Iudęorũ, dẽt iudicari dictũ esse in illo titulo, utpote q à Spũsancto dicat̃: neq; huic veritati dẽt uel minimũ piudicare irrisoria mẽs insipientiũ maximè, qa talet illusores spũs ipse deludet Prouer. 3. Immo, & anteq̃ machinarent̃ hmõi irrisiones delusit. Nondũ. n. erat Pilatus illusor, quando spiritus ueritatis irrisoriam eius mentem iustissime deludens in Psalmi quinquagesimi sexti titulo dicebat; Ne corrumpas Dauid in tituli inscriptione. Ac si apertissime dixerit. Veritas continebitur in inscriptione tituli Dauid, id est Christi secundum carnem descendentis ex semine Dauid: & ideo ego, qui sum spiritus ueritatis, uolo, ut ueritas eiusdem tituli incorrupta permaneat; quapropter & de hoc præceptum cuique fero dicens; Nè corrumpas, &c. De isto titulo, cum Beati Augustini, pulcherrima expositione, uidebis prolixius dignissima scitu in Veritatibus Aureis super totam legem veterem, Numer. 17. concl. 2.

¶ Not. 7. De Christo secundum humanitatem, sermo hactenus habitus est, & sic de ipso est intelligendus. Ac si ex omnibus præmissis epilogaliter dicatur: Humanitati Christi ab instanti conceptionis competebat de iure dignitas temporalis regia, tum ratione sanguinis ex Dauid, tum ratione communicationis ex diuinitate coniuncta. Cæterum si loquamur de Christo secundum q homo. i. secundum personam, quæ post incarnationem est etiam humana, idest humanæ naturæ persona, quæstio. 2. artic. 4. & quæstio. 16. art. 4. 1 1. tunc de ipso dicendum est aliquid multò altius: uidelicet qđ ipse ab initio conceptionis est rex non inferior Deo (ut dicebatur de eius humanitate not. 4. in fin.) sed per omnia æqualis Deo, ratione unionis hypostaticę. Huic ueritati attestatur B. Ambr. super illud Luc. 1. hic erit magnus, dũ ait: potentiã, quam Dei filius naturaliter hẽt, homo erat ex tpe accepturus. Qđ exponens D. Tho. inqt supra q. 13. ar. 1. ad 1. Homo accepit ex tpe oĩpotentiã, quam filius Dei habuit ab æterno, per ipsam unionẽ psonæ: ex qua factum est, ut sicut homo dicitur Deus, ita dicatur omnipotens; non quasi sit alia omnipotentia hominis, quam filii Dei, sicut nec alia deitas, sed eo quod est una persona Dei, & hominis. Hęc ibi. Ex quibus sanctorũ, tãtorumq; Doct. sententiis patet, q Christi hominis regia potestas non est alia, quã filii Dei, ratione

vnionis

Vnionis personalis; sed est numero eadem: ideoq; non inferior, sed æqualis, Deo. Docuerat & ipse Christus hoc catholicę fidei dogma per illud Matt. 28. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Idest, super omnem creaturam. Quod quidē B. Hieron. ibidem sic exposuit. Illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat, qui postea resurrexit. Idest Christo, sm q homo. q. 13. art. 2. ad primū. Dr̃ autem omnis potestas sibi data, ratione unionis, p quā factum est, vt homo esset omnipotem (vt supra dictum est). Et q̃uis hoc ante resurrectioné innotuerit Angelis; post resurrectioné tamen innotuit omnibus hominib. (vt Remigius dicit). Tunc autem dīr res fieri, quādo innotescunt: & ideo post resurrectionem dicit Dominus, sibi datā omnem potestatem in cęlo & in terra. Hæc ibi S. Thomas. Ex quibus constat esse de fide credēdum: q Christus homo, i. Christi hominis persona, est rex regum omnium coæqualiter Deo patri.

¶ Corol. Ergo Christum hominé quocūq; modo consideres, i. siue quó ad humanitaté respectu* Dauidici stipitis, siue quo ad humanitatem respectu influentiæ coniunctæ diuinitatis, siue quo ad humanitatis suæ personam, inuenies semper; ipsum esse regem temporalem de iure. Ergo tale ius regiū a Christo homine tolli non potest a quoquam, nisi ablationem hanc facere præsumens blasphemiam fidelium cordibus importabilem committat; hoc est, nisi neget aut humanitatem Christi ex semine Dauid esse propagatam, aut ipsam esse diuinæ naturæ coniunctam, aut ipsius humanitatis personam esse Deum: quorum trium quodcunique negetur, hæresis immanis incurritur. Immanis, inquam, quia non solum est contra fidem, sed etiam contra basim fidei. Nam basis, idest fundamentum, fidei Christus est. 1. Corinth. 3. qui a tota Ecclesia catholica firmiter creditur & esse ex semine Dauid secundum carnem, Rom. 1. & duas habere etiam post incarnationem naturas, scilicet humanam ac diuinam (vt patet in Concilio Chalcedonensi pro hac ueritate determinanda congregato) & has quidem coniunctas in una persona diuina (vt patet in Concilio Ephesino primo, pro huius veritatis determinatione congregato). Ergo negare Christum, secundum quod homo, esse regem temporalem de iure, est negare Christum esse Christum; quod, cum manifestam implicet contradictionem, est omnino infactibile. Ergo negare Christum, secundum quod homo, esse regem temporalem de iure, est aperire uiam magnam Antichristo: quoniam eius principalis scopus erit negare Christum esse Christum; omnibusque uelle totis viribus persuadere, Christum, i. Iesum Nazarenum Crucifixum, non esse Christum. Ergo negare Christum, secundum quod homo, esse regem temporalem de iure, est honorem gloriamq; ipsi debitam auferre; est erga ipsius maiestatem reuerentiam Christianorum atque deuotionem minuere; est Antichristum, antichristianosque vel nolendo iuuare. (Non enim omnes de industria peccant: & iden dixi ly vel uolendo). [illegible] omnibus attamen a prima notatione hucusque prædictis, vig[illegible]issime semper ponderabis ly de iure: ne quando miscere velis executionem, vbi & non oportet & (Christo ipso sic uolente) non est: quæ mixtura proculdubio esset tibi occasio tum errandi, tum veritatem præmissorum animo candido (vt proponitur) minus percipiendi. Ex his tandem patet: quod fatuitas, nedum impossibilitas, est dicere; quod Christus non uoluerit habere huiusmodi ius regium, quasi tali iuri uoluntarie renunciam: quoniam fatuum, & impossibile (stante prædestinatione diuina) dicitur, si dicatur; quod ipse recusauerit aliquod horum trium, scilicet uel esse de sanguine Dauid, vel habere humanam naturam diuinæ naturæ coniunctam, vel personam suam diuinam esse personam etiam naturæ humanæ; quorum singula per se dicunt, Christum, se-

*Hom. 8. in euang. non remote a princ.

Ad primum ergo dicendum, q sicut Dauid in Bethleem natus est, ita etiam Hierusalē elegit, vt in ea sedem regni constitueret, & tēplum Dei ibi ædificaret, & sic Hierusalem elegit, vt esset ciuitas simul regalis, & sacerdotalis. Sacerdotiū autē Christi, & eius regnum præcipuè consummatū est in eius passione, & ideo cōuenienter Bethleē elegit natiuitati, Hierusalem, vero passioni. Similiter ēt per hoc hominū gloriā cōfutauit, qui gloriātur de hoc, q ex ciuitatib. nobilib. originē ducunt, in quib. ēt præcipuè uolūt honorari. Christus aūt econuerso, in ciuitate ignobili nasci uoluit, & in ciuitate nobili pati opprobrium,

Ad secundum dicendum, q Christus florere uoluit sm uirtuosam conuersationē, non sm carnis originē. & ideo i ciuitate Nazareth educari uoluit, & nutriri, in Bethleē autem uoluit, quasi peregre nasci: quia, vt Greg.* dicit per humanitatem quā assumpserat, quasi in alieno nascebatur: non sm potestatem,

cundum q homo, esse regem temporalē de iure (vt superius declaratum est). Nec est simile de recusare pro tunc talis iuris executionem, & de recusare tale ius (vt patet tū ex se, tū ex [illegible]).

1m illatio conclusionis. Ergo de Hierusalem, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex mala intelligentia præmissarum; ex eo, scilicet q authoritatem Isaiæ, loco maioris propositionis, inductam falsò retorquet ad locum, vbi nasci deberet Christus. Nam prophetæ ibi sensus alius est: ita ut exponatur ly verbum domini exibit de Hierusalē, quo ad consummationem & regni, & sacerdotij (vt declaratur in rex.) non autem, quo ad natiuitatem.

sed secundum naturam. Et ēt (vt Beda† dicit) in diuersorio loco egebat, vt nobis multas mansiones in domo Patris sui præpararet.

† Cap. 2. in Luc. super illud, Et reclinaui eū in presepio, est c. 5. sm ord. Bedæ, to. 2.

Ad tertium dicendum, q sicut dr̃ in quodam sermone Epheseni Concilii, Si maximam Romā elegisset ciuitatem, propter potentiam ciuium mutationem orbis terrarū putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati vtilitatem ascriberent: sed vt diuinitas cognosceretur, orbem transformasse terrarum, pauperculam elegit matrem, & pauperiorem patriam. Elegit autem Deus infirma mundi, vt confundat fortia, sicut dicitur 1. ad Corint. 1. Et ideo, vt suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit, in signum perfectæ victoriæ vt exinde fides deriuaretur ad uniuersum mundum, secundum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimē humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christ⁹, egressus egenorum, idest Apostolorum Petri & Pauli.

AR-

2m minor. Maxime aliquis denominatur a loco suæ natiuitatis. ℞. Si denominatio ipsa attēdatur secundum carnis originem. §. Tunc nihil, &c. Nam, quando Christus denominatur a Nazareth Nazaren⁹, ista denominatio non attenditur secundum carnis originem; sed secundum nutritionem, & conuersationē. Alioquin si secundum carnis originem denominaretur, uocaret Bethleemita: iuxta quod Michæas capit. 5. (vt ponitur in argument. contr.) intendit eum denominare. Per hoc enim qui locum natiuitatis secundum carnem dicit esse Bethleem: illum, secundū carnis originem, & denominat Bethleemitam, & aliis sic esse denominandum commonstrat.

3m de maiori. Veritatis fidem. ℞. Transformantem virtute diuinitatis orbem terrarum. §. Tunc nihil, &cæt. Nam si maximam Romam, &cæt. vt in textu vsque elegit autem Deus infirma mundi. Ac si virtualiter dicatur. Si natiuitati eius, qui veritatis fidem nunciaturus nascebatur assignaretur maxima Roma: tunc crederetur, quód ipsa fides esset uirtute hominum conuersura mundum; non autem virtute diuina: cum tamen non humana, sed diuina, uirtute hanc mundi mutationem fuisset factura; & fidem ipsam sic mutationem hanc fecisse, ab omnibus credendum esset. Quanto igitur locus natiuitatis Christi maior fuisset secundum mundum; tanto magis homines æstimassent, Christum virtute humana, idest uirtute de hoc mundo uim trahente, conuersurum homines ad seipsum: cum tamen de ista conuersione, qua in eis regnat, Christus loquens dicat, Ioann. 19. Regnum meum non est de hoc mundo. Hoc est veritas anthonomaticè (de qua subditur ibidem), idest ueritas fidei, per quam ego in cordibus hominum regno, non habet operandi uirtutem ex hoc mundo; sed aliundē, scilicet ex conditore mundi. Nasci ergo in loco secundum mundum celeberrimo (qualis erat Roma) destruxisset quodammodo intentum Christi, quo scilicet regnum suum per fidem non esse de hoc mundo, credi uolebat: & nasci in loco minus celebri (qualis erat Bethleem) astruebat illud intentum Christi, (vt considerantibus patet).

¶ Not. Postquam solutum est argumentum in textu, subditur ly, vt confundat fortia; & ideo, vt suam, &c. Ac si apertè diceretur. Statuere postea caput Ecclesiæ in ipsa Roma, est in argumentum manifestę ostensiuum: quod fides Christi operata est mirabilia, quæ fecerat, uirtute diuina; & tanta; vt mirabiliter sibijpsi subiugaret etiam urbem caput mundi. Adeo quod illa vrbs, quæ prædicto intento Christi nouisset, si locus natiuitatis eius fuisset (vt responsum fuit) nunc eidem intento fauet; cum pro loco capitis Ecclesiæ statuitur. Nunc enim post debellationem mundi sine armis carnalibus ullis, subiecta Roma non potest afferre argumentum, quod uirtute ipsius Romæ fides Christi debellauerit mundum: sed solummodo potest esse signum in contrarium, scilicet quod fides illa

nou uirtute humana, quæ tunc præcipue uigebat Romæ, tantam victoriam, idest debellationem mundi siue carnis, &c. fecerit. Roma ergo prius, idest si Christus nasceretur in ea, fuisset in argumentum, quod regnum Christi esset de hoc mundo: nunc autem, ex prædicta sui subiectione, est in argumentum, quod regnum Christi non est de hoc mundo. Pro quorum etiam adhuc meliori captu nota: quod textus ly Roma caput mundi erat, intelligendus est non solum de eius dominio, sed etiam de eius erroribus, supra alias partes mundi. Ac si textus aperte dixisset; Roma erat caput mundi & in dominando, & in errando. statuisse ergo caput Ecclesiæ in ipsa Roma, est fecisse: quod magistra multiplicis erroris fieret magistra totius ueritatis. Quod quam excellentissime demonstret; fidem Christi non humana, sed diuina, uirtute operatam fuisse; seu (quod in idem redit) regnum Christi non esse de hoc mundo; tam apertissime patet: vt nulla tergiuersatione celari possit.

APPENDIX.

Veritas pro Eccle. S. Dei. EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, meri to esse a scripturis insinuatum: quod Christus debuit in Bethleem nasci. Vt per hoc, quod dicitur Mich. 5. Secundum quod est in argumen. contr. Pro quo nota; quod propheta loquitur de Bethleem, in qua natus est Dauid; id quod annotauit per ly Effrata. Vnde legitur Genes. 35. Mortua est Rachel, & sepulta est in uia, quæ ducit Effratam, hæc est Bethleem. Ex quo loco designatur; quod illa ciuitas primum uocata est Effrata; postea Bethleem ex quodam euentu, qui narratur in lib Ruth. cap. 1. Euentus autem hic fuit abundantia panis ibi reperta postquam magna caristia inibi præcessisset. Legitur siquidem in illo libro sic. Facta est fames in terra. Abijtque homo de Bethleem Iuda; vt peregrinaretur, &cæt. & infra. Effratei de Bethleem Iuda, &c. Surrexit, vt in patriam pergeret. Audierat enim quod respexisset dominus populum suum: & dedisset eis escas, &c. Profectæque sunt simul; & venerunt in Bethleem. Quia ergo hoc nomen Bethleem interpretatur domus panis, & in ciuitate Effrata fuit a domino post famem illam data magna copia panis: ideo nomine mutato ipsa ciuitas dicta est Bethleem. Nec obstat, quod etiam tempore famis dictum est ly abijt homo de ciuitate Bethleem; quia hæc denominatio intelligitur tunc dici per anticipationem (sicut & in multis scripturæ locis fit). Quasi dicatur. Abijt homo Effrataeus de ciuitate Effrata; quæ in breui tempore, idest decem annorum, uocanda erat Bethleem. Hic (vt prædiximus) natus est Dauid. Nam legitur ibidem cap. 4. fin. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid regem. Hæc pro necessitate præsentis textus recte intelligendi, cum ex semine immo & ciuitate Dauid fuerit Christus. q. 31. arti. 2. & Luc. 2. annotata sint: vt fiat distinctio ab altera Bethleem, quæ est in tribu Zabulon (lib. Iosue cap. 19.): de qua propheta Michæas in textu allegatus non loquitur; & in qua nec Dauid, nec Christus natus est. Item idipsum in principio appendicis positum insinuatur per illud Matt. 2. Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ. & inf. Tu Bethleem terra Iuda. Ex te exiet dux. i. (vt habetur in translatione Chaldaica) Messias. i. (ut interpretatur græce) Christus. Item Luc. 2. In Iudæã ciuitatẽ Dauid, quæ uocatur Bethleem, cum Maria, &c. Cum essent ibi, peperit filiũ suũ primogenitum. Porrò, quia dicebat ly debuit nasci, quod est dicere; cõueniẽs fuit nasci, siue cõuenienter nasciturus erat & natus est: iõ de cõueniẽtia scripturarũ (applicãdo postea ad hoc ppositũ) uide 2. 2. q. 122. ar. 2. appẽ. & q. 140. ar. 1. appen. & 1. 2 q. 68. ar. 4. appen. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaret, atq; confirmet.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio, Christus in Bethleem nasci voluit. Probaturque dupliciter, primo ad literam, secundo mystice.

¶ Aduerte hic, quod Auctor reddit rationem ex parte loci nobiliti, quare Christ⁹ noluerit nasci ibi, quæ ratio est etiam rõ quare prophetari fecerit se ibi nasciturum, & propterea non affertur in litera ratio ex parte prophetiæ implendæ.

¶ In responsione ad secundum, nota quòd ad literam ideo in diuersorio nasci elègit Christus, vt sacramentum virginei partus occultum absque matris consanguinearumque nota maneret. Si enim in ciuitate peperisset, oportuisset obstetricem vocare, & consanguineas, & sic aut uirginitas matris fuisset manifestata, aut repræhensa mater fuisset, quod non vocasset, immo sorores eius obstetricẽ ẽt ad inuitã matrẽ cõuocassent: Nec obstat quod in Bethlẽ natus dr, quia Bethleẽ appellatione ueniunt ẽt suburbanæ domus. In cuius signũ Herodes audito quod in Bethleem nasceretur, iussit occidi in Bethleem, & in omnibus finibus eius infantes, intelligẽs per locum natiuitatis Christi, totum infra fines Bethleem. Suauiter ergo omnia diuina disposuit sapientia, dum nasci in diuersorio elegit, vbi nullius cura, uel incuria censorem haberet, ubi & a Magis adorandus erat absque arbitris ciuibus, scilicet admirantibus eorum ingressum, absque indice in domum Ioseph, propter quod diuersorium hoc, non intra ciuitatem, sed extra uidetur fuisse, vt ipsum diuersorij nomen sonat. nam si intus fuisset, potuissent Herodi testificari multi, quod Magi in Bethleem ingressi essent, &c. sed ubi per uiam in diuersoria domo celebrata est adoratio, latuit ipsa adoratio.

¶ In responsione ad tertium nota quod ipse Christus Romæ caput Ecclesiæ suæ statuit, non solum ratione communi, quia facta Apostolorum sunt facta Christi, iuxta illud, sine me nihil potestis facere, sed quia uolenti Petro ex Roma recedere, sicut olim ex Antiochia recesserat ipse Christus obuiauit iubens vt reuertatur, & Romæ sedes apostolica stabiliatur, & dum dixit, Venio Romam iterum crucifigi: si enim Petrus alibi sedem elegisset, non Romæ, sed in loco illo ubi postremo sedisset, caput Ecclesiæ fuisset. Et sicut nunc non Anthiochena, sed Romana ecclesia caput est quia Romanus pontifex successor est Petri: similiter in illo casu, non Romanus, sed illius alterius loci Pontifex successor fuisset Petri, ac Christi uicarius. Ipse ergo Christus præcipiendo regressum, & crucem, Romæ statuit caput Ecclesiæ. quocirca non potest humana auctoritate mutari, & fieri vt alius, quam successor Petri Romanus Pontifex sit caput Ecclesiæ.

Medina ar. 8.

SVP. Q. XXXV. ART. VIII.

COncl. Conuenientissimo tempore Chrs natus est.

195 ¶ Prob. Quia Christus natus est tempore a se præelecto: & quæ a Deo sunt, conuenienter disposita sunt.

¶ Not. Ad intellectum applicationis probationis huius ad conclusionem, cum probatio loquatur in gradu positiuo per ly conuenienter, & conclusio in gradu superlatiuo per ly conuenientissimo, aduerte: quod hic præsupponitur, subintelligendam esse regulam illam vniuersalem a Philosopho in lib. Topicorum datam, scilicet sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, ita maxime ad maxime. Secundum ergo quod res, de qua tractatur est vel magna, uel maior, vel maxima; secundum hoc oportet correspondenter intelligere ly conuenienter. Vt vniuersaliter dicamus. Quæ a Deo sunt magna, disposita sunt cõuenienter: Quæ a Deo sunt maiora, disposita sunt conuenientius: Quæ a Deo sunt maxima, disposita sunt cõueniẽtissime. Nõ tñ intelligas hãc dispositatẽ disposita-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Christus fuerit tempore congruo natus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit congruo tempore natus. Ad hoc. n. Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret. Natus est aũt tempore seruitutis, quo. s. totus orbis præcepto Aug. describitur, quasi tributarius factus, vt habetur Luc. 2. ergo videt quod nõ cõgruo tempore Christus fuerit natus.

¶ 2 Præt. Promissiones de Christo nascituro gentibus non fuerant factæ, secundum illud Rom. 9. Quorum sunt promissa: sed Chrs natus est tẽpore, quo rex alienigena dominabatur: sicut patet Matth. 2. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis. ergo videtur quod non fuerit congruo tempore natus.

¶ 3 Præt. Tempus præsentiæ Christi in mundo diei comparatur, propter id, quod ipse est lux mundi: vnde ipse dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est, sed in æstate sunt dies longiores, quam in hyeme. ergo cum natus fuerit in profundo hyemis. i. 8. Calendas Ian. videtur quod non fuerit conuenienti tempore natus.

SED CONTRA est, quod dicitur Galath. 4. Cum uenit plenitudo temporis, misit De⁹ filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

dispositarum rerum ex parte actus diuini disponentis; sed solum ex parte effectus: quod vt melius capias, vide 1. quæstio. 20. arti. 3. & quæst. 25. artic. 6. ad primum. Quia ergo res, de qua in præsenti tractatur, est maxima, idest maximi momenti, vt quæ sit circumstantiis ad Christum pertinentibus (puta de tempore natiuitatis suæ; sicut prius de loco, artic. 7.) ideo exponendum est ly conuenienter, idest conuenientissime. Et sic probatio, & conclusio bene sibi inuicem in eodem gradu correspondent. Ergo ly conuenienter, stat figuratiue per figuram, scilicet anthonomasiam. Nam conuenienter anthonomatice, est idem; quod conuenientissime. Præmissam regulam lib. Topicorum nunc pro semper in omnibus similibus notabis diligenter: etiam si nunquam amplius repetere tur. Ab hac regula edoctus dices: quod conuenientissimo in loco nat* est Christus; quod conuenientissimam ma trem elegit; quod &c. Nam hæc omnia sunt pertinentia ad Christum.

*Sup. illud Lu. 2. vt profiteret cum Maria. &c.

* secundum ord. Bedæ. to. 2.

* alias censu.

1m de maiori.

Vt suos in libertatem reuocaret. R. Per seruitutem suupsius. §. Tunc nihil, &c. Immo pro conclusione, idest in fauorem conclusionis articuli, militat argumentum; si recte ex illa maiori glossata procedat. Sic enim non concludet id, quod nunc facit, scilicet ergo Christus non est congruo tempore natus; sed concludet oppositum, scilicet ergo Christus est congruo tempore natus. Et hoc: quia natus est tunc: quando Cæsari Augusto per seruitutem uoluntariam subdebatur, soluendo, scilicet in parentibus ius et tributum Luc. 2. Sicut namque; (mirabili consilio diuino disponente, Isa. 9. per ly admirabilis consiliarius) mortem nostram moriendo destruxit, & consequenter morte sua vitam nobis promeruit: ita seruitutem nostram durissimam, qua a natiuitate sumus filij iræ venundati sub peccato, Ephes. 2. Roman. 7. Ipse Christus seruiendo destruxit, & consequenter seruitute sua libertatem ueram nobis promeruit. Porrò quæ sit, & vbi consistat, hæc vera libertas nobis a Christo promerita; vide in Veritatibus aureis super totam Legem Veterem, Genes. 3. conclusio. 2. ab oppositis, & Numer. 4. conclus. 3.

* Sup. illud Esa. 2. Non leuabit gens contra gentem. to. 5.

¶ EXAM. Ly tempore etiam illo, &cæt. vsque in finem. Hoc. postquam principalis nodus argumenti solutus est, additur in textu: ad ostendendum plenius intentum Christi, ad quid scilicet in mundum venerit; & consequenter ad complementum illius maioris, prout importat intentum Christi. Ac si per hoc dicatur. Argumenti maior explicat solummodo, quod Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret, per seruitutem, scilicet suupsius (vt responsum est): & tamen adhuc insufficienter enumerat intentum Christi. Ad hanc ergo insufficientiam corrigendam dicatur sic. Christus ad hoc in mundum tunc ueniebat, & vt suos in libertatem modo dicto reuocaret; & vt, se pacem nostram esse, ostenderet: & vt, se dispersas oues in unum ouile congregaturum esse, declararet. Propterea, dum tempore Cæsaris Augusti nascitur, congruo tempore nascitur.

2m illatio conclusionis.

Ergo videtur, quod non &cæt. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso in præmissis subintellecto, scilicet quod Christus sub rege alienigena nascatur propter promissiones factas gentibus de suipsius aduentu. Nam propter hanc causam tempore tali non nascitur; sed propter aliam, vt scilicet impleri ostendat prophetiam Iacob dicentis, &c. vt in text. Ex quo patet: quod argumentum est fallacia secundum non causam, vt causam.

RESP. Dicendum, quod hæc est differentia inter Christum, & alios homines, quod alii homines nascuntur subiecti necessitati temporis, Christus autem tamquam dominus, & conditor omnium temporum elegit sibi tempus, in quo nasceretur, sicut, & matrem, & locum. Et quia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, & conuenienter disposita, consequens est, quod conuenientissimo tempore Christus nasceretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, ut nos ad uitam reduceret, ita (vt Beda dicit) eo tempore dignatus est incarnari, quo mox natus, censu.* Cæsaris ascriberetur, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. Tempore etiam illo, quo totus orbis sub uno principe viuebat, maxima pax fuit in mundo, & ideo decebat vt illo tempore Christus nasceretur, qui est pax nostra, faciens vtraque unum vt dicitur Ephes. 2. Vnde Hieron. * dicit super Isa. Veteres si reuoluamus hystorias, inueniemus vsque ad vigesimum octauum annum Cæsaris Augusti, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: orto autem domino, omnia bella cessauerunt, secundum illud Isa. 2. Non leuabit gens contra gentem gladium. Congruebat etiam, vt in illo tempore, quo unus princeps dominabatur in mundo, Christus nasceretur, qui venerat congregare suos in unum, ut esset unum ouile, vt unus pastor, vt dicitur Ioan. 10.

AD SECVNDVM dicendum, quod ideo Christus, regis alienigenæ tempore nasci uoluit, vt impleretur prophetia Iacob dicentis Genes. penult. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: quia vt Chrysostom.* dicit super Matth. quamdiu Iudaica gens sub Iudaicis regibus, quamuis peccatoribus, tenebatur, prophetæ mittebantur ad remedium eius: nunc autem quando lex Dei, sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus, quia magna, & desperabilis infirmitas, medicum artificiorem quærebat.

* Ho. 2. in Mat. 1 ope. imp. nō longe a princ. to. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in lib.* de q. vet. & noui Testa. tunc Christus nasci uoluit, quando lux diei incrementum incipit accipere, vt ostenditur, quod ipsa uenerat, vt homines crescerent in lucem diuinam, secundum illud Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent. Similiter etiam asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem, vt ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

* In li. q. ex no. test. qui Icipit, De* certe pse. q. 53. to. 4. inter opa Ang.

QVAE-

3m conclusio.

Ergo, cum natus fuerit in profundo hyemis, idest octauo Calendas Ianuarij, uidetur; quod non fuerit conuenienti tempore natus. R. Nisi tunc, idest in illo profundo hyemis, lux diei crescere inciperet. §. Tunc nihil, &cæt. Per hoc enim, quod tunc natus est, ostendebatur; quod ipse uenerat & tanquam lux mundi non in defectum uadens (vt in æstate; puta Iulio, Augusto, &c.) Neque citò defectura (puta in Aprili, Maio, Iunio;) sed in perfectum uadens, atque citò magis profectura (vt patet consideranti ab octauo Ianuarij vsque ad &cæt.) & tanquam uolens, vt homines crescerent in lucem, &cæt. vt in textu. Ex eius vltimis, scilicet similiter etiam asperitatem, &c. perpende: quanto desiderio ardebat Christus patiendi pro nobis. Hinc enim factum est: vt mox natus iniurias frigoris acriores, quam in hyeme, inciperet experiri. Quod esse debet (sicut re uera secundum se est) maximum incentiuum amoris nostri erga Christum, & adorem in nobis patiendi pro illo vehementer accendere.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendat, meritò esse insinuatum a scripturis; quod Christus congruo tempora natus est. Vt per illud, quod dicitur Gal. 4. Secundum quod est in arg. contr. Vbi notandum est: quod tempus illud ratione maxime congruitatis ad natiuitatem Christi uocatur plenitudo temporis, i tempus plenitudinis. Ac si per talem uocationem dicatur: quod ad Christi missionem in mundum tempus illud non tantum fuit congruum, sed etiam congruentissimum. Alioquin non fuisset tempus plenitudinis, s. & prophetiarum, & promissionum, & gratiarum, & (vt semel dicam) omnium bonorum: quandoquidem præsentia Christi, quæ tunc etiam corporaliter ad oculum exhibebatur, continebat omnia bona, Vnde ut, hanc temporis denominationem sic aptissime factam ab Apostolo fuisse, cognoscas melius: nota a simili. Sicut illa pars anni, quæ autumnus dicitur, potest respectu aliarum partium uocari plenitudo temporis ipsius anni; eo quod quæcumque in hyeme seminata fuerunt, & in uere creuerunt, & in æstate ad maturitatem uenerunt, colliguntur in autumno pro sustentatione hominum in uita corporali: Ita particula temporis, quæ pro natiuitate Christi a Deo præfinita est, respectu aliarum partium temporis recte uocatur plenitudo temporis, seu (quod in idem redit) tempus plenitudinis; eo quod quæcunque bona a Deo in patriarcharum tempore seminata de Christo fuerunt, & in oraculis prophetarum pullularunt, seu creuerunt, & in toto decursu legis Mosaicæ ad natiuitatem appropinquauerunt; hæc omnia, inquam, pro sustentatione hominum in uita spirituali collecta sunt in cumulo suo tunc temporis, quando Christus natus est; vtpote qui omnium præmissorum scopus existat, Apostolo uniuersaliter dicente, finis legis Christus est X. Nam mireris autem de hoc quod

D. Thomas illam de tempore adduxit authoritatem in proposito natiuitatis Christi ex beata Virgine, cum Apostolus nec verbum quidem facere uideatur de hoc re. Non enim dicit, natum ex muliere; sed factum ex muliere. Respondetur namq; ad hoc: quod licet ibi non exprimatur uerbatim ly natum; tamen in sensu habetur sub ly factum. Voluit siquidem dicere ibi Apostolus, quod filius Dei natus est ex muliere: sed tamen, vt multa unico uerbo diceret, prælegit suum hunc sensum denotare per ly factum, & non per ly natum. Audi. Proles, quæ naturali modo ordinario procedit ex muliere, dicitur proprie (vt quotidiana locutio monstrat) nasci ex illa, non autem fieri ex illa. Vt ergo notificaret nobis Apostolus, quod Christus & natus est, & extraordinario modo, idest supernaturaliter, ad comprehendendum istorum vtrumque vsus est hoc vocabulo, factum ex muliere. Ac si aperte dixisset. Natus est absque semine uirili ex matre. Taceo: quod per similem phrasim loquendi exclusit hæresim futuram Valentini, & similium, Nestorij & similium. Si enim transiret Christus per beatam Virginem nihil inde accipiens, vt qui ferret corpus e cœlo, uue ex elementis, aut ex substantia Dei patris (vt dixit Valentinus, &c. de quibus supra articulorum numero 33, 34. 168. 171.184. 190.) vtique non esset factus ex muliere. Et, si Christus esset alius in persona a filio Dei (vt blasphemauit Nestorius cum suis; de quibus supra articulorum numero 42. 107. 133. 139.) vtique filius Dei non esset factus ex muliere. Apostolus ergo per ly factum ex matre, damnat Valentinum, &c. & per ly Deus filium suum factum ex muliere, reprobat Nestorium, &c. Porrò ad propositum textus, vnde parum digressi sumus, reuertentes, dicimus: quod D. Thomas aspexit ad sensum Apostoli importatum per ly factum ex muliere, & non solum ad verba: ideoque adduxit prædictam authoritatem optime ad propositum natiuitatis Christi. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica est conclusio. Christus conuenientissimo tempore est natus. Probatur: Christus tamquam dominus, & conditor omnium temporum, elegit sibi tempus, quo nasceretur. ergo cōuenientissimo tempore natus est. Antecedens manifestatur dupliciter, primo, ex differentia inter Christum, & alios homines. Secundo, ex simili, quia elegit sibi, & locum, & matrem. Consequentia probatur, quia quæ a Deo sunt ordinata sunt, & conuenienter disposita. Vbi nota, quod plus infertur, quam probetur, propter materiam, & eius claritatem: probatur enim quod conuenienti tempore, infertur autem, quod conuenientissimo tempore: quia si omnia a Deo sunt conuenienter disposita, ea, quæ sunt circa propriam ipsius Dei personam, oportet conuenientissimè esse disposita. Et hoe clarum erat, quia de ipso Christo est sermo in conclusione.

Medina per totam quæstionem.

SVP. Q. XXXVI. ART. I.

CONCL. Natiuitas Christi nō debuit esse communiter omnibus manifesta.

¶ PROB. Primò, Quia non erat impedienda redemptio humana, quæ per crucem Christi peracta est (vt patet): & manifestatio taliter communis facta de natiuitate Christi fuisset impedimentum talis redemptionis (vt habetur ex 1. Corinth. 2.) Secundò, Quia meritū fidei non debebat diminui (vt patet): & manifestatio taliter communis de natiuitate Christi diminuisset meritum fidei (si enim manifestis indicus, &c. vt in tex.) Tertio, Quia non erat ponenda in dubium veritas humanitatis Christi (vt patet): & manifestatio taliter cō munis de natiuitate Christi fuisset quoddam ponere in dubiū veritatem humanitatis Christi (vt haberi potest ex Augustino ad Volusiano.)

¶ NOT. Manifestatio, de qua in præsenti
196 articulo agitur, abstrahit a manifestari per ip
Inf. q. 39. 2. sum Christum & a ma
8. ad 3. nifestari per alios: ita quod non se arctat determinate ad hunc, uel illum modum manifestationis, sed indeterminate, idest communiter comprehendit vtrumque. Manifestatio ipsa per Christum fuisset, si Christus personaliter (vt aiunt) manifestasset natiuitatem suā; manifestatio per alios fuisset, si alij testificati essent, quod Christus natus erat. Abstrahit nunc (vt dixi) a manifestatione per seipsum determinate; in cuius signū tractabit de hoc in art. 4. abstrahit etiā determinate; a manifestatione p alios in cuius signum tractabit de hoc in art. 4. 5. Comprehendit autem (vt dixi) vtrumque manifestationis modum cō muniter: in cuius signum probationes huius conclusionis diuersimode uerificantur. Nam probatio prima verificatur de manifestatione etiam p alios: quoniam siue per se, siue per alios, Christus suam natiuitatem, omnibus patefaceret: tunc omnes cognoscerēt ipsum esse Deum, nedum hominem: & consequenter impediretur salus per crucem; quia si cognouissent, numquam, &c. Probatio autem secunda uerificari quoque potest de utraque manifestatione; licet magis de per seipsum propter ly manifestis indicijs, & ly appareret: quoniā quocunque modo manifestaret omnibus

QVAESTIO XXXVI.

De manifestatione Christi nati, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de manifestatione Christi nati.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

¶ Secundo, Vtrum debuerit aliquibus manifestari.

¶ Tertio, Quibus manifestari debuerit.

¶ Quarto, Vtrum debuerit ipse se manifestare, vel potius manifestari per alios.

¶ Quinto, Per quæ alia manifestari debuerit.

¶ Sexto, De ordine manifestationum.

¶ Septimo, De stella, per quam manifestata fuit eius natiuitas.

¶ Octauo, de veneratione Magorum, qui per stellam Christi natiuitatem cognouerunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta. Impletio enim promissionis debet respondere: sed de promissione aduentus Christi dicitur in Psalm. 49. Deus manifeste veniet. Venit autem per carnis natiuitatem. ergo videtur, q eius natiuitas debuerit esse toti mundo manifesta.

¶ 2 Præt. Primæ ad Timoth. 1. dicitur, Christus in hunc mundum venit peccatores saluos facere: sed hoc non fit, nisi inquantum gratia Christi manifestatur, secundum illud Tit. 2. Apparuit gratia Dei, & Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos vt abnegantes impietatem, & sæculari desideria, sobriè, & piè iustè viuamus in hoc sæculo. ergo videtur quod Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta.

¶ 3 Præt. Deus super omnia pronior est ad miserendū, secundum illud Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius: sed in secundo aduentu, quo iustitias iudicabit, veniet omnibus manifestus, secundum illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit aduentus Filii hominis. ergo multo magis primus, quo natus est in mundo, secundum carnem, debuit esse omnibus manifestus.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 45. Verè tu es Deus abscon ditus, sanctus Israel saluator. Et Isa. 53. Quasi absconditus est vultus eius, & despectus.

RESPON. Dicendum, quod natiuitas Christi non debuit esse communiter omnibus manifesta. Primo quidem, quia per hoc impedita fuisset humana redemptio, quæ per crucem eius peracta est: quia vt dicitur primæ, ad Corint. 2. Si cognouissent, numquam dominū gloriæ crucifixissent. Secundo, quia hoc diminuisset meritū fidei, per quam venerat homines iustificare, sm illud Rom. 3. Iustitia Dei, per fidem Iesu Christi. Si n. manifestis indicijs

omnibus, diminueretur meritum fidei, iuxta illud ab oppositis Ioan.20. Beati qui non uiderunt & crediderunt; quamuis diminueretur magis, si natiuitas Christi manifestaretur eis per seipsum. Probatio uero tertia uerificatur solum de manifestatione per seipsum (vt patet consideranti): quoniam si Christus infans se esse Deū omnibus palam ostenderet immediate, tūc saltem, idest pro tempore illo saltem non occultaret maiestatem suam sub infantilibus membris, nec ad extra seipsum fratribus (quod tamen oportebat, Hebræ. 2.) per omnia assimilares; & consequenter contingeret quod dicit Augustinus, scilicet quod ex paruulo in iuuentutem non mutaret ætates, nullos cibos laetus, nullos caperet somnos. Id quod, cū humanæ naturæ (vt patet in aliis paruulis) non conueniat, immo ei disconueniat, duceret uidentes in dubium; an esset uerus homo, vel potius phātasma quoddam similitudinem hominis præseferens. vide art. 4. ad tertium.

*Est epist. 3. nō mul tum remo se ante me diū. 10.2.

indiciis Christo nascente, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur rō fidei, quæ est argumentum non apparentium, vt dicitur Hebr. 11. Tertio quia per hoc venisset in dubium veritas humanitatis ipsius, vnde Augustinus * dicit Epistola ad Volusianum, Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet somnos, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum nullo modo suscepisse crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret, quod misericorditer fecit?

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Auctoritas illa intelligitur de Aduentu Christi ad iudicium, secundum quod glossa ibidem exponit.

1^m de maiori. Promissioni. ℞. Intellectæ secundum verum sensum. §. Tunc nihil, &cæt. Nam illa promissio, de qua loquitur minor, intelligitur de aduentu Christi ad iudicium: & consequenter non potest secundum verum sensum applicari ad Christi aduentum in carnem, idest ad eius natiuitatem.

2^m ex prima ad Timoth. Saluos facere. ℞. Mediante doctrina Apostolorum de instructione hominum pro gratia salutis recipienda. §. Loquendo, scilicet uniuersaliter de facere saluos omnes homines peccatorum: secundum quod uniuersaliter intelligit, ubi Apostolus a simili cap. 2. vult omnes homines saluos fieri, 1. q. 19. artic. 6. ad primum. Tunc nihil, &c. Nam de gratia saluatoris, de qua loquitur minor, erudiendi erant omnes homines ad &c. vt in tex. Per cum dicta ostenditur debere sic exponi ly gratia saluatoris nostri Dei omnibus hominibus apparuit, scilicet tempore post natiuitatem procedente per instructionem Apostolorum. Item exponatur sic ly erudiens nos, scilicet mediante doctrina eorundem. Quibus ideo, vt nos omnes de huiusmodi docerent, idest vt & gratia saluatoris nobis omnibus appareret, & de abnegatione impietatis secularumque desideriorum erudiremur, dixit Dominus Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes.

3^m de maiori. Pronior est ad miserendum. ℞. Secundum quod misericordia danda requirit. §. Sic quoq; intelliges illud psalmi adductum, scilicet miserationes, &c. Tunc nihil, &c. Nam misericordia in primo danda requirebat occultationem magis, quam manifestationem; propterea quod erat danda per fidem, quæ est de non apparentibus. Ex pronitate ergo Dei ad miserendum, si intelligatur (vt debet) sano modo per responsum formale expresso, concludendum fuerat; quod natiuitas Christi non debuit esse omnibus manifesta; non autem, q̄ debuerit. Vnde argumentum, stante uerò intellectu propositionis maioris, militat pro conclusione articuli; non contra.

AD SECVNDVM dicendum, quod de gratia Dei saluatoris erudiendi erant omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis eius: sed postea tempore procedente, postquam operatus est salutem in medio terræ. Vnde post passionem, & resurrectionem suā dicit discipulis suis Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes.

AD TERTIVM dicendum, quod ad iudicium requiritur, quod auctoritas iudicis cognoscatur, & propter hoc oportet quod Aduentus Christi ad iudicium sit manifestus: sed primus aduentus fuit ad omnium salutem, quæ est per fidem, quæ quidem est de non apparentibus, & ideo primus Christi aduentus debuit esse occultus.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis; quod natiuitas Christi non debuit esse omnibus manifesta. Vt per hoc, quod dicitur Isa. 45. & 53. secundum quod est 10 argumen. contr. Vbi nota ly quasi. Ac si io proposito dicatur. Abscondita erit & nō abscōdita, despecta erit & nō despecta saluatoris natiuitas: abscōdita erit aliquib. & his erit despecta: non erit abscondita quibusdam aliis, & his non erit despecta, sed pretiosa (intelligitur enim hoc per figuram, quæ minus dicendo significat plus.) Ergo, secundum Isaiam, natiuitas saluatoris, non debuit tunc manifestari omnibus. Item insinuatur idipsum per dictum Psalm. 71. descendet, sicut pluuia in uellus. Hoc enim intelligitur de Christi descensu, quo natus est in mundum; dicente Ecclesia ad ipsum. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ sunt scripturæ; sicut pluuia in vellus descendisti: Hæc illa in festo Circumcisionis Domini. Propheta igitur assimilauit natiuitatem Christi pluuiæ in vellus descendenti. Pluuia descendens super terram duram, eo quod multum sonitum tanquam ex duritiæ terræ concitatum facit, auditur ab omnibus ibi existentibus; etiam quod in domo sint, vel parum ad pluuiæ descensum attendant: sed pluuia descendens super uellus, eo quod nullum, aut uix ullum sonitum præ uelleris mollicie facit, non percipitur ab omnibus, etiam quod circum circa in domo existant, vel extra existentes parum attendant. Ac si ergo dixerit Dauid per illam similitudinem. Natiuitas Christi, quod non futura esset tunc temporis omnibus manifesta, conspicitur; si ad simile, quod adduco, scilicet ad pluuiæ descensionem in uellus, attendatur. Cæterum propter ly debuit, in conclusione positum, quod importat conuenientiam: vide 2.2. quæst. 122. artic. 2, append. & quæst. 140. artic. 1. append. & 1.2. quæst. 68. art. 4. appen. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaret, atq; confirmet.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio: Natiuitas Christi non debuit esse communiter omnibus manifesta. Probatur tripliciter. primo ex mysterio passionis implendo: secundo, ex fidei merito: tertio ex humanitatis assumptæ testificanda ueritate.

¶ Claraque sunt omnia, nisi quod secunda ratio non caret scrupulo: quia aut est sermo de Christi natiuitatis manifestatione per visionem, aut per attestationem. Si enim est sermo de manifestatione per uisionem, tolleretur procul dubio meritum fidei: quia tolleretur ipsa fides respectu nisi: nemo enim credit quod uidet. Sed huic sensui obstat: quia manifestatio negata omnibus est facta quibusdam. puta, pastoribus, & magis, quibus non per uisionem, sed per attestationem angelorum, & stellæ manifestata est Christi natiuitas. Si vero est sermo de manifestatione per attestationem, non sequitur quod tollatur meritum fidei. & falso in litera diceretur si manifestis indiciis, Christo nascente, eius natiuitas omnib. appareret, iam tolleretur rō fidei. Vnde, & magis manifestis indiciis natiuitas Christi apparuit, & tamen non est ratio fidei ablata respectu natiuitatis Christi.

¶ Ad hoc dr̄, q̄ sermo literæ est de manifestatione tali qualis facta est pastorib. Magis, Simeoni, & Annæ. Et Pastorib. quidē, & Magis, nullam cōstat manifestationem factam nisi per attestationē: Angeli enim testificati sunt ad pastores, & stella ad magos Simeon, item, & Annæ qualis fuerit reuelatio facta, (an scilicet testificatiua tantum, an illuminatiua ad uidendum) licet in Euangelio nōn scribatur, ex ipso tamen insinuari videtur, quod testificatiua tātum fuerit: quoniam vltra promissionem Christi domini, inspiratio describitur impulsiua ad uidendum corporalibus oculis Christum, dū dicitur, q̄ Simeon in spiritu venit in templum, & minus de Anna dicitur, vt patet in textu, euangelij. Et propterea in conclusione istius articuli sermo est de manifestatione per attestationem talē, qualis facta creditur pastorib. magis, Simeoni & Annæ intenditq; Auctor, quòd non debuit Christi natiuitas, manifestari sic omnibus. Et secunda rō non tendit ad hoc, q̄ talis manifestatio abstulisset fidem, sed ad hoc q̄ talis manifestatio minuisset meritum fidei: sic enim in litera dr̄, quia hoc diminuisset meritum. fidei: probatur aūt in litera, quod talis manifestatio facta omnib. diminuisset meritū fidei, ex hoc quod manifestatio faciēs euidentiā tollit totaliter fidē tanquā si dixisset, signū quod talis manifestatio minue-

minueret fidem est, quia si manifestatio creuisset vsq; ad euidětiā, tolleret totaliter fidem: hoc. n. ostendit manifestationem talem ꝓpinquam manifestationi euidentiæ, ac per hoc diminuentem meritum fidei, utpote propinquā tollenti totaliter fidem: propinquū .n. calido est tepidum. Vnde in illa conditionali, Si manifestus indicus Christo nascěte, eius natiuitas oībus appareret, iam tolleret rō fidei, loquitur de indicijs ita manifestis, ut natiuitatě Christi redderent apparentem, hoc est euidentem: sic enim fides est argumentum non apparentium, hoc est non euidentium. Duplicia siquidem pňt esse indicantia rem: q̄dā reddentia rem illam credibilě, & inter hæc est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nō ipsius Dei, si ultra attestationem non proceditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quædam uero sunt indicantia rem sic, quod reddant illam euidentem, ut in demonstratiuis, effectus per discursum demonstratiuum indicat causam reddit enim illam euidenter notam, & in diuinis lumen clarum inentu Angelicæ, uel humanæ infusum tollit fidem respectu illius prima autě indicia, quādo sunt manifesta, ut per miracula, & angelos, &c. licet non tollant, minuunt tň meritum fidei propter propinquitatem ad apparentia: quod ex eo potes percipere, quod Dňs Thomæ dixit, tamquam arguens ipsum de talibus indicijs, quæsitus. Quia uidisti, s. indicia manifestata in me, credidisti me Deum, &c. commendando ab opposito aliorum fidem subdidit: Beati, qui non uiderunt, & crediderunt: numquam enim dominus ex opposito cōmendasset credentes qui non uiderunt, nisi ipsum uidere minueret meritum credendi. Et si instetur, ergo Magi, & Pastores minus meruerunt credendo: rňdetur, ꝙ quantum est ex parte manifestationis, minus meruerunt credendo, hoc est minorě occasioně merendi in credendo habuerunt: sed cum hoc stat, quod magis meruerunt credendo ex parte ipsorum credentium. Et hoc præponderat, quia meritum ex parte merentis maxime pensatur. Cum hoc quoq; stat quod etiā nihil merentur credendo natiuitatem Christi, puta, si uidissent attamě multo plus meruissent amando, quam alij credědo, & amando, propter maiorem dilectioně ex ui su, quàm ex fide productam.

SVP. Q. XXXVI. ART. II.

CONCL. Debuit, circa Christi nati
197 *ar. præce. ad 3. arg. uitatě hoc obseruari: vt non omnib. manifestaretur; sed aliquib. per quos posset ad alios eius noticia deuenire.

¶ PROB. Quia ad diuinæ sapientiæ ordině pertinet hoc. s. quod secreta sua non æqualiter ad omnes, sed immediate ad aliquos, ꝑueniant; per quos ad alios deriuentur (ut patet ab exemplo de Christi resurrectione, Actu. 10.)

1m de maiori. Esset occultus. R. Cōiter: non autem, totaliter. §. Hoc est. Omnib. simul; non autem, aliquibus seorsum. Nam illud dicitur occultum communiter, quod nō est omnibus manifestū: id uero occultum totaliter, quod nulli est manifestum. Ratio respōsi huius formalis est: qa sicut fuisset in præiudicium salutis, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Cōclusio. n. articuli nō dicit, quod natiuitas ipsa debuerit tunc esse manifesta omnibus, sed tā tum aliquibus: & consequenter ad eius ueritatem non requiritur, ꝙ esset occulta totaliter; sed sufficit, quod fuerit occulta communiter.

2m illatio conclusionis. Non ergo, &c. R. Negatur illatio. §. Nam manifestatio talis non erat B. Virgini & Ioseph facta ad hoc principaliter ut ꝑ eos manifestaretur alijs. Sciebat enim De⁹, quod ipsorum testimonium propter hoc, ꝙ erat, &c. vt in tex. Hinc cōclusionis articuli dictum expone sic; per quos posset. s. sine aliqua suspicione de ueritate testimonij, ad alios eius noticia deuenire.

3m maior. Nullus sapiens manifestat id, ex quo turbatio

ARTICVLVS II.

Vtrum natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ natiuitas Christi nulli debuerit manifestari: quia vt dictum est,* hoc erat congruum humanæ saluti, vt primus Christi aduentus esset occultus: sed Christus venerat, vt omnes saluaret, secundū illud 1. ad Timot. 4. Qui est saluator omnium maximè fidelium. ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari.

¶ 2 Præt. Ante natiuitatě Chři, manifestata erat beatæ Virgini & Ioseph futura Christi natiuitas: nō ergo erat necessarium Christo nato, eandem alijs manifestari.

¶ 3 Præt. Nullus sapiěs manifestat id, ex quo turbatio nascitur, & detrimentum aliorum: sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio: dř. n. Matt. 2. ꝙ audiens Herodes Christi natiuitatem, turbatus est, & omnis Hierosolyma cū illo. Cessit etiā hoc in detrimentū aliorum, quia ex hac occasione, Herodes occidit pueros in Bethleě, & in oībus finib. eius, à bimatu, & infra. ergo vř ꝙ non fuerit cōueniěs Chři natiuitatem, aliquibus manifestari.

SED CONTRA est, quod Christi natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta: sed oportebat Christi natiuitatě esse proficuā: alioquin frustra natus fuisset. ergo videtur quod aliquibus manifestari debuerit Christi natiuitas.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut Apost. dicit Roma. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Pertinet autem ad diuinæ sapientiæ ordině, vt Dei dona, & secreta sapientiæ eius, non æqualiter ad omnes, sed immediatè ad quosdam perueniant, & per eos ad alios deriuentur. Vnde, & quantum ad resurrectionis mysterium, dicitur Act. 10. ꝙ Deus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed testib. præordinatis a Deo. vnde, & hoc etiā debuit circa ipsius natiuitatem obseruari, vt non omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, ꝑ quos posset ad alios deuenire.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut fuisset in præiudiciū salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita etiam, & si nulli nota fuisset. Vtroque enim modo tollitur fides: tam scilicet per hoc, quod aliquid est totaliter manifestum, quam etiā per hoc, quod a nullo cognoscitur, a quo possit testimonium audiri: Fides enim est ex auditu, vt dicitur Rom. 10.

AD SECVNDVM dicendum, quod Maria, & Ioseph instruendi erant de Christi natiuitate antequam nasceretur: quia ad eos pertinebat reuerentiam exhibere proli conceptæ in vtero, & etiam obsequi nascituræ. Eorum autem testimonium propter hoc, quod erat domesticum, fuisset habitum suspectum circa magnificentiam Christi, & ideo oportuit vt alijs manifestaretur extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

AD TERTIVM dicendum, quod ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate Christi manifestata, congruebat Christi natiuitati: primo quidem, quia per hoc manifestatur cœlestis Christi dignitas. Vnde Gregor. dicit in Hom. *
Cœli rege nato, rex terræ turbatus est: quia nimirum *Hom. 10. in Euang.
terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis ape- in princ.
ritur. Secundo, quia per hoc figurabatur iudiciaria Christi potestas. Vnde Augustin. † dicit in quodam serm. Epi-
phan. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos † In ser. 2.
reges cuna terrebat infantis? Tertio, quia per hoc figura- qui est 30.
batur deiectio regni diaboli, quia ut Leo Papa dicit in in ord. aň
sermone Epiphan. * Non tantum Herodes in semetipso me. to. 10.
turbabatur, quantum diabolus in Herode: Herodes e- *Id formaliter habet
nim terrenum hominem æstimabat, sed diabolus Deum, Chri. ho. 2
& vterque regni sui successorem timebat, diabolus cœ- in Mat. aň
lestem, sed Herodes terrenum, Superflue tamen, quia mediū in
Christus non venerat regnum in terra habere. Vnde opere imp
Leo † Papa dicit, Herodi loquens. Non capit Christum fecto, to. 2.
regia tua: nec mundi dominus, potestatis tuæ sceptri est † In ser. 4.
contentus angustiis. Quod autem Iudæi turbabantur, qui de Epiph.
tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, vt inter prin.
Chrysostom. * dicit, de aduentu iusti non poterant gau- & med.
dere iniqui, aut volentes fauere Herodi, quem time- * Hom. 2 i
bant: populus enim plus iusto fauet eis, quos crudeles Mat. ī ope
sustinet. Quod autem pueri ab Herode sunt interfecti, re imperfecto sup illud, audiēs
non cessit in eorum detrimentum, sed in eorum profe- Herodes
ctum. Dicit enim August. in serm. quodam de Epiphan. turbatus
Absit, vt ad liberandos homines Christus ueniens, de il- est. to. 2.
lorum præmio, qui pro eo interficiuntur, nihil egerit, qui pendens in ligno, pro eis a quibus interficiebatur, orauit.

turbatio nascitur, & detrimentum aliorum. R. Nisi ipsa turbatio ad congruitatem rei manifestatæ faciat; & detrimentum aliorum cedat in maius eorundem iuuamen. §. Tunc nihil &c. Nam turbatio tum Herodis, tum illorum Iudæorum, congruebat Christi natiuitati (Primo quidem, quia &c. ut in tex. vsque ad ly crudeles sustinet): & detrimentum puerorum cessit in maiorem eorum profectum) vt patet in textu ex Diuo Augustino, in Sermone de Epiphan.)

APPENDIX.

Vulitas pro Eccle. S. Dei.

EX articu. habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatum, quod natiuitas Christi aliquibus debebat esse manifesta. Vt per hoc, quod dicitur Isa. 53. Quasi absconditus est uultus eius. Applica tu istud ad natiuitatem: & pondera ly quasi, ut in art. 1. append. Item per hoc, quod dicitur ps. 71. Descendet, sicut pluuia in uellus. Vicinis enim, & quibusdã aliis attentè descensum pluuiæ talis considerantibus, solet noticia descensus pluuiæ in uellus peruenire; quamuis non omnibus. Vide ar. 1. appen. Propheta ergo regius ad digitum ferme ostẽdit, quibus notificanda tunc esset Christi natiuitas: vicinis, scilicet hoc est, pastoribus in eadem regione uigilantibus, Luc. 2. & Magis attente ortum stellę nouæ expectantibus, atque considerantibus, Matth. 2. Insinuatur quoque idipsum per dictum lib. Tobiæ, cap. 12. Tunc dixit eis occulte, Opera Dei reuelare, & confiteri, honorificum est. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam occultum sermonem. Si enim opera Dei (teste Angelo) reuelare occultè, id est aliquibus (vt ipse fecit) est honorificum: utique secundum hanc regulam rectè in proposito dicemus, Angelum à simili dicere hic: quod honorificum erat reuelare Christi natiuitatem occultè, id est aliquibus, & consequenter quod debuit manifestari non omnibus, sed quibusdam, per quos posset ad aliorum notitiã peruenire (vt fuit hic de facto Tobiæ, ꝙ scilicet manifestauit postea aliis reuelata sibi ab Angelo. Vide capitulo 13. 14.) Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio: Natiuitas Christi debuit quibusdam manifestari. Probatur; Ad diuinæ sapientiæ ordinem pertinet, ut Dei dona, & secreta non æqualiter ad omnes, sed immediate ad quosdam, & per eos ad alios deriuentur. ergo in mysterio natiuitatis hoc debuit obseruari. Antecedens declaratur ex auctoritate Actuũ 10. de mysterio resurrectionis Christi. Consequentia probatur ex auctoritate ad Ro. 13. Omnia ex se, & antedictis sunt clara.

¶ In responsione ad tertium de morte innocentium ab Herode, habes etiam gentilium testimonium. Macrobius enim in Saturnalibus narrat Augustum audita talium nece, dixisse. Mallem porcus, quam filius fuisse Herodis: fuit enim etiam unus infans Herodis filius cum aliis interfectus: porcos autem Iudæi non interficiunt, quia non uescuntur carne suilla. Est enim hoc uelut testimonium ab hostibus de aduentu Magorum ad quærendum Christum natum.

ARTICVLVS III.

Vtrum sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod non sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Dominus enim Matth. 10. mandauit discipulis, In viam gentium ne abieritis, ut scilicet prius manifestaretur Iudæis, quam gentilibus. ergo videtur quod multò minus a principio fuerit reuelanda Christi natiuitas gentilibus, qui ab oriente venerunt, vt habetur Matt. 2.

¶ 2 Præt. Manifestatio diuinæ veritatis præcipuè debet fieri ad Dei amicos, secundum illud Iob 36. Annunciat de ea amico suo: sed Magi videntur esse Dei inimici: dicitur enim Leuit. 19. Non declinetis ad magos nec ab Ariolis aliquid sciscitemini. non ergo debuit Christi natiuitas Magis manifestari.

¶ 3 Præt. Christus uenerat totum mundum a potestate diaboli liberare, unde dicitur Malach. 1. Ab ortu solis, usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus non ergo solum in oriente positis debuit manifestari, sed etiam ubique terrarum.

¶ 4 Præt. Omnia sacramenta ueteris legis erant Christi figura: sed sacramenta ueteris legis dispensabantur per ministerium sacerdotũ legalium. ergo uidetur quod magis debuerit Christi natiuitas manifestari sacerdotibus in templo, quam pastoribus in agro.

¶ 5 Præt. Christus ex virgine matre natus est, & ætate paruulus erat. Cõuenientius igitur uidetur fuisse, ꝙ Christus manifestaretur iuuenibus, & virginibus, quam senibus, & coniugatis, uel uiduis, sicut Simeonis, & Annæ.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Io. 13. Ego scio, quos elegerim, quæ autem fiunt secundum Dei sapientiam, conuenienter fiunt. ergo conuenienter sunt electi illi, quibus est manifestata Christi natiuitas.

RESPON. Dicendum, quod salus, quæ erat futura per Christum, ad omnem diuersitatem hominum pertinebat: quia sicut dicitur Colos. 3. In Christo Iesu non est masculus & fœmina, gentilis, & Iudæus seruus, & liber, & sic de aliis huiusmodi. Et ut in hoc ipsa Christi natiuitate præfiguraretur, omnibus conditionibus hominum est manifestatus: quia ut Aug.* dicit in Sermone de Epiphania, Pastores fuerunt Israelitæ, Magi gentiles, illi prope, isti longe, utrique tamen ad angularem lapidem concurrerunt. Fuit etiam inter eos alia diuersitas: nam Magi fuerunt sapientes, & potẽtes: Pastores autem simplices, & uiles. Manifestatus etiam est iustis, Simeoni, & Annæ, & peccatoribus, scilicet Magis: manifestatus est etiã, & viris, * & mulieribus, ut per hoc ostenderetur, nullam conditionem hominum excludi a Christi salute.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod illa manifestatio natiuitatis Christi, fuit quædam prelibatio plenę manifestationis, quę erat futura, & sicut in secunda manifestatione,

*In sermo. 4. q est 32. in ot. nõ ꝑcul a prin. to. 10.

* Aliàs, & mulieri, f.

SVP. Q. XXXVI.

ART. III.

COncl. Vt hoc, scilicet, quod salus futura per Christum ad
198 omnem diuersitatem hominum pertinebat, præfiguraretur in Christi natiuitate: ideo conuenienter ipsius natiuitas omnibus conditionibus hominum manifestata est.

¶ Coroll. Ergo (vt ad literam titulo applicetur, quod & alibi, quãdo oportet, per te facere debes) virtualiter cõtinet conclusio, quod cõuenienter electi sunt illi, quibus Christi natiuitas manifestata est.

¶ Proa. Quia patet, quo ad consequentiam idest quo ad inferre ly ideo conuenienter ipsius &c. ex ly vt hoc, &c. Secunda autem pars, scilicet ipsius natiuitas om. cond. hom. manif. est; probatur. Quia natiuitas Christi manifestata est Iudęis (Hi erãt pastores) gẽtilibus (Hi erant Magi;) Iustis (Hi erant Symeon, Anna) peccatoribus (Hi ualdè erant Magi); sapientibus, potentibus (Hi erãt Magi) simplicibus, uilibus (Hi erant pastores).

¶ Not. Pro capitu probationis huius secũdæ partis iuuat scire diuisionem, & mundi, & conditionis mundi, idest hominum in mundo habitantium. Mundus totus diuidebatur in Iudæos, & Gentiles. Conditio mundi, idest hominum ibi habitantium est, quod aliqui sunt peccatores, aliqui iusti, quidam sunt sapientes, quidam simplices; alii sunt potentes, alii uiles.

I^m de conclusione. Multo minus a principio fuerit reuelanda Christi natiuitas gentilibus. R. Ante, quam reuelata fuisset aliquibus Iudęis. §. Sic enim sequitur ex præmissis, scilicet ex illa authoritate Matth. 10. quod & patet sequi sic, si correspondentia vocationis Iudæorum, & Gentiliũ fiat in eadem manifestatione secundum numerum. Nam sicut in secũda manifestatione, de qua ibi Matth. 10. loquitur Dominus, primo annũciata est gratia Christi Iudæis, postea gentilibus: ita in manifestatione prima, de qua nunc loquimur, primo ad Christum natũ peruenerunt pastores, &c. ut in tex. Vbi nota, qđ non dicitur (ut dicendũ ex serie loquendi uidebatur) quod pastoribus primò annuntiata sit Christi natiuitas, postea Magis, sed dicitur, quod pastores prius, quam Magi, uenerunt ad Christum, & hac dicendi forma sanctus Doctor usus est, ne præiudicium faciat opinioni, DD. Aug. & Chrysost. de stella, quæ refertur, art. 6.

art. 6. ad tertium. Nam secundum opinionem illorum natiuitas Christi, antequam de facto nasceretur, annunciata est Magis per stellam, cum tamen pastoribus per Angelum non, nisi postquam de facto natus est, annunciata sit. Noluit ergo præ reuerentia (pro more suo) ad sanctos motus illorum dicta, nec per indirectũ parui facere: sed quod ipsi cum alijs uniformiter concedunt, elegit dicere, scilicet quo ad Christum natum pastores prius uenerunt, quam Magi.

2m maior. Manifestatio diuinæ ueritatis præcipue debet fieri ad amicos. ℞. Non excludendo tamen inimicos. §. Vt scilicet manifestata eis ueritate, fiant amici. Maxime autem, quando ex tali inimicorum conuersione, & datur spes salutis peccatoribus, & confunduntur superbi. Tunc nihil &c. vt patet. Nam Magi à ueritatis reuelatione exclusi non sunt (quamuis, propter ly præcipue, amici, scilicet pastores fuerint primi:) ut & ex inimicis fierent amici, & ex conuersione ipsorum daretur spes, exemplarque salutis peccatoribus, & confunderentur superbi in superbia sua; dum uiderent tã magnos reges, idest Magos puerulo tam paruo, tã deuotè profundeque humiliari. Hæc uirtualiter in textu, & ex textu, tum respondendo, tum applicando. Pro cuius ultimis, scilicet quidam tamen dicunt, &c. nota; Danielis, cap. 2. præcepit Rex, ut conuocarentur arioli, & Magi, & malefici. Si enim Magi essent idem, qui malefici; non esset (ut vr) quod post ly Magi, apponeretur ly malefici.

*Sermo. 2. de Epiph. qui est 30. in or. circa prin. to. 10. † In ser. 2. Epipha. a me. to. 10.

*Hom. 2. Matth. in ope. iperf. supe: illud Ecce Magi ab oriẽte, to. 2.

3m de conclusione. Non ergo solum in oriente positis debuit manifestari. ℞. Sed tamen potius ibi, quam alibi. §. Propter duas rationes allatas in tex. Tunc nihil &c. Articuli enim conclusio non dicit, quod solum in oriente per signa natiuitas Christi sit gẽtibus manifestata, sed dicit ly omnibus conditionibus manifestatum est, scilicet Christus, uel manifestata est, scilicet Christi natiuitas. Supponit namque ipsa conclusio, quod credibile sit etiam in alijs partibus mundi, &c. ut in textu.

4m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod &c. ℞. Negatur illatio. § Procedit enim ex falso subintellecto in præmissis, quod scilicet manifestatio ista sit facta hominibus propter respectum ad sacramẽta legalia, uel (quod tandẽ redit in idem) propter respectum ad dignitatem talia sacramenta ministrantium: & tamen nõ propter hoc, sed propter aliam causam manifestatio talis facta est, idest in manifestando attendebatur aliud, puta synceritas hominum, simul cum præfiguratione Doctorum Ecclesiæ. Quæ duo simul iuncta erant in pastoribus (ut patet in tex.) non autem in sacerdotibus legalibus. Argumentum ergo est fallacia, secundum non causam ut causam. Et ideo potest breuius ad ipsum dici. ℞. Negatur illatio. §. Peccat enim in fallacia secundum non causam ve causam.

5m illatio conclusionis. Conuenientius igitur, &c. Respon. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso subintellecto sub ueritate præmissarum. Nam putat, quod in manifestando attendenda fuisset una causa, scilicet conformitas ad puerilem statum Christi, & ad uirginitatem matris, & tamen non hæc, sed alia attendenda erat causa, scilicet testimonij postea reddendi authoritas. Manifestatio enim talis fiebat hominibus ad hunc finem: ut postea ipsi homines de natiuitate Christi testificarentur cęteris hominibus. Vnde in primis, quibus immediate fiebat huiusmodi reuelatio, requirebatur, quod essent inta-bilis authoritatis, non autem quod essent virgines, aut iuuenes. Notabilis vero authoritatis, ut scilicet eis facilius credatur, sunt (ut patet) iusti, senes, synceri, id est sine fraude ambulantes. Meritò igitur generatio Domini non solum a pastoribus, &c. ut in tex. Qui uirtualiter continet omnia, quæ dicta sunt. Argumentum ergo erat fallacia secundum non causam, ut causam. Et ideò potest breuius dici ad ipsum. Respon. Negatur illatio. §. Peccat enim in fallacia secundum non causam, ut causam. Vide ad quartum, quoniam inde ad hunc, uicissimque hinc ad illum locum iuuaberis.

primo annuntiata est gratia Christi per Christum, & eius Apostolos Iudæis, & postea gẽtilibus, ita ad Christum primo peruenerunt pastores, qui erant primitiæ Iudæorum, tam quam prope existentes, & postea venerunt Magi à remotis, qui fuerunt primitiæ gentium, ut Aug. * dicit.

Ad secundum dicendum, quod sicut August. dicit † in sermone de Epipha.) Sicut præualet imperitia in rusticitate pastorum, ita præualet impietas in sacrilegijs magorum, utrosque tamen sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui uenit stulta eligere, ut confunderet sapientes, & non uocare iustos, sed peccatores, ut nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Quidã tamen dicunt, quod isti Magi non fuerunt malefici, sed sapiẽtes Astrologi, qui apud Persas, uel Chaldęos Magi uocantur.

Ad tertium dicendum, quod sicut Chrysost. dicit, * Ab oriente venerunt Magi, quia unde dies nascitur, inde initium fidei processit: quia fides lumen est animarum, uel quia omnes qui ad Christum ueniunt ab ipso, & per ipsum ueniunt, de quo dicitur Zach. 6. Ecce uir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab oriente, ad literam uenisse, uel quia de ultimis orientis partibus uenerũt, secundum quosdam, uel quia de aliquibus vicinis partibus Iudææ uenerunt, quæ tamen sunt regioni Iudæorum ad orientem. Credibile tamen est, etiam in alijs partib. mũdi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romæ fluxit oleũ, & in Hispania apparuerunt tres soles, paulatim in unum coeuntes.

Ad quartum dicendum, quod sicut Chrysost. dicit, Angelus manifestans Christi natiuitatem, nõ iuit Hierosolymam, non requisiuit scribas, & Pharisęos: erant enim corrupti, & præ inuidia cruciabantur, sed pastores erant synceri antiquam conuersationem Patriarcharum, & Moysi colentes. Per hos etiam pastores significabantur Doctores Ecclesię, quibus Christi mysteria reuelantur, quæ latebant Iudæos.

Ad quintum dicendum, quod sicut Ambr. * dicit, generatio Dñi non solum a iuuenibus: sed etiam à senioribus, & iustis accipere debuit testimonium, quorum etiam testimonio propter iustitiam, magis credebatur.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, merito esse a scripturis, & ab Ecclesia insinuatum, quod conuenienter electi sunt illi, quibus Christi natiuitas fuit manifestata. A scripturis quidem per hoc, quod dicitur Ioan. 13. Ego, &c. vt cum discursu ponitur in argumen. contr. Vbi nota, quod dictum illud Christi uniuersaliter extendi debet ad omnia ab ipso electa; quamuis tunc specialiter quò ad electionem, qua hos potius quam alios pro discipulis elegerat, loqueretur. Ratio extensionis vniuersalis est sapientiæ, qua Christus eligit, infinitas atque immutabilitas non accidentalis in Deo ipso, id est quandoque adesse, & quandoque abesse potens, sed substantialis, id est semper eodem modo præsens, & numquam abesse ualens. Item expone ly scio, quos elegerim, idest non à casu, nec probabiliter solum credens me benefacere tales eligendo, nec ignorans qualitatem euentus eorum quos eligebam: sed prudentissima ratione, certissimaque scientia tum de bene facta electione mea, tum de bonitate, uel malitia euentus in his, quos eligebam. Applica, pro quanto opus est, ad propositum huius articuli. Insinuatur, & idem in principio dictum à psalm. 103. Omnia in sapientia fecisti. Si omnia, ergo & electionem eorum, quibus natiuitas Christi reuelanda erat. Item per hoc, quod dicitur Sapien. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti Domine. Pro quo, & huiusmodi, vide prima secundę quæstione 68. ar. 4. append. & 2. 2. q. 1 a 2. ar. 2. append. & q. 140. ar. 1. appen. De ly conuenienter, idest conuenientissime (prout materia proportionaliter requirit) uide supra quæstione 35. articulo octauo. notat. post probatio. Ab Ecclesia uere idipsum insinuatur per hoc, quod in collecta Domin. 7. post octa. Trinita. dicit; Deus, cuius prouidentia in sua dispositione non fallitur. Ex eo enim quod uniuersaliter loquitur, quid dicendum sit in hoc, uel alia speciali materia notificat: quoniam particularia sub uniuersali comprehenduntur. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

li. 2. I Lucæ initiũ est de Simeone, & Anna, c. 5.

Vulitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica est conclusio subintellecta: Conuenienter electi sunt illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Probatur, Salus futura per Christum ad omnem hominum diuersitatem pertinebat. ergo Christus natus omnibus conditionibus hominum est conuenienter manifestatus. ergo Pastoribus, Magis, Simeoni, & Annę conuenienter. Antecedens probatur ex aucto-

6 auctoritate Apostoli, Consequentia probatur, quia hoc scilicet salus tot diuersorum, in Christi natiuitate debuit præfigurari, ut nulla hominum conditio a Christi salute excluderetur. Secunda uero consequentia declaratur, ex sex diuersitatibus inter istos inuentis: prima inter Iudæos, & gentiles: secunda inter propinquos, & inuenta: tertia inter sapientes, & simplices: quarta inter potentes, & uiles: quinta inter peccatores, & iustos: sexta inter mares, & fœminas. Omnia clara sunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus per se ipsum natiuitatem suam manifestare debuerit. Causa enim quæ est per se, semper est potior ea, quæ est per aliud, ut dicitur in 8. Physico. * sed Christus suam natiuitatem manifestauit per alios, puta, Pastoribus per angelos, & Magis per stellam. ergo multo magis per seipsum debuit suam natiuitatem manifestare.

¶ 2 Præt. Eccl. 20. dicitur, Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus quæ utilitas in utrisque? Sed Christus a principio suæ conceptionis plenè habuit sapientiæ, & gratiæ thesaurum, nisi ergo hanc plenitudinem manifestasset per opera, & uerba, fuisset frustra ei data sapientia, & gratia, quod est inconueniés, quia Deus, & natura nihil frustra facit, ut dicitur in 1. de Cęlo.

¶ 3 Præt. In lib. de Infantia Saluatoris legitur, quod Christus in sua pueritia multa miracula fecit. & ita uidetur quod suam natiuitatem per seipsum manifestauerit.

SED CONTRA est, quod Leo Papa dicit, † quod Magi inuenerút puerum Iesum nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum: sed alii infantes non seipsos manifestant. ergo neq; decuit, quod Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret.

RESP. Dicendum, quod natiuitas Christi ad humanam salutem ordinabatur. quæ quidem est per fidem: fides autem salutaris, diuinitatem, & humanitatem Christi confitetur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatem Christi, ut demonstratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipsius non præiudicaret. Hoc autem factum est, dum Christus in seipso natiuitatem similem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis uirtutem in se monstrauit, & ideo Christus non per seipsum suam natiuitatem manifestauit, sed per quasdam alias creaturas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in uia generationis, & motus, oportet per imperfecta ad perfectú peruenire. & ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas, & postea manifestauit se, per seipsum manifestatione perfecta.

AD SECVNDVM dicendum, φ licet sapientia abscondita sit inutilis, non tamen ad sapientiam pertinet, ut quolibet tempore manifestet seipsum, sed tempore congruo: dicitur enim Ecclesiast. 20. Est tacens non habens sensum loquelæ, & est tacés sciens tempus apti temporis. Sic ergo sapientia Christo data non fuit inutilis, quia seipsum tempore cógruo manifestauit, & hoc ipsum, quod tempore congruo abscondebatur, est sapientiæ indicium.

AD TERTIVM dicendum, φ liber ille de infantia Saluatoris est apocryphus. Et Chrysost. * dicit super Ioan. quod Christus non fecit miracula antequam aquam conuertit in uinum, secundum illud, quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus. Si enim secundum primam ætatem miracula fecisset, non indiguissent Israelitæ alio manifestante eum, cum tamen Ioannes Baptista dicat Ioan. 1. Vt manifestetur in Israel, propterea ueni in aqua baptizans. Decenter autem nó incepit facere signa in prima ætate: existimassent enim phantasma esse incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent, liuore liquefacti.

AR-

SVP. Q. XXXVI.

ART. IIII.

CONCL. Christus non debuit manifestare per seipsum natiuitatem suam, sed illá per quasdam creaturas conuenienter manifestauit.

¶ PROB. Quia illud manifestare per seipsú, præiudicasset fidei humanitatis ueræ, (ut patet ex ad tertium:) & oportebat ita manifestari diuinitatem Christi nascentis, ut ex hoc nó præiudicaretur fidei humanitatis eius (cum fides salutaris utrumque, scilicet diuinitatem simulque humanitatem in ipso confiteatur.) Secunda pars, scilicet sed per &c. probatur; Quia Christus, dum in seipso natiuitatem similem infirmitati humanę exhibuit, & tamen p quasdam creaturas diuinitatis uirtutem in seipso monstrauit, fidem quó ad ambo de seipso credenda, ad quam ædificandam sua natiuitas ordinabatur, ædificauit (ut patet ex terminis.)

200

* li. 8. Phy. tex. 39. t. 2.

* li. 1. de Cęlo tex. 32. to. 2.

1^{m} maior. Causa, φ é per se, semper est potior ea, φ é per aliud. B. In uia tamen generationis hæc imperfectior perfectiorem illam præcedit tempore. §. Tunc nihil &c. Nam in manifestatione Christi processum est (sicut procedendum erat) ad instar uiæ generationis. Et ideo Christus prius manifestatus est per &c. ut in tex. Ex quo dic, quod illa maior propositio est in fauorem ueritatis articuli, non contra: stante applicatione ipsius ad processum generationis.

† In sermo. 4. de Epip. in med. incipit, Hic fer. iustum, & rationabile.

2^{m} ex Ecclesiast. Abscondita, Inuisus. Respon. Tempore congruo. §. Hoc est. Si sapientia abscondatur, quando secundum rectam rationem deberet manifestari; & thesaurus non uideatur, quando secundum rectam rationem deberet uideri. Tempus enim congruum, seu opportunum, est; quando aliquid secundum rectam rationem debet fieri: sicut è contra tempus incongruum, seu importunum, est; quando aliquid secundum rectam rationem non debet fieri. (Loquendo tamen de opportuno, & importuno, secundum rei ueritatem; non autem secundum hominum insipientium opinionem, quomodo sumitur illud Matt. 6. cum dies opportunus accidisset Herodes, &c. item illud 2. Tim. 4. Prædica uerbum, insta importune,) Tunc nihil, &c. Nam sapientia, ac thesaurus, Christi manifestata per seipsum sunt tempore congruo, siue per suam prædicationem, siue per suam rationabilem taciturnitatem. Licet enim sapientia (proportionaliter hoc etiam intellige de thesauro) abscondita sit inutilis, &c. ut in tex. Ex quo patet, quod tacere, uel abscondere se, aut suas uirtutes, tempore congruo, est signum sapientię.

3^{m} illatio conclusionis. Et ita uidetur (id est ergo uidetur.) Respon. Negatur illatio. § Procedit enim ex falsitate præmissarum. Nam liber ille de infantia Saluatoris, &c. ut in text. Qui confirmatur, quantum ad sententiam de libro hoc, ex Papæ Gelasii dictis, supra quæstione 35. articu. 6. ad tertium.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis, & Papa, quod Christus non debuit manifestare suam natiuitatem per seipsum (puta, dicendo, se tunc recenter natum esse Messiam, uel confirmando hoc miraculis per seipsum uisibiliter tunc factis, secundum quod postea procedente iuuentutis tépore fecit.) A Papa Leone quidem, ut cum discursu ponitur in argument. contr. A scripturis uerò per hoc, quod de Christo dicitur Isa. 8. Antequam sciat puer uocare patrem suum, & matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ. Hoc est, secundum Beatum Augustinum in Sermone quarto, de Epiphania. Antequam per humanam carnem Christus humana uerba proferret, &c. Ita quod ly antequá sciat uocare, stat pro antequam proferat uocem, qua solent pueri primitus uocare patrem, & matrem. Immò (quod plus est) antequam sciat proferre hanc uocem; secundum literam ipsius prophetæ. Hoc est. Antequam ostendat se scire proferre hanc uocem, id est uocare patrem suum putatiuum Ioseph, Luc. 3. & ueram matrem suam Mariam, Matth. 1. more illo uidelicet, quo in scripturis dicitur tunc aliquid fieri, quando innotescit, ut Genes. 22. Nunc cognoui, id est cognoscere te, uel etiam alios, feci, & Matth. 28. Data est mihi omnis potestas, id est manifestatum est nunc, ac manifestabitur, quod data est mihi omnis potestas. Ex eo igitur, quod Christus in puerili ætate prima non ostendebat se scire uocare patrem & matrem, intelligendum patenter hoc esse uult Propheta, quod ipse in pueritia conformis extra esse uoluit aliis paruulis. Cum ergo alii pueruli tunc neque prædicent, neque miracula faciant, ad aliquam de seipsis imprimendam uirtutis noticiam in cordibus hominum: uoluit ibi propheta (si ad propositum suauiter inflectatur) consignificare, quod Christus puer seipsum manifestare non debuit, propriam

Volitat pro Eccle. S. Dei.

* Ho. 22. in Io. non longe a princ. to. 3.

priam natiuitatem. Insinnatur & idem per hoc, q; de Christo di Hæbr. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari, absq; peccato, Hebr. 4. Qũn autem assimilatus per omnia fratribus fuisset; si contra ordinariũ cursum puerilis ætatis existens puer se habuisset? & quo non non se habuisset contra talem talis ętatis cursum, si tunc per seipsum natiuitatem suam manifestasset? Secundò uides, quomodo ea us bene pensatis, & applicatis; doctrina præiens Angelica uiculim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio: Christus non per seipsum, sed per alias creaturas suam natiuitatem manifestare debuit. Probatur, Natiuitas Christi ordinata est ad humanam salutẽ per fidem. ergo oportebat ita manifestari, ut fides Deitatis, fidei humanitatis non præiudicaret. ergo non per seipsum, sed per alias creaturas debuit manifestari. Prima consequentia probatur, quia fides salutaris est circa utramque, scilicet deitatem, & humanitatem Christi. Secunda probatur, quia fides humanitatis fit, dum Christus in seipso humanitatem infirmam, sicut alii, exhibuit: fides uerò deitatis, dum per creaturas, angelos, s. & stellam Pastoribus, Magis, Simeoni, Annæque uirtus deitatis manifestatur.

¶ In responsione ad tertium, collige vltra Chrysostomi auctoritatem, quod ad literam miraculum vini fuit initium signorum Christi simpliciter, & non limitate in illo loco. Et hoc optima ratione litera probat ex verbis Ioan. Baptistæ: miraculum quippe vini factum est post baptismum Christi per annum secundum ecclesiæ traditionem, tria mysteria uno die diuersis annis contigisse attestantem, scilicet Magorum adorationem, baptismum Christi, & conuersionum aquę in uinum.

SVPER Q. XXXVI. ART. V.

Concl. 1. Conuenienter & iustis, scilicet Simeoni, atq; Annę manifestata est Chri-
300 sti natiuitas per interiorem instinctum Spiritussancti, & pastoribus, atque Magis per uisibiles apparitiones.

¶ Prob. Quia iustis est familiare, idest consuetum, edoceri interiori instinctu Spiritussancti, absq; signorum sensibilium demonstratione, aliis autem deditis corporalibus rebus, (cuiusmodi erant pastores ac Magi) cõsuetum est, per sensibilia ad intelligibilia adduci (ut patet): & manifestatio alicuius rei conuenienter fit, quando fit per notiora illis, quibus res ipsa manifestatur (ut patet a simili de manifestatione syllogistica.

¶ Concl. 2. Per signa cœlestia (Angelos, scilicet & stellam) conuenienter manifestatur Christi natiuitas pastoribus, & Magis.

¶ Prob. Quia Christi natiuitas erat quodammodo cęlestis, quę stio. 5. ar. 2. Item q. 33. art. 4.

¶ Concl. 3. Rationabiliter, & pastoribus natiuitas Christi reuelata est per Angelos, & Magis per signum stellæ.

¶ Prob. Primò, quia pastores erant Iudæi, apud quos frequẽter factæ sunt apparitiones Angelorum (vt patet in scripturis;) Magi autem erant gentiles assueti in consideratione corporum cœlestiũ (vt patet) i Et rationabiliter vocatur aliquis ad aliquid, quando per consueta sibi uocatur (ut patet ex Diuo Crysostomo.) Secundò, quia pastores, vtpotè Iudæi, erant tã quam ratione utentes; Magi uerò, utpote gentiles, erãt tamquam ratione uti nescientes (vt patet, scilicet quò ad spiritualia ad salutem animæ pertinentia) & rationabiliter ad dominum cognoscendum utentes ratione per uocem animalis rationalis, idest Angeli, ratione uero uti nescientes per signa tanta perducuntur (vt patet ex D. Gregorio). Tertiò, quia gentiles, quo ad effici semen Abrahæ per fidẽ, fuerunt a Deo promittente multiplicatione talis seminis eidem Abrahæ designati in syderibus (Genes. 15. 17.) Et rationabiliter illi, qui sic designati sũt, ortu noui syderis excitantur, ut perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abrahæ (ut patet ex D. Augustino. Cuius ratio hæc solum de Magis, qui fuerunt primitiæ gentium uerificatur.

Primum

ARTICVLVS V.

Vtrum natiuitas Christi debuerit per Angelos, & stellam manifestari.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod non debuerit manifestari per angelos Christi natiuitas. Angeli enim sunt spirituales substantia secundum illud Psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus: sed Christi natiuitas erat secundum carnem, non autem secundum spiritualem eius substantiam. ergo non debuit per angelos manifestari.

¶ 2 Præterea. Maior est affinitas iustorum ad angelos quam ad quoscumque alios, secundum illud Psal. 32. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: sed iustis, scilicet Simeoni, & Annæ non est manifestata Christi natiuitas per Angelos. ergo nec pastoribus per angelos manifestari debuerit.

¶ 3 Præterea. Videtur, quod nec magis debuerit manifestari per stellam. Hoc enim uidetur esse erroris occasio, quantum ad illos, qui æstimant sidera natiuitatibus hominum dominari, sed occasiones peccandi sunt hominibus auferendæ. non ergo fuit conueniens, quod per stellam Christi natiuitas manifestaretur.

¶ 4 Præterea. Signum oportet esse certum ad hoc, quod per ipsum aliquid manifestetur: sed stella non uidetur esse signum certum natinitatis Christi. ergo inconuenienter fuit Christi natiuitas per stellam manifestata.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuteron. 32. Dei perfecta sunt opera: sed talis manifestatio fuit opus diuinum. ergo per conuenientia signa fuit effecta.

RESPON. Dicendum, quod sicut manifestatio syllogistica fit per ea, quæ sunt magis nota ei, cui est aliquid manifestandum, ita manifestatio, quæ fit per signa, debet fieri per ea quæ sunt familiaria illis, quibus manifestatur. Manifestum est autem quod uiris iustis, est familiare, & consuetum interiori Spiritussancti instinctu edoceri, absq; signorum sensibilium demonstratione, scilicet per spiritum prophetiæ. Alii uerò corporalibus rebus dediti, per sensibilia ad intelligibilia adducuntur. Iudæi autem consueti erant diuina responsa per Angelos accipere, p quos etiã legem acceperant, secundum illud Actuũ 7. Accepistis legem in dispositione angelorum. Gentiles uero, & maximè astrologi consueti sunt stellarum cursus inspicere, & ideo iustis, scilicet Simeoni, & Annæ, manifestata est Christi natiuitas per interiorem instinctum Spiritussancti, secundum illud Luc. 2. Responsum accepit a Spiritussancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini. Pastoribus autem, & Magis tamquam rebus corporalibus deditis, manifestata est Christi natiuitas per uisibiles apparitiones. Et quia natiuitas non erat pure terrena, sed quodammodo cœlestis, ideo per signa cœlestia utrisque Christi natiuitas reuelatur: ut enim Augustinus dicit in sermone de Epiph. Cœlos angeli habitant, & sidera ornant, utrisque ergo cœli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem pastoribus tamquam Iudæis, apud quos frequenter factæ sunt apparitiones angelorum, reuelata est natiuitas Christi per angelos. Magis autem assuetis in consideratione cœlestium corporum, manifestata est per signum stellæ, quia (ut Chrysost. dicit *) per consuetas eos Dominus vocare uoluit, eis condescendens. Est autem alia ratio, quia ut Gregor. dicit †, Iudæis tamquam ratione utentibus rationale animal, id est angelus prædicare debuit. Gentiles uero, quia uti ratione nesciebant ad cognoscendum Dominum, non per uocem sed per signa perducuntur. Et sicut Dominum iam loquentem annuntiauerunt gentilibus prædicatores loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta prædicauerunt. Est etiam, & alia ratio, quia ut August. dicit in serm. Epiphan. Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio non carnis semine, sed fidei fœcunditate generanda, & ideo stellarũ multitudini est comparata

* Hom. 6. ĩ Mat. super illud, Ecce stella quã uiderant, to. 2.

† Greg. ho. 10. i euang. circa prin.

1m minor. Christi natiuitas erat secundum carnem, non autem secundum spiritualem eius substantiam. R. Manifestari tamen indigebat non principaliter secundum carnem, sed secundum spiritualem eius substantiam. §. Tunc nihil &c. vt patet. Immo est in fauorem, cum Angelus sit quædam spiritualis substantia, & Dei minister. Conuenienter ergo (secundum argumentum sic glossatum) manifestata est illa natiuitas per &c. ut in text.

2m maior. Maior est affinitas iustorum ad Angelos, quam ad quoscunque alios. R. Minus tamen indigent iusti apparitione uisibili Angelorum, quam alii. §. Puta pastores. Tunc &c. Nam in hac manifestatione non attenditur principaliter affinitas (ut putabat argumentum) sed indigentia. Argumentum ergo peccat in fallacia secundum non causam, ut causam.

3m maior. Hoc uidetur esse erroris occasio, quantum ad illos qui æstimant, sydera natiuitatibus hominum dominari. R. Negatur. §. Nam stella natiuitatem Christi manifestans nō tantum fuit illis aliqua occasio erroris, sed etiā ab illis omnem occasionem erroris subtraxit. Vt enim August. &c. ut in tex.

Li 2. c. 5. a med. to. 6.

4 minor. Stella nō uidetur esse signum certum natiuitatis Christi. R. Negatur. §. Illa enim stella, de qua Matth. 2. fuit natiuitatis Christi signum certum, uariu tamen secūdum uarios Doctores in textu reuitaros.

parata, ut cœlestis progenies speraretur. & ideo Gentiles in syderibus designati, ortu noui sideris excitantur, ut perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abrahæ.

Ad primum ergo dicendū, quod illud manifestatione indiget, quod de se est occultum, non autem illud, quod de se est manifestum. Caro autem eius, qui nascebatur, erat manifesta, sed diuinitas erat occulta. & ideo conuenienter manifestata est illa natiuitas per angelos, qui sunt Dei ministri: vnde, & cum claritate angelus apparuit, ut ostenderetur ꝙ ille, qui nascebatur, erat splendor paternæ gloriæ.

Ad secundum dicendum, quod iusti non indigebant uisibili apparitione angelorum: sed eis sufficiebat interior instinctus Spiritussancti propter eorum perfectionem.

Ad tertium dicendum, quod stella natiuitatem Christi manifestans, omnem occasionem erroris subtraxit. Vt enim August.* dicit contra Faustum, nulli astrologi ita constituerunt nascentium hominum fata sub stellis, ut aliquā stellarum, homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum, qui natus est perrexisse asserent: sicut accidit circa stellam, quæ demonstrauit natiuitatem Christi. & ideo per hoc non confirmatur error eorum, qui sortem nascentium hominum astrorum ordini colligari arbitrantur: non autem credunt astrorum ordinem ad hominis natiuitatem posse mutari. Similiter etiam vt Chrysostomus* dicit, non est hoc astronomiæ opus, a stellis scire eos, qui nascuntur, sed ab hora natiuitatis futura prædicere. Magi autem tempus natiuitatis non cognouerunt, ut hinc sumentes initium, a stellarum motu futura cognoscerent, sed potius econuerso.

* Hom. 6. in Mat. non procul a prin. to. 2.

Ad quartum dicendum, ꝙ sicut Chrysost.* refert, in quibusdam scripturis apocryphis legitur, quod quædam gens in extremo orientis iuxta Oceanum, scripturam quandam habebat ex nomine Seth, & de hac stella, & muneribus huiusmodi offerendis, quæ gens diligenter obseruabat huius stellæ exortum, positis exploratoribus duodecim, qui certis temporibus de nocte ascendebant in montem, in quo postmodum eam uiderunt, habentem in se quasi paruuli formam, & super se similitudinem crucis. Vel dicendum sicut dicitur in libro de Quæstionibus,* ueter. & noui Testmenti, Magi illi traditionem Balaam sequebantur, qui dixit, Orietur stella ex Iacob. Vnde uidentes stellam extra ordinem mūdi, hanc esse intellexerunt, quam Balaam futuram indicem Regis Iudęorum prophetauerat. Vel dicendum, sicut August.* dicit in sermone de Epiphania, quod ab angelis aliqua admonitione reuelationis audierunt Magi, quod stella Christum natum significaret, & probabile uidetur quod a bonis, quando in Christo adorando salus eorum iam quærebatur. Vel sicut Leo Papa † dicit in sermone de Epiphania, præter illam speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior ueritatis radius eorum corda perdocuit, quod ad illuminationem fidei pertinebat.

* Hom. 2. in Mat. i ope. imp. sup. illud. Vidimus stellā eius, to. 2.

* in lib. qq. ex no. test. q. 39. to. 4.

* In ser. 7. qui est 35. in ur. ante me. to. 10.

† In serm. 4. parū ante med.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem uitēdas, meritò esse insinuatum a scripturis, qđ Christi natiuitas conuenienter manifestata fuit per angelos, & stellam.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Vt per dictum Deuteron. 82. secundum quod eam applicatione ponitur in argumen. contr. Item per illud Sapientiæ 11. omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti Domine. Vbi à simili de omnibus etiam quocumque tempore a Domino fiendis hoc idem vult connitelligi esse verificandum: & hoc propter unam eandemque rationem, scilicet simplicissimam Dei, atque sapientissimam, ac immutabilissimam eius operandi. Item per dictum Ecclesiastic. tertio. Non possumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, ut timeatur. Vbi expone tu ly fecit, id est & facit, & faciet: propter rationem efficacissimam simplicis uirtutis diuinæ nunc dictam. Ex his omnibus collectis potes uerissimam hanc propositionē construere, videlicet. Omnia opera Dei intantum perfecta sunt: ut & in numero, pondere, mensuraque sint disposita, & illis nos totis nostris quibuscumque uiribus utentes non possimus quicquam addere, nec auferre. Adhuc extende subinferas. Omnia opera Dei in tam conuenienti, numero, pondere, & mensura sunt disposita, ut eis nos totis nostris quibuscumque (siue intellectus, scilicet, siuè &c.) uiribus utentes non possimus quicquam addere, nec auferre. Hæc, si ad particulare hoc (quando quidem possunt applicari, & debent) inflectas, aperte dicunt: quod natiuitas Christi conuenienter per anthonomasiam, idest conuenientissime manifestata est per Angelos, & stellam. Vide, & inde in proposito te iuua, articulo tertio, appendic. locaque ibi citata. Secundò uides, a quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus minus explicat breuitatis causa quam quærit. Nam, ut patet in distinctione articulorum in principio huius quęstionis facta in litera, quintus articulus inquirit per qualia debuerit manifestari, ubi pates non solum de angelis, ut hic explicatur, sed vniuersaliter de omnibus creaturis, per quas debuerit manifestari Christi natiuitas inquiri. Idem quoque euidenter apparet in processu articuli, ubi non solum quare per angelos pastoribus, sed diffusè quoque, quare per stellam magis, & inspirationem interiorem Simeoni, & Annæ manifestata est Christi natiuitas, ratio redditur.

¶ In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæsito: Christi natiuitas conuenienter manifestata est per angelos, stellam, & inspirationem, pastoribus, Iudæis, Magis, & iustis Simeoni, & Annæ. Probatur primo, Manifestatiu debet fieri signa per familiaria illis, quibus manifestatio fit. ergo conuenienter, & cætera. Antecedens probatur ex simili de manifestatione syllogistica. Consequentia autem probatur, quia iustis, scilicet perfectis, familiare est per inspirationem, aliis corporalibus deditis per visibilia, & rursus inter istos alios Iudæis per angelorum visionem, gentilibus per astrorum signa instrui. Confirmatur secundo, quo ad hoc quod omnia signa fuerint cœlestia, ex hoc quod cœlestem natiuitatem enarrabant. Et firmatur tertio, quo ad differentiam inter Angelos, & stellam respectu pastorum, & Magorum, & hoc triplici ratione, ut patet in litera. Confirmatur, quarto, quo ad stellam, ex spirituali genere Abrahæ, sicut stellarum numerus.

SVPER

SVP. Q. XXXVI.

Art. vi.

101 CONCL. Christi natiuitas manifestata est primò pastoribus; secundò Magi peruenerunt ad Christum natum; Tertiò manifestata est iustis: & quidē ordine conuenienti.

¶ Not. Quare non dicat (ut uidebatur ex serie loquendi dicendum) secundò manifestata est Magis; sed eligat dicere ly secundò Magi peruenerunt ad Christum; cognosce ex supradictis, art. 3. ad primum Elucid.

¶ Prob. Quia ipso die natiuitatis pastoribus annunciata est (Lucæ 2.) die autem 13. a natiuitate Magi peruenerunt ad Christum (ut patet ex discursu fundato super Luc. 2.) die uerò 40. à natiuitate Simeoni atq; Annæ manifestata est (Lu. 2.) Secunda autem pars, scilicet, & quidem &c. probatur; Quia fides Christi manifestata ē primò Apostolis, aliisque credentibus ex Iudæis; secundo plenitudini gentium; tertiò manifestabitur plenitudini Iudæorum, & per pastores significantur Apostoli, &c. per Magos plenitudo gentium, per iustos plenitudo Iudæorum.

* In serm. 2. de Epip. to. 20.

1m maior. Illis debuit primò manifestari Christi natiuitas, qui Christo propinquiores fuerunt, & qui magis Christum desiderabāt. ℞. Nisi manifestatio ista fieret in figuram futurorum. §. Tūc nihil &c. Nam in manifestando Christi natiuitatem pastoribus, & Magis, prius quam Simeoni, & Annæ, non attendebatur principaliter desideriū, & ꝓpinquitas ad Christum in illis, quibus sic manifestata est (ut puta argumēnim): sed attendebatur figura futurorum, scilicet ꝙ Israel sectando legem iustitię in legem, &c. ut in tex. Ex quo patet, quod argumentum peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam.

2m conclusio. Ergo primò debuit manifestari Chr. nat. Mag. quam pastoribus. ℞. Si pastores significarent plenitudinē Iudæorū. §. Tunc nihil &c. Nam pastores significabant primitias Iudæorum. Licet aut plenitudo gētiū prius, &c. ut in text. Vide corp. circa fin. ly quia per pastores significantur Apostoli, &c.

3m de antecedente hypotethico. Et sic uidetur, ꝙ per duos annos post Christi natiuitatē Magi ad Christum peruenerunt. ℞. Negatur. §. Neque enim iuxta primam, neque iuxta secundam, opinionem de stellæ apparitione Magis, narratas in texto, sic (,idest stante ueritate Euangelii illa, scilicet à bimatu & infra secundum tempus, quod exquisierat a Magis) uidetur, quod per duos annos post Christi natiuitatem ipsi ad Christum peruenerint, Nam secundum utramq; opinionem Magi ad ipsum peruenerunt 13. die à sua ipsius natiuitate. Quomodo autem in cęteris ipsæ opiniones discordent, & quare dicatur tum ly à bimatu, tum ly infra, declaratur in tex. Ex quo patet cōsideranti: quod omnia sunt Euangelio consona, absque offensa Ecclesiæ facto suo; quo celebrat festum Epiphaniæ, protestantis ueritatem articuli, scilicet quod

ARTICVLVS VI.

Vtrum natiuitas Christi ordine conuenienti fuerit manifestata.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienti ordine Christi natiuitas fuerint manifestata. illis enim debuit primo manifestari Christi natiuitas, qui Christo propinquiores fuerunt, & qui magis Christum desiderabant, secundum illud Sapien. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt, ut se prior illis ostendat: sed iusti propinquissimi erant Christo per fidem, & maximè eius aduentum desiderabant, unde dicitur Luc. 2. de Simeone, quod erat homo iustus, & timoratus, expectās redemptionem Israel. ergo prius debuit manifestari Christi natiuitas Simeoni, quam pastoribus, uel Magis.

¶ 2 Præt. Secundum August.* Magi fuerunt primitiæ gentium Christo crediturarum: sed primo plenitudo gentium intrat ad fidem, & postmodū omnis Israel saluus fiet, ut dicitur Roma. 11. ergo primo debuit manifestari Christi natiuitas Magis, quam pastoribus.

¶ 3 Præt. Mat. 2. dicitur, quod Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infra, secundum tempus, quod exquisierat a magis. Et sic uidetur quod per duos annos post Christi natiuitatem Magi ad Christum peruenerint. inconuenienter igitur post tantum tempus fuit gentilibus Christi natiuitas manifestata.

SED CONTRA est, quod dicitur Dan. 2. ipse mutat tempora, & ætates. & ita tempus manifestationis natiuitatis Christi uidetur congruo ordine esse dispositum.

RESPON. Dicendum, quod Christi natiuitas primo quidē, manifestata est pastoribus ipso die natiuitatis Christi, ut enim dicitur Lucę 2. Erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis super gregem suum, & ut discessement ab eis angeli in cœlum loquebantur ad inuicem, transeamus usque in Bethleem, & uenerunt festinantes. Secundo autem Magi peruenerunt ad Christum tertiadecima die natiuitatis eius, quo die festum Epiphanię celebratur. Si enim reuoluto anno, uel etiam duobus annis uenissent, non inuenissent eū in Bethleem, cum scriptum sit Luc. 2. quod postquam perfecerunt omnia secundum legem Domini (offerentes, scilicet puerum Iesum in tēplum) reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Tertiò, manifestata est iustis in templo quadragesimo die a natiuitate Christi, vt habetur Luc. 2. Et huius ordinis ratio est, quia per pastores significantur Apostoli, & alii credentes ex Iudæis, quibus primo manifestata est fides Christi: inter quos non fuerunt multi potentes, nec multi nobiles, ut dicitur 1. ad Corin. 1. Secūdo autem fides Christi peruenit ad plenitudinem gentium, quæ est prę figurata per Magos. Tertiò autem, peruenit ad plenitudinem Iudæorum, quę est pręfigurata per iustos, unde & in templo Iudęorum est eis Christus manifestatus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Apost. dicit Roman. 9. Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit: sed gentiles, qui nō quærebant iustitiam, Iudæos communiter in iustitia fidei præuenerunt. & in huius figurā Simeon, qui expectabat consolationem Israel, ultimo Christum cognouit, & præcesserunt eum Magi, & pastores, qui Christi natiuitatem non ita solicite expectabant.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ licet plenitudo gentium prius intrauerit ad fidem, quam plenitudo Iudæorum, tamen primitiæ Iudæorū præuenerunt in fide primitias gentium, & ideo pastoribus primo manifestata est Christi natiuitas, quam Magis.

AD TERTIVM dicendum, quod de apparitione stellæ quæ apparuit Magis, est duplex opinio. Chrysost.* enim super Matth. & August.† in sermo. Epipha. dicunt quod stella Magis apparuit per biēnium ante Christi natiuitatem, & tunc præmeditantes, & se ad iter præparantes, a remotissimis partibus orientis peruenerunt ad Christum terciadecima die a sua natiuitate. Vnde, & Herodes statim post recessum Magorum, uidens se ab eis illusum, mandauit occidi pueros à bimatu, & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset quando stella apparuit, secundum quod a Magis audierat. Alii uero dicunt stellam apparuisse primo, cum Christus natus est, & statim Magi uisa stella iter arripientes, longissimum iter in tredecim diebus peregerunt: partim quidem adiuti diuina uirtute, partim autem Dromedariorum uelocitate: & hoc dico, si uenerunt ex extremis partibus orientis. Quidam tamen dicunt, eos uenisse de regione propinqua, unde fuerat Balaam, cuius doctrinæ sectatores fuerunt. Dicuntur autem ab Oriente uenisse, quia terra illa est ad orientalē partem terræ Iudæorum. Et secundum hoc Herodes non statim recedentibus Magis, sed post biennium pueros interfecit: uel quia dicitur interim accusatus Romam iuisse, uel aliquorum periculorum terroribus agitatus, a cura interficiendi puerum interim destitisse: uel quia potuit credere Magos fallacis stellæ uisione deceptos, postquam non inuenerunt quem natum putauerunt, erubuisse ad se redire, ut August.* dicit in lib. de Consensu Euangelistarum. Ideo autē nō solum bimos pueros interfecit, sed etiam infra, quia (vt Aug. dicit in quodam serm. Innocentium) timebat ne puer cui sidera famulantur, speciem suam paulo supra ætatem, uel infra transformaret.

*Chry. ho. 10. in Mat. ante med. to. 2.

† Aug. in ser. 7. ante med. & in alio ser. de Epip. post ser. ad fra. in heremo to. 10.

*li. 2. c. 11. inter med. & fin. to. 4.

AR-

quod Magi tertiadecima die à natiuitate Christi ipsum inuētum in præsepio adorauerint.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatū a scripturis; quod ordine conuenienti natiu. Christi manifestata est illis, quibus manifestata fuit. Vt per hoc, quod dicitur Danielis 2. Ipse, &c. vt cum applicatione ponitur in argumen. contr. Quid uero sit mutare tempora & ætates; potes faciliter intelligere ex Beato Augustino dicente. In hoc autem, quod dicit, venit hora, ostendit: omne tempus, & quid, & quando faceret, uel fieri sineret, ab illo esse dispositum; qui tempori subditus non est. Quoniam quæ futura foerant per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Hæc ille, in hom. super Io. 17. Ex Daniele igitur sic declarato patet intentum de ordine conuenienti: quandoquidē ad sapientiam, quæ omnia in quocumque tempore facta disponit, pertinet ordinare, 1. q. 1. ar. 6. Item idipsum insinuatur ex supradictis, & citatis, ar. 3. appen. Secundo uides, quomodo ex iis bene penſatis, & applicatis; (quod tuum semper est) doctrina præteus Angelica nicilsim declaretur, atque confirmetur. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de ordine temporis quærit, quo prius pastoribus, deinde Magis, demum Simeoni, & Annæ manifestata est Christi natiuitas.

¶ In corpore Auctor. duo facit: primo ordinem manifestationum ex Euangelii auctoritate aperit, scilicet quod ipso die natalis pastoribus, tertiadecima die Magis, quadragesima, Simeoni, & Annæ; Secundo rationem redit optimam ex significatis. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad tertium de tempore occisionis Innocentū multum constat. Ex Euangelio siquidem habetur quod non statim occisi sunt nam post adorationem Magorum in domo diuersoria iuxta Bethleem, in qua natus est Christus, oblatus est Dominus in templo, & postea portatus a parentibus in Nazareth, tibi Angelus dixit ad Ioseph, Fuge in Aegyptum: futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Hoc enim oportet fuisse, postquam ex Hierusalem venerunt parentes eius in Nazareth, ut Lucas narrat; si enim ante fuisset, non uenisset in Hierusalem, nec inde in Nazareth. Vnde certum relinquitur, quod non statim Herodes sæuiit in pueros, sed incertum est quanto tempore post sæuierit in eos. Satis rationale est illud impedimentum ex Romano itinere prouenisse, quia pro historia habetur, quod Romam iuerit a filiis accusatus.

SVPER Q. XXXVI.

ART. VII.

202 Op. 60. ca. 7. Et Mat. 2. to. 4. COncl. 1. Quod illa stella, quæ Magis apparuit, non fuerit una cœlestium stellarū: multipliciter manifestum est.

¶ Prob. Quia hoc patet ex uia, ex tempore, ex interpollata apparitione, ex discontinuitate motus, ex descensu è sublimiori loco ad partum virginis ostendendum (ut de singulis patet per ordinem in tex.)

* In ser. 2. Epiph. qui est 30. sor. & serm. 3. eiusdem festi, to. 10. ¶ Concl. 2. Quamuis quidam moti ex diuersa motione stellæ Magorum dicant, stellā illam fuisse uel uirtutē inuisibilem, rationabilem, vel Spiritumsanctum, uel Angelum, in specie stellæ apparētia: tamen probabilius uidetur, quod fuerit stella de nouo creata non in cœlo, sed in aere vicino terræ, quæ secundū diuinam uoluntatē mouebatur.

¶ Prob. Quia hanc maiorem probabilitatem insinuat Leo Papa.

* li. 1. c. 8. 5. a me. to. 6. 1^m^ ex D. Aug. De cœlo. R. Idest de aere. §. Sic enim, & quandoque in scriptura cœlum largè uocatur aer. Tunc nihil &c. ut patet ex conclus. 2.

* Ho. 6. post med. primi fol. a princ. hom. to. 2. 2^m^ illatio conclusionis. Ergo & stella, &c. R. Negatur illatio. §. Et hoc: propter dissimilitudinem inter officium Angelorum, & cœlestiom stellarum. Nam ipsi angeli cœlestes ex suo, &c. ut ī tex. Ex quo Augustinus exponatur in ly lingua cęlorum, i. propriè dictorum, si de Angelis cœlū inhabitantibus id accipiatur, uel largè dictorum, i. aeris supra nos existētis, si de stella Magorum id intelligatur.

3^m^ de minori. Regis natiuitatem. R. Omnia

ARTICVLVS VII.

Vtrū stella quæ Magis apparuit fuerit una de cœlestibus stellis.

AD Septimvm sic procedit̄. Videtur, ꝙ stella, quæ magis apparuit fuerit una de cœlestibus stellis. Dicit enim Aug. in quodam sermone Epipha. Dum pendet ad ubera, & uilium patitur Deus inuolumēta pannorum, repente nouum de cęlo sidus effulsit. Fuit igitur stella cœlestis, quæ Magis apparuit.

¶ 2 Prętere. Augu. * dicit in sermone quodam Epiph. Pastoribus angeli, Magis stella Christum demonstrat: utrisq; loquitur lingua cęlorū, quia lingua cessauit ꝓphetarū: sed angeli pastorib. apparentes, fuerunt uerè de cęlestibus angelis. ergo, & stella Magis apparens, fuit uerè de cœlestibus stellis.

¶ 3 Pręt. Stellæ, quæ non sunt in cęlo, sed ī aere, dnr stellæ cometæ quæ non apparent in natiuitatib. regum sed Magis sunt indicia mortis eorū: sed illa stella designabat Regis natiuitatem, unde Magi dicunt Matt. 2. Vbi est, q natus est Rex Iudęorū? vidimus. n. stellā eius in Oriente. ergo videtur ꝙ fuerit de cęlestib. stellis.

Sed contra est, ꝙ Aug.* dicit in lib. 1. contra Faustum: Non ex illis erat stellis, quæ ab initio creaturæ, itinerū suorum ordinē sub creatoris lege custodiunt, sed nouo virginis partu nouum sid⁹ apparuit.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut Chrysost.* dicit sup. Mat. ꝙ illa stella, quę Magis apparuit non fuerit una cęlestium stellarum, multipliciter manifestum est. Primo quidem, quia nulla alia stellarū hac uia incedit, hæc. n. stella ferebatur a Septentrione in meridiē: ita. n. Iudæa iacet ad Persidem, unde Magi uenerunt. Secūdò, apparet hoc ex tpe: non. n. solū apparebat in nocte, sed ēt in media die, quod non est uirtutis stellæ, sed nec ēt lunę. Tertiò, quia quandoq; apparebat, & qnq; occultabatur. Cum. n. intrauerant Hierosolymā, occultauit seipsam, deinde vbi Herodem reliquerunt, seipsam mōstrauit. Quartò, quia non hēbat continuū motū, sed cū oportebat ire Magos, ibat, cū oportebat stare, stabat, sicut, & de columna nubis erat in deserto. Quintò, quia non sursum manens, partum Virginis demonstrabat, sed deorsum descendens, hoc faciebat. Dicitur. n. Matt. 2. ꝙ stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum ueniēs staret supra ubi erat puer. Ex quo patet, ꝙ verbum Magorū dicentium. Vidimus stellam eius in Oriēte, non est sic intelligēdū, quasi ipsis in Oriente positis, stella apparuerit existens in terra Iuda, sed quia uiderunt eā in oriente existentē, & præcessit eos usq; in Iudęa, quāuis hoc a quibusdam sub dubio relinquatur. Non autem potuisset distinctè domū demōstrare, nisi esset terræ vicina. Et sicut ipse dicit, hoc non vr̄ proprium stellæ, sed uirtutis rationalis cuiusdā. Vnde uidetur hæc stella uirtutis inuisibilis fuisse in talem apparētiā transformata. Vnde quidam dicūt, ꝙ sicut Spiritussanctus descendit super baptizatum Dn̄m, in specie colūbæ, ita apparuit Magis in specie stellæ. Alii uerò dicunt, ꝙ angelus, qui apparuit pastoribus in humana specie, apparuit Magis in specie stellæ. Probabilius tamen vr̄, ꝙ fuerit stella de nouo creata, nō in cęlo, sed in aere uicino terræ, quæ sm̄ diuinam uoluntatem mouebatur. Vnde Leo Papa dicit in ser.* Epiph. Tribus Magis in regione Orientis, stella nouæ claritatis apparuit, quę illustrior cęteris, pulchriorque sideribus, in se intuētium, oculos animosque cōuerteret, ut cōfestim aduerteretur, non esse ociosum: quod tam insolitum uidebatur. *In serm. 1. non longe a prin.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ cęlū in sacra scrip. qn̄q; dicitur aer, secundum illud, Volucres cęli, & pisces maris.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ipsi angeli cœlestes ex suo officio hn̄t, ut ad nos descēdāt ī ministeriū missi, sed stellæ cęlestes suū sitū non mutant. Vnde non est similis ratio.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sicut stella illa, non est secuta modū stellarū cœlestiū, ita nec ēt stellarū cometarū, q̄ nec de die apparent, nec cursum ordinatum mutant. Et m̄ non omnino aberat significatio cometarum, quia cęleste regnum Christi comminuit, & consumit vniuersa regna terræ, & ipsum stabit in æternum, ut dicitur Daniel. 2.

AR-

Omnia regna terrarum regno suo destruentis. §. vt intelligitur Dan. 2. Tunc nihil &c. Ex hoc enim quod stella Magorum designauit natiuitatem regis talis, consequitur; ipsam fuisse indicium mortis aliorum regum cum regnis suis: & per consequens patet, quod ipsa, quo ad suum significatum, aliqualiter erat stella comata; licite ipsamet, quo ad effectus suæ realitatem comata non esset. Nam sicut stella illa non est secuta modum, &c. ut in textu usque ad ly mutant. Stant ergo simul hæc duo, scilicet quod stella Magorum fuerit in aere, & quod secundum se non fuerit de numero comatarum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Augustino, quod stella Magorum non fuit de stellis cœlestibus, sed de nouo creata. A Diuo Augustino quidem, ut in argumen. contr. Vbi ad intelligendum ly nouum sydus, quomodo scilicet hoc fiet cum ly Nihil nouum sole, Eccles. 1. & consequenter quomodo hoc sydus fuerit nouum; uide in 1. quæstio. 73. art. 1. ad tertium. A scripturis uerò per dictum Numer. 24. orietur stella ex Iacob. Si enim de ortu stellarum cœlestium iam à principio mundi creatarum loqueretur Balaam, non diceretur hic prophetasse (quod est contra sensum Doctorum): quoniam nihil dixisset procul à nostra cognitione, cum tamen prophetia importet huius contrarium, 2. 2. quæstio. 171. art. 1. Nam uident homines stellas diuersas oriri quotidie iuxta diuersum earum cursum in cœlo, & per respectum ad nos. Oportet igitur dicere, quod Balaam ibi per ly orietur stella, locutus fuerit non de ortu alicuius stellæ antiquitus creatæ ortu super hemisperium nostrum; sed de ortu, id est creatione noua, unius stellæ; quæ esset in signum rerum illarum, quæ ibi cōnectit, scilicet consurrectionis uirgæ de Israël, percussionisque Ducum Moab, &c. Idest natiuitatis Christi ex Virgine (secundum Ecclesiam dicentem, orta est stella ex Iacob, virgo peperit Saluatorem) percussuri regna mundi &c. ut ex Daniele exponitur ad 3. & art. 2. ad tertium. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm, Cardinalis Caietani,

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. primo ex Chrysost. respondetur quæsito una conclusione: Stella non fuit ex cœlestibus. Et afferūnt quinque rationes ex eadem. Secundò, tractatur quid fuit illa stella: primo secundum Chrysost. sub cuius opinione afferuntur duo modi dicendi: deinde secundum propriam opinionem, auctoritate Leonis firmatam. Omnia patent in litera.

¶ In responsione ad tertium perspice auctorem commune uerbum de significatione cometarum admittendo respondere, non quod propterea, sic ipsum sensisse putandum sit: sed esto quod sit, respondisse intelligendum est. Cometes enim non magis regis, quam pauperis rustici mortem significat: sed quia mortes principum notantur, pauperum autem ratio non habetur ideo vulgatum est, quod significat mortem principum, si magno credimus Alberto.

SVP. Q. XXXVI. ART. VIII.

COncl. Credendū est: Magos à Spiritusancto inspiratos sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

203 Matth. 2. prin.

¶ Prob. Quia in Magis tamquam in suis primitiis, gentium uenientium a remotis ad Christum fides, ac deuotio apparuit (ut patet ex terminis ly suis primitiis): & fides ac deuotio gentium est absq; errore per inspirationē Spiritussancti (ut patet)

¶ Not. Ex conclusionis probatione constat, quod ly credēdum est, quod positum erat in cōclusione, intelligitur de fide catholica. Ac si dixisset. Ista cōclusio, s. Magos à Spiritussancto &c. est necessariò s̄m fidem credenda. Si uis ꝓbationes claras illius ꝓpositionis hypotheticæ pro secunda cathegorica, s. q. fides, ac deuotio gētium sit absq; errore per insp. Spiritussā. Vide 2. 2. articu. nu. 3. 27. 30. 32. cū Eluc. contra portas inferi. Pro quo & vide Verit. Aur. super legem veterem, Leuit. 13. concl. 1. & Deuter. 17. cōclu. 7. & Exo. 13. cōcl 6. Item pri. par. quæstio. 32. articu. 4. cum Elucid. Item Additio. articulorum numero 33. 94. 102. 168. cum Elucidatio.

1ᵐ illatio conclusionis. Ergo, cū ex uisione stellæ, &c. ℞. Negatur illatio §. Non. n. ex uisione stellæ cognouerūt, natum esse regē Iudęorum solūmodo. i. rege, cui soli Iudæi, & non ipsi gentiles, subiecti essent (ut supponit argūm.) sed ex ipsius stellæ uisione cognouerūt, natum esse regē Iudæorū, cui & gentiles ipsi subiecti erant. Hoc autem est illud, q. sub aliis uerbis, uult dicere tex. ly cū multi reges Iudæorum nati fuissent, &c.

* ar. 6. huius q. arg. 2.

ARTICVLVS VIII,

Vtrum Magi conuenienter ad Christum adorandum uenerint.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod Magi inconuenienter ad Christum uenerandum venerint vnicuique enim Regi reuerentia debetur a suis subiectis: Magi autem non erāt de regno Iudęorum. ergo cū ex visione stellæ cognouerunt natum esse Regem Iudæorum, videtur quod inconuenienter venerint ad eum adorandum.

¶ 2 Præt. Stultum est uiuente rege aliquo, extraneum regem annunciare: sed in regno Iudeæ regnabat Herodes: ergo stultè fecerunt Magi, alterius regis natiuitatem annunciantes.

¶ 3 Præt. Certius est cœleste indicium, quam indicium humanum: sed Magi ducatu cœlestis indicii ab Oriente venerant in Iudęam. Stultè ergo egerunt, præter ducatum stellæ, humanum indicium requirendo, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudęorum?

¶ 4 Pręt. Munerum oblatio, & adorationis reuerentia non debetur nisi regibus iam regnantibus: sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate fulgentem. ergo inconuenienter ei munera, & reuerentiam regiam exhibuerunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui: sed qui diuino lumine ducūtur, nō errant. ergo Magi absq; errore Christo reuerētiā exhibuerunt.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est,* Magi sunt primitiæ gentium in Christum credētiū, in quibus apparuit sicut in quodam præsagio fides, & deuotio gentium veniētium à remotis ad Christum: & ideo sicut deuotio, & fides gentium est absque errore per inspirationem Spiritussancti, ita etiam credēdum est, Magos à Spiritusancto inspiratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augu.* dicit in sermone Epiphaniæ, cum multi reges Iudęorum nati fuissent, atq; defuncti nullum eorum Magi adorandum quæsierunt. Non itaque regi Iudæorum quales illic esse solebant, hunc tam magnum honorem longinqui, alienigenæ, & ab eodem regno prorsus extranei, a se deberi arbitrabantur: sed talem natum esse didicerunt, in quo adorando, se salutem, quæ secundum Deum est, consecuturos minime dubitauerunt.

* Io ser. 2. qui est 30. in ord. ante med. illius to. 10.

2ᵐ de maiori. Extraneum regem. ℞. Pro quo laudabiliter non sis paratus mori §. Tunc nihil &c Nā licet stultum sit, uiuente rege aliquo extraneum regem, pro quo laudabiliter non sis paratus mori, annunciare, tū stultū non est, immo est sapiēs uiuente rege aliquo extraneum regem, ꝓ quo laudabiliter sis paratus mori, annūciare, & hoc uerificatur de Magis. Per illam enim annunciationem &c. ut i tex. Ex quo in ipsa Magorū mirabili constantia cognosce, quam optimè fecerint BB. Catharina martyr, Agatha, Lucia, &c. cum regem Iudæorum, id est Christum regibus uiuentibus, immo & furentibus, constantissimè annunciauerūt, commendauerunt, usque ad mortem præposuerunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod per illam annuntiationem Magorum, præsignabatur constantia gentium, Christum usq; ad mortem confitentium. Vnde Chrys.† dicit super Matt. dum considerabant regem futurum, non timebant regē præsentem, adhuc non uiderant Christum, & iam parati erant pro eo mori.

† Ho. 2. in Mat. i ope. imper. sup. illud. Vidimus stellā. to. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Augus.* dicit in sermone Epiphaniæ: Stella, quæ Magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre Virgine Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere ciuitatē Bethleē,

* In ser. 6. & est 34. in ord. a med. to. 10.

3ᵐ maior. Certius est cœleste indicium, quam

quàm indicium humanum. ℞. Certius tamen est utrúmque simul, quàm alterum seorsum. §. Tunc nihil &c. Non enim ex hoc sequitur, quod magi prius indicio stellæ solius uenientes, illud egerint postmodum requirendo humanum indicium, & tantó minus hoc sequitur, quanto quod cœleste indicium pro tunc, quando ad humanum confugerunt, subtractum Magis fuerat. Subtractionem uero istam fuisse factam & ad confirmationem Magorum (secundum Leonem): & ad significationem fidelium desiderantium patriam (secundum Augustinum), & ad ostensionem stoliditatis Doctorum, non in doctrina, sed in opere (secundum eundem), & ad uerificandam publicè prophetiam Isa. 2. & ad damnationem pigritiæ Iudæorum, unde in tex. Hic enim tibi explicitè dicet hæc omnia: qui & uirtualiter formale responsum insinuauit.

* In ser. 4. de Epiph. inter prin. & med.

* In ser. 6. qui est 34. in or. de tē po. paulo à prin. to. 10

4^m conclusio.

Inconuenienter ei munera & reuerentiam regiam exhibuerunt. ℞. Si ei, tamquam terreno regi, illa exhibere intendissent. §. Tunc nihil &c. Nam Magi hęc ei, tamquam terreno regi, id est secundum pompam mundanam regnanti (nec enim sic tunc regnabat, nec sic regnaturus aduenerat, quęstio. 35. articu. 2. ad tertium,) exhibere, neque tunc in præsepio, neq; prius ab oriente uenientes, umquam intenderunt. Quod manifeste ex rationis dictamine patet. Si enim Magi terrenum regē .i. honore mundano regnantem quærentes uenissent, fuissent, &c. ut in tex. Ex quo ad maiorem argumenti postea dicas, q ipsa uerificatur solum de regibus terrenis, i. terrena pompa regnantibus, & consequenter quod non est ad propositum, sed extra.

¶ Not. Hæc ostendunt sup. q. 35. ar. 7. Eluc. dictorum ueritatē de Christo, q. s. non uoluit esse rex temporalis, i. rex terrenus executione, licet esse uoluerit, & esset rex temporalis, seu terrenus iurisdictione. Vnde illa ueritas ibi determinata uicissim demōstrat; quomodo secundum uerum sensum debeant intelligi ea, quæ hic dicuntur, s. q Christus non est rex terrenus, nec pro tali quæsitus, nec pro tali à Magis adoratus. Verus ergo horum omnium sensus est de executione tantum, i. tendit ad negationem regiæ executionis, i. regię pōpæ mūdialis, in Christo, non aūt regię iurisdictionis in

in qua natus est Christus, sed tamē subtraxit se, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur, et Iudæi testimonium perhiberent, ut sic geminato testimonio confirmati, sicut Leo Papa * dicit, attentiori fide expeterent, quem, & stellæ claritas, & prophetiæ manifestabat auctoritas. Et ita ipsi annuntiant Iudæis Christi natiuitatem, & interrogant locum, credunt, & quęrunt, tamquam significantes eos, qui ambulant per fidem, & desiderant speciem, ut August. * dicit in sermone Epiphaniæ. Iudæi indicantes eis locum natiuitatis Christi, similes facti sunt fabris arcæ Noë, qui aliis ubi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt. Audierunt, & abierunt inquisitores, dixerunt, & remanserunt Doctores similes lapidibus militariis, qui uiam ostendunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, ut aspectu stellæ subtracto, Magi humano sensu in Hierusalem irent, quærentes in ciuitate regia regem natum, ut in Hierusalem primo Christi natiuitas publicè annuntiaretur, secundum illud Isa. 2. de Sion exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem, & ut studio Magorum de longe, uenientium damnaretur Iudæorum pigritia prope existentium.

Ad quartum dicendum, quod sicut Chrys. * dicit super Mat. Si Magi terrenum regem quærentes uenissent, fuissent confusi, quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent, unde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem, quia cœlestem regem quærebant, etsi nihil regalis excellentiæ in eo uiderent, tamen solius stellæ testimonio contenti, eum adorauerunt, uident enim hominem, & agnoscunt Deum, & offerunt munera dignitati Christi congruentia: aurum quidem, quasi regi magno thus, quod in Dei sacrificio ponitur, immolatur ut Deo myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur, præbetur tāquam pro salute omnium morituro. In quo etiam, ut Greg. * dicit, instruimur, ut nato regi aurū, p quod significatur sapientia, offeramus, in conspectu eius, sapientiæ lumine splendentes. thus autem, per qd exprimitur orationis deuocio, offerimus Deo, si per orationum studia Deo redolere ualeamus: myrrham autem quæ significat mortificationem carnis, offerimus, si carnis uitia per abstinentiam mortificemus.

* Ho. 2. in Mat. in op. imp. super illud. Et intra. do. &c.

* Ho. 10. in Euāg. post med. illius.

QVÆ-

in ipso, nō solū sup Iudæā, sed & sup oēm terrā. Vide q. 35. ar. &c.

APPENDIX.

Ex artic. habes primo quō per rationē ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Ecclesia, quod Magi cōuenienter ad Christū adorandū uenerunt. i. qđ non tm̄ conuenienter eū adorauerūt, sed ēt conuenientib. mediis (puta itinere tā longo collocutione ad Herodē, & ceteris, q narrantur de Magis ipsis Matth. 2.) usi sunt in suo processu ad finem hūc. i. ad adorationem Christi. A scripturis quidē per hoc, qđ legitur Isa. 60. Ambulabūt, &c. ſm qđ est eum discursu in arg. con. Pro quo nota, qđ noīe illorū regū intelligunt pcipue Magi, tamē gentium oīum illarū, de quib. loquitur ibi propheta, primitię. id qđ patet ex hoc, qđ prophetia ipsa recitat i celebritate Missarū festi de Epiph. Ab ecclesia uero p hoc, qđ festiuitatē solēnē celebrat non tm̄ de fine. i. de adoratione Magorū. i. qua ipsi Chrm adorauerūt, sed ēt de mediis ad hūc finē. i. de aduētu Magorū, quo. s. mō & ordine peruenerūt ad adorationē ipsā, quā solēnitatē uocat Epiph. Qđ aūt de utroq; pdictorū. i. de fine, & de mediis ad finē intēdat tūc celebrare; patet ex officio ipsius festi. Nā ibi de hoc meminit ex ps. 61. Corā illo procident Aethiopes, Reges Tharsis, & insulę munera offerent, &c. De mediis uerò ad finē tū in Antiphona j. ad Magnificat, tū in Responsoriis 2. & 3. nocturni, ubi ēt, & alibi (ut o Euāgelio, Epła, &c.) passim finē Magorū cōmemorat. i. adorationē, munerū oblationē, deuotāq; reuerentiā, erga Chrm. Porrò in collecta, Deo, à quo quęcūq; sūt ordinata sūt. Ro. 13. hoc. i. qđ Magi ad Chrm adorādū uenerunt, attribuit dicēs; Deus q hodierna die unigenitū tuū gentib. stella duce reuelasti, cōcede &c. Quib. oīb. Eccła facto suo celeberrimo efficacissime, abūdātissimeq; pbat intētū, qđ in princ. appē. positū fuit. De abūdātia patet (ut diximus) ex dictis in officio. De efficacia uero patet ex dictis S. Doct. circa cōsuetudinē, seu authoritatē Ecclię, 2. 2. q. 10. ar. 12. corp. in prin. Pro sy cōuenienter. uide q. 35. ar. 8. not. post prob. concl. Itē de cōuenietia scripturarū, 1. 2. q. 68. ar. 4. app. & 2. 2. q. 16. ar. 2. app. & q. 122. ar. 2. app. & q. 140. ar. 1. app. Itē de sufficietia illarū, 2. 2. q. 179. ar. 2. app. Scdo uides, quō ex iis bh pēsatis, & appl. doct. piens Aug. uicis. declaret, atq; cōfir. 2

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de conuenientia, seu rationabilitate actus quærit. ¶ In corpore unica conclusio: Credendum est Magos à Spiritusancto inspiratos sapienter Christum adorasse. Probatur: Magi sunt primitiæ Gentium in Christum credentium. ergo credendum est, &c. Antecedens manifestatur, quia in ipsis sicut in quodam præsagio fides, deuotioque gentium a remotis ad Christum uenientium monstrabatur. Consequentia probatur: quia sicut fides, deuotioque gentium est absque errore per inspirationem Spiritussancti ita &c.

Medina pro tota quæst.

SVP. Q. XXXVII.

ART. I.

Concl. Pluribus de causis Christus debuit circumcidi.

¶ Prob. Primò, Vt ostendat, &c. secundum

QVÆSTIO XXXVII.

De legalibus circa puerum Iesum obseruatis in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est, de circumcisione Christi. Et quia circumcisio est quædam professio legis obseruandæ, secundum illud Galat. quinto. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ, simul cum hoc quærendum est, de aliis legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

Vnde quæruntur quatuor.

¶ Primò, De eius circumcisione.

dum quod per ordinē distinctè ponuntur in tex.

Primum

¶ Secundo, De nominis impositione.

¶ Tertiò, De eius oblatione.

¶ Quartò, De matris purgatione.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus debuerit circumcidi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q Christus non debuerit circumcidi. Veniente enim veritate, cessat figura: sed circumcisio fuit Abrahæ præcepta, in signũ fœderis, quod erat de semine nascituro, ut patet Gen. 17. Hoc autem fœdus fuit in Christi natiuitate completum. ergo circumcisio statim cessare debuit.

¶ 2 Præt. Omnis Christi actio, nostra est instructio: unde dicitur Ioã. 13. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita, & uos faciatis: sed nos non debemus circumcidi, secundum illud Gal. 5. Si circumcidimini, Christus uobis nihil proderit. ergo uidetur qđ nec Christus debuerit circumcidi.

¶ 3 Præt. Circumcisio est ordinata in remedium originalis peccati, sed Christus non contraxit originale peccatũ, ut ex supra dictis patet.* ergo Christus nõ debuit circũcidi.

SED CONTRA est, q dicitur Lucæ 2. Postquã cõsummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.

RESP. Dicendum, q pluribus de causis Christus debuit circumcidi. Primò quidem, ut ostendat ueritatem carnis humanæ, contra Manichæum, qui dixit eum habuisse corpus phantasticum, & contra Apollinarium, qui dixit corpus Christi esse diuinitati consubstantiale, & contra Valetinum, qui dixit Christum de cœlo corpus attulisse. Secundò, vt approbaret circũcisionem, quã olim Deus instituerat. Tertiò, ut cõprobaret se esse de genere Abrahæ, qui circumcisionis mandatum acceperat in signũ fidei, quam de ipso habuerat. Quartò, ut Iudęis excusationem tolleret, ne eum reciperẽt, si esset incircumcisus. Quintò, ut obediẽdi uirtutẽ nobis suo cõmẽdaret exẽplo: vnde & octaua die circũcisus est, sicut in lege erat pceptum. Sextò, ut quia i similitudinẽ carnis peccati aduenerat, remedium, quo caro peccati consueuerat mundari, non respueret. Septimò, ut legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, sm illud Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, q circumcisio per remotionem carnalis pelliculæ in membro generationis facta, significabat spoliationẽ uetustæ generationis, à qua quidẽ vetustate liberamur p passionẽ Christi, & ideo ueritas huius figuræ non fuit plenè impleta in Christi natiuitate, sed i eius passione, antequã circũcisio suã uirtutẽ & statum hẽbat, & iõ decuit Christũ ante suã passionẽ tamquã filiũ Abrahæ circũcidi.

AD SECVNDVM dicendum, q Christ⁹ circũcisionẽ suscepit tpe, quo erat sub pcepto: & iõ sua actio in hoc est nobis imitanda, ut obseruemus ea, quæ sunt nostro tpe in pcepto, qa unicuiq; negotio est tps, & opportunitas, vt dr Eccle. 8. Et pterea, ut Orige.* dicit, sicut mortui sumus cũ illo moriente, & consurreximus Christo resurgenti, ita circũcisi sumus spũali circumcisione per Christũ, & ideo carnali circumcisione non indigemus. Et hoc est, quod Apost. dicit Colos. 2. In quo. s. Christo, circumcisi estis circumcisione nõ manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Domini nostri Iesu Christi.

AD TERTIVM dicendum, q sicut Christus ppria uoluntate mortẽ nostrã suscepit, q̃ est effectus peccati, nullũ in se hñs peccatũ, ut nos à morte liberaret, & spũaliter nos faceret mori peccato, ita ẽt, & circumcisionẽ, quæ est remedium originalis peccati suscepit absq; hoc q haberet originale peccatum, ut nos à legis iugo liberaret, & ut in nobis spiritualem circumcisionem efficeret, ut scilicet suscipiendo figuram, impleret veritatem.

AR-

1m de maiori. Veniente veritate. R. Plenè completa. §. Tunc nihil &c. Nam falsa est, ideoq; negatur, illa secũda minor, s. quod fœdus circumcisionis fuerit in Christi natiuitate plene completum; (prout ex ratione ostenditur in tex.) Vnde fit, q circumcisio habuerit suã uirtutem ac statum, & post natiuitatem Christi, & consequenter qđ per argumentum illud non infringatur conclusio præmissa.

¶ NOT. Duo hæc in textu dicta, s. quod ueritas significata per circũcisionem non sit plenè impleta in natiuitate Christi, & consequẽter q circumcisio habuerit statum suum atq; uirtutem etiam post eius natiuitatem antequã moreretur in cruce; confirmantur ex Cõcilio Florentino, seu ex Papa Eugenio IIII. eodem Cõcilio approbante, dicente sic. Sacrosancta Romana Ecclesia firmiter credit, profitetur, & docet: legalia ueteris testamenti, seu Mosaicæ legis, quia significandi alicuius gratia fuerant instituta, Dño nostro Iesu Christo adueniente cessasse, & noui testamẽti sacramenta cœpisse. Quemcũq; etiam post passionem in legalibus spem ponẽtẽ, & illis uelut necessariis ad salutẽ se subdentem, peccare mortaliter. Non tamen negat: à Christi passione usq; ad promulgatum Euãgelium illa potuisse seruari, dum tamen minimè ad salutẽ necessaria crederentur. Hæc Eugen. IIII. in cõstitut. super unio. Iacobin. Vbi patet, q per ly adueniente Christo, nõ potest iuxta literæ texturam intelligi quò ad suam natiuitatem. Primò, quia in sua natiuitate nõ cœperunt noui testamenti sacramẽta (cũ à Christo ante annum trigesimum inchoatum nec ullum quidẽ nouorum sacramentorũ fuerit institutum) & tamẽ ibi ista duo simul iunguntur; s. cessatio legalium, & inceptio sacramentorum noui testamenti. Secundò, quia in Christi natiuitate non fuit institutum nouum testamẽtum, sed immediatè ante suam passionem (quando, s. in ultima cœna dixit Mat. 26. Marc. 14. hic est sanguis meus noui testamenti, & Luc. 22. 1. Cor. 11. hic calix nouum testamentum est in meo sanguine): cum tamen cessationi legalium iungat Eugenius nouum testamentum. Quasi ergo Papa cum Concilio ibi dixerit. Legalia, Domino nostro Iesu Christo ad passionem actualiter ueniente, ac moriente cessarunt; & noui testamenti sacramenta cœperunt. Testamentum enim in morte confirmatur: & nondum ualet, cum uiuit qui testatus est, Hebr. 9. Illud uerò secundum in principio notationis dictum, s. q circumcisionem statum suum & uirtutem ante Christi passionẽ habuisse, confirmatur ex Concilio, constat aperte, si (ut decet) ponderentur uerba illius præcitata. Quẽcumq; (inquit) etiam post passionem in legalibus, &c. usq; ad ly necessaria crederentur. Nam si ẽt post Christi passionem legalia statum suum habebant, pro quanto, s. poterant homines absq; peccato mortali circumcidi, dũmodo non ponerent spem salutis in illis, patet: q ipsa, sm Concilium, multò magis ante ipsam passionem hẽbant suũ statũ. Poterat ergo quis absq; peccato circumcidi ante passionẽ Christi, & postquã natus erat, & in proposito ad soluẽdũ argm sufficit hoc, s. q Christus potuerit absq; peccato tunc circũcidi. Quod aũt legalia inter natiuitatem Christi, & passionem habuerint ẽt uirtutem suam, quã tñ post passionem non habuerũt, constat ex seriu locutionis Cõcilii. Mox enim postq̃ dixerat, q adueniente Christo cessarunt legalia, subiungit, q post passionẽ non erant necessaria ad salutem, id quod est dicere, non habebant suã uirtutẽ, & hoc dicit, nulla penitus facta mentione, uel exceptione tpis a natiuitate usq; ad passionẽ, cum tñ sciret, multos Iudęos in illo tpis interstitio fuisse circumcisos. Sicut ergo ex eo, q post ly adueniẽte Christo cessasse, nõ facit mẽtionem de hoc interstitio, monstrat, q per ly adueniente Christo, cõprehendit nõ solũ eius natiuitatẽ, sed ẽt passionem, ita ex eo, q assignat uirtutẽ legaliũ esse cessatam post passionem nihil exprimendo de illo tẽporis interstitio, subintelligendũ per ipsam taciturnitatẽ relinquit, quod legalia in illo natiuitatis ac passionis interstitio habebant suam uirtutem.

2m illatio conclusionis. Ergo uidetur, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex hoc, quod non rectè intelligit maiorem: id quod ei contingit, quia in intelligendo illam non respicit ad rationem temporis, cuius tamen rationem deberent tunc habere. Nam Christus circumcisionem suscepit, & cætera, ut in text.

Item (minor.) Nos non debemus circumcidi. R. Eo, q Christus fuit circumcisus. §. Tunc nihil &c. ut patet. Immò argumentum est contra seipsum, & in fauorem conclusionis articuli. Ex hoc enim q non debemus circũcidi uellet conclusum esse, q Christus non debuit circumcidi, & tamen ex hoc eodem re uera concludendum offert, q Christus est circumcisus, & consequenter quod debuit circumcidi. Vide secundum tex. responsum ly & præterea, ut Origenes, &c.

3m conclusio. Christus non debuit circumcidi. R. In remedium peccati originalis. §. Sic enim con-

234 Inf. qõ. 40. ar. 4. corp. Et 4. d. t. c. q. 2. a. 2. q. 3. Et opus. 60. c. 5.

* 41 5. ar. 1.

* Orig. ho. 14. in Lu. in prin. t. 3.

conclusionem, hanc esse intelligendam, habetur ex præmissis; puta ex maiore propositione. Tunc nihil, &c. Nam sicut Christus propria uoluntate &c. ut in tex.

APPENDIX.

Visitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatũ; quod Christus debuit circumcidi. Vt per hoc, q dicitur Luc.2. secundum quod est in argum. cont. Ex eo enim q Lucas monstrat eum fuisse circũcisum, cointelligitur quoque demonstrasse, eum debuisse circumcidi. Nã fuisse circumcisum: includit hoc scilicet quod ipse uoluerit circumcidi, & Deo est debitum, reddere sibi quod vult, id est adimplere voluntatem suam, t.q.21.artic.1.ad tertium. Et omne quod Deus vult est bonum atque conueniens, t.q.19.ar.9. Dum ergo Euangelista docet, Christum fuisse circumcisum, eo ipso simul docet: & eum uoluisse circumcidi, & eum circumcidi fuisse conueniens; & hoc .s. eum circumcidi, fuisse sibi debitum, ut adimpleretur; id quod est, eum debuisse circumcidi. Hæc omnia ergo in textu illo argumenti contr. virtualiter includuntur. Item per hoc, quod dicitur Deuter.18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. Si enim Christus, qui fuit iste propheta, futurus erat similis Moysi; utique debuit esse circumcisus quandoquidem Moyses circumcisus erat Exod.2. cum esset Hæbræus, & ex bonis parentibus. De hoc vide Veritates Aureas super totam legem ueterem, Exod.2.conclusio.1.2. & Deuteron.18. conclusione 6. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio: Christus debuit circumcidi. Probatur septem rationibus, quæ clare parent in litera.

¶ In responsione ad secundum, ubi de imitatione Christi, quo ad circumcisionem corpoream agitur, dubium occurrit de circumcisione Christianorum Indorum dicentium se circumcidi, ut conformentur Christo, an sit licita. Videtur enim quod non; Primò, ex auctoritate Apostoli. Si circumcidimini Christus nil nobis proderit, ad Gal.5. & ex auctoritate, ecclesiæ, quæ in Concilio Florentino sub Eugenio IIII. determinauit circumcisionẽ, & alia legalia, post publicationem Euangelii esse non solum, mortua, sed mortifera. Secundo, quia circumcisio facta ad imitationem Christi, non effugit quin fiat etiam ad imitationem Abrahæ, & Iudæorum: quoniam quicquid fit ad imitationem imitantis tertium, fit ad imitatione illius tertii. ergo per hoc circumcisio facta ad imitationem Christi est circumcisio legalis. Et confirmatur, quia fieri ad imitationem alicuius mediate, uel immediate, non uariat naturam actus: sed circumcisio facta ad similitudinem Christi immediate, fit mediate ad similitudinem legalis circumcisionis: quia Christus legalem circumcisionem suscepit. ergo circumcisio ad similitudinem Christi facta est legalis. Tertio, quia secundum Apostolum ab omni specie mali abstinendũ est: inficiari autem non potest, quin circumcisio ista habeat speciem mali: nam constat quod habet speciem Iudaismi, igitur illicita est. In oppositum autem est, quia damnare totam illam patriam Christianam, & morem antiquum tot ecclesiarum, præsumptuosum uidetur.

¶ Ad euidentiam huius quæstionis, sciendum est, quod non uertitur in dubium, an circumcisio legis sit alicubi licita. Determinata si quidem est in dicto Concilio hæc quæstio, & definitum est circumcisionem legalem, siue in ea ponatur spes, siue nõ, esse illicitam. Sed quia ista circumcisio negatur, quod sit legalis, dicitur enim quod non fit ad obseruandam legem Moysi, uel præceptum datum Abrahæ de circumcisione, propterea in dubium uertitur, an sit licita uel illicita. Via autem resolutionis incedendo circumcisio facta præcise ad conformandum hominem Christo, duo in se continet, scilicet ipsam corporalem circumcisionem uoluntariam, & conformitatem ad Christum circumcisum. Ex primo autem constat actum non esse de genere malorum quoniam actus malus ex suo genere, non potest rectè fieri ex adiuncto bono fine, quia non sunt facienda mala, ut ueniant bona: circumcidere autem licitè potest se homo ob sanitatem non igitur ex suo genere mala corporalis circumcisio uoluntaria. Ex secundo autem inquantum continet conformitatem ad Christum, constat quod malus non redditur. Conformitas si quidem ad Christum de genere bonorum est secundum se bonum autem adiunctum non malo actui, non habet unde reddat, actum illum malum, sed potius habet unde bonificet actũ illum. Inquantum uero continet ly circumcisum, non enim additur conformitas ad Christum absolute, sed ad Christum circumcisum, potest reddere actum malum: nam Christus ut circumcisus, significat, & circumcisionem corporalem, & legalem, quoniam circumcisio eius fuit, & corporalis, & legalis: immo ideo ad literam corporaliter circumcidi uoluit, ut legalem circumcisionem susciperet. Et propterea si conformitas ad Christũ circumcisum, intelligatur ad circumcisum materialiter, & formaliter, actus circumcisionis redditur malus pro tempore euangelii publicati, quia talis circumcisio nihil aliud est, quam circumcisio legalis: est enim imitatio eius, ut patet, & rationes secundo, & tertio loco arguendo probant. Si uero cõformitas referatur ad Christum circumcisum corporaliter tñ, ratione similitudinis in patiendo, quia, s. vult sequi Christum in dolore circumcisionis, non malus, sed laudabilis redderetur actus circumcisionis. Ratione uerò similitudinis in hoc, q est esse circũcisum corporaliter, quia Christus fuit corporaliter circumcisus, cum in corporalibus secundũ se non sit uirtus, nec uitium, nec unde malus, nec unde bonus redderetur actus circumcisionis propter huiusmodi corporalem similitudinem factæ uideo, nisi q pro tanto malus esset, pro quanto uanus esset: careret enim necessitate, & pia utilitate. si solũ pro corporea assimilatione fieret. Et si pro quadam ueneratione Christi hoc fieret, an actus sit religiosus, an superstitiosus, considerandum est. Et quidem q sit superstitiosus testatur, quia corporalem cæremoniam inutilem contra communem ecclesiæ morem, habẽtem mali speciem exercet. Sed quod cæremonia hæc licet sit corporea non sit uana, aut inutilis, inde apparet quod nonnulla ueneratio est uacare assimilationi ad principem. In honorem si quidẽ principum uocamus filios nostros, ipsorum principum nominibus, vt Iulios à Iulio, & Leones à Leone. Nec superstitiose similis honor in sanctos transfertur, sed ad uenerationem sanctorum spectare credimus, quod filios nostros sanctorum nominibus appellemus. Et propterea sicut assimilari uelle sanctis in nominibus, extra religionem non est, sed ad uenerationem quandam spectat, ita honorẽ hunc exhibere Christo, ut etiam corporaliter assimiletur sibi circumcisu homo, nõ superstitionis uanitas, sed ueneratio quædam est, ab hominibus humano more exhibita, & licet sit nõ secũdum cõem ecclesiæ morem, est tamen sm illarum ecclesiarũ, quę sunt in India sub rege Dauid, qui vulgariter dicitur Prette Ioãni, antiquum, uetustumq; morem, qui & numq̃ ab uniuersali, aut Romana ecclesia damnatus apparet: & propterea licet alibi circumcisio ista esset superstitiosa, non tamen vbi est consueta. De mali autem specie, quam præseferre circumcisionem hoc tempore negari etsi non potest, dicitur tamen q ab omni specie mali cauendum est, quando & ubi speciem mali habet. Verum, ubi, & quãdo actus aliquis cessat habere mali speciem, potest exerceri licite, nam comedere immolata idolis, speciem mali habet, & secundum Apostoli doctrinam, 1.ad Cor.8.& 10. quandoque est licitum, & quandoque illicitum: nam præsentibus infirmis est illicitum: quando autem, & ubi scandalum infirmorum non timetur, licitum est. Et secundum hoc, circumcisio huiusmodi, quia in ecclesiis illis nõ est in scandalum infirmorum, neque mali occasio, cessat habere ibi mali speciem. Et si obiciatur, quod licet tollatur per hoc ratio scandali apud illos: non tamen tolletur per hoc ratio scãdali apud innumeras Christi ecclesias, quæ de Indorum circumcisione scandalizantur, ut potè Iudaismi speciem habente, non hic uel ibi, sed simpliciter, & absolute post perfectam euangelii publicationem, consulendum credo per Romanam ecclesiam esset, ut uel non tolleraretur circumcisio tali ratione consueta, uel si toleranda iudicaretur, ut secundum se licita, tolleretur ratio scãdali apud ecclesias alias. Et per hæc patet solutio omnium obiectionum. Hæc sunt quæ de hac q noua mihi occurrerunt, in qua libentius audirem apostolicæ sedis sententiam, quam propriam proferrem opinionẽ.

Medina pro tota quæst.

SVP. Q. XXXVII. ART. II.

205 Opusc.60. cap.6.

COncl. Nomen Christi conuenienter uocatum est Iesus.

¶ Prob. Quia Christo diuinitus collatum erat hoc gratię munus, q scilicet p ipsum omnes saluarentur (ut patet ex verbis Angeli ad B. Virginẽ, Luc.1. atq; ad Ioseph Matth.1.)

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter fuerit Christo nomen impositum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter fuerit Christo nomen impositum. Veritas enim Euangelica debet prænuntiationi propheticæ respondere: sed prophetæ aliud nomen de Christo prænuntiauerunt:

dicitur enim Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et 8. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. Et 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, & Zach. 6. dicitur; Ecce, vir, Oriens nomen eius. ergo inconuenienter vocatum est nomen eius Iesus.

¶ 2 Præt. Isa. 62. dicitur, Vocabitur tibi nomē nouum, quod os Domini nominauit: sed hoc nomen Iesus non est nomen nouum, sed pluribus fuit in ueteri testamento impositum, ut patet etiam ex ipsa genealogia Christi, Luc. 3. ergo videtur quod inconuenienter vocatū est nomen eius Iesus.

¶ 3 Præt. Hoc nomen Iesus salutē significat, ut patet per id, quod dicitur Math. 1. Pariet filium, & uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: sed salus per Christum non est facta solum in circumcisione, sed etiam in præputio, ut patet per Apost. Rom. 4. Inconuenienter ergo hoc nomē fuit Christo impositum in sua circumcisione.

SED CONTRA est, auctoritas scripturæ, in qua dicitur Luc. 2. ꝙ postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, uocatum est nomen eius Iesus.

RESPON. Dicendum, quod nomina debent proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum, & specierum: quia ut dicitur 4. Metaph. ratio, quam significat nomen, est definitio, quæ designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponūtur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel à tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his, qui in eorum festis nascūtur. Vel a cognatione: sicut cum filio imponitur nomen patris, uel alicuius de cognatione eius; sicut propinqui Ioannis Baptistæ uolebant eum uocari nomine patris sui Zachariam, non autem Ioannem, quia nullus erat in cognatione eius, qui uocaretur hoc nomine, ut dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: sicut Ioseph uocauit primogenitum suum Manassem, dicens, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum, Genes. 41. Vel ēt ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: sicut Genes. 25. dicitur, qđ quia, qui primus egressus est de vtero matris, rufus erat, et totus in morē pellis hispidus, uocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autē, quę imponuntur aliquib. diuinitus, semper significant aliqđ gratuitū donū eis diuinitus datum: sicut Gen. 17. dictū ē Abrahæ, appellaberis Abraham, quia patrē multarum gētium constitui te. Et Matt. 16. dictū est Petro, Tu es Petrus, & super hanc Petrā ædificabo ecclesiam meā. Quia igitur Christo hoc munus gratiæ collatū erat, ut p ipsum oēs saluarētur, ideo conuenienter vocatum est nomē eius Iesus, i. Saluator, angelo hoc nomen prænuntiante, non solū matri, sed etiam Ioseph, qui erat futurus eius nutritius.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ī omnib. illis nominib. quodāmodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuū salutis. Nā in hoc ꝙ dr̄, Emanuel quod interpretatur, nobiscū Deus, designatur causa salutis, quæ est unio diuinæ, & humanæ naturæ in persona filii Dei, per quā factum est, ut Deus esset nobiscū, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc aūt ꝙ dr̄, Voca nomen eius accelera, spolia detrahe, &c. designatur a quos nos saluauit, quia à diabolo, cuius spolia abstulit, s̄m illud Colos. 2. Expolians principatus, & ptātes, traduxit confidenter. In hoc aūt ꝙ dr̄, Vocabitur nomē eius admirabilis &c. designat̄ uia, & terminus nostrę salutis, inquantū, s. admirabili diuinitatis consilio, & uirtute, ad hæreditatē futuri sæculi pducimur, ī quo erit pax pfecta filiorū Dei, sub ipso principe Deo. Quòd uerò dicitur, Ecce vir, Oriens nomē eius, ad idē refertur ad qđ primum, s. ad incarnationis mysteriū, s̄m ꝙ exortū est in tenebris lumen rectis corde.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ his, qui fuerūt ante Christū, potuit conuenire hoc nomen Iesus s̄m aliquā aliā rōnē, puta, quia aliquā particularē, & temporalem salutē attulerunt, sed secundum rationem spiritualis, & uniuersalis salutis hoc nomen proprium est Christo, & secūdum hoc dicitur esse nomē nouū.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut Genes. 17. legitur, simul Abraham suscepit, nominis impositionē à Deo, & circumcisionis mandatū; & ideo apud Iudæos consuetū erat, ut ipso die circūcisionis noīa pueris imponerent, quasi ante circūcisionē perfectum esse non habuerint, sicut & nūc pueris in baptismo nomina imponunt. Vnde super illud Prouerb. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus, & unigenitus corā matre mea, dicit gl. Quare Salomon se vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem uterinum præcessisse scriptura attestatur, nisi quia ille mox natus, sine nomine quasi nunquam esset, de uita decessit? Et ideo Christus simul cum fuit circumcisus, nominis impositionem accepit.

Et hoc nomen Iesus significat tale munus (cū sit diuinitus impositum a Matth. 1. Luc. 1. nominaque diuinitus aliquibus imposita significent semper donum gratuitum eis diuinitus datum, Genes. 27. Math. 16.

1^m de maiori.

Prænunciationi propheticæ. ℟. Secundum verum sensum intellectæ. §. Tunc nihil &c. Nam falsum est, quod hoc nomen Iesus, idest Saluator non respondeat prænūciationi propheticæ, Isa. 7. 8. 9. Zachar. 6. Si secundum verum sensum sub literis illis occultatum prænunciatio ipsa intelligatur. In omnibus enim illis nominibus quodā modo significatur, &c. ut in tex.

2^m de minori.

Hoc nomen Iesus non est nomen nouum. ℟. Negatur in sensu, qui sublumitur sub maiori ex Isa. 54. intelligente ly nouum. §. Non enim intelligit Isaias ly nomen nouum, secundum exteriorem sonū syllabarum, & qualemcumque eius significatum, sed secundum significatum eius tale, id est importans uirtutem saluandi spiritualiter, & uniuersaliter. Illud ergo nomen non est nouum, neque secundum uocem, neque secundum sensum saluandi aliqualiter: sed est nouum secundum sensum saluandi totaliter, modo nunc in examinibus exprimendo.

¶ EXAM. 1. Ly secundum rationem spiritualis salutis. Hoc dicit textus, nō quia Christus solum spiritui det salutem, cum etiam hanc det corpori, quandoquidem ad figurandum hoc, scilicet quod etiam corporum sit Saluator, ipse totum hominem saluum fecit, Ioan. 7. Sed textus, dū expressit solummodo ly spiritualis, intendebat facere denominationem, & a nobiliori, & à priori, id est ab eo, quod prius tempore saluatur. Nunc siquidem ante diem iudicii saluantur animæ, idest mūdificantur (De qua saluatione, i. iustificatione patet, 1. 2. q. 113. per totum, & in Concil. Trid. sess. 6. capitulis, & canonibus multis): tunc autem, scilicet in die iudicii saluabuntur corpora, secundum illud de vnoquoque Christi mēbro unio dictum Io. 6. Ego resuscitabo eum in nouissimo die (De qua saluatione patet in Additio. q. 76. ar. 1. & q. 82. 83. 84. 85. artic. &c. cum Elucid.)

¶ EXAM. 2. Ly secundum rationem vniuersalis salutis. Hoc scilicet ly uniuersalis, dicitur in textu, nō quia omnes homines de facto saluentur, cum & infideles omnes & fideles multi damnantur (ut patet in Addit. q. 89. ar. 7. & q. 99. art. &c. cum Elucid.) sed quia omnes homines, & saluari possunt, & quantum est ex ualore pretii à Christo pro nobis soluti, saluantur. Vndè non debuit textus tacere ly vniuersalis, eo quod nō omnes de facto saluentur, sed debuit illud exprimere absolute, ut expressit, qm̄ ibi agebatur de amplitudine saluationis, quatenus dependet à magnitudine muneris diuinitus Christo donati, ex quo etiā denominatur Iesus, id est Saluator. Quia ergo ipse, quantum est ex se, siue ex dono sibi collato, siue ex ualore pretii, est uniuersalis Saluator: ideo, licet aliunde multi non saluentur, rectè dixit textus, quod Christ⁹ nominatur Saluator secundum rationalem uniuersalis salutis.

3^m illatio conclusionis.

Inconueniēter ergo hoc, &c. ℟. Negatur illatio. §. Non enim in circumcisione impositum est nomen hoc ipsi Christo ad significandam exclusionē gentium à salute (ut subintelligit argumentum:) sed hoc factum est ad seruandum morem Iudæorum. Nam sicut legitur Genes. 17. simul Abrahā suscepit, &c. ut in tex. Ex his ergo constat, ꝙ argumentum peccabat in fallacia secundum non causam, ut causam: quia causam, quare Christo impositum sit nomen in circūcisione, putauit esse unam: quæ tamen re uera non erat, sed alia.

APPEN-

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas', meritò insinuatum à scripturis, q; Christo fuit conuenienter nomen impositum. Vt Luc. u. secundum q; est in argum. com. Vbi nota, q; impossibile est, nomen à Deo impositum, & ab Angelo notificatum, non esse conueniens, & consequenter videbis, hanc necessitatem conuenientiæ fuisse ab Euangelista indicatam per ly quod uocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Sic enim in textu Euangelii sequitur immediate post ly uocatum est nomen eius Iesus. Rursus nota, quod ly conuenienter, stat authonomatice, ac si dicatur, conuenientissimè. Rationem huius, & similium, uide q. 35. ar. 8. not. post prob. conclusio. Item insinuatur per hoc, quod dicitur Abacuch 3. exaltabo in Deo Iesu meo. Patet enim hic, quod Deus à propheta nominatur Iesus: id quod postea adimpletum est de Deo incarnato. Prophetia uerò simpliciter dicta, qualis est hæc, cum sit a Deo solum, 2. 2. q. 172. art. 1. 5. non potest non esse inconueniens. Item per hoc, quod dicitur Genes. 41. vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi. Pro quo aduerte hoc, tamquam regulam, quod sicut apparitiones in veteri testamento factæ apparitionis Verbi in carne figura fuerunt q. 5. ar. 1. arg. 3. ita nominationes in ueteri testamento factæ de multis, qui dicebātur Saluatores, figura erant impositionis huius nominis Verbo incarnato. Sicut tā figura deficit à figurato, & figuratū est quid nobilius, quam figura, prout ēt de illis apparitionibus patet q. 5. ar. 1. ad 3. ita illi Saluatores deficiebant à figurato, inquantum illi saluabant secundum rationem particularem, figuratum autem, i. Christus saluat secundum rationem uniuersalem, ut hic declaratur ad secundum, & examinib. Quod ergo Christus nominandus esset Iesus, prophetatum est per ly clamauerunt ad Dñm, qui suscitauit eis saluatorem; Iudicum 3. & per ly dedit Dñs Saluatorem. 4. Reg. 13. & per ly dedisti eis Saluatores, Neem. 9. & per ly mittet eis Saluatorē Isa. 19. & per ly aperiatur terra & germinet Saluatorem, ibid. 45. & per ly ecce Saluator tuus uenict, ibid. 62. & per ly Saluator noster in tempore, Hier. 14 & per ly nō est Saluator præter me (.i. hoc nomen Iesus est propriū mihi) Ose. 13. & per ly expectabo Deū Saluatorem meū, Mich. 7. Cæterum per ly conuenienter vide de conuenientia scripturarū, 1. 2. q. 68. ar. 4. appen. & 2. 2. q. 122. ar. 2. app. & q. 140. art. 1. app. & q. 179. ar. u. app. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore triplex ratio imponendi nomina refertur. Deinde respondetur quæsito. Nomina debent imponi a proprietatibus rerum, uel imponuntur a circumstātibus quomodolibet, uel significant aliquod gratuitum donum diuinitus illis datum. Primū declaratur in nominibus generum, & specierum. Secundum, in singularium nominibus. Tertium, in nominibus diuinitus impositis.

¶ Conclusio responsiua est. Conuenienter uocatum est nomen Christi, Iesus, idest Saluator: quia fuit impositum diuinitus angelo nuntiante, & Christo hoc munus gratiæ collatum est, ut esset Saluator omnium.

SVP. Q. XXXVII.

ART. III.

COncl. Christus in templo est præsentatus cōuenienter, quātum ad id, quod specia
206 Opusc. 60. art. 6. liter ad primogenitos pertinebat, & quantum ad id, quod uniuersaliter ad omnes.

¶ Prob. Quia Christus noluit fieri sub lege (Galat. 4.) & in lege mandabatur de præsentatione filiorum ad templum (Exod. 13. Leuit. 12.) Secunda autem pars, scilicet quātum ad &c. probatur; Quia ipse, tamquam primogenitus, oblatus secundum mandatum legis Exod. 13. narratur Luc. 2. per ly tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino uocabitur. Tertia verò pars, scilicet & quantum ad id, &c. probatur; Quia pro ipso, tamquā genito, oblatum fuit secundum mādatum legis, Leuit. 12. sacrificiū, testante Euāgelista Luca 2. per ly ut darēt hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos colūbarū.

I^m ex Exod. Qd̄ aperit vuluam. R. Apertione, uel communiter, vel
*art. 1. huius qoest. 1 corpo. & ad 3. singulariter, intellecta. §. Tunc nihil &c. Licet enim Christus non aperuerit vuluam apertione communiter dicta, i. apertione claustri pudoris (ut prædicat fides catholica,) aperuit tamen illam apertione quadam singulariter dicta, idest egrediendo extra illam. Adeo q; solus exitus

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus conuenienter fuerit in templo oblatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter fuerit Christus in templo oblatus. Dicitur enim Exod. 12. Sanctifica mihi omne primogenitum, q; aperit vuluam in filiis Israel; sed Christus exiuit de clauso virginis utero, & ita matris vuluam non aperuit. ergo Christus ex hac lege non debuit in templo offerri.

¶ 2 Præt. Illud, quod est semper præsens alicui, non potest ei præsentari, sed Christi humanitas semper fuit Deo maximè præsens, utpotè ei coniuncta in unitate personæ. ergo non oportuit, quod coram Domino sisteretur.

¶ 3 Præt. Christus est hostia principalis, ad quam omnes hostiæ ueteris legis referuntur, sicut figura ad ueritatem, sed hostiæ non debet esse alia hostia. ergo non fuit conueniens, ut pro Christo alia hostia offerretur.

¶ 4 Præt. Inter legales hostias præcipua fuit agnus, qui erat iuge sacrificium, ut habetur Nume. 28. vnde etiam Christus dicitur agnus, Io. 1. Ecce agnus Dei, magis ergo fuit cōueniens, quod pro Christo offerretur agnus, quam par turturum, uel duo pulli columbarum.

SED IN CONTRARIVM est, auctoritas scripturæ, quæ hoc factū esse testatur, Luc. 2.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictū est,* Christus uoluit sub lege fieri, ut eos, qui sub lege erāt, redimeret, & ut iustificatio legis ī suis membris spiritualiter impleretur. De prole autem natā, duplex præceptum in lege traditur. Vnum quidē generale, quo ad omnes, ut scilicet completis diebus purificationis matris offerretur sacrificium pro filio, siue pro filia, ut habetur Leuit. 12. & hoc quidem sacrificium erat, & ad expiationem peccati, in quo proles erat concepta, & nata, & ad consecrationem quandam ipsius: quia tunc primò præsentabatur in templo, & ideo aliquid offerebatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hominibus quam in iumentis: sibi enim Dominus deputauerat omne primogenitum filiorum Israel, pro eo, quod ad liberationem populi Israel percusserat primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur Exo. 13. in quo etiam præfigurabatur Christus, qui est primogenitus in multis fratribus, ut dicitur Rom. 8. Quia igitur Christus ex muliere natus, erat quasi primogenitus, & uoluit fieri sub lege, hæc duo Euangelista Lucas circa eum fuisse obseruata ostendit. Primò quidem id, quod pertinet ad primogenitos, cum dicit, Tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, quia omne masculinum adaperiens vuluam, sancto Domino vocabitur. Secundò illud, quod pertinet communiter ad omnes, cum dicit; Vt darent hostiam, secundum quod dictum erat in lege Domini: par turturum, aut duos pullos columbarum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; sicut Greg. Niss. dicit, Illud legis præceptum in solo incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter impleri videtur, ipse namq; solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter editus, virginalē uterū aperuit, non cōnubio reseratū, seruans, & post partum inuiolabiliter signaculū castitatis. Vnde, q; dicit, adaperiens uuluā, designat, q; nihil antea inde intrauerat, uel exiuerat. Et per hoc ēt specialiter dicitur masculinus, quia nihil de fęmineitate culpæ portauit. Singulariter etiam sanctus, quia terrenæ contagia corruptelę, immaculati partus nouitate non sensit.

exitus ex illa, quamuis remanente semper clausa, dicitur apertio illius, & hoc in solo Deo incarnato, ut dicit tex. hic ex Gregorio Nisseno, & pro ampliori captu) textus, q. 28. art. 2. ad primum, cum Elucidat. Ex his omnibus breuiter concludens dices. Christus ergo non consueto modo cum aliis aperuit uuluam, sed differenti modo ab aliis.

2m de maiori.

Non potest ei præsentari. R. Ad hoc, ut fiat ei præsens. § Tunc nihil &c. Non enim Christus, quo ad humanitatem, Deo in têplo præsentatus est ad hoc, ut sua humanitas fieret pꝛæsens Deo, (cum semper ei maxime præsens esset, ut dicit minor) sed ipsi præsentatus est ad hoc, ut nos exemplo suo instrueret, sicut enim filius Dei nô propter seipsum factus &c. ut in tex. Cuius ultima ly ut ostêdat neminem &c. vigilanter notato. Pro quorum meliori captu, uide Veritates Aureas super totam legem ueterem, Exo. 12. conclus. 2. 7.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut filius Dei non propter seipsum factus est homo, & circumcisus in carne, sed ut nos per gratiã faceret Deos, & ut spiritualiter circũcidamur, sic propter nos sistitur Domino, ut discamus Deo præsentare nosmetipsos. Et hoc post circũcisionem eius factum est, ut ostendat neminem nisi circumcisum vitiis, dignum esse diuinis conspectibus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ propter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri, qui erat uera hostia, ut figura veritati coniungeretur, & per veritatem figura approbaretur, contra illos, qui Deum legis negant à Christo fuisse in Euangelio prædicatum. Non enim putãdum est, ut Orige. * dicit, ꝙ filium suum bonus Deus sub lege inimici fecerit, quam ipse non dederat.

* Ho. 14. in Luc. a medio illius, to. 4.

AD QVARTVM dicendum, quod Leuit. 12. præcipitur, ut qui possent, agnum pro filio, aut filia, simul, & turturem, siue columbam offerrent, qui uero non sufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, uel duos columbarum pullos offerrent, Dominus ergo, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, ut illius inopia diuites essemus, ut dicitur 2. ad Cor. 8. pro se pauperum hostiam uoluit offerri sicut & in ipsa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præsepio. Nihilominus tamẽ huiusmodi aues figuræ cõgruunt: turtur enim quia est auis loquax, prædicationem, & confessionem fidei significat: quia uero est animal castũ, significat castitatem: quia uero est animal solitarium, significat contemplationẽ. Columba uero est animal consuetum, & simplex, mansuetudinem, & simplicitatem significans. Est etiam animal gregale: unde significat uitam actiuam: & ideo huiusmodi hostia figurabat perfectionem Christi, & membrorum eius. Vtrumque etiam animal propter consuetudinem gemendi, præsentes sanctorum luctus designat: sed turtur, quæ est solitaria, significat secretas orationum lachrymas. Columba uero, quæ est gregalis, significat publicas orationes ecclesiæ. Vtrũque uero animal duplicatum offertur, ut sanctitas sit non solum in anima, sed etiam in corpore.

A R-

3m minor.

Hostiæ non debet esse alia hostia. R. Nisi hoc fiat, ut & figura ueritati coniungatur, & per veritatem figura approbetur. §. Tunc nihil &c. Nam Christus propter hoc ipsũ voluit hostias, &c. ut in tex.

4m conclusio.

Magis fuit conueniens, quod pro Christo offerretur agnus, quam par turturum uel duo pulli columbarum. R. Nisi & Christus in tali etiam oblatione uoluisset esse pauper, & istarum auium figura figurati, id est Christi mysterio multipliciter conueniret. §. Vt declaratur in tex. Tunc nihil &c. ut patet. Neque tamen ex his dicitur, quod agnus non fuerit absolute præcipue figura Christi, sed dicitur, quod in casu præsenti aues præmissæ magis fuerunt ad propositum. Agnus ergo maximè figura sit passionis (pro quo uide omnino Veritates Aureas super legem ueterem, Exod. duodecimo, conclusione prima,) aues autem istæ præsentationis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis, & Ecclesia, ꝙ Christus conuenienter est in templo oblatus. A scripturis, quidẽ per hoc, ꝙ narrãt factũ Luc. 2. Item per hoc, ꝙ fuerat de tali facto prophetatũ Mala. 3. Statim veniet ad templum suũ Dominator, quem uos quæritis, & Angelus testamenti, quem uos vultis. Hoc est, Christus; q. vocatus est magni consilii Angelus Isa. 9. secundum unam translationem, quæ cantatur pro Introito in tertia Missa Natalis Domini. Quæcumque enim sunt a Deo, conuenientia sunt vtpotè modo suaui, id est vnicuique accommodato, ordinata, Sapien. 7 Rom. 13. Ab Ecclesia uero, per hoc, ꝙ idẽ factum esse testatur dicens in collecta festi purific. Deus, cuius unigenitus cum nostræ carnis substãtia in templo est præsentatus. De authoritatis Ecclesiæ uigore, uide secunda secundę, quęstione decima, articulo duodecimo, corpo. Pro ly conuenienter, uide citata de conuenientia scripturarum supra art. 2. append. Item pro eodem uide q. 35. artic. 8. notat. post probatio. conclus. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio responsiua quæsito: Christus conuenienter in templo oblatus est, cum oblatione. Probatur: Christus voluit sub lege fieri, & ex muliere natus primogenitus est. ergo conuenienter, &c. antecedens quo ad primam partem declaratur ex fine: quia ut eos, qui sub lege erant redimeret, & iustificationem spiritualem in membris suis impleret. Quo ad secundam est per se euidens. Consequentia probatur: quia in lege erant circa primogenitum duo præcepta: alterum inquantum genitum, & alterum inquantum primogenitum, & utrumq; in Christo seruatum est. Litera est clara.

¶ Sed circa rationem in litera redditam de sacrificio præcepto. Leuit. 12. quia, s. pro peccato prolis offerebatur, dubium occurrit: tum quia peccatum originale prolis iã expiatum erat octauo die per circumcisionem: tum quia in textu illo expresse dicitur, Et orabit pro ea, scilicet matre, sacerdos, & mundabitur, & non dicitur, Orabit pro filio, malè ergo in litera dicitur, quod offerebatur pro peccato prolis.

¶ Ad huius euidentiam considerandum est, quod litera illius textus, ut glossa ex Aug. dicit dupliciter legi potest. Primò, ut ly pro filio uel filia, referatur ad oblationem. Et hunc sensum secutus est Auctor sequens Aug. probantem hunc sensum, ex verbis, scilicet Lucæ dicentis: Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim, ꝙ dixit pro eo, & non pro matre ostendit, quod illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant: constat autem ꝙ tunc offerebant, ut prædixerat Euangelista. ergo. Alio modo, ly pro filio, aut filia, refertur ad purgationis terminationem, & secũdum hunc sensum ab aliis exponitur, & remanet indecisum pro quo fiat oblatio an pro filio, an pro matre, quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera illa utriusq; expositionis est capax quia potest cum utraq; oratione, tam s. antecedente de termino purgationis, ꝙ̃ subsequente de oblatione, cõstrui ly pro filio, uel filia positum in medio utriusq; orationis, ideo ambiguus restabat sensus, quantum est ex litera. Libera uidetur cuique sua opinio, quòd, uel pro peccato prolis, uel matris offerebatur. Et quidem quod pro peccato oblatio fieret, textus clare dicit. Et ideo dicere, quod pro sola irregularitate corporea hoc fieret, alienum à litera est dicere, animal unum pro peccato, & aliud pro holocausto offerri. Dicere autem, ꝙ pro peccato matris, quod non pariendo, sed concumbendo commisit, quia communiter aliquod ueniale peccatum in actu illo interuenit, omninò irrationabile non est, ex litera tamen non habetur, quę orationem quidem pro matre fieri mandat, oblationem autem non dicit fieri pro matre. Habetque contra se hæc opinio uerbum inductum ex Euangelista, quod potest glossari, quod intelligitur ratione præsentationis primogeniti, & oblationis pro holocausto. Cum inducerent eum ut facerẽt pro eo hęc secundum consuetudinem legis, ut sic oblatio pro peccato remaneat dubia pro quo fiat.

¶ Et licet hæc glossa non appareat conuincibilis de falsitate, si tamen patrum regulas sequendo, in tutiorem declinare debemus partem, dicendum est, ꝙ pro filio, seu filia oblatio fiebat, & in holocaustum, & pro peccato: tum quia euangelistæ auctoritas indistincte tradit, quod pro puero hæc faciebant, tum quia August. tanti facit hæc Euangelistæ verba, ut dicat conuinci ex his uerbis oblationem fieri pro filio, seu filia: tum quia hoc etiam, sentit gl. ordinaria ibidem, ultra illam ex Augustino allatam, & Diui

Thomæ

Thomæ accedit non post habenda auctoritas: pro matris autem peccato oblationem fieri nulla tradit scripturæ auctoritas, dicente expressé textu mundationem matris esse corpoream, dum dicit, Et rogabit pro ea sacerdos, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui, & non dixit a peccato: pro quo tamen offerri mandatur.

¶ Ad obiectionem autem, quod originale peccatum iam expiatum erat per circumcisionem, dicitur, quod quia peccatum originale plura in se continet, scilicet maculam cum reatu æternæ pœnę damni, & fomitem, non inconuenit pro peccato origin..., emissio quo ad maculam cum reatu æternæ pœnæ damni, offerre ut expietur aliqualiter quo ad fomitem, ut s. proles minus prona sit ad malum. Et tanto magis hoc erat tunc necessarium, quanto per circumcisionem minor gratia cōferebatur, quam nunc per baptismum, ut sic adiunctum hoc sacrificium circumcision., accederet eor ad gratiam baptismalem, uel propius ad illam, nō ex opere aliquo sacramentali, sed ex deuotione & fide oblati sacrificij, patre misericordiarum largiente.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mater Dei conuenienter ad templum purganda accesserit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter mater Dei purganda ad templum accesserit: Purgatio enim non uidetur esse nisi ab immunditia: sed in beata Virgine nulla fuit immūditia, ut ex sup. dictis patet.* ergo non debuit, ut purganda ad templum accedere.

¶ 2 Præt. Leui. 12. dicitur Mulier, quę suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, & ideo præcipitur quod nō ingrediatur sanctuarium, donec impleantur dies purgationis eius: sed beata Virgo peperit masculum sine virili semine. non ergo debuit ad tēplum venire purganda.

¶ 3 Præt. Purgatio ab immunditia nō fit nisi per gratiam, sed sacramēta ueteris legis gratiā non conferebant, sed ipsa potius secum gratiæ auctorem habebat. non ergo cōueniens fuit, vt ad templum purganda ueniret.

SED CONTRA est, auctoritas scripturæ, qua dicitur Luc. 2. quod impleti sūt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi.

RESP. Dicendum, q sicut plenitudo gratiæ a Christo deriuatur in matrem, ita decuit ut mater humilitati filii conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, ut dicitur Iacob. 4. Et ideo sicut Christus licet nō esset legi obnoxius, uoluit tamē circumcisionem, & alia legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis, & obedientiæ exemplum, & ut approbaret legē, & ut calumniæ occasionē Iudæis tolleret, propter eandem rationem voluit, & matrē suam implere legis obseruātias, quibus tamen non erat obnoxia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet B. Virgo nullam haberet immūditiam, uoluit tñ purgationis obseruantiam implere, nō propter indigentiam, sed propter legis præceptum, & ideo signanter euangelista dicit, q completi sunt dies purgationis eius secundum legem: ipsa enim secundum se purgatione non indigebat.

AD SECVNDVM dicendum, q signanter Moyses vr fuisse locutus ad excipiendam ab immūditia matrem Dei, quę non peperit suscepto semine. Et ideo patet, q non obligabatur ad impletionem illius præcepti, sed uolūtariè purgationis obseruantiam adimpleuit, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, q legalia sacramēta non purgabant ab immunditia culpæ, quæ fit per gratiam, sed hāc purgationem præfigurabant, purgabant autem purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiusdam, sicut in 2. parte dictum est. † Neutram tamē immunditiam Beata Virgo contraxerat, & ideo non indigebat purgari.

QVÆ-

SVP. Q. XXXVII. ART. IIII.

COncl. Mater Dei conuenienter impleuit hanc legis obseruantiam, scilicet sui purificationem ad templum accedendo, licet obseruantiæ tali nō esset obnoxia. 207 Opusc. 60. cap. 3.

¶ PROB. Quia decuit, ut mater Christi conformaretur humilitati ipsius (ut patet in tex.) & Christus, licet nō esset legi obnoxius, uoluit legis onera subire. * art. præc. ad 2.

¶ NOT. Conuenientia, quæ attenditur in hoc quod mater Dei ad templum purganda accessit, est quadruplex, scilicet dare humilitatis exemplum, & superfluentis (idest ad quam non tenebatur) obediētiæ, approbare legem, & tollere Iudæis occasionem calumniæ (ne uidelicet dicerent, matrē ipsam esse legis præuaricatricem.)

1m de maiori. Purgatio. ℞. Accepta propter indigētiam. §. Tūc nihil &c. ut patet ī tex. Ex quo dic, q ly propter legis præceptū, intelligitur solum respectu aliorum. Vt exponatur, idest propter legis præceptum datum quidem communiter omnibus, sed alios tantum; non autem B. Virginē, ligans. Dabatur enim præceptum uniuersaliter hominibus, in quibus reperta fuisset immunditia, illosque solos obligabat. At in B. Virgine, licet esset homo (unde & Christus dicit, se filium hominis) nulla erat immunditia. Consequenter ergo uidebatur quidem præceptum esse datum ei, quia ipsa etiam erat homo: sed tamen re uera non erat ei datum, quia non erat immūda. Alioquin præceptum illud, si fuisset ei datum, obligasset eam ad sui obseruantiam i qm de ratione præcepti est obligare eos, ad quos fertur. Propter indigentiam ergo seruasset hoc præceptum B. Virgo, ne s. peccaret mortaliter, aut saltem uenialiter: si tale præceptum fuisset sibi datum: & ita si non habuisset immunditiam prius, quam seruaret illud, incurrisset immunditiam non seruando illud. Ergo dic ly propter legis præceptum, nō quidem sibi datum, sed sibi in lege propositum, & aliis non tantum ibi propositum, sed etiam datum.

2m de conclusione. Non ergo habuit. ℞. Tamquam obligata ipsi legi. §. Sic enim esse glossandam conclusionem, docent præmissæ, ut patet consideranti. Tunc nihil &c. Cum hoc. n. stat, q debuerit aliis de causis ad tēplum in die purificationis præfixa à lege accedere. Circa quas causas in corpore dictas nota adhuc, quod B. Mater erat femina, ac pepererat, erat & Virgo, ac nullam immunditiam habebat, differenter tamen in his respectu cognitionis aliorum se habens. Nā alii cognoscebant prima duo, scilicet ipsam esse fœminam ac peperisse, sed ultima duo, scilicet ipsam esse adhuc Virginem, nullāq; immunditiam habere, non cognoscebant, immo istorum duorū contrarium existimabāt, ipsam uidelicet esse a uirò corruptam, & secundum ordinarium cursum talium mulierum immundam. Quia ergo alii uidebant eam esse fœminam & peperisse, non autem esse Virginem, & mundam: ideo tenebant, quod esset obligata ad illam legē de fœminis parientibus datam. Vnde scandalizati fuissent, si uidissent ipsam non seruare legem illam. Quod quidem scandalum Beata Virgo debuit impedire, ne accideret, & consequenter debebat. aut dicere aliis, se esse adhuc virginem, ac mundam, aut ad templum secundum legem de purificandis accedere. Primum, scilicet prædicare se virginem, atque mundam, non sufferebat sua humilitas (sed nec alii sic de se prædicanti credidissent:) secundum uero exigebat sua & obedientia humilis, & approbatio legis, & uitatio calumniæ, & ædificatio aliorum per bonum exemplum istarum similiumque uirtutum in hac sua obseruantia relucentium. Cæterum ad præsentis textus, aliorumq; similium, clariorem notitiam, uide Veritates Aureas super legem ueterem Leuit. 12. concl. 1.2. In corp. ar. 1.2. q. 102. ar. 5.

3m de conclusione. Veniret. ℞. Tamquam indè acceptura aliquam purgationem. §. Tunc nihil &c Cum hoc enim stat simul, quod conueniens fuerit, q ipsa ad templum purganda. i. secundū legem purificationis, ueniret tamquam exemplum humilitatis, obediētięq; prębitura; legem quoq; facto suo à fortiori approbatura, necnon occasionem scandali suæq; calumniæ à Iudæis ablatura. Dixi ly à fortiori: quasi ipsa, quæ legi purificationis non erat obligata, facto suo legem illam approbabat, utpote seruans eam, utique per hoc ostendebat, quod multò magis eādem factis ipsis debent approbare, idest tamquam ueram bonamque seruare, mulieres illæ, quæ ex præcepto legi tali Leuit. 12. sunt obligatæ.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatū a scripturis; quod B. Virgo conuenienter post partum ad templum accessit purganda, idest accessit secundum legem purgationis datam. Vt per hoc, quod dicitur Luc. 2. prout est in argumen. contr. Item à simili per hoc quod de Christo circa solutionem didragmatis legitur Mathęi 17. Quod tibi videtur Simon? &c. vsque in finem capituli. Ecce. Solu- Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

tioni talis tributi & non erat obnoxius, & se non esse obnoxium tbi tunc ex ratione monstrauerat Christus, qui tameo conuenienter, ne scilicet scandalizareotur tributi exactores, soluit ipsum censum. Dixi ly à simılitum quia mater præ omnibus alıis debuit confotmari filio tamquam sibi simili, idest tamquam suo exemplari (ut patet) tum quia calis similis tunc occurrebat Christo, qualis nunc occurrit suæ matri. Sicut enim mater pepererat, quod Iudæi nouerant, & maoserat Virgo, quod Iudæi noo nouerant: ita Christus erat homo, quod illi exactores cognoscebant; & erat Deus, quod exactores ignorabant. Item sicut mater à Iudæis ex notis ab ipsis, scilicet quod pepererat, iudicabatur obligata ad seruandum legem de parientibus, quamuis re uera ex ignotis ab illis, scilicet quod esset uirgo, non obligaretur ita Christus ab exactoribus ex notis ab ipsis, scilicet quod erat homo, iudicabatur obligatus ad seruandum superioris, id est Cæsaris legem de soluendo tributo: quamuis re uera ex ignotis ab illis, scilicet qđ esset Deus, non haberet aliquem superiorem, & consequenter legis de tributis non obligaretur. Sicut etiam scandalizati fuissent exactores, si Christus non soluisset tributum; ita scandalizati fuissent Iudæi, si mater non accessisset ad templum iuxta legem purificationis matrum. Sicut ergo conuenienter fecit Christus in hoc, quod scandalo exactorum, ne eueniret, occurrit per solutionem tributi: ita conuenienter fecit mater in hou quod scandalo Iudæorum, ne eueniret, occurrit per accessionem illam ad templum. En optime insinuatum à simili, quod fuerat promissum. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica ucıssim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani:

Titulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio. Mater Christi conuenienter purganda accessit. Probatur; Sicut gratia a Christo in matrem, ita, & humilitas. ergo sicut Christus sub lege, ita, & mater. Antecedens probatur: quia humilibus, datur gratia. Cosequentia est euidens, quia ad humilitatem matris spectare constat purgationem matris.

Sot. 4. s. d. 2. q. 2. ar. 1. Palud. 4 d. 2. q. 2. Medina pro tota quæst.

SVP. Q. XXXVIII. Art. 1.

COncl. Conueniēs fuit, Ioannem baptizare.

¶ Prob. Primò, quia Ioannes erat baptizaturus Christum. Secundò, quia sic, i. baptizando, facilius ac vniuersalius manifestabat ipsum. Tertiò, quia sic assuefaciebat baptizatos à se ad baptismum Christi. Quartò, sic quodammodo cathechizabat homines pro digna susceptione baptismi Christi (ut de omnibus his per ordinem, ac distincte, declaratur in text.)

1^m minor. Ioannes si introduxit nouam legem. R. Introduxit tamen, idest disposuit, ad nouam legem, idest ad legem Christi. §. Vt declaratur in tex. Tunc nihil &c. Sic enim omnis ritus sacramentalis pertinet ad aliquam legem. s. uel ad legem Moysi (ut antiqui sacramentorum ritus) uel ad legē Christi (ut ritus baptismi Ioannis). Ioannes ergo fuit pcursor Christi non tantum prædicando, & ostendendo, ipsum esse uerum Messiam iam olim in lege à Deo promissum, sed etiam baptizando pro dispositione ad ipsius baptismum (ut dicitur in corp.)

208 4. d. 2. q. 2. art. 2. ad 4.

2^m de maiori. Tamquam propheta. R. Et tamquam maior, quam propheta. §. Inquantum, scilicet com pertineret ad nouum testamentum uelut initium Euāgelii erat maior, quam prophetæ ueteris testamēti, quoniā unusquisque tanto maior uel minor est, quanto magis uel minus accedit ad Christum. Tūc nihil &c. ut patet in textu ly & ideo magis pertinebat ad &c.

3^m de maiori. Aliquid addendum. R. Eiusdem generis. § Tūc nihil &c. Nā baptismus Ioan-

QVÆSTIO XXXVIII.

De baptismo Ioannis, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum ē, de baptismo, quo Christus baptizatus est. Et qa Christus baptizatus est baptismo Ioānis; Primò considerandum est de baptismo Ioannis in cōi. Secundò, de baptizatione Christi.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit, quod Ioannes baptizaret.

¶ Secundò, Vtrum ille baptismus fuerit a Deo.

¶ Tertiò, Vtrum contulerit gratiā.

¶ Quartò, Vtrum alii præter Christum illo baptismo debuerint baptizari.

¶ Quintò, Vtrū baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato.

¶ Sextò, Vtrū baptizati baptismo Ioannis essent postea baptizandi baptismo Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Ioannem baptizare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, φ non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliquā pertinet legē: sed Ioānes non introduxit nouam legem. ergo inconueniens fuit quod nouum ritum baptizandi introduceret.

¶ 2 Præt. Ioānes fuit missus a Deo in testimoniū tamquā propheta, secundum illud Luc. 1. Tu puer propheta Altissimi uocaberis: sed prophetæ, qui fuerunt ante Christū, nō introduxerunt nouū ritum, sed ad obseruantiā legalium rituū inducebant, ut patet Malch. vlt. Mementote legis Moysi serui mei. ergo nec Ioannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

¶ 3 Præt. Vbi est alicuius rei superfluitas, non est ad illud aliquid addēdū, sed Iudæi excedebant in superfluitate baptismatū: dr. n. Marc. 7. φ pharisęi, & oēs Iudęi nisi crebro lauent manus, non mādücant, & a foro uenientes, nisi baptizent non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicū, & urceorum, & æramentorū, & lectorum. ergo incōueniens fuit, quod Ioannes baptizaret.

SED CONTRA est, Auctoritas scripturæ, Mat. 3. vbi præmissa sanctitate Ioannis, subditur, quod exibant ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

RESP. Dicendum, φ conueniēs fuit Ioannē baptizare pp quatuor. Primò quidem, quia oportebat Christū à Ioanne baptizari, ut baptismū consecraret, ut Aug.* dicit super Ioan. Secūdò, ut Christus manifestaret. Vnde ipse Ioā. Bapt. dicit Ioānis primo, ut manifestet. s. Christus in Israel ppea ueni ego in aqua baptizans: concurrentib. n. turbis ad baptismū annuntiabat Christum, φ quidem facilius sic factum est, quā si per singulos discurrisset, ut Chrys.* dicit super Ioan. Tertio, ut suo baptismo assuefaceret hoīes ad baptismum Christi. Vnde Greg.† dicit in quadam Hom. φ ideo Ioannes baptizauit, ut præcursionis suæ ordinem seruans, qui nasciturum Dominum nascendo præuenerat, baptizando quoq; baptizaturum præueniret. Quartò, ut ad pœnitentiam homines inducens, homines præpararet ad digne suscipiendum baptismum Christi. Vnde ibidem Beda dicit, qđ quantum cathecumenis nōdum baptizatis potest doctrina fidei, tm̄ profuit baptisma Ioannis ante baptisma Christi, quia sicut ille prædicabat pęnitentiā, & baptismum Christi prænuntiabat, & in cognitionem ueritatis, quæ mundo apparuit attrahebat, sic ministri ecclesiæ primo erudiunt, post peccata eorum redarguunt, demum in baptismo Christi remissionem peccatorum promittunt.

*Habet ex serm. 1. de Epip. t. 10.

*Chry. ho. 16. in Ioā. ante med. to. 3.

† Ho. 7. in euan. parū ante med.

AD PRIMVM ergo dicendum, qđ baptismus Ioannis non d erat per se sacr̄m, sed quasi quoddā sacramentale disponens ad baptismum Christi, & ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi, non autem ad legem Moysi. D. 262.

AD SECVNDVM dicendum, quod Ioannes non solum fuit propheta, sed plusq̄ propheta, ut dr̄ Matt. 11. fuit. n. terminus legis, & initium euangelii: & ideo magis pertinebat ad eum, uerbo, & opere inducere homines ad legem Christi, quam ad obseruantiam ueteris legis.

AD TERTIVM dicendum, quod baptismata illa pharisęorum erant inania, utpotè ad solam munditiam carnis ordinata: sed baptismus Ioannis ordinabatur ad munditiam spiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam, ut dictum est.* In corp. ar.

AR-

Ioannis additus post illa Iudæorum baptismata non est eiusdem generis cum illis: quoniam baptismata illa Pharisæorũ erãt, &c. vt in tex. Ideoque inconueniens non fuit; quod illis superfluis baptismatibus aliquid aliud, non superfluum, quod in proposito est baptismus Ioannis, adderetur.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum; quòd Ioannem baptizare, fuit conueniens. Vt per hoc, quod Matth. 3. præmissa, &c. vt in argum. contr. Pro cuius meliori notitia facit illud Roman. 8. Quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Sanctitas enim Ioannis ibi narrata monstrat: quod ipse, tanquam adoptiuus filius Dei, a spiritu eius agebatur. Porro apertissime constat: quod conuenientia facit, quicunque spiritu Dei agitur. Nam talis sapienter graditur, alioqui a spiritu Dei, qui aufert se etiam a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, Sap. 1. non ageretur: & consequens uiam tum pulchram, tum pacificam ambulat, quandoquidem de sapientia, cum qua tunc graditur, scriptum est Prouerb. 3. viæ eius uiæ pulchræ & omnes semitæ illius pacificæ. Esse vero pulchrum cõsistit in quadam debita proportione; quare & pulchra dicuntur quæ uisa placent, cum tamen visus non delectetur nisi in rebus debite proportionatis. 1. q. 5. art. 4. ad primum. Esse autem pacificum est circa non apparenter, sed vere bonum. 1. 2. q. 29. artic. 2. Textus ergo argumenti contr. ideo baptismum Ioannis sanctitati eiusdem coniungit; conformiter ad Euangelium: vt ex tali coniunctione detur intelligi; quod baptismus ille erat prudenti intellectu excogitatus, tempori illi cum aliis debitis circunstantijs. 1. 2. q. 7. art. 3. 4. proportionatus, & uere bonus. Dum ergo textus ipse intendit, ex hoc, scilicet ex baptizatione Ioannis connexa eius sanctitati, concludere; quod baptismus Ioannis fuit conueniens: tunc per ly conueniens, vult cointelligere etiam tria hæc iam dicta, scilicet esse & prudenti intellectu excogitatum, & debitis circunstantijs pro tempore proportionatum, & non apparens sed vere bonum. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ... est. ... ore vna conclusio. Conueniens fuit Ioannem baptiz... batur quadrupliciter. Litera ordinata est & clara.

Sec. 4. s. d. 2. q. 2. ar. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptismus Ioannis fuerit a Deo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod baptismus Ioannis non fuerit a Deo. Nihil enim sacramentale, quod est a Deo, denominatur ab homine puro, sicut baptismus nouæ legis non dicitur Petri, vel Pauli, sed Christi: sed ille baptismus denominatur a Ioanne secundum illud Matth. 21. Baptismus Ioannis, vnde erat, è cœlo an ex hominibus? ergo baptismus Ioannis non fuit a Deo.

¶ 2 Præt. Omnis doctrina de nouo a Deo procedens, aliquibus signis cõfirmatur: vnde & dominus Exo. 4. dedit Moysi potestatem signa faciendi. Et Heb. 2. dicitur, Cum fides nostra principium accepisset enarrari a Deo, per eos, qui audierunt in nos confirmata est, contestante Deo signis, & prodigiis: sed de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. Ioannes signum fecit nullum. ergo videtur quod baptismus, quo baptizabat, non esset a Deo.

¶ 3 Præt. Sacramenta, quæ sunt diuinitus instituta, aliquibus scripturæ præceptis continentur: sed baptismus Ioannis non præcipitur aliquo præcepto sacræ scripturæ. ergo uidetur quod non fuerit a Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum, &c.

RESP. Dicendum, quod in baptismo Ioannis duo possunt considerari, scilicet ipse ritus baptizandi, & effectus baptismi. Ritus quidem baptizandi non fuit ex hominibus, sed a Deo, qui familiari Spiritussancti reuelatione Ioannem ad baptizandum misit. Effectus autem illius baptismi fuit ab homine, quia nihil in illo baptismo efficiebatur, quod homo facere non posset. Vnde non fuit a solo Deo, nisi inquantũ Deus in homine operatur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod per baptismum nouæ legis homines interius per Spiritumsanctum baptizantur, quod facit solus Deus. Per baptismum autem Ioannis, solum corpus mundabatur aqua. Vnde dicitur Matth. 3. Ego baptizo vos in aqua, ille uos baptizabit in Spiritusancto. Et ideo baptismus Ioánis denominatur ab ipso: quia scilicet nihil in eo agebatur, quod ipse non ageret baptismus autem nouæ legis non denominatur à ministro, qui principalem baptismi effectum nõ agit, scilicet interiorem emundationem.

AD SECVNDVM dicendum, quod sola doctrina, & operatio Ioannis ordinabatur ad Christum, qui multitudine signorum, & suam, & Ioan

SVP. Q. XXXVIII. ART. II.

209 .d.2.q.2. ar.1.q.3. CONCL. 1. Ritus baptizandi, quo Ioãnes baptizabat, fuit a Deo.

¶ PROB. Quia Deus, per specialem suam reuelationem, misit Ioannem ad baptizandũ.

¶ CONCL. 2. Effectus baptismi Ioannis fuit ab homine.

¶ PROB. Quia nihil in baptismo Ioannis efficiebatur, quod homo facere non posset.

1m maior. Nihil sacramentale, quod est a Deo, denominatur ab homine puro. R. Quãdo illud sacramentale habet effectum, qui a solo Deo causatur. §. Vt est in baptismo nouæ legis. Tunc nihil, &c. vt patet ex secunda conclusione. Nam denominatio illa, scilicet baptismus Ioannis, fit ab effectu, idest attẽditur penes effectum illius baptismi; non penes ritum baptizandi. Non enim dicitur baptismus Ioannis, quasi ipse se ex se miserit ad baptizandum, seu (quod idem est) quod ipse de proprio capite absque speciali instinctu Dei baptizaret: sed quia (vt dixit secundæ conclusionis probatio) quicquid in baptismo Ioannis efficitur, fit ab homine puro.

2m de maiori. Aliquibus signis. R. Vel authoritate sacræ scripturæ mentionem laudabilem specialiter faciente de tali doctrina, uel doctore. §. Tũc nihil, &c. Iudæis enim quærentibus a Ioanne, quare baptizaret, confirmauit suum officium authoritate scripturæ dicit. Ego uox clamantis in deserto, &c. vt in Ioan. 1.

¶ NOT. Quælibet istarum duarum conditionum pro confirmatione nouæ doctrinæ, an ex Deo sit, est diligentissime attendenda ab Ecclesia, singulisque Ecclesiæ filijs. Nam & multos prophetas falsos uenire ad nos in uestimentis ouium, docente Christo, Matth. 7. nouimus; & B. Ioannes apostolus in epist. 1. cap. 4. Clamat, Multi pseudoprophetæ exierunt in mundum; idest, vt inquit epist. 2. Multi seductores exierunt in mundum: & B. Iudas Thadæus coapostolus cap. 1. subintroierunt quidam homines impij qui olim præscripti sunt in hoc iudicium, domini nostri Iesu Christi gratiam transferentes in luxuriam; sed & in nouissimis diebus (vt dicitur 2. Timot. 3.) instabunt tempora periculosa, erũt enim homines, &c. habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegãtes. Et hos, inquit, deuita. Vt ergo tales spiritus erroris uitare possim⁹: hanc nobis regulam in maiori propositione inclusam dedit Sanctus Doctor, dicens; Omnis doctrina de nouo a Deo procedens aliquibus signis, scilicet ueris (ad differentiarum signorum Antichristi, 2. Thessal. 2.) vel authoritate scripturæ speciali, scilicet intellecta secũdum sensum Ecclesiæ catholicæ (cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum sanctarum; Concil. Triden. sess. 4.) confirmatur. Nisi enim his conditionibus legationem suam esse a Deo prius probare auditoribus suis essent astricti hi, qui nouam afferunt doctrinam; aut talibus noua inferentibus audientes fidem adhibere, nulla uisa ipsorum legationis protestatione, tenerentur, vel saltem bene facerẽt, vel potius non male facerent, fidem sic eis adhibendo: tunc actum esset de nobis; quoniam sublata mox ipso facto esset omnis uia ad certam ueritatem inueniendam. Nam mentientibus his Nouatoribus absque legatione missis. (Quid enim non mentiantur effrontes, Pseudo, uirtutem pietatis abnegãtes?): & prophetantibus de corde suo; cum tamen sequantur spiritum suum, & nihil videant, Ezech cap. 13. quin etiam cum iuramento confirmantibus sermonem hunc, scilicet ait dominus; cum tamẽ uisionem cassam, ac uana multa loquantur, & dominus non miserit eos, ibid. cap. eod. somniantibus quoque illis mendacium, miraculaque falsa narrantibus ad seducendum populum, Hiere. 23. & vt abducant discipulos post se, Actu. 20. his, inquam, ita compositis, Nisi præmissa regula Sancti Doctoris diligentissimè præmunientes

nientes seipsos vtantur populi, ac vnusquisque, quid; nisi caligo inuoluens, & vmbra mortis, ac densissimæ tenebræ relinquuntur? Tunc remota illa præsentis textus regula, erunt homines sicut paruuli fluctuantes, & circunferentur omni vento doctrinæ in nequitia & astutia hominum, Eph. 4. mente corruptorum, circa fidē reproborum, 2. Timot. 3. auersantium se a veritate, Tit. 1. in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, 1. Tim. 4. Cęterum ad tam necessariæ regulæ textualis captum ampliorem, vide Veritates aureas super totam Legem Veterē, Exod. 4. concl. 1. & c. 7. concl. 4. & cap. 18. concluf. 2. item Numer. 14. concl. 2. 3. item Deuteron. 13. concl. 1. & ibid. conclusionis quartę notationem textualem.

nis doctrinam confirmauit. Si autē Ioannes signa fecisset, homines ex æquo Ioanni, & Christo attendissent, & ideo ut homines principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni, vt faceret signum, Iudæis tamen quærentibus quare baptizaret, confirmauit suum officium auctoritate scripturæ, dicens: Ego vox clamantis in deserto, &c. vt dicitur Ioan. 2. Ipsa etiam austeritas uitæ, eius officium commendabat, quia vt Chrysost.* dicit supra Matth. Mirabile erat in humano corpore tantam patientiam videre.

Ad tertium dicendum, q baptismus Ioannis non fuit ordinatus a Deo, nisi vt modico tempore duraret, propter causas prædictas.* Et ideo non fuit commendatus aliquo præcepto cōiter edito in sacra scriptura, sed familiari quadā reuelatione Spiritussancti, vt dictū est.*

¶ Exam. Ly ipsa etiam austeritas uitæ eius officium eius commendabat. Hoc est; prædictis testimoniis de miraculis, & de scriptura, si sancta uita docentis addatur, multam illi authoritatē apportabit; non tamen primam. Quod totum insinuatur per ly etiam, & ly commendabat: quod minus est, quam absolutè confirmare; quod in contextu scripturæ authoritati attributum est. Licet enim absolute loquendo, sancta uita præponderet miraculis, atque scriptura ostensioni, Ver. aur. &c. Deuteron. 13. concl. 1. tamen miracula vera in protestationem legationis ad talem doctrinam seminandam facta, similiter scriptura secundum uerum sensum pro tali legatione adducta, antepoonuntur bonæ uitæ in casu huiusmodi: & hoc præsertim propter hypocrisim, quia, scilicet bona vita potest fingi ab hypocritis, qui maxime sunt tales Nouatores, de quibus in not. præced. Portò ad captum diffusiorem huius textus, de comparatione bonæ vitæ ad sanam doctrinam, multum iuuabitur perspicax lector & solers, ex visione Compend. Alber. Mag. lib. 7. cap. 9. schol. ad longum.

3m maior. Sacramenta, quæ sunt diuinitus instituta, aliquibus sacræ scripturæ præceptis continentur. ℞. Nisi a Deo ita sint ordinata, vt modico tempore durent. §. In tali enim casu sufficit; quod speciali reuelatione diuina, absque communi omnibus proposita lege, instituantur. Tunc nihil, & cæt. Nam baptismus Ioannis non fuit, &c. vt in tex.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis; quod baptismus Ioannis fuit a Deo, & quod fuit ab homine. Quòd quidem fuerit a Deo; vt Ioan. 1. Qui me misit, & cæt. secundum quod in argum. contr. & ne quis forsan spiritu pharisaeo ductus ipsi Ioanni replicaret, Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum: Euangelista, tamquam huic supercilio se opponens ex semetipso de hac re sic ibi testificatur: Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes; Hic uenit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Hoc est. Fuit homo missus a Deo ad testificandum de lumine. Patet autem; quod Ioannes Baptista non tantum verbo, sed etiam baptismo suo, testificatus est de lumine, idest de Christo ad baptizandum in Spiritusancto & igni, Matth. 3. ex consequenti per illam authoritatem constat, quod Ioannes missus est a Deo ad baptizandum. Sed & ex contextu eiusdem Euangelistæ patet hoc ipsum: dum tractaturus ibidem post pauca de baptismo Ioannis præmonuit vniuersaliter de Ioanne, quod est missus a Deo. Ac si apertè, ex serie verborum, diceret. Cum uideris Ioannem baptizare, scito; quod baptismus suus est a Deo. Quod autem idem baptismus fuerit ab homine insinuatur per hoc; quod Ioannes ad malignantes pharisæos de hoc, quod baptizaret, respondit Ioan. primo. Ego baptizo in aqua. Ac si dicat apertius. Ne contra me de hoc indignemini: quia baptizando solum facio, & facere intendo, effectum ego; quem quilibet vestrum, vtpote homo purus, facere posset. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Hom. 10. in Mat. ante me. t. 2.

* in artic. 2. huius qō.

* Ex art. 2. huius qō.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, quæstionem a domino pharisæis propositam mouet.

¶ In corpore unica est distinctio bimembris cum conclusione bimembri. Distinctio est: baptismus Ioannis, uel quo ad eius ritum, vel quo ad eius effectum. Conclusio est baptismus Ioannis quo ad ritum erat a Deo, quo ad proprium effectum fuit ab homine. Probatur quo ad primam partem: quia ex instinctu Spiritussancti baptizabat, dicente ipso Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua. Quo ad secundam partem: quia nihil efficiebat, quòd homo efficere non potuisset, hoc est, quia non conferebat aliquod spirituale.

Alb. Mag. 4. d. 2. art. 3.
Sot. 4. 5. d. 3. q. 2. ar. 2.
Palud. 4. d. 2. q. 2. ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum in baptismo Ioannis, gratia daretur.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in baptismo Ioannis gratia daretur. Dicitur enim Marc. 1. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sed pœnitentia, & remissio peccatorum est per gratiam ergo baptismus Ioannis gratiam conferebat.

¶ 2 Præt. Baptizandi a Ioanne confitebantur peccata sua, vt habetur Matth. 3. & Mar. 1. sed confessio peccatorum ordinatur ad peccatorum remissionem, quæ fit per gratiam. ergo in baptismo Ioannis gratia conferebatur.

¶ 3 Præt. Baptismus Ioannis propinquior erat baptismo Christi, q circuncisio: sed per circuncisionem remittebatur peccatum originale: quia, vt Beda dicit,* idem salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore cōsueuit. ergo multo magis baptismus Ioannis remissionem peccatorum operabatur, quod sine gratia fieri non potest.

Sed contra est, quod Matth. 3. dicitur, Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, Quod exponens Gregor.* in quadam Homil. dicit, Ioannes non in spiritu, sed in aqua baptizat, quia peccata soluere non ualebat, sed gratia est a spiritusancto, & per eam peccata tolluntur. ergo baptismus Ioannis gratiam non conferebat.

Resp. Dicendum, quod sicut dictum est,* tota doctrina, & operatio Ioannis præparatoria erat ad Christum: sicut ministri, & inferioris artificis est præparare materiā ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Christum, secundū illud Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed solum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo, per doctrinam Ioannis inducentem homines ad fidē Christi.

SVP. Q. XXXVIII. ART. III.

210 4. d. 2. q. 2. ar. 1. q. 1. co.

Concl. Baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed solum ad gratiam præparabat: Et hoc triplititer.

¶ Prob. Quia tota operatio Ioannis erat, sicut ministri inferioris (vt patet artic. 1.) cuius non est inducere formam, sed præparare materiam ad formam a principali agente introducendam (vt patet lib. 2. physico.): & forma, de qua loquimur, est gratia: materia autem sunt homines in quibus recipienda est gratia (vt patet ex Ioan. 1.) secunda vero pars, s. & hoc, &c. probatur; Quia & per doctrinam, & p assuefactionem, & per pœnitentiam, Ioannes baptizans præparabat homines ad gratiam Christi.

* Beda ī homil. Circūcisionis inter princ. & med. Eā habes ī homil. toti' anni.

* Hom. 7. ī euāg. parū ante med.

* art. 1. huius quæst.

1m illatio conclusionis. Ergo baptismus Ioannis, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis ab arguente male intellectis: vt patet considerantibus textum, siue iuxta primam, siue iuxta secundam, siue iuxta tertiam, expositionem ibi datam.

2m de minori. Ad remissionem peccatorum. ℞. Vel statim, nullo alio addito, exhibendam; vel postea, aliquo alio addito, consequendam. §. Tunc nihil, &c. Nam illa confessio peccatorum, quæ secundum Matth. 3. & Mar. 1. Fiebat a baptizatis per Ioannem, nõ fiebat ad remissionem peccatorum statim, &c. vt in tex.

*Sup. illud Mar. 1. fuit Ioãnes in deserto baptizãs: Est c. 3. ſm ordinẽ Bedæ.

3m illatio conclusionis. Ergo multò magis, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit nãque ex falso in præmissis præsupposito: quod scilicet propinquitas secundũ tempus ad Christum sit ratio, quare aliqua conferant gratiam. Ideo committit fallatiam secundũ non causam, vt causam. Illud enim quod putat (vt diximus) esse rationem, seu causam cõferendi gratiam, non est causa: sed aliud, scilicet esse institutum, ad hoc. Hinc est; quod per circuncisionem remittebatur peccatum, & consequenter in ea dabatur gratia: quia uidelicet circuncisio instituta erat ad &c. vt in tex.

¶ NOT. Licet (vt responsum fuit) propinquitas secundum tempus ad Christum non sit causa conferendi gratiam, idest quod aliqua sic Christo propinqua conferant gratiam: tamen talis ꝓpinquitas, si non accipiatur sola (vt in responso fit) sed associata institutioni, ualebit multum ad conferendum gratiam. Verbi gratia. Nouæ legis sacramenta sunt instituta ad remedium contra peccatum, & præter hoc sunt propinquiora Christo passo, ꝙ antiqua: ideo conferunt gratiam ex virtute sua. quæst. 62. ar. 4. nõ autem antiqua. q. ead. a. t. 6. neque circuncisio. q. 70. artic. 4. De qua circuncisione quo ad hoc, vide Veritates aureas super totam Legem Veterem Genes. 17. concl. 4. Ecce ergo quod propinquitas secundum tempus ad Christum passum, si institutioni fuerit coniuncta, facit plurimum ad collationem gratiæ.

Christi. Alio modo, assuefaciendo homines ad ritum baptismi Christi. Tertio modo, per pœnitentiam, præparando homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in illis uerbis (vt Beda dicit†) potest intelligi duplex baptismus. Vnus quidem, quem Ioannes baptizando conferebat, qui dicitur baptismus pœnitentiæ: quia scilicet ille baptismus erat quoddam inductiuum ad pœnitentiam, & quasi quædam protestatio, qua profitebantur homines se pœnitentiam acturos. Alius autem est baptismus Christi, per quem peccata remittuntur, quem Ioannes dare non poterat, sed solum prædicabat, dicens, ille vos baptizabit in Spiritusancto. Vel potest dici, quod prædicabat baptismum pœnitentiæ, id est inducentem ad pœnitentiam, quæ quidem pœnitentia ducit homines in remissionem peccatorũ. Vel potest dici, quod per baptismũ Christi, vt Hier. dicit,* gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem consumatur per sponsum, initiatur per paranymphum, scilicet per Ioannem. Vnde dicitur, quod baptizabat & prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, nõ quia hoc ipse perficeret, sed quia præparãdo ad hoc homines disponebat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa confessio peccatorum non fiebat ad remissionem peccatorũ statim per baptismum Ioannis exhibendam: sed consequendam per pœnitentiam consequentem, & per baptismum Christi, ad quem pœnitẽtia illa præparabat.

AD TERTIVM dicendum, quod circuncisio instituta erat ad remedium originalis peccati: sed baptismus Ioannis ad hoc non erat institutus, sed solũ erat præparatorius ad baptismum Christi, vt dictum est.* Sacramenta autem ex ui institutionis suum habent effectum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum: quod baptismus Ioannis non conferebat gratiam. vt per illud Matth. 3. Ego, &c. vt, cum expositione Beati Gregorij, ponitur in argumen. contr. Item per illud Mar. 1. Ego baptizaui vos aqua, ille uerò baptizabit vos spiritusancto. Vbi nota comparationem, & aduersatiuam Per hoc enim quod comparantur isti baptismi ad inuicem, ostenditur; quod distincti sunt: alioquin comparari nõ possent: cum relatio, & comparatio præsupponant extrema, idest quæ ad inuicem referũtur & comparantur, esse distincta. In quo autem distinguantur, mõstrat aduersatiua ly ille uero baptizabit uos spũsancto. Ac si scholastice dicatur. Ex hac aduersariua relinquitur; quod esse in spiritusancto, non intelligatur in baptismo condiuisio, scilicet Ioannis. Isti ergo baptismi distinguuntur in effectu: quoniam effectus baptismi Christi est quid supernaturale, scilicet spiritusſancti gratia; effectus autem baptismi Ioannis est quid naturale, scilicet lotio aquæ. Hæc uoluit dixisse Euangelista per illam aduersatiuam. Natura enim aduersatiuæ sententiæ (vt patet discurrenti per omnia huiusmodi) est intelligendum relinquere; quòd illud, quod ipsa dicit, non verificatur de sua collaterali propositione. Aduersatiuam illam dic esse sententiam; quæ inter comparatas propositiones duas ponitur secundo loco, cum ly sed, vel ly autem, vel ly verò, aut aliquo huiusmodi: & dicitur aduersatiua, quia continet aliquid diuersum a priori propositione. Vt in proposito patuit de ly. Ego baptizaui aqua, ille verò baptizabit spiritusancto. Insinuatur quoque idipsum per hoc; quod Actu. 19. narratur, a ly si spiritumsanctum accepistis, &c. vsque ad ly baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Patet siquidem ibi: quòd spiritussanctus non dabatur in baptismo Ioannis; cum sic baptizati, nec scirent, nec audissent, vtrum spiritussanctus sit aliquid, idest existat in rerum natura. Nec ergo gratia spiritussancti in illo dabatur: alioquin Ioannes ipsos adultos instruxisset dicendo, quod præpararentur ad gratiam spiritussancti, (cum in adultis necessario prærequirat dispositionem; secundum Concilium Trident. sess. 6. cap. 5. 6.); & sic nominasset saltem spiritumsanctum; & per hoc baptizati ab eo audissent, ꝙ spiritussanctus erat. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*Sup. illo Mat. 1. pdicãs baptis. pẽn. to. 9.

*si corp. & ar. 1. huius quæst.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio trimembris: baptismus Ioannis non conferebat gratiam, sed præparabat ad eam tripliciter. Probatur conclusio. primo, quo ad primas partes simul. Tota doctrina, & operatio Ioannis, erat præparatoria ad Christum, per quem conferenda erat gratia. ergo baptismus Ioannis non cõferebat gratiam, sed præparabat ad illam. Antecedens quo ad primã eius partẽ ex dictis patet, quo ad secundã vero per Io. 1. Gratia ꝑ Iesum Chrm facta est. Consequentia vero probatur: quia ministri, ac inferioris artificis, non est inducere formã principalis artificis, sed ꝓparare ad illã. Deinde cõclusio declaratur quo ad vltimã partem tripliciter, s per doctrinam ad fidem per baptizationem ad ritum baptismi, per pęnitentiã ad gratiam effectus baptismi.

¶ In responsione ad primum dina inter expositionẽ primã ex Beda, & tertiam ex Hier. est; quia, in prima ad duo baptismata referuntur illa duo verba, baptizare, & prædicare: primũ ad baptismum Ioannis: secundum ad baptismum Christi. In tertia uero ad idem baptisma. s. Ioannis, referuntur ambo, & verificatur, ꝙ dispositiue in remissionem peccatorum baptizabat, & prædicabat ad perfectionem gratiæ per Christum. Et si quærat nouitius, in quo ergo differt tertia a secunda expositione? rñdeatur, ꝙ tertia ordinẽ Ioannis ad Christũ respicit: & ideo illud idem qđ Chrs perfecturus erat, Ioannes inchoatiue facere dr. Secũda aũt, ordinẽ baptismi dati a Ioanne ad pęnitentiã respicit: & ideo dr, ꝙ, & baptizabat, & ꝑdicabat baptismum suũ pœnitentiæ, hoc est, inducentem ad pęnitentiam, per quam fit remissio peccatorum.

Sco. 4. 5. d. 2. q. 2. ar. 3.

SVP. Q. XXXVIII. ART. III.

21 I

4 d. 2. q. 2. ar. 3. q. 2.

COncl. Oportuit; alios, præter Christum,

ARTICVLVS IIII.

Vtrum alij præter Christũ baptismo Ioannis baptizari debuerunt.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod baptismo Ioannis solus Christus debuerit baptizari: quia sicut dictum est,* ad hoc Ioannes baptizauit, vt Christ⁹ baptizaretur, sicut August.* dicit super Ioannem: sed quod est propriũ

stum, baptismo Ioannis baptizari.

¶ PROB. Quia hoc patet ex duplici causa, quæ distinctè ordinatur in tex.

*ar. 1.

*tract. 13. in Io. inter prin. & me dii. to. 9.

Primum

1^m ex D. Augustino. Ad hoc. R. Sed non, ad hoc solum. §. Non enim propter hoc solum fuit Ioannis, &c. vt in tex. Pro ly alias causas. vide art. 3. Tunc nihil; &c. vt de se patet.

Item minor. Quod est proprium Christo, nō debet alijs conuenire. R. Nisi hoc scilicet quod etiam alijs conueniat, sit necesse ad euitandum aliquod inconueniens. §. Intellige semper glossam hanc, stando in subiecta præsenti materia; vel alia (si quæ est) simili. Id annotauerim: ne, si minorem illam sic glossatam extendere volueris aliorsum, quorsum re uera extendibilis non est, contingat error. Tunc nihil, &c. vt patet ex secūdo responso textus ly & tamen si ad hoc solum esset, &c.

* art. præc.

2^m de minori. A baptismo Ioānis nullus aliquid accipere poterat. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod nihil probat: quoniam est insufficiens. Stat enim simul; quod nullus acciperet gratiam a baptismo Ioannis, vt qui ipsam non conferat: & quod aliquis ab eodem baptismo accipiat aliquid, puta signum pœnitentiæ, vt qui hoc signum conferat, artic. 3. Ex illo tertio articulo bene considerato dices: quod per ly pœnitentiæ signum, in præsenti textu dictū in cōplectitur multa Diuus Thomas.

* Trac. 4. in Io. a med. & trac. 5. in ter prin. & med. to. 9.

3^m de maiori. Et sic conueniens videbatur; quod sicut, &c. R. Negatur hoc, scilicet quod esset conueniens; quod sicut, &c. §. Non enim pueris, aut gentilibus dari baptismum Ioannis, conueniebat. Ille siquidē baptismus erat pœnitentiæ, quæ &c. vt in tex.

Christo, non debet aliis conuenire. ergo nulli alii debuerunt illo baptismo baptizari.

¶ 2 Præt. Quicumque baptizatur, aut accipit aliquid a baptismo, aut baptismo aliquid confert; sed a baptismo Ioannis nullus aliquid accipere poterat (qnia in eo gratia non conferebatur, vt dictum est*) nec aliquis baptismo aliquid conferre poterat, nisi Christus, qui tactu mūdissimæ suæ carnis aquas sanctificauit. ergo videtur, quod solus Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari.

¶ 3 Præt. Si alii illo baptismo baptizabantur, hoc non erat, nisi vt præpararentur ad baptismum Christi, & sic conueniens videbatur, quod sicut baptismus Christi omnibus confertur, & magnis, & paruis, & gentilibus, & Iudæis, ita etiam, & baptismus Ioannis conferretur: sed non legitur, quod ab eo pueri baptizarentur, nec etiam gentiles: dicitur enim Mar. 1. quod egrediebantur ad illum Israelitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo. ergo videtur quod solus Christus a Ioanne debuerit baptizari.

Sed contra est, quod dicitur Luc. 3. Factum est, cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, aperti sunt cæli.

Resp. Dicendum, quod duplici de causa oportuit alios a Christo baptizari baptismo Ioannis. Primo quidem, vt August.* dicit super Io. alij etiam præter Christum deberent baptizari. Vt per illud dictum Luc. 3. Secundum quod est in argum. contr. Pro cuius applicatione ad intentum probandum, scito: quod si non debuissent illi, idest si non fuisset conueniens illos, baptizari a Ioanne: procul dubio Ioannes sanctus & iustus eos non baptizasset, immo a suo baptismo libera increpatione (pro zelo sibi familiari) repulisset eosdem. Ex eo igitur, quod adueniētes baptizabat, intelligendum aperte relinquit: quod alios baptizari suo baptismo & erat conueniens, & sibimet erat gratum; vt potè qui horum vtrūque facto suo probaret. Insinuatur quoq; idem per hoc, quod Act. 19. intelligēs Apostolus, quod quidam erant baptizati baptismate Ioannis non redarguit, sed ad meliora animauit, scilicet ad baptizari baptismo Christi. Quos vtique (pro suo feruido spiritu) redarguisset, vt olim Petrum Galath. 2. si in hoc reprehensibiles fuissent, idest si ad baptismum Ioannis accedendo fecissent, qd non debuissent. Ex non redargutione ergo, qua & ex ad meliora animatione, declaratum esse voluit Apostolus: quod hi suscipiendo baptismum Ioannis bonum fecerunt. Prouocare enim ad melius præsupponit bonum in eo, qui prouocatur (vt patet): aliquin is prouocaretur a malo ad bonum, & non a bono ad melius. Secundo vides: quomodo ex ijs bene penlatis, & applicatis, doctrina præsens

* ar. 1. & 3. huius q.

* art. 1. huius quæst.

quia si solus Christus baptismo Ioannis baptizatus esset, non defuissent, qui dicerent, baptismum Ioannis, quo Christus est baptizatus, digniorem esse baptismo Christi, quo alii baptizantur. Secundo, quia oportebat per baptismum Ioannis alios ad baptismum Christi, præparari, sicut dictum est.*

Ad primum ergo dicendum, quod non propter hoc solum fuit Ioannis baptismus institutus, vt Christus baptizaretur, sed etiam propter alias causas, vt dictum est.* Et tamen si ad hoc solum esset institutus, vt Christus eo baptizaretur, oportebat prædictum inconueniens vitari, alus hoc baptismo baptizatis.

Ad secundum dicendum, q alii, qui ad baptismum Ioannis accedebant, non poterant quidem baptismo aliquid conferre, nec tamen a baptismo gratiam accipiebant, sed solum pœnitentiæ signum.

Ad tertium dicendum, quod quia ille baptismus erat pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit, ideo baptismo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem gentibus viam salutis, soli Christo reseruabatur, qui est expectatio gentiū, vt dicitur Gen. pen. sed, & ipse Christus apostolis inhibuit gentibus euāgelium prædicare, ante passionem, & resurrectionem: vnde multo minus conueniebat per Ioannem gentiles ad baptismum admitti.

Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quod baptismo Ioannis alij

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.
¶ In corpore vna conclusio. Baptismo Ioannis alij debuerunt baptizari. Probatur dupliciter, litera clara est.

SVP. Q. XXXVIII. ART. V.

COncl. Baptismus Ioannis non debuit cessare; Christo baptizato, idest mox, ut Christus baptizat* est.

* 4. d. 2. q. 2. ar. 1. q. 3. ad 1. Et q. 4. per totum.

213

¶ Pro. Quia patet ex rationibus quatuor, quæ distincte ponuntur in tex.

¶ Coroll. Ergo secundum textum Ioannes, non cessando a baptizatione, prouidit primo aliorum de seipso opinioni, idest curam habuit de suo bono nomine: ne, scilicet si ipse, Christo a se baptizato

ARTICVLVS V.

Vtrum baptismus Ioannis debuerit cessare Christo baptizato.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod baptismus Ioannis cessare debuerit, postquam Christus fuit baptizatus. Dicitur enim Ioan. 1. Vt manifestetur in Israel, propterea veni in aqua baptizans: sed Christo baptizato sufficienter fuit manifestatus, tum per testimonium Ioan. tum per descensum columbæ, tum etiam testimonio paternæ vocis. ergo videtur quod non debuerit postea baptismus Ioannis durare.

¶ 2 Præt. August.* dicit super Ioan. Baptizatus est Christus, & cessauit Ioannis baptismus. ergo videtur q Ioannes post Christum baptizatū, non debuerit baptizare.

¶ 3 Præt. Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismum Christi: sed baptismus Christi incepit statim Christo baptizato: quia tactu suę mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, vt Beda dicit. ergo uidetur quod baptismus Ioannis cessauerit Christo baptizato.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 3. q venit Iesus in Iudæam terram, & baptizabat, erat autem, & Ioannes baptizans: sed Christus

to baptizante plures, quam Ioannes, Ioan. 4. cessaret a baptizando, æstimaretur facere hoc ex indignatione uel ira contra Christum quasi non deferentem sibi honorē pro beneficio saltem a se recepto, scilicet pro baptizatione Matth. 3. Vel nē putaretur, inuidisse tantæ excellentiæ Christi mōstrata in baptismo, &c. Vide Reuerend. Caietanum hanc expositionem prosequentem. Prouidit & suorum discipulorum zelo; ne scilicet ipsi uidendo quod Christus baptizaret Ioan. 3.

* Trac. 4. in Ioan. inter med. & fi. to. 9.

an.2.magistro suo non amplius baptizante, & pro seipso indiscre tius mouerentur,& maiore inuidia contra Christum torquerentur. Prouidit quoque populorum saluti; quoniam baptizando, habebat commoditatem mittendi eos in maiori numero ad Christum. Prouidit etiam officio proprio; ne scilicet cessaret esse præcursor ante tempus debitum: cum præcursoris alicuius sit, exequi officium suũ, quousque manifestetur ille, qui præcurritur. Nã & ab exemplo insensibilium hoc patet: quoniam stella, quæ uocatur Diana, seu lucifer, eo quod diei lucem, id est solem præcurrat, in matutino tempore lucet, quoadusque lux solis apparuerit.

*Ho.28.in Io.nō mul tū remote a prin.to.3

1m minor.

Christo baptizato, sufficiẽter fuit manifestatus. R. Negatur. §. Nec probationes allatæ in argumenta cõcludunt hoc, scilicet quod Christus, & baptizato, fuerit sufficienter manifestatus. Licet enim tunc sufficienter sit manifestatus, quod esset uerus filius Dei; tamen non fuit sufficienter manifestatus eo modo, quo intelligebatur a Ioanne in ly vt manifestetur Israeli, &c. (vt dicit maior). Nam sub tali manifestatione, includitur non solum quod ipse cognoscatur pro uero filio Dei, & Messia propter nostram salutem tanquam agnus immolando: sed etiam quod ad ipsum sic cognitum concurrerent frequentes populi tum eruditione fidei, tum pœnitentia, tum assuefactione quadam in bonum, præmuniti; quod totum med.n Ioannis baptismo fiebat, vt ex art. 1.3. patet. Ac si ex omnibus his dicatur Ioan. 1. Vt Israeli manifestetur pro Messia; & pro tali ab Israele per veram fidem, per congruentem pœnitentiam, per quandam bene faciendi promptitudinem, seu facilitatem, acceptetur communiter, idest in quam maximo iuxta mensuram uirium mearum numero: propterea veni in aqua baptizans. Hinc est: quod quasi omnia hæc uirtualiter & includens, & nobis insinuans, textus responsalis dicit; Nõdũ Chr. erat plene manifestatus, &c. Vide ad 3.

2m ex D.Aug.

Et cessauit. R. Non tamen, statim. §. Tũc nihil, &c. vt patet.

3m de minori.

Ad baptismum Christi. R. 1. ad hoc; vt & Christus a Ioanne baptizaretur, & ad Christum baptizantem alij accederent §. Tunc nihil, &c. vt patet. Intellige, Christum baptizantem uel per se vel per alios Ioan. 3.4. Vide ar. 4. ad primum. Ratione prima super ly alias causas.

*Ho.28.in Io.non :c mo.e a pri ci.to.3.

non baptizauit, nisi postquam fuit baptizanis. ergo uidetur quod postquam Christus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

RESP. Dicendum, quod baptismus Ioannis cessare non debuit Christo baptizato. Primo quidem, quia, vt Chrysost.* dicit, si cessasset Ioannes baptizare Christo baptizato, existimaretur quod zelo, vel ira hoc faceret. Secundo, quia si cessasset a baptizando, Christo baptizante, discipulos suos in maiorem zelum immisisset. Tertio, quia persistens in baptizando, suos auditores mittebat ad Christum. Quarto, quia (vt Beda dicit) adhuc permanebat vmbra veteris legis, nec debuit præcursor cessare, donec veritas manifestaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nondum Christus erat plene manifestatus eo baptizato, & ideo adhuc necessarium erat, quod Ioãnes baptizaret.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ baptizato Christo, cessauit baptismus Ioannis: non tamen statim, sed eo incarcerato. Vnde Chrysost.* dicit super Ioannem, æstimo propter hoc permissam esse mortem Ioannis, & eo sublato de medio, Christum maximè prædicare cępisse, vt oĩs multitudinis affectio ad Christum transiret, & non vltra his, quæ de vtroque erant, sententiis scinderentur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ baptismus Ioannis præparatorius erat, non solum ad hoc, quod Christus baptizaretur, sed etiam ad hoc, quod alii ad Christi baptismum accederent, quod nondum fuit impletum Christo baptizato.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatũ a scripturis; quod baptismus Ioannis Chr̃o baptizato, cessare statum non debuit Vt p illud Ioã. 2. Quod veniz, &c. Secundũ quod cũ discursu ponitur in argum. contr. Ad cuius, & aliorũ similium, notitiã nota: ꝙ supponit hic; quod Ioannes non fecisset id, quod facere non debuisset; & cõsequenter ꝙ si fecit, debuit. Nec inmeritò supponuntur hæc: quia Ioannes erat sanctus, & iustus; & per consequens erat filius Dei adoptiuus, quorum filiorum est a spiritusancto agi Rom. 8. Tenẽt ergo hæ sequelæ. Ioannes baptizauit, ergo baptizare debuit. Nõ cessiuit baptizare mox Chr̃o baptizato: ergo tunc cessare non debuit. Porro quod nunc audis in subiecta materia de Ioanne dici, de omnibus etiam aliis Ioãni similibus, i. sanctis & iustis in aliis quoque materiis dictum puta. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio: baptismus Ioanois oon debuit cessare Christo baptizato. Probatur quadrupliciter.

¶ In prima ratione ex Chrysost. aduerte nouitie, quod si Christo baptizato Ioannes cessasset, putari potuisset, quod tãtæ Christi excellentiæ in baptismo manifestatæ inuidisset Ioannes, & cessãdo a baptismo. vel dedignaretur subministrare Christo amplius per baptismum præparando ad ipsum, vel ipsa cessatio uindicaret suã minoritatem apparentem ex tanta manifestata Christi excellẽtia in baptismo. Vterq; siquidem motus, inuidiæ, s. & iræ poterat consurgere, & ad cessationem inducere. Reliqua sunt clara.

Alb. Mag. 4. d. 2. art. 7.
S. Bon. 4. sẽ. d. 2. q. 3. ar. 2.
Sco. 4. sẽ. d. 2. q. 2.
Rich. 4. sẽ. d. 2. q. 4.
Durand. 4. sẽ. d. 2. q. 4.
Bacco. 4. sẽ. d. 6. q. 1.
Sot. 4. s. d. 2. q. 2. ar 4.

213 inf. q. 66. 2. 9. ad 2. Et 4 d. 2. q. 2. art. 4.

SVP. Q. XXXVIII.

ART. VI.

COncl. Illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptismo Ioannis, nõ solum erat supplendum quod deerat, vt scilicet daretur eis spiritussanctus per impositionem manuũ; sed etiam erant iterato totaliter baptizandi in aqua & spiritu, id est baptismo Christi.

¶ PROB. 1. Quia baptizatis baptismo Ioãnis fides ac spes in Christum non poterant supplere characterem; dato etiam per suppositionem, quod gratiam suppleuissent. Secũdò, Quia in baptismo Ioannis omittebatur id, quod est de necessitate sacramenti Christi, id est baptismi sui (cum non fieret in spiritusancto): Et quando in aliquo sacramento omittitur id, quod est de necessitate sacramenti, oportet; non solum suppleri omissum, sed etiã totaliter innouari.

¶ NOT. Hinc patet ꝙ opinio Magistri sententiarum narrata in tex. partim est falsa. Sic tu in cæteris similibus vbiq; per temetipsum fac. i. ex ueritate conclusionis a Sancto Doctore probata reijcias; si qua

ARTICVLVS VI.

Vtrum baptizati baptismo Ioannis, essent postea baptismo Christi baptizandi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd baptizati baptismo Ioãnis, non fuerint baptizandi Christi. Ioannes enim non fuit minor apostolis, cum de eo scriptum sit Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: sed illi, qui baptizabantur ab apostolis, non iterum baptizabantur, sed solummodo addebatur eis impositio manuum. Dicitur. n. Act. 8. quod aliqui baptizati tantũ erant a Philippo in nomine domini Iesu, tunc apostoli, scilicet Petrus, & Ioannes, imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctum. ergo vidẽtur quod baptizati a Ioanne, non debuerint baptizari baptismo Christi.

¶ 2 Præt. Apostoli fuerunt baptizati baptismo Ioannis: fuerunt enim quidam eorum discipuli Ioannis, vt patet Ioan. 1. sed Apostoli non videntur esse baptizati baptismo Christi: dicitur enim Ioan. 4. ꝙ Iesus nõ baptizabat: sed discipuli eius. ergo videtur, quod baptizati baptismo Ioannis, non erant baptizandi baptismo Christi.

¶ 3 Præt. Minor est, qui baptizatur, quam qui baptizat, sed ipse Ioannes non legitur baptizatus baptismo Christi. ergo multo minus illi, qui a Ioanne baptizabantur, indigebant baptismo Christi.

¶ 4 Præt. Act. 19. dicitur, quod Paulus inuenit quosdam de discipulis, dixitque ad eos, Si spiritum sanctũ accepistis credentes? At illi dixerũt

si qua fuerint in corpore recitata in contrarium.

1m maior. Ioannes noo fuit minor Apostolis. ℞. Fuit tamen minor Christo baptizante in Apostolis. §. Tunc nihil, &c. Nam baptismus, qui dabatur a Petro, Christi erat. Baptismus autem talis est, qualis est ille, in cuius potesta.e datur: nō qualis ille, cuius ministerio datur.

¶ NOT. Hinc. f. ex verbis textus manifeste patet; quod Philippum illū Samaritas baptizantem Act. 8. fuisse diaconum, non Apostolum, est de mente D. Thomæ. Vnde & expresse dicit in 4. dist. 2. art. 4. ad primum. Illis, qui baptizati erant ibi a Philippo, non erat datus spiritussanctus ad robur, sicut in confirmatione datur: quia ille nō fuit Philippus Apostolus, sed unus de septem diaconibus. Ideo noo poterat, manus imponere; qoia hoc episcoporum est; & propter hoc missi sunt ad hoc Petrus & Ioannes. Hæc ibi. Ex his patet: ꝙ Sancti Thomę dictū Ioan. ca. lect. 4. de Philippo Apostolo, quōd. s. ipse primus prædicauit Samaritanis, intelligitū; sicut de Ioanne Baptista dictum Mat. 11. ipse est Elias. Ergo Philippus diaconus primō prædicās Samaritanis, ipse secundum similitudinem nominis, sanctitatis, officiiq; prædicationis, fuit Philippus Apostolus: licet non secundum personam. Sic intellexisse D. Thomā, constat ex eo, quod allegat ibi dictū Actu. 8. in quo cap. non potest nō vidisse; quod Apostoli non fuerunt tunc ab Hierusalem dispersi.

*es. 2. Ioc. lis nō multū remote a fi. to. 6.
† Amb. li. 3. ca. 3. circa prin. t. 2
* Est glos. Aug. trac. 80. in Io. a med. illius to. 8.
* trac. 5. in Ioan. inter med. to. 9
* epi. 4. d. 2 parag. vlt.

2m minor. Apostoli non uidentur esse baptizati baptismo Christi. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur: quod Christus non baptizabat cæteros, sed discipuli eius, Ioan. 4. Vnde nihil probat in contrarium negationis. Cum hoc enim stat, ꝙ Christus per seipsum baptizauerit discipulos: vt innui uidetur ex Ioā. 3. per ly ibi morabatur cum eis & baptizabat, scilicet eos, idest, discipulos suos. Adde: quod idem Euāgelista, quando transijt ad loqoendum de baptizare plures, quam Ioannes, quod est baptizare cęteros, mox, vt dixit cap. 4. ly Iesus baptizat, exposuit dictum suum per ly quāꝗ Iesus nō baptizaret; sed discipuli eius.

Tertium

ad eum, Sed neque si Spiritussanctus est, audiuimus. Ille uero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, in Ioannis baptismate. Et sequitur, quod baptizati sunt iterū in nomine domini nostri Iesu Christi. sic ergo videtur, quod quia Spiritumsanctum nesciebant, oportuit eos iterum baptizari: sicut Hier. * dicit super Ioelem, & in epist. de viro vnius vxoris, & Ambros. † in lib. de Spiritusancto: sed quidam fuerunt baptizati baptismo Ioannis, qui habebant plenam notitiam Trinitatis. ergo non erant baptizādi iterum baptismo Christi.

¶ 5 Præt. Roman. 10. super illud, Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, dicit glos. Augustin. * Vnde est ista tanta uirtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed qua creditur? Ex quo patet, quod virtus baptismi dependet ex fide: sed forma baptismi Ioannis significauit fidem Christi, in qua nos baptizamur: dicit enim Paulus Actu. 19. Ioannes babtizabat baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum, qui venturus est post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum. ergo uidetur quod non oportebat baptizatos baptismo Ioannis, iterum baptizari baptismo Christi.

SED CONTRA est, quod Augustin. * dicit super Ioan. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis, oportebat vt baptizarentur baptismate Christi.

RESP. Dicendum, quod secundum opin. Magist. in 2. distinct. 4. Sentent. * illi, qui baptizati sunt a Ioanne, nescientes Spiritumsanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi: illi uero, qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum credebant, non fuerunt postea baptizati, sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritumsanctum receperunt. Et hoc quidem verum est, quantum ad primam partem, quod multis auctoritatibus confirmatur: sed quantum ad secundam partem est penitus irrationabile quod dicitur. Primo quidem, quia baptismus Ioannis neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, sed erat solum in aqua, vt ipsemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis, fides, uel spes, quam habebant in Christum, non poterat hunc defectum supplere. Secundo,

3m de minori. Non legitur. ℞. Expresse in Euangelio. §. Tunc nihil, &cæt. Sufficit enim quod io Euangelio Matth. 3. Legatur implicite per ly Ego, &cæt. Sine modo: & expresse a Sanctis Doctoribus Chrysostomo, & Hierooymo.

quia quando in sacramento omittitur quod est de necessitate sacramenti, non solum oportet suppleri, quod fuerat omissum, sed oportet totaliter innouari. Est autem de necessitate baptismi Christi, ꝙ fiat non solum in aqua, sed etiam in Spiritusancto, secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Vnde illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptismo Ioannis, non solū erat supplendum, quod deerat (vt scilicet daretur eis Spiritussanctus per impositionem manuum) sed erant iterato totaliter baptizādi in aqua, & Spiritu.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Aug. * dicit super Ioan. post Ioannem baptizatum est: quia nondabat baptismum Christi, sed suum: quod autem dabatur a Petro, & si quod datum est a Iuda, Christi erat. Et ideo, si quos baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizandi: baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis ille, cuius ministerio datur. Et inde est etiam, quod baptizati a Philippo diacono, qui baptismum Christi dabat, non sunt iterū baptizati, sed acceperūt manus impositionem per Apostolos, sicut baptizati per sacerdotes, confirmantur per episcopos.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut Augu. * dicit ad Seleucianum, intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, (sicut nonnulli arbitrantur) siue, quod magis credibile est, baptismo Christi, neque enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Chrys. * dicit super Matt. per hoc, quod Christus Ioanni dicenti, Ego a te debeo baptizari, respondit, sine modo, ostenditur ꝙ postea Christus baptizauit Ioannem. Et hoc dicit in quibusdam libris apocriphis manifeste scriptum esse. Certum tamen est, vt Hieronymus, * dicit super Matth. quod sicut Christus fuit baptizatus in aqua à Ioanne, ita Ioānes a Christo erat in Spiritu baptizandus.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ non est tota causa, quare illi fuerunt baptizati post baptismum Io. quia Spiritumsanctum non cognouerāt,

4m de conclusione prima. Quis spiritumsanctum nesciebant. ℞. Et Christi baptismo baptizati non erant. §. Adeo ꝙ ambo hæc simol iuncta fuerunt ratio, quare postea ab Apostolo baptizati sunt. Tunc nihil, &c. vt patet. Decipiebatur ergo argumeotū ex eo, quod insufficiēter adducebat causams vnde motus est Apostolus ad baptizandum eos. Non enim ad hoc motus est solum, quia nesciebant spiritūsanctum esse; sed etiam ex hoc, quod per baptismum iam ab eis susceptum non acceperant spiritumsanctum. Ad principale siquidem, de quo interrogauerat per ly si spiritumsanctum accepistis credentes, respexit Apostolus; vnde & sat ei fuit audire ab eis responsum, quod spiritumsanctum non acceperant: id quod ex superabundanti cognouit per hoc, quod responderunt, sed neque, si spiritussanctus est, audiuimus. Dedit ergo eis baptismum Christi principaliter inde motus, quia spiritumsanctum noodum acceperant. Quòd autem nescirent, an esset spiritussanctus, fuit quidē causa instruendi illos, sed nō baptizandi; nisi forte indirecte, seu ex cōsequenti, qoo modo BB. Hierooymus & Ambrosius intelligunt. Vnde S. Doctor ad authoritates has (quod. n. de vno dicitur, intelligitor de utroque) respondens dicit in 4. d. 2. q. 2. ar. 4. ad secundū. Hieron. non vult tangere causam rebaptizationis, sed insufficientiam fidei ipsorum ad salutē: vt patet ex uerbis præcedentibus. Præmittit enim, qui dicit se credere in Christum, & non credit in spiritumsanctum, nondum habet claros oculos. Insufficientia autem fidei nō posset esse causa, quare aliqui baptizarentur; sed quare instruendi essent: sicut & nunc fit. Quia ergo & tota causa baptizationis eorum noua non adducitur; & illa, quæ ab argumēto addu-

* tract. 5. in Ioan. inter pri. & me. to. 9.
* epi. 10 in med. pcipue. to. 2.
* hom 4. in Mat. i ope imper. sup illud, sine modo. t. 2.
* Mat. 3. sup illud, sine modo, to 9.

to adducitur, non est principalis; quam tamen ut principalem falso attribuere videtur. SS. Hieronimo atq; Ambrosio: ideò nihil penitus contra veritatem conclusionis articuli concluditur. Hæc prędicta in textu responsalis virtualiter inclusa esse videbis: si breuitatem ipsius copiosam uigili studio recte, & profunde, penetraueris.

5m de maiori.

Ex fide B. Christi, qui iam venit. §. idest ex fide Christi vel præsentis, (quomodo virtus baptismi Christi dati ante ipsius mortem, Ioan.3. 4. dependebat ex fide) vel præteriti (quomodo virtus baptismi eiusdē dati postea Actu.2.&c. dependebat, dependet, ac dependebit, ex fide). Tunc nihil &c. Nā licet forma baptismi Ioānis signauerit fidem Christi; nō tamen signauit eam per modū pręsentis, vel pręteriti, sed per modum venturi. Actu.19. Hinc est: quod sacramentum illud suum seu potius sacramentale quoddam, art.1. ad primum, sicut & sacramenta veteris legis, erat solummodo signum gratię futurę. (Non.n. dabat gratiam ar.3.) & consequenter non erat baptismus Christi, cum sacramenta nostra sint signa gratiæ præsentis: & consequenter baptizati batismo illo indigebant baptizari baptismo Christi; vt characterem Christi, tanquam eius milites, et gratiam Christi, tanquam eius amici, consequerentur.

¶ Not. Dixi; quod Ioannis baptismus non significabat Christū, nisi per modum venturi. Quod non intelligitur sic, quasi Christus nondum in carnem, vel etiam aliqualem manifestationem, venisset: sed sic.s. quia immolationē sui in cruce, quam uenerat facere, nondum actualiter fecerat, sed de proximo facturus erat. Vt, si dicamus. Baptizabat in nomine Christi ad passionem mortis actualiter citò uenturi .i. calicem talis mortis actu pro nobis peccatoribus bibituri Hinc est; quod ipsi baptizandi ex auditu huius formę, cuius sensum Ioannes vel ante, vel simul, vel post, baptizationem eis declarabat concipientes, fidem Christi tam erga peccatores misericordis mouebantur & ad confitendum peccata sua; & ad protestandum, se penitentiam acturos de peccatis; & ad sperandum in Christum passurum, quod .s. passione eius mediante remissionem sibijpsis peccatorū suorum condonaturus esset; Matth.3. Mar.1. supra art.3. Nihilominus baptizatis ipsis à Ioanne fides talis & spes, quam habebant in Christum, non poterant characterem, gratiamque donare (ut in corp. dicitur); sed ad ipsa per baptismum Christi actualiter habendam disponebant artic. 3.

sed quia non erant baptismo Christi baptizati.

Ad QVINTVM, dicendum, quod sicut dicit Aug. contra Faustū Sacramenta nostra sunt signa præsentis gratiæ: sacramenta vero veteris legis, fuerunt signa gratiæ future. Vnde ex hoc ipso, quòd Ioannes baptizauit in nomine uenturi, datur intelligi quod non dabat baptismum Christi, qui est sacramentum nouę legis.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis & Augustino, quod baptizati baptismo Ioannis erant iterum baptizandi baptismo Christi. A D. Augustino, quidem: vt in argum. contr. A scripturis vero p hoc, quod Ioannes ad baptizatos a se loquens, expresse dicit Matth.3. Mar.1. Luc.3. Ipse uos baptizabit in spiritusancto, vbique enim explicat ly uos; ex hoc quasi ad digitum demonstrans, quod illæ personæ signatæ, quas ipse baptizauerat, erant baptismo Christi de nouo baptizandæ; & quod erat sui ipsius intentum, vt a se baptizati ad Christi baptismum postea accederent. Hæc omnia importantur per ly vos: quod hic facit suppositionem personalem. Nam easdem numero personas, quas Ioannes in suam scholam siue simpliciter docendo, siue etiam baptizando recepit mittebat tanquam fidelissimus præcursor ad Christum: vt patet ex eo, quod ipse coram discipulis suis dixit Ioan.1. Ecce agnus Dei, proculdubio ut agnum illum sequerentur. Adde secundum doctrinam sanctorum; quod Ioannes non tantum verbo prædicando, sed etiam aqua baptizando, præcurrit Christum. Hoc autem proprie non fuit solum ex eo, quod ipse ante Christum prædicauit & baptizauit; sed principalius ex eo, quod eos, quos docebat, & baptizabat, mittebat ad doctrinam & baptismum Christi, commonens, scilicet eosdem numero homines, quod deberent accedere ad Christum, vt edocerentur, & baptizarentur ab illo. Præcursoris namque, vt præcursoris, est dirigere, quos ducit, ad eum, cuius præcursor uere dicitur. Item insinuatur idem per hoc, q dicitur Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Constat.n. quod p baptismum Ioannis nemo renascebatur, sed nec ipse hoc de baptismo suo dixit vnquam; & quod per baptismum Christi homo regenerauit. Ergo baptizatos a Ioanne, oportuit s̄m scripturā hanc, baptizari vel in re vel in uoto (si facultas non affuisset) baptismo Christi: vt possent introire in regnum Dei. Secundò vides: quomodo ex ijs, bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primo recitatur opinio Magistri Sentēt. Secundo, respondetur quæsito. Opinio Magist. distinguit duplicem dispositionem baptizatorum a Ioanne (vt patet in litera) & quosdam rebaptizandos baptismo Christi, & quosdam non dicit.

¶ Quo ad secundum Auctor simpliciter dicit, quod omnes baptizati a Ioanne baptizandi erant baptismo Christi, & propterea pro una parte consentit Magistro, pro alia contradicit, & probat vniuersalem dupliciter. Primo, ex parte effectus inseparabilis p fidem, spem, & charitatem, scilicet characteris, qui per Christi baptismum imprimitur. Secundo, ex parte essentialis partis ipsius baptismi, deficientis, s. Spiritus. Omnia patent in litera.

¶ In responsione ad secundum, & tertium, aduerte quod de baptismo Christi materiali passiue accepto a Ioanne, & Apostolis, non habetur clarè in Scriptura pars affirmatiua: sed rationabile est, quod baptizati a Christo fuerint, vt Ioannes impleret debitū suum, Ego a te debeo baptizari, & Apostoli baptizantes Christi baptismo, primo fuerint baptizati, vt August. arguit, & bene. Nec aliquid appareret obstare: nisi forte verbum Christi Act.1. Ioannes baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritusancto. Sed reuera, hoc non obstat: tum quia per hoc non excluditur, eos baptizatos esse baptismo Christi, licet de Ioannis baptismo tantum mentio factum, quia in promptu ratio est quare Ioannis baptismi solius meminit Christus: quia, scilicet donum Spiritussancti non distinguitur contra baptismum Christi, qui fit in aqua, & spiritu, Ioan.3. sed contra baptismum Ioannis, qui fiebat solum in aqua, ipso Ioanne teste distinguente baptismum suum contra baptismum in spiritusancto, Matt.3.

¶ In responsione ad quintum, dubium occurrit: quia aliud est loqui de gratia futura, & aliud de Christo uenturo: potuit enim gratia præsens esse ex fide Christi uenturi, vt patet in sanctis illis, qui præcesserunt Christi aduentum: litera autem pro eodem habet Christum uenturum, & gratiam futuram. incompacta ergo videtur.

¶ Ad hoc dicitur, quod litera est intelligenda iuxta subiectam materiam, de qua est sermo, s. de sacramentis. Ex illa siquidem differentia ab August. posita inter sacramenta nouæ, & ueteris legis, quod nostra præsentis, uetera futuræ gratiæ sunt signa, manifeste sequitur, quod nostra præsentis Christi, per quem gratia facta est, Ioan.1. illa, uenturi Christi signa erant. Et propterea Ioannis baptisma sapiebat in hoc sacramenta veteris legis, quod in nomine uenturi Christi dabatur, vnde, & Paulus iussit in nomine domini nostri Iesu Christi simpliciter, & absolutè, & non uenturi illos baptizari, qui Ioannis baptismum susceperant Act.19.

Medina per totam quæstionem.

SVP. Q. XXXIX. ART. I.

COncl. Conueniens fuit, Christum baptizari.

¶ Proba. 1. Quia sic, aquas baptizandis, sanctificauit. Secūdo, quia sic, naturam humanam in alijs indigere baptizari, monstrauit. Tertio, Quia sic, prius facere voluit illud, quod faciendum alijs imperaturus erat.

QVAESTIO XXXIX.

De baptizatione Christi, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de baptizatione Christi.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Christus debuerit baptizari.

¶ Secundo, Vtrum debuerit baptizari baptismo Ioannis.

¶ Tertio, De tempore baptismi.

¶ Quarto, De loco.

¶ Quinto, De hoc quod ei sunt cęli aperti.

¶ Sexto, De Spiritusancto apparente in specie columbæ.

Primum

¶ Septimo,

1m maior. Baptizari eſt ablui. B. Ablutione corporali. Vt ſic baptizatus vel abluatur ſpiritualiter, uel abluat ſpiritualiter. §. Tunc nihil, &c. Christus enim non fuit baptizatus, idest corporaliter ablutus, vt ſpiritualiter ablueretur (vt recte dicit minor) ſed &c. vt in tex. Cuius dicti uidemus quodammodo ſimile in matre: quæ comedit, non ut comedat; ſed vt filium ſuũ, eiu panem proprijs dẽtibus mandendo præparat, comedere faciat. vi de ar. 2. corp.

2m de minori. Ad legem. B. Veterẽ. §. Christum tamen baptizari pertinebat ad legem nouam. vide q. 38. artic. 1. ad primum. Tunc nihil, &c. Nam Christus non ſolũ debebat implere, &c. vt in tex.

214 4. d. 3. q. 2. a. 3. q. 1. Et q. 3. ar. 2. q. 1. cor. Et Matt. 3. op. co. ca. 9.

3m de concluſione. Baptizari. Spiritoaliter. §. idest vt mundaretur a peccato. Tunc nihil, &c. Christus enim eſt primum, &c. vt in tex. Ex quo patet ad maiorem illam, quod et per hoc non contrauenitur: quoniam Christus non eſt motus ſecundum motum, quo eſt primum mouens, idest (ſtando in propoſito) non eſt baptizatus ſpiritualiter, quo modo ille alios primo baptizat.

¶ Septimo, Vtrum in columba fuerit uerum animal.

¶ Octauo, De uoce paterni teſtimonii.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Christum baptizari.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum baptizari. Baptizari enim eſt ablui, ſed Christo non connenit ablui, in quo nulla fuit impuritas. ergo videtur quod Christũ non decuerit baptizari.

¶ 2 Præt. Christus circumciſionem ſuſcepit, vt impleret legem, ſed baptiſmus non pertinebat ad legem. ergo non debebat baptizari.

¶ 3 Præt. Primum mouens in quolibet genere, eſt immobile ſecundũ illum motum, ſicut cœlum, quod eſt primum alterans, non eſt alterabile, ſed Christus eſt primum baptizans, ſecundum illud Ioan. 1. Super quem uideris Spiritum deſcendentem, & manentem, hic eſt, qui baptizat. ergo ipſum non decuit baptizari.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Matth. 3. quod venit Ieſus a Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit Christum baptizari. Primo quidem, quia ut Ambr.* dicit ſuper Luc. Baptizatus eſt dominus non mundari uolens, ſed mundare aquas, ut ablutæ carnem Christi, qui peccatum non cognouit, baptiſmatis vim haberent, & vt ſanctificatas aquas relinqueret poſtmodum baptizandis, ſicut Chryſoſtom. † dicit ſuper Matth. Secundo; quia ſicut Chryſoſtom. dicit ſuper Matth. quamuis ipſe nõ eſſet peccator, tamen naturam ſuſcepit peccatricem, & ſimilitudinem carnis peccati, propterea, etſi pro baptiſmate non indigebat, tamen in alijs, carnalis natura opus habebat. Et ſicut Gregor. * Naziã. dicit, Baptizatus eſt Christus ut totum veteranum Adam immergat aquæ. Tertio, baptizari uoluit, ſicut Auguſt. dicit in ſermone de Epiphania, quia voluit facere, quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc eſt quod ipſe dicit, ſic decet nos implere omnem iuſtitiam. vt enim Ambr. * dixit ſuper Luc. Hæc eſt iuſtitia, vt quod alterum facere uelis, prior ipſe incipias, & tuo alios horteris exemplo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus non fuit baptizatus, vt ablueretur, ſed ablueret, ſicut dictũ eſt.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus non ſolum debebat implere ea, quæ erant veteris legis, ſed & inchoare ea, quæ ſunt nouæ legis. Et ideo non ſolum uoluit circuncidi, ſed etiam baptizari.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus eſt primum baptizans ſpiritualiter: & ſic non eſt baptizatus, ſed ſolum in aqua.

* lib. 2. in Luc. vlt. a prin. to. 5.

† hom. 4. in opere Ipſ. nõ remote a pri. to. 2.

* In ora. in Epiph. lumina a me.

* lib. 2. in Luc. c. vlt. a me. to. 5.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem oſtendas, merito eſſe inſinuatum in ſcripturis, & Auguſt. quod conuenienter fuit, Christum baptizari. A ſcripturis quidem per hoc: quod dicitur Matth. 3. Venit, &c. Secundum quod eſt in argum. contr. Pro cuius, aliorumque ſimilium captu, aduerte: quod ad demonſtrandum, aliquod factum Christi eſſe conueniens: ſeu (quod in idem redit) conueniens eſſe, Christum feciſſe ſic, vel ſic; ſufficit oſtendere, quod Christus tale quid fecit, aut ſit in propoſito. Ex hoc enim, quod Christum fuiſſe baptizatum narratur in Euangelio, vult habere Sanctus Doctor: factum illud, idest Christum baptizari, fuiſſe conueniens. Et merito quidem. Nam ſi de filijs Dei adoptiuis, vt ſic, verificatur regula hæc, ſcilicet quod ipſos aliquid feciſſe eſt ipſos illud conuenienter feciſſe (vt probatur. q. 38. ar. 1. append. & art. 5. appen.): multo magis vtique ipſa verificatur de Christo, qui eſt filius Dei naturalis (vt patet ex terminis.) Præterea Christum crucifixum eſſe Dei ſapientiam, dixit Apoſtolus 1. Corint. 1. per quod dictum impoſſibile eſſe monſtrauit; quod aliqua Christi actio ſit inconueniens vel minus recta: immo & per hoc indicauit, quod neceſſe eſt, omnem Christi actionem eſſe conuenientiſſimam & ex omni parte, tam bene rationi conſonam, & rectam, ut nihil ei addi poſſit. Non enim tantum dixit, quod Christus eſt ſapiens, ſed etiam quod eſt ſapientia. Ex philoſophia verò habemus: quod abſtractum nihil prorſus de oppoſito ſecum poteſt compati; licet concretum poſſit. Vt poteſt quidem album, idest res alba fieri aliquo modo nigra; ſicut & calidum, idest res calida poteſt ſecum aliquid frigiditatis habere; & in remiſſo gradu illa participare albedinem, ſicut & hæc caliditatem: ſed albedo non poteſt fieri, immo nec fingi, aliqualiter nigra; aut compati ſecum (etiam ſi fingendi locus detur) aliquid minimum nigredinis, aut non eſſe ſecundum omnem gradum ſuum (ut ita dicam) alba, i. perfecta. Sic in propoſito. Poteſt quidem res ſapiens admittere ſecum. i. admixtũ habere aliquid inſipientiæ, aut etiam in remiſſo aliquantulum gradu participare ſapiẽtiam: ſed non poteſt fieri, immo nec fingi, quod ſapientia aliquid uel paruiſſimum inſipientiæ ſecum habeat admixtũ; aut etiam quod nõ ſit ſecundum omnem gradũ ſuũ perfecta. i. habens omnes gradus ad eſſe ſuũ, idest ad ſapientiam requiſitos. Poterit ergo res ſapiens facere aliquid cõueniẽter, ſed nõ in ſummo, neq; ex omni parte: non poterit autem ſapientia facere aliquid conuenienter, quod non ſit in ſummo conuenientiæ, & ex omni parte cõuenientiſſimũ. De Christo igitur, cũ ſit ſapientia, dicendum omnino eſſe ex prædictis patet: quod omnes actiones ſuæ neceſſario fuerunt in ſummo, & ex omni parte conuenientiſſimæ: & conſequenter, quod Christũ baptizari fuit cõueniẽs per abſolutam antonomaſiam (ſic intellexit articuli concluſio), idest in ſummo, & ex omni parte, conuenientiſſimum. Quod ſi ad huc ueritatẽ coniunxeris, quod Christus non non ſolum eſt ſapiẽtia, ſed & Deus. i. diuina ſapientia: tunc omnes ſingulaſq; eius actiones non tñ in ſummo & oĩ ex parte cõueniẽtiſſimas neceſſario dices; ſed & in ſummo in infinitum, & ex omni parte in infinitũ, ſeu (quod in idem redit) infinite in ſummo, & infinite ex omni parte. Ergo per ly uenit, vt baptizaretur, inſinuatum eſt: quod eum baptizari fuit eã cõuenientiſſimũ; vt nihil ſupra. A D. Aug. aũt, quod idipſum fuerit conueniens, inſinuatur in ſermone appropriato, qui incipit, Proxima. Baptizatus dñs nos regenerauit ad ſalutẽ; Adam abluit peccatorẽ. Illũ currentes aquæ tunc infundebant; ſed peccata noſtra ſecũ portabant De illo guttæ baptiſmatis fluebant; ſed noſtra in guttis crimina defluebant. Needum eramus in mũdo: & iam abluebamur in baptiſmo. Nã ipſa fuit baptiſmatis rõ: vt aquæ, quæ purgaturæ erant, ab illo purgarentur. Tũc enim Christum dñm non tam lauit unda; quã lota eſt. Tibi ergo naſcendo aduenit Christus; tibi uiuendo militauit; tibi moriendo conflixit. Quem pro te uides mortuum; pro te intellige baptizatum. Hæc ibi. Secundo vides: quõ ex ijs bene penſatis, & applicatis, doctrina pſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore vnica concluſio: Conueniens fuit Christum baptizari. Probatur tripliciter. Omnia ſunt clara.

SVP. Q. XXXIX. ART. II.

215 COncl. Christ' non fuit baptizatus baptiſmo proprio, ſed baptiſmo Ioannis: & hoc fuit conueniens.

¶ PROB. Quia Christus baptizauit baptiſmo proprio (vt patet:) & nõ eſt baptizatus eo baptiſ-

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus baptiſmo Ioannis debuerit baptizari.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod Christus nõ debuerit baptizari baptiſmo Ioannis. Baptiſmus. n. Ioannis fuit baptiſmus pœnitentiæ: ſed pœnitentia Christo non connenit, quia nullum habuit peccatũ. ergo uidetur quod

baptiſmate, quo ipſe baptizabat (vt patet ex Auguſtino). Secunda autem pars, ſcilicet & hoc, &cæt. probatur; Quia patet in textu, tum ex conditione baptiſmi Ioannis, tum ex approbatione eiuſdem baptiſmi a Chriſto, tum ex ſanctificatione aquarum.

1m illatio concluſionis. Ergo videtur, &c. ℞. Negatur illatio. §. Quinimmo ex præmiſſis debuiſſet inferri contrarium, ſcilicet ergo videtur, quod Chriſtus debuit baptizari baptiſmo Ioannis. Nam Chriſtus baptizari voluit, vt nos ſuo exemplo, &c. vt in tex. Ex quo patet: quod argumentum, ſi rectificetur, ſtat pro concluſione articuli.

* Ho. 12. in Matt. non lõge a me. 10. 2.

2m minor. Medium ſapit naturam extremorum. ℞. Ipſum tamẽ medium non eſt extrema in ſeipſis. §. Vt patet in propoſito. Nam baptiſmus Iudæorum non quidem ſuperſtitioſus, ideſt manis. q6. 38. ar. 1. ad tertium. ſed in lege præceptus erat ſolum figuralis, &c. vt in textu, vſque ad ly gratiã conferendi. Tũc nihil, &c. Si enim medium non eſt extrema in ſeipſis patet: quod poteſt accipi medium abſque hoc, q accipiantur extrema in ſeipſis. Et ſic fuit in propoſito. Nam Chriſtus mediũ, ſcilicet baptiſmum Ioannis accepit, non accipiendo extrema in ſeipſis, ſ. non accipiendo baptiſmũ, neq; Iudæorum neque proprium. Chriſtus n. neq; indigebat percipere remiſſionem, &c. vt in tex.

* trac. 13. ſ Io. aliquãtulũ a pri. 10. 6.

* q. 34. 2. 4.
† ho. 3. & 4. in ope imperf. 10. 2.
* Bed. Mar. 2. circa pri. 4. 10. 2.
† Naziã. in ora. Epiph. lumina, a med.

3m maior. Quod in reb. humanis eſt optimum, debet attribui Chriſto. ℞. Niſi ſit optimũ in genere ſpiritualis remedii. §. Quo ſcilicet purgetur ille, cui tale remedium attribuitur. Tunc nihil, &c. Nam baptiſmus eſt quoddam ſpirituale remedium, &c. vt in tex. Ex quo dic: quod argumentum ſic (vt debuit) in maiori rectificatum, ſtat pro concluſione articuli; & conſequenter militat contra ſemetipſum.

non debuerit baptizari baptiſmo Ioannis.

¶ 2 Præt. Baptiſmus Ioannis, ſicut dicit Chryſoſt. * medium fuit inter baptiſmum Iudæorum, & Chriſti baptiſmum: ſed medium ſapit naturam extremorum. Cum ergo Chriſtus non fuerit baptizatus baptiſmate legali, nec etiam baptiſmate ſuo; videtur quod pari ratione baptiſmate Ioannis baptizari non debuerit.

¶ 3 Præt. Omne quod in rebus humanis eſt optimum, debet attribui Chriſto: ſed baptiſmus Ioannis non tenet ſupremum locum inter baptiſmata. ergo non conuenit Chriſtum baptizari baptiſmo Ioannis.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Matth. 3. quod venit Ieſus in Iordanem, vt baptizaretur a Ioanne.

RESPON. Dicendum, quod ſicut dicit Aug. * ſuper Ioan. baptizatus dominus baptizabat, non eo baptiſmate, quo baptizatus eſt. Vnde, cum ipſe baptizaret baptiſmo proprio, conſequens eſt quod non fuerit baptizatus ſuo baptiſmate, ſed baptiſmate Ioannis. Et hoc fuit conueniens. primo quidem, propter cõditionem baptiſmi Ioannis, qui nõ baptizauit in Spiritu, ſed ſolum in aqua: Chriſtus autem ſpirituali baptiſmate non indigebat, qui a principio ſuæ conceptionis gratia Spiritusſancti repletus fuit, vt patet ex dictis, * & hæc eſt ratio Chryſoſt. † Secundo, vt Beda * dicit, baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, vt baptiſmo ſuo baptiſmum Ioannis comprobaret. Tertio, ſicut Gregor. † Nazianz. dicit, Accedit Chriſtus ad baptiſmum Ioannis, ſanctificaturus baptiſmũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod ſicut ſupra dictum eſt, * Chriſtus baptizari voluit, vt nos ſuo exẽplo induceret ad baptiſmatum. Et ideo ad hoc, quod eſſet efficacior eius inductio, uoluit baptizari baptiſmo, quo manifeſtè non indigebat, vt homines ad baptiſmum accederent, quo indigebant. Vnde Ambr. † dicit ſuper Luc. Nemo refugiat lauacrũ gratiæ, quando Chriſtus lauacrum pœnitentiæ non refugit.

AD SECVNDVM dicendum, q baptiſmus Iudæorum in lege præceptus erat ſolum figuralis: baptiſmus autem Ioannis aliqualiter erat realis, inquantum inducebat homines ad abſtinendum a peccatis: baptiſmus autem Chriſti habet efficaciam mundandi a peccato, & gratiã conferendi. Chriſtus autem neque indigebat percipere remiſſionem peccatorum, quæ in eo non erant, neque recipere gratiam, qua plenus erat ſimiliter etiam cum ipſe ſit ueritas, non competebat ei id, quod in ſola figura gerebatur. Et ideo magis congruum fuit, quod baptizaretur baptiſmo medio, quam aliquo extremorum.

AD TERTIVM dicendum, quòd baptiſmus, eſt quoddam ſpirituale remedium: quanto autem aliquid eſt magis perfectum, tanto minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipſo quòd Chriſtus eſt maximè perfectus, conueniens fuit, quod non baptizaretur perfectiſſimo baptiſmo: ſicut ille, qui eſt ſanus, non indiget efficaci medicina.

ptizari, ideſt quod conueniens fuit ipſum baptizari, ideſt quod conuenienter baptizatus eſt baptiſmo Ioannis. Sic. i. omnibus his modis, vt qui in idem redeant, expone omnia ſimilia; & ſupra, & infra. Inſinuat uerò per hoc, q dr Matt. 3. quod &c. vt eſt in argum. contr. Quomodo autem illa a S. Doctore ſubintellecta valeat conſequẽtia. ſ. baptizari uoluit a Ioãne, ergo cõueniens fuit eũ a Ioan. baptizari: vide ar. 1. appẽ. & inde applica, quantum ſufficit, ad propoſitũ. Non ſolum n. dicta ibi faciũt pro loco illo; ſed ẽt pro iſto, & omnibus aliis ſimilib. Item per hoc, q dr Sap. 11. omnia in numero, pondere, & menſura, diſpoſuiſti domine Ergo (applica tu) multò magis actionem hanc tuam, ſcilicet baptizari a Ioanne. Item per dictum Prouerb. 8. Iuſti ſunt oẽs ſermones mei: nõ eſt in eis prauum qd, neq; peruerſum. Recti ſunt intelligentibus; & æqui inuenientib. ſcientiam. (Ergo applica tu) iuſte ſunt, rectæ, & æquæ omnes, & ſingulæ actiones meæ; ergo & hæc, ſcilicet a Ioanne baptizari. Vniuerſalia enim illa dicta ſcripturarum ſunt; & conſequenter pro lectoris prudenti iudicio applicabilia ad hæc, & illa, & huiuſmodi, particularia. Quod ut plenius agnoſcere, & in practica ſtudiorum exercere poſſis: uide 1. 2. quæſtio. 68. artic. 4. append. & 2. 2. quæſtio. 122. artic. 2. appendic. & quæſt. 140. artic. 1. appendic. Secundo uides: quomodo ex iis bene penſatis, & applicatis, (quod tibi ſemper relinquitur faciendum) doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

* art. præc.

† li. 2. 2. Luc. vlt. med. to. 5.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, declarat q ſupponit, Chrm baptizatũ baptiſmo Ioã. ex auctoritate Aug. Secũdo ꝓbat tripliciter cõcluſio, ſ. cõueniẽs fuit Chrm baptizari baptiſmo Ioannis.

¶ Et in tertia ratione aduerte, q ratio tendit ad hoc, quod ideo ad baptiſmum Ioannis non ſanctum accedit, vt ſanctificet baptiſmũ non Ioannis, ſed nouæ legis, inſtituendo, ſanctificatione aquarum per carnis ſuæ lauacrum, baptiſmum in ſanctitatem animarum: ex tunc enim inſtitutus eſt baptiſmus nouæ legis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe inſinuatum a ſcripturis: quod debuit Chriſtus baptizari,

SVP. Q. XXXIX. ART. III.

CONCL. Chriſtus conuenienter fuit in trigeſimo anno baptizatus.

216
4. d. 2. q. 3. a. 1. q. 2. 1. & d. 44. in prin. expoſitionis litteræ.

¶ PROB. 1. Quia Chriſtus baptizabatur, quaſi ex tunc incepturus docere (vt patet ex ordine capitulorũ Mat. 3. 4. Luc. 3. 4.): & ætas perfe-

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus conuenienti tempore fuerit baptizatus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod non conuenienti tempore Chriſtus fuerit baptizatus. Ad hoc enim Chriſtus baptizatus eſt, vt ſuo exemplo alios ad baptiſmũ prouocaret; ſed fideles Chriſti laudabiliter baptizantur, non ſolum ante trigeſimum annum, ſed in infantili ætate ergo uidetur quod Chriſtus debuerit baptizare in ætate triginta annorum.

¶ 2 Præt. Chriſtus non legitur docuiſſe, vel miracula feciſſe ante baptiſmum: ſed vtilius fuiſſet mundo ſi priori tempore docuiſſet, incipiens vigeſimo anno, vel etiã prius. ergo videtur, quod Chriſtus, qui ꝓ

perfecta, qualis eſt triginta annorum, requiritur ad docendum (vt patet exemplis). Secũdò, Quia Chriſtus uoluit prius legem antequam ipſa ceſſare inciperet, ſeruare in omnibus (vt patet ex quæſt. 37.): Et hoc, ut lege ſeruata nullus dicat, quod ideo eam ſoluit, q̃a implere nõ potuit

(vt dicit Chrysost.) Tertio, Quia per hoc, quod trigesimo anno baptizatus est, monstrauit: quod baptismus parit uiros perfectos (vt patet ex proprietate illius numeri ad hoc pertinente.)

¶ Not. Pro notitia pleniori secundæ probationis, quod quando de cessatione legalium facit mentionem, uide 1. 2. q. 103. art. 3. & q. 104. artic. 3. pro quanto autem dicit de seruatione totius legis a Christo, uide hic. q. 40. ar. 4.

1ᵐ de maiori.

Vt suo exemplo alios ad baptismum prouocaret. ℞. Non autem, ut eos ad tempus baptismi sic præcisum prouocaret. §. Quasi, scilicet quod nec ante tempus triginta possit & debeat quis baptizari; nec post tale tempus, si autem baptizatus non fuerit. Tunc nihil, &c. imitandi enim illud exemplū ex intentione Christi nobis datum sufficit: quod baptizemur; nec ad hoc requiritur, vt tali tempore, quo ipso baptizatus est, baptizemur. Quare autem (vt responsum formale dicebat) non intenderit nobis præfigere tale tēpus baptismi, est; quia ipse sciebat, nos fore accessuros ad baptismum ex indigentia purgationis a peccato per gratiam; & ideo nobis imminere magnum periculum ex dilatione baptismi: id quod de seipso non posse uerificari, monerat: Christus enim non est baptizatus, quasi &c. vt in text. Pro cuius sano intellectu super ly potius tamen est &c. vide Regulam de ly magis, 1. 2. q. 100. art. 8. ad quartū. Elucid. & 2. 2. quæstio. 100. art. 3. examin. post ad secundum.

* hom. 10. nō remote a prin. to. 2

2ᵐ de minori.

Vtilius fuisset mundo, si priori tempore docuisset. ℞. Negatur hoc. §. Nam fide, & humilitate est mēsuranda utilitas Christi, quam scilicet ipse attulit mundo; non autem tempore. Et hoc est, quod dicit, atque declarat textus ly utilitas, quæ a Christo, &c.

3ᵐ de maiori.

Debuit manifestari. ℞. Secundum legem communem. §. Nam Christus proponebatur hominibus in exemplum omnium. Tunc nihil, &c. Id enim quod de Daniele adducit minor, est extra propositum: tum etiam sit de lege priuata, non de communi.

* in orat. in Epiph. in. mina post med.

Quartum

vtilitate hominum venerat, ante trigesimum annū debuerit baptizari.

¶ 3 Præt. Iudicium sapientiæ diuinitus infusæ maximè debuit manifestari in Christo. Est autē manifestatum in Daniele tempore suæ pueritiæ: secundum illud Dan. 13. Suscitauit dominus spiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel; ergo multo magis Christus in sua pueritia debuit baptizari, & docere.

¶ 4 Præt. Baptismus Ioannis ordinatur ad baptismum Christi, sicut ad finem: sed finis est prior in intentione, & posterior in executione. ergo vel Christus debuit primus a Ioanne baptizari vel ultimus.

SED CONTRA est, q̄ d̄r Luc. 3. Factum est cū baptizaretur oīs populus, & Iesu baptizato, & orante, & inf. Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta.

RESP. Dicendum, quod Christus conuenienter fuit in trigesimo anno baptizatus; Primo quidem, quia Christus baptizabatur, quasi ex tunc incipiens docere, & prædicare. Ad quod requiritur perfecta ætas, qualis est triginta annorum. Vnde legitur Genes. 41. quod triginta annorum erat Ioseph, quādo accepit regimen Ægypti. Similiter etiam 2. Reg. 5. Legitur de Dauid, quod triginta annorum erat cum regnare cœpisset. Ezechiel etiam in trigesimo anno cœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 5. Secundo, quia sicut Chrysostom. * dicit super Matth. futurum erat, ut post baptismum Christi, lex cessare inciperet. Et ideo hac ætate Christus ad baptismum venit, qui potest omnia peccata suscipere, ut lege seruata, nullus dicat, quod ideo eam soluit, quia implere non potuit. Tertio, quia per hoc, quod Christus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi, quod baptismus parit uiros perfectos, secundum illud Ephe. 4. Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde, & ipsa proprietas numeri ad hoc pertinere uidetur: consurgit enim trigenarius numerus ex ductu ternarii in denarium. Per ternarium autē impletio mādatorum legis, & in his duobus perfectio vitæ Christianæ consistit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Gregor. * Nazianzenus dicit, Christus non est baptizatus quasi indigeret purgatione, nec quod aliquod illi immineret periculum differendo baptismum, sed cuius alii non in paruum redundat periculum, si exeat ex hac uita, non indutus veste incorruptionis, scilicet gratia. Et licet bonum sit baptismi munditiam custodire, potius tamen est (vt ipse dicit *) interdum paulisper maculari, quam gratia omnino carere.

* eodem loco.

AD SECVNDVM dicendum, quòd vtilitas, quæ a Christo prouenit hominibus, præcipuè est per fidem, & humilitatem ad quorum vtrumque ualet, quod Christus in pueritia, vel adolescentia non cœpit docere, sed in perfecta ætate. Ad fidem quidem, quia per hoc apparet in eo uera natura humanitatis, quod per temporum incrementa corporaliter profecit: & ne huiusmodi profectus putaretur esse phantasticus, noluit sapientiam suam, uel uirtutem manifestare ante perfectam corporis ætatem. Ad humilitatem vero, ne ante perfectam ætatem aliquis præsumptuose prælationis gradum, & docendi officium assumat.

AD TERTIVM dicendum, Christus proponebatur hominibus in exemplum omnium. Et ideo oportuit in eo ostendi, id quod competit omnibus secundum legem cōmunem: vt scilicet in ætate perfecta doceret: sed sicut Gregor. Nazianz. * dicit, non est lex communis, quod raro contingit, sicut nec una hirundo uer facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispensatione, secundum diuinæ sapientiæ ordinem concessum est præter legem communem, vt ante perfectam ætatem, officium, uel præsidendi, vel docendi haberet; sicut Salomon, Daniel & Hieremias.

* loco citato ad arg. 1.

AD QVARTVM dicendum, quòd Christus nec primus, nec vltimus debuit a Ioanne baptizari: qa vt Chrysostom. * dicit super Matt. Christus ad hoc baptizabatur, vt cōfirmaret prædicationem, & baptismum Ioannis, & vt testimonium acciperet a Ioanne. Nun autem creditum fuisset testimonio Ioannis, nisi postquam fuerunt multi baptizati ab ipso. Et ideo non debuit primus a Ioanne baptizari. Similiter etiam, nec ultimus quia (sicut ipse ibidem subdit) sicut lux solis non expectat occasum luciferi, sed eo præcedente egreditur, & suo lumine obscurat illius candorem, sic, & Christus non expectauit, vt cursum suum Ioannes impleret, sed adhuc eo docente, & baptizante, apparuit.

* hom. 4. in Mat. i ope impfecto circa prin. illius to. 2.

4ᵐ illatio conclusionis.

Ergo vel debuit, &c. ℞. Negatur illatio. §. Cuius negationis ratio pro vtraque parte patet in textu ex Chrysostomo. Ac si formaliter ad argumentum diceretur: Negatur illatio; quia procedit ex insufficientia præmissæ maioris. Non enim baptismus Ioannis ordinabatur solum ad baptismum Christi, sed etiam ad plenam manifestationem Christi. Hoc est. Non tantum ordinabatur ad hoc, vt eo Christus baptizaretur; sed etiam vt a Ioannis testimonio plene manifestaretur. Hinc est; quod Christus neque debuit primus baptizari; quia non creditum fuisset testimonio Ioannis, nisi postquam multi fuerunt baptizati ab eo, quasi iam per hoc magnam ei fidem adhibentes: neque etiam debuit vltimus baptizari; quia multi alij ad Christum iam baptizatū directi sunt a Ioanne adhuc baptizāte, & sic per tale etiam subsequens testimoniū manifestatus est plene Christus. Sicut (stando in exemplo textus) Lucifer adhuc procedens, egresso sole, manifestat magis uirtutem solis per hoc; q̄ sua lux paulatim obscuratur crescente splēdore solis. Pro horum, de plena manifestatione, capiu [illegible] lion. vide quæst. 38. artic. 2. ad primum, & tertium. Elucid. Vnde notabis: quod Ioannis baptismum Christo baptizato non debuisse statim cessare, est idem; ac si dicatur, Christum non debuisse baptizari vltimum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatū a scripturis: quod Christus tempore conuenienti baptizatus est. Vt per hoc, quod dicitur Luc. 3. factum est, &c. vt in argumen. contr. De tali consequentia inde subintenta (alioquin ex illa authoritate nō' concluderet articuli propositū) scilicet ergo tempore conuenienti est baptizat', quomodo valeat; cognosce ex dictis art. 1. append. Item p̄ hoc; quod de uiro iusto, & cōsequēter multo magis de Chr̄o, qui est in s̄' anthonomatice. Iia, 23. d̄r in Psal. 1. Fructū suum dabit in t̄pe suo,

Item

Item per hoc; quod de sapientis, & consequenter multo magis de Christo, qui est Dei sapientia. 1. Cor. 1. negocijs dicitur, Eccl. 8. Omni negocio tempus, & opportunitas. Hoc est. Omne sapientis negocium ab eo fit in tempore opportuno. Item per hoc; quod de Deo, qui Christus est, dicitur, Ecclesiastici 3. Cuncta fecit bona in tempore suo. Item Eccl. 39. opera domini vniuersa, bona ualde. Et quomodo essent bona; si non fierent tempore opportuno? Nam bonitas rei dependet etiam ex circunstantijs. 1. 2. q. 18. ar. 3. inter quas circumstantias est tempus. 1. 2. quæst. 7. artic. 3. Applica tu supradicta vniuersaliter dicta ad particulare hoc, scilicet ad baptizari; & mox uidebis; per singula scripturarum illarum probari intentum, quod pro articulo quæritur. vide & artic. 2. appen. pro ampliori instructione. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de tempore Christi ætatis scilicet anni trigesimi quærit.

¶ In corpore vna conclusio: Christus conuenienter anno trigesimo fuit baptizatus. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

SVP. Q. XXXIX. ART. IIII.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit in Iordane baptizari.

AD QVARTVVM sic proceditur. Videtur quod Christus nõ debuerit baptizari in Iordane. Veritas enim debet respondere figuræ: sed figura baptismi præcessit in transitu maris rubri: vbi Aegyptii sunt submersi, sicut peccata delentur in baptismo. ergo videtur quod Christus magis debuerit baptizari in mari, quam in flumine Iordanis.

¶ 2 Præt. Iordanis interpretatur descensus: sed per baptismum aliquis ascendit magis, quam descendat: Vnde etiam Matth. 3. dicitur, ꝙ baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua. ergo uidetur inconueniens fuisse, quod Christus in Iordane baptizaretur.

¶ 3 Præt. Transeuntibus filiis Israel, aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum, vt legitur Iosuæ, & sicut etiam in Psal. 113. dicitur: sed illi qui baptizantur, non retrorsum, sed in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniens, quod Christus in Iordane baptizaretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Marc. 1. quod baptizatus est Iesus a Ioanne in Iordane.

RESP. Dicendum, quòd fluuius Iordanis fuit, per quẽ filii Israel in terram promissionis intrauerunt. Hoc autem habet baptismus Christi speciale præ omnibus baptismatibus, quod introducit in regnum Dei, quod per terram promissionis significatur. vnde dicitur Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Ad quod etiam pertinet, quod Helias diuisit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cœlum, vt dicitur 4. Reg. 2. quia scilicet transeuntibus per aquam baptismi, per ignem Spiritussancti patet aditus in cœlum. Et ideo conueniens fuit, vt Christus in Iordane baptizaretur.

AD PRIMVM ergo diendum, quod transitus maris rubri præfigurauit baptismum, quantum ad hoc, quod baptismus delet peccata: sed transitus Iordanis quantum ad hoc, quod aperit ianuam regni cœlestis, qui est principalior effectus baptismi, & per solum Christum impletus. Et ideo conuenientius fuit quod Christus in Iordane, quam in mari baptizaretur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in baptismo est ascensus per profectum gratiæ, qui requirit descensum humilitatis secundum illud Iacob. 4. Humilibus autem dat gratiam. Et ad talem descensum referendum est nomen Iordanis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut August. dicit in ser. de Epipha. Sicut antea aquæ Iordanis retrorsũ conuersæ fuerant, ita modo Christo baptizato retrorsum peccata conuersa sunt. Vel etiam ꝑ hoc significatur, ꝙ contra descensum aquarũ, benedictionũ fluuius sursum ferebatur.

218 Matt. 3.

CONCL. Conueniens fuit: vt Christus in Iordane baptizaretur.

¶ PROB. Quia baptismus Christi introducit in regnum Dei (vt patet ex Ioan. 3.): Et hoc figuratum fuit per transitum Iordanis ad terram promissionis (Iosue 3.) atq; ad cęlum aereum (4. Reg. 2.)

1^m maior. Veritas debet respondere figuræ. ℞. Secundum illam considerationem, secundum quam attenditur ueritas; de qua tractatur. §. Tunc nihil, &c. Nã falsa est minor in sensu illo sumpta; secundum quem nunc consideratur ueritas, idest baptismus Christi. Consideratur enim hic secundum quod aperit ianuam regni cęlestis: id quod (ut patet) non figurat directe transitus maris rubri; cum directe figurando respiciat deletionem peccatorum, non autem instantem ingressum regni (vt facit transitus Iordanis.)

2^m minor. In baptismo aliquis ascendit magis, quam descendat. ℞. Non tamen ascendit, nisi prius descendat. §. Non enim, nisi humilibus, datur gratia. Tunc nihil, &c. vt patet in tex.

3^m illatio conclusionis. Non ergo fuit cõueniens. &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex mala applicatione conuersionis aquarum retrorsum. Talis namque conuersio non debet applicari baptizatis (vt argumentum in minori innuit): sed applicanda est peccatorũ destructioni, uel etiã magnitudinis gratiarum baptizatis absq; meritis propriis datarum (vt, sub aliis uerbis, habes in tex.)

¶ EXAM. Ly aquæ retrorsum conuersæ fuerant. Hoc est. Aquæ, quæ ex superiori parte Iordanis descendentes fluere deorsum secundum se debuerant (sicut antea semper fecerunt) contra naturam suam steterunt in unum, & sursum, idest in altum, ad instar montis eleuatæ sunt (vt patet Iosue cap. 3.). Conuerti ergo retrorsum aquas, est; illas & non facere cursum suum ordinarium, & facere contrarium cursui suo ordinario. Vnde textus ly, uel etiam, &c. quasi explicans quid fuerit illud conuerti retrorsum, applicando ad figuratum dicit ly contra descensum aquarum benedictionũ fluuius sursum ferebatur. Hoc est; ad propositum primum reuertendo. Baptizatis contra cursum ordinarium aquarum, idest suorum peccatorum, qui est descẽsus ad infernum, datur fluuius, idest abundantia benedictionum, quæ feruot sursum uersus cęlum baptizatos ipsos. Vide Compend. Alber. Magni lib. 4. cap. 11. schol. & applica recte.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a scripturis insinuatum; quod Christus conuenienter in Iordane baptizatus est. Vt per hoc; quod dicitur Marc. 1. Quod & cæter. secundum quod est in argumen. contr. De ualore consequentiæ hic a Sancto Doctore subintellectæ patet in suis similib. supradictis articul. 3. appendic. Item per hoc, quod dicitur Ecclesiastici 39. Opera domini vniuersa; bona ualdè. Ad bonitatem enim rei faciunt circunstantiæ eius, prima, 2. quæstio. 18. artic. 3. & inter has est locus, ibidem quæstio. 7. articul. 3. Item per dicta in artic. 1. & 2. appendic. Quæ tamen, vt vniuersalia debes applicare ad particulare hoc, scilicet ad baptizari in loco isto, id est in Iordane. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit vt Christus in Iordane baptizaretur: quia per hoc significatur ingressus per baptismum in regnum Dei. Declaratur quæ hoc duplici figura, scilicet transitu filiorum Israel in terram promissionis & Heliæ in cœlum. Et scito, quod ratio ista mystica est: nec potest reddi magis literalis, nisi quia Deus elegit magis Iordanem, quam alias aquas.

SVP. Q. XXXIX.

Art. v.

218

Inf.q.49.a.5.ad 3. Et 3.d.18.a.6 q. 3.ad 2. & d. 22.q. 3.a.1.ad 4. Et op. 60. cap.9.

CONCL. Christo batizato, conuenienter apertum est cęlum.

¶ PROS Quia in baptismo Christi debuerunt demonstrari ea, quæ pertinent ad efficaciam nostri baptismi (cum Christus baptismo suo intenderit consecrare baptismum nostrum:) & ad efficaciam baptismi nostri ꝑtinent tria hæc, scilicet uirtus cęlestis, fides cęlestiom, introitusq; regni celorum; quæ omnia significantur per cęlum apertum.

¶ NOT. Quooiã ex Euangelio ad literam cõclusio desumpta est, & in eodem Euangelio adduntur duo verba, scilicet ly orante, & ly ei; ideo D. Thomas, vt nihil de ad subiectam materiam pertinentib. relinquat (pro more suo) nobis immanifestum, attendit in residuo corporis ad explicatiooem sensus ipsorum duorum nocabulorum.

1ᵐ de minori.

Sed Christus. ℞. Secundum diuinitatem consideratus. §. Tunc nihil, &cæt. Nam sicut Christus secundum dispensationem humanam, idest secundum humanitatem, baptizatus, & cæter. vt in textu.

2ᵐ de minori.

Similiter nec etiam intelligi potest spiritualiter. ℞. Negatur. §. Vt multipliciter declarat in tex. Vnde ad probationem illam.s. quia ante oculos fi. De. cæ an. clau. non fue. dic: quod nihil probat contra negarum. Ex hoc enim nõ sequitur (vt patet discurrenti): quod cœli ei baptizato aperti spiritualiter non fuerint, secundum sensum; qui dicitur in textu a ly quasi ipsa ad uisionem Christi referatur, quod quidem aliqui, &c. vsque in finem.

3ᵐ de maiori.

Per Christi passionem. ℞. Tanquam per causam cõmunem. §. Túc nihil, &c. oportet enim hanc causam communẽ apertionis cęlorum singulis, &c. vt in textu vsque ad ly quam in passione Christi. Cuius textus doctrina, ꝑ quanto de caosa communi applicanda ꝑ particularem pro consequẽda salute loquitur, confirmatur ex Concilio Trident. sessio. 6. cap. 3. dicente de Christo. Verum etsi ille pro omnibus mortuus est, non tameo omoes mortis eius beneficiũ recipiunt: sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut re vera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniustitiã, nisi in Christo renascerent, nũq̃ iustificarent. Hæc

* alias spiritualiter.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christo baptizato, cœli debuerint aperiri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod Christo baptizato non debuerint cœli aperiri. Illi enim aperiendi sunt cœli, qui indiget intrare in cœlum, quasi extra cœlum existens: sed Christus semper erat in cœlo secundum illud Ioan. 3. Filius hominis, qui est in cœlo. ergo videtur quod nõ debuerint ei cœli aperiri.

¶ 2 Præt. Apertio cœlorum, aut intelligitur spiritualiter, aut corporaliter: sed non potest intelligi corporaliter: quia corpora cœlestia sunt impassibilia, & infrangibilia: secundum illud Iob. 37. Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt? Similiter etiam, nec potest intelligi spiritualiter: quia ante oculos filii Dei cœli antea clausi non fuerant. ergo uidetur inconuenienter dici, quod baptizato Christo, aperti fuerint ei cœli.

¶ 3 Præt. Fidelibus cœlum apertum est per Christi passionem, secundum illud Hebræor. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorũ in sanguine Christi. Vnde etiam nec Christi baptismo baptizati, si qui ante eius passionem decesserint, cœlos intrare potuerunt. ergo magis debuerunt aperiri cęli Christo patiente, quam eo baptizato.

SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. 3. Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, Christus baptizari voluit, vt suo baptismo consecraret baptismum, quo nos baptizaremur. Et ideo in baptismo Christi ea demonstrari debuerunt, quæ pertinent ad efficaciam nostri baptismi: Circa quam tria sunt cõsideranda. Primo quidem principalis uirtus, ex qua baptismus habet efficaciam, quæ quidem est uirtus cœlestis. Et ideo baptizato Christo, apertum est cœlum, vt ostenderetur, quod de cætero cœlestis virtus baptismum sanctificaret. Secundo, operatur ad efficaciam baptismi fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur, vnde, & baptizati fidem profitentur, & baptismus fidei dicitur sacramentum. Per fidem autem inspicimus cœlestia, quæ sensum, & rationem humanam excedunt: & ad hoc significandum Christo baptizato aperti sunt cœli. Tertio, quia per baptismum Christi* specialiter aperitur nobis introitus regni cœlestis, qui primo homini præclusus fuerat per peccatum. Vnde baptizato Christo, aperti sunt cęli, vt ostenderetur quòd baptizatis patet via in cœlum. Post baptismũ autem necessaria est homini iugis oratio, ad hoc quod cœlũ introeat. Licet enim per baptismum remittantur peccata, remanet tamen fomes peccati, nos impugnans interius, & mundus, & dæmones, qui impugnant exterius. Et ideo signanter dicitur Luc. 3. quod Iesu baptizato, & orante, apertum est cœlum: quia scilicet fidelibus necessaria est oratio post baptismũ. Vel vt detur intelligi, quod hoc ipsum, quod per baptismum cœlum aperitur credẽtibus, est ex uirtute orationis Christi. Vnde signanter Matth. 3. dicitur, quod apertum est ei cœlum, idest omnibus propter eum: sicut si Imperator alicui pro alio petenti dicat Ecce, hoc beneficium non illi do, sed tibi, idest propter te illi, vt Chrysost. dicit super Matth.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Chrysost. dicit super Matth.† sicut Christus secundum dispensationem humanam baptizatus est, qoamuis ipse propter se baptismo non indigeret: sic etiam secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cœli, secundum autem naturam diuinam semper erat in cœlis.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Hieron. dicit super Matth.* cœli aperti sunt Christo baptizato, non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis: sicut & Ezechiel in principio voluminis sui cœlos apertos esse commemorat. Et hoc probat Chrysostom. super Mat.* dicens, Quod si ipsa *creatura, scilicet cœlorum, rupta fuisset, non dixisset, aperti sunt ei: quia, quod corporaliter aperitur, omnibus est apertum. Vnde etiam Marci Primo expresśè dicitur, quod Iesus statim ascendens de aqua, vidit apertos cœlos, quasi ipsa apertio cœlorum ad visionem Christi referatur. Quod quidem aliqui referunt ad uisionem corporalem, dicentes, quod circa Christum baptizatum tantus splendor fulsit in baptismo, vt viderentur cœli aperti. Potest etiam referri ad imaginariam visionem, per quem modum Ezechiel vidit cœlos apertos: formabatur enim ex diuina, & voluntate rationis, talis uisio in imaginatione Christi, ad designandum, quod per baptismum cœli aditus hominibus aperitur. Potest etiam & ad uisionem intellectualem referri, prout scilicet Christus uidit iam baptismo sanctificato, apertum esse cœlum hominibus, quod tamen etiam ante viderat fiendum.

AD TERTIVM dicendum, quod per passionem Christi aperitur cœlum hominibus, sicut per causam communem apertionis cœlorum. Oportet tamen hanc causam communem apertionis cœlorum, singulis applicari ad hoc, quod cœlum introeant, quod quidem fit per baptismum, secundum illud Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo potius fit mentio de apertione cęlorum in baptismo, quam in passione Christi. Vel sicut Chrysostom. dicit super Matth.* baptizato Christo, cęli tantum sunt aperti: post quam uero tyrannum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ cœlo numquam claudendo, non dicunt Angeli, Aperite portas, iam enim erant apertæ, sed, Tollite portas. Per quod dat intelligere Chrysost. quod obstacula, quibus prius obsistentibus animæ defunctorum introire non poterant cęlos, sunt totaliter per passionẽ Christi ablata: sed in baptismo Christi sunt aperta, quasi manifestata iam via, per quam homines erant in cœlum intraturi.

* Hom. 4. 8 Mat. a me. illius in ope imperf. to. 2.

† Hom. 4. Mat. i ope imp. a me. illius to. 2.

* Circa fin. cõm. in 2. c. 9. Matt. to. 9.

* Hom. 4. in Mat. in in ope imperf. cit. me. illius to. 2.

* alias cataracta.

* Ho. 4. in Mat. i ope imp. sa me. illius to. 2.

AR-

Hæc ibi. Quibus apertè docet, quod passio Christi (ueluti causa communis) est nobis applicanda per sacramentum baptismi (tanquam per causam particularem); si uolumus beneficium mortis eius recipere.

Item de maiori.

Cęlum apertum est. B. Ita, vt portis eius totaliter ablatis, cęlũ ipsum sit omnino patefactum. §. Tunc nihil, &c. Stãt n. simul duo hæc. s. quod per Christi baptismum tunc cęlum sit solum apertum. i. manifestata sit uia, per quam homines erant intraturi in cœlum; & quod per Christi passionem cęlum sit, portis eius omnino sublatis, totaliter patefactum. Quòd quomodo intelligatur, uide responsum secundum textus ly vel sicut Chrysostom. dicit super &cæt.

¶ Not. 1. Pro meliori captu prædictorum, eorumq; cõcordiæ cum argumenti textu, ly, nec Christi baptismo baptizati, si qui ante eius passionem decessérint, cęlos intrare poterunt; notandum est, quid de causarum duarum. s. communi, & particulari. quo ad sequelam effectus, experientia doceat. Sit sol (per solem intellige in proposito quodcunque corpus luminosum) puta lucernã, &cæt.) & oculus: quorum duorum sol est causa cõmunis, & oculus est causa particularis, huius effectus. s. actus uidendi, seu uisionis. Patet siquidem; quod hic actus nunquam sequetur, nisi simul ad hunc producendum ambæ causæ concurrant. Si. n. quis in media platea existens super se splendente sole non aperuerit oculũ suum, uisio sequi non poterit: & si quis de nocte in tenebris. i. nullo corpore luminoso actualiter lucente, aperiat non solum unum, sed utrũque oculum, uisio adhuc non poterit sequi: si uerò & præsens sit sol, & iste aperiat oculum, sequetur uisio. Sic proportionaliter ad textuum supradictorum notitiam. Sit passio Christi iã actualiter facta, sed non sit per sacramenta uel baptismi vel &c. saltem in uoto huic applicata; hic nunquam saluabitur. Quare? Quia deest causa particularis, scilicet sacramentum; quæ communem illam applicet ad salutem huius. Sit baptismi Christi sacramentum huic actualiter exhibitum, sed nondum sit passio Christi actualiter facta; hic moriens tunc non ingredietur cœlum. Quare? Quia deest causa communis, quæ cum ista particulari concurrat ad aperiendum cœlum huic. Particularis ergo, licet quantum est de se, aperiat cęlum; & communis, licet quantum est de se, aperiat cœlum. tamen nec illa sine ista, nec ista sine illa, vnquam huic de facto (vt scilicet actualiter ingrediatur) aperiet cęlum. Sicut ab exemplo supradicto patet. Oculus, quantum est de se, producit visionẽ; & sol, quantum est de se, causat visionem: tamen nec oculus sine sole: (aliquo. s. corpore luminoso) nec sol sine oculo, vnquam de facto ita, scilicet vt quis actualiter uideat, causabit uisionem.

¶ Not. 2. Illa, quæ nunc diximus de causa uniuersali & particulari, pro semel memoriæ mandato; quoniam ad multa contra hæreticos valebunt. Vt, pro monstranda uia ad reliqua, sit exemplum. Passio (inquiunt) Christi est causa sufficiens nostræ salutis: ergo opera nostra non sunt necessaria ad salutem. Responde tu ex prædictis edoctus: Nego consequentiam. Nam causa communis potest esse sufficientissima in genere illo communi, qualis est passio ipsa; & tamen ex hoc causæ particularis, qualis est operatio nostra, non excludetur necessitas. Hinc enim nimis fatuum, etiam apud ignorantissimos est; uelle actualiter uidere sine apertione oculorum; quamuis sol meridianus adsit. Quis enim vel fatuus, talem non irrideat: qui sole meridiano, & causa sufficientissima visionis data, dicat; non est amplius necessarium, aperire oculos ad uidẽdum? Causa enim communis (vt sup. vidimus) facit, quod particularis causæ operatio non sit in uanum; sed non excludit necessitatem operationis huius ad producendum effectum. Ideo sole lucente diximus uisionem sequi, si aperias oculos: quos quidem si aperire in tenebris, non sequeretur. Sic in proposito ad ignorantia plenam illam consequentiam. Passio Christi, cum sit causa uniuersalis, facit; quod opera nostra possint valere ad salutem, quæ si fierent sine passione Christi data, saltem per fidem, essent in uanum quantum ad æternam salutem. Ideo patres antiqui testamenti, vt possent non laborare in vanum pro salute æterna, passionem Christi futuram credebant; secundum illud agnus occisus est ab origine mundi Apocal. 13. idest in fide patrum illorum qui fuerunt ab origine mundi, scilicet Adam post peccatum, Euæ, Abel. Alioquin si quantum ad præuisionem Dei loqueretur B. Ioannes, dixisset: Agnus est occisus ab æterno: quandoquidem non ab origine mundi, sed ab æterno, præuidit Deus Christum passurum. Ex sufficientia ergo passionis Christi, sicut ex causa communi, inferendum est: quod homines debent maxime operari: quoniam opera ipsorum non erunt in uanum; sed, quantum est ex parte illa, scilicet passionis eius, valebunt ad uitam æternam. E contra uerò si passio Christi non daretur, aut non esset salutis nostræ causa sufficiens; tunc non esset tam magnum inconueniens, ut nunc est, suadere hominibus non esse operandum pro uita æterna consequenda: quoniam remota causa vniuersali, aut ipsa insufficienter causante, aut in uanum; aut quasi in uanum laborat causa particularis (ut dictum est de aperiente oculos in tenebris): Hinc patet: quam verissimè de hæreticis tanquam proprium quoddam epitheton dicatur 2. Petr. 3. quod sunt indocti; & 1. Timoth. 1, quod conuertuntur in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant; & 2. Timot. 3. quod sunt mali homines, & seductores. Vide, si sunt seductores; quando etiam seipsos seducunt (vt nunc probauimus) dicendo, scilicet totum contrarium eius, quod rectè dici debet. Probant ergo factis suis, ac dictis propriis: quod sunt dati in reprobum sensum, Rom. 1.

Valde me notanda.

APPENDIX.

Utilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quod conuenienter cœli aperti sunt Christo baptizato. Vt per dictum Luc. 3. secundum quod est in argumen. contr. Vbi dicas: Apertum est cœlum Christo baptizato, esse idem; quod est dicere, cœlum debuit aperiri, seu conuenienter apertum est; ipso baptizato. Quod uerò tria hæc, sicut & similia in Euangelio de Christo, dicta æquiualeant; cognosce ex artic. 1. 2. 3. appendicibus. Ly conuenienter, stat pro conuenientissime: vt a simili de hoc & aliis huiusmodi uidere potes ex dictis quæstio. 35. artic. 8. not. post prob. conclusio. Vide & loca citata supra de 1. 2. & de 2 2. Nam ex scripturis ibi iam narratis, si applicentur ad hoc particulare factum, insinuatur optime quod hic quæritur. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex euangelij hystoria ortus.

¶ In corpore respondetur quæsito unica conclusione: Christo baptizato, & orante, conuenienter aperti sunt cœli. Et duo fiunt quia declaratur conuenientia respectu ly baptizato: secundo, respectu ly, & orante. Quo ad primum probatio est: Christus baptizatus est, vt nostrum baptisma consecraret. ergo in illius baptismo illa monstrari debuerunt, quę ad nostri efficaciam baptismi spectant. ergo uirtus cœlestis, fides cœlestium introitusque cœli monstrari debuerunt per cœlos apertos. Prima consequentia est clara. Secunda declaretur ex tribus, scilicet causa, & fine, & effectu, inuentis in efficacia baptismi. Quo ad secundum declaratur: quia oratio, vel ad exemplum vel ad causam apertionis cœli nobis refertur, & utrũque est conueniens.

¶ In responsione ad secundum, vide duo declarari. Primum, quod cœli aperti dicuntur non in seipsis, sed secundum uisionem Christi. Secundum est, qualis fuerit illa uisio, corporalis, imaginaria, vel intellectualis. Et licet quælibet possibilis dicatur: intellectualis tamen conuenientior videtur vtpote excellentior.

SVP. Q. XXXIX. ART. VI.

219 Conc. Conueniens fuit: vt spũs sanctus super Chr̃m baptizatum descenderet; & in specie columbæ.

Inf. q. 46. art. 4. ad 2. Et opu. 60. ca. 9.

¶ Prob. Quia baptizati

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter Spiritussanctus super Christum baptizatum descenderit in specie columbæ.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quod inconuenienter spiritus sanctus super Christum baptizatũ dicatur descendisse in specie colũbæ. Spiritus enim sanctus habitat in homine per gratiam: sed in hoĩe Christo fuit plenitudo gratiæ a principio suæ cõceptionis, quo fuit unigenitus a patre, vt ex supradictis

zati baptismo Christi accipiunt spũmsanctũ, nisi ficte accedant (vt patet Matt. 3.): & in baptismo illo, quo Chrs baptizatus est, cõueniẽter tanq̃ in quodã exẽplari fuit factũ, quod in nostra fiẽdũ erat (vt pa

tet

ter p Chrysost. & ar. 5. corp.) secunda aūt ps. s. & in &c. probaᷣ; Quia tum dispositio requisita in baptizato, tum se ptiforme donū spūsācti datū baptizato, tū proprius atq; cōis effectus baptismi, illud insinuāt (vt patet in ad 4.)

1ᵐ de conclusione. Ad eum ℞. Pro eo tunc sanctificādo. §. i. pro humanitate eius. tunc sanctificanda. Tunc n. &c.

214 Nam conclusio articuli in alio sensu dicit, ꝙ in baptismo missus fuerit spūssanctus ad Christū, intelligēs videlicet; ꝙ missus tunc fuit ad eū, non pro eo sanctificādo, sed ꝓ præfigurādo quid in eo. i. in corpore mystico eius. i. in Ecclesia, esset tempore baptismi sui, quo. i. ipsa baptizaretᷣ, sēdum. Ac si descensum uisibilem spūssanctu. tūc sup Christū, facto ipso dictū sit: spūssanctus inuisibiliter sanctificaturus est, merito Christi, omnes baptizandos.

* Hom. in Mat. 10 pe ump. a me. pop. to. 2.

2ᵐ illatio conclusionis. Ergo inconuenięter, &c. ℞. Negaᷣ illatio. §. Procedit. n. ex hoc subintellecto ī ꝑmissis, ꝙ s. nō nisi rōne incarnationis possit diuinæ ꝑsonæ attribui descensus: quod quidē falsum est. Nā spūssanctus descendisse dᷣ sup Chr̄m, non rōne vnionis ad columbam; sed &c. vt in tex.

*li. 15. c. 26 a me. to. 3.

3ᵐ de maiori. Ostendi. ℞. Alio mō, q̄ in nr̄o baptismo. §. In principiis. n. spūaliū rerum semp, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ibid. Ex cuius doctrina, tanq̄ regula, constat: quare in primitiua Ecclesia, qn̄. s. nascebaᷣ, fiebāt multa miracula; quare excōicati vexabanᷣ uisibiliter a Sathana; quare plura similia visibiliter tunc apparebant magis, quam nunc.

* lib. 2. c. 6. to. 3.

4ᵐ illatio conclusionis. Ergo nec in per Chr̄m, &c. ℞. Negatur

patet. * non: ergo debuit spiritussanctus ad eum mitti in baptismo.

¶ 2 Præt. Chr̄s dᷣ in mundū descendisse p mysteriū incarnationis, qua exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: sed spūssanctus nō est incarnatus. ergo incōuenienter dᷣ, ꝙ Spūssanctus descenderit super eū.

¶ 3 Præt. In baptismo Chr̄i ostendi debuit, sicut in quodam exēplari id, qd fit in nr̄o baptismo: sed in nr̄o baptismo nō fit aliqua missio visibilis Spūssc̄ti. ergo nec in baptismo Chr̄i debuit fieri visibilis missio Spūssc̄ti.

¶ 4 Præt. Spūssc̄tus a Chr̄o in oēs alios deriuatᷣ, sm̄ illud Io. 1. De plenitudine eius nos oēs accepimus: sed sup Apostolos Spūssanctus descendit, non in specie colūbæ, sed in specie ignis. ergo nec super Christum debuisset descendere in specie colūbæ, sed in specie ignis.

Sed contra est, ꝙ dᷣ Luc. 3. descendit Spiritussanctus corporali specie, sicut columba in ipsum.

Resp. Dicendum, ꝙ hoc, quod circa Chr̄m factum est in eius baptismo (sicut Chry. * dicit sup Mat.) pertinet ad mysteriū oīum, qui postmodū fuerant baptizandi. Oēs aūt qui baptismo Christi baptizantur, Spūmsanctum recipiūt, nisi ficti accedant, sm̄ illud Matt. 3. ipse uos baptizabit Spūsancto. Et iō conueniēs fuit, ut super Christum baptizatum spiritussanctus descenderet.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut Aug. * dicit 15. de Tri. absurdissimum est dicere, ꝙ Chr̄s cum iā triginta esset annorū, acceperit spm̄ sanctum, sed uenit ad baptismū, sicut sine peccato, ita nun sine spūsancto. Si. n. de Ioanne scriptum est, ꝙ spūsancto replebitur ab vtero matris suæ, quid de hoīe Christo dicēdum est, cuius carnis ipsa cōceptio non carnalis, sed spūalis fuit? Tunc ergo, i. in baptismo, corpus suum, i. Ecclesiā, ꝑfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipuè accipiunt Spiritumsanctum.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. * dicit in 2. de Trin. Spūssanctus descendisse dᷣ sup Christū corporali spē, sicut columba, non quia ipsa substantia Spūssancti uideretᷣ, quæ est inuisibilis neq; ita ꝙ illa uisibilis creatura in unitatē personæ diuinæ assumeretur: neq;. n. dᷣ, ꝙ Spūssanctus sit columba, sicut dᷣ, ꝙ filius Dei est hō rōne unionis: neq; ēt hoc modo Spūssanctus visus est in specie columbæ, sicut Ioānes vidit agnum occisum in Apocalypsi, vt hᷣ Apocal. 5. illa. n. visio facta fuit in Spū per spūales imagines corporum, de illa uero columba nullus vnquā dubitauit, quin oculis uisa sit. Nec etiā in hoc modo in specie columbæ spiritussanctus apparuit sicut dicitur 1. ad Cor. 10. Petra autē erat Christus. Illa. n. petra jam erat in creatura, & per actionis modū nuncupata est noīe Christi, quem significabat: illa aūt columba ad hoc tm̄ significandū repēte extitit, & postea cessauit, sicut flamma, quæ in rubo apparuit Moysi. Dᷣ ergo Spūssanctus descendisse sup Chr̄m, non rōne vnionis ad columbā: sed, vel rōne ipsius colūbæ significātis spm̄sanctum, q̄ descēdendo sup Chr̄m uenit: uel et rōne spūalis gr̄æ, q̄ a Deo p modum cuiusdam descensus in creaturam deriuatur, sm̄ illud Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectū, de sursum est, descendens à Patre luminum.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Chrys. * dicit super Matt. in principiis spūalium rerū sp sensibiles apparent visiones, pp eos, qui nulli intelligētiā incorporalis naturæ suscipere pn̄t, vt si postea nō fiant, ex his, q̄ semel facta sunt, recipiant fidem. Et ideo circa Chr̄m baptizatū corporali specie spiritussanctus uisibiliter descendit, vt super omnes baptizandos, inuisibiliter postea credatur descendere. *Hom. 12. in Matt. aū med. to. 2.

Ad quartum dicendū, ꝙ Spūssanctus in spē colūbę apparuit sup Chr̄m baptizatū pp 4 ria. Primo quidē pp dispositionē, q̄ requiritᷣ in baptizato, vt s. non fictus accedat: quia sicut dᷣ Sap. 1. Spūssanctus disciplinæ effugiet fictum. Columba autē est aīal simplex, astutia, & dolo carēs: vn̄ dᷣ Mat. 10. Estote simplices sicut colūbæ. Secundo ad designādum septē dona Spūssancti, q̄ columba suis proprietatib. significat. Columba. n. secus fluenta habitat, vt inde uiso accipitre, mergat se, & euadat: quod ptinet ad donū sapiētiæ, p quā sancti secus Scripturæ diuinæ fluēta resident, vt incursum diaboli euadant. Itē columba meliora grana eligit, qd pertinet ad donum scientiæ, qua Sancti snias sanas, quibus pascanᷣ, eligunt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donū consilii, quo sancti hoīes, qui fuerunt pulli, i. imitatores diaboli, doctrina nutriunt, & exēplo. Itē columba non lacerat rostro, quod pertinet ad donum intellectus, quo sc̄ti bonas snias lacerādo non peruertunt, hæreticorum more. Itē colūba felle caret, quod ptinet ad donū pietatis, p quā sancti ira irrōnabili carent. Itē columba in cauernis petræ nidificat, quod ptinet ad donum fortitudinis, qua sc̄ti in plagis mortis Chr̄i, q̄ est petra firma, nidum ponunt, i. suum refugium, & spem. Itē columba gemitum pro cātu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo sc̄ti delectanᷣ in gemitu pro peccatis. Tertio apparuit Spūssanctus in spē columbæ pp effectū proprium baptismi, q̄ est remissio pc̄tōrum, & reconciliatio ad Deum, columba. n. est aīal māsuetum. Et ideo sicut Chrys. * dicit super Matt. in diluuio apparuit hoc aīal, ramū ferens oliuæ, & cōem orbis terrarū trāquillitatē annunciās, & nunc ēt columba apparet in baptismo, liberationē nobis demōstrans. Quarto apparuit spiritussanctus in spē columbæ super dn̄m baptizatum, ad designandum cōem effectum baptismi, qui est cōstructio ecclesiasticæ unitatis. vnde dᷣ Ephes. 5. ꝙ Chr̄s tradidit semet ipsum, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentē maculā, aut rugam, aut aliquid hmōi, lauans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Et ideo conuenienter spiritussanctus in baptismo demonstratus est in specie columbæ, quæ est animal amicabile, & gregale: vnde & Cant. 5. dicitᷣ de Ecclesia, vna est columba mea. Super Apostolos autē in specie ignis spiritussanctus descendit propter duo. Primo quidem ad ostendendum feruorē, quo corda eorum erant cōmouenda, ad hoc ꝙ Christum vbiq; inter pressuras prædicarent: & ideo etiā in igneis linguis apparuit. Vnde Augustinus dicit super Ioan. * Duobus modis ostendit uisibiliter dominus spiritumsanctum, per columbam super dn̄m baptizatum, per super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostenditur, ergo ne spiritu sanctificati donum habeant, in columba demonstratus est. Nec te moueat, quia linguæ diuisæ sunt, unitatem in columba cognosce. Secundo: quia sicut Chrysost. dicit, oportebat delictis ignoscere (quod fit in baptismo) mansuetudo necessaria erat, quæ demonstratur in columba: sed vbi adepti sumus gratiam, restat iudicii tempus, quod significatur per ignem.

*Hom. 12. in Mat. parum ante med. to. 1.

*Trac. 6. in Io. aliquantulum a prin. to. 9.

AR-

tur illatio. §. Procedit.n.ex malo intellectu arguentis incluso in pmissis. Nam licet spūssanctus a Christo in oēs alios deriuetur (vt d.maior ex Ioan.): non tñ sub eodem signo uisibili semp (vt exinde falso putabat argumentum). Pōt n.aq; alia, & alia,rō pro diuersis temporibus,cæteris ve circunstantiis subesse; quare sub tali,vel altero,signo detur spūssanctus. Sicut in proposito fuit. Alia siquidem & alia rō de Christo,& Apostolis fuit ; quare & in specie columbæ nunc, apostolis autem in specie ignis tempore Pentecostes datus sit. Spiritussanctus enim in specie columbæ apparuit super Christum,&c.vt in tex.vsque in finem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis:quod conuenienter spiritussanctus super Christum baptizatum descendit. Vt per hoc, qd dicitur Genes.1.spiritus Domini ferebatur super aquas. Hoc.n. dictum de spiritusancto verificatur: dum baptizatis donatur. Sic enim hoc intellexit, & exposuit Ecclesia: vt constat in sequentia prima diei Pentecostes, vbi ad spiritumsanctum loquens dicit: Quando machinam per verbum suum fecit Deus cœli,terræ,marium. Tu super aquas,foturus eas, numen tuum expandisti; Spiritus. Tu animabus viuificandis aquas fœcundas. Hæc ibi. Vbi ex contextu verborum notificat: quod tunc,tanquam in figura,monstratum est; quod spiritussanctus aquas animabus uiuificādis erat fœcundaturus: quando in principio creationis rerum spiritus Domini ferebatur super aquas. Quod autem in nostri baptismo fiēdum erat, debuit prius in baptismo Christi,tanquam in exemplari nostro præcedere;iuxta illud Psalm.132. Sicut vnguentum in capite,quod descendit in barbam,barbam Aaron : quod descendit in oram vestimenti eius.A simili enim hoc demonstratur uniuersaliter : quod in capite nostro Christo.q.8.arti.1. antea debet apparere id, quod postea ex eo descensurus est in oram vestimenti eius,idest in Ecclesiam vsque ad vltimum inibi repertum. Vt : in proposito. Vnguentum spiritussancti a capite Christo descendit in baptizatos, non solum quo ad eius barbam, idest Apostolos fortes,eique præ omnibus adhærentes ; sed etiam quo ad uestimentum, idest cæteros omnes, vsque ad oram inclusiuè, idest vsque ad vltimum baptizatum. Secundum scripturas ergo iā Genes.tum psal.præmissas coniunctim sumptas constat : quod spiritussanctus super Christum baptizatum conuenienter descendit. Insinuatur uerò ab eis,quod conuenienter in specie columbæ, p hoc ; quod dicitur Luc. 3. Secundum quod est in argum.cuntr. De ueritate autem consequentiarum harum necessariò in proposito subintellectarum, scilicet venit super eum spiritussanctus, ergo conuenienter venit ; venit in specie columbæ , ergo conuenienter in specie columbæ venit : vide artic.1.2.3.4.5. appendices. Multa quoque ibi dicta scripturarum pro præsenti loco stare conspicies: si u sua ipsarum vniuersalitate ad hanc particularem materiam applicentur . Secundò vides : quomodo ex ijs , bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur , atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex euangelio etiam ortus.

¶ In corpore una conclusio : Conueniens fuit vt super baptizatum Chrm Spiritussanctus descenderet. Probat;quod in Christi baptismo factum est,pertinet ad mysterium nostri baptismi: ergo. Antecedens est Chrysost. Cōsequentia probatur:quia oēs baptizati non ficti,accipiunt Spiritum sanctum, Matth.3.

¶ Aduerte hic,q minus respondendo determinatur, quā fuerit quæsitum: nam quæsitum est de descensu spiritussancti in specie columbæ,& respondetur de descensu spiritussancti solum, nihil dicendo de specie columbæ. Et ideo, quia reseruauit hoc secundum responsioni ad argumenta.

ARTICVLVS VII.

Vtrum illa columba in qua apparuit Spiritussanctus, fuerit uerum animal.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vr q illa columba in qua Spiritussanctus apparuit, non fuerit verum animal. Illud.n.vr specietenus apparere quod sm similitudinem apparet:sed Luc. 3.dr, q descēdit Spiritussanctus corporali specie sicut columba in ipsum. non ergo fuit vera columba, sed quædam similitudo columbæ.

¶ 2 Præt. Sicut natura nihil facit frustra,ita nec Deus, vt dr in 1. de Cœlo.* sed cum columba illa non aduenerit, nisi ut aliquid significaret,atque præteriret (vt Augustin.† dicit in 2. de Trinitate) frustra fuisset vera columba : quia hoc ipsum fieri poterat per columbæ similitudinem: non ergo illa columba fuit verum animal.

¶ 3 Præt. Proprietates cuiuslibet rei ducunt in cognitionē naturæ illius rei: si ergo fuisset illa columba uerum animal,proprietates colūbæ significassent naturā veri animalis, non aūt effectus Spiritussancti. non ergo videtur,quod illa columba fuerit verum animal.

SED CONTRA est, q Aug.* dicit in lib. de agone Christiano, neq; hoc ita dicimus,vt dñm Iesum Christum dicamus solū uerū corpus habuisse: Spūm aūt sanctum fallaciter apparuisse oculis hominū,sed ambo illa corpora uera esse credimus.

RESP. Dicendum, q (sicut sup. dictum est*) non decebat vt filius Dei, qui est ueritas Patris,aliqua fictione uteretur: & ideo non phātasticū,sed uerum corpus accepit. Et quia Spūssanctus dr spiritus ueritatis vt patet Ioan. 16.ideo et ipse ueram columbam formauit,in qua appareret : licet non assumeret ipsam in vnitatem personæ. Vnde post prædicta uerba Augu.*subdit sicut non oportebat ad hoīes falleret filius Dei, sic etiam non oportebat , vt falleret Spiritussanctus: sed oīpotenti Deo, qui uniuersam creaturā ex nihilo fabricauit, non erat difficile uerū corpus columbæ sine aliorum colūborum ministerio figurare : sicut non fuit ei difficile uerum corpus in utero Mariæ sine virili semine fabricare,cum creatura corporea,& in visceribus fœminæ ad formandū hominē, & in ipso mundo ad formandū columbam, imperio Domini,voluntatique seruiret.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Spiritussanctus dicatur descendisse in specie,vel similitudine columbæ, non ad excludendam ueritatem columbæ,sed ad ostendendum, q ipse non apparuit in specie suæ substantiæ.

AD SECVNDVM dicendum, q non fuit superfluū formare veram columbā, vt in ea Spiritussanctus appareret, quia per ipsam veritatem columbæ significatur ueritas Spiritussancti,& effectuum eius.

AD TERTIVM dicendū, q pprietates colūbæ eodē mō ducūt ad significandū naturā colūbæ,& ad significādos effectus Spūssancti: p hoc.n. q colūba habet tales proprietates, ostenditur q columba significat Spiritum sanctum.

SVP. Q. XXXIX. ART. VII.

COncl. Spiritussanctus uerā colūbam formauit, in qua appareret.

337 ¶ Prob. 1. Quia Spiritussanctus est spūs ueritatis, Ioā. 16. Secūdo, Quia Aug. id insinuat.

Io. 1.li.20. & opu. 60. cap.9.

1m maior. Illud. vr specietenus apparere, qd sm similitudinē apparet. R. si illa similitudo fiat ad excludendū ueritatē rei, in qua illud apparet. §. Tunc ni. &c. Nā columbæ similitudo,in qua.s.spūssanctus apparuit, non refertur ad columbā, quasi q ipsa columba fuerit colūba in similitudine.i.in apparentia, & nō in ueritate; sed refert ad spiritumsanctum,quasi dictum sic, q spūssanctus apparuit ibi in similitudine columbæ,nō autē in sua substantia. Nō.n. substātia spūssancti. sm seipsam uisa est tunc; sed uisa est tñ colūba: quæ,qm substantia spiritussancti, in ipsa repræsentabatur, ideo dicta est esse similitudo spūssancti,seu (quod in idē redit) spiritumsanctum in similitudine ipsius colūbæ apparuisse. Hæc virtualiter sunt textus iste.s.spūssanctus dr descendisse,&c. Sic factū a nobis in aliis textib. esse uidebis; si recte,intimeq; pspexeris : qm non nostris conceptib. vt sic,sed textui. D. Tho. intelligēdo.i.vt ab omnibus intelligatur, pro modulo nro laboram*.

* lib.1. de cœl.tex.32. to.2.

† lib.2. de Trin.c.6.in fi.to.2.

* cap.22. a med. to.3.

* q.5.ar.1.

2m de minori.

D.362.

Frustra fuisset vera colūba. R. Negāt istud. §. Ad probationem dr, q est falsa. Non.n.hoc ipsum.s.significare ueritatē & spūssancti & effectuum eius (vt intelligit Aug. ibi adductus) poterat tā bene fieri p columbæ similitudinē, sicut per columbæ ueritatem,(vt patet).

* eo.lib.de agone christiano c.22 post med. to.3.

3m de conclusione prima.

Nō autē effectus spūssancti. R. Negāt hoc. §. Immo

Immo proprietates illæ ex eo, quod significassent naturam ueri animalis columbini, significassent quoque simul effectus spiritusfancti. Eodem enim modo ducunt ad significãdum naturam, &c. vt in tex. Pro quo vide art. 6. ad quartum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis. A communi hominum conceptione, in quodam simili, & August. q columba, in qua Spiritussanctus super Christum baptizatum apparuit, fuit uerum animal. A D. August. quidem: vt in argum. contr. A scripturis verò per locum a simili ex Matth. 2. Vidimus stellam eius. Hæc enim stella apparuit & ipsa, vt aliquid significaret atque præteriret. q. 36. art. 7. sicut & de columba dicitur in arg. 2. Sicut ergo illa stella ad id apparens fuit uera (vt dicitur ibid.); ita hæc columba ad hoc apparens fuit vera; per locum a simili, vt diximus, inferendo. A communi autem hominũ conceptione (quæ & experientia posse dici uidetur) in quodam simili. Quando per plures annos spũsfanctus visibili signo Archiepiscopos Rauennæ, quæ ciuitas Italiæ maritima est, creare dignatus est: res sic acta a maiorib. refertur. Post mortem prioris Archiepiscopi, conueniebat frequens populus ad signum campanæ in Ecclesiam; vt sibi a dño Deo successorem pastorem, diuinitus iuxta solitum, deuotis precibus insimul effusis impetrarent. Illis ita congregatis, & orantibus: Ecce columba per fenestram quandam intrans, uolitando parumper, descendebat tandem super humerum futuri pastoris, atque in aurem ipsios rostro immisso expectanti populo, quem et consecraret Archiepiscopũ, quasi ad digitum demõstrabat; Is uero designatus præsul in uirum alterum doctrina ac moribus subito mutabatur: & columba, peracto hoc suo officio, præteribat. His, vt apud maiores compertum est stantibus; quis non uideat, columbam illam fuisse verum animal; in cuius specie descendebat spiritussanctus sup hominem pro pastore creandum? Non mirum igitur: si ab hoc facto, tanquam a quodam simili, dixerimus insinuari præsentis articuli intentum. Cæterum (ne a sensu recto deuiare contingat) scito; hanc in articulo determinationem esse de mente Sancti Doctoris probabiliorem, non autem necessariam: vt ipse fatetur. Nam super Euangelium Ioan. cap. 1. lectio. 14. mouens quæstionem de columba in baptismo Christi, utrum uera fuerit: dicit, quod rationabiliter dicitur vera columba. Solet enim cum philosopho accipere ly rationabiliter, pro ly probabiliter: vt patet in sua expositione super libros physicorum. Illic enim lib. 1. tex. 42. dicente Aristotele, & hoc rationabiliter, D. Thomas exponendo subdit, ponit probabilem rationem. Item lib. 3. tex. 40. dicente ipso, Rationabiliter quidem speculantibus, idem expositor inquit, ostendit per rationes logicas, scilicet ex communibus & probabilibus. Itẽ lib. 8. tex. 37. dicente eo, & rationabiliter hoc accidit, sanctus subiungit, Probat idem alia probabili ratione. Ex suis ergo dictis mõstrat; quod illa positio super Ioannem, scilicet rationabiliter dicitur vera columba, æquiualet huic, scilicet probabiliter dr̃ uera columba. Ex quib. patet, esse de mente sua (vt dicebamus:) q conclusio præsentis articuli de ueritate columbæ est probabilis, (absolute loquendo) & consequenter (comparatiue, ad suã oppositã, loquendo) est probabilior, & p tali acceptanda, non aũt pro necessaria. Hoc ipsum quoq; esse de mente sua suadet ex eo; q idem S. Doctor nunc seipso doctior effectus quã olim, non curauit retractare positionem suã cõtrariam. 2. d. 16. ar. 3. ad 3. quam tñ, si hoc necessarium iudicasset, retractasset expresse; iuxta morem suũ a nobis annotatũ. 1. q. 1. ar. 7. not. post ad 2. Non ergo semp cũ seipso doctior factus dicit unum, retractare intendit antea dictũ quasi oppositum: sed relinquere studiosis materiam exercẽdi ingeniũ pro concordia. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Columba illa fuit verum animal. Probatur: Sicut ueritas verum hominem, ita spiritus ueritatis ueram columbam, in qua appareret, &c: & confirmatur hoc Auctoritate Augustini.

SVP. Q. XXXIX. ART. VIII.

Conc. 1. Conueniens fuit: vt in Christi baptismo pater declararetur in voce.

221 Inf. q. 45. art. 4. & q. 66. artic. 6. cor. & ap. 60. c. 9.

¶ Prox Quia in baptismo Christi debuit manifestari, quod fit in nostro baptismo (cũ ille baptismus sit exemplar nostri, ar. 5. 6.): & in nostro fit explicita inuocatio patris (cum in uirtute trinitatis explicite inuocatæ consecretur baptismus. Mat. vlt.)

* lib. 2. de Trin. c. 12. in fi. to. 3.

1.m illatio conclusionis. Ergo etiam uoce, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso in pmisso subintellecto, scilicet quod non differant mitti & apparere. Nam ab inuicem differunt; nec se inuicem necessario semp consequuntur. Missio enim visibilis addit, &c. vt in tex.

2.a conclusio. Inconuenienter manifestaretur in uoce. R. Si in ipsa manifestaretur, vt verbum. §. Tunc nihil, &c. Nam pater manifestatur in uoce. aliter, scilicet vt actor uocis, uel loquens per uocē. Et quia proprium est patri producere, &c. vt in tex. Ex quo dicad illam maiorem: quod est insufficiens. Vox enim non tantum est significatiua verbi in corde concepti; sed etiam est producta ab aliquo, puta a loquente. Duorũ igitur horum in uoce considerandorum cum maior illa unum solũ, scilicet quod significat, consideret: non potest argumentum cõcludere aduersus articuli cõclusionem, quæ in uoce cõsiderat aliud unum, scilicet quod producitur.

* ar. 6. huius quæst.

* In cõ. 2. c. Matt. circa fin. to. 9.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, filium protestantis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, q inconuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, Filium protestantis. Filius enim, & spiritus, secundum hoc q sensibiliter apparuerunt, dicuntur uisibiliter esse missi: sed patri nõ cõuenit mitti, vt patet per Aug.* in 2. de Trin, ergo etiam nec apparere.

¶ 2 Præt. Vox est significatiua verbi in corde concepti, sed Pater non est verbum, ergo inconuenienter manifestatur in voce.

¶ 3 Præt. Homo Christus non incœpit esse filius Dei in baptismo, sicut quidam hæretici putauerunt, sed a principio suæ conceptionis fuit filius Dei magis ergo in natiuitate debuit uox Patris protestari Christi diuinitatem, q̃ in eius baptismo.

SED CONTRA est, q Matth. 3. dicitur, Ecce vox de cælis dicẽs, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

RESP. Dicendum, quod (sicut supra dictũ est*) in baptismo Christi, qui fuit exemplar nostri baptismi, demonstrari debuit quod in nostro baptismo perficitur. Baptismus autem quo baptizantur fideles, consecratur in inuocatione, & virtute Trinitatis, sm illud Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & Filii, & Spiritussancti. Et ideo I baptismo Christi (vt Hier.* dicit) mysterium Trinitatis demonstratur. Dominus. n. in natura humana baptizatur, Spiritussanctus descendit in habitu columbæ, Patris uox testimonium Filio perhibentis auditur. Et ideo conueniens fuit, vt in illo baptismo Pater declararetur in uoce.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod missio uisibilis addit aliqd super apparitionem, s. auctoritatem mittentis. Et ideo Filius, & Spiritussanctus, qui sunt ab alio, dicuntur mitti uisibiliter, & non solum apparere: Pater autem, qui non est ab alio, apparere quidem potest, uisibiliter autem mitti non potest.

AD SECVNDVM dicendum, q Pater non demonstratur in uoce, nisi sicut actor vocis, vel loquens per vocem. Et quia proprium est Patri, producere verbum, quod est dicere, uel loqui, ideo cõuenientissimè Pr̃ per uocem manifestatus est, quæ significat verbum. Vnde, & ipsa uox a Pr̃e emissa, filiationẽ verbi protestat. Et sicut spẽs columbæ, in qua demonstratus est Spũssanctus, non est ipsa natura Spiritussancti, nec spẽs hoĩs, in qua demonstratus est ipse Filius, est ipsa natura filii Dei, ita etiam ipsa uox non pertinet ad naturam verbi, vel Patris loquentis. Vnde Ioan. 5. Dominus dicit: Neque uocem eius, idest patris vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Per quod (sicut Chrysost.* dicit super Ioan.) paulatim eos in philosophicum dogma inducens, ostendit, quoniam neq; uox circa Deum est, neq; spẽs, sed superior est, & figuris, & loquelis talib. Et sicut colũbã, & et humanã naturã a Chr̃o assũptã tota Trinitas operata est, ita ẽ, & formationẽ uocis: sed tñ in uoce declarat solus Pater, vt loquens, sicut naturam humanam solus

* Hom. 39. in Io. a me. to. 3.

Tertium

3m illatio conclusionis. Magis ergo in natiuitate, &c. R. Negatur illatio. §. Pro quanto, scilicet intendit inferre manifestationem, nó particularem (sic.n. debuit tunc aliquib.manifestari,q. 36.ar. 2.)sed vniuersalem. Deitas nāque Christi non debuit omnibus in eius natiuitate manifestari.qó 36. ar.1.sed magis occultari in defectibus, &c. ut in tex. Pro quo, de tali occultatione rationem vide ibid. articulo primo .corpor.eiu. & articulo tertio.corpo. & ad tertium.

* c.9.circa 3ium to.3.

solus filius assumpsit, & sic columba solus Spiritussanctus demonstratus,ut patet per Aug. * in lib. de fide ad Petrum.

AD TERTIVM dicendum, quod diuinitus Christi non debuit omnibus in eius in natiuitate manifestari : sed magis occultari in defectibus infantilis ætatis : sed quando iam peruenit ad perfectam ætatem, in qua oportebat eum docere, & miracula facere, & homines ad se conuertere, tunc testimonio Patris erat eius diuinitas manifestanda, ut eius doctrina credibilior fieret : unde, & ipse dicit Ioan. quinto. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc præcipuè in baptismo, per quem homines renascuntur in filios Dei adoptiuos. Filii autem Dei adoptiui instituuntur ad similitudinem filii naturalis secundum illud Rom.8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui. Vnde Hilarius dicit super Matt. * q̄ super Iesum baptizatum descendit Spiritussanctus, & uox Patris audita est, dicentis, Hic est filius meus dilectus, ut ex his, quæ consumabantur in Christo, cognosceremus post aquæ lauacrum, & de cœlestibus portis sanctum in nos spiritum inuolare, & paternæ uocis adoptione, Dei filios fieri.

* c.2.in E. Matt.circa fi.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Do.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, quod conuenienter in Christi baptismo audita est uox patris filium protestantis. Vt per hoc, quod dicitur Matth. 3. secūdum quod est in argum.contr. Narrādo enim factum intendit scriptura hoc aliud, scilicet quod conueniēs fuerit sic fieri; (ut patet in articulorum prædictorum appen.) Item insinuatur a &c. ut in articuli primi, & cæterorum appendicibus. Scripturarum si quidē plurima ibi & narrata, & aliunde citata sunt: quæ si ex uniuersalitate illa sua ad particularitatem huius negocii rectè inflectantur, faciunt optimè & abundantissimè ad ostendendum intentum, quod quæritur. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ortus etiam ex euangelio.

¶ In corp.una conclusio: Conueniens fuit,ut in illo baptismo Pater declararet in uoce. Probat: In baptismo Christi demōstrari debuit, qđ in nostro baptismo perficitur. ergo in baptismo Christi, mysterium Trinitatis demonstrari debuit, ergo conueniens fuit, ut Pater declararetur in uoce. Antecedens probatur, quia baptismus Christi fuit exemplar nostri. Prima consequentia probatur, quia noster baptismus consecratur in inuocatione,& virtute Trinitatis. Matth.vlt. Secunda uero consequentia probatur: quia persona filii baptizatur, Spiritussanctus in columba descendit. restabat ergo persona Patris manifestanda,& apponitur hic auctoritas Hieronymi.

¶ *Tractatus quartus huius voluminis.*

HIc incipit quarta pars libri, in qua agitur de progressu Domini nostri Iesu Christi in hoc mundo, usque ad quæstionem quadragesimamquintam inclusiuè.

¶ Aduerte hic, quod conuersatio Christi post Ioannis baptisma tractatur ab Auctore cōuersatio autem Christi ante illud tēpus tacetur. Et quoniam a multis quæritur, quid fecerit in illa ætate Christus,respondendum est, quod exercuit artem fabrilem in ciuitate Nazareth. Nam non solum ex Euangelio Matth.13. habetur, quod fuit filius fabri: sed ex Euangelio Marc. 6. habetur, quod ipse Christus fuit faber. Et nisi exercuisset ipsam artem in Nazareth,non admirati ibi fuissent de doctrina eius. Nam si alibi Christus habitasset, aut in Nazareth uacasset literis, non fuissent admirati compatriotæ: unde sapientia? immo tam notoria erat Christi conuersatio in Nazareth, ut etiam Hierosolymis Iudæi dicerent quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Ioan.7. Quocirca oportet dicere, aut Christum ibi artem suam fabrilem continue exercuisse, & propterea constare, quod literas non didicit, &c. Aut inertem, ociosumque uacasse per Nazareth, quod dedecet Christum filium pauperis, adeo,ut non potuisset agnum pro eo offerre, ut habetur Luc. 2.& pauperem intantum,ut non haberet ubi reclinaret caput suum, Matth. 8. Et confirmatur, Mar. 3. dicitur, Et cum audissent sui exierunt tenere eum. Dicebant enim quoniam in furorem versus est. Ex eo namque,quod usq; ad ætatem illam fabrili arti uiderant Iesum operam dantem, & repente audiuerunt, quod prædicabat, & turba conuenit ad eum &c. dixerunt illum uersum in furorem. Hæc enim omnia simul iuncta testimonia sunt ab hostib9,& quod Christi doctrina non erat humana, nec aliquo modo acquisita, & quod Christus inter eos usque ad illud tempus, cum suis conciuibus conuersatus est sine offensa, & sine scandalo procul dubio,quod non euitatum fuisset, si iuuenis Faber, pauper, inertem se in opere exhibuisset.

Medina per totam quæstionem.

SVPER Q. XL.

ART. I.

COncl. Christus non debebat se occultare, uitam solitariam agens,sed in publicum procedere.

¶ Prob. Quia conuersatio Christi debuit esse talis, ut conueniret fini incarnationis (ut patet): & finis hic requirebat conuersationem familiarem cū hominibus, non autem solitariam uitam (cum talis finis esset manifestare ueritatem mundo, Ioan. 19. conuertere homines a peccato, id est timet, id est tribuere nobis fiduciam accedendi ad Deum per ipsum.Rom.5.)

Primum

QVAESTIO XL.

De modo conuersationis Christi, in quatuor articulos diuisa.

COnsequenter postea, quæ pertinent ad ingressum Christi in mundum, uel ad eius principium, considerandum restat de his, quæ pertinent ad progressum ipsius.

¶ Et primo, considerandum est de modo conuersationis ipsius: Secundò, de tentatione eius: Tertiò, de doctrina: Quartò de miraculis.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christus debuerit solitariam vitam ducere,an inter homines conuersari.

¶ Secundò, Vtrum debuerit austeram uitam ducere in cibo, & potu, & uestitu an aliis communem.

¶ Tertiò, Vtrum debuerit abiecte uiuere in hoc mundo,an in diuitiis & honore.

¶ Quartò, Vtrum debuerit secundum legem uiuere.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit, Christum inter homines conuersari.

AD PRIMVM sic proceditur: Videtur, q̄ Christus non debuerit inter homines conuersari,sed solitariā uitam agere. Oportebat enim quod Christus sua conuersatione non solum se hominem ostenderet esse, sed etiam Deum, sed Deum non conuenit cum hominibus conuersari: dicitur enim Dan.2. Exceptis diis, quorum non est cū hominibus conuersatio,& Phil. * dicit in Politicis, quod ille,qui solitarius uiuit, aut est bestia, si scilicet propter sæuitiam hoc faciat, aut est Deus, si hoc faciat propter contemplandam ueritatem. ergo uidetur quod non fuerit conueniens

222 Inf. art. 2. corp. & ad 3. & 22.q. 2.art.6. ad 5.

* lib. 1.c.2. a med. to. 5.

1ᵐ de maiori. Sed etiam Deum. ℞. Scilicet ostenderet; mediante sua humanitate. §. Tūc nihil &c. Nam ideo conuersādo cum hominibus, quod est, &c. ut in tex.

2ᵐ de maiori. Est contemplatiua. ℞. Mixta vitæ actiuæ contemplata aliis tradenti. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus tamen vitam contemplatiuam elegit, ut dicitur in tex. 6. Pro cuius sano intellectu circa id; quod ex 2.2. q. 181. arti. 1.6. & q. 188. arti. 6. dicit de vitis istis, diligenter nota dictum Beati Gregorii in suo libro pastorali. Sunt nonnulli, qui solerti cura spiritualia præcepta perscrutantur: sed quæ intelligendo penetrant, uiuendo conculcant. Repente docent, quæ non opere, sed meditatione didicerant: & quod uerbis prædicant, moribus impugnant. Hæc ibi. Ad idem notabis & illud, quod Beatus Hieronymus, in prologo super epistolam secundam ad Corinthios, dicit. In fine autem de pseudo Apostolis inquit, quod sub prædicationis specie lucra pecuniaria quæque sectabantur. Hæc dixerim, ut istorum SS. Doctorum sententiam agnoscas, de quali contemplatione, de quali prædicatione, de quali doctrina, textus præsens intelligatur, quoniam non qualiscumque contemplatio, prędicatio, & doctrina continetur sub sensu eius, immò aliqualis contra eius sensum (ut tu per teipsum ex illis sanctis poteris agnoscere). Vltimò pro eodem textu scito, quod aliud est contemplari, aliud est memoriter ex aliquo libro, uel scripto addiscere, & consequenter quod aliud est prædicando contemplata aliis tradere, aliud est prædicādo memoriæ, ex libro uel scripto, simpliciter mandata aliis tradere. De contemplari, & de contemplata tradere, intendit textus, non aliter. Vide secunda secundæ, ubi sup.

3ᵐ maior. Conuersatio Christi debuit esse uniformis. ℞. Nisi ex causa legitima quandoque debuisset esse aliter. §. Tunc nihil &c. Nā ex causa legitima, & quidē multiplici, debuit quandoque Christum non uniformiter cōuersari. i. extra publicum, ubi conuersari solebat, secedere, ut declaratur in tex.

APPEN-

niens Christum inter homines conuersari.

¶ 2 Præt. Christus dum in carne mortali vixit, debuit perfectissimā uitam ducere: perfectissima autem uita est contemplatiua, ut in secunda parte habitum est. * Ad unam autem contemplatiuam maximè competit solitudo, secundum illud Oseæ secundo. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ergo uidetur, quod Christus debuerit solitariam uitam ducere.

* 2.2.q.18. ar.4.

¶ 3 Præterea. Conuersatio Christi debuit esse uniformis: quia semper in eo debuit apparere id, quod optimum est: sed quandoque Christus solitaria loca quærebat, turbas declinans. vnde Remigius dicit super Matth. Tria refugia legitur Dominus habuisse, nauim, montem, & desertum: ad quorum alterum quotiescumque à turbis comprimebatur, conscendebat. ergo, & semper debuit solitariam uitam agere.

SED CONTRA est, quod dicitur Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

RESPON. Dicendum, quod conuersatio Christi talis debuit esse, ut conueniret fini incarnationis, secundum quam uenit in mundum. Venit autem in mundum, primo quidem ad manifestandum ueritatem, sicut ipse dicit Ioann. decimooctauo. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati: & ideo non debebat se occultare, uitam solitariam agens: sed in publicum procedere, publicè prædicando. Vnde Lucæ quarto, dixit illis, qui uolebant eum detinere: quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Secundò uenit ad hoc, ut homines à peccato liberaret, secundum illud primæ ad Timot. primo. Christus Iesus uenit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et ideo vt Chrysostom. dicit, in eodem loco manendo posset Christus ad se omnes attrahere, ut eius prædicationem audirent: non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum, ut perambulemus, & requiramus pereuntem: sicut pastor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum. Tertiò uenit ut per ipsum habeamus accessum ad Deum, ut dicitur Rom. 5. & ideo fa-

APPENDIX.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatum, quod Christus debebat non solitariā uitam agere, sed inter homines conuersari. Vt per dictum Baruch quarto, secundum quod est in argumēt. contr. Vbi sumitur ly conuersatus est, pro communi conuersatione, & ordinaria. Ex cuius dicto sic (ut oportet) glossato habes, quomodo intelligas illud Ioann. primo. Verbum caro factum habitauit in nobis, id est Verbum caro factum conuersatum est ordinarie cum hominibus. Vnde concludas, quod Euangelista adimpletam esse Baruch prophetiam ibi monstrauit, ut ly Verbum caro factum est, referatur ad Christi incarnationem, & ly habitauit in nobis, ad ipsius conuersationem. De qua conuersatione, & consequenter de prophetiæ adimpletione, intelligitur, & illud primo Ioann. primo. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, de uerbo uitæ. Per hæc omnia namque (ut patet) conuersatio quędam communis Christi cum hominibus importatur. Nam ly audiuimus, uidimus, perspeximus, ly nostris, ly nostræ, licet principaliter referant Apostolos audientes, uidentes, & cætera; communiter referuntur etiam ad alios homines. Vult enim per hæc dicere: quod illud uerbum uitæ cum hominibus communiter est conuersatum, licet familiarius cum Apostolis. Hoc autem notificat ab effectu illo, scilicet, audiuimus, uidimus, & cætera. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Velitis pro Eccle. S. Dei.

miliariter cum hominibus conuersando, conueniens fuit, ut hominibus fiduciam daret ad se accedendi. Vnde dicitur Mat. 9. Factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores uenientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis eius: quod exponens Hier.* dicit, viderāt publicani à peccatis ad meliora conuersi, locum inuenisse pœnitentiæ, & ob id, etiam ipsi non desperant salutem.

* in cap. 9. Mat. to. 9.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod Christus per humanitatem suam, uoluit manifestare diuinitatem. Et ideo conuersandu cum hominibus (quod est proprium hominis) manifestauit omnibus suam diuinitatem, prædicando, & miracula faciendo, & innocenter & iuste inter homines conuersando.

AD SECVNDVM dicendum, quod (sicut in secūda parte dictum est) * uita cōtemplatiua simpliciter est meliot quam actiua, quæ occupatur circa corporales actus sed vita actiua secundum quam aliquis prædicando, & docendo, contemplata aliis tradit est perfectior quā uita, quæ solum cōtemplatur, quia talis uita præsupponit abundantiā contemplationis, & ideo Christus talem uitam elegit.

2.2. q. 182. art. 4. & q. 188. art. 6. D. 1185.

D. 2189.

AD TERTIVM dicendum, quod actio Christi fuit nostra instructio. Et ideo ut daret exemplum prædicatoribus, quod non semper se darent in publicum, ideo quandoque Dominus se a turbis retraxit: quod quidem legitur fecisse propter tria. Quandoque quidem, propter corporalem quietem: unde Marc. 6. dicitur, quod Dominus dixit discipulis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui ueniebant, & redibant multi, & nec spatiū manducandi habebant. Quandoque vero causa orationis. vnde dicitur Lucæ 6. Factum est in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctās in oratione Dei. Vbi ait Ambros.* quod ad præcepta uirtutis suo nos informat exemplo. Quandoque uero; ut doceret fauorem humanū uitare, unde super illud Mat. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in montem, dicit Chrysost. † Per hoc quod non in ciuitate, & foro, sed in mōte, & solitudine sedit, erudiuit nos, nihil ad ostētationē facere, & à tumultib. abscedere, & maximè, cum de necessariis disputare oporteat.

* lib. 5. in Luc. c. cui titulus est: De oratione Iesu in monte ante mediū. to. 5.
† Ho. 15. in Mat. circa prin. to. 2.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Christus conuenienter uitam socialem assumpsit. Probatur: Christus debuit talem uiuendi modum assumere, qui conueniret fini incarnationis: sed finis incarnationis exigit uitam socialem. ergo. Minor declaratur: quia triplex est finis incarnationis. Primo, testimonium ueritatis. Secundo, saluare peccatores. Tertiò, adducere homines ad Deum. Omnia clara sunt in litera.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus austeram uitam in hoc mundo ducere debuerit.

523 Inf. q. 41. ar. 3. ad 1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q Christus debuerit austeram vitam ducere in hoc mundo. Christus enim multò magis prædicauit perfectionem vitæ quam Ioannes: sed Ioannes austeram uitam duxit, ut suo exemplo homines ad perfectionem vitæ prouocaret: dicitur enim Mat. 3. quod ipse Ioannes habebat uestimentũ de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem eius erat locustæ, & mel sylnestre, quod exponens Chrys. * dicit. Erat mirabile in humano corpore tantam patientiam uidere, quod, & Iudæos magis attrahebat. ergo uidetur, quod multo magis Christum decuerit austeritas vitæ.

* Hom. 10. in Mat. aute med. t. 2.

¶ 2 Præt. Abstinentia ad continentiam ordinatur: dicitur enim Oseę 4. Comedent, & nõ saturabuntur: fornicati sunt & non cessauerunt: sed Christus continentiam in se seruauit, & aliis seruãdam proposuit, cum dixit Mat. 19. Sunt Eunuchi, qui se castrauerũt propter regnum cœlorũ, qui potest capere capiat. ergo uidetur qđ Christus in se, & in suis discipulis austeritatem vitæ seruare debuerit.

¶ 3 Præt. Ridiculum videtur, ut aliquis districtiorem uitam incipiat, & ab ea in laxiorem reuertatur: potest enim dici contra eum, quod habetur Luc. 14. homo cępit ædificare, & non potuit consummare. Christus autem districtissimã uitam incœpit post baptismum, manens in deserto, & ieiunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. ergo videtur non fuisse congruum, quod post tantam uitæ districtionem ad communem uitam rediret.

SED CONTRA est, q dicitur Matth. 11. Venit Filius hominis manducans, & bibens.

RESP. Dicendum, quod (sicut dictum est*) congruum erat incarnationis fini, ut Christus non ageret solitariam vitam, sed cum hominibus conuersaretur: qui autem cum aliquibus conuersatur conuenientissimum est, ut sę eis in conuersatione conformet, secundum illud Apostoli 1. ad Cor. 9. Omnibus omnia factus sum; & ideo conuenientissimum fuit, ut Christus in cibo, & potu communiter se sicut alii haberet. Vnde Aug. * dicit contra Faustum, quod Ioannes dictus est non manducans neque bibens, quia illo uictu, quo Iudæi utebantur, nõ utebatur. Hoc ergo nisi Dominus uteretur, non in eius comparatione, manducans, bibensque diceretur.

* art. præc.

* li. 16. c. 30. ante med. to. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, q dominus in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem. Ipsa autem abstinentia cibi, & potus, non per se pertinet ad salutem, secundum illud Roma. 14. Non est regnum Dei esca, & potus. Et Aug. * dicit in lib. de Quæstionibus Euang. exponens illud Mat. 11. Iustificata est sapientia a filiis suis, quia scilicet sancti Apostoli intellexerunt regnum Dei nõ esse in esca, & potu, sed in æquanimitate tolerandi, quos nec copia subleuat, nec deprimit egestas. Et in tertio * de doctrina Christiana dicit, quod in omnibus talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. Vtraque autem uita est licita, & laudabilis, ut scilicet aliquis a consortio hominum segregatus abstinentiam seruet, & ut in societate aliorum positus, communi uita utatur, & ideo Dominus uoluit utriusque uitæ exemplum dare hominibus. Ioannes autem (sicut Chrys. dicit super Matth.) nihil plus ostendit præter uitam, & iustitiã: Christus autem & a miraculis testimonium habebat. dimittens ergo Ioannem ieiunio fulgere, ipse contraria incessit via, ad mensam intrãs publicanorũ, & mãducãs, & bibẽs.

* li. 2. c. 11. ante med. to. 4.

* li. 3. c. 12. parũ a pri. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut alii homines per abstinentiam consequuntur uirtutẽ continẽdi, ita & Christus in se, & in suis discipulis p uirtutẽ suæ diuinitatis carnẽ cõprimebat. vnde sicut Mat. 9. dr̃ Pharisæi, & discipuli Ioan. ieiunabãt, nõ aũt discipuli Christi, q exponẽs Beda dicit, * q Ioannes vinum, & siceã non bibit, quia illi abstinẽtia meritũ auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Dñs aũt cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat reddere puriores?

AD TERTIVM dicendum, q sicut Chrys. * dicit super Matt. Vt discas quam magnum bonũ est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolũ, & q̃m post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet, & ipse ieiunauit, non eo indigens, sed nos instruens, non autẽ ultra processit ieiunãdo, q̃ Moyses, & Helias, ne incredibilis uideretur carnis assumptio. ſm mysteriũ autẽ, ut Greg. * dicit, quadragenarius numerus exẽplo Christi in ieiunio custoditur, quia uirtus decalogi per libros quatuor S. Euangelii implet̃: denarius. n. quater ductus, in quadragenarium surgit. Vel quia ĩ hoc mortali corpore ex quatuor elemẽtis subsistimus, p cuius uoluntatẽ, p̃ceptis dñicis contrahimus, q̃ p decalogũ sunt accepta. Vel ſm Aug. * in lib. 83. Qõnũ, oĩs sapientiæ disciplina ẽ Creatorẽ, creaturãq; cognoscere: Creator est Trinitas, Pater, & Filius, & Spũssanctus. Creatura vero partĩ est inuisibilis, sicut aĩa, cui ternari * numerus attribuit̃: diligere. n. Deũ tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota aĩa, & ex tota mẽte: partim uisibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur, pp calidum, humidum, frigidum, & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinã, quater ductus. i. numero, quam corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum, & ideo tempus, quo ingemiscimus, & dolemus, quadragenario numero celebratur. nec tamen incongruum fuit, ut Christus post ieiunium, & desertum, ad cõem uitam rediret: hoc enim cõuenit uitæ, secundum quam aliquis contẽplata aliis, tradit, q̃ Christus dicitur assumpsisse, ut primo cõtemplationi vacet, & postea ad publicum actionis descendat, aliis conueniendo, vnde & Beda dicit sup. Mat. * Ieiunauit Christus, ne præceptum declinaret: manducauit cum peccatoribus, ut gratiam cernens, agnosceres potestatem.

* sup. illud Marci 2. Quare discipuli tui non ieiunant? Est c. 12. ſm ord. Bedę, to. 2.

* Hom. 13. in Mat. nõ remote a princ. to. 2.

* Ho. 16. in Euan. post med. aliias.

* li. 83. qq. q. 81. in pri. to. 4.

* Id habet formaliter Amb. li. 2. in Lu. in c. de Maria turbatę cõsulatione non remota a princ. to. 5. 4. contra, ca. 55. ad 12. & opu. 17. c. 15. & opu. 20. lib. 3.

SVPER Q. XL. ART. II.

COncl. Conuenientissimum fuit, quod Christus in cibo, & potu communiter se, sicut alii haberet.

¶ Proba. Primò, quia conuenientissimũ est, ut ille, qui cum aliquibus conuersatur, eis se in conuersatione cõformet (ut patet ex 1. Cor. 9.) Secundò, quia Aug. hoc insinuat.

1^m conclusio.

Videtur, q multò magis Christum decuerit austeritas uitæ. ℞. Si austeritas ipsa pertineret per se ad perfectionem uitæ. §. Tunc nihil &c. Nam Christus Dominus in sua conuersatione, &c. ut in tex. Ex quo cum ponat etiam austeritatem vitæ in Christo per ly Dominus uoluit utriusq; uitæ exẽplum dare hominibus, dic: q per responsum formale datum intelligitur negari austeritas in Christo non quidem pro aliquo tempore, sed communiter, i. negari q Christus austeram vitam duxerit non quidem aliquando, sed ut plurimum, i. dũ cum aliis hominib. conuersabatur. Dictũ enim est ar. 1. q communiter conuersatus est cũ aliis, quandoq; autem non.

2^m conclusio.

Videtur, q Christus in se, & in suis discipulis; austeritatem uitæ seruare debuerit. ℞. Nisi ipse castitati suæ & suorum prouidere sufficienter potuisset alio modo. §. Tunc nihil &c. Nam sicut alii homines p &c. ut in tex.

3^m maior. Ridiculũ videtur,

A R-

uidetur, ut aliquis districtiorem uitam incipiat, & ab ea in latiorem reuertatur. R. Nisi hæc transitio, seu mutatio, ex causa legitima fiat. §. Vide quid simile art. 1. ad tertium. Illud autem Luc. 14. dicitur de eo, qui sine causa legitima talem transitum faceret. Tunc nihil &c. Nam Christus ex legitima causa a uita solitaria, & strictissima redut ad communem, quoniam hoc conueniebat uitæ, quam ipse assumpserat scilicet uitæ, secundum quam aliquis contemplata aliis tradit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod Christus non debuit in hoc mundo austeram uitam agere. Vt per hoc, quod dicitur Matth. 11. secundum quod est in argumen. contr. Pro cuius capitu uide & Beatum Augustinum in corpo. fin. & contextum Euangelii. Sequitur autem ly dicunt: Ecce homo uorax, & potator uini. Patet enim ex his, quod hic præsupponitur unum, scilicet, quod dominus non austeram, sed communem, uitam in cibo, & potu agebat: occasione cuius quamuis pessime, accepta, Iudæi omnis boni peruersores mendaciter notabant ipsum de peccato gulæ, quod per uoracitatem, & potationem uini significabant. Ab inimicis ergo testimonium habet hæc ueritas, scilicet quod Dominus uitam communem uiuebat; licet sine quocumq; uel leuissimo peccato, quæstio. 15. art. 1. 2. cum Elucid. Immò cum maxima commendatione (ut patet artic. 1. & alio) contra eorumdem inimicorum malitiosam blasphemiam. Cæterum quomodo scripturæ, narrando factum Saluatoris de uita communi, intendant simul conuenientiam talis facti, id est quod conuenientissimum fuit, ipsum sic facere: uidebis abunde ex quæstione 39. articu. primo, & aliorum appendicibus, & quæstione 35. articu. 8 not. post prob. conclusio. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corp. una conclusio: Conueniens fuit, ut Christus in in cibo, & potu sicut alii se haberet probatur primo. Congruum erat incarnationis fini, ut Christus socialem uitam duceret. ergo conuenientissimum fuit, & cætera. Probatur sequela. quia cum aliis qui conuersatur, conuenientissimum est, ut conformetse aliis: quod probatur etiam primæ ad Corin. 9 Factus sum omnia omnibus. Probatur secundo auctoritate Augu. immo Domini. Matth. 11.

¶ In responsione ad primum nota, & fige animo doctrinã hanc scilicet Christus exemplum fuit perfectionis in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem hinc, enim habes, quod in his, quæ nõ pertinent ad salutem (quæ s. non sunt secundum se bona sed solum relata ad aliquem finem ut abstinentia, & paupertas, & alia huiusmodi) oportet inquirere in Christo austeriora tamquam perfectiora: sed ea, quæ magis consonant incarnationis fini: siue austera, siue non.

Tert 4. cont. c. 55.

SVPER Q. XL. Art. III.

COncl. Christum decuit, pauperem
224 uitam in hoc mundo ducere.

¶ Prob. Quia Christum ducere in hoc mũdo pauperem uitam & congruit prædicationis officio (ut patet ex Matth. 10. Nolite &c. Actu 6. Non est &c.) & congruit huic rei; Vt scilicet illius inopia diuites efficeremur (2. Cor. 8.) & congruit huic; Ne, s. si diuitias haberet, prædicatio eius cupiditati ascriberetur (ut patet ex B. Hieronymo); & congruit huic. Vt scilicet uirtus diuinitati ei⁹ in conuertendo mundũ magis cognosceretur (ut patet ex Concilio Ephes.)

1ᵐ de minori.

Sed eligibilissima. R. Per accidens, idest propter uitationem occasionũ peccandi. §. Tunc nihil &c. Est enim extra propositum adducere in hac materia minorem illam, & authoritatem Prouerbiorum: tũ quia Christus non erat capax peccati, & consequenter non indigebat uitare occasiones peccandi, tum quia paupertas illa prouerbiorũ est coacta, paupertas autẽ Christi est maxime uoluntaria. Et talis, scilicet uoluntaria paupertas (ut ad maiorem satisfaciamus) est uita eligibilissima per se, & per accidens, quoniam & tollit sollicitudinem sæculi, & non est occasio peccandi, & dat occasionem

* In illud Mat. 8. Accedẽs un⁹ scriba, ait illi, to. 9.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus in hoc mundo debuerit pauperem uitam ducere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus in hoc mundo nõ debuerit pauperem uitã ducere. Christus enim debuit eligibilissimã vitam assumere, sed eligibilissima uita est, quæ est mediocris inter diuitias, & paupertatem: dicitur enim Prouer. 30. Mẽdicitatem, & diuitias ne dederis mihi tribue tantum uictui meo necessaria. ergo Christus non debuit pauperem uitam ducere, sed moderatã.

¶ 2 Præt. Exteriores diuitiæ ad usum corporis ordinantur, quantum ad uictũ, & uestitum: sed Christus in uictu & uestitu communem uitam duxit, secundum modum aliorum, quibus conuiuebat. ergo uidetur, quod in diuitiis, & paupertate communem modum uiuendi seruare debuerit, & non uti maxima paupertate.

¶ 3 Præt. Christus maximè homines inuitauit ad exemplum humilitatis, secundum illud Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: sed humilitas maximè commendatur in diuitibus: unde dicitur primæ ad Thimo. ult. Diuitibus huius sæculi præcipe non altum sapere. ergo uidetur quod Christus non debuerit ducere paupere uitã.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 8. Filius hominis non habet ubi caput reclinet: quasi dicat, secundum Hieronymum.* Cur me propter diuitias, & sæculi lucra cupis sequi, cum tantæ sim paupertatis, ut nec hospitiolum quidem habeam, & tecto utar non meo? Et super illud Matt. 17. ut non scandalizemus eos, uade ad mare, dicit Hieronymum. † Hoc simpliciter intellectum: ędificat auditorem, dum audit tantæ dominum fuisse paupertatis, ut unde tributa pro se, & Apostolo redderet, non haberet.

† circa cõmen. ad c. 17. Matth. to. 9.

RESPON. Dicendum, quod Christum decuit in hoc mundo pauperem uitam ducere. Primo quidem, quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod uenisse se dicit Mar. 1. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, ut & ibi prædicem, ad hoc enim ueni. Oportet autem prædicatores verbi Dei, ut omnino uacent prædicationi, omninò à sæcularium rerum cura esse absolutos, quod facere nõ possunt, qui diuitias possident. vnde, & ipse Dominus Apostolos ad prædicandum mittens, dicit eis Matt. 10. Nolite possidere aurum, neque argentum: & ipsi Apostoli dicunt, Act. 6. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Secundò, quia sicut mortem corporalem assumpsit, ut nobis uitam largiretur spiritualem, ita corporalem paupertatem sustinuit, ut nobis diuitias spirituales largiretur, secundum illud secundæ ad Corin. 8. Scitis gratiam Domini Nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, ut illius inopia diuites essetis. Tertiò, ne si diuitias haberet, cupiditati, eius prędicatio ascriberetur. vnde Hieron.* dicit super Matth. quod si discipulis eius diuitias habuissent, uiderentur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicasse, & eadem ratio est de Christo. Quartò, ut tantò maior uirtus diuinitatis eius ostenderetur, quantò per paupertatem uidebatur abiectior. vnde dicitur in quodam sermone Ephesini Concilii: Omnia paupera, & uilia elegit, omnia mediocria, & plurimis obscura, ut diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens facit pecuniis, & hoc tibi exponat præsepe.

* In illud Mat. 10. nolite possidere aurũ, to. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod superabundantia diuitiarum, & mendicitas, uitanda uidentur ab his, qui uolunt uiuere secundum uirtutem, inquantum sunt occasiones peccandi. Abundantia namque diuitiarum est superbiendi occasio: mendicitas autem est occasio furandi, & mentiendi, aut etiam periurandi. Quia uero Christus peccati capax non erat propter hanc causam, ex qua Salomon

ssionem sine cupiditatis impedimento feruentius domino seruiendi.

2m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod in diuitiis, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso subintellecto, scilicet, quod uita communis non possit seruari nisi diuitias, uel mediocrem paupertatem habendo. Et tamẽ communi uita uti quantum ad uictum & uestitum potest aliquis non solum diuitias, uel mediocrem paupertatem possidendo, sed etiam in maxima paupertate uiuẽdo: puta per hoc, quod ab aliis gratuito accipit necessaria. Sic fuit de Christo in maxima paupertate uiuẽte. Ipse enim a mulieribus & diuitibus necessaria accipiebat. Dicitur enim Luc. 8. quod &c. vt in tex.

3m minor. Humilitas maximè commendatur in diuitibus. R. Negatur. §. Non enim maximè commendatur in illis: quamuis ualdè (ad quem sensum tendit illa authoritas, 1. Timoth. ult.) & magis, quam in eo, qui ex necessitate pauper est. Hinc patet, quod nihil concluditur aduersus articuli propositum, quandoquidem loquitur de paupertate in alio sensu, id est uoluntarie assumpta, & consequenter de illa, in qua maxime relucet humilitas. Nam in eo, qui uoluntariè pauper, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod humilitas commendatur maxime in pauperibus uoluntariis, id est uoluntariè eligentibus paupertatem. Exindè consequenter dicito, quod argumentum ad ueritatem hanc restificatum militat contra semetipsum. Ex eo enim quod Christus maximè inuitauit ad exemplum humilitatis (ut dicit maior) debet inferre sic, ergo Christus debuit ducere pauperem uitam. Et sic stabit in fauorem conclusionis articuli, tamquam noua probatio eius. Porrò pro abundantiori studio de paupertate uoluntaria, uide 2.2.q.186.a.3.& q.187. ar.4.5.& q.188.ar.7.

lomon hoc uitabat Christo uitanda non erant, neque tamen quælibet mendicitas est furandi, & periurandi occasio, ut ibidem Salomon subdere uidetur, sed sola illa, quæ est contraria uoluntati, ad quam uitandam homo furatur, & periurat: sed paupertas uoluntaria hoc periculum non habet, & talem paupertatem Christus elegit.

AD SECVNDVM dicendum, quod communi uita uti, quantum ad uictum, & uestitum, potest aliquis non solum diuitias possidẽdo, sed etiam à mulieribus, & diuitibus necessaria accipiendo, quod etiam circa Christum factum est: dicitur enim Lucæ 8. quod mulieres quædam sequebantur Christum, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. vt enim Hieron.* dicit contra Vigilantium consuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpã more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua uictum, atque uestitum præceptoribus suis ministrarent: sed quia hoc scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecisse commemorat, sic ergo cõmunis uictus poterat esse sine solicitudine impediente prædicationis officium: nõ autem diuitiarum possessio.

AD TERTIVM dicendum, quod in eo, qui ex necessitate pauper est, humilitas non multum cõmendatur, sed in eo, qui uoluntariè pauper est (sicut fuit Christus) ipsa paupertas est maximæ humilitatis indicium.

* Hoc habetur formaliter, c. 87. Mat super illud: Erant ibi mulieres, 10.9.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse in scripturis, quod Christus debuit pauperem uitã ducere. Vt per hoc, quod dicitur Matth. 8. & 18. secundũ quod cum expositionibus B. Hieron. habes in argu. cont. Pro quo ad propositum præsens adaptãdo (ut oportet) uide supradicta in art. 1. 2. appen. & secundum ea, atque ibi ex superioribus citata regulabis proportionaliter hic semetipsum. Insinuatur quoque idem per hoc, quod antea de paupere uita Christi prophetatum fuit à ps. 69. Ego uero egenus, & pauper sum. Itẽ à ps. 39. Ego autem mendicus sum, & pauper. Itẽ à ps. 108. Persequutus est hominem, inopem & mendicum. Item à Hiere. Thren. c. 3. Recordare paupertatis meæ, absinthii, & fellis. Hæc enim prædicuntur in persona Christi, & consequenter, cum ipse uenerit adimplere prophetas, Mat. 5. patet, quod secũdum illas, aliasq; similes, scripturas debuit Christus in paupertate maxima uiuere. Secundò vides quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina hæc Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur,

Utilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Decuit Christum in hoc mundo pauperem uitam ducere. Probatur quatuor rationibus, quæ clare patent in litera.

¶ Circa quarum primam, & tertiam notate Domini prædicatores, & quod oportet prædicatores a curis temporalium rerum absolutos esse, & nec apparere quod lucri causa prædicent. Et hoc quidem contra multos militat, qui stipendio prædicãt, qui locum prædicandi, non ubi maior animarum fructus, sed ubi maius stipẽdium præbetur, aut maior eleemosyna speratur pro se uel conuentu suo, eligunt. Primum autem quantum noceat experientia testatur: paulatim enim prædicatio deseritur a religiosis habentibus possessiones, quæ iam ab Episcopis, Abbatibus, aliisque diuitibus clerici, ac religiosis deserta uidetur. Secundum autem Iesu Christi, ac Ecclesiæ præcipuum officium, ad mercedem, atq; quæstum abducit.

¶ In responsione ad primum ubi habes differentiam inter uoluntariam, & necessariam paupertatem, quo ad occasionem peccandi, aduerte, quod non uocatur paupertas uoluntaria, quæ solo uoto firmata est, sed quæ habet perseuerantiam uoluntariam; parum enim prodest nouisse paupertatem, & ægre ferre illam: recidit enim paupertas ista in necessariam paupertatem, & transit de uoluntaria in inuitam. Nec sufficit uoluntas perseuerans ad paupertatem, ita tamen ut non desint oportunæ commoditates; est enim uoluntas hæc ad paupertatis nomen, & non ad paupertatis rem. Velle si quidem paupertatem, & nihil sibi deesse, quod non sit uelle paupertatem, ex eo patet, quod Salomon tria proponit, diuitias, paupertatem, & uictui necessaria, & inter duo extrema medium petit, quod appetit secundum rem ille, qui nihil uult sibi deesse sub paupertatis nomine. Oportet enim pauperem uoluntariè uelle, & nomen, & rem paupertatis pro loco, & tempore, ut uelit; etiam cum caret opportunis, libenter penuriam pati; sic enim nullius erit peccati occasio paupertas; Et quoniam hoc paucorum uidetur esse: inde tanta uidetur orta, aut nutrita religiosorum imperfectio.

SVPER Q. XL.

Art. IIII.

COncl. Christus in omnibus secundum legis præcepta cõuersatus est.

225 ¶ PROB. Primo, quia in signum huius; scilicet quod uolebat per omnia secundum legem conuersari, circumcidi uoluit (ut patet ex Galat. quinto.) Secundo, quia per talem conuersationem, secundum legem quatuor a se intenta (de quibus distinctè in textu) consequi uolebat.

Sup. q. 37. per totum & inf. q. 47. ar. 2. ad 1. Et 3. d. 14. ar. 3. q6. 6. ad 3. Et 4. d. 1. q. 2. at. 2. q. 3. Et opu. 60. c. 13.

Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus in hac uita secundum legem conuersatus fuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit conuersatus secundum legem. Lex enim præcipiebat, ut nihil operis in sabbato fieret, sicut Deus die septimo requieuit ab omni opere, quod patrarat: sed ipse in sabbatho curauit hominem, & ei mandauit ut tolleret lectum suum. ergo uidetur quod non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ 2 Præt. Eadem Christus fecit, & docuit, secundum illud Act. 1. cœpit Iesus facere, & docere: sed ipse Matth. 15. docuit, quod omne, quod intrat in os, non coinquinat hominem, quod est contra præceptum legis, quæ per Iesum, & contactum quorundam animalium, dicebat hominem immũdum fieri, ut patet Leui. 11 ergo uidetur, quod ipse non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ 3 Præt. Idem iudicium uidetur esse facientis, & cõsentientis, secundum illud Ro. 1. Non solum illi, qui faciunt, sed, & qui cõsentiunt facientibus: sed Christus consensit discipulis suis soluentib. legem, in hoc, quod sabbatho spicas uellebant, excusando eos, ut habetur Matth. 12. ergo uidetur, quod Christus non conuersatus fuerit secundum legem.

SED

1m de maiori. Operis. ℞. Humani seruilis, non necessarii ad salutem, etiam corporalem, & non pertinentis ad Dei cultum. §. Vt de ista triplici glossa patet perspicaci lectori ex ordine in tex. Tunc nihil &c. Nam miracula facta a Christo erant opera diuina (ideo non humana seruilia,) & pertinentia ad salutem corporis, atque animæ (ideo non absque necessitate,) & spectantia ad laudem uirtutis diuinæ (ideò ad cultum Dei). Ecce ergo, quod propter ista illa Christus & nõ fuit vnquam transgressor, & semper fuit sanctificator, sabbati.

* Hom. 16. in Mat. 3. parũ a pri. illius to. 2.

2m de minori. Quod est contra præceptum legis. ℞. Negatur hoc, §. Ad id, quod loco probationis adducitur, scilicet quæ per esum quorundam animaliũ dicebat hominem immundum fieri, respondetur, quod nihil probat, quoniam in sensu alio loquitur, quam loquatur negatum. Nam sumit ly animalium, quo ad significationem, negatum verò sumit ly quod (scilicet dictum Christi) quoad ipsorũ naturam: hoc est, probatio illa loquitur de cibis secundum significationem quandam consideratis, negatum autẽ, sicut & illa authoritas, loquitur de cibis secundum naturam suam cõsideratis. Christus enim uoluit per illa uerba Matt. 15. Ostendere, ꝙ homo nõ redditur, &c. ut in tex. Pro cuius ampliori captu, quo ad illam animalium significationem; Vide Veritates Aureas super totã legem ueterem, Leuit. 11. conclus. 7.8.9.10. & Genes. 3. conclu. 8.

3m de minori. Christus consensit discipulis suis soluẽtibus legem. ℞. Negatur. §. Nam discipuli in eo, quod in eadem minori adducitur, non soluebant legem, licet hoc eis Iudæi falso obiicerent. Ipsi enim discipuli, dum esurientes, spicas sabato, & cætera. ut in text.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 5. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: quod exponens Chrysost. * dicit: Legem impleuit, primo quidem, quia nihil transgrediẽdo legalium, secũdo iustificãdo per fidem, quod lex per literam facere non ualebat.

RESP. Dicendum, quod Christus in omnibus secundum legis præcepta conuersatus est. In cuius signum etiam uoluit circumcidi: circumcisio enim est quędã protestatio legis implendæ, secundum illud Gal. 5. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Voluit autem Christus, secundum legem conuersari. Primò, quidem, ut legem ueterem approbaret. Secundo, ut eam obseruando, in seipso cõsumaret, & terminaret, ostendens ꝙ ad seipsum erat ordinata. Tertiò, ut Iudæis occasionem calũniandi subtraheret. Quarto, ut homines à seruitute legis liberaret, secundum illud Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dominus super hoc se excusat à transgressione legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptum de sanctificatione Sabbati non interdicitur opus diuinum, sed opus humanum: quamuis enim Deus die septimo cessauerat à nouis creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conseruatione, & gubernatione: quod autẽ Christus miracula faciebat, erat operis diuini. Vnde ipse dicit Ioan. 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Secundò, excusat se per hoc, quod illo præcepto non prohibentur opera, quæ sunt de necessitate salutis, etiam corporalis. vnde ipse dicit Lucæ 13. Vnusquisque uestrum sabbatho, nõ soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Et infra 14. Cuius uestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Manifestum est autem, quod opera miraculorum, quæ Christus faciebat, ad salutem corporis, & animæ pertinebant. Tertiò, quia illo præcepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum. vnde dicitur Matth. 12. An non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt? & Ioan. 7. dicitur, quod circumcisionem accipit homo in sabbato: quod autem Christus paralytico mandauit, ut lectum suum sabbato portaret, ad cultum Dei pertinebat, id est ad laudem uirtutis diuinæ. Et sic patet, quod sabbatum non soluebat, quamuis hoc ei Iudæi falso obiicerent, dicentes Ioan. 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbathum non custodit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Christus uoluit ostendere per illa uerba, quod homo non redditur immundus, secundum animam ex vsu ciborum quorumcumq; secũdum suam naturam, sed solum secundũ quandam significationem, quod autem in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc est per quandam significationem. Vnde Aug. * dicit cõtra Faustum: si de porco, & agno requiratur, utrum natura mundus est, dicimus quod omnis creatura Dei bona est, quadam uero significatione agnus mundus, porcus immundus est.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ etiam discipuli, qui esurientes, spicas sabbato uellebant, a transgressione legis excusantur propter necessitatem famis: sicut, & Dauid non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatem comedit panes, quos ei edere non licebat.

QVÆ-

* li. 16. c. 7. non longe a princip. to. 6.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatum, quod Christus secundum legem conuersatus est. Vt à Matth. 5. secundum quod cum expositione Diui Chrysostomi ponitur in argumen. contr. Vbi nota ly nihil. Item à Galat. quarto. Misit Deus filium suum factum sub lege. Hoc est. Misit filium suum, qui seruaturus erat legem, viuendo, scilicet secundum eam. Esse enim sub lege, est portare legem (ut ex terminis patet) Quod si quis sub lege sit nomine tantũ; iste gloriatur in lege, i. iactat se habere a Deo excellentem legem, id est sibi credita esse eloquia Dei, sed tamen non uiuit secundum legem. Talem enim talis hominis expositionem docuit Apostolus, dum quendam similẽ sub lege ociosum increpabat dicens Roman. secundo. Qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis Deũ inhonorans? Si quis verò sub lege sit non tãtum nomine, uerbo, aut lingua, sed etiam opere, & ueritate, id est factis; ipsis iste secundum legem uiuit. Iste solus dicitur proprio esse sub lege: ille autem primus impropriè; licet re uera sit obligatus ad obseruationem legis. Primus enim legem portat in ore solum: secundus autem illam portat, & in ore, & in opere. Cum igitur de filio Dei intelligi propriè, id est in potiori significato (ut correspondentia fiat ad aliquid potius, scilicet ad filiũ Dei) debeat ly factum sub lege, patet, quod illa Apostoli sententia denotat, quod Christus uixit secundũ legem. Insinuatur quoque idem a psal. 131. Si custodierint filii tui testimonia mea hæc, quæ docebo eos. Nam ly docebo, sumitur in suo potiori significato (talis enim sensus decet Deum,) quod est docere non tantum uerbo, sed etiam exemplo. Per hoc ergo significauit Deus: quod aliquando erat docturus nos exemplo testimonia illa, quæ tunc docebat uerbo. Ac si apertius dixisset. Veniet tempus, in quo ego factus homo conuersãdo uobiscum secundum obseruantiam huius legis, & ita exemplo tũc uos docebo, quod nũc uos doceo uerbis. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio: Christus in omnibus secundum legis præcepta conuersatus est. Hæc autem conclusio primo probatur, quo ad factum deinde, quo ad conuenientiam. Quod enim Christus in omnibus secundum legem de facto conuersatus fuerit, probatur ex illo facto, in quo tamquam in principio comprehenduntur reliqua legalia, scilicet ex circumcisione, ut patet ex auctoritate Apostoli. Conuenientiam autem quare Christus seruare uoluit, ostendit ex quatuor claris in litera.

Medina

Medina ar. 1.

SVPER QVAEST. XLI. ART I.

CONCLVSIO. Christus tentari uoluit.

¶ COROLL. Ergo (ut ad literam respondeat conclusio titulo) secundum D. Thomam æqualent hæc, scilicet Christus tẽtari uoluit, & Christum tentari, cõueniens fuit. Ergo hinc vniuersalem hanc scientiam a simili docere intendit, quod in idem redeunt uniuersa hæc, in quacumque materia loquamur, scilicet Christus hoc, uel illud, uoluit; ergo conueniens fuit, ipsum uelle hoc, & illud; Christus sic, uel sic, uoluit; ergo conueniens fuit, ipsum uelle sic, & sic. Verbi gratia. Voluit Deus creare, redimere hominem; creare, non redimere diabolum; ergo conueniens fuit, ipsum uelle creare, ac redimere hominem, & ipsum uelle creare angelum, qui postea, propria uoluntate factus est diabolus, atq; ipsum velle nõ redimere diabolum. Voluit Deus, quod homo, & angelus habeant liberũ arbitrium, ante electionem quidem uertibile de bono in malum, & e conuerso: sed post perfectam electionẽ inuertibile sic in angelo, non autem in homine, nisi post mortem eius corporalem: ergo conueniens fuit, Deum uelle hoc, & sic, de homine, & angelo. Voluit Deus permittere tot, tantaq; peccata in mundo: ergo cõueniens fuit, Deũ uelle permittere tot, tantaq; peccata in mũdo. Cæterum quis dicat fundatus in tex. Ex eo, quod Deus humanatus tentari uoluit, habere vult Sanctus Doctor non tantum hoc, scilicet quod ipsum sic uelle fuit conueniens; sed etiam habere uult hoc aliud, scilicet quod fuit conueniens ipsum tẽtari, idest quod Christus tentaretur. Ergo uidetur ex textu non solum ueram esse doctrinam illam, quæ supradicta est: sed etiam hanc aliam, scilicet quod quicquid fit in mundo, est conueniens (quandoquidem nõ fit sine uoluntate Dei, 1. quæstio. 14. ar. 8.) Hoc autem quam falsissimum sit, patet ab experientia: quæ, inconuenientia plurima fieri in mundo, quotidie monstrat. Non ergo uidetur ualere ista consequentia, quam tamen uirtualiter textus includit; Christus vult hoc, uel illud fieri, ergo hoc, uel illud fieri est conueniens. Ad literam enim docet textus ualere hanc, scilicet Christus uoluit tentari; ergo Christum ipsum tentari, fuit conueniens. Respondetur concedendo, hanc aliam doctrinam textus uniuersalem esse ueram, scilicet vult Deus, hoc uel illud fieri, aut permittere fieri; ergo hoc uel illud fieri, aut à Deo permitti fieri, est conueniens. Et sic conceditur, quod quicquid fit in mundo aut est conueniens fieri, aut est conueniens a Deo permitti fieri, id est aut est conueniens ut fiat, aut est conueniens quod a Deo permittatur, ut fiat. Non enim vult Deus peccata fieri; neque etiam vult, peccata non fieri: sed tamen vult permittere, peccata, fieri, 1. quæstio. 19. art. 9. ad tertium, & ideo ratione mali culpæ interponitur ibi mentio de permissione diuina. Ad id ergo, quod experientia teste dicitur, multa scilicet inconuenientia fieri in mundo, respondetur, quod talia, inquantum dependent saltem permissiue a Deo, nõ sunt inconuenientia, sed inquantum dependent aliunde, i. inquantum aliquo alio modo considerantur. Hinc patet, quod contra textum hunc rectè intellectum nihil concludebatur. Nam formaliter (ut Sanctum Doctorem decet) loquitur, & adducta in contrarium non loquebantur sic. Textus enim respondendo ad titulum dicens ly Christus tentari uoluit, includere necessario vult, quod Christum tentari formaliter, id est inquantum à Christi uoluntate dependet, est conueniens. Scit namque Diuus Thomas, quod Christum tentari inquantum dependet aliunde, scilicet à tentatore diabolo, non est conueniens, 1. quæst. 114. articulo primo. vnde necessario vult, quod hoc ibi inclusum scilicet Christum tentari, intelligatur formaliter (modo prædeclarato,) ut possit esse conueniens. Hinc est, quod utraque illarum doctrinarum, quæ ex textu illo à simili supra deducebatur, debet necessariò stare in formalitate, non autem in materialitate, id est debet intelligi formaliter (ut docuimus), Et sic omnia illa erunt consona ueritati, ac textui.

226 Opus. 60. c.22. princ.

¶ PROB. Quia sic idest per hoc, quod tentatus est, uoluit & tentationibus suis tentationes nostras uincere, & cautos nos reddere, ne quis se æstimet securum à tentatione, & exemplo nos instruere, qualiter diaboli tentationes uincamus, & nobis fiduciam de sua misericordia largiri (ut per ordinem in tex.)

1m de maiori. Nisi de re ignota. Respon. Certitudinaliter. §. Tunc nihil, &c. Nam licet diabolo uirtus Christi diuina, id est quod ipse esset filius Dei, esset nota per quasdam coniecturas (ut sentit minor, & Beatus Lucas): tamen hoc non nouerat certitudinaliter. Christus enim tantum innotuit dęmonibus, quantum &c. ut in text. Ex quo dic, quod non tentabat de re nota, sed de ignota, id est intendebat experimentum sumere de Christo non ad intelligendum per coniecturam, an esset filius Dei (Hoc enim modo sciebat illud) sed ad intelligendum per certitudinem, an esset filius Dei. Hunc namque modo nesciebat illud, sed nec tunc tentando scire potuit: quinimmo de ipso diabolo tunc uerificatum est

QVAESTIO XLI.

De tentatione Christi in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de tentatione Christi.

Et circa hoc quęruntur quatuor

¶ Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum tentari.

¶ Secundò, De loco tentationis.

¶ Tertiò, De tempore.

¶ Quartò, De modo, & ordine tentationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit, Christum tentari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christo tentari non conueniebat. Tentare enim est experimentum sumere, quod quidem non fit, nisi de re ignota: sed virtus Christi erat nota etiam dæmonibus: dicitur enim Luc. 4. quod non sinebat dæmones loqui, quia sciebãt eum esse Christum. ergo videtur quod non decuerit Christum tentari.

¶ 2 Præt. Christus ad hoc uenerat, ut opera diaboli dissolueret, secundum illud Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli: sed non est eiusdem dissoluere opera alicuius, & ea pati. & ita uidetur inconueniens fuisse, quod Christus pateretur se tentari a diabolo.

¶ 3 Præt. Triplex est tentatio, scilicet à carne, à mundo, & à diabolo: sed Christus non fuit tentatus, nec a carne, nec à mundo. ergo nec etiã debuit tentari à diabolo.

SED CONTRA est, quod dicitur, Matth. 4. Ductus est Iesus a spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo.

RESPON. Dicendum, quod Christus tentari uoluit. Primò, quidem, ut nobis contra tentationes auxilium ferret. vnde Gregor.* dicit in Hom. Non erat indignum Redemptori nostro, quod tentari voluit, qui uenerat occidi, ut sic tentationes nostras suis tẽtationib. uinceret, sicut mortem nostram, sua morte superauit. Secundò propter nostram cautelam, ut nullus quantumcumq; sanctus se æstimet securum, & immunem à tentatione vnde, & post baptismum tentari voluit: quia, sicut Hilarius dicit super Matth. † in sanctificatis maximè diaboli tentamenta grassantur: quia victoria magis est ei exoptata de sanctis. vnde, & Eccles. 2. dicitur, Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & prępara animam tuam ad tentationem. Tertiò, propter exemplum, ut scilicet nos instrueret qualiter diaboli tentationes vincamus. vnde Augustinus * dicit in quarto de Trinita. q̃ Christus diabolo se tentandum præbuit, ut ad superandas tentationes eius mediator esset, non solum per adiutorium, uerum etiam per exẽplum. Quartò, ut nobis fiduciam de sua misericordia largiretur. vnde dicitur Hebręorum 4. Non habemus põtificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatũ autem per omnia, pro similitudine absque peccato.

*He. 1. 16. in euang. non longe a prin.

† Cap. 3. in Matt. non lõge a pri.

*li. 4. c. 13. aliquantulum à prin. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus * dicit in 9. de Ciuitate Dei, Christus tantum innotuit dæmonibus, quantum uoluit: non per id, quod est uita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, ex quibus quãdam coniecturam habebant Christum esse filium Dei: sed quia rursus in eo quædam signa humanæ infirmitatis uidebant, non pro certo cognoscebant eum esse filium Dei: & ideo eum tentare uoluerũt. Et hoc significatur Matth. 4. ubi dicitur, quod

*li. 9. c. 21. a prin. t. 5.

postquam

est illud psalm. centesimo tertio. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei, quoniam à Christo per sapientissimas responsiones ipse, qui accesserat delusurus, delusus est (ut patet ex Matth. 4.)

2h de minori. Dissoluere. ℞. Potestatiuè agendo. §. Tūc

* cap. 3. in Matt. non remote a prin.

ut &c. Christus enim uenerat, dissoluere opera, &c. ut in tex. Ex quo patet contra illam minorem, quod euidem est dissoluere per patiētiam, id est uincere opera alicuius, & ea pati. Sic sancti martyres dissoluerunt per patientiā opera mundi, conuertendo mundū ad Christum: cum à mundo patiebantur uiriliter opera mundi, id est persecutiones uarias. Et hoc modo Christus cū suis iure ab Ecclesia uocatur, uictorum genus optimum.

*Amb. l. 4. Luc. c. 4. in ordi. in ritu. de t. tentatione Christi, to mo 2.

3m de minori.

* li. 13. c. 13. prin. t. 3.

Necà mundo. ℞. Negatur hoc. §. Christus enim in omnibus tentari uoluit absque peccato, &c. ut i tex. In quo sumitur ly hoste, & pro diabolo, & pro mundo (sunt enim utrique exteriores hostes): alioqn textus responsalis esset maneus. Nihil enim responderet ad tentationem à mundo existentem; cum tamen argumentum in hac (ut patet) fecisset magnā uim. Quod autem Christus

* Hom. 16. in euang. non longe à prin.

fuerit à mundo per persecutiones tentatus, constat in Euangeliis, per omnes fere uitam suam, uel latenter & dolose (ut legisperitis, &c. de magno mandato, de censu &c. interrogantibus, & ab Herode adorationem pueri Magis fallaciter promittente, dum fugit in Aegyptum &c.) uel aperte, & clamorose (ut in passione sua à Iudæorum, gentilium, principum &c. multitudine Matth. 26. 27. Mar. 14. 15. Luc. 22. 23. Ioan. 18. 19.) Vide ar. 3. ad tertium, & 1. q. 114. ar. 1. ad tertium, & ar. 1.

Vtilitas pro Eccle. 6. Dei.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, me-

postquam esuriit, accessit tentator ad eum: quia ut Hilarius dicit,* tentare Christum diabolus non fuisset ausus, nisi in eo per esuritionis infirmitatem, quæ sunt hominis, recognosceret. & hoc etiam patet ex ipso modo tentandi, cum dixit, si filius Dei es. quod exponens Ambrosius * dicit, quid sibi uult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei filium esse uenturum, sed uenisse per infirmitatem corporis non putabat.

Ad secundum dicendum, quod Christus uenerat dissoluere opera diaboli, non potestatiue agēdo, sed magis ab eo, & eius membris patiendo, ut sic diabolum uinceret iustitia, non potestate, sicut Augustinus * dicit 13. de Trinita. quod diabolus non potentia Dei, sed iustitia superandus fuit: Et ideo circa tentationem Christi considerandum est, quid propria uoluntate fecit, & quid à diabolo passus fuit, quod enim tentatori se offerret, fuit propriæ uoluntatis. vnde dicitur Matth. quarto. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur a diabolo, quod Gregor. * intelligendum dicit de Spiritusancto, ut scilicet illuc cum spiritus suus deduceret, ubi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret: sed à diabolo passus est, ut assumeretur, uel supra pinnaculum templi, uel etiam in montem excelsum ualde. Nec est mirum (ut Gregor. † dicit) si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit à membris ipsius crucifigi. Intelligitur autem à diabolo assumptus, non quasi ex necessitate: sed quia (ut Origen. * dicit super Luc.) sequebatur eum ad tentationem, quasi athleta spontè procedens.

Ad tertium dicendum, quod sicut Apostolus dicit, Christus in omnibus tentari uoluit absque peccato. Tentatio autem, quæ est ab hoste, potest esse sine peccato, quia fit per solam exteriorem suggestionem. Tentatio autem, quæ est a carne, non potest esse sine peccato, quia huiusmodi tentatio fit per delectationem, & concupiscentiam. Et sicut August. † dicit, nōnullum peccatum est, quando caro concupiscit aduersus spiritum. Et ideo Christus tentari uoluit ab hoste, sed non à carne.

AR-

meritò esse s scripturis insinuatum, quod fuit conueniens, Christum tentari. Ut per hoc, quod dicitur Matth. 4. secundum quod est in argumen. cont. Quæ enim Spiritusancto ducente aguntur; non possunt, ut sic, non esse conuenientia. In textu illo nota, quod sicut Christus secundum humanitatem, tamquam minor secundum ipsam, ductus est à Spiritusancto ad hoc, ut tentaretur, ita tentatus est secundum humanitatē. Voluit ergo ipse Christus, secundum quod homo, contra tentatorem pugnare, ei resistere, eum uincere; non secundum quod Deus, & hoc ad maiorem exaltationem hominis, atque ad maiorem confusionem diaboli. Ex textu nota, quod tentari ab hostibus extrinsecis, aduersaque perpeti, non est malum, id est non est culpabile. Alioquin Christus nō duceretur à Spiritusancto ad hoc, ut tentaretur à diabolo. Insinuatur quoque idem principale per hoc, quod dicitur Zachar 3. Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, & Sathan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Per figuram enim hanc præmonstrabatur, quod Iesus uerus, qui est sacerdos antonomasticè magnus, erat tentandus à Sathana. Christus autem adimplere prophetas, uoluit, & hoc cōueniēs fuit Mat. 5. ideo, & tentari uoluit, & ipsum à Sathana tentari conueniens fuit. Porrò, quod à figuris antiqui testamenti ad figurata noui liceat inferre, docuit facto suo Concilium Hispalense secundum, dum ex maioritate Aaronis ad Leuitas intulit maioritatem Episcoporum ad simplices sacerdotes. Vide Concilium hoc in Veritatibus Aureis super legem ueterem, Leuitici octauo, conclusione secunda. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

† Hom. 16. in euāg. & legit Domin. 1. in quadrage.

* Hom. 31. in Luc. in prin. to. 3.

D. 445.

† lib. 19. de Ciui. Dei, c. 4. a med. to. 5.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Christus tentari uoluit. Probatur quadrupliciter. Vbi in prima ratione conspicere liber, quod uictoriosa contra nostras tentationes tentatio Christi fuit: ita quod non solum exemplo (quod ad tertiam spectat rationem) sed efficacia auxilium nobis contra tentationes tentatus Dominus conferendo profuit: sicut mortuus nos contra mortem muniuit. Modum autem quo, hoc confertur auxilium, cum de efficacia mortis eius inferius tractabitur patebit: pro nunc sufficiat, quod saltem meritorie tentatus Dominus opem contulit nobis.

¶ In tertia autem ratione percipe, quod modus uincendi tentationes est, recursus ad diuinas scripturas, & eadem ratione ad sanctorum exempla, hoc enim Dominus in sua pugna, ac uictoria docuit, dum sic pugnauit, & uicit.

¶ In responsione ad primā circa notitiam dæmonum de Christo: duo sunt uidenda. Primum, quid dæmones sciuerunt de Christo, quod inferius tractabitur in quæstione de miraculis Christi. Secundum est, quorsum ab Auctore hic affertur notitia habita a Dæmone de Christo, cuius Lucās meminit cap. 4. cum manifestè pateat Euangelistam loqui post uisa miracula, hic autem est sermo ante miracula: nam post regressum a deserto, cœpit Christus prædicare, & miracula facere.

¶ Ad hoc dicitur, quod coactus fuit Auctor ex tētationis actu de incertitudine notitiæ de Christo apud dæmones, loqui. Inseruit autem uerbum Lucæ Euangelistæ de scientia dæmonum in principio prædicationis Christi: quoniam licet Lucas dicat illa uerba inter narrandum de miraculis Christi, non tamen dicit, quod tunc primo didicerunt dæmones illum esse Christum. Et propterea illud Lucæ verbum, quia sciebant illum esse Christum, ad præteritum tempus inculpabiliter, & rationabiliter ab Auctore relatum uidetur. Viderunt si quidem dæmones, & quæ ab angelis in die natiuitatis Christi dicta sunt, & quæ a pastoribus gesta, & à Magis duce stella, & quæ à Simeone, & Anna dicta sunt; & postea Christi uerba ad matrem in templo, de Patre suo, & dicta à Ioanne Baptista de Christo. Ex quibus facile erat cognoscere illum esse Christum absque ulterioribus miraculis: collatione præsertim facta cum prophetis. Vnde uisa tam longa inedia, & quod esuriit, tentauit nosse, si filius Dei esset.

¶ In responsione ad tertium dubium occurrit, an uerum sit omnem tentationem ab intrinseco, esse peccatum: uidetur quod nō: quia naturalibus non meremur: concupiscentia autem carnis, & illius delectatio naturalis est. nullum ergo peccatum est concupiscentia aut delectatio carnis.

¶ Et confirmatur, quia certum est in Christo fuisse carnalem delectationem secundum gustum, uel tactum, cum comedebat, aut bibebat aliquid delectabile: puta bonum panem, bonum uinum, &c. non ergo omnis delectatio sensibilis est peccatum.

¶ Ad hoc dicitur, quod nullus mentis compos dicit, quod omnis delectatio secundum carnem, seu sensum sit peccatū: oporteret. n. naturā ipsam esse malā, si delectatio naturalis esset mala. Vnde in statu innocētiæ fuissent delectationes naturales absq; peccato ullo, & in

& in Christo non est dubium, quod cum fatigatus ex itinere sedebat super puteum, quies illa erat delectabilis fesso corpori, & similiter panis suo sano palato erat suauis, & oculis lux solis amabilis, & sic de alijs. Sed aliud est loqui de concupiscentia, & delectatione naturali, & aliud est loqui de concupiscentia & delectatione aduersus spiritum: naturalia si quidem vt sic, exorbitant a recta ratione, ac per hoc non tendunt aduersus spiritum: sed à ratione necesse est declinare eas, quę cōtrariæ spiritui sunt. Quocirca concedendum est, quod nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum, ratione concupiscentiæ, seu delectationis aliquid præter rationem habentis, & non ratione naturalis appetitus, aut delectationis. Tentatio autem ab intrinseco, quia aduersus spiritum est, non importat naturales motus absolute, sed præter rationem.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in deserto tentari debuerit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christus nõn debuerit tẽtari in deserto. Christus enim tentari voluit propter exẽplum nostrum vt dictum est: * sed exemplum debet manifestè proponi illis, qui sunt per exemplum informandi. non ergo debuit in deserto tentari. [* art. præc.]

¶ 2 Præt. Chrysost. * dicit super Matth. quod tunc maximè instat diabolus ad tentandum, cum uiderit solitarios: vnde, & in principio mulierem tentauit, sine uiro eam inueniens: & sic uidetur per hoc, quod in desertum iuit, ut tentaretur, quod tentationi se exposuit. Cum ergo eius tentatio sit nostrum exemplum, uidetur quod etiam alii debeant se ingerere ad tentationes suscipiendas, quod tamen uidetur esse periculosum, cum magis tentationum occasiones uitare debeamus. [* Hom. 13. in Matth. paulo post prin. to. 5.]

¶ 3 Præt. Matth. 4. ponitur secunda Christi tentatio, quia diabolus Christum assumpsit in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, quod quidem non erat in deserto. non ergo tentatus est solum in deserto.

SED CONTRA est, quod dicitur Marc. 1. quod erat Iesus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Sathana.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est *) Christus propria uoluntate se diabolo exhibuit, ad tentandum, sicut etiam propria uoluntate membris eius se exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus uenire ad eum non auderet. diabolus autem magis aliquem tentat, cum est solitarius: quia, ut dicitur Ecclesiast. quarto, si quispiam præualuerit contra unum, duo resistunt ei. & inde est, quod Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis, ut ibi a diabolo tentaretur. Vnde Ambrosius * dicit super Lucam, quod Christus agebatur in desertum consilio, ut diabolum prouocaret. nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste uicisset, idest Christus. Addit autem & alias rationes, dicens hoc Christum fecisse mysterio, ut Adam de exilio liberaret, qui, scilicet de paradiso in desertum eiectus est, & exemplo ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere. [* lib. 4. in Luc. in tit. de ductu Iesu in desertum. nō longe a pri. to. 3.]

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem, secundum illud Hebr. duodecimo. Aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Fides autem (ut dicitur Roma. 10.) est ex auditu, non autem ex uisu. Quinimmo Ioan. 20. dicitur, Beati, qui non uiderunt, & crediderũt. & ideo ad hoc, quod tentatio Christi esset nobis in exemplũ, non oportuit, quod ab hominibus uideretur, sed sufficiens fuit, quod hominibus narraretur.

AD SECVNDVM dicendum, quod duplex est tentationis occasio. Vna quidem ex parte hominis, puta cũ aliquis se peccato propinquum facit occasiones peccandi non euitans.

SVPER Q. XLI.

ART. II.

CONCL. Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis: ut ibi a diabolo tentaretur.

227 ¶ NOT. Ac si ad literam respondeatur titulo; Fuit conueniens Christum tentari in deserto. Quod quidem patet, quia ipse sic tentari uoluit, quod a facto suo constat, quia in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis. Ecce uia, quam ideò tibi aperio, ut tu hinc edoctus (et quod de hoc nullibi admonereris amplius) semper per temetipsum cõclusiones textuales, quæ à literali quæsito tituli plus, aut minus per additionem verborum. (Et hoc non sine laudabili causa; ut aliàs annotauimus) distare uidẽtur, ad literam tituli adaptes.

¶ PROB. Quia Christus per hoc, quod in deserto tentatus est, uoluit & monstrare, quod diabolus magis tentat solitarios, & prouocare, ut fortis athleta, diabolum ad pugnam; & liberare hominem de exilio, quo eiectus fuerat; & ostendere, quod diabolus inuidet ad meliora tendentibus (ut de his quatuor declaratur singillatim per ordinem in textu.)

¶ EXAM. 1. Ly diabolus uenire ad eũ non auderet. Scilicet, propter uilitatem animi, non autem propter reuerentiam. Nullo enim timore reuerentiali mouebatur diabolus uersus Christum, ut ab hoc quasi deterritus non auderet venire ad ipsum: quomodo Moyses ex reuerentiali timore ductus non audebat aspicere contra Deum, Exod. tertio. Ex vilitate uerò animi, seu ignauia, diabolus mouebatur ad hoc, ut non auderet accedere ad pugnandum tentationibus suis cum Christo: quia per quandam coniecturam cognouerat iam, ipsum esse filium Dei, articulo primo, ad primum, & consequenter ipsum esse omnipotentem. Ex hac siquidem coniecturali notitia insurgebat in diabolo motus desperationis pugnæ, taliter scilicet, quod desperare ualde incipiebat de obtinenda uictoria contra Christum, & certus ferme erat de uictoria Christi contra seipsum. Hinc fiebat, quod diabolus non auderet tentare Christum, ut qui refugeret confusionem propriam, & excellentiam Christi, in illo prælio. [* art. præc. ad 2.]

¶ EXAM. 2. Ly se diabolo ad tentandum exhibuit. Scilicet per hoc, quod quodam signum suæ humanæ infirmitatis diabolo uidendum proposuit. Ex tali enim uisione infirmitatis in Christo diabolus, qui iam (ut exam. 1. dixit) ex uisa eius omnipotentia desperauerat, recepit audaciam. Vnde propter hoc dicitur Christus se ad tentandum exhibuisse, quia diabolo animũ quodammodo occasionaliter dedit ad tentandum ex signo dato, & uiso. Quod fuit illud infirmitatis signum? Esuries. Non enim absque causa sanctus Matthæus, antequam dicat ly accedens tentator, dicit de Christo ly esuriit. Et hoc ipsum annotauit textus articulo primo, ad primum, post B. Hilarium dicens: Tentare Christ. diab. non fuisset au. ni. in eo per esur. inf. quæ sunt hom. recognosceret.

¶ EXAM 3. Ly magis tentat aliquem, cũ est solitarius. Scilicet à societate bona non solum externa, sed etiã (& quidem principaliter) interna. Et hoc intelligatur, uniuersaliter diuidendo ly solitarius, non quod Christus fuerit vnquam solitarius à societate interna. Societas bona externa quid sit, patet: interna autem est occupatio, prout iam docuit Beatus Hieronymus his uerbis, semper aliquid boni facito, ut te diabolus occupatum inueniat. Quod enim a bona societate externa solitarius magis tentetur patet ex dicto illo, 1. Pet. 5. Diabolus circuit quærens quem deuoret. Non dicit, quos, sed dicit, quem: ad denotandum, quod magis vnum, id est in solitudine uiuentem tentat, quam plures, id est quam bona societate uiuentes. Quod uerò à bona societate solitarius magis tẽtetur, & quidẽ principalius, patet ex Eccl. 33. multam malitiam docuit ociositas. Vbi nota ly multã.

¶ EXAM 4. Ly diabolum ad meliora tendentibus inuidere. s. & molestias suscitare maxime in principio. Pro cuius declaratione, ut minus hic graueris; Vide Veritates Aureas super totã legẽ ueterem, Exod. 5. concl. 2. & cap. 8. concl. 7. & cap. 14. conclu. 3.

1m de minori. Sed exemplum. R. Quod non est solũ per fidem tenendum. S. Tunc nihil, &c. Nam Christi tentatio proponitur nobis in exemplum per fidem, &c. ut in tex. Ex quo indicatur idem de omnibus similibus a Christo factis, quæ scilicet sint nobis data in exemplum per fidem solum; ut de hoc, quod ascendit in montem solus orare, Matt. 14.

2m de conclusione. Quod tamẽ est periculosum. R. Si illud. s. ingerere se ad tẽtationes suscipiendas, attẽdatur ex parte hominis. S. Tunc &c. Nã hoc s. quod Christus ingesserit se ad tentationes, attenditur ex parte diaboli, secundum declarationem ex textu habitã, in quo sensu et homines se ingerere ad tentationes non est periculosũ. Ad id, quod quasi pro-

bando argumentum subiungit de uitatione occasionum, patet in tex. quid sit respondendum. In diuerso ergo sensu à proposito loquitur argumentum de occasionibus. Pro textus confirmatione, & declaratione, inquantum de occasionem vitatione loquitur; Vide Veritates Aureas super legem ueterem, Genes. tertio, conclusio. 23. & Exod. 34. conclusio. 5.

* art. præc. ad 5. & 2. 2. q. 88 ar. 4. ad 2.

3^m illatio conclusionis. Non ergo tentatus, &c. Respon. Negatur illatio, secundum quosdam. §. Quorum quidam dicunt, quod Christus, & cæt. vt in textu, usque ad ly derelicta à Deo. Hoc est. Ideo negatur illatio, quia uel illa assumptio in sanctam ciuitatem (de qua maior loquitur) fuit solum imaginaria; uel, si fuit realis, est falsum illud de minori, scilicet quod non erat in deserto. Hierusalem enim (spiritualiter loquendo) erat tunc in deserto, id est derelicta à Deo, & consequenter eodem modo pinnaculum templi erat in deserto.

† Amb. li. 4. in Luc. c. de ductu Iesu in deserto, non procul a sito 5.

* Hom. 5. i Mat. i ope. imperf. in par. à prin. to. 2.

euitans. Et talis occasio tentationis est uitanda, sicut dictum est. * Loth. Genes. decimonono. Ne steteris in omni regione circa Sodomam, Alia uerò tentationis occasio est ex parte diaboli, qui semper inuidet ad meliora tendentibus, ut Ambros. † dicit. Et talis tentationis occasio non est uitanda. Vnde dicit Chrysost. * super Matth. quod non solum Christus ductus est in desertũ à Spiritu, sed omnes filii Dei, habẽtes Spiritumsanctum: non enim sunt contenti sedere otiosi, sed Spiritussanctus urget eos aliquod magnum apprehendere opus, quod est esse in deserto, quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus est desertum, quantum ad

Responsio hæc prima, quo ad hoc interpretationem ciuitatis Hierusalem, uidetur imitari noluisse, Beatum Petrum Apostolum in interpretatione, quam ipse fecit de Roma; dum ait 1. Petr. 5. Salutat vos Ecclesia, quæ est collecta in Babylone. Licet enim Roma non esset realiter illa ciuitas, quæ vocata est Babylon, regis Nabuchodonosor, Dan. 4. tamen erat spiritualiter ipsa. Quia enim Babylon interpretatur confusio, & Roma tunc, quando ipse Apostolus id scripsit, erat confusa innumeris idolatriæ erroribus (ut pote omnium errorum quarumcumque sibi subditarum gentium cultrix; testante hoc illo suo templo, quod uocabatur Pantheon): ideo Apostolus inde primam suam epistolam scribens pro Babylone tunc merito intellexit Romam. Vnde sicut male fecissent ii, qui pro tempore antiquo (puta Dauid, & cæt.) quo a Deo per ueram sui cognitionem &, cultum ciuitas Hierusalem inhabitabatur, dixissent ciuitatem hanc esse desertum, cum tamen bene facerent sic ipsam uocantes pro tempore, quo non cognouit tempus uisitationis suæ Luc. decimonono, id est pro tempore quo a Deo per ueram sui cognitionem & cultum non inhabitabatur; ita quamuis Apostolus Romam, pro tempore illo errorum confusione plenorum, iure optimo vocauerit Babylonem, tamen Roma pro tempore isto, quo iam dudum erroribus infidelitatis exclusis facta est à Deo infallibilis magistra veritatis fidei, secunda secundæ, quæstione prima, articulo decimo, & quæstione quinta, articulo tertio, non potest sine iniuria maxima, maximoque mendacio, vocari Babylon. Di-scernenda ergo sunt tempora, & sic discreta uidebis esse denominationum harum, atque similium, uocabula.

Item (conclusio). Non est tentatus solum in deserto. R. Conceditur. § Nam & Beatus Marcus sic esse respondendum docet per hoc, quod dicit, quod in deserto tẽtabatur, &c. ut in tex. Tunc nihil, &c. Non enim articuli conclusio dixit exclusiuam hanc, scilicet quod solum in deserto tentatus fuerit. Vide responsum secũdum textus ly sed hoc non est necessarium, quia Marcus, &c. Ac si dicatur. Hoc id est primum responsum illorum quorundam, non est necessariò amplectendum ad soluendam difficultatem argumenti, quia alia uia, & meliori quidem (utpote ex Euangelio sumpta) solui potest.

carnem, & mundum: quia non est secundum uoluntatem carnis, & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo, non est periculosum, quia magis est auxilium Spiritussancti, qui est perfecti operis actor, quam impugnatio diaboli inuidentis.

Ad tertium dicendum, ꝙ quidam dicunt omnes tentationes factas fuisse in deserto: quorum quidem dicunt, quod Christus ductus est in sanctam ciuitatem, non realiter, sed secũdum imaginariam uisionem, quidam autem dicunt, quod etiam ipsa ciuitas sancta, id est, Hierusalem, desertum dicitur: quia erat derelicta a Deo, sed hoc non est necessarium, quia Marcus dicit, ꝙ in deserto tentabatur a diabolo: non autem dicit, quod solum in deserto.

APPENDIX.

Velitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis, quod tentatio Christi debuit esse in deserto. Vt per hoc, quod dicitur Mar. 1. erat, &c. secundum quod est in argumen. cont. Vbi pro ly in deserto tentabatur, ergo debuit ibi tentari, uide sequelæ ueritatem ex dictis, in quæst. 39. 40. articulorum suorum appendicibus, & quæst. huius, art. 1. Corol. post conclus. Ex quibus locis multa scripturarum, ad hoc particulare suauiter inflectendo potes in fauorem huius appendicis assumere. Item per hanc huius figuram, quod dicitur in Ps. 94. Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri. Sicut enim peccata omnia quodammodo sunt ex instigatione diaboli, 1. quæst. 114. art. 3. & 1. 2. quæst. 80. articu. 4. Ita tentationes illorum patrum, quibus tentauerunt Deũ in deserto, possunt quodammodo dici a diabolo esse: ac si dicamus, Deum tunc fuisse in deserto tentatum a diabolo in patribus illis, id est patres illos ad tentandum Deum instigante. Item per hãc eiusdem rei figuram, quod dicitur 1. Reg. 23. Saul persecutus est Dauid in deserto Maon. Et cap. 26. Saul descendit in deserto Ziph, ut quæreret Dauid in deserto. Dauid autem habitabat in deserto. Dauid enim figura est Christi filii sui secundũ carnem, Saul uerò diaboli. Saul ergo persequitur Dauid in deserto, sed frustra (non enim tradidit eum in manus eius, 1. Reg. 23.) quia diabolus tentaturus erat Christum in deserto, sed frustra quo ad intentionem diaboli. De bonitate illationis ex figura ad figuratũ, uide Concil. Hispa. ubi citatur supra art. 1. append. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio: Christus conuenienter tentatus est in deserto. Probatur tripliciter, primo ratione solitudinis: Secundò, ratione mysterii, ut scilicet, hominem de mundo deserto liberaret: Tertiò ratione instructionis, ut scilicet doceremur ad meliora tendentibus diabolum inuidere. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad tertium perspice diligenter euangelistas, & inuenies manifeste figmẽta esse hæc, q̃ in litera recitant de imaginario mõte, & tẽplo, dñ autem ad literã, Christus tẽtatus in deserto, quia ibi incepit tentari, ubi & prima tentatio consummata est.

Medina ar. 3.

SVPER Q. XLI.

ART. III.

218 Concl. Conuenienter Christus, post ieiunium tentari uoluit.

* q6. præc. ar. 2.

¶ Prob. Quia Christus sic, id est per hoc, quod

ARTICVLVS III.

Vtrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod Christi tentatio non debuerit esse post ieiunium. Dictũm enim est supra * ꝙ Christum non decebat conuersatio nis austeritas, sed maximæ austeritatis fuisse vs, ꝙ quadraginta dieb', & quadraginta noctibus, nihil comederit, quia. s. in illis diebus nullũ omnino cibum sumpsit, ut Greg. * dicit. ergo non uidetur, ꝙ debuerit huiusmodi ieiunium tentationi prę mittere.

¶ 2 Præt. Matt. 1. dicitur, ꝙ erat in

quod post ieiunium tentatus est, docuit, & nos debere armari ieiunio contra tentationes, & diabolum aggredi tentandum etiam ieiunantes, & diabolum non à Deo, sed à carne esse uincendum (ut de his tribus distincte singillatim declaratur in tex.

* Hom. 16. in euange. circa me.

Primum

1m de maiori. Non decebat. ℞. Pro tempore suæ prædicationis. §. Vt scilicet se communem exhiberet illis de quibus prædicauit. Secundum hunc sensum intelligitur illud, quod in ipsa maiori citatur, & supra determinatur, q. 40. ar. 2. Tunc nihil &c. Nam Christus austeritatem tantam acceptauit, quam prædicaret. Et hoc tunc eum decebat, ad ostendendũ, quod nullus debet assumere prędicationis &c. ut in tex.

2m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod nõ, &c. ℞. Negatur illatio. §. Si tamẽ loquamur de uisibilib. tentationibus narratis à Matth. 4. & Luc. 4. Nam uerbũ illud Marci, scilicet tentabatur (loquendo de illis uisibilibus tentationibus nunc dictis) intelligendum est, non in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos, &c. ut in tex. vsq; ad ly bestiis plenum.

Item (illatio cõclusionis. Ergo uidetur, quod &c. ℞. Conceditur. §. Pro illa tamen sola particula, qua dicitur; quod simul, dum ieiunaret, est tentatus à diabolo. Nihilominus concessum hoc debet intelligi non de illis tentationibus uisibilibus, quas narrant, &c. ut in textu. In quo istud secundum responsum incipit à ly tamen secũdum expositionem Bedæ. Tunc, idest illo concesso, nihil adhuc est contra cõclusionem articuli. Ipsa enim intendit solum de tentationibus uisibilibus, ut supra, si in ea exponatur ly post ieiunium tẽtatus, idest post ieiuniũ solum, &c.

3m illatio conclusionis. Sicut ergo secundæ, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex dissimilibus tẽtationibus. Nam sicut Ambrosius dicit super Luc. recessit, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod cum tentationes in pręmissis contentæ sint dissimiles, non mirum est, quod unius generis tentationi præmittatur ieiunium, & alterius generis tentationi nõ præmittatur.

deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Sathana: sed quadraginta diebus, & quadraginta noctib. ieiunauit. ergo vr, q non post ieiuniũ, sed simul dũ ieiunaret, sit tentatus a diabolo.

¶ 3 Præt. Christus non legitur, nisi semel ieiunasse: sed nõ solum semel fuit tentatus à diabolo: dicitur enim Luc. 4. q consumata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Sicut ergo secundæ tentationi nõ præmisit ieiunium, ita, nec primæ præmittere debuit.

Sed contra est, q dicitur Matt. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, & tunc accessit ad eũ tentator.

Respon. Dicendum, quod conuenienter Christus post ieiuniũ tentari uoluit. Primò quidem propter exemplum, quia cum omnib. (sicut dictum est*) immineat se contra tentationes muniri, per hoc quod ipse ante tentationem futuram ieiunauit, docuit, q p ieiuniũ nos oportet contra tentationes armari, vnde inter arma iustitiæ Apostolus ieiunia connumerat, secundæ ad Cor. 6. Secundò, ut ostenderet, quod & ieiunantes diabolus aggreditur ad tentandum, sicut alios, qui bonis operibus uacant: & ideo sicut post baptismum, ita post ieiunium Christus tentatur. vnde Chrys. * dicit super Matthæum, ut discas, quam magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum & quoniam post baptismum nõ lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet, ideo Christus ieiunauit, non ieiunio indigens, sed nos instruens. Tertiò, quia post ieiunium secuta est esuries, quæ dedit diabolo audaciam eum aggrediendi, sicut dictũ est. * Cum autem esuriit Dominus (ut Hilarius dicit super Mat.†) non fuit ex sorreptione inediæ, sed naturæ suæ hominem dereliquit: non enim erat à Deo diabolus, sed a carne uincendus. vnde etiã ut Chrysost. * dicit, non ultra processit in ieiunando, quam Moyses & Helias ne incredibilis uideretur carnis assumptio.

Ad primum ergo dicendũ, quod Christum non decuit conuersatio austerioris uitæ, ut se communem exhiberet illis, quibus prædicauit, nullus autem debet assumere prædicationis officiũ, nisi prius fuerit purgatus, & in uirtute perfectus, sicut & de Christo dicitur, Actuum 1. quod cœpit Iesus facere, & docere: & ideo Christus post baptismum austeritatem uitæ assumpsit, ut doceret post carnem edomitam, oportere alios ad prædicationis officium transire, secundum illud Apostoli, Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.

Ad secundum dicendum, quod uerbum illud Marci, potest sic intelligi, quod erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus, scilicet ieiunauit. Quod autem dicitur, Et tentabatur a Sathana, intelligendum est, non in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos eo quod Matth. dicit, quod cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, ex quo sumpsit Tentator occasionem accedendi ad ipsum. Vnde, & quod subditur. Et Angeli ministrabant ei, consecutiuè intelligendum esse ostenditur, ex hoc quod Matthæi quarto dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei: Quod uero interponit Mar. eratque cum bestiis, inducitur, secundum Chrysost.* ad ostendendum quale erat desertum, quia erat inuium homib. & bestiis plenum. Tamen secundum expositionem Bedæ* Dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: sed hoc intelligendum est non de illis tentationibus uisibilibus, quas narrant Matt. & Lucas, quæ manifestè factæ sunt post ieiunium: sed de quibusdam aliis impugnationibus, quas forte illo ieiunii tempore Christus est a diabolo passus.

Ad tertium dicendum, quod sicut Ambrosius * dicit super Lucam, recessit diabolus a Christo usque ad tempus, quia postea non tentaturus, sed apertè pugnaturus aduenit, tempore, scilicet passionis. Et tamen per illam impugnationem uidebatur Christum tentare de tristitia, & odio proximorum: sicut in deserto de delectatione gulæ, & contemptu Dei per idolatriam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò fuisse insinuatum à scripturis, q Christi tentatio debuit esse post ieiunium, & quod aliqua, puta aperta pugna (de qua in ad tertium) esse debuit absq; ieiunio immediate præmisso. Insinuatur horum primũ per hoc, q dicitur Matt. 4. cum &c. ut in argum. contr. Item per hoc, q magna tentatio occasione populi idolatrãtis facta narrat Moysi Exod. 32. postq in deserto seu in solitudine Actu. 7. ieiunauerat 40. diebus, & 40. noctibus. Exod. 24. Nõ enim à sapientibus capitulũ illud Exod. 32. considerantibus potest negari, quin illa fuerit tentatio, & quidem maxima, à tentatore diabolo, 1. quæst. 114. ar. 2. procurata in populo illo contra Moysen, & consequenter quod diabolus tunc tẽtauerit Moysen ipsum. Vide ar. 2. appendic. qualiter omnes tentationes sint a diabolo. Neq; etiam negari potest, quod Moyses fuerit figura Christi, & q à figura liceat argomentari ad figuratum (ut patet ar. 1. appen. ex Concil. Hispalensi). Insinuatur uero secũdum illorum in principio dictorum per hoc, q dicitur in psal. 105. Irritauerũt Moysen in castris, Aarõ sanctum Dñi. Ante cũ istam tẽtationẽ, quę ad longũ narratur Nume. 16. nõ legitur immediate Moysen, aut Aaron ieiunasse, & consequenter ipsa tentationẽ illã maximam à tota synagoga suggerente diabolo factam contra Christum tẽpore passionis, figurauit. Ac si dicatur ibi ad hoc propositum. Moyses, & Aaron, figura Christi, tentãtur per apertã rebellionẽ à Dathan & Abiron cũ suis, sed frustrà) quiquidem, vt inibi subditur, aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron) quia Christus ab eis figuratus circa extremum uitæ suę, postquam doctrina sua miraculis ac moribus confirmata duxerat Israelem longo tempore per huius mundi desertum erat apertissima rebellione ab ingratissimo illo populo tentandus, sed frustra (dicente ps. 14. ad nihilũ deductus est in conspectu eius, scilicet Christi, malignus. Et Apostolo Hebr. 2. Vidimus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum.) De magnitudine illius figuralis tentationis, ut figuratã magis inde cognoscas, vide Veritates Aureas super legem veterem, Nu. 16. concl. 1. 2. 3. Secundò uides, quõ ex iis benè pẽsatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

AR-

* ar. 1. huius quæst.

* Hom. 13. in Matth. paulo post princ. to. 2.

* art. 1. ad 2. arg.

† cap. 3. in Matt. non lõge a pri.

* Hom. 5. in Mat. in ope. imper. ante med. to. 2. & hom. 1. in Gen. a med. to. 1.

* Hom. 15. in Matth. paulo a prĩcip. to. 2.

* c. 1. Mar. in c. 5. secũdum eius ord. to. 2.

* lib. 4. in Luc. c. 1. de 3. tẽt Christi. a med. to. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Conuenienter post ieiunium Christus tentari uoluit. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad secundũ noli despicere expositionẽ Bedæ de tentationib. aliis ante illas tres nominatas: quia potuit sępe diabolus uarias corporeas similitudines formarè, ad tentandũ Christum, sicut legimus, ꝙ ad tentandum Antonium tot formauit.

¶ In responsione ad tertium, habes duas responsiones. Alterã ex Amb. ꝙ diabolus recessit usq; ad temporis passionis ꝑ sua membra aperte pugnaturus: alterã ꝙ per sua membra pugnãdo, redibit etiam tentans de tristitia, & odio proximorũ, excitatio quippe tot aduersantium, & quærentium eius mortem, tentatio erat Christi ad odio habendum illos, & contristandum de illis prosequentibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit conueniens ordo & modus tentationis Christi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christi non fuerit conueniens tentationis modus, & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit: sed si Christus subuenisset corporali fami conuertendo lapides in panẽ, non peccasset, sicut nõ peccauit, cũ panes multiplicauit (quod non fuit minus miraculum) ut turbę esurienti subueniret. ergo uidetur qđ nulla fuerit illa tentatio.

¶ 2 Præt. Nullus persuasor conuenienter suadet, contrarium eius, quod intendit: sed diabolus statuẽs Christum supra pinnaculum templi, intendebat eum de superbia, seu vana gloria tentare. ergo inconuenienter persuadet ei, ut se mittat deorsum, quod est cõtrarium superbiæ, uel vanę gloriæ, quæ semper quærit ascendere.

¶ 3 Præt. Vna tentatio conueniens est, ut sit de uno peccato: sed in tentatione, quæ fuit in monte, duo peccata persuasit, scilicet cupiditatem, & idolatriam. non ergo conueniens uidetur fuisse tentationis modus.

¶ 4 Præt. Tentationes ad peccata ordinantur: sed septem sunt uitia capitalia, ut in secunda parte habitum est.* nõ autem tentauit, nisi de tribus, s. gula, uana gloria, & cupiditate. non ergo uidetur sufficiens tentationis modus fuisse.

¶ 5 Præt. Post uictoriam omnium uitiorum, remanet homini tentatio superbiæ, uel uanæ gloriæ, quia superbia etiã bonis operibus insidiatur, ut pereant, sicut dicit Aug.* Inconuenienter ergo Matth. ultimam ponit tentationem cupiditatis in mõte, mediam autem inanis gloriæ in templo, præsertim cum Luc. ordinet econuerso.

¶ 6 Præt. Hierony. † dicit super Mat. ꝙ propositum Christi fuit diabolũ humilitate uincere, non potestate. ergo non imperiosè, & obiurgando, eum repellere debuit, dicẽs; Vade retro Sathana.

¶ 7 Præt. Narratio euangelii uidetur falsum continere. nõ. n. videtur possibile, ꝙ Christus supra pinnaculũ templi statui potuerit, quin ab aliis uideretur, neque aliquis mons tam altus inuenitur, ut inde totus mundus inspici possit, ut sic ex eo potuerint Christo omnia regna mundi ostendi. inconuenienter ergo videtur descripta Christi tentatio.

SED CONTRA est, scripturæ sacræ auctoritas.

RESPON. Dicendum, quod tentatio, quæ est ab hoste, fit per modum suggestionis, ut Greg.* dicit, nõ autem eodem modo põt aliquid oĩbus suggeri, sed unicuique suggeritur aliquid ex his, circa quæ est affectus. Et ideo diabolus hominẽ spiritualem, non statim tentat de grauibus peccatis: sed paulatim à leuioribus incipit, ut postmodum ad grauiora perducat. vnde Greg.* 31. Moral. exponens illud Iob. 39. Procul odoratur bellum, exhortationẽ ducum, & ullulatũ exercitus, dicit: Bene duces exhortari dicti sunt, exercitus ullulare, qa prima uitia, deceptæ menti quasi sub quadam rõne se ingerunt, sed innumera, quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahũt, quasi bestiali clamore confundunt. Et hoc idem diabolus obseruauit in tentatione primi hoĩs, nam primo solicitauit mentem primi hoĩs de ligni vetiti esu, dicens Gen. 3. Cur ꝑcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? secundò, de inani gloria, cum dixit, Aperientur oculi uestri: tertiò perduxit tentationem ad extremã superbiam, cum dixit, Eritis sicut Dei, scientes bonũ, & malũ. Et hunc etiam tentãdi ordinem seruauit in Christo. Nã primò tentauit ipsum de eo, quod appetunt quantumcumq; spirituales uiri. s. de sustentatione corporalis naturæ per cibum. Secundò processit ad id, in quo spirituales uiri quandoq; deficiunt, ut. s. aliqua ad ostentationem operent, ꝙ pertinet ad inanem gloriam. Tertiò perduxit tentationẽ ad id, ꝙ iam non est spiritualium uirorum sed carnaliũ, s. ut diuitias, & gloriã mundi concupiscant usque ad contemptũ Dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit, Si filius Dei es, non aũt in tertia, quæ non põt conuenire spiritualib. viris, qui sunt ꝑ adoptionẽ filii Dei, sicut duæ primæ. His aũt tentationib. Chr̃s restitit testimoniis legis, nõ ptãte virtutis, ut hoc ipso, & plus hominẽ honoraret & aduersariũ plus puniret, cũ hostis gñis humani nõ quasi a Deo, sed quasi ab homine uinceret, sicut dicit Leo Papa.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uti necessariis ad sustentationem, non est peccatum gulę, sed quod ex desiderio huius sustentationis homo aliquid inordinatũ faciat, ad uitium gulę pertinere potest. Est autem inordinatũ, qđ aliquis, ubi potest recursus haberi ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculosè sibi cibum quærere velit.

* 2.2.q.84. ar.4.

* In reg. 3. non remo. a prin. t. 1.

† Sup illud Mat. 4. non in solo pane uiuit homo, to. 9.

* Hom. 16. in euange. paulo post prin.

* li. 31. Moral. c. 32. in prin.

* in ser. 1. de quadrages. paulo ante med.

SVPER Q. XLI. ART. IIII.

COncl. 1. Conueniens fuit tentationis modus, & ordo.

¶ EXAM. Ly conueniens, scilicet aptus ad finem diaboli intẽtum, quamuis non à se consecutum. Eo quippè modo dicitur conueniens hic, quo & in genere malorum utimur nominibus bonis (secũdum Philosophum, & 2. 2. quæst. 47. art. 13. ut quando aliquis dicitur bonus latro, eo quod ad suum furãdi finem per media ipsi fini accommodata procedit, etiam si quandoq; ab assecutione intenti finis deficiat. Exponitur etiam hic ly cõueniens, id est sufficiẽs (puta quod sufficienter de peccatis tẽtauerit.) Item conueniens, id est conuenienter ab Euangelistis descriptus. Sed aliis omissis, stando propriè solum in prædicta conclusione, ly conueniens accipitur primo modo declarato: cæteris postea consequentibus. Ac si apertius dixerit ipsa conclusio. Conuenienti modo & ordine processit diabolus in tentando Christum, & per consequens sufficiens fuit illa tentatio, & conuenienter descripta ab Euangelistis. Probabitur tamen, ut supra iacet.

229 Opusc. 60. c. 11. circa med.

¶ PROB. Quia tentatio illa fuit facta & ꝑ modũ suggestionis (ecce modus) & procedendo à leuioribus ad grauiora (ecce ordo Vtraque pars patet considerãti Euangelicam narrationem, Matth. 4.)

¶ EXAM. Ly suggestionis. Scilicet exterioris tantum. Quod patet a fortiori. Licet. n. diabolus hominẽ post peccatum possit per suggestionis etiam interioris modum tentare, 1. 2. q. 80. art. 2. ante peccatum tamen non nisi per exterioris poterat. 2. 2. q. 165. art. 2. ad secundũ. Ergo multò minus poterat suggestione interiori tentare hominem Christum, cuius status erat melior, quam status innocẽtiæ primi hominis, ut facile elicitur ex dictis; q. 7. per totum & q. 8. ar. usque ad 6. cõferẽdo dictis in 1. q. 94. 95. per totum.

¶ CONCL. 2. Ordinẽ quem seruauit diabolus in tentãdo primum hominem, seruauit etiã in tentando Christum.

¶ PROB. Quia & primum hominem tentauit. Primò, de gula (ut patet ex ly cur, & cætera, non comederetis, & cætera.) Secundò de uana gloria (ut patet ex ly aperientur oculi uestri.) Tertiò, de extrema superbia (ut patet ex ly eritis sicut, & cætera.) & Christum tentauit primò de gula (ut per ly dic, ut lapides, & cætera.) Secundò de inani gloria (per ly mitte te, & cætera.) Tertio de extrema superbia, id est maximo contemptu Dei per translationem adorationis diuinæ ad alium (ut patet ex ly si cadens adoraueris me.)

1m minor. Si Christus subuenisset corporali fami, conuertendo lapides in panem, non peccasset. Respon. Negatur, si fuisset purus homo. §. Licet enim uti necessariis ad sustentationem non sit peccatum gulæ, tamen ꝙ ex deside-

desiderio huius,&c. vt in tex. Vbi nota, quod in miraculo narrato de manna intendit etiam cessationem eiusdem miraculi, tunc, quando aliunde cibi de terra haberi poterant; vt legitur Iosue, cap. 5. Item nota ibi circa miraculum de panibus: quod iden aliunde non poterant cibi haberi à turba illa; quia melius erat; ut ibi, vbi cibi non erant, perseuerarent in adhęrendo Christo, quam vt euntes inde in castella (vt dicebant discipuli Matth. 14. Mar. 6. Luc. 9.) emerent sibi escas. Sic intelligit hic tex.

2m de maiori.

Suadet contrarium. R. Sistendo præcise in ipso contrario. §. Tunc nihil &c. Nam diabolus, suadendo Christo contrarium vanæ gloriæ, scilicet missionem sui deorsum, non intendebat sistere in ipso contrario, sed per uiam huius contrarii trahere quanto subtilius, tantò facilius, Christum ad vanam gloriam. Per humiliationem eum exteriorē frequenter,&c. ut in tex.

* li.2.c.19. in med.tomo 5.

3m de maiori.

Vt sit de uno peccato. R. Vel de duobus habentibus ordinem ad unum inter se. §. Ita scilicet, quod unum sit causa alterius, idest ex appetitu unius nascatur alterum. Sic enim uidentur esse vnum simili modo; quo dicitur quæstio. 18. articu. 2. ad tertium. vbi unum propter alterum, ibi unum tantum esse videtur. Tunc nihil, &c. Nam in tētatione illa, de qua loquitur minor, unum peccatorum illorum ex desiderio alterius nasci tur: & hunc ipsorum ordinem intēdebat diabolus, quando in una tentatione duo peccata illa persuasit. Sciebat enim ipse; quod diuitias, & honores mundi appetere, tūc peccatum est, quando &c. vt in tex. Pro quo facit multum illud quod de causa peccati, secundum quod vnum causat aliud dicitur, in 1.2. quæstio.84. ar.1.2.

*libro 4.in Luc.in tit. de 3.tētat. Christi, a med. to.3.

4m conclusio.

Non videtur sufficiens tentatio. R. Nisi omnium delictorum materia esset in tribus præmissis. §. De quibus loquitur minor. Tunc nihil,&c. vt patet. Vide 1.2.q.ead.ar.&c. Tentando igitur explicite de tribus, tentauit implicite de omnibus peccatis. Sic Christus est tentatus per omnia, Habe. quarto, quia omne quod est in mundo,&c. 1.Ioan. 2.

5m illatio conclusionis.

Inconuenienter ergo Matthæus ultimā, &c. R. Negatur illatio. §. Tum quia quandoque ex inani gloria venitur ad cupiditatem (quod considerauit Matthæus), & non semper ex cupiditate ad inanem gloriam (vt sentit antecedens argumenti); Tum quia intentum Euangelistarum non fuit narrare ordinem tentationum de necessitate fidei tenendum (vt putat argumentum) sed narrare factum ipsarum tentationum. Vnde Diuus August. de hoc vltimo loquens dicit; Incertum est, quid prius &c. ut in tex. Ex quo dicit illatæ conclusionis particulam illam, scilicet præsertim cum Lucas ordinet è conuerso, non facere hac in re magnam difficultatem, quod tamen putabat argumentum.

6m ex B. Hieronymo.

Propositum Christi fuit, diabolum humilitate vincere, non potestate. R. Quo ad iniurias sibiipsi à diabolo illatas. §. Non parua enim est iniuria Christi, ipsum tentari à diabolo, tamquam si quis magnus Domin' à vilissimo suo inuoluntario mancipio impugnaretur. Porro talis impugnatio de se sola iniuriam magnam illius domini importaret. Tūc nihil,&c. Christus enim non repulit eum imperiose obiurgando (quod infertur in argumento) in causa iniuriarum sibiipsi homini factarum: sed in causa iniuriarū Deo irrogatarum. Nam ipse, cum passus fuisset iniuriam (preter quod tentabatur) dicente sibi diabolo, &c. vt in tex.

*lib.4.c. de recessu diaboli a Christo circa princ.to.5.

¶ Nota. Ex eo, quod hostem sic indignatus seu exasperatus imperiose repulit, nē credideris: aliquid uel minimum Christi humilitate maximæ (ad quam imitandam nos inuitat, Matth. vndecimo.) detractum fuisse. Quinimmo talem Christi indignationem, & imperium ex radice ueræ humilitatis processisse, certò teneas; quoniam res ita se habet, & ex ignorantia procederet contraria æstimatio. Humilitatis namque gradus, qui & pertinet ad humilitatis radicem, 2. 2. quæstione 161. art.6. est, timere Deum. Vndè & dicitur ibidem, quæstione 19. articu. nono, quod timor reuerentialis, seu filialis excludit principium superbiæ, & est principium virtutis humilitatis. Vbi,& articulo decimo, dicitur: quod talis timor, crescente charitate, crescit. Charitas verò crescit in zelum, qui est amor adeò intentus, vt nihil contrarii possit compati in re amata; & consequenter illud mox, vt apparuerit, ardenti spiritus viuacitate expellit. Hæc autem ardens viuacitas ad expellendum contrarium à re amata, vocatur ira per zelum, quæ proculdubio est ira bona, qua validius crimina compescuntur, cuius feruens motus deseruit rationi, secunda secundæ, quæstione centesima quinquagesimaoctaua, articulo primo, quæ Deo maxime est acceptissima (vt patet Nume. 25. circa Phinees. & 1. Machabeorum secundo, circa Matathiam.& Exod. 32. circa Moysen in fractione tabularum,&c. Vbi cap. 34. conclusio. 2. in Veritatibus Aureis super legem veterem, vide quantum in tali ira Moyses placuerit Deo). Cum ergo ira per zelum sit Deo gratissima, oportet dicere, quod ipsa re uera est coniuncta magnę humilitati, cum ad differētiam superborū, soli humiles sint grati Deo, Iacob. 4. Simul ergo in Christo cum magna ira per zelum, qua dixit; Vade Sathana, fuit necessariò magna humilitas, quia ex magno amore ad Deum,& consequenter ex magno timore reuerentiali, qui ad instar radicis humilitatem parit, ira illa plurimum commendabilis causata est. Patet igitur ex prædictis, quod etiam in-

velit. Vnde, & Dominus filiis Israel miraculosè manna præbuit in deserto, vbi aliundè cibus haberi non poterat, & similiter Christus in deserto turbas pauit miraculosè, ubi aliter cibi haberi non poterant: sed Christus ad subueniendum fami, poterat aliter sibi prouidere quam miracula faciendo: sicut, & Ioannes Baptista fecit (ut legitur Matth. tertio,) vel etiam ad loca proxima properando: & ideo reputabat diabolus, quod Christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere attētaret, si esset purus homo.

Ad secundum dicendum, quod per humiliationem exteriorem, frequenter quærit aliquis gloriam, qua exaltetur circa spiritualia bona. vnde August. *dicit in libro de sermone Domini in monte. Animaduertendum est, non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam. Et ad hoc significandum diabolus Christo suasit, ut ad quærendum gloriā spiritualem, corporaliter mitteret se deorsum.

Ad tertium dicendum, quod diuitias, & honores mundi appetere peccatum est, quando huiusmodi inordinatè appetuntur. Hoc autem præcipuè manifestatur ex hoc, quod pro huiusmodi adipiscendis homo aliquid inhonestum facit: & ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatem diuitiarum, & honorum, sed induxit ad hoc, quod propter huiusmodi adipiscenda Christus eum adoraret, quod est maximum scelus, & contra Deum: nec solum dixit, Si adoraueris me: sed addidit, Si cadens: quia ut dicit Ambros. * habet ambitio domesticum periculum: ut enim dominetur aliis, prius seruit, & curuatur obsequio, ut honore dominetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior. Et similiter etiam in præcedentibus tentationibus, ex appetitu unius peccati in aliud peccatum inducere est conatus, sicut ex desiderio cibi, conatus est inducere in uanitatem, sine causa miracula faciendi, & ex cupiditate gloriæ, conatus est inducere ad tentandum Deum, per præcipitium.

Ad quartum dicendum, quod (sicut dicit Ambros. * super Luc.) non dixisset scriptura, quod consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, nisi in tribus pręmissis esset omnium materia delictorum: quia causæ tentationum, causæ sunt cupiditatum, scilicet carnis oblectatio, spes gloriæ, & auiditas potentiæ.

Ad quintum dicendum, quod sicut August. dicit in lib. * de cōsensu Euang. incertum est, quid prius factum sit, utrum regna terræ prius demōstrata sint ei, & postea in pinnaculum templi locatus sit, an hoc prius, & illud postea, nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Videntur autem Euangelistæ diuersum ordinē tenuisse: quia quandoque ex inani gloria uenitur ad cupiditatem, quandoque econuerso.

*li.2.c.16. circa med. to.4.

Ad sextum dicendum, quod Christus cum passus fuisset tētationis iniuriā, dicente sibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorsum, nō est turbatus, nec diabolum increpauit. Quādo uero diabolus, Dei sibi vsurpauit honorem, dicens; Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, exasperatus est, & repulit eū dicēs, Vade Sathana: ut nos illius discamus exemplo, nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere Dei autem iniurias, nec usque ad auditum sufferre.

AD

en in-

in iniuria Dei fortiter repellenda Christus uicit diabolum humilitate. Et sic, quocumque respexeris, uerificatur semper quo ad hoc, scilicet quo ad uincere humilitate, dictũ B. Hieronymi: licet in actuali repulsione diaboli, & fuga, commisceatur quædã Christi potestas.

7[m] antecedens. Narratio Euãgelii uidetur falsũ cõtinere. B. Nisi recte intelligatur. §. Vt scilicet sensus eius uerus exposcit. Tunc nihil, &c. Nam quod sit impossibile illud, quod adducitur tum de pinnaculo templi, tum de monte, est falsum: quoniam sicut Chrysost. dicit, diabolus sic Christũ &c. ut in tex. Ex quo dic, quod tota deceptio argumenti consistit in hoc, quod non intelligit bene, sed male, scripturas: id quod hæreticis, quorum uicem (ut alias diximus) tenent argumenta similia, est multum familiare, 2. Per. 3. ad fi.

* Ho. 5. in Matth. circa med. in ope. imperfe. to. 2.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut Chrysosto. * dicit, diabolus sic Christum assumebat in pinnaculum templi, ut ab omnibus uideretur, ipse autem, nesciente diabolo sic agebat, ut a nemine uideretur. Quod autem dicit, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, non est intelligẽdum, quod uideret ipsa regna, uel ciuitates eorum, uel populos, uel aurum, uel argentum: sed partes terræ, in quibus unum quodque regnum, uel ciuitas posita est, diabolus Christo digito demonstrabat, & uniuscuiusque regni honores, & statum, uerbis exponebat. Vel secũdum * Orige. ostendit ei quomodo ipse per diuersa uitia regnabat in mundo.

¶ Not. Formalis huius responsi doctrina sit tibi uniuersalis ad omnia & singula loca scripturarum sanctarum, ita ut cum B. Augustino in epist. 19. ad sanctum Hieronymum dicas. Scripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre; ut nullum auctorem eorum in scribendo errasse aliquid, firmissimè credam. Hæc ille. Quod & ante ipsum per multas ætates Spiritussanctus fuerat palam, uniuersaliterque protestatus dicens Prouerbiorum octauo. Iusti sunt omnes sermones mei; non est in eis prauum quid, neque peruersum: Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Hinc ergo constat omnino, quod quicumque putat; aliquid uel non æquum, uel non rectum, uel non iustum, uel prauum, uel peruersum, esse in sermonibus diuinis, id est quod scriptura sacta aliquid uel minimæ falsitatis in narratione quarumcumque rerum contineat: is utique eo quod taliter putat, non est de numero intelligentium, nec inuenientium scientiam; quoniam mentiri non potest ille, qui dixit ly omnes sermones mei sunt iusti, recti, & æqui intelligentibus & inuenientibus scientiam. Quam primum igitur quis de aliqua particula scripturarum canonicarum, quod scilicet falsum quid dicat, ambigit, talis sese indoctum, non intelligentem, non attingentem ad scientiam, eo ipso aperte manifestat. Non mirum igitur, quod tales à Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, tamquam ad uetus testamentum in nouo correspondentibus, uocantur indocti, secundæ Petr. tertio. Et non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmat, 1. Tim. 1. & superbi nihil scientes, sed languentes circa pugnas uerborum, 1. Timot. 6. & habentes profanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, ibidem cap. eodem. Et semper discentes, numquam autem ad scientiam ueritatis peruenientes. Ex prædictis abundantissime uicissim confirma septimum hoc responsum formale.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, quod conueniens fuit tentationis Christi modus & ordo; tum ex parte descriptionis factæ ab Euangelistis, tum ex parte diaboli. Ex parte quidem primi insinuatur per hoc, quod ab Matth. quarto, Lucæ quarto, taliter ut inibi, describitur. Conuenienter enim dicitur à scriptura, & in modo, & ordine, quicquid ab ea dicitur: ergo (ab ista uniuersali ad hoc particulare descendendo) descriptus fuit conuenienter modus & ordo tentationis huius ab Euangelistis. De ueritate maxima antecedentis nuper dicti, scilicet conuenienter dicitur a scriptura in modo atque ordine quicquid ab ea dicitur, uide notatio. post ad septimum, & secunda secundæ, quæstione centesima uigesimasecunda, articulo secundo, appendic. & quæstione centesima quadragesima, articulo primo, appendic. Item prima secundæ quæstione sexagesima octaua, articulo quarto, appendic. Iuuabit quoque uidere de sufficientia scripturarum in secunda secundæ, quæstione centesima septuagesimanona, articulo secundo appendic. Ex parte autem secundi in principio Dictorum insinuatur per hoc, quod dicitur Luc. decimosexto. Filii huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Nomine enim filiorum sæculi intelliguntur homines mali, quorum profectò diabolus est caput, quæstione octaua, articulo septimo, & prudentiæ est inuenire medium conueniens ad finem, secunda secundæ quæstione quadragesimaseptima, articulo septimo, & consequenter prudens est, qui bene ratiocinatur ad aliquem finem, 2. 2. quæstione 47. articulo secundo Si ergo filii diaboli sunt in generatione sua, idest genere malorum, ualde prudentes: multò magis caput eorum & pater Ioan. 8. idest diabolus dicendus est prudens, in genere tamen malorum solummodo, & prudentia illa, quæ est in peccatoribus, id est falsa uirtutis prudentiæ similitudo, 2. 2. q. 47. a. 13. Quod si diabolus taliter est prudens, ergo & in tentationis Christi modo, & ordine fuit falsa illa uirtutis prudẽtia prudens. Testata enim est de hoc particulari scriptura uirtualiter dum explicite dicebat uniuersaliter ly filii huius sæculi prudentes sunt, quoniam uniuersale, quantum est de se, ad sua particularia extenditur. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

* Hom. 30. in Luc. paulo a princ. to. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus de modo & ordine. Ordo ad ipsas tentationes inter se respicit quæ prima, quæ secunda, quæ tertia. Modus, & ordo simul ad singulas respiciunt tentationes, quo ad modum proponendi, ordinemque deducendi ad intentum.

¶ In corpore sunt quatuor. Primo in communi modus, ac ordo tentationis ab hoste ponitur, & modus est per uiam suggestionis eorum, ad quæ homo est affectus: ordo est, ut à leuioribus incipiat spirituales tentare, & inde grauiora, inde ad grauissima. Probaturque auctoritate Gregor. Secundò declarantur hæc seruata in tentatione primi hominis. Tertio, applicantur hæc ad tentationem Christi: & redditur inde ratio, quare in primis dixit, Si filius Dei es, & in tertia non. Quarto modus resistendi ponitur, & laudatur, & ex honore humani generis, & ex hostis maiore pœna.

¶ Circa has Christi tentationes aduertendum est, quod tentationes erant, & inductiones ad peccatum, ut in litera exponitur, & explorationes deitatis in Christo, ut uerba tentationis monstrãt, Si filius Dei es: ita quod in ordine ad filium Dei sunt explorationes, in ordine ad purũ hominem inductiones sunt ad peccatum. Vtroque autem modo sunt tentationes, uel deitatis cognoscendæ, uel peccato polluendi. Vnde Matth. 4. dicit. Sic tentat, ut exploret quod ueretur: sic explorat, ut tentando decipiat, Et rursus suadet esuriem pane de lapidibus facto reuelare, ut ex mutatione cognoscat uirtutem, & si purus homo esset, panis oblectamento illuderet esuriem patientis.

¶ Et quia ut sunt suggestiones ad peccandum, in litera tractantur, expedit de eis loqui, ut sunt explorationes deitatis: memorans siquidem diabolus Trinitatis sibi, cæterisque angelis reuelatæ per fidem ante casum: & inde coacte credens Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum, unum esse Deum (sicut etiam Christiani damnati nunc credunt) cum audisset à Gabriele Archangelo. Filius Altissimi uocabitur, & in baptismo Christi. Hic est filius dilectus, uidensq; Christum post ieiunium esurire, quod de deitate audierat, ex superbia ei in dubium uenit, ut gl. ibi. dicit, & etiam quia filius Dei, non solum consubstantialiter, sed alio modo dici potuisset. Exploraturus autem deitatem Christi ab actu deitatis proprio, s. Dixit & facta sunt, inchoauit, Dic ut lapides isti panes fiant: ita quod non solum ex substantia facti, s. lapidis in panem, mutatione, sed ex modo faciẽdi proprio soli Deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, sed ex ipso apposito in testificationem, quod filius Dei esset. Cogitabat. n. quod si pro testimonio quod esset filius Dei, diceret Christus, ut lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et si quidem fieret, iã explorata esset Christi deitas apud dæmonẽ, qui perspiciebat suo intellectu, an lapis fuisset conuersus in panẽ uere, an apparenter, ex solo imperio, an applicãdo actiua passiua (ut magi corã Pharaone serpentes fecerunt) cum Deus non possit esse testis mẽdacii. Si autẽ nõ fieret, induxisset Christũ ad peccatũ quo attentasset facere miraculũ sine necessitate, & non potuisset.

¶ Et quoniã delusa est eius exploratio, & deiecta suggestio inopinata uia, s. per auctoritatem scripturæ: ideo secundo tẽtat, explorando similiter, & suggerẽdo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita auctoritate scripturæ, ex quo uidebat, quod Christus scripturæ auctoritate utebatur. Similiter cogitãs si id efficeret illæsus ad testandũ se filium Dei, exploratã fore illius deitatẽ, ut potẽ absq; ulla necessitate, pro solo nutu miracula in testimonium suæ deitatis facientis.

facientis. Si uerò læderetur, iam peccatum haberet in anima, & in corpore, & inuentum esset, quod non esset Dei filius.

¶ Sed Dñs auctoritate scripturę omnem eius machinationem delusit, pp quod diabolus ad occultiorem explorandi modum se transtulit, opponendo apertissima mala sub specie regni. Hæc oĩa tibi dabo si cadens adoraueris me. Hęc.n.quãtum ex parte explorationis se tenent, non ea ratione proposuit, ut si filius Dei esset hoc faceret: sciebat n. valde contrariari filio Dei hanc adorationẽ: sed ea rõne proposuit, ut si filius Dei esset, non ferret tã nefandam propositionẽ, sed ctideret, auctoritatiue, Ego debeo a te adorari, & tu præsumis suggerere, si cadens adoraueris me, & uel sic explorată ex eius ore haberet suã deitatẽ. Et propterea in tertia tentatione non proposuit, si filius Dei es, sed in mente retinuit, q̃ si filius Dei es, auctoritatiue refellendo proposita manifestabis te filium Dei. Sed Dñs increpationem eius, non omittens, ad scripturam de Deo adorando, tacens de seipso consuluit, & sic explorationẽ oẽm delusit: & constantiã inquantũ homo, seruauit ex proposito totius mundi regno, non declinando ad quod suggestio illa, ut incitatiua ad malum, tendebat: sciebat enim quod regnandi gratia etiam religio uiolanda a mortalibus est credita

¶ Nec rationi consentaneum videtur, ut tentationes istæ, quas uisibiliter apparens dęmõ exercuit (ut collocutiones manifestãt) his solis uerbis, quæ Matthæus euangelista narrat, fuerint contentæ, sed multis essent fultæ, ornatæque uerbis omissis ab euangelistis, substantialia tantum narrantibus.

¶ Circa rationem ordinis harum tẽtationum in litera ex Gregor. assignata, dubium occurrit, quia ratio illius ordinis, s. ut a leuiorib. ad grauiora condescẽdat, tentatio spiritualium locũ habet, quando paulatim hostis uincit spiritualem uirum. Ex quo enim uicit in minorib. tentat ad grauiora, sed ubi in minorib. succubuit hostis, non patet sibi aditus ad maiora, & quia dæmon fuit in prima tentatione superatus a Christo, non uidetur ad alias processisse ex ratione assignata.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ rõ illius ordinis ad tentandũ spirituales uiros, non est solum præsupposito casu in prima tentatione, sed simpliciter, & absolute: nã si casus interuenit, clarè patet rõ processus ad grauiora. Si uerò casus non interuenit, nihilominus eadem ratione progredi dẽt tentatio, quia multi sunt, qui in his, quæ minoris sunt culpæ ex suo genere (ut peccata carnis) exhibent se constantes, qui tamen in peccatis spiritualibus, ut uanagloria, debiles inueniuntur. Et rursum, qui gloriam nõ affectant, ad oblatum regnum mouentur, iuxta illud Iulii Cęsaris, Si iusiurandum uiolandum est, regnandi gratia uiolandum est Non dissonat ergo reddita ratio ordinis tentationum, ab ipsa Christi uictoria.

¶ In responsione ad primũ dubium occurrit, quoniã non rectè vr opinatũ, q̃ si Christus miraculum fecisset, conuertendo lapidẽ in panẽ edendum a seipso, q̃ peccasset. Nam scriptũ est, q̃ de facto miraculose completa tentatione pastus est, Angelis ministrantib. ex hoc.n. apparet, q̃ sicut absque peccato miraculũ fecit de ministerio angelorum, ita potuisset de conuersione lapidis in panem.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ aliud est loqui de Christo, & aliud loq̃ de puro homine. Nam de puro homine loquendo, uerificatur, quod in litera dicitur, scilicet inordinatum esse, ut aliquis miraculose, cibum habere uelit, ubi ad humana subsidia recursus potest haberi. Et ex hac communi ratione putauit diabolus, quod Christus si purus homo esset, peccatum incurreret, ad miraculum recurrendo de conuersione lapidis in panem. Sed loquendo de Christo, qui est uniuersorum dominus, absq; omni peccato poterat, & cõuertendo lapidem in panem, & ministerio angelorum, & quouis alio sibi grato modo cibum habere.

¶ In responsione ad quintum miror, cur Augustinus dixerit incertum esse ordinem istarum tentationum, cum Lucas, licet tertiam apud Matthæum, secundo recitet, & secundam ultimo referat, non dicit tamen, quæ illarum prior fuerit, & propterea ex Luca nullus istarum tentationum ordo temporis habetur. Matthęus autem expresse earum ordinem secũdum tempus explicat, ubi dicit, Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum. Cum.n. semel dixisset; Tunc, s. consummata prima tentatione, assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & postea subdidit, iterum assumpsit in montem, aperte monstrauit per ly iterum, q̃ secũdo assumpsit in montem, qui primo assumpserat in sanctam ciuitatem. Ac per hoc patet, quod ordo rei gestæ fuit quod primo tentatus fuit in deserto, ad quod non est assumptus a diabolo, sed ductus est à Spiritusancto, ut tentaretur a diabolo: secundo tentatus supra tẽplum, quo assumptus est a diabolo: & tertiò in mõte excelso, quo iterum assumptus est a diabolo: nam si hæc in monte præcessisset illam supra templum, non dixisset Matthęus, Iterum assumpsit eũ diabolus in montem.

¶ Cum aũt audis assumptum dñm a diabolo, non intelligas portatum super dorsum, aut collum diaboli, sed ductũ a diabolo. Sic enim etiam Christus assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannẽ in montem, & transfiguratus est ante eos, ut dicitur Matth. 17.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi in quatuor articulos diuisa.


DEINDE considerandum est de doctrina Christi.

Et circa hoc quęruntur quatuor

¶ Primò, Vtrum Christus debuerit prædicare solum Iudæis, an etiam gentilibus.

¶ Secundò, Vtrum in sua prædicatione debuerit turbationẽ Iudæorum vitare.

¶ Tertiò, Vtrum debuerit prædicare publicè, vel occultè.

¶ Quartò, Vtrum debuerit docere solum verbo, uel etiam scripto.

¶ De tempore autem, quo docere incœpit, supra dictum est,* cum de baptismo eius ageretur.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit, Christum Iudæis, & non gentilibus prędicare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non solum Iudæis, sed etiã gentilibus debuerit prædicare. Dicitur enim Isa. 49. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Israel, & fœces Iacob conuertendas, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea vsq; ad extremum terræ, sed lumen, & salutem Christus præbuit per suam doctrinam ergo uidetur parum fuisse si solum Iudęis, & non gentilibus prædicauit.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Matt. 7. Erat docens eos sicut ptãtem habens, sed maior ptãs doctrinæ ostenditur in instructione illorum, qui penitus nihil audierunt, quales erãt gentiles, vnde Apost. dicit Rom. 15. Sic prędicaui euangelium, non ubi nominatus est Christus, ne super alienũ fundamentum ædificarẽ. ergo multò magis Christus prędicare debuit gentilibus, quam Iudæis.

¶ 3 Præt. Vtilior est instructio multorum, quã unius, sed Christus aliquos gentilium instruxit: sicut mulierem Samaritanam, Io. 4. & Chananæam, Matt. 15. Ergo videtur, q̃ multo fortius Christus debuerit multitudini gentium prædicare.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Mat. 14. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: sed Ro. 10. dicitur, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? ergo Christus non debuit prædicare nisi Iudæis.

Medina per totum quæstio. 8.

SVP. Q. XLII. ART. I.

CONCL. 1. Conueniens fuit, prædicationem Christi, tã per ipsum quam per Apostolos, à principio, s. ante passionem suam solis Iudæis exhiberi.

¶ PROB. Quia sic, id est prædicãdo a principio solis Iudæis, & p̃ missa facta ipsis, non autem gentibus, seruabantur, & debitus ordo, cõformis cœlesti hierarchiæ, ostendebat, aduentũ Christi esse à Deo; & calũniã de materia Iudæis tollebatur, & Christũ dñium super gentes per meritum passionis, tunc nondum peractæ,
q. 30. ar. 3. habendum esse declarabatur (ut singillatim de his quatuor per ordinẽ patet in tex.)

¶ CONCL. 2. Conueniens fuit, q̃ Christus post passionem suã per Apostolos prædicaret gentibus.

¶ PROB. Primò,
230 quia Christus per Cru
3. dist. 1. ex cis victoriam meruit po
posi. lit. cir testatẽ super gentes (ut
ca med. patet ex Apoca. 2. Item Phil. 2.) & talis potestas demonstrabatur p hoc, q̃ gentib. in Apostolis prædicabat. Secũdò, q a præsens cõclusio innuit ex hoc, q̃ Christus post passionem dixit discipulis; Euntes docete oẽs gentes, Matt. 28. (cum quicquid Christus fecit, conuenienter fecerit, q. 41 ar. 1. Corol. post conclus.) Tertio, quia eadẽ conclusio insinuat per hoc, q̃ gentib. quibusdã uolentib. uidere Chrm, ipse rñdit, Nisi granum frumenti, &c. Io. 12. cũ glossa D. August.

¶ COROL. Ex p̃dictis ergo patere põt, q̃ S. Ecclesia gentium; de cuius gremio nos (licet ex nobis indignissimos) sua gratia Christus effecit, dẽt maxime p̃ aliis, s. Iudęis uocatis 1 Cor. 1. venerari crucem ipsius, & passionis eius mysteria tam nobis gẽtibus, præ cũctis cęteris, utilia deuotissime toto corde, tota aĩa, tota mente, tota virtute, totis interiorũ medullis, colere, recolere, amplecti, exosculari, & quantisqu in: is põt uirib. imitari; Christo desiderare se conformari, in ipsumq; p̃ nobis crucifixum totaliter sine fine transformari.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit prædicationem Christi, tam per ipsum quam per Apostolos a principio solis Iudæis exhiberi. Primò, quidem, ut ostenderet per suum aduentum impleri promissiones antiquitus factas Iudæis, non autem gentilibus. Vnde Apostolus dicit Roma. decimoquinto. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, id est Apostolum, & Prædicatorem Iudæorum, propter ueritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Secundò, ut eius aduentus ostenderetur esse a Deo. Quæ enim a Deo sunt, ordinata sunt dicitur Roma. decimo tertio. Hoc autem debitus ordo exigebat, ut Iudæis, qui Deo erant propinquiores per fidem, & cultum unius Dei, prius doctrina Christi proponeretur, & per eos transmitteretur ad gentes: sicut etiam in cœlesti hierarchia, per superiores angelos ad inferiores, diuinæ illuminationes deueniunt. vnde super illud Matth. decimoquinto. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, dicit Hieronymus. * Non hoc dicit, quin, & ad gentes missus sit: sed quod primum ad Israel missus est. Vndè Isa. ultim. dicitur, Mittam ex eis, qui saluati fuerint, scilicet ex Iudæis, ad gentes, & annunciabant gloriam meam gentibus. Tertiò, ut Iudæis auferret calumniandi materiam. unde super illud Matth. decimo. In uiam gentium ne abieritis, dicit Hieronymus. * Oportebat primum aduentum Christi nunciari Iudæis, ne iustam haberent excusationem, dicentes, ideo se Dominum reiecisse, quia ad gentes, & Samaritanos, Apostolos miserit. Quartò, quia Christus per Crucis uictoriam, meruit potestatem, & dominium super gentes. Vnde dicitur Apocalyp. secundo. Qui uicerit dabo illi potestatem super gentes, sicut, & ego accepi à patre meo. & Philippen. secundo, dicitur, quod quia factus est obediens usque ad mortem Crucis, Deus exaltauit illum, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur: & ideo ante passionem suam noluit gentibus prædicari suam doctrinam: sed post passionem dixit discipulis, Matth. ulti. Euntes docete omnes gentes. Propter quod, ut legitur Ioan. duodecimo, cum imminente passione, quidam gentiles uellent Iesum uidere, respondit, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et sicut August. * dicit ibidem, se dicebat granum mortificandum in infidelitate Iudæorum, & multiplicandum in fide populorum.

* Trac. 51. in Ioan. circa med. illius to. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus fuit in lumen, & salutem gentium per discipulos suos, quos ad prædicandum gentibus misit.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est minoris potestatis, sed maioris facere aliquid per alios, quam per seipsum: & ideo in hoc maximè potestas diuina in Christo monstrata est, quod discipulis suis tantam uirtutem contulit in docendo, ut gentes, quæ nihil de Christo audierant, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur, & quantum ad miracula, per quæ doctrinam suam confirmabat, & quãtum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad authoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominium habens super legem cum diceret, Ego autem dico uobis, & etiam quantum ad uirtutem rectitudinis, quam in sua cõuersatione monstrabat, sine peccato uiuendo.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Christus non debuit a principio indifferenter gentilib. suam doctrinam cõicare, ut Iudæis tamquã primogenito populo deditus obseruaretur, ita ẽt nõ debuit gentiles omnino repellere, ne spes salutis eis præcluderetur. Et pp hoc, aliqui gentilium particulariter sunt admissi, propter excellentiam fidei, & deuotionis eorum.

AR-

1m de conclusione.

Gentibus prædicauit. R. Per Apostolos. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus est lumen & salus non solum eorum, quibus prædicat per seipsum: sed etiam eorum, quibus prædicat per alios; quoniam non, nisi doctrina Christi, utrobique communicatur audientibus. Vnde Christus fuit etiam lumen, &c. ut in tex. Ex quo patet, quod sic faciendo adimpleuit prophetiam illam Isa. 49. quoniam intelligitur ly dedi te, id est uel per teipsum particulariter (ut declaratur in ad tertium.) uel per discipulos tuos uniuersaliter (ut in conclusio. 2. cuius sit hæc noua probatio.)

2m de minori.

In instructione. R. Facta per alios. §. Non enim est minoris potestatis, sed maioris, &c. ut in textu. Ex quo dic, quod illa authoritas Matth. 9. aliò tẽdit, quam quo argumentum ipsam trahere conatur, licet ad difficultatem in minori allatam respondendo satisfactum sit. Tunc nihil; &c. ut de se patet.

3m de maiori.

Instructio. R. Debita, id est opportuna, §. Tunc nihil &c. Nam instructio uoius, siue paucorum opportuna est utilior, quam instructio multorum importuna: & sic fuit in proposito. Nam quod ad gentes multas communiter instructio fuisset importuna, patet consideranti probationem illam quadripartitam conclosionis primæ, quo autem ad aliquas gentes particulariter istructio fuerit opportuna, patet legenti hunc textum, scilicet sicut Christus nõ debuit, &c. ut ibi. Ex quo sententialiter elice horum nominum declarationem, scilicet quod opportunum est id, quod debitis circumstantiis uestitum est; importunum uerò è contra, id est quod debitis circumstantiis destitutum est. De circumstantiis, pro huius meliori captu, uide, 1. 2. q. 7. per totum.

* In illud uerbum Matth. 15. Non sum miss. to. 9.

* In illud Matt. 10. In uiam gentium. to. 9.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, quod Christum solis Iudæis debuit prædicare, a principio: postea etiam gentibus. Vt per hoc, quod dicitur Matth. 15. & Rom. 10. Si continuẽtim sumantur, ut fit in argumen. contr. Item per id, quod dicitur Rom. 15. Dico, Christum ministrum fuisse circumcisionis. Nomine enim ministri intelligit prædicatorem, iuxta illud Christi ad discipulos, Luc. 22. Ego in medio uestrum sum, sicut qui ministrat, id est sicut qui docet. Vnde & prophetæ antiquitus annunciantes, seu prædicantes populis salutifera, dicuntur per hoc ministrasse illis, secundum illud 1. Pet. 1. Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, nobis ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt nobis. Sed & Apostolus de prædicatione loquens dicit 2. Timot. 4. Opus fac Euangelistæ; ministerium tuum imple. Item 1. Timo. 4. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi: enutritus uerbis fidei, & bonæ doctrinæ. Et Rom. 11. Ministerium meum honorificabo. Hoc est. Diligenter exequor officium prædicationis. Quod alias dixit, sibi esse creditum Galat. secundo. De quo etiam dicit 1. Corint. 1. Misit me Christus euangelizare. Nomine uerò circumcisionis ibi supra Apostolus intellexit Iudæos. Sic enim eos sæpe uocat, ut Colossen. tertio. In Christo non est masculus, & cætera, circumcisio. Et ibidem quarto, qui sunt ex circumcisione. Et Ephes. secundo. Dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio, id est, ab illis, qui dicuntur Iudæi. Insinuatur autem, quod Christus postea gentibus esset prædicaturus, per hoc, quod dicitur Actu decimotertio. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat, primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ; Ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: posui te in lucem gentibus, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. Nam his uerbis ostenditur aperte, & quod illa authoritas Isa. quadragesimonono. intelligenda est de Christi prædicatione (ut in ad primum) qua per Apostolos prædicauit gentibus usque ad extremum terræ; & quod primum, id est non solum ante passionem, sed etiam post Apostolorum missionem factam per ly docete omnes gentes, per ipsos solis prædicauit; quo usque Iudæi repulerunt uerbũ Dei ex incredulitate reputantes se indignos æternæ uitæ, id est dicentes. Nos dedignamur, & pro magna iniuria ac dedecore tenemus, uelle æternam uitam consequi per Iesum Nazarenum à nobis crucifixum. Vnde patet, quod non ex uera humilitate (ut faciunt semper boni Christiani edocti à Roma. octauo. Non sunt condignæ, &c.) iudicabant se indignos æternæ uitæ: sed ex maxima superbia, incredulitate, & odio contra Crucifixum, dicebant ad Apostolos illa uerba, scilicet indignos nos iudicamus æternæ uitæ, qualem vos prædicatis. Ac si apertissimè sensum suum pestiferum in talibus uerbis corde retentum euomerent ad Chorum Apostolicum

dicendo;

dicendo; Nolumus saluari per Crucifixum, quem tu prædicatis, sed (quod olim prophetatum est & in idem redit) scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est Crucifixus a te prædicatus; vt seruiamus ei? Et quid nobis proderit, si orauerimus illum? Iob 21. Mittendo ergo Apostolos ad gentes Dominus hunc ordinem seruandum subintellexit, scilicet vt primo Iudæis prædicarent, quousque ab ipsis eijcerentur; & tunc ab eis electi, transirent ad docendum omnes gentes. Omnis ergo materia calumniandi ablata est Iudæis non tantum, quia Christus ante passionem suā gentibus communiter non prædicauit (vt dixit probatio conclusionis primæ,) sed etiam quia nec per Apostolos gentibus ipsis prædicauit, nisi postquam Iudæi eorum prædicationem renuerunt audire. Excusationem igitur omnem de peccato suo amputarunt sibi Iudæi: eo quod non ex defectu Apostolorum, sed ex nimia incredulitate ipsorum fuit; quod Apostoli cessarent prædicare ipsis viam salutis, per quam & a peccatis suis mundarentur, & ad vitam æternam peruenirent. Ex his constat; quod incredulitas Iudæorum fuit occasio, quamuis ab eis non intenta, salutis gentiū: id quod & Apostolus aperuit gentibus conuersis dicens Roma. 11. aliquando vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum. Scilicet Iudæorum. A scripturis itaque (vt omnia in vnum colligantur) insinuatum est: & quod Christi prædicatio solum Iudæis facta est; & quod, si post ad gentes communicata fuit, ipsi nec de Christo, nec de Apostolis sic a se ad illas transeuntibus, nec de propria sui ipsorum æterna damnatione, possunt vllo modo rationabiliter lamentari; & consequenter quod tota ista Iudeorum perditio ex se ipsis tantum est (vt olim Oseæ 13. prophetatum fuerat. Secundò a vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit Christum per se, & Apostolos in principio, hoc est, ipso mortaliter viuente, solis Iudæis prædicare. Probatur quadrupliciter. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad secundum, extēde illa quatuor, penes quæ potestas Christi in docendo attenditur, scilicet secundum miracula, secundum efficaciam in persuadendo, secundum auctoritatem in modo loquentis, secundum rectitudinem vitæ: & adde quintum, secundum excellentiam doctrinæ, & sextum, secundum irreprehensibilitatem moralis vitæ, quam docuit: excellentiam doctrinæ eius, & manifestando Trinitatis imperium (pater manifestaui nomen tuum hominibus) & in aperiendo cœlestia de fœlicitate cœlesti, de resurrectione, &cæt. patet. Moralis autem vita Math. 5. de actibus excellentissimis uirtutum, qui beatitudines vocantur, & de desiderabilibus ab homine in oratione dominica, & de modo viuendi talis, tantaque habetur, & deinde per parabolas, aliosque euangelistas, &cæt. vt experientia teste videamus Christianam uitam plenam omnis boni moris, nimicam omni uitio, nec in aliquo culpabilem, in nullo superstitiosam, in nollo phantasticam, si secundum Christi doctrinā instituta fuerit.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debuerit Iudæis sine eorum offensione prædicare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus debuerit Iudæis sine eorum offensione prædicare: quia, vt Aug.* dicit in lib. de Agone Christiano, in homine Iesu Christo se nobis ad exemplum vitæ præbuit filius Dei: sed nos debemus vitare offensionem non solum fidelium, sed etiam infidelium, secū dum illud 1. ad Corinth. 1. Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & ecclesiæ Dei. ergo videtur, quod etiam Christus in sua doctrina offensionem Iudæorum uitare debuerit.

¶ 2 Præt. Nullus sapiens debet facere vnde effectum sui operis impediat: sed per hoc quod sua doctrina Christus Iudæos turbauit, impediebatur effectus eius doctrinæ: dicitur enim Luc. 11. Quod cum dominus pharisæos, & scribas reprehenderet, cœperunt grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum non ergo videtur conueniens fuisse, quod eos in sua doctrina offenderet.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit 1. Timot. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: sed sacerdotes, & principes Iudæorum erant illius populi seniores. ergo vr̃ q̃ non fuerint duris increpationib. arguendi.

SED CONTRA est, quod Isa. 8. fuerat prophetizatum, quod Christus esset in lapidem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel.

RESPOND. Dicendum, quòd salus multitudinis est præferenda paci quorumcumque singularium hominum: & ideo quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio a prædicatore, vel doctore, ad hoc quod multitudinis saluti prouideat. Scribæ autē, & Pharisæi, & Principes Iudæorum sua malitia plurimum impediebant populi salutem: tum, quia repugnabāt Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus: tum etiā quia prauis suis moribus uitam populi corrumpebant. Et ideo dominus non obstante offensione eorum, publicè ueritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum uitia arguebat: & ideo dicitur Math. 15. quod discipulis domino dicentibus, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? respondit, Sinite illos, cæci sunt, ducesque cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hō sic debet esse sine offensione oīb. vt nulli det suo facto, vel dicto minꝰ recto occasionē ruinæ: sed cū de veritate scandalū orit̃, magis est sustinendū scandalum, quam veritas relinquatur, vt Greg.* dicit.

*Hom. 7. I Ezech. aliquantulū a princ.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ per hoc quod Christus publicè scri

SVPER Q. XLII. ART. II.

231 cap.11.in fi. to.1.

CONCL. Dominus, non obstante offensione Iudæorum conuenienter & veritatem publicè docebat, quam illi odibant; & uitia eorum arguebat.

¶ NOT. Pro faciliori applicatione conclusionis ad literam tituli, quandoquidem in conclusione ipsa hoc uirtualiter continetur, vide q. 41. ar. 1. Coroll. post concl.

¶ PROB. Quia per hoc, quod Christus publicè ueritatem docebat, manifestaque scribarum, pharisæorum, ac principum Iudæorum uitia arguebat, salus multitudinis iudaicæ quā ipsi sua peruersitate impediebāt, promouebatur (vt patet); & salus multitudinis pferenda est paci quorumcumque singularium hominum.

1m minor. Nos debemus uitare offensionē nō solum fidelium, sed etiam infidelium. R. sic tamen; vt nulli facto nostro, uel dicto, minus recto demus occasionē ruinæ. §. Tunc ui. &c. Nam si Christus a ueritate prędicanda propter scandalum passiuum, seu propter offensionem maiorum cessasset; sequutum fuisset id, quod erat peius, scilicet multitudinis damnum quo ad animarū salutem (vt patet in corp.) Ideo in casu isto non debuit Christus uitare offensionem Iudæorum cessando a salutifera doctrina sua.

2m minor. Per hoc, q̃ sua doctrina Christus Iudæos turbauit, impediebatur effectus doctrinæ eius. R. Negatur. § Immo ex hoc non solum non impediebatur, sed etiam pmouebatur effectꝰ suæ doctrinæ; quia cū &c. vt in tex. Ex quo ad minoris illius probationem dic: quod illa authoritas Euangelii pbat quidem, quod scribæ & Pharisæi obsistebant doctrinæ Christi (cuius contrarium non dixit conclusio): sed nō probat intentum, scilicet quod per hoc impediretur effectus doctrinæ eius. Non. n. effectus doctrinæ eius erat istud, scilicet a malignis non impugnaretur (ut putas argumentum); sed erat hoc aliud, scilicet dare salutem Christo docenti adhærentibus; & consequēter minuere authoritatem illorum, qui uoluissent auertere alios ab adhærendo ei. Talis autem uerus effectus doctrinæ pmouebatur (vt diximus) ex hoc: quod turbabat maiores. i. ex hoc, quod eorum vitia repræhendebat. Nam, cum ipsorum maiorum uitia populo innotescebāt &c. vt in tex. Ergo, si crimina eorum publice non repræhendisset, si solitam authoritatem credulitatis. i. quod sibiipsis crederetur, retinuissent apud opinionem populi; & consequenter populus fuisset facilius

facilius ab eis auersus à sequella Christi, atque ideo a salute propria. Si ergo doctrina sua Christus Iudæos primores non turbasset, peccata, scilicet eorum arguendo: tunc per hoc impeditus fuisset effectus doctrinæ eius. vide, quantum decipiebatur argumentum: dum in minori illa dicebat totum contrarium.

3^m illatio conclusionis. Ergo videt, quod non, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. Nam primores illi (de quibus dicit minor) non erant populi seniores modo illo, quo in maiori dicit Apostolus ly seniorem: sed modo illo, quo dicit Daniel ly inueterate dierum malorum. Debet itaque concludi oppositum, scilicet quod duris increpationibus erant a Christo arguendi.

bas, & Pharisæos arguebat, non impediuit, sed magis promouit effectum suæ doctrinæ, quia cum eorum vitia populo innotescebant, minus auertebatur a Christo propter verba scribarum, & pharisæorum, qui semper doctrinæ Christi obsistebant.

AD TERTIVM dicendum, quod illud verbum Apostoli, est intelligendum de illis senioribus, qui nō solum ætate vel auctoritate, sed etiā honestate sunt senes, secundum illud Numer. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sunt. Si autem auctoritatem senectutis in instrumētum malitiæ vertant publicè peccando, sunt manifestè, & acriter arguendi: sicut, & Daniel dixit Dan. 13. Inueterate dierum malorum, &c.

A R-

secundum verum sensum Isaiæ loco citato. Ac si apertius dixisset ibi propheta. Christus optione, & optima prædicaturus est Iudæis: ipsorum autem plurimi, eius saluberrima prædicatione audita, mox ex propria malitia ostendent & scandalizabunt semetipsos. Debuerant ergo ex facto, dictoq; Christi tam optimis, idest ex uita, doctrinaq; eius vere omnino irreprehensibilibus in bonum promoueri: & tamen, propria malitia facientе, ad lapidem illum Christum tam preciosum pedibus suis, idest affectibus offendentes in magnum scandalum ceciderunt; quandoquidem non solum doctrinæ tali non adhęserūt, sed etiam irreprehensibilem & ipsam, & ipsum doctorem, repræhendere modis omnibus atque conatibus irrationabilibus semper præsumpserunt. Cæterum, quod talem sensum, qualem diximus, habeant uerba Isaiæ, scilicet ly lapis offensionis, ly petra scādali; demonstratur expresse legentibus epistolam, 1. Petr. 2. Ibi Isaias, dum a B. Apostolorum principe allegatur, simul sic exponitur. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Syon lapidē summū, angularē, probatum, electū, preciosum; & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus. Non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali; his, qui offendunt uerbo, nec credunt, in quo & positi sunt. Hæc ibi. Vbi & supra de eodem dixerat ly lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum; a Deo autem electum & honorificatum. Ex his abunde patet intentum. Si enim lapis ille est summus, probatus, idest summe a Deo approbatus, electus, honorificatus angularis preciosusque habitus; & est talis, vt qui credit in eum, non confundatur: quomodo possibile est, eū ex parte sua potuisse esse lapidem offensionis, & petram scandali? Restat igitur: vt solum ex parte non credentium (vt subiungitur ibi) sit lapis offensionis, & petra scandali. Hoc autem est (vt diximus) scandalū solū passiuum in ꝑdicatione Christi interuenisse, i. de bono eius opere Iudęos, contra oēm rōnē ipsius operis, extorsisse sibi occasionē scandalizandi semetipsos. Pro abundantiori adhuc scandali notitia uidere potes 2. 2. quæstio. 43. per totum. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Doc.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quod Christus non debuit Iudæis sine eorum offensione prædicare. Vt per hoc, quod dicitur Isa 8. Secundum quod est in argum. contr. Pro cuius sano captu intellige ly scandali, & ly offensionis, de scandalo tātum passiuo, & offensione. Hoc est. Quando quis scandalizatur, seu offenditur, ex bono opere alterius. Ita quod uere & proprie loquendo, ille alter facto uel dicto suo secundum se consideratis non scādalizat, immo ædificat, hinc; cum factum & dictum illius alterius sint secundum naturam suæ moralitatis bona: sed iste, uisis talibus bonis, scandalizat & offendit semetipsum. Et hoc procedit ex ꝓpria suipsius malitia. Vnde illud scandalum uocatur solum passiuum, non quia non habeat actiuum, a quo fit (omnis namque passio ab alicuius actione causatur): sed quia non habet actiuum alterum a suo supposito. Malitia itaque est illud actiuum scandalum, quod causat passiuum, idest ruinam in eadem numero persona, cuius est illa malitia. Sicut enim Deus præ suæ bonitatis magnitudine ex malo elicit bonum, 1. q. 2. ar. 3. ad primum. ita iste homo, de quo nunc sermo, præ malitia sua magna elicit malum ex bono. De qua re uide Veritates aureas super totam Legem Veterem, Genes. 6. concl. 1. & cap. 11. conclus. 1. Ita fuit in proposito secun-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus motus est propter publicas repræhensiones exhibitas a Christo scribis, & pharisæis, cum eorum scandalo, vt patet in euangelio.

¶ In corpore unica est conclusio: Dominus non obstante Iudæorum offensione publice docebat, & uitia eorum redarguebat. Probatur dupliciter. Primo, ratione, Quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est a prædicatore, vel doctore eorum timenda offensio, vt multitudinis saluti prouideat: sed scribæ, & pharisæi, & principes Iudæorum, sua malitia plurimum impediebant populi salutem. ergo. maior probatur: quia salus multitudinis præponenda est paci quorumcumque singularium hominum. Minor probatur, tum quia contra doctrinam Christi, per quam solum salus esse potest: tum quia prauis moribus, populi uitam corrumpebant. Secundo, probatur auctoritate ipsius Christi Matth. 15. Sinite illos, &c.

¶ Aduerte diligentissimè, & cautissimè quod tota ratio publice repræhensionis maiorum assignatur salus multitudinis, & propterea vbi maiores essent pessimi, & ex eorum repræhensione publica non speratur populi salus, locum non habet imitatio Christi: vana enim esset huiusmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene aduertant prædicatores, antequam ponant os in cœlum, nec omittant distinguere inter maiores corrumpentes multitudinis uitam malis moribus, vel exemplariter tantum, vel incitatiue. Nam maiores, qui palam, uel suo aliquo colore adulterantes, vel fornicantes, multitudinem ad hæc patranda solicitarent, sub dicto comprehenduntur canone, vt scilicet si sit spes salutis ipsius multitudinis publicè arguantur. Hi enim sunt, de quibus in responsione ad tertium dicitur, quod auctoritatem senectutis in instrumentum malitiæ vertunt, publice peccando.

¶ Illi uerò maiores, qui suis contenti sunt peccatis publicis, vt concubinarij, & huiusmodi, qui reuera non simpliciter, sed quantum est ex suo exemplo, aliorum mores corrumpunt, an sint publice arguendi considerandum est. Nam si ex eorum exemplo multitudo similia facit, essent publice arguendi, si spes est emendationis ipsorum, uel plebis, postquam moniti ad partem nollent cessare, quod dico: quia isti non ex malitia, sed ex infirmitate peccant. Sed si moniti, cognita ruina populi ex suo exemplo non curarent, arguendi cum populo essent publicè, cum tali modestia ut salus verisimiliter populi sequi possit, ita tamen vt si prædicationis officium sibi incumbit ex prælationis debito super illos, non timeat illorum scandalum: quoniam quasi paria sunt corrumpere populi mores sic, & ex malitia. Si autem prælatus eorum non est, superiorem illorum deberet prius consulere. Et hæc dico, si in specie deberet maiores repræhendere publicè, ex infirmitate publice concubinas tenentes. Et horum ratio est: quia hic non agitur ex proposito ad malum multitudinis: & multitudini plerumque sufficienter prouidetur, si in genere peccatum illud repræhenditur, & quod non excusantur sequentes mala exempla, & huiusmodi. Si autem ex eorum publico peccato salus non periclitatur multitudinis, relinquendi sunt superioribus suis, si habent, vel sibiipsis corrigendi in speciali, cessat enim ratio publicæ correctionis agendæ cum offensione maiorum.

SVPER QVAEST. XLII. ART. III.

CONCL. 1. Christus nihil docuit in occulto, nec quo ad suã intentionem; nec etiam quo ad audientes.

¶ PROB. 1. Quia in persona Christi dicitur Sap. 8. quam sine inuidia cõmunico; & doctrina Christi nõ est de errore, neque de immunditia, ex 1. Thessal. 2. Secunda autem pars s. nec etiam, &cæt. probatur; Quia Christus omnem suam doctrinam proposuit vel turbæ toti, vel discipulis suis in communi. Secundò, Quia D. Augu. hanc conclusionem, p vtraque parte docet, dicens. Quis in occulto loquitur; qui corã tot hominibus loquitur? (Ecce secunda pars cõclusionis) præsertim si hoc loquitur paucis; quod per eos uelit innotescere multis? (Ecce prima pars conclusionis)

232 Opusc. 60. cap. 14.

¶ CONCL. 2. Christus quædam docuit in occulto, quo ad modũ docendi: inquantum. s. turbis aliqua loquebatur in parabolis, i. utẽs parabolis ad annunciãda spiritualia mysteria; quæ mysteria turbæ ipsæ non capiebant.

¶ PROB. Quia patet in Euangelijs. secunda pars, s. quæ, &c. patet & ibi (speciatim Luc. 8. cæteris autem in parabolis; vt uidentes non videant, & audientes nõ intelligant).

CONCL. 3. Parabolarum turbis a Christo propositarum ueritatem apertam & nudã ipse discipulis exponebat: per quos ipsa ueritas deueniret ad alios, qui essent idonei.

¶ PROB. Quia patet (Marc. 4. non sine parabola loquebat eis. Seorsum autem discipulis suis differebat omnia). Secunda verò pars. s. per quos & c. pbatur a simili, ex 2. Timoth. 2.

¶ COROLL. Ergo ex conclusione hac. 3. & probatione Marc. constat: quod Christ⁹ multas ueritates spiritualium mysteriorum sub parabolis latentium discipulos suos docuit; quæ expressa non sunt nobis in Euãgelio, sed (paucis exceptis, quæ scriptæ sunt) implicitè in uuum colligatæ per ly omnia. Ergo exinde etiam patet: quod non solum scriptis expresse in Euangeliis debemus accõmodare fidem; sed & traditionibus Apostolorũ uerbo tantum Ecclesiæ relictis, secundum illud 2. Thess. 2. Tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram; & secundum illud Actu. 15. Paulus perambulabat, confirmans Ecclesias; præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum: & cap. 16. Tradebat eis, custodire dogmata; quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erãt Hierosolymis. De his traditionib. quid sit, vide Concil. Trid. sess. 4. decret. 1. circa principium; & cum timore caue ab anathematismo ibi circa finem sic lato. Qui traditiones prædictas sciens & prudẽs contempserit; Anathema sit. Vt autẽ de istis omnibus contra hæreses plenius instruaris, vide Veritates aureas super totã Legem Veterem. Num. 21. concl. 8. & pri. par. artic. num. 170. cum Eluc. Ad textum quoq; ly hoc significatum est Num. 4. vbi mandatur, &c. iuuabit uultũ uidere Veritates easdem aureas li. Numer. 4. conclusio. 1. 2. 3. 4. 5.

* trac. 96. circ. fi. to. 6

1m illatio conclusionis.

Non ergo omnia, &c. B. Negatur illatio. §. Nam procedit ex præmissis malũ & intellectis, & applicatis. Per illam enim authoritatem intelligit aliud tum mysticè s̃m B. Hilarium, tum literaliter s̃m B. Hieron. (vt declaratur in tex.) quam illud, quod intendit argumẽtum. Applicatur etiam malè contra conclusionem articuli; quasi illa dixerit: quod Christus, quãdo discipulis suis in communi seorsum a turba locutus est, tunc docuerit in occulto; non aũt publicè. Id quod quã falsò putatum sit ab argumento, patet legenti conclusionem primam articuli cum sua probatione.

2m de maiori.

Non sunt, nisi perfectis, exponenda. B. Modo, quo secundum se intelligantur. §. idest sine parabolis; seu profundam ueritatem sub parabolis uelatam apertè & nudè manifestando. Tunc nihil, &c. Sic enim Christum docuisse turbas de profundissima sua sapientia (vt argumentum, arbitrari se, monstrat) nunquam dixit articulus: immo contrarium habet eius conclusio 2. Quod si de discipulis afferatur instantia; respondetur, s. quod ipsi respectu turbarum

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus omnia publicè docere debuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Christus non omnia publicè docere debuerit. Legitur enim multa seorsum discipulis dixisse, sicut patet in sermone cœnæ. vnde & Matth. 10. dixit, Quod in aure audistis in cubilibus, prædicabitur in tectis. non ergo omnia publicè docuit.

¶ 2 Præt. Profunda sapientiæ non sunt nisi perfectis exponenda, secũdum illud 1. ad Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos: sed doctrina Christi continebat profundissimam sapientiam. non ergo erat imperfectæ multitudini cõmunicanda.

¶ 3 Præt. Idem est, veritatẽ aliquã occultare silentio, & obscuritate verborum: sed Christus veritatem, quam prædicabat, occultabat turbis obscuritate verborum: quia sine parabolis non loquebatur ad eos, vt dicitur Matth. 13. ergo pari ratione poterat occultare silentio.

SED CONTRA est, quod ipse dicit Ioan. 18. In occulto locutus sum nihil.

RESPON. Dicendum, quod doctrina alicuius potest esse in occulto tripliciter. Vno modo, quantum ad intentionem docentis, qui intendit suam doctrinam non manifestare multis, sed magis occultare: quod quidem contingit dupliciter, quandoque ex inuidia docentis, qui vult per scientiam excellere, & ideo scientiam suam non vult aliis communicare, quod in Christo locum non habuit, ex cuius persona dicitur Sapien. 7. Quã sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Quandoque vero hoc contingit, propter inhonestatem eorum, quæ docentur: sicut August.* dicit super Ioan. quod quædam sunt mala, quæ portare non potest qualiscumque pudor humanus. vnde doctrina hæreticorum dicitur Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Doctrina autem Christi non est neque de errore, neque de immunditia, & ideo dominus dicit Marc. 4. Nunquid uenit lucerna, idest vera, & honesta doctrina, vt sub modio ponatur? Alio modo, aliqua doctrina est in occulto, quia paucis proponitur, & sic Christus etiam nihil docuit in occulto: quia Christus omnem doctrinam suam, vel turbæ toti proposuit, vel omnibus suis discipulis in communi. Vnde Augustin.* dicit super Ioan. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos uelit innotescere multis? Tertio modo, aliqua doctrina est in occulto, quantum ad modum docendi. Et sic Christus quædam turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annuncianda spiritualia mysteria, ad quæ capienda non erant idonei, vel digni. Et tamen melius erat eis, vel sub tegumento parabolarum, spiritualium doctrinam audire, quam omnino ea priuari. Harum tamen parabolarum apertam, & nudam ueritatem Dominus discipulis exponebat, per quos deueniret ad alias, qui essent idonei, secundum illud 2. Timoth. 2. Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. Et hoc significatum est, Numer. 4. vbi mandatur, quod filii Aaron inuoluerent in vasa sanctuarii, quæ Leuitæ inuoluta portarent.

*trac. 113. in Ioan. in med. to. 9.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod sicut Hilar.* dicit super Matt. exponens illud uerbum inductum, non legimus Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam tradidisse in tenebris: sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tenebræ sunt, & uerbum eius infidelibus nox est. Itaque quod ab eo dictum est inter infideles, cum libertate fidei, & confessionis est loquendum. Vel secundum Hierony.* comparatiuè loquitur: quia videlicet erudiebat eos in paruo Iudeæ loco respectu totius mundi, in quo erat per Apostolorum prædicationem doctrina Christi publicanda.

* Can. 10. in Mat. parũ a med.

* Sup verbũ Mat. citatum in arg to. 9.

AD SECVNDVM dicendum, quòd dominus non omnia profunda suæ sapientiæ sua doctrina manifestauit, non solum turbis, sed nec etiam discipulis, quibus dixit Ioan. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo: sed tamen quodcumque dignum duxit aliis tradere de sua sapientia, non in occulto, sed palam proposuit, licet non ab omnibus intelligeretur. Vnde Augustin.* dicit super Ioann. Intelligendum est ita dixisse dominum, Palam locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierũt: & rursus

† tract. 113. in Ioan. in med. illius tom. 9.

barum erant perfecti,& ideo eis profunda sapientiæ (vt dixit tertia conclusio) sunt exposita:respondetur secundo, ꝙ taliter docuisse.discipulos non est docuisse in occulto,(vt conclusio prima probata indicat):respondetur tertiò, quod nec omnia profunda sapientiæ suæ, doctrina sua coram personaliter tunc exhibita, manifestauit discipulis (vt patet Ioan. 16. Adhuc &c.) Ecce, a principio responsi formalis vsq; huc, totus textus summatus:& distinctè, secũdum occurrentes instãtias, quibus Sãctus Doctor more suo etiam alibi(quando opus est) seruato satisfacit, applicatus. Ex quo textu dic: quod conclusio tertia articuli per hoc, ꝙ Dominus ueritatẽ omnium parabolarum nudam aperuerit discipulis,non vult dicere,neque etiam implicite subintelligere; quod omnem absolute ueritatem sapientiæ suæ tũc eis manifestauerit: sed omnem,stando in materia parabolarum turbis propositarum. Ex eodem ergo textu patet etiam: quod B. Marcus in eiusdem probatione a nobis adductus refert ly omnia, ad parabolas tantũ adest ad dicta in parabolis.

*In cor.ar.

* Ho. 481 Matt.circa princ.illius tu.1.

¶ Exam. Ly non erat palam;quia non intelligebant. Scilicet mysteria spiritualia sub parabolis auditis abscondita. Ac si confirmando conclusiones duas primas,ex B.August. non iterum dicamus. Docuit Christus palam,quo ad audientes; non docuit palam omnes,quo ad modum docendi. Doctoris enim boni, qualis est Christus,est conformare se capacitati audientium. Ideo, ad denotandum istud esse a Christo obseruatum in proponendo parabolas turbis,dicitur Marc.4. In parabolis loquebatur eis verbum; prout poterant audire.

3^m maior. Idem est,ueritatem aliquam occultare silentio,& obscuritate uerborum. ℞.Negatur.§. Nam occultare ueritatem silentio,est priuare omnino ueritate eos,qui audirent. (vt ex tex.corp.patet ; vnde & sumitur negatio illius maioris): occultare vero eam uerborum obscuritate, non est priuare omnino ueritate audientes ; sed (vt sistamus in proposito) est proponere audientibus ueritatem, secundum quod ipsorum conditio exigit. Sic etenim de Christo docente respectu turbarum erat. Turbis siquidem Dominus in parabolis loquebatur, &cæt. vt in textu. vide 1.quæstio.1. artic.9.

non erat palam,quia non intelligebant.

Ad tertium dicendum, quòd turbis dominus in parabolis loquebatur,sicut dictum est,* quia non erant digni nec idonei nudam ueritatem accipere, quam discipulis exponebat. Quod autem dicitur, quod sine parabolis non loquebatur eis, secundum Chrysost.* intelligendum est quantum ad illum sermonem, quamuis aliàs sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel secundum August. * in lib. de Quæstionibus euang. hoc dicitur, non quia nihil propriè locutus est, sed quia nullum fere sermonem explicauit, ubi non per parabolam aliquid significauerit, quamuis in eo aliqua proprie dixerit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

* in lib.qq. ex Math. c.15. to.4. in princ.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas, uerum esse insinuatũ a scripturis; ꝙ Chrs debuit omnia publice docere. Vt per hoc,ꝙ dicit Ioan. 19. secundum ꝙ est in arg.contr. Pro cuius sequelæ (vt materia pñsens exigit) subintellectæ captu.s.in occulto locutus sum nihil , ergo nihil in occulto debebam loqui;uide q.41.at. 1.coroll.post concl. Item per hoc,ꝙ dr Prouerb.1. Sapientia foris prædicat ; in plateis dat uocem suam; in capite turbarum clamitat, in foribus portarũ urbis profert uerba sua. Diuina enim sapientia Christus est. 1.Corin.1. Vnde per tot sñias simul immediate cõnexas doctrinam sapiẽtię publicam esse contestantes denotat, ꝙ Christus omnem suam doctrinam publice hominibus erat communicaturus. Item per hãc figuram , ꝙ Moyses in secunda legislatione ad populum publice præsens loquebatur Exod.34.omnia , quæ sibi fuerant imperata. Vbi nota ly omnia. In secunda.n. datione legis Moyses figurauit Christum legẽ nouã laturũ mundo per suam doctrinã. Tunc ergo Moyses,Chrm semp in publico,nunq̃ aũt in occulto doctrinã ꝓpositurũ esse,figurauit;qn oia,quæ sibi a dño fuerant imperata, populo corã loquebat.Tunc uelabat faciẽ suam loquens:quia tali facto suo Chrm & locuturũ in parabolis spũalia uelantib.plebi, & nec discipulis oia sapientiæ suæ profunda corã.s.in terris loquẽdo reuelaturum,ꝓsignabat.Cęterũ plura de hac re , ac scitu dignissima,si uis:vide Veritates aureas sup Legẽ veterẽ,Deuter. 10.cõc.2. Secundo uides : quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis,doctrina præsens Angelica vicissim declaretur,atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore est distinctio trimembis quo ad principalia membra:quia tamen primum subdistinguitur, cõsurgunt quatuor membra,ac ꝑ hoc quatuor cõclusiones singulæ iuxta singula mẽbra. Distinctio est: doctrina potest esse in occulto tripliciter , uel quo ad intentionem,& hoc dupliciter,aut ratione inuidiæ, aut ratione immundiciæ:vel quo ad discipulos, vel quo ad modum. Prima conclusio est: Doctrina Christi non fuit occulta secundum intentionem ratione inuidiæ. Secunda,Non fuit occulta ratione immunditiæ. Tertia,Non fuit occulta quo ad paucitatem discipulorum Quarta,Fuit occulta,quo ad modum in quibusdam respectu quorumdam,s.plebis immediatè: quia mediantibus Apostolis reuelanda. Omnia clara sunt in litera.

¶ Et aduerte,quod ad literam Christus palam docuit, & in occulto nihil, vt ipse testatus est.tum quia quicquid docuit , uoluit palam fieri:tum,quia nihil alienum ab his, quæ publice docuit ad partem tradidit. Et sic oia ad literam consona inueniuntur,s.sermo cœnę,& domi plures,& in monte transfigurationis:&,Quod in aure audistis,& Nicodemo,& Samaritanæ,& huiusmodi. Sic.n. secundum communem hominum intellectum : verificantur verba domini ad pontificem interrogantem de doctrina eius, & sic cognita doctrina eius publice tradita , nihil restabat examinandum : quia nihil alienum a publice tradita doctrina docuit .

SVPER Q. XLII. ART. IIII.

COncl. Conueniens fuit:Christũ doctrinam suam non scripsisse.

233 ad Heb.8. lec.2.in fi.

¶ Prob. Quia hoc scilicet quod Christus verbo,non autem scripto , doctrinam suam traderet, & dignitas ipsius, tanquam excellentissimi doctoris ; & excellentia doctrinæ eiusdem ; & ordo quidam de sua doctrina ad omnes deriuanda ab eodẽ intentus ; requirebant vt singillatim distincte de his tribus declaratur in tex.)

Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit doctrinam suam scripto tradere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod Christus doctrinam suam debuerit scripto tradere. Scriptura enim inuenta est ad hoc,quod doctrina commendetur memoriæ in futurum:sed doctrina Christi duratura erat in æternũ, secundum illud Luc.21. Cœlum,& terra transibunt,uerba autem mea non transibunt.ergo videtur quod Christus debuerit suam doctrinam scripto mandare.

¶ 2Præt. Lex uetus in figura Christi præcessit, secundum illud Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum:sed lex uetus a Deo fuit descripta secundum illud Exo.24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata,quæ scripsi.ergo videtur,quod etiam Christus doctrinam suam scribere debuerit.

¶ 3Præt. Ad Christum,qui venerat illuminare his , qui in tenebris,& umbra mortis sedent,vt dicitur Luc.1.pertinebat erroris.occasiones excludere,& uiam fidei aperire,sed hoc fecisset,doctrinam suam scribendo.dicit enim Augu.* in 1.de consensu euang. quod solet nonnullos mouere,cur ipse dominus nihil scripserit,vt alus de illo scribentibus necesse sit credere:hoc enim illi, & maximè pagani quærunt, qui Christum culpare aut blasphemare non audent, eique tribuunt excellentissimam sapientiam , sed tamen tanquã homini. Discipulos vero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse,quam erat,vt eum filium Dei dicerent,& uerbum Dei per quod facta sunt omnia. Et postea subdit,* Videntur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipso scripsisset, non quod alii de illo pro suo arbitrio prædicassent. ergo videtur quod Christus ipse doctrinam suam scripto tradere debuerit,

* lib.1.c.7. ante med. to.4.

*Eod.lib.1. de cõsensu euang.cap. 7.cir.med. to.4.

Sed contra est, quòd nulli libri ab eo scripti habentur in canone scripturæ.

Resp. Dicendum,conueniens fuisse Christum doctrinam suam non scripsisse , Primo quidem , propter dignitatem

1m de conclusione. Scripto mandare. ℞. Vel per seipsum, vel per alios. §. Tunc ni. &c. Non enim per seipsum (quod solum intendit articuli conclusio) Christus suam doctrinam mandauit scripto: sed per alios, tanquã per manus suas mysticas. Nam omnibus discipulis suis, tamquam membris sui corporis mystici. quæst. 8. ar. t. 3. Christus caput, &c. ut in tex. Ad cuius manifestiorem noticiam sit tibi exemplum licet satis remotum, de uiris excellẽtissimis: qui decreta sua, leges, &c. per suos cancellarios, seu p manus aliorum suorũ ministrorũ quouis nomine uocatorum scribunt. Ergo a fortiori Christus, &c.

2m de maiori. In figura. ℞. Sensibili. §. Hoc est. In figura deficiente a figurata lege Christi: non autem in figura tam perfecta, q̃ æ perfectionis futurũ erat figuratum, idest lex Christi. Tunc nihil, &c. Nam ex eo, ꝙ lex Christi figurata est perfectior, non debuit scribi modo scribendi comparatiue ad seipsam imperfecto, scilicet & atramento & in tabulis lapideis: sed debuit scribi modo scribendi perfectiori, scilicet & spiritu Dei uiui, & in tabulis cordis carnalibus, Sic ergo omnia sibi inuicem correspondent. Lex figuralis scribitur, ideo lex figurata scribitur; lex figuralis, quia deficiens est a perfectione legis figuratæ, scribitur modo deficiente a modo scribendi legem figuratam: quandoquidem vtraque, cum sit a Deo ordinatissime atq; ideo conuenientissime, omnia faciente Rom. 13. est modo sibi proportionata scripta. Cæterum pro textus captu pleniori, vide t. 2. quæstio. 106. articul. t. & quæstio. 107. articu. t. 2.

(* tract. vlt. in euang. Io. non p cul a fine, to. 9.)

(* lib. t. c. 9. & 10. to. 4.)

tem ipsius. Excellentiori enim doctori excellentior modus doctrinæ debetur: & ideo Christo tanquam excellentissimo doctori hic modus competebat, vt doctrinam suam auditorum cordibus imprimeret. Propter quod dicitur Matth. 7. quod erat docens eos, sicut potestatem habens. Vnde etiam apud gentiles Pythagoras & Socrates, qui fuerũt excellentissimi doctores, nihil scribere voluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impressionem doctrinę in cordibus auditorum, sicut ad finem. Secundò, propter excellentiam doctrinæ Christi, quæ literis comprehendi non potest, secundũ illud Ioan. vlt. Sunt, & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur p singula, nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos, qui scribendi sunt libros: quos sicut August.* dicit, nõ spatio locorum credendum est mũdum capere non posse: sed capacitate legentium comprehendi non posse. Si autem Christus scripto doctrinam suam mandasset, nihil altius de eius doctrina homines æstimarent, quam quod scriptura contineret. Tertio, ut ordine quodam ab ipso doctrina ad omnes perueniret, dũ ipse, scilicet discipulos suos immediatè docuit, qui postmodũ alios uerbo, & scripto docuerunt. Si autem ipsemet scripsisset, eius doctrina immediatè ad omnes peruenisset. vnde, & de sapientia Dei dicitur Prouerb. 9. quod misit ancillas suas uocare ad arcem. Sciendum tamen est, sicut August.* dicit in 1. de consensu euang. aliquos gẽtiles existimasse Christum quosdã libros scripsisse, continentes quædam magica, quibus miracula faciebat, quæ disciplina Christiana condemnat. Et illi tamen, qui Christi libros tales se legisse affirmant, nulla talia faciunt, qualia illum libris talibus fecisse mirantur: diuino enim iudicio sic errant, vt eosdem libros ad Petrum, & Paulum dicant tanquam epistolari titulo prænotatos, eo, quod in pluribus locis simul eos cum Christo pictos uiderunt. Nec mirum, si a pingentib. fingentes decepti sunt: toto enim tẽpore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis vixit, nondũ erat Paulus discipulus eius.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut August. dicit in eodem libro, omnibus discipulis suis tamquam membris sui corporis Christus caput est. Itaque cum illi scripserunt, quæ ille ostendit, & dixit, nequaquam dicendum est, quod ipse non scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerunt: quicquid enim ille de suis factis, & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis, tamquam suis manibus imperauit.

Ad secundum dicendum, quod quia lex uetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo etiam conuenienter sensibilibus signis scripta fuit: sed doctrina Christi, quæ est lex spiritus vitæ, scribi debuit non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis spiritualibus, vt Apostolus dicit 2. Corinth. 3.

Ad tertium dicendum, ꝙ illi, qui scripturæ apostolorum de Christo credere noluerunt, nec ipsi Christo scribenti credidissent, de quo opinabantur, quod magicis artibus fecisset miracula.

QVAE-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo i quomodo per rationem ostẽdas, meritò insinuatum esse a scripturis, & ab Ecclesia: quod Christus doctrinam suam per seipsum scripto mandare non debuit. Ab ecclesia quidem per hoc; quod in canone scripturarum sanctarum ipsa nullum librum scriptum a Christo enumerat (vt patet in omnibus Concilijs a D. Petro Apostolo vsque ad nouissimum temporibus nostris celebratum, scilicet Tridentinum: quod & sessio. 4. libros omnes canonicos colligit ad unum, immo ad vniuscuiusque particulas, vt ibi): quem vtiq; non prætermisisset extra canonem illum, si Christum scripsisse inuẽtum fuisset. Nec potest dici; quod ipse quidem scripsit, sed ipsa scriptum hoc non inuenit: tum quia diligentia tanta in librorum pro canonicis uel non canonicis iudicandorũ inquisitione vsque in præsentem diem usa est Ecclesia, ut nihil supra; tũ quia Christus, qui ad utilitatem Ecclesiæ scripsisset, si q̃d scripsisset, hoc ipsum p cul dubio tam certissima reuelatione manifestasset Ecclesiæ. Qui enim de libris sacris p alios scriptis Ecclesiæ reuelandis, ut p canone haberentur, tam uigilantissimus fuit: quomodo non magis de libris p seipsum scriptis, si qui essent, diligentissimus reuelator ad eundem finem fuisset? Nullus ergo talis liber Ecclesiæ sponsæ suæ, cui in Apostolis præ nimio charitatis excessu dixerat aliquando Ioan. 15. Quæcunque audiui a patre meo nota feci uobis, reuelauit unquam; quia nullus talis liber vnquam scriptus est: & e conuerso. Ab effectu igitur isto negato, s. nõ à reuelatione textus in sensu processit ad hũc alium negatum, s. ad non positionem in canone scripturæ: & ab vtrisque effectibus negatis processus intenditur ad negationem huius causæ, idest quod Christus non scripserit. Sensus namq; textus sic formaliter summatur. Christus nunquã hunc effectum. s. reuelationem alicuius libri a se scripti, fecit; ergo Ecclesia nunquã hunc effectum. s. positionem in canone alicuius libri ab eo scripti, fecit: Ergo, quia tale quid & ille non reuelauit, & ista non posuit, sequitur; quod Christus nunquam scripsit. Valet equidem, ratione subiectæ materiæ (modo prædeclarato) argumentatio hæc a textu necessario intenta: tamen ratione formæ, maxime apud logicos dicentes ly locus ab authoritate negatiuè non ualet, difficultatem aliquam patitur: cum semper ab authoritate procedat negatiue (vtputa non reuelauit, ergo & cæt. in canone non posuit, ergo, &c. nec reuelauit, nec posuit, ergo &c.) Vt igitur de valore talium consequentiarum, sine replicatione, plenius instruaris & pro veritate huius textualis processus, & pro aliquali penetratione veri sen-

(Vtilitas pro Eccle. S. Dei.)

3m minor. Hoc fecisset, doctrinam suam scribendo. ℞. Negatur, in sensu tamen intento ab arguměto. §. Quod scilicet illi, qui Apostolorum scripturæ de Christo credere noluerunt, ipsi Christo de se scribenti crederent. Falsitas huius patet. Sic. n. exclusit Christus actiuam occasionem erroris, & aperuit uiam fidei scribendo per Apostolos; sicut si scripsisset per seipsum. Ad probationem ex D. Augustino referente, respondetur: quod non probat negatum. Licet enim pagani sic se ad credendum paratos dixerint; tamen vel mentiuntur, idest animo fallaci hoc dicũt, uel saltem falsum est quod dicunt. Illi namque, qui scripturæ Apostolorum de &c. vt in tex. Pro cuius meliori, & firmiori captu, recole dictũ Chri Luc. 10. Qui uos audit, me audit; & qui uos spernit, me spernit. Hoc est, in proposito. Qui uobis de me scribentibus credit, mihi de meipso scribenti crederet: &, ab oppositis, qui uobis de me scribentibus non credit, mihi de meipso scribenti non crederet. Hi quippe ultimi, ad imitationem pharisæorum, Christo dicerent illud infidelitatis extremæ uerbum, Ioan. 8. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Ne igitur pagani & similes ad tantum infidelitatis profundum deciderent cadentes: Christus, qui omnia exactissime, & tanto patientius quanto sapientius, præsciebat, noluit de seipso per seipsum scribere. Confirmatur etiam doctrina textus responsalis per simile dictum Luc. 16. Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Hoc est, in proposito, Si Apostolis de Christo scribentibus non credũt; neque de Christo de se scribenti credent.

ri sensus Logicorum sic dicentium; vide 2.2.q.58.ar.3.appen. De alia autem consequentia a textu necessario subintellecta, quæ post præmissum argumentationis processum statim sequitur, s. Christus non scripsit, ergo scribere non debuit, ergo ipsum non scribere conueniens fuit: vide, quomodo ualeat, supra a simili. q.41.art.3.corollar. post conclus. A scripturis verò insinuatur idem in principio dictum per simile: quod Abraham pater Christi secundum carnem Matth.1.& consequenter specialis figura eius non scripsit doctrinam: qua Genes. 18. præcepturus erat filijs suis, & domui suæ post se; vt custodirent uiam domini, & facerent iudicium & iustitiam. Per hoc enim figurabat: quod Christus scripturus non erat doctrinam; quam Ecclesiæ, quæ est domus Dei uiui. 1. Timoth. 3. prædicauit. Item per hoc aliud simile; quod Ioseph figura Christi, etiam quo ad nomen (enim lingua Aegyptiaca uocatus sit saluator mundi; in signum vtique quod salus a Christo allata mundo appariturá erat præcipue in lingua extera, idest in populo gentium) non scripsit doctrinam, qua Gene. 41. ipse constitutus dominus domus Pharaonis, & princeps omnis possessionis eius, Psalm. 104. erudiuit principes eius sicut & ipsum; & senes eius prudentiá docuit. Tali enim facto suo Ioseph figurauit: quod Christus a Deo constitutus rex sup Syon montẽ sanctũ eius erat quidẽ pdicaturus pceptũ eius, Psal. 2. Sed tñ nihil erat scripturus. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondetur quæsito unica conclusione. Secundo, referuntur quædam ex Aug. Conclusio est: Conueniens fuit Christum doctrinam suam non scripsisse. Probatur tripliciter.

¶ Vbi aduerte in prima ratione ex dignitate doctoris dignissimum modum docendi concludente, duo. Primum est, quod modus docendi distinguitur in duo, scilicet verbo, vel scripto. Et excellentior ponitur modus docendi solo uerbo, ea ratione, quia immediatius perducitur ad finem: cum enim finis doctoris sit imprimere doctrinam suam in mentibus auditorum, qui solo verbo id facit, excellentiori modo efficit, quam qui verbo in scriptis redacto, idem efficeret. Secundum est, quod Socratem nihil scripsisse, sub proprio nomine intelligendum est: quoniam traditur ipsum sub Aesopi nomine, Aesopi fabulas scripsisse, coactus, vt ipse aiebat ad hoc a suo dæmone: in cuius signum Plato in Phædone Socratem introducit moriturum, non se continuisse ab Aesopo cõstructuro fabulam.

¶ Sed occurrit hic dubium: quia tertia ratio aduersatur primæ: nam tertia fundatur super ordine, quo Christi doctrina peruenire debet ad omnes, scilicet mediantibus quibusdam: prima autem fundatur super immediatione inter doctorem, & discipulum. Hæc enim sibiinuicem aduersari patet. nam si immediate, ergo non ordine quodam: & si ordine quodam, ergo non immediate.

¶ Ad hoc dicitur, quod utraque ratio uera, & efficax est ad diuersos relata. Nam prima ratio respicit doctrinam Christi respectu discipulorum, qui ex proprio Christi ore edocti sunt. tertia autem respicit doctrinam Christi respectu vniuersorum, quocumque tempore a Christo discunt. Et respectu illorum immediatio excellentior est, vt prima ratio sonat: respectu autem uniuersorum ordo excellentior est, vt ad alios mediantibus quibusdam perueniat doctrina, vt tertia assumit ratio. Nulla ergo est controuersia inter rationes sane intellectas.

¶ In hac conclusione aduerte, quòd non minima est conclusionis ratio, vt Christus etiam in docendi modo, monstraret se esse verum Deum. Solius quippe esse Dei comprobatur experientia, & auctoritate, docere vniuersum orbem ea, quæ religionis, atque morum, totiusque uitæ etiam post corporis mortem futuræ absque scriptura propria, reuelando, ac tradendo, quæ ab alijs scribenda sunt. Sic enim videmus Deum, & naturalia per lumen naturale nos docere, iuxta illud: Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? & respondetur, Signatum est super nos lumen vultus tui domine, &c. quo lumine sunt illustrati, qui bene de natura, de moribus, & huiusmodi scripserunt, & supernaturalia nobis tradere per lumen infusum, vt credimus de prophetis, qui scripserunt. Similiter enim Iesus Christus per seipsum, & exterius, & interius docuit Apostolos, qui lumine infuso fulti scripserunt: aperuit enim illis sensum, ut intelligerent scripturam, & Spiritussancti lumine mentes eorum illustrauit, ut docerent verbo, & scripto reliquos. Decuit ergo Christum nihil scribere, ut ex hoc sua doctrina Dei doctrina monstraretur.

¶ Est etiam ex eodem deitatis capite alia ratio, vt s. comprobaret se Deum ex modo docendi, scribendo in cordibus hominum, & non in tabulis materialibus, iuxta illud Hieron 30 Ecce, dies ueniunt, &c. & scribam in cordib. eorum, & comprobaret doctrinã suam esse doctrinam spiritus, & uitæ, & non literæ, & mortis. Reseruatum sibi quippe Dominus Iesus docendi modum per internum lumen gratiæ, tamquam Deo proprium sciens, non debebat scripturæ doctrinam suam credere, quasi scriptura illa perdita, doctrina sua perisset, quam ipse seruaturus per internum est lumen, vsque in æternum.

¶ Deinde ex August. quorundam gentilium cæcam opinionẽ refert de scriptis a Christo, tribus adiunctis opinionibus. Prima est ex contentis in libro: quia contraria sunt Christianæ disciplinæ. Secunda est, ex utentibus ipsis libris: quia non illa, quæ Christus fecit, facere possunt. Tertia est ex titulo: quia ad Paulum, qui non erat discipulus.

Medina per totam quæstionem.

SVPER Q. XLIII. ART. I.

COncl. Conuenientissimũ fuit; vt Christus miracula faceret.

¶ Prior. Quia hominibus erant de Christu manifestanda duo, (scilicet q Christi supernaturalis doctrina erat a Deo: item quod Deus erat per gratiam unionis in ipso): & miracula ad huiusmodi duo pbanda ualent (cum diuinitus ad hoc concedatur miraculorum operatio: vt declaratur in textu.)

¶ Exam. Ly per argumentum diuinæ uirtutis. Hoc est. Per demonstrationem supernaturalem. Non enim sumitur ly argumentũ pro argumento probabili (alioquin non crederetur firmiter, ut intendit textus, illud; qđ per miraculum probatur) neque pro argumẽto sophistico (alioquin non esset diuinæ uirtutis, vt dicit textus; quæ nec falli, nec fallere, potest). Restat ergo secundum textum; quod miraculum sit argumẽtum demonstratiuum respectu rerum supernaturalium pro conclusionibus aliter se habere impossibilibus a nobis firmissime credendarum. Et uerè sic est. Nam cum finis, & ea, quæ sunt ad finem, debeant proportionari; credibiliaque sint excedentia capacitatem humanam. 1.q.1.ar.1. item 2.2.q.1.ar.4. item q.2. ar.3. ideo non potest demonstratio naturalis ptingere ad certificãdũ nos de credibilibus, sed oportet, quod hoc fiat per aliquam demõstrationem supranaturalẽ, idest excedentem omnis creaturæ etiam cõiunctim

234 Opusc.2.c.7. Et opu.3.c.135. Et op.11.art.17. Et op.60.ca.15.princ.

QVÆSTIO XLIII.

De miraculis a Christo factis in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandũ est de miraculis a Christo factis. Et primo in generali. Secundo in speciali de singulis miraculorũ generibus. Tertio, in particulari de transfiguratione ipsius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus debuerit miracula facere.

¶ Secundo, Vtrum fecerit ea uirtute diuina.

¶ Tertio, In quo tempore incœperit miracola facere.

¶ Quarto, Vtrum p miracula fuerit sufficienter ostẽsa eius diuinitas.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus, debuerit facere miracula.

AD primvm sic proceditur. Videtur q Christus miracula facere non debuerit. Factum.n. Christi verbo ipsius debuit concordare: sed ipse dicit Matth. 16. Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. non ergo debuit miracula facere.

¶ 2 Præt. Sicut Christus in secundo aduentu venturus est in uirtute magna, & Maiestate, vt dicitur Mat. 25. ita in primo aduentu venit in infirmitate, secundum illud Isa. 53. Virum dolorum, & scientem infirmitatem: sed operatio miraculorum magis pertinet ad uirtutem, quam ad infirmitatem. ergo fuit conueniens, quod in primo aduentu miracula faceret.

¶ 3 Præt. Christus uenit ad hoc, ut homines saluaret per fidem, secundum illud Hebræo. 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum: sed miracula diminuũt meritum fidei: vnde dominus Io. 4. dicit, Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. ergo non videtur, q Christus debuerit miracula facere.

Iunctim sumptæ totam vim: & hoc est miraculum. 1. quæstio. 105. art. 2. & Compend. Alber. Mag. lib. 1. cap. 28. schol. Multa, & necessaria, de miraculorum demonstratione efficaci ad testimonium ferendum super iis rebus, pro quibus firmandis fiunt, dicenda essent hic ad textus claritatem maiorem: sed, vt sine replicatione, & cum aliqua scripturarum consolatione, multa hęc & necessaria cognoscas: vide Veritates aureas super totam legem Veterem Num. 14. conclus. 2. 3. & Exo. 18. concl. 2.

1m illatio conclusionis. Ergo nō debuit, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam ex præmissis procedit male intellectis. Non enim per illam sententiam Matth. 16. vult dicere Dominus; quod nullū aliud absolutè vult facere miraculum in toto tempore suæ prædicationis, vt putat argumentum): sed hoc, q̄d dicit, signum non dabitur ei, nisi, & cæt. vt in tex.

2m de maiori. In primo aduentu venit in infirmitate. ℞. Carnis: & uenit etiam in uirtute Dei. §. Diminutè ergo afferebatur ista propositio. Nec ex Isa. habetur: quod venerit in infirmitate solum. Tunc nihil, &c. Nam facere miracula potestatiuè pertinet ad uirtutem Dei: & consequenter Christus, vt demonstraret se uenisse in uirtute Dei, seu (quod stando in proposito, in idem redit) Deum esse in seipso per gratiam vnionis, debuit potestatiuè facere miracula: sicut ad hoc, vt ostenderet, se uenisse in infirmitate carnis, conuenienter passus est.

3m minor. Miracula diminuunt meritum fidei. ℞. Si loquamur quodammodo per accidens. §. idest; in quantum ipsa ostendunt duriciam eorum, qui credere nolunt ea, quæ scripturis diuinis probantur, nisi per miracula. Sic & illa authoritas; Io. 4. intelligitur, quę adducitur, tāquam illius minoris probatio. Tunc nihil, &c. Ad hoc enim, quod Christus uenit saluare homines per fidem (vt dicta maior) sufficit: quod miracula de per se non diminuant meritum fidei. Et tamen, si etiam per se minnerent meritum fidei, quamuis non fidem 2. 2. q. 1. artic. 4. non tolleretur adhuc; quin Christus ueniens saluare homines per fidem, debuisset facere miracula Melius namque est infidelibus, ut uel per miracula conuertantur ad fidem; quam quod omnino in infidelitate permaneant. Hoc autem textus dicit, non quia permanere in infidelitate sit bonum, vel minus bonum, quam per miracula conuerti ad fidem, cum id semper sit pessimum; sed quia conuerti per miracula ad fidem, est ualde bonum. Porrò illud, scilicet melius, & cæt. est phrasis, idest modus loquendi, in vulgari etiam consuetus: sed rectè, vt diximus, exponendus est. vide a simili. 1. 2. q. 100. art. 8. ad quartum. Item 2. 2. quæst. 100. artic. 3. exam. post ad secundum. Quod autem, & quantum, miracula per se faciant ad fidem; vide locos citatos in ad primum ex Compē. Alb. & Veritatibus aureis.

AP-

Sed contra est, quod ex persona aduersariorum dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

Resp. Dicendum, quod diuinitus conceduntur homini miracula facere propter duo. Primo quidem, & principaliter, ad confirmandam ueritatem, quam aliquis docet: quia enim ea, quæ sunt fidei, humanam rationem excedunt, non possunt per rationes humanas probari, sed oportet quod probentur per argumentum diuinæ uirtutis, ut dum aliquis facit opera, quæ solus Deus facere potest, credantur ea, quæ dicuntur esse a Deo: sicut cum aliquis defert literas annulo regis signatas, creditur ex voluntate regis processisse, quod in illis continetur. Secundo, ad ostendendam præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritussancti, vt dum, scilicet homo facit opera Dei, credatur Deus habitare in eo per gratiam. vnde dicitur Galath. 3. Qui tribuit nobis Spiritumsanctum, operatur virtutes in nobis. Vtrumque autem circa Christum erat hominibus manifestandum, scilicet quod Deus esset in eo per gratiam, non adoptionis, sed unionis, & quod eius supernaturalis doctrina esset a Deo: & ideo conuenientissimum fuit, vt miracula faceret vnde ipse dicit Ioan. 10. Si mihi non uultis credere, operibus credite. Et Ioan. 5. Opera, quæ dedit mihi pater vt faciat, ipsa sunt, quæ testimonium perhibent de me.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc quod dicit, Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, intelligendum est, vt Chrysostom.* dicit, quod tunc non acceperunt tale signum, quale petebant, scilicet de cœlo, non quod nullum signum eis dederit: vel quia signa faciebat, non propter eos, quos sciebat lapideos esse, sed vt alios emendaret: & ideo non eis, sed aliis illa signa dabantur.

Ad secundum dicendum, quod licet Christus venerit in infirmitate carnis, quod manifestatur per passiones: venit tamen in uirtute Dei, quod erat manifestandum per miracula.

Ad tertium dicendum, quòd miracula intantum diminuūt meritum fidei, inquantum per hoc ostenditur duritia eorum, qui nolunt credere ea, quæ scripturis diuinis probantur, nisi per miracula. Et tamen melius est eis, ut uel per miracula conuertantur ad fidem, quam quòd omnino in infidelitate permaneāt: dicitur enim 1. ad Corinth. 14. quod signa data sunt infidelibus, vt scilicet conuertantur ad fidem.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis; quod Christus debuit facere miracula. Vt p hoc, quod dicitur Ioan. 11. Secūdum quod est in argumen. contr. Vbi nota ly signa multa. Quando isti erant in præsentia populi, ut Christum in minori reuerentia, immo in grādi infamia, ponerent apud ipsum, suggillare contendebant miracula Christi multipliciter; ita ut etiam dicere contra omnem rationem præsumerent, quod in Beelzebub principe dæmoniorum eijceret dęmonia. Luc. 11. Hoc est (stando solum in proposito articuli) quod miracula Christi non essent uera miracula; vt quæ non excederent virtutem creaturæ. Nunc verò, quando isti ijdem primores Iudæorum sunt seorsum a turba inter semetipsos solos, tanquam coacti a ueritate, quamuis nolenter, vtpote quod eā negare mallent si possent (similes dæmonibus, qui credunt coacti. 2. 2. q. 5. ar. 3) asserunt ly, hic homo multa signa facit. Multa scilicet extensiue, & intensiue, idest multa in numero, & in uirtute. Si in uirtute magna; ergo vera: quia signa mendacia non sunt (vt patet) in uirtute, sed in falsitatis imbecillitate, facta. Ecce; quod renitentes fatentur, & laudant, ueritatem miraculorum Christi; quæ tanta erat, & tam manifesta, vt eos tam rebelles lumini Iob 24. ad suupsius confessionem cogere potuerit. Insinuatur & per hoc; quod dicitur Isa. 35. Deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum: & aures surdorum patebunt; tūc saliet sicut ceruus, claudus; & aperta erit lingua mutorū. Hic. n. ad literam loqt̄ de Messia uenturo ad saluandum nos per ly Deus ipse ven. & salu. nos, & explicat multa miracula, quæ tunc. s. in carne positus, facturus erat. Quæ sane miracula, ut de Christo literaliter dicta esse noueris, ipsemet Christus rñdendo discipulis Ioāuis quærentib. an esset Messias, patefecit dicens Matt. 11. Ite & renunciate Ioāni quæ vidistis: Cęci uident, claudi ambulant, surdi audiūt, mortui resurgūt. Ac si eorum inquisitioni apertius dixerit. Ite, & hæc, q̄ uidistis, renunciātes Ioāni audietis ab eo, tamq̄ a magistro uestro, corrñdētiam ad testm̄ uetus. s. Isa. 35. vbi fit sermo de Messia, & miraculis eius, tā q̄ quibusdā signis ad cognoscendum illum pro Messia. Vnde uos & notando, quę ego feci, & his conferendo prædicta ab isto propheta: uidebitis clarè per uos, quod quęritis. s. q ego sum Messias. Miracula igitur, secundum Isaiam, & facturus erat Christus; & ea facturus erat in protestationem ueritatis, huius, s. q ipse erat Christus, secundum illud Ioan. 5. Opera, quæ dedit mihi pater, vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Hom. 54 in Nat. ante med. to. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Conuenientissimū fuit Christum miracula facere. Probatur: Miracula fiunt, & ad confirmationem doctrinæ supernaturalis, & ad testificandum Deum inhabitante miracula: sed hæc præcipue habent locum in Christo. ergo. Et confirmatur auctoritate Ioan. 5. & 10. Omnia clara sunt.

SV-

SVPER QVAEST. XLIII. ART. II.

COncl. Christus non, nisi uirtute diuina, fecit miracula.

¶Prob. 1. Quia miracula, quæ fecit Christus, erant uera (ar.1. cum ipse sit ueritas Ioan.14.):& vera miracula sola uirtute diuina fieri possunt. 1. q.110.art.4 Secundo, Quia Leo Papa dicit quod in Christo natura diuina fulget miraculis.

235

3. d.15.q. 1.ar.3. co. Et d.16.q. 1 art.3.co. & ad 4. Et 4. d.5.q.1. a.1. Et op. 11.c.17.

1m maior. Virtus diuina est omnipotens. R. Et cōgruenter faciēs quęcunq; facit.§.Vt habetur ex.1.q.19.ar.4.& q.25.art. 3. 4. 5. Tunc nihil, &c. Non enim fuit ratione impotentiæ, quod virtus diuina Christi non faceret aliqua miracula alicubi; sed ratione incongruentiæ, quia scilicet alicuius loci homines ꝓpter peccata sua reddebant se indignos ad hoc; vt istud bonum participarent, idest ut miracula fierent in patria ipsorum. Incongruum siquidem & a simili est; quod forma introducatur in materiam indispositam · quare nec Deus, licet sit omnipotens, numquā hoc faciet; non ratione impotenciæ, sed ratione incongruentiæ. Hoc ergo, quod dicitur, Non poterat ibi, &c. vt in tex. Ex quo patet: ꝙ ibi ly non poterat, est idem, quod ly non congruum erat. Similiter ergo Genes.18. ly Nū celare potero? est idē, quod ly Num congruū est, ut cœlem? & Genes.19. ly non potero facere, est idem, quod ly non est congruum, me facere. Hoc & ab exemplo modi loquendi apud homines, etiā maximę authoritatis, patet: qm̄ Rex uel Imperator, vel Papa dicit qñq; supplicibus, aut baronibus suis; Nō possumus hoc facere. i. nō decet, non expedit, non est congruū, seu conueniens, facere hoc, seu facere sic, vel sic. Possent quidē absolute maiores illi facere illud; nec huius cōtrarium. s. ꝙ absolute nō possint, uolunt per talia uerba sua intelligi (sicut nec apud sapientes intelligitur): sed tamen uerè non possunt attenta congruitate rei, de qua tunc fit sermo; & hoc uolunt per talia uerba sua intelligi (sicut & apud sapientes intelligit.) Portò mirum tibi non sit; ꝙ scriptura sacra tali modo loquendi apud homines consueto ibi Matt.6. Genes.18.19. utatur: quoniam ipsam, vt quæ data sit hominibus, cōdecet modis loquēdi hominum (quantum cū ueritate potest) condescendere ipsis uidelicet utendo; vt facilius ab hominib. sic assuetis intelligat. Hanc doctrinam sanam habes a D. Thoma sup epistolā ad Hebr.cap.1. super ly multifariè, multisq; modis. Ibi enim dicit: ꝙ nō est aliquis loquendi modus (s. apud homines) quo sacra scriptura aliquando non utatur.

2m maior. Dei non est orare. R. Tamen hominis, qui etiam Deus est, est orare, secundum ꝙ homo est.§.Tūc nihil, &c. Christus.n. secundum humanitatē suam orabat; & secundum diuinitatem suā miracula faciebat. Si vero instetur dicendo; ad quid ergo orabat? Respondetur: ꝙ non orabat propter necessitatē suffragii.i.vt sibi pro faciendis miraculis cōmunicaretur uirtus, quandocunq; ipse faciebat, ut Deus; sed tunc orabat propter exemplum.i. vt ex hoc signo nos in hanc credulitatem adduceret, ꝙ ipse etiam sm̄ Deus & est a patre.1.q.33.ar.1. ad. q.34.ar.1.2. (prout exponit D. Chrysost.) & est ab eo ad incarnationem missus (prout exponitur Ioan.11.) Tūc enim, quando.s. Christus miracula faciebat, vt Deus, nullius auxilio indigebat: qm̄ ipse, vt Deus, est patri æqualis in potentia. 1.q.42. artic.6. cum Elucid. ad quod significādū faciebat aliqñ (& fecisset semper, si uoluisset) miracula potestatiue. Dixi ly quandocunq; ipsa faciebat, vt Deus; ad differentiam faciendi miracula, vt homo. Quod.n. qñq; miracula fecerit, vt homo, patet a fortiori: qm̄ si aliquis alius sanctus vt homo (cum purus homo sit) facit miracula.1.q.110.art.4 ad primum. & secundū. multo magis Christus faciebat quandoque miracula, vt homo. Sic igitur illa faciens indigebat auxilio suæ diuinitatis, quæ est una cum patre, vt s. humanitati ipsi, tamquam instrumento sibi hypostatice coniuncto. q.2. ar.6. ad quartum, diuinitas cōmunicaret uirtutem ad faciendū miracula: & consequēter loquendo de Christo, vt sic faciente miracula, oratio fiebat ab ipso & propter necessitatem fidei huius. s. quod ipse secundum humanitatem, secundum quā tunc miraculum operabatur, est minor patre. 1.q.42.art.4.ad primum. & propter necessitatem suffragii, modo prædeclarato.

3m minor. Ea, quæ Christus faciebat, poterant fieri virtute alicuius creaturæ. R. Negatur; formaliter loquēdo de factis a Christo.§.Idest; modo illo, quo Christus ea faciebat. Ad probationem dicitur; ꝙ est inualida: tum quia est blasphemum id, quod dicunt pharisæi; tum quia admissa etiam hac vniuersali implicite ibi præsupposita ab eis, scilicet quod unus diabolus potest eiicere alium, adhuc nihil probatur. Non.n.ex hoc habetur:

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus fecerit miracula diuina uirtute.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus fecerit miracula diuina virtute. Virtus enim diuina est omnipotēs: sed videtur quod Christus non fuerit omnipotens in miraculis faciendis: dicitur enim Matth.6. quod non poterat ibi, scilicet in patria sua, uirtutem ullam facere. ergo videtur ꝙ nō fecerit miracula uirtute diuina.

¶ 2 Præt. Dei non est orare: sed Christus aliquando in miraculis faciendis orabat, vt patet in suscitatione Lazari Ioan.11. & in multiplicatione panum, vt patet Matth.14. ergo videtur quod non fecerit miracula virtute diuina.

¶ 3 Præt. Ea, quæ uirtute diuina fiunt, non possunt uirtute alicuius creaturæ fieri: sed ea, quæ Christus faciebat, poterant fieri in uirtute alicuius creaturæ: vnde & pharisæi dicebant, quod in Beelzebub principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia. ergo videtur quod Christus nō fecerit miracula uirtute diuina.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Ioan.14. Pater in me manens, ipse facit opera.

RESPON. Dicendum, quod sicut in prima parte habitum est,* vera miracula sola uirtute diuina fieri possunt: quia solus Deus potest mutare naturæ ordinem, quod pertinet ad rationem miraculi. vnde Leo Papa dicit in epist.* ad Flauianum, quod in Christo sunt duæ naturæ, vna.s. diuina, quæ fulget miraculis, altera, scilicet humana, quæ succumbit iniuriis. Et tamen vna earum agit cum communione alterius, inquantum, scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana virtutem accepit a natura diuina; sicut supra habitum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc, quod dicitur, non poterat ibi ullam uirtutem facere, non est referendum ad potentiam absolutam: sed ad id, quod potest fieri cōgruenter: non enim congruū erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde subditur, Et mirabatur propter incredulitatem eorum, secundum quem modum dr̄ Gene.18. Num cęlare potero Abraham, quæ gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Chrysostom.* dicit sup illud Matth.14. Acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, benedixit, & fregit, oportebat credi de Christo qm̄ a patre est: & quod ei æqualis est: & ideo vt utrumque ostendat, nunc quidē cum potestate, nunc autem orans miracula facit, & in minoribus quidem respicit in cœlum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate agit, puta quando peccata dimisit, mortuos suscitauit, quod autē dicitur Ioan.11. quod in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, non propter necessitatem suffragii, sed propter exēplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum, qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Christus alio modo expellebat dæmones, quam uirtute dæmonum expellantur. Nam uirtute superiorū dæmonum, ita dæmones a corporibus hominum expelluntur, ꝙ tamen remanet dominium eorum, quantum ad animam: non enim cōtra regnum suum diabolus agit: sed Christus dæmones expellebat non solum a corpore, sed multo magis ab anima: & ideo dn̄s blasphemiā pharisæorum dicētium eum in uirtute dæmoniorum dæmonia eiicere reprobauit. primo quidem per hoc, ꝙ sathanas cōtra seipsum non diuiditur, secundo, exemplo aliorum, qui dæmonia eiiciebant per spiritum Dei. tertio, quia dæmonium expellere non posset, nisi ipsum vicisset virtute diuina quarto, quia nulla cōuenientia in operibus, nec in effectu erat sibi, & sathanæ, cū sathanas dispgere cuperet quos Christus colligebat.

*1.p.q 110 ar.4.

*Epist. 10. c.4. parum a prin.

*q.13.ar.3

*Hom.50. in Matt. a prin. to.2.

AR-

betur: quòd qualiter illa opera Christus faciebat, possent taliter fieri virtute alicuius creaturæ. Nam Christus alio modo expellebat dæmones, quam &c. vt in tex. Vbi a ly ideo Dominus blasphemiam &c. vsque in finem, patet illud alterum, quod dicebat, scilicet quod dictum pharisæorum est blasphemum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem tum directam (hæc est in corp.) tum indirectam (hæc est solutio argumentorum. Quod & semper subintelligitur in similibus appendicum locis) interimas hæresim Iudæ Scarioth dicentis seu existimantis (vt loquitur Beatus Hieronymus super Matth.); quod Christus non Maiestate diuina, sed magicis artibus fecerit miracula. Secundo habes; quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari a Ioan. 10. Pater &c. vt in argumen. contr. Item a Luc. 11. Omne regnum &c. Vbi ponuntur illæ quatuor rationes, quæ in respon. ad tertium hic recitatæ sunt, contra hæresim prædictam directe pugnantes, eamque efficacissime expugnantes. Nam Iudas Scarioth in hoc conueniebat cum pharisæis illis: quapropter omnium eorum simul eadem damnatio est. Item a Ioan. 5. ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Hoc est. Ego veni opera miraculosa faciens inter vos in virtute patris mei, idest in virtute vere Diuina: alius autem, idest Antichristus veniet faciens signa mirabilia in virtute propria, idest magica, idest per priuatos contractus cum diabolo. 2.2.q.110.art.4.ad secundum. Vnde & Apostolus de Antichristo dixit 2. Thessal. 2. cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus; & in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt; eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationē erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Ecce: quam subtiliter Apostolus ex opposito ad Antichristum declarat: miracula Christi fuisse non secundum operationem Sathanæ, non mendacia, non seductoria, non iniqua, non operationem erroris, idest erronea; sed fuisse ex charitate veritatis, idest ex virtute Dei (qui vera & summa charitas est 1. Ioan. 4.) facta; & quantum est de se, conducentia homines ad hoc, vt salui fierent, & vt crederent veritati, & ut non consentirent iniquitati, idest conducentia homines ad salutem, ad verā fidem, & abstrahentia ipsos ab iniquitate, & mendacio. Quorum omnium contrarium habent, secundum eundem Apostolum ibi, mirabilia Antichristi, idest miracula facta per operationem Sathanæ, seu (quod idem est) per artem magicam. Item damnatur a 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei; vt dissoluat opera diaboli. Ergo, vt damnet, non vt exerceat, artes magicas. Item ab hoc, quod dicitur Actu. 19. multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros; & combusserunt eos coram omnibus. Nam per ly curiosa, intelliguntur (iuxta sacros expositores) artes magicæ. Damnat igitur Ecclesia Apostolica abunde illam hæresim de capite ex facto hoc suo: quo etiam a membris Christi futuris prohibet artes magicas, talium artium libros tollit (non obstante valore grandis pecuniæ in contrarium; vt ibi) illosque condemnat ad ignem. A schola ergo Christiana magicas artes semper fuisse pro- fas alienas; per hanc executionem Sanctorum Apostolorum apertè demonstratur. Item a 2. Corinth. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Christus enim factus est nobis iustitia. 1. Corinth. 1. & est lux vera, Ioan. 1. & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. Ioan. 1. Item ab ipsismet dæmonibus dānatur hæresis illa per hoc, quòd se a Christo totaliter alienos confitentur dicentes Marc. 1. Quid nobis, & tibi, Iesu Nazarene? Sed & Christus aperte illam hæresim damnat per hoc quod testimonium, quamuis secundum se uerum, a dæmonibus etiam vltrò sibi oblatum recusauit, & quidem cum indignatione magna; ostendens facto ipso, quod neque indiget auxilio aliquo diabolico, neque vult ipsum, ad operandum ea, quæ facturus est. Spiritui enim immundo dicenti Marc. 1. scio, quod sis sanctus Dei, comminatus est Iesus dicens; obmutesce, & exi de homine. Et Luc. 4. Exibant dæmonia a multis clamantia & dicentia; quia tu es filius Dei. & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Ex his ergo patet ly quid nobis, & tibi? supra Marc. 1. & ly Quæ conuentio Christi ad Belial? supra. 2. Corinth. 6. Cæterum, quoniam Iudas Scarioth pro hæresis suæ fundamento uidetur habuisse hanc aliam, scilicet quod Christus non esset verus Deus (Alioquin quomodo in alicuius mentem cadere possit umquam; quod verus Deus miracula faciat magicis artibus?); & hanc aliam scilicet quod Christus esset peccator. (Quis enim credat; aliquem sine peccato uti arte magica?): ideo ad subruendum omnino duplex hoc eius phantasticum falsumque fundamentum; & consequenter ad radicitus extirpandam illam hæresim in principio appendicis dictam; vide ea, quæ sequuntur. Videlicet, quod Christus sit uerus Deus, supra in hac par. 3. articulorum numero 17. 42. 107. 139. 189. cum Elucid. Vbi in 107. specialiter considerabis Bullam Papæ Pauli IIII. damnantem contrarium, tamquam plusquam hæresim. Christus verò non alius a Deo, sed ipse Deus, fecit miracula: secundum Concilium quintum generale Constantinopoli celebratum action. seu confessio. 8. cap. 3. dicens. Siquis dicit: alium esse Deum verbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est; vel Deum Verbum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse vt alterum in altero; & non vnum eundemque Christum Dei Verbum incarnatum, & hominem factum; atque eiusdem miracula, & passiones, quas spōte passus est in carne: talis anathema sit. Hæc ibi. Quod autem in Christo non sit, neque possit esse, peccatum (contra hæreticale fundamentum Iudæ) uide supra articulorum numero 90. 91. cum Elucid. Et a fortiori ex quæst. 27. artic. 4. dicente, quod beata uirgo numquam peccauit uenialiter, inferas de Christo idem. Item vide Additi. n. q. 16. art. 2. ad secundum. cum Eluc. Porrò contra illam eiusdē Scariothis principio narratam iuuabunt adhuc, si bene (quod facile est) applicentur, dicta de veritate miraculorum in Ecclesia, factorum et a sanctis; supra articulorum numero 146. & 2. 2. articul numero 844. & prima parte articulor. numero. 518. semper vbique cum Elucid. Et in Veritatibus aureis super totam legem veterem. Exod. 18. concl. 2 & Num. 14 concl. 3. Tertio vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo sunt. Primo, respondetur quæsito; Christus fecit miracula virtute diuina. Probatur: quia vera miracula sola virtute diuina fieri possunt; & confirmatur auctoritate Leonis. Secundo, respondet tacitæ quæstioni. Quid de humanitate Christi, numquid faciebat miracula? & dicit quod vtraque natura agebat miracula; communione tamen alterius, scilicet diuinæ. Et declarat modum, & quoad naturas quia humanitas erat instrumentum diuinitatis, & quo ad actionē: quia humana actio virtutem accepit a natura diuina: quæ ex superius explanatis clara sunt.

¶ Responsionem quoque ad tertium, ex Luc. 11. cap. habes.

SVPER Q. XLIIII.

ART. III.

CONCL. Christus non debuit facere miracula in prima ætate; nec ante, quā docere inciperet: & consequenter facere ipsa nō debuit ante ætatem perfectam.

¶ COROLL. Ergo (ad literam tituli applicando uirtutem conclusionis)

4. dis. 44. in expositione lit. Et o. 11. ar. 18. & Io. 1. le. 22 & c. 2 le. 1. fi. & ca. 15. lo. 5. fin.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus inceperit facere miracula in nuptiis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Christus non inceperit miracula facere in nuptiis, mutando aquā in uinum. Legitur enim in lib. de infantia Saluatoris, quod Christus in sua pueritia multa miracula fecit: sed miraculum de conuersione aquæ in uinum fecit in nuptiis trigesimo, vel trigesimo primo anno suæ ætatis. ergo uidetur quod nō inceperit tunc miracula facere.

¶ 2 Præt. Christus faciebat miracula secundū virtutē diuinam: sed virtus diuina in eo a principio suæ cōceptionis erat; ex tunc enim fuit Deus, & homo. ergo videtur quod a principio miracula fecerit.

¶ 3 Præt. Christus post baptismū, & tentationē cepit discipulos congregare, vt legitur Matth. 4. & nis) Christus incepit facere miraculum in nuptijs. Tunc enim nō erat in prima ætate, sed in ætate perfecta, & iam docere inceperat (vt patet ex collatione Euangeliorum Matt. 4 Luc. 3. Ioā. 1.); nec post ætatem perfectam, atq; doctrinam, fecit miraculum aliquod (quod legatur) ante illud de uino in nuptiis. Est autem con-

tra ratinuem (vt patet) de hystoriographis grauibus & fidelibus (quales procul dubio sunt Euangelistæ) suspicari: quod in texendo ueritatem hystoriæ, maxime circa factum pertinens excellenter ad subiectum principale eiusdem hystoriæ, fabricent aliquod notabile. Quis vero nesciat; & q Christus est principale subiectũ Euangelij, dicēte Apostolo Rom. 1. qđ ante pmiserat de filio suo; & q primũ miraculũ importat aliquid excellenter notabile, quo ad dignitatis Christi noti cium incipientem.

¶Prob. Quia Chrs per miracula sic debuit deitatem ostendere, vt crederetur veritas humanitatis suæ (cum vtrãq; credere in ipso sit necessarium ad salutē. q. 36. ar. 1. 4.): & ipsum miracula in prima ætate facere derogasset credulitati de ueritate humanitatis eius (vt patet ex D. Chrysost.). Secunda aũt pars. s. nec ante &c. probaĩ. Quia miracula Christi facta sunt ad confirmationē doctrinę eius (vt patet ar. 1.) Et illud, quod fit cõfirmationē alterius, nõ dēt fieri ante ipsũ (vt patet ex terminis.) Tertia uero ps. s. & cõsequēter &c. probaĩ, qa Christus nõ debuit docere ante ætatē perfectam. q. 39. ar. 3.

*q. 39. ar. 3
*Hom. 20. in Io. parũ ante med. to. 3.

1^m illatio conclusionis. Ergo videt, q non &c. ℞. Negatur illatio. §. Proceditur. n. ex falso. Nam liber de infancia Saluatoris mēdaciosus, & fictitius est: vt qui cõtineat opposita dictis Euangelicis, puta dicto Ioãnis Baptistæ (vt declarat text.) Cuius tex. doctrina cõfirmaĩ ex Papa Gelasio dicente in Decretis dist 15. cap. Sancta Romana. Liber de infantia saluatoris, apochryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obstetrice saluatoris, apocryphus. Hæc ibi.

*Hom. 16. in Io. circa med. illius to. 3.

2^m maior. Christus faciebat miracula sm uirtutem diuinã. ℞. Sic tamen; vt ex operatione miraculorum nõ præiudicaretur fidei de ueritate humanitatis eius. §. Tunc n. &c. Nam si in prima ætate fecisset per seipsum modo, quo post in ętate perfecta fecit miracula (quod dico propter miraculum de stella, de egressu suo ex clauso utero uirginis matris, de nocte illa in diem mutata) hoc fuisset in præiudiciũ fidei, de ueritate carnis. i. humanitatis eius. Aestimassent. n. homines; phãtasma esse incarnationē. Nec obstat; q aliqui. s. Manichæi hoc postea æstimauerint: quoniam hi, cum suis similibus, occasionem ex bono tantum accepta (vt olim de quibusdam dicebatur Rom. 7.) talem insaniã propter defectum proprium incurrerunt; id quod nullo modo redundat in defectum uel minimum Christi (vt, a simili, uisum est. q. 42. artic. 2. cum Elucid.) Nunc autem de occasione data fit disputatio: quæ cum redundet in aliquem defectum operantis ita, scilicet quod sua operatio est aliquo modo defectuosa (alioquin ex operatione sua non daret aliquam occasionem mali) non potest cadere in Christum: & propterea dicimus, quod ipse non debuit a principio facere miracula (vt exposuimus); ne ex hoc hominibus daretur occasio mali huius, idest æstimandi quod non esset uerus, sed phantasticus, homo.

3^m minor. Discipuli præcipue congregati sunt ad ipsum propter miracula. ℞. Negatur. §. Nam hocipsum ad laudem discipulorum, &c. vt in tex. Tanto autem magis negatur; quanto dicit ly præcipue. Causa enim præcipua, qua credendo homines sequuntur dominum, non est miraculum aliquod; sed interior instinctus spiritussancti: quapropter & fides dicitur donum Dei, Ephes. 2. vide 2. 2. quæstio. 2. art. 9. ad tertiũ. Ad probationem dicitur: quod nihil probat contra Beatum Gregorium, & consequenter nec contra responsum formale negans de

Ioan. 1. sed discipuli præcipuè congregati sunt ad ipsum propter miracula, sicut dicit Luc. 5. quòd Petrũ vocauit obstupescētem propter miraculum, quod fecerat in captura piscium. ergo videtur quod ante miraculum quod fecit in nuptijs, fecerit alia miracula.

Sed contra est, q dicitur Io. 2. Hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilææ.

Respon. Dicendum, q miracula facta sunt a Christo propter confirmationem doctrinæ eius, & ad ostendēdam virtutem diuinam in ipso: & ideo quantum ad primũ non debuit ante miracula facere, q̄ docere inciperet: non autem debuit incipere docere ante perfectã ætatem, vt sup. habitum est, *cũ de baptismo eius ageretur. Quantum autem ad secundum, sic debuit per miracula deitatem ostendere, vt crederetur ueritas humanitatis ipsius, & ideo sicut dicit Chrysost. * super Ioan. decenter non incæpit signa facere in prima ætate: æstimassent enim phantasma esse incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent.

Ad primvm ergo dicendum, quod sicut Chrysost. * dicit super Ioan. ex verbo Ioannis Baptistæ dicētis. Vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans, manifestum est, q illa signa, quæ quidam dicunt in pueritia a Christo facta, mēdacia, & fictiones sunt. Si enim a prima ætate miracula fecisset Christus, neque Ioannes eum ignorasset, neque reliqua multitudo indiguisset magistro ad manifestandum eum.

Ad secvndvm dicendum, quod Dei uirt⁹ operabatur in Christo, secundum q erat necessarium ad salutem humanã, propter quam carnē assumpserat: & ideo sic miracula fecit uirtute diuina, vt fidei de veritate carnis eius, præiudicium non fieret.

Ad tertivm dicendum, q hoc ipsum ad laudem discipulorũ ptinet, q Christum secuti sunt, cum nulla eum miracula facere vidissēt, sicut Greg. * dicit in quadam Hom. Et vt Chryso. † dicit, tunc signa maximè necessarium erat facere, quãdo discipuli iam congregati erant, & deuoti, & attendentes his, quæ fiebant. Vnde subditur, Et crediderũt in eum discipuli eius non quia tũc primum crediderunt, sed quia tunc diligentius, & perfectius crediderunt. Vel discipulos uocat eos, qui futuri erant discipuli: sicut exponit August. * in lib. de consensu euãgelistarum.

AR-

illam minorem ad mentem ipsius. Nam B. Gregorius loquitur de miraculis non absolute, sed talis speciei, puta circa hominum factis; quæ specialium Messiæ signa fore dicit Isa. 35. Tunc (idest cum uenerit Deus noster ad saluandum nos) aperientur oculi cæcorum, aures surdorum patebunt, saliet sicut ceruus claudus, aperta erit lingua mutorum. Viderat siquidem Diuus Gregorius Euangelium Ioan. 1. 2. & Luc. 5. & consequenter optime nouerat; quod discipuli, de quibus narrat Matth. 4. vbi etiam ipsemet facit homiliam citatam in hoc textu, uiderant miracula Christi circa irrationales creaturas; antequam uocarentur ad totalē Christi sequelam, de qua ibidem Matth. 4. Vel potest adhuc dici: quod Diuus Gregorius loquendo ibi super Matthæum non intendit extendere dictum suũ vltra ea, quæ leguntur in Matthæo. Patet autem: quod Matthæus nullum miraculum a Christo factum narrauerat; antequam introduceret capit. 4. vocationem discipulorum. Cæterum, si de discipulis omnino uniuersaliter loquamur, congregati sunt sine miraculorum præuisione ad Christum: vt patet Ioann. 1. vbi ex auditu illo, scilicet Ecce agn⁹ Dei, tunc primo secuti sunt ipsum. Et ex tunc uocantur discipuli eius Ioann. 2. Licet nõdum essent eius discipuli modo illo perfecto, quo postea Mat. 4. futuri erant. Ex his patet: qđ maior argumenti intelligi debet de discipulorum congregatione vltima, in ly Matth. 4. & congregatione prima, in ly Ioan. 1. Et sic distinguendo; facilius omnia consona esse intelligantur in articulo.

*Gre. ho. in euãg. in prin.
† Chryso. ho. 22. in Ioã. paulo a prin. t. 3.
*lib. 2. c. 17 a me. to. 4.

APPENDIX.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas meritò esse insinuatum à scripturis, quod prius non fecit miraculum aliquod Christus, quam in nuptijs. vt per hoc, quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit, &c. vt in argumen. contr. Vbi referendum est ly initium signorum, ad signa absolutè, idest ubilibet facta (alioquin nihil concluderet D. Thomas pro intento suo): non autem ad signa facta solum in Cana Galilææ. Non enim ab Euangelista adducitur locus, scilicet Cana, quasi quod primum miraculum factum in Cana fuerit hoc, scilicet de aqua in uinum: sed adducitur ad certitudinem apud homines (sicut & ad talem finem & commemoratio filiorum Simonis Cyrenæi adducta est Marc. 15. Angariauerunt Simonem Cyreneum patrem Alexandri & Ruffi), ac si dicatur: miraculũ a Christo factum fuisse de aqua in uinum, possunt certò cognoscere homines; si interrogentur ij, qui habitant in Cana. Adeo quod ly Cana, se tenet ex parte subiecti tanquam circunstantia factionis miraculi; non autem ex parte prædicati tanquam limitatio primitatis miraculi. Vt dicamus; Miraculum de aqua factum in Cana, fuit primum: non autem ut dicamus; Miraculum de aqua factum fuit primum in Cana; quasi q non fuerit primum absolute. Ac si apertius dicaĩ. Miraculũ de aqua fuit factũ in Cana & nõ alibi; miraculũ uerò idē fuit primũ in Cana, & alibi. Exponaĩ ergo per appositionē dictũ Euãgelistæ sic. Hoc, appositiuè, initiũ signorũ suorũ, fecit in Cana. i. fecit I Cana hoc signũ, quod est initiũ signorũ. i. primũ inter oĩa signa a Christo facta. Et non replicetur ly in Cana; dicendo, facta in Cana. Expositio hæc sic a sancto doctore intenta confirmatur ex eo; q mox subiungitur ly & manifestauit gloriam suam. Vt dicamus conformiter

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

formiter ad D.Chryſoſtomum, in quodam ſimili. Ex uerbo (inquit) Ioannis Baptiſtæ dicentis, vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego, manifeſtum eſt; quod in prima ætate Chriſtus miracula non fecit. Si enim tunc miracula feciſſet; multitudo non indiguiſſet magiſtro ad manifeſtandum eum. Sic igitur et conformiter in noſtro propoſito dicamus. Ex eo, quod miraculo facto in Cana Galilææ Chriſtus manifeſtauit gloriam ſuam, patet: quod prius non manifeſtauerat gloriã ſuam, miracula faciendo. Si enim prius per aliquod miraculum gloriã ſuam manifeſtaſſet; diſcipuli cum aſtantib. non indiguiſſent iſto miraculo in Cana facto, tanquam quodam magiſtro, ad manifeſtandũ gloriã Chriſti. i. vt ſibi ipſis ab ipſo miraculo manifeſtaretur gloria Chriſti. Secundò vides quomodo ex ijs bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, occaſionem ex euangelij uerbis habens.

¶ In corpore una concluſio: Chriſtus incepit miracula facere in nuptijs. Probatur: Miracula Chriſti ſunt, vel ad confirmãdam doctrinam eius, vel ad monſtrandam eius deitatem facta: ſed propter vtrumque debuit in ætate perfecta incipere miracula. ergo. Aſſumptum ex primo articulo patet. Minor quo ad vtramque partem probatur clare, & ſigillatim, in litera.

¶ Vbi ſcito, quod ex huiuſmodi ratione, licet non habeatur niſi quòd miracula Chriſti inceperunt in ætate perfecta, quando incepit docere, hoc eſt, poſt baptiſmum Ioannis, iuxta uerbum Petri. Actu. 1. Incipiens a baptiſmo Ioannis, quia tamen nullum legitur miraculum ante nuptias factum, & Ioannes Baptiſta toto illo primo anno monſtrauit eum, & Ioannes euangeliſta in anniuerſario die quo nuptias celebratas credit eccleſia, dicit, Hoc initium ſignorum fecit Ieſus, &cæt. ſatis rationabiliter affirmatur, quod illud fuit primum miraculum ſimpliciter: quod Chriſtus fecit: quod etiam confirmatur ex eo, quod Ioannes euangeliſta non eſt proſecutus ſecundum, & tertium miraculum in Cana Galilææ, quod proſequendum erat, ſi primum non ſimpliciter, ſed in Cana Galilææ ſcribere ſe propoſuiſſet, & non potius initium ſignorum ab omnibus circunſtantijs deſcribere ſe monſtraſſet.

¶ Et hoc idem patet, ex eo, quòd ſubiungit euangeliſta. Et manifeſtauit gloriam ſuam. non dicit in Cana Galilææ: ſed ſimpliciter, & abſolute. Et manifeſtauit gloriam ſuam proculdubio prius latentem: quia miraculis adhuc nõ claruerat illius natura diuina, quæ tunc cœpit miraculis corruſcare.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum miracula per Chriſtum facta ſufficienter eius diuinitatem oſtenderint.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod miracula, quæ Chriſtus fecit, non fuerint ſufficiẽtia ad oſtendendam humanitatem ipſius. Eſſe enim Deum, & hoiem, proprium eſt Chriſto: ſed miracula, quæ Chriſtus fecit, etiam ab alijs ſunt facta. ergo videntur, quod non fuerint ſufficientia ad oſtẽdendam diuinitatem ipſius.

¶ 2 Præt. Virtute diuina nihil eſt maius: ſed aliqui fecerunt maiora miracula, quam Chriſtus: dicitur enim Ioann. 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet & maiora horum faciet, ergo uidetur quod miracula, quæ Chriſtus fecit non fuerint ſufficientia ad oſtendendam diuinitatem ipſius.

¶ 3 Præt. Ex particulari non ſufficiẽter oſtenditur vniuerſale: ſed quodlibet miraculorũ Chriſti fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorum potuit manifeſtari ſufficienter diuinitas Chriſti, ad quam pertinet uniuerſalem uirtutem habere de omnibus.

SED CONTRA eſt, quod Dñs dicit Io. 5. Opera, quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipſa teſtimonium perhibent de me.

RESP. Dicendum, quòd miracula, quæ Chriſtus fecit, ſufficientia erant ad manifeſtandam diuinitatẽ ipſius, ſecundum tria. Primo quidem, ſecundum ipſam ſpeciem operum, quæ tranſcendebant omnem poteſtatẽ creatæ uirtutis: & ideo non poterant fieri niſi uirtute diuina. Et propter hoc cæcus illuminatus dicebat Io. 9. A ſæculo non eſt auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati: niſi eſſet hic a Deo, non poterat facere quicquam. Secundo, propter modũ miracula faciendi: quia. s. quaſi ex propria poteſtate miracula faciebat: nõ autem orando, ſicut alii. Vnde dicitur Luc. 6. quod uirtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Per quod oſtenditur, ſicut Cyrillus dicit, quod non accipiebat alienam uirtutem: ſed cũ eſſet naturaliter Deus propriam uirtutem ſuper infirmos oſtendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat. vnde ſuper illud Mat. 8. Eiiciebat ſpiritus uerbo, & omnes malè habentes curauit, dicit Chryſoſt. * Intende quantam multam multitudinem curatam tranſcurrunt euangeliſtæ, non unumquodq; curatum enarrãtes, ſed uno verbo pelagus ineffabile miraculorũ inducẽtes. Et ex hoc oſtendebat, quod haberet virtutẽ coæqualẽ Deo patri, ſecundum illud Io. 5. Quæcunq; Pr facit, hæc & Filius ſimiliter facit. Et ibidẽ, Sicut Pr ſuſcitat mortuos, & uiuificat, ſic, & Filius hois, quos uult uiuificat. Tertio ex ipſa doctrina, qua ſe Deũ dicebat, quæ niſi uera eſſet, nõ cõfirmaret miraculis diuina uirtute factis, & ideo dr Matt. 1. Quænã doctrina hæc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immũdis imperat, & obediunt ei?

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod hæc erat obiectio gentilium. Vnde Aug. * dicit in epiſt. ad Voluſianum: nulla, inquiunt, competentibus ſignis tantæ maieſtatis indicia claruerunt: carnalis illa purgatio, qua ſcilicet dæmones effugabat, debilium cura, reddita uita defunctis, ſi, & alii cõſiderent, Deo parua ſunt. Et ad hoc reſpondet Aug.

Per. 41. conc. 6.

SVP. Q. XLIII. ART. IIII.

237 3. d. 15. q. 1. ar. 1. & d. 6 q. 1. art. 3. cor. Et 1. cõt. c. 6. Et lib. 4 c. 55. ad 8. Et quol. 2. ar. 6. ad 4. Et Io. 15. lẽ. 5.

CONC. 1. Miracula, quæ Chriſtus fecit, erant ſufficientia ad manifeſtandum deitatem ipſius.

¶ PROB. Quia hoc patet & ex ſpecie operum a Chriſto factorum; & ex modo faciẽdi ipſa; & ex confirmatione doctrinæ ſuæ per ipſa, qua ſe eſſe Deum dicebat (vt de his tribus ſingillatim per ordinẽ declaratur in tex.).

¶ NOT. Tria hæc probationis media coniunctim ſumenda ſunt ad hoc: vt clarius & firmius probetur intentum concluſionis. Tertium itaque medium fit quaſi neruus, & uinculum perfectionis aliorum priorũ: & ſic, idiotis etiam atq; proteruis, efficaciſſime demonſtratum erit, quod miracula Chriſti conuincunt; ipſum eſſe uerum Deum. Quis enim idiota uel proteruus cõcipiat unquã, quod Deus poſſit eſſe teſtis falſitatis: cum natura etiam dictet cõtrarium? Cum igitur miraculũ (vt patet in Pſal. 71. ſi. & ex eius diffinitione. 1. q. 110. ar. 4. corp.) nõ poſſit fieri niſi per uirtutem Dei, patet: quòd miraculum non poteſt fieri in proteſtationem falſitatis; & conſequenter quod impoſſibile eſt, aẽm illam non eſſe ueram, in cuius ueritatis proteſtationem fit uerum miraculum, id eſt ad quam demonſtrandam eſſe ueram fit miraculum uerum (de tali enim ſemper loquimur.). Hoc cognouit & diabolus omniũ proteruiſſimus: quãdo, vt a coniecturali notitia de Chriſto, quòd eſſet filius Dei, aſcendere uolens ad certiſſimam, petijt ab eo miraculum in proteſtationem huius dicẽs Matt. 4. Si filius Dei es, dic; vt lapides iſti panes fiant. Hoc eſt. Fac miraculum ad demonſtrãdum; quod hoc ſcilicet te eſſe filium Dei, ſit uerum. Nec de filio Dei quomodocunque ſumpto, puta adoptiuo, loquebatur: ſed de filio Dei naturali, id eſt eiuſdem naturæ exiſtente cum Deo patre. In cuius euidem ſignum nõ ait, Fac; ſed, Dic; ut &c. Sciebat enim quod ſolius ueri Dei dicere eſt ſuum facere, quo ad tranſmutationem formæ ſubſtantialis (vt patet. 1. q. 105. ar. 1. & q. 110. art. 2.): licet quo ad tranſmutationem formæ accidentalis dicere etiam Angelorũ ſit facere, inquantum corpora obediunt ipſis ad nutum quantum ad motum localem. 1. q. 110. ar. 3. Ideo ſathan, vt de uerò Deo inquiſitionem formaret, nõ inquit; Dic, vt lapides iſti fiant nigri, rubei, vel quod moueãtur localiter; ſed ait, Dic, vt lapides iſti panes fiãt: quia mutatio qualitatũ, locorũ, & ſimilium eſt accidentalis; mutatio autem lapidũ in formã panum comeſtibilium eſt ſubſtantialis.

* Hom. 28. in Mat. paulo a princ. to. 2.

* epi. 3. poſt med. illius to. 2.

1m minor. Miracula, quæ Chrs fecit, & ab alijs ſũt facta. R. Nõ tñ eodẽ, perfectiſſimo mõ, quo Chrs ea fecit: neq; etiam omnia,

Aug.* Fatemur, & nos talia quidem fecisse prophetas: sed & ipse Moyses; & cæteri prophetæ dominum Iesum prophetizauerunt, & ei gloriam magnam dederunt. Qui propterea talia & ipse facere uoluit, ne esset absurdum, quod per illos fecerat, si ipse etiam non faceret: sed tamen, & aliquid proprium facere debuit, nasci de virgine, resurgere a mortuis, cœlum ascendere, hoc Deo, qui parum putat quid plus expectet ignoro. Non homine allum pro alium mundum facere debuit, vt eum esse crederemus, per quem factus est mundus, sed nec maior mundus, nec isti æqualis in hoc fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoque parum putaretur, quæ tamen alii fecerunt, Christus excellentius fecit. Vnde super illud Ioan. 15. Si opera non fecissem eis, quæ nemo alius fecit, &c. dicit Augustin.* Nulla in operibus Christi videntur esse maiora, quam suscitatio mortuorum, quod scimus etiã antiquos fecisse prophetas. Fecit tamen aliqua Christus, quæ nemo alius fecit: sed respondetur nobis, & alios fecisse, quæ nec ipse, nec alius fecit: sed qui tam multa uitia, & malas valetudines, vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum: vt enim taceam quos iubendo, sicut occurrebant, salnos singulos fecit, Marcus dicit, quòd quocumque loco introibat in vicos, aut in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis: sic enim intelligendum est, quod ait in eis, non inter eos, aut coram eis, sed prorsus in eis, quia sanauit eos. Nec tamen alius quicumque in eis talia opera fecit, quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit: hoc autem ipse non illis facientibus fecit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Augustin.* exponens illud verbum Ioan. inquirit, quæ sint ista opera maiora, quæ credentes in eum erant facturi, an fortè quòd ægros ipsis transeuntibus etiam eorum vmbra sanabat? maius est enim quòd sanet vmbra quàm fimbria. Verumtamen quando ista Christus dicebat, verborum suorum facta, & opera commendabat. Cum enim dixit, Pater in me manens ipse facit opera, quæ opera tunc dicebat, nisi verba, quæ loquebatur? Et eorundem verborum fructus erat fides illorum. Verumtamen euangelizantibus discipulis, non tam pauci quam illi erant: sed gentes etiam crediderunt: Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abscessit: & tamen postea, quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi, cum per discipulos loqueretur? Ecce maiora fecit prædicatus a credentibus, quam locutus est audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quod hæc maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait, Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Audi ergo, & intellige, Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Prius ego facio, deinde & ipse faciet: quia facio vt faciat. Quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat, quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quam creare cœlum, & terram: cœlum enim & terra transeunt, prædestinatorum autem salus, & iustificatio permanebit: sed, & in cœlis angeli sunt opera Christi, numquid etiam his operibus maiora facit, qui cooperatur Christo ad suam iustificationem? Iudicet qui

potest

* Episto. 3. post med. illus to. 2.

* Inuenit. 23. trac. in Io. super illud Maiora demonstrabit illis to. 9. lib. 1. Tri. c. 6. circa me. t. 3.

* Trac. 71. in Ioan. a med. to. 9.

omnia, quæ ipse fecit. §. Tunc nihil, &c. Nam demonstratio, quòd quis sit Deus, non consistit proprie in faciendo miracula circa alias creaturas (de quibus est tota. q. 44.); sed principaliter consistit in modo faciendi illa. s. potestatiue, & protestatiue, (vt patet in probat. concl. & not & ar. 1.) consistit etiam in faciendo præcellentia quædam miracula circa seipsum. i. nasci de virgine, resurgere a mortuis, ascendere super omnes cœlos.

¶ EXAM. 1. Ly & ei gloriam magnã dederunt. Hoc est, in proposito contextus. Moyses & cæteri prophetæ in faciendo miracula dederunt magnam gloriam Christo, inquantum. s. faciebant ea in protestationem doctrinæ suæ, qua prædicabant; Christum & esse venturum, & esse Deũ (ut patet exercitatis in doctrina prophetarũ). Hoc autem annotauit. B. August. de prophetis, ad differentiam sociorum ipsorum: ac si contelle xerit, quod sibiipsis talem gloriam magnam non dederunt. Nullus enim prophetarum fecit, nec facere vnquam attentauit, aliquod miraculum in protestationem quod esset Deus: sed nec aliquis eorum in tota doctrina sua dixit, se esse Deum. Miracula ergo prophetarũ antiquorum sunt efficacia ad ostendendum, quod Chrs sit Deus: qm̃ fiebant ab ipsis in protestationem ueritatis prophetiarum suarum; inter quas continebatur hæc. s. q Christus uenturus in mũdũ erat Deus. Si prophetæ ipsi in doctrina sua sibi aliqñ dedissent hãc gloriam. s. quod essent Deus: primo quidem fuissent falsi; & deinde in protestationem suæ doctrinæ, utpote falsũ cõtinentis, miracula nõ solum nulla fecissent, sed nec unquã facere potuissent. Nunc uerò non tñ facere potuerunt, sed & miracula fecerunt, dando magnam hanc gloriã Christo. i. docẽdo, q ipse est De⁹ uerus. Ergo in miraculis prophetarũ stando, impossibile est; quòd Christus non sit uerus Deus. Hæc omnia uirtualiter ex D. Aug. in uerbis pmissis. Ex quibus, tamquã a simili, dicendum est idẽ de SS. Apostolis; sed & de martyrib. confessoribus, uirginibus, alisq; huiusmodi. Hi enim omnes Christo gloriam magnam dederunt. i. docuerunt, Christũ esse uerum Deum: & nemo illorum hanc gloriã sibimetipsi dedit; in cuius euidens signũ, de omnib. sufficiat tactũ & uerba SS. Pauli & Barnabæ narrata, Act. 14. Miracula fecerunt in protestationẽ doctrinæ, & fidei suæ (vt patet in eodem lib. Actuum Apostolorũ & in gestis martyrum, &c.) & per hoc in protestationẽ huius rei. s. quod Christus est uerus Deus. Quæ procul dubio numquã facere potuissent, si non esset uerum illud quod docebant, & credebãt, scilicet quòd Christus est uerus Deus. Non solũ. n. dogma hoc pdicabant; sed etiã hoc erat fundamentum totius uitæ illorum, & ad hoc tota ipsorum doctrina ordinabatur. Ergo, in miraculis Apostolorum, martyrum & c. stando, impossibile est; quod Christus nõ

sit

sit uerus Deus: quoniam ad probandam hanc ueritatem facta fuerunt. Vide; quot innumerabilia & in ueteri & in nouo testamento miracula sufficientia. i. efficacissima sunt ad ostendendã uerã deitatem Christi; quod quidem totum implicite docuit textus per ly & ei gloriam magnam dederunt. Vide no. post probat.

¶ EXAM. 2. Ly quisquis alius homo aliqd eorum fecit, ipso faciẽte fecit; hoc autem ipse, non illis facientib. fecit. Hoc est. Alij a Christo nullum miraculum fecerunt per ptãtem propriã diuisam a Christo. Christus autem fecit miracula per potestatem propriã. Vnde qñ, non orando, sed imperando, alii miracula faciebant; dicebant, in nomine Iesu Nazareni surge; vel sanet te dñs, uel aliquid simile. Christus uero simpliciter imperabat; tanq̃ primam ptãtem habens. Ad quod significandũ Christus de facturis miracula dixit Mar. vlt. In nomine meo (. i. in uirture mea) dæmonia eijcient, linguis &c. & dixit Ioan. 10. opera ego facio in nomine patris mei (. i. in uirtute pris, quæ est numero eadẽ cum uirtute filij).

¶ CORRAL. Ergo p examen secundũ patet quòd Chrs miracula faciebat ptãtiue, alij uero non; & per examen primum, quod alij nõ protestatiue. s. de hoc, quod essent Deus; ab oppositis autem, quod Chrs protestatiue. s. de hoc, qđ ipsemet esset uerus Deus. Ergo per examen vtrũq; fuit declaratum & formaliter responsum. s. ly non eodẽ prorsus modo; & termini post illud respõsum positi. s. ly potestatiue, & protestatiue.

2m illatio conclusionis.

Ergo vs, q miracula, &c. R. Negatur illatio. §. Proceditur n. ex pmissis male intellectis. Nam putat, quod facere opera maiora, quam Christus, sit aliquid maius Deitate; ex quo, cum nihil possit esse Deitate maius, infert postea conclusionem illam falsam: & tamen facere opera maiora, quam Christus, non est illud; id est, Deitatem Christi facere per alios maiora opera, quam per Christum. Non est autem minoris authoritatis, sed maioris, facere aliquid per alios, quam per seipsum. quæstio. 42. artic. 1. ad secundum. & ideo in hoc maxime potestas Deitatis in Christo monstrata est, quod credentibus in seipsum tantam uirtutem contulit in operando: ut ipsi maiora facerent, quam ipse fecerat. Nam ipsi, Christo in ipsis faciente, faciebant illa. Ac si apertè dixisset Christus, Ioann. 14. Qui credit in me opera, quæ ego per meipsum facio, & ipse, me faciente in ipso, faciet: & maiora horum, quæ nunc per me facio, faciam per ipsum, idest, faciam, vt ipse mecum eadem maiora faciat. Deus enim operatur in omni operante, prima quæstio. 105. articulo quinto. maxime uero in operante miracula. 1. quæstio. 110. articu. 4. Ideo, si cum opere

simul

simul computetur modus operandi, Christus semper fecit opera maiora, quam credentes in ipsum; quia ipsu propria uirtute, illi autem non sine virtute ipsius operati sunt: quamuis, si tātum de opere seorsum agatur, ipsi maiora fecerint quam ipse. Sed tamen hoc vltimum non concludit; quod Christi miracula non fuerint sufficientia ad ostendendū ipsius Deitatem (vt patet ex prædictis sextū hunc formaliter summantibus).

3m de maiori.

Ex particulari. B. Quod non est proprium illius agentis. §. Tunc m. &c. Nam quodnis particulare miraculum Christi erat opus proprium Christi: & ideo sufficiēter ostensum est, Christum, &c. vt in sex. fin. Ad cuius, totiusq; articuli, firmitatem clarissimam contra proteruos omnes, ac infideles, dic: quod homines tenebantur, & tenenē, credere Christo, etiam si nulla miracula fecisset; & consequenter etiam si (per impossibile) miracula non fuissent sufficientia ad ostendendum, ipsum esse Deum. Hanc veritatem docet D. Thom. in quolibeto. 2. ar. 6. vbi & exponit illud Ioan. 15. si opera (idest miracula visibilia; uocationem interiorem; doctrinam exteriorē) non fecissem in eis, &c. Quod quidem dictum Ioan. 15. erat primū argumentum, in contrarium.

potest vtrum maius sit instos creare, quā impios iustificare. Certe si æqualis est vtrumque potentiæ, hoc maioris est misericordię, sed omnia opera Christi intelligere, vbi ait, Maiora horum faciet, nulla nos necessitas cogit: horum enim forsitan dixit, quæ illa hora faciebat. Tunc autem verba fidei faciebat: & vtique minus est verba iustitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quam impios iustificare, quod facit in nobis, vt faciamus & nos.

AD TERTIVM dicendum, q quando aliquod particulare opus, proprium est alicuius agentis, tunc per illud particulare opus probatur tota uirtus agentis, sicut cum ratiocinari sit proprium hominis, ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso, quòd ratiocinatur circa quodcumque particulare propositum. Et similiter cum propria uirtute miracula facere sit solius Dei, sufficienter ostensum est, Christum esse Deum, ex quocumque miraculo, quod propria virtute fecit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendat, meritò esse insinuatum a scripturis: quòd miracula Christi fuerunt sufficientia ad demonstrandam deitatem ipsius. i. ad demonstrandum, q Christus esset Deus. Vt per hoc, q dr̄ Ioan. 5. opera, &c. vt in argum. contr. Vbi exponendū patet ly de me. i. de hoc, q ego sum Deus. Item per id, quod dicitur Matt. 6. vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, surge, tolle lectum tuū, & vade in domū tuam. Et surrexit, & abiit, (sublato. s. grabato, Mar. 2.) in domum suam. Patet. n. p ly vt sciatis, &c. q Chr̄s hoc miraculū de paralytico fecit in ꝓtestationē huius rei. s. q ipse sit Deus. Nā, cū soli Deo cōueniat ptātem habere dimittendi peccata. i. ptātiue (vt sup. exam. 2.) dimittere peccata; & miraculum de paralytico Chr̄s faciat ad ostendendū, q habet ptātem dimittendi peccata; cōstat firmiter; q ipse illud miraculum facit ad ostendendū, q sit Deus. Vnde ly filius hoīs, accipitur pro ꝑsona humanitatis; non aūt pro humanitate: nā & ly filius, est nomen s̄m se dicens personam (ut patet). A notiorib. ergo nobis processit in demonstrando ignotū ipsis; qā hoc, q manifeste paralyticū sanauit, tamquā medio vsus est ad concludendū hanc minus notam conclusionē. s. q ptātiue dimisisset ei peccata. s. q esset uerus Deus. Ergo sanitatem hāc miraculosā corporalem nūquā fecisset, nisi esset uerū, quod p ipsam uerum esse protestabatur; qm̄ Deus, cuius solius uirtute fiunt miracula, non pōt negare seipsum 2. Tim. 2. id est, non pōt esse mēdax nec testis falsitatis, cū sit uerax Rom. 3. immò ueritas Io. 14. Restat ergo, quòd miraculū hoc, cū sit ab ipso sic. i. ad talē finem factū, est efficacissimū ad demonstrandū deitatē ueram Chr̄i. Item insinuat̄ illud p hoc, q dr̄ Io. 11. Infirmitas hæc est pro gloria Dei, vt glorificet̄ filius Dei per eam. Est. n. ac si apertiꝰ diceret̄. Infirmitas hæc ordinat̄ tandē ad finē hūc, vt. s. filiꝰ Dei glorificetur per eā: hoc est, miraculū fiendum de resuscitatione Lazari ex hac infirmitate morituri fiet ad hoc, vt filius Dei glorificetur. i. fiet ad ostendendū q filius Dei habet gloriā Dei. i. fiet in ꝓtestationē huius rei. s. q ego sum Deus. Ideo in euāgelio post ly ꝓ gloria Dei, mox subdit̄ ly vt glorificet̄ filius Dei: quasi expositiue dicat̄, filij Dei gl̄ia est gloria Dei, quia filius Dei est Deus. Stāte igit̄ hac ueritate (vt tā patet) q miraculū de resuscitatione Lazari sit factū a Chr̄o in protestationē, q ipse est gloriosus Deus; manifestū tibi fiet, si discurreris s̄m formā de paralytici miraculo supradictā, q hoc miraculū de Lazaro est efficacissimū ad conuincendū ēt proteruos de hoc, q Chr̄s est Deus. Qūo aūt simul stēt ista duo. s. q illa opa sint uisa, & q̄ nō sint credita. i. (sub aliis uerbis) q cōuincant ēt ꝓteruos; & tā ab eis non credat̄ id, de quo ipsos conuincunt: uide Veritates aureas sup legē veterē, Num. 14. cōcl. 2. 3. 5. Pro huius aūt resolutione summaria dic; quod fides est donū Dei. Ephe. 2. vide 2. 2. q. 6. ar. 1. a. & q. 2. ar. 5. ad primū. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, &c.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio: Miracula q̄ Christus fecit sufficientia erant ad manifestandam deitatē ipsius s̄m tria, substantiam, modum, & doctrinam: probatur singillatim clare.

¶ Vbi aduerte, q Auctor hr̄ ꝑtransit: sed si fuerint hæc tria bn̄ considerata maximā continent efficaciā: & primū qdē quo ad resurrectionē mortuorū & illuminationē cæcorū cōstat sublatis fallaciis, a solo Deo fieri posse: s̄m aūt inexcogitabile est, q ēt dęmoni cōueniat tertiū aūt oīmodā cōuicit intelligentiā. Ita q si hæc tria simul ponant̄ impossibile est, quin Deum fateamur, Chr̄m quo. n. vsurpāti sibi diuinum nomen, & rem falso, affuisset Deus in tot operibus deitatis proprius testis mendacij?

¶ Aduerte ex li. 1. Cōtra Gēt. c. 6. q aut cōcedit̄ Chr̄m fecisse miraculā relata in euāgelio, aut nō. Si cōcedit̄ hr̄ illius deitas, vt patet ex ꝑdictis illis trib. cōuictis, si nō cōcedit̄, tunc hr̄ ēt illius deitas: ex hoc maximo miraculorū q pauperculus iuuenis, indoctus ex gēte exosa, (Iudęus. s.) ꝑsecutionē cū tot ludibrijs & morte turpissimā passus derelictus, dicēs, se Deū, habitus fatuus, a Iudæis, ab Herode, a Pilato absq; miraculis ꝑmittēs mortē & mala oia, post mortē suā p pauperes piscatores, indoctos exosos oib. morti obnoxios &c. absq; miraculis contra totū mundum idola colentem pugnans superauerit. Vacate ergo, & videte, qm̄ ego sum Deus.

QVÆSTIO XLIIII.

De singulis miraculorum speciebus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de singulis miraculorum speciebus.

¶ Et primo, De miraculis, quæ fecit circa spirituales substantias.

¶ Secundo, De miraculis, quæ fecit circa cœlestia corpora.

¶ Tertio, De miraculis, quæ fecit circa homines.

¶ Quarto, De miraculis, q̄ fecit circa creaturas irrōnales.

ARTICVLVS I.

Vtrum miracula facta per Christum circa spirituales substantias fuerint conuenientia.

238 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod miracula quæ fecit Christus circa spirituales substantias, nō fuerint cōueniētia. Inter spūles. n. substantias sancti angeli præpollent dæmonibus: quia, vt August.* dicit in 3. de Trin. spiritus vitæ rationalis desertor, atque peccator, regitur per spiritum vitæ rationalem pium, & iustū: sed Christus non legitur aliqua miracula fecisse circa angelos bonos. ergo nec etiam circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶ 2 Præt. Miracula Christi ordinabantur ad manifestandam diuinitatem ipsius: sed diuinitas Christi nō erat dæmonibus manifestāda, quia per hoc impeditum fuisset mysteriū passionis eius, secundum illud 1. Corint. 2. Si cognouissent nūquam dominū gloriæ crucifixissent. ergo non debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

* lib. 3. c. 4. nō procul a prin. t. 3.

Medina per totam quæstionem.

SVPER Q. XLIIII. ART. I.

CONCL. Conueniens fuit: q inter alia miracula Chr̄s obsessos a dæmonibus liberaret.

¶ PROB. Quia Christus docebat, se exclusurū potestatē dæmonū quo ad aīas à credituris in seipsum, Ioan. 12. Et miracula Christi erant quædam argumēta fidei, q̄ docebat vt patet ex dictis 1 q. 43.)

Primum

1^m minor. Christum nõ legitur aliqua miracula fecisse circa Angelos bonos. ℞. Negatur. §. Nam fecit; eos apparere in Natiuitate, Resurrectione, Ascensione.

2^m minor. Diuinitas Christi non erat dæmonibus manifestanda. ℞. Negatur; loquendo de manifestatione p temporalia suę uirtutis effecta. §. 1. per miracula. Ad probationem, negatur: quòd per hoc .1. si demones cognouissent (ut cognouerunt) diuinitatem Christi, fuisset impeditum mysterium passionis eius. Non enim diabolus ideo Iudęis eum crucifigendũ persuasit, quia ipsum non esse filium Dei putauit; sed quia, se morte illius nõ pręuidit esse damnãdum. Et secundum hunc sensum, de dęmonibus loquendo, intellexit Apostolus ibi. 1. Cor. 2.

3^m de conclusione. Aliqua miracula faceret. ℞. Ad vtilitatem dęmonum. §. vt scilicet lingua fętida ipsum glorificarent. Non enim hoc erat conueniens. Tunc nihil, &c. Nam expulsio dæmonum in utilitatem hominum fiebat, vt scilicet, inde glorificarent Deum: & per hoc miracula circa dęmones facta ad gloriam Dei ordinabãtur.

4^m de maiori. Ad salutẽ. ℞. Animę. §. Principalius, scilicet quàm corporis, rerumque exteriorum. Tunc nihil, &c. Detrimentũ enim corporis, & rerũ (de quo d. minor) ad salutem animæ ordinabantur, puta ad hominum instructionem: & quidem multiplicem, secundum SS. Crysostomum Bendictũ Hieronymum: Et ideo ex nocumẽto illo non fit, quod ipsa miraculosa expulsio dæmonũ non fuerit ad hominum salutem. Nam, quòd res exteriores & corpus exponantur damno propter animę salutem cõparandam, aut conseruandam vel etiam augendam, & prudentia exposcit, & recta ratio docet: cum res illæ sint media ad finem, salusque animæ sit finis; & consequenter de ratione rerum illarum for- formaliter, ideo vt sint media ad finem, consideratarum sit disponi sic, vel aliter, secundũ quod

lib. 9. c. a 1. parum a prin. to. 5.

¶ 3 Præt. Miracula Christi ad gloriam Dei ordinabantur. vnde dicitur Matt. 9. quòd videntes turbæ paralyticũ sanatum a Christo, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talẽ hominibus: sed ad dæmones non pertinet glorificare Deum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dicitur Eccl. 15. vnde, & sicut dicitur Mar. 1. & Luc. 4. non sinebat dæmonia loqui ea, quę ad gloriam ipsius pertinebant, ergo videtur non fuisse cõueniens, quòd circa dæmones aliqua miracula faceret.

¶ 4 Præt. Miracula a Christo facta, ad salutem hominum ordinantur: sed quia dæmonia ab hominibus, eiecta fuerunt cum hominum detrimento, quandoque quidem corporali, sicut dicitur Marc. 9. quòd dæmon ad præceptum Christi exclamans, & multum discerpens hominem, exiit ab eo, factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerẽt, quia mortuus est. Quandoque etiam cum damno rerum, sicut quando dæmones ad eorum preces misit in porcos, quos præcipitauerunt in mare: vnde ciues illius regionis rogauerunt eum, vt transiret a finibus eorum, vt legitur Mat. 7. ergo videtur inconuenienter fecisse huiusmodi miracula.

Sed contra est, quod Zac. 13. hoc prænunciatum fuerat, vbi dicitur, Spiritum immundum auferam de terra.

Resp. Dicendum, quòd miracula, quæ Christus fecit, argumenta quædam fuerunt fidei, quam ipse docebat. Futurum autem erat, vt per virtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatem ab hominibus credituris in eum. secundum illud Io. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & ideo conueniens fuit, quòd inter alia miracula etiam obsessos a dęmonibus liberaret.

Ad primum ergo dicendum, quòd homines sicut per Christum erant a potestate dæmonum liberandi, ita per eum erant angelis consociandi, secundum illud Colossen. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, & ideo circa angelos alia miracula hominibus demonstrare non conueniebat, nisi vt angeli hominibus apparerent, quod quidem actum est in Natiuitate ipsius, & in Resurrectione, & Ascensione eius.

Ad secundum dicendum, quòd sicut August.* dicit 9. de ciuitate Dei, Christus tantum innotuit dæmonibus, quantum uoluit, tantum autem uoluit, quantum oportuit: sed innotuit eis, non sicut angelis sanctis per id, quòd est uita æterna: sed per quædam temporalia suæ uirtutis effecta: & primo quidem videntes Christum esurire post ieiunium æstimauerunt eum non esse filium Dei: vnde super illud Luc. 4. si filius Dei es, & cæt. dicit Ambr.* Quid sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia, cognouerat Dei filium esse venturum, sed uenisse per infirmitatem corporis non putauit? Sed postmodum visis miraculis ex quadam suspicatione coniecturauit eum esse filium Dei: vnde super illud Marci 1. Scio quòd sis sanctus Dei, dicit Chrysost. quòd non certam aut firmam aduentus Dei habebat notitiam, sciebat tamen ipsum esse Christum in lege promissum: vnde dicitur Luc. 4. Quia sciebant ipsum esse Christum. Quod autem ipsum confitebantur esse filium Dei, magis erat ex quadam suspitione quàm ex certitudine: vnde Beda dicit super Luc. Et dæmonia filium Dei confitentur: & sicut postea dicitur, sciebat eum esse Christum: quia cum ieiunio fatigatum cum diabolus uideret, verum hominem intellexit: sed quia tentando non præualuit verum filius Dei esset, dubitabat: nunc autem per signorum potentiam, vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. non ideo igitur Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non pręuidit esse damnandum: de hoc enim mysterio à sæculis abscondito, dicit Apostolus, quòd nemo principum huius sæculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

li. 4. in Luc. c. 14. in tr. de 1. teor. Chri, non procul a prin. to. 3.

Sup. illud Lu. 4. Sciebãt ipsum esse Christum est c. 14 secun. ordi. Bedę to. 2.

Ad tertium dicendum, quòd miracula in expulsione dæmonum non fecit Christus propter vtilitatem dæmonum, sed propter vtilitatem hominum, vt ipsi eum glorificarent. Et ideo prohibuit eos loqui ea, quæ ad laudem ipsius pertinebãt: primo quidem propter exemplum, quia vt dicit Athanas.* compescebat eius sermonem, quamuis vera fateretur: vt nos etiam assuefaciat ne curemus de talibus, etiam si vera loqui videantur: nefas est enim vt cum adsit nobis scriptura diuina, instruamur a diabolo: est enim hoc periculosum, quia veritati frequenter dæmones immiscent mendacia: secundo, quia (sicut Chrysost. dicit) non oportebat eos surripere officii Apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fœtida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorum: tertio quia vt Beda* dicit nolebat ex hoc inuidiam accendere Iudæorum: vnde etiam ipsi Apostoli iubentur reticere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differatur.

* Id habet Chry. concion. 2. de Lazaro, ante me. t. 2. & Theop. Luc. 4 & Marc. 1.

c. 4. in Luc. Est ca 14. secũdũ ordinẽ Bedę, circa finẽ illius to. 2.

Ad quartum dicendum, quòd Christus specialiter venerat docere, & miracula propter vtilitatem hominum, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo permisit dæmones, quos eiiciebat hominibus aliquod nocumentum inferre, vel in corpore, vel in rebus propter animæ humanę salutem, ad hominum scilicet instructionem: vnde Chrysost.* dicit super Matth. quòd Christus permisit dæmonibus in porcos ire, non quasi a dæmonibus persuasus, sed primo quidem, vt instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur: secundo, vt omnes discerent, quoniam nec aduersus porcos auderent aliquid facere, nisi ipse consenserit: tertio, vt ostenderet quòd grauiora in illos homines operati essent, quàm in illos porcos nisi essent diuina prouidentia adiuti. Et propter easdem etiam causas permisit eum, qui a dæmonibus liberabatur ad horam grauius affligi, a qua tamen afflictione eum continuo liberauit: Per hoc etiam ostenditur (vt Beda dicit) quòd sæpe dum conuerti ad Deum post peccata conamur, maioribus, nouisque antiqui hostis pulsamur insidiis: quod facit vel vt odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus velut mortuus (vt Hier.* dicit) quia sanatis dicitur, mortui estis, & vita nostra abscondita est cum Christo in Deo.

Ho. 29. in Mat. circa me. to. 2.

Mat. 9. sup verbum in arg. cit. c. 9.

A R-

quòd expedit peruentioni ad finem. Damnum ergo corporis, & facultatum est quoddam bonum, eorûmdemque perditio est ipsarum conseruatio: quando talium rerum iactura cędit in salutem animæ. Dixi ly formaliter, quoniam & doctoris tanti, quantus est D. Thomas, verba in sensu formali accipienda sunt; & ne putetur, quod damnum illarum rerum materialiter. i. secundum quod sūt res, acceptarum non sit damnū, non sit malum, non sit perditio.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articolo habes primo; quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quòd conuenienter Christus miracula fecit circa dæmones, expellēdo eos ab humanis corporibus. Vt per hoc, quod dr̄ Zach. 13. spūm immundum auferam de &c. vt in argum contr. Prophetia. n. hæc intelligitur de Deo humanato. i. de Christo: vt habetur ex contextu loquente de fonte baptismatis præparato; id quod non fuit nisi tempore Christi, cū ipse solus sacramentum baptismi instituerit Ioan. 3. Nam Zacharias ibid. in principio textus dicat; In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem. Dominus ergo exercituū loquens pro die illa, i. pro tempore illo, dicit ly spiritum immundum auferam de terra: hoc est, ego, cum incarnatus fuero, expellam diabolum de corporibus humanis de terra factis. Prophetiā autem adimpleri a Christo, vt iostificetur in sermonib. suis Psal. 50. est procul dubio cōueniens. Insinuatur & idem per hoc: quòd (vt patet in multis locis Euangelij) Christus expulit dæmonia ab obsessis. Nam Christum fecisse hoc, vel illud, & Christum conuenienter hoc uel illud fecisse, est idem: vt patet. q. 41. ar. 1. corollar. post conclus. Item per illud dictum Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti. Sapientis enim est, cum operatur in sapientia, i. cum sapienter facit, facere conuenienter illa, quæ facit. Hoc autem tanto magis de Christo uerificatur, quanto ipse non solum sapiens, sed & sapientia, est. 1. Corint. 1. Nam sapientia non potest non facere sapienter; quamuis sapiens, attenta conditione hominis concreti, possit quandoque facere non sapienter. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio. Conueniens fuit Christum dæmones ab obsessis ejicere. probatur: Miracula Christi sunt argumentum fidei. ergo conuenienter sunt argumentū dæmonis expellendi a genere humano. ergo conueniens fuit, &c. Probatur consequentia prima: quia futurū erat vt dæmones a credentib. spūaliter pellerentur, Io. 12. Secunda consequentia est clara: quia sensibile est argumentum spiritualis.

¶ Vide hic nouitie, quod Auctor figurali ratione contētus, nō curauit literalem pro principali ponere, vtpote manifestatione, vt scilicet potestatem suam supra, & contra dęmones monstraret.

¶ In rñsione ad secundum tractatur, an Christus fuerit cognitus a dæmonib. & duæ tanguntur qōnes, an s. cognouerunt ipsum esse Christum, seu Messiam in lege promissum, & an cognouerint ipsum esse verum Deum. Et de prima qōne tenetur pars affirmatiua auctoritate Lucæ euangelistæ dicentis ex propria persona, q̄ dæmones sciebant ipsum esse Christum. De secunda autē qōne certitudo nō habetur: quia ex p̄sona dæmonū dicit ibid. s. Luc. 4. Tu es filius Dei, dæmon aūt, & mendax est, & exploratiue locutus vī. Ad hoc sunt auctoritates doctorum. Bedæ uēt auctoritas caute legenda est, quia in glossa ordinaria truncata affertur: integra autem in catena aurea: ita q̄ ex Beda unum tm̄ affirmatum habemus, s. quòd verbū Apo. 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, non refertur ad Christum, nec Dei filiū, sed ad mysterium efficaciæ passionis, & resurrectionis Christi, s. q̄ eiiciendus ipse diabolus esset, & breuiter quod Christo danda esset omnis ptās in cœlo, & in terra. Et reuera textus Apostoli capax est istius sensus, ut patet inspicienti contextum.

¶ Sed occurrit tunc dubium, quo pacto diabolus, aut sciens aut multum dubitans. Christum esse uerum Deum, potuit rōnabiliter incitare Iudæos ad mortem Christi: sciebat enim quòd si esset verus Deus actum esset de regno ipsius dæmonis.

¶ Sed si superbia diaboli consideretur, consentaneum rōni superbiæ eius apparebit, quod ēt si sciuisset Iesum Christum esse uerū Deum adhuc procurasset ipsius mortem vt fecit. Ex eo. n. quòd scientia illa non est scientia euidentiæ, sed fidei coactæ ex Scripturis, & miraculis, ac per hoc unum sic scitum non generat scientiā alterius puta affectus: non. n. est in hoc sciendi modo, sicut in scientia demonstratiua, in qua ex una causa cognita deducuntur omnes illius effectus cognita deitate restabat incognitum, quid futurū esset. Nec suberat rō deducendi, pro certo multa excellentia sequenda, quia experientia testabatur multa ualde uilia illi deitati adiungi, si ille homo uere erat Deus: vnde rationabiliter s̄m superbiam suam agens dæmon, cogitauit pugnare contra ipsum, auferēdo illi uitam, honorem, famam, discipulos, &c. cogitans quod si non est Deus, sed Messias purus homo, iam prostraui eum, & si est uerus Deus non parum feci, habere hanc uictoriam contra ipsum Deum, & postea uidebitur quid Deus faciet, tutiorem enim partē se putauit eligere. habēdo primā uictoriam uincere Deum in hoc mundo, nesciens quid postea sequeretur. Et propterea bene venerabilis Beda dixit, quod si cognouissent latens mysterium sequētis fructus, numquam dominum gloriæ crucifixissent, non quin etiam ipsum Deum auderet aggredi (quoniam scriptum est superbia eorum qui te oderunt, ascēdit semper) sed quia proprium damnum uitare uoluisset Deum habere tantam gloriam, vt uinceret ipsum diabolum iustitia, vt esset redemptor ac saluator, vt est. Hæc de Beda.

¶ Sed de quæstione ipsa, parti affirmatiuæ multum fauet conclusio præcedentis articuli ita, & quod & simpliciter, & ad hominem non parua consurgit quæstio quo pacto si miracula Christi simul cum illius doctrina iuncta, sufficienter illius probant deitatem dæmones omnium scrutatores, & intelligentia vigentes, in dubio deitatis ipsius persistebant. Ad hoc dicitur, quod quia miracula etiam doctrinæ Christi iuncta, non erant sufficientia ad causandum noticiam euidentiæ, sed fidei coactæ, vel uoluntariæ, deitatis Christi, potuit permanere dubium apud dæmones ex hoc quod non penetrabatur habitudo miraculorum ac doctrinæ ac gratiam unionis personalis in Christo: quod ex aliquo trium prouenire potuit, vel ex opinione plurium causarum, quibus procedere possent, & miracula, & doctrina, tunc non plenè manifestata, quo ad sensum verum, qui post apertius est, ita quod licet, ipsa miracula ex se sufficerent, non penetranti tamen non erant sufficientia: Latebat autem dæmonem huiusmodi habitudo, quia miracula poterant ex alia gratia, quam unionis procedere. Et similiter Dei proprietates, & nomina, quæ de se Christus dicebat. Poterat putari quod secundum aliam gratiam quam unionis, uerificarentur: habitudo enim miraculorum & doctrinæ Christi non erat habitudo euidentiæ, sed solius fidei mater secundum naturalem cognitionem, & propterea locus semper suspicioni de opposito ignoto relinquitur: Sicut si uideremus mortuum resuscitari sciremus ex supernaturali quadam virtute hoc fieri, sed qualiter se habeat Deus ad illam uirtutem, illumque resuscitantem nesciremus, & sub dubio hoc relinquentes miraremur: vel ex deprauato appetitu dæmonum affectione superbiæ, & inuidiæ quamuis enim tentaret. & scrutaretur diabolus ob proprium amorem, an esset Deus, quia tamen, quod miseri vellent, hoc facile credūt, incredibile reddebatur diabolo, quod humana natura supra angelicam etiam beatam eleuaretur. ita ut vnus homo esset uere Deus, præsertim quia nulla naturali, tam humana quam angelica ratione hoc possibile apparebat. vnde tamquam quoddam inopinabile, ad sui adhæsionem intellectus hoc auertebat. Vel quia Seraphim habent alas ad uelandum, ut dicitur Isa. 6. diuina prouidētia velatum sic remansit vnionis mysterium, ut non certiores de eo redderentur dæmones, donec cōsumatum esset mysterium redemptionis humanæ, ne semper impediretur, aut differretur. Et si omnes tres dictæ rationes simul iunctæ fuerint, manifestius apparebit ratio dubitandi in dæmonibus.

SVPER Q. XLIIII. ART. II.

COncl. Conueniēs fuit; vt Christus facerent miracula
239 circa cęlestia corpora.
Ca. 4. non moltū remota a fi.

¶ Pron. Quia miracula facta potestatiuè circa transmutationem cursus cęlestium corporum ostendunt euidenter, talium miraculorū authorem esse Deum (cum a solo Deo corpora cęlestia sint immobiliter ordinata: vt etiam S. Dionysius dicit): Et miracula Christi talia esse debebant, vt sufficienter eum ostenderent esse Deum. quæst. 43. ar. 1. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter facta fuerint miracula per Christum circa cęlestia corpora.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ inconuenienter fuerint a Christo facta miracula circa cælestia corpora: vt. n. Dion. * dicit 4. c. de Diui. no. diuinæ prouidētiæ non est naturam corrumpere, sed saluare. Corpora autem cœlestia s̄m suam naturam sunt incorruptibilia, & inalterabilia, vt probatur in primo de cœlo. * ergo non fuit cōueniens, vt per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinem cœlestium corporum.

* li. 1. a text 20. vsq; ad 31. to. 2.

¶ 2 Præt. Secundum motum cœlestiū corporū, tēporū cursus designā

1m conclusio.

Non fuit conueniens; vt per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinem cęlestium corporũ. R. Nisi Christus esset Deus. § Intellige tamen in argumento ly vt fieret, s. potestatiue. In quo sensu currit postea formalis responsio. Tũc nihil, &c. Nam sicut inferiorib. corporib. naturale est, &c. vt in tex. Ex quo patet; ꝙ exponendum sic est ly sunt ẽm naturam suam incorporalia & inalterabilia. i. etiam si immutentur a Deo. Dictum ergo illud excludit solum alias caosas; quod. s. non possunt immutari ab eis, vt sic, idest ut sunt aliæ causę a Deo. i. sua ipsorũ uirtute agentes, non autẽ sola uirtute Dei. Hinc patet: ꝙ non est cõtra illud dictum miraculũ Iosue cap 10. quãdo fecit stare solem in medio cęli; nec miraculũ Isa. 38. de reuersione solis p decem gradus. Nã huiusmodi immutationes fuerunt factæ a Deo solo. i. sola uirtute diuina, ministerio tamen hominum alias cõcurrente. Porro ad talium differentiam, post datum responsum formale glossatum est ly vt fieret, scilicet potestatiue. Per glossam enim hic denotabatur: quod non est conueniẽs, immo quod impossibile est; vt per aliquem, nisi sit Deus, fiat potestatiuè aliqua immutatio circa ordinem cœlorum. Relinquebatur ergo ex eadem glossa; quod talis immutatio potest ministerialiter (modo ꝑdeclarato) fieri a creatura pura.

* ar. 4. q. 1.

* Parũ ante me. epi.

2m de conclusione prima.

Ita mutatur temporũ distinctio & ordo. R. Nisi aliter prouideatur uirtute diuina. § Vt annotat textus per ly. Et sic patet, quod non est turbatus consuetus temporum cursus; quia &c. vsq; ad ly tempore debito. Tunc ni. &c. vt de patet. Ad id uero, qđ argumentum dicit de astrologis, respondetur circa finem textus per ly

* Li. 26. c. 1. aũ me. 2. 6.

D. 917.

tur, secundum illud Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento cœli, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Sic ergo mutato cursu cœlestium corporum, mutatur temporũ distinctio, & ordo: sed non legitur hoc esse perceptum ab Astrologis, qui contemplantur sidera, & computant menses, vt dicitur Isa. 47. ergo videtur quod per Christum non fuerit aliqua mutatio facta circa cursum cœlestium corporum.

¶ 3 Præt. Magis competebat Christo facere miracula viuens, & docens quã moriens: tum quia, vt dr̃ 2. ad Cor. vlt. Crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex uirtute Dei, secundum quã miracula confirmatiua erant doctrinæ ipsius, sed in uita sua non legitur, Christũ aliquod miraculum circa cęlestia corpora fecisse, quinimmo pharisæis petentibus ab eo signum de cœlo, eis dare renuit, vt hr̃ Matt. 12. & 16. ergo vr̃, ꝙ nec in morte circa cœlestia corpora aliquod miraculum facere debuerit.

Sed contra est, quod dicitur Luc. 23. tenebræ factæ sunt in vniuersa terra vsque ad horam nonam, & obscuratus est Sol.

Resp. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) miracula Christi talia esse debebant, vt sufficienter eum esse Deum ostenderent. Hoc autem non ita euidenter ostenditur per transmutationes corporum inferiorum, quæ etiam ab aliis causis moueri possunt, sicut per transmutationem cursus cœlestium corporum, quæ a solo Deo sunt immobiliter ordinata, & hoc est qđ Dionys.* dicit in Episto. ad Polyp. Cognoscere oportet non aliter aliquãdo posse aliquid peruerti cęlestis ordinationis, & motus, nisi causam haberet ad hoc mouentem, quæ facit omnia, & mutat secundum suũ sermonem. Et ideo cõueniens fuit, vt Christus miracula faceret etiam circa cœlestia corpora.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut inferioribus corporibus naturale est moueri a cœlestibus corporibus (quæ sunt superiora secundum naturæ ordinem) ita &t naturale est cuilibet creaturæ, vt transmutetur a Deo secundum eius voluntatem: vnde August.* dicit 26. Contra Faustum, & habetur in gloss. Roman. 11. super illud: contra naturam insertus es, &c. Deus creator, & conditor omnium naturarum d nihil contra naturam facit, quia. i. cuique rei natura, quod facit, & ita non corrumpitur natura cœlestium corporum, cum eorũ cursus immutatur a Deo: corrumperetur autem, si ab aliqua alia causa immutaretur.

Ad tertium dicendum, quod per miraculum a Christo factum, non est peruersus ordo temporum: Nam secundum quosdam illæ tenebræ, vel solis obscuratio, quæ in passione Christi accidit, fuit propter hoc, quod sol suos radios retraxit, nulla immutatione facta circa motum cœlestium corporum, secundum quem tempora mensurantur: vnde Hier.* dicit super Matt. Videtur luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentẽ videret dñm, aut impii blasphemantes sua luce fruerent̃. Talis aũt retractio nõ est sic intelligenda, quasi sol in sua potestate habeat radios emittere, vel retrahere non. n. ex electione, sed ex natura radios emittit, vt dicit Dion.† 4. c. de Diu. no. sed sol dr̃ retraxisse radios, inquantum diuina virtute factũ est, vt solis radii ad terrã non peruenirent. Origenes* autẽ dicit, hoc accidisse per interpositionem nubium: vnde super Matth. dicit cõueniens est intelligere quasdã tenebrosissimas nubes multas, & magnas concurrisse super Hierusalem, & terrã Iudææ, & ideo factæ sunt tenebræ profundæ a sexta hora, vsq; ad nonã. Arbitror. n. sicut cætera signa, q̃ facta sunt in passione, s. ꝙ uelũ est scissũ, ꝙ terra tremuit, &c. in Hierusalẽ tantummodo facta sunt, ita, & hoc. Aut si latius voluerit quis extendere ad terrã Iudæam, ꝑp hoc ꝙ dr̃: tenebræ factæ sunt in uniuersa terra, quod intelligitur de terra Iudęa, sicut in 3. lib. Regum dixit Abdias ad Eliam, Viuit dñs Deus tuus quia non est gens, aut regnũ, ubi non miserit dñs meus quærere te, ostẽdens ꝙ eum quæsierat in gentib. quę sunt circa Iudæã: sed circa hoc magis credẽdũ est Dion. qui oculata fide inspexit hoc accidisse per interpositionẽ Lunæ inter nos, & Solem: dicit enim in Episto. ad Polycarpum,* inopinabiliter soli lunã incidente uidebamus, in Aegypto, scilicet existentes, ut ibidem dicitur: & designat ibi quatuor miracula.

* in c. 27. su. illud ab hora 6. tenebræ factę sunt, tomo 9.

† c. 4. circa prin.

* Ho. 35. in s. f. aũ fin. Ho. to. 3.

* In epi ad Polycarpũ post med. illius.

Quorum primũ est, quod naturalis eclipsis Solis p interpositionem Lunæ, nunquã accidit nisi tẽpore coniunctionis solis, & lunæ, tunc aũt erat luna in oppositione ad solẽ, quintadecima existens, quia erat Pascha Iudæorum: vñ dicit, † Non. n. erat coniunctionis tempus. Secundũ miraculum est, ꝙ cũ circa horã sextã luna visa fuisset simul cũ sole in medio cœli, in vesperis apparuit suo loco, i. in Oriẽte opposita soli: vnde dicit, † Rursus ipsam vidimus, s. lunã, a nona hora (in qua. s. recessit a sole cessantib. tenebris) vsq; ad vesperam supernaturaliter restitutam ad diametrum solis, i. vt diametraliter esset soli opposita: & sic patet ꝙ nõ est turbatus consuetus temporũ cursus, quia diuina virtute factũ est, & ꝙ ad solẽ supnaturaliter accederet præter tp̃s debitũ, & ꝙ a sole recedens, in locũ propriũ restitueret̃ tẽpore debito. Tertiũ miraculũ est, ꝙ naturalis eclipsis semp incipit ab occidentali parte solis, & peruenit vsq; ad orientalẽ, & hoc ideo quia luna ẽm proprium motũ, quo mouet̃ ab occidente in orientẽ, est velocior sole in suo proprio motu, & ideo luna ab occidente veniens attingit solẽ, & ptransit ipsum, ad orientẽ tendens, sed tunc luna iã pertrãsiuerat solem & distabat ab eo quasi per medietatẽ circuli, in oppositione existens, vnde oportuit ꝙ reuerteret̃ ad oriẽtẽ uersus solẽ, & attingeret ipsum primo ex parte orientali, procedẽs versus occidentem. Et hoc est, quod dicit, eclypsim etiam ipsam ex oriente uidimus inchoatã, & vsq; ad solatẽ terminum uenientẽ (quia totã solem eclypsauit) postea regrediẽtẽ. Quartũ miraculũ fuit, ꝙ in naturali eclypsi ex eadẽ parte incipit sol prius reapparere, ex qua parte incępit prius obscurari, qua. s. luna se soli subiiciens: naturali suo motu solẽ pertransit uersus oriẽtẽ, & ita partẽ occidentalẽ solis quam primo occupat, primo &t dereliquit: sed tũc luna articulosè ab oriente uersus occidentem rediens, non pertransiuit solem, ut esset eo orientalior: sed postquam peruenit ad terminum solis, reuersa est uersus orientem, & ita partem solis, quam ultimo occupauit, prima etiam dereliquit, & sic ex parte orientali inchoata fuit eclypsis, sed in parte occidentali prius incępit claritas apparere, & hoc est quod dicit, & rursus vidimus non ex eodem, idest non ex eadem parte solis, & defectum, & purgationem, sed econ-

uerso

† loco suo dicto.

† In prædi. epi. ad Polycarpũ a me. illius.

ly sed sicut Origenes dicit super Matth. aduersus hoc filii seculi huius, &c. usq; in finem.

3m maior. Magis competebat Christo facere miracula viuens & docens, quam moriens. R. Negatur. §. Tunc enim præcipue oportebat, in Christo deitatem per miracula, &c. vt in tex. Ex quo dic: quod illæ probationes, quæ adducunt, non probant negatum. Non prima, quia miracula ab eo facta tẽpore mortis fuerunt ex uirtute Dei, licet ipse moreretur ex infirmitate carnis (ut etiam patet, qõ. 43. articu. 1. ad secundum. Non secunda, quia non tantum fiebãt miracula à Christo ad confirmandum doctrinam suam, sed etiam ad ostendendum, quod ipse erat Deus, quæst. 43. art. 1. & ideo ad hoc, q miracula tempore mortis facta fuerint competentia, sufficit; quod ipsa monstrarent, Christũ esse Deum. Et hoc utique demonstrarunt, iuxta illud Ioan. 8. Cũ exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, scilicet per miracula, quãtum ex ipsis est) quia ego sum.

* Hom. 10. in Matt. nõ multũ longe a princ. to. 2.

* Ho. 35. in Mat. f. 4. & 5. in fi. ante fi. ho. to. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primo, quo per rõnẽ ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, quod conuenienter Christus fecit miracula circa cœlos. Vt per dictum Lucæ 23. tenebræ, &c. vt in argum. contr. Ad hoc enim quod conuenienter facta esse monstrentur, sufficit; quod ipsa fuisse a Christo facta legantur. Pro qua re vide, quæstio. 41. articu. 1. Corollar. post conclu. Item per dictum Actu. 17. Inueni & arã, in qua scriptum erat. Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Aram enim illam cum tali inscriptione Athenienses, quos alloquebatur tunc Apostolus, erexisse creduntur moti ex miraculo tenebrarum circa cœlestia corpora facto, & consequenter facere mentionem de tali ara sic inscripta redit in idem cũ eo, quod est facere mentionem de tenebris illis miraculose factis. Quomodo autem ex miraculo illo ad tale factum Athenienses moti sint: colligi facilè potest ex uita sancti Dionysii, quæ communiter in ecclesia legitur. Sic enim ibi habetur. Dionysius patria Atheniẽsis, uir patritius, & Areopagita (quo nomine illius patriæ Senatores appellabantur) traditur eo die, quo Christus crucifixus est, animaduerso præter ordinem naturæ solis defectu, cũ esset uir omni doctrina excellens, coram multis exclamasse; Aut Deus naturæ patitur, Aut mundi machina dissoluitur. Hæc ibi. Ex quibus probabilissimũ apparet, quod Athenienses, qui ab ore tanti viri pendebant, non fuisse passos tam grauissimam eius sententiam in terram (ut aiunt) cadere, aut inuentum proferri. Notarunt ergo uerbum eius, tamquam probatum a uiro maximè inter ipsos probato enunciatum. Quid fecerunt? Viderunt, machinam mundi non dissolui, & ex hoc alteram partem disiunctiuę ueram esse concluserunt. Vndè in gratiam ueritatis tam mirabilis à uiro tam mirifico prolatæ, in signum euidens suæ ipsorum credulitatis ad verbũ eius, Athenienses ipsi in communi sanxerunt, ut pro colendo illo Deo, de quo exclamauerat; Aut Deus naturæ patitur, erigeretur in templo ara cum superscriptione hac, Ignoto Deo. Non ab re igitur aram hanc taliter inscriptam inueniens Apostolus dixit: Deum quem ignorantes colitis, hunc ego annuncio uobis, id est Christum crucifixum. Viderant hi in tenebrarum cœli miraculo Deum, secundum quod potest, patientem, & ideo ipsum colebant: non uiderant ipsum Deum in seipso, & ideo ignorantiam suam in hoc designantes scripserunt ly ignoto. Ex omnibus itaque præmissis circa Actu. decimoseptimo, patet, & quidem abundanter intentum in principio appendicis dictum. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur. a

* Ho. 39. in Matt. circa princ. to. 2.

uerso secũdum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chrysost. * super Matth. dicens, quod tribus horis tunc tenebræ permanserunt, cum ecclipsis solis in momento pertranseat non enim habet moram, ut sciuot illi, qui considerauerunt: vnde datur intelligi, quod luna quieuerit sub sole, nisi forte vellimus dicere, quod tempus tenebrarum computatur ab instanti, quo sol incœpit obscurari, vsque ad instans in quo totaliter fuit repurgatus: sed sicut Origenes * dicit super Matth. aduersus hoc filii seculi huius dicunt, quomodo hoc factum tam mirabile nemo græcorum, aut barbarorum scripsit? Et dicit, quod quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberii Cæsaris factum: sed non signauit quod fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc contingere, quia Astrologi ubique terrarum tunc tẽporis existentes, non solicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat, sed illam obscuritatẽ ex aliqua passione aeris accidere putauerunt, sed in Aegypto, ubi raro nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Dio. & socii eius vt prędicta circa illam obscuritatem obseruarent.

Ad tertium dicendum, quod tunc præcipuè oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, quãdo in eo maxime apparebat infirmitas secundum humanam naturam, & ideo in Christi natiuitate stella noua in cœlo apparuit: vnde Maximus dicit in sermone Natiuitatis, Si præsepè despicis, erige parumper oculos, & nouam in cœlo stellam, protestantem mundo natiuitatem Dominicam, contuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit, & ideo oportuit ut maiora miracula ostenderentur circa principalia mundi luminaria, & sicut Chrysost. * dicit super Mat. hoc est signum quod petentib. promittebat dare, dicens, Generatio praua, & adultera signũ q̃rit, & signũ non dabit ei, nisi signũ Ionæ prophetæ, crucẽ significãs, & resurrectionem: etenim multo mirabilius est in eo, qui crucifixus erat hoc fieri, quam ambulante eo super terram.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus propter obseruationem solis tempore passionis.

¶ In corpore unica conclusio: Conueniens fuit ut Christus miracula faceret etiam circa corpora cœlestia. Probatur. Miracula Christi debebant esse talia, ut sufficienter ostenderent eum esse Deum, & non ita euidenter per miracula circa corpora inferiora, sicut circa cœlestia hoc monstratur. ergo conueniens fuit, & cæt. Secunda pars assumpti manifestatur ex differentia inter causas actiuas in corpora inferiora, & actiuas in cœlestia, & auctoritate Dion.

¶ In responsione ad primum intellige uerba Auctoris cum grano salis, & sic quod sicut corpora elementaria habent plures motus naturales, ita quod unus motus ei naturalis secundum propriam naturam particularem, & alius est eis naturalis, secundum quod mouentur a superiori, quasi secundum naturalem, ut patet de igne, qui ultra naturalem motum, quo fertur sursum, mouetur etiam naturaliter motu circulari, sequendo cœlum, & similiter, ferrum ultra naturalem motum, quo fertur deorsum, naturaliter mouetur ad adamantem quasi superiorem sequens naturam, ita corpora cœlestia ultra naturalem inclinationem ad suos cursus naturaliter, hoc est secundum potentiam obedientialem ad uniuersalem fontem totius naturæ, possunt immutari in illud, quod Auctor naturæ facit: utrobique enim est proportio inferioris particularis naturæ ad superiorem vniuersalem naturam, quamuis diuersimode, quia ibi cursus, ordoque naturæ inditus seruatur, hic autem, quia ad naturam naturantem ascenditur, noua adueniuntur, quæ a theologo diuersis respectibus, & miraculosa, & naturalia appellantur. pro quanto enim auctori naturæ obedirunt, naturalia uocantur, pro quanto supra naturæ cursum, potestatemque fiunt, in miraculorum ordine sunt.

SVP. Q. XLIIII.

Art. III.

240 Concl. Conueniẽs fuit, ut Christus, homines particulariter curando, ostenderet; se esse uniuersalem, & spiritualem, omnium Saluatorem.

¶ Prob. Quia finis Christi in mundum fuit, ut homines saluos faceret, (ut patet Ioann. tertio): & ea, quæ

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potior est anima quam corpus: sed circa corpora multa miracula Christus fecit, circa animas uero nulla miracula legitur fecisse, nam neque

quæ sunt ad finem (puta, miracula circa homines) debent proportionari fini.

I^m de minori.

Circa animas verò nulla miracula legitur fecisse. N. Negatur. §. Nam simplicib^s discipulis diuinam sapientiam infudit Luc. 21. Ego, &c. circa animas hominũ, maxime quantum ad inferiores uires, Christus legitur miracula fecisse & alliciendo, Matth. 9. cum expositione B. Hieronymi, & terrẽdo, Matth. 25. exponente, Beato Hieronymo, ac Origene; item Ioã. 18. cum expositione B. Augustini, item Luc. 4. exponente B. Chrysost. & stupefaciendo, Io. 8. cum expositione B. Augustini. Ad probationem autem illius partis minoris negatæ respondetur, quod conuertere homines virtuose, id est ipsis inuitis, non erat conueniẽs, & consequenter quod nec est inter miracula Christi computandum. Iustificare enim homines non conuenit, nisi eis volentibus, ne fiat contra rationem & iustitiæ & liberi arbitrii. Vnde constat, quod iustificare homines virtuose, id est ipsis inuitis, implicat contradictionem. Quamobrem illa probatio nihil ualet ad probandum negatum.

¶ Not. Potest etiã ad illud de infusione sapientiæ adiungi dictum Luc. 24. tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Et ad illud de stupefactione adiungi narratum, Io. 10. quod scilicet Iudæi sustulerunt lapides, ut lapidarent Christũ: qui tamen in ipsum uisibiliter & præsentem, & adhuc plura loquentẽ, lapides numquam iecerunt. Diuina enim uirtute ii tenentes lapides in manibus, quasi eum iam iã lapidaturi, remã serant stupefacti. Porrò ne mireris, si hæc, & (si qua sunt) alia similia, dimisit sanctus Doctor, quoniam non est suæ intentionis, neque hic neque alibi adducere oẽs authoritates; quæ suum propositum iuuare possunt, sed tantum aliquas pro quanto opus est & ad doctrinam rectè tradendam, & ad uiam studiosis per seipsos similes authoritates inuestigandi aperiendã: Quod sanè de uia inuẽtum eius scientes adimplere partim pro modulo nostro in appendicibus post articulos curauimus, ut & sic ueluti per quãdam practicam excitata eorumdem studentium ingenia ad id, quod sanctum Doctorẽ diximus uoluisse de ipsis, facilius cõplendum exurgant.

2^m de maiori.

Cuius proprium est, subito

aliquos incredulos ad fidem virtuose conuertit, sed admonendo, & exteriora miracula ostendendo, neq; etiam aliquos fatuos sapientes legitur fecisse. ergo videtur quod non conuenienter sit circa homines miracula operatus.

¶ 2 Præt. Sicut supra dictum est.* Christus faciebat miracula virtute diuina, cuius proprium est subito operari, & perfectè, absque adminiculo alicuius, sed Christus non semper subito homines curauit, quantum ad corpus: dicitur enim Mar. 8. quod appræhẽsa manu cæci, eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus, interrogauit eum si quid uideret, & aspiciens ait, uideo homines velut arbores ambulãtes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere, & restitutus est ei uisus, ita ut clare uideret omnia, & sic patet, quod non subito eum curauit: sed primo quidem imperfectè, & per sputum. ergo uidetur non conuenienter circa homines miracula fecisse.

¶ 3 Præt. Quæ se inuicem non consequuntur, non oportet quod simul tollantur, sed ægritudo corporalis non semper ex peccato causatur, ut patet per illud, quod Dominus dicit Ioan. 9. Neque hic peccauit, neque parentes eius, ut cæcus nasceretur. non ergo oportuit ut hominib. corporum curationẽ quærentibus peccata dimitteret, sicut legitur fecisse circa paralyticum, Matth. 9. præsertim quia sanatio corporalis cum sit minus, quam remissio peccatorum, non uidetur esse sufficiens argumentum, quod possit peccata dimittere.

¶ 4 Præt. Miracula Christi facta sunt ad confirmationem doctrinæ ipsius, & testimoniũ diuinitatis eius ut supra dictum est: * sed nullus debet impedire finem operis sui. ergo videtur inconuenienter Christus quibusdam miraculosè curatis præcepisse, ut nemini dicerent, ut patet Matth. 9. & Mar. 8. præsertim, quia quibusdam aliis mandauit, ut miracula circa se facta publicarent: sicut Mar. 4. legitur, quod dixit ei, quem à dæmonibus liberauerat, uade in domum tuam ad tuos, & annuntia eis, quanta tibi Dominus fecerit.

Sed contra est, quod dicitur Marc. 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Respon. Dicendum, quod ea, quæ sunt ad finem, debent fini esse proportionata: Christus autem ad hoc in mundum uenerat, & docebat, ut homines saluos faceret, secundum illud Ioan. 3. Non enim misit Deus filium suum in mũdum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum, & ideo conueniens fuit, ut Christus particulariter homines miraculosè curando, ostenderet se esse uniuersalẽ, & spiritualem hominum Saluatorem.

Ad primum ergo dicendum, quod ea, quæ sunt ad finem, distinguuntur ab ipso fine. Miracula autem a Christo facta ordinabantur sicut ad finem, ad rationalis partis salutem, quæ consistit in sapientiæ illustratione, & hominum iustificatione, quorum primum præsupponit: secundum quia, ut dicitur Sap. 1. In maleuolam animam nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: iustificare autem homines, non conueniebat nisi eis uolentibus: hoc enim esset, & contra rationem iustitiæ, quæ rectitudinem uoluntatis importat, & etiam contra ratione humanæ naturæ, quæ libero arbitrio ad bonum ducenda est, non autem per coactionem Christus ergo uirtute diuina interius homines iustificauit, non tñ etsi inuitis, nec nõ ad miracula pertinet, sed ad miraculorum finem. Et similiter etiã uirtute diuina simplicibus discipulis diuinam sapientiam infudit: vnde dicit eis Luc. 21. Ego dabo uobis os, & sapiẽtiã, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii uestri, ꝙ quidem quantum ad interiorem illuminationẽ inter uisibilia miracula non numeratur, sed solũ quantũ ad exteriorẽ actum, inquantum, s. uidebant homines eos, q. fuerant illiterati, & simplices, tã sapienter, & constanter loqui: vnde dr̃ Act. 4. videntes Iudæi Petri constantiam, & Ioãnis cõperto ꝙ homines essent sine literis, & idiotæ, admirabant̃. Et tñ huiusmodi spirituales effectus, etsi a miraculis uisibilib. distinguuntur, sunt tñ quædã testimonia doctrinæ, & uirtutis Christi, ſm illud Heb. 2. contestante Deo signis, & portẽtis, & uariis uirtutib. & Spiritus s. distributionib. sed tñ circa animas hominũ, maximè quãtũ ad immutandas inferiores uires, Christus aliqua miracula fecit, unde Hier.* super illud Matth. 9. Surgens secutus est eũ, dicit, Fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ, q̃ & in facie relucebat humana, uidẽtes ad se trahere poterat ex primo aspectu, & super illud Mat. 21. Eiiciebat oẽs uẽdẽtes, & emẽtes, &c. dicit. idem Hier.† Mihi inter omnia, signa, quę fecit Dñs, hoc uidetur esse mirabilius, ꝙ unus homo, illo tẽpore contemptibilis, potuerit ad unius flagelli uerbera tantã eiicere multitudinem: igneum. n. quiddam, atq; sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie eius. Et Orige. dicit super Io. Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuersa est in uinum eo ꝙ illic inanimata subsistit materia hic uero tot millium hominum domantur ingenia. Et super illud Ioan. 18. Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, dicit August. † vna uox turbam odiis ferocem, armisque terribilem sine telo ullo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet: quod dicitur Luc. 4. quod Iesus transiens per medium illorum ibat, ubi dicit Chrys. quod stare in medio insidiãtium, & non appræhendi, diuinitatis eminentiam ostendebat, & quod dicitur Io. 8. Iesus abscondit se, & exiuit de templo: ubi August. dicit, Non abscondit se in angulo templi quasi timens, vel post murum, aut columnam diuertens: sed diuina potestate se inuisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet, quod Christus quibus uoluit, uirtute diuina animas hominum immutauit, non solum iustificando, & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem, sed etiam exterius alliciendo, uel terrendo, uel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

Ad secundum dicendum, quod Christus uenerat saluare mundum, non solum uirtute diuina, sed per mysteriũ incar-

*q. pręced.

*q. pręced. ar. 4.

* Sup illud Mat. 9. Cũ transiret vidit hoĩem sedentem, c. 9.

† Sup illud Mat. 21. videntes pri. & scribæ mirabiliaq; fecit, to. 9.

* Inf. 128. q. liber primo in lucẽ prodit anno Domini 1535. Parisiis.

† trac. 112. in Io. post med. to. 9.

biuò operari,& perfectè,& sine adminiculo alicuius. R. Si attendatur præcise uirtutis illius diuinæ immensitas. §. Hinc est (ut dicitur in tex.) quod Christus communiter opera & perfectissima, & in instanti faciebat. Tunc nihil, &c. Nam in miraculis faciendis Christus non solum attendebat, quid posset facere secundum suæ uirtutis diuinæ infinitatem; sed etiam quid deberet facere secundum congruentiam humanitatis suæ, uel etiã alterius rei specialiter occurrentis (ut de cæco illo Mar. 13.) Christus enim uenerat saluare mundum, non solum uirtute, & cæt. ut in tex. Ex quo patet, quod in miraculis operabatur adminiculo alterius (puta; sputo suo, manibus, &c.) non quia non posset ex immensitate uirtutis suæ diuinæ operari illa sine adminiculo quocúque; sed quia in eis faciendis considerabat etiam, quid congrueret mysterio incarnationis suæ.

* Hom. 9. in Mar. circa med. to. 2.

3m de maiori.

Quæ se inuicem nõ cõsequuntur. R. Nec ad inuicem sic se habent, quod unum est finis alterius. §. Tũc nihil &c. Nam posito etiam quod ægritudo corporis, & ægritudo animæ peccatum non consequantur semper se inuicem, ad huc oportet quod imperfectio corporis, & imperfectio animæ simul tollantur, quia unũ scilicet curatio animæ est finis alterius, scilicet curationis corporis. Et ideo non conueniebat Christo, utpote cuius opera debent esse perfecta, curare corpus alicuius, nisi eius animam curaret; uel scilicet mũdando ipsam à peccato, si illud haberet, uel iuuando ipsam ad fidem, charitatem, aut aliam spiritualem perfectionem. In plus enim est curatio animæ, quæ curatio animæ à peccato. Cæterum ad id, quod in conclusione argumẽti adducitur tanquam faciens difficultatem inferendi maius ex minori, id est remissionem peccati ex corporali sanatione, respondet textus in fine per ly quamuis autẽ, ut Chrysost. dicit super Mat. quantò anima, &c. Ac si dicatur. Argumentum putat falsum, scilicet quod Christus ibi inferre uelit maius ex minori, ut sic. Nam ibi Christus ad conuincendum Iudæos, qui de minus manifesto, id est de remissione peccati factæ ab ipso calũniam prætendebant, utitur processu à re magis manifesta, scilicet sanatione exteriori, quam utpote notoriam negare non possint, ad rem minus manifestam, scilicet remissionem peccati. Vide quæstio. 43. artic. 4. appen.

† trac. 44. in Io. non remote a prin. to. 9.

* Ho. 21. in Io. post medi. illi. to. 3.

† Sup. illud Mat. 8. Cũ uenisset Iesus in domũ Petri, to. 9.

* Ho. 9. in Mat. tunui tur.

† Bed. Mar. 8 l. c. 34. secundũ eius ord. to. 2.

4m illatio conclusionis.

Ergo uidetur, inconueniẽter, &c. R. Negatur illatio. § Procedit enim ex falso in præmissis subintellecto. Nam talia mandata de taciturnitate non impediunt (ut putabant) finem operis Christi, neque contrariantur aliis mandatis de publicatione, ut patet in textu ex Diuo Chrysostomo.

* q. preced. ar. 2.

incarnationis ipsius. Et ideo frequẽter in sanatione infirmorum non sola potestate diuina utebatur, curando per modum imperii, sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinens apponendo. vnde super illud Luc. 4. Singulis manus imponens, curabat omnes, dicit Cyrillus, quãuis vt Deus potuisset omnes uerbo pellere morbos, tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia. Et super illud Mar. 8. Expuens in oculos eius impositis manib⁹, &c. dicit Chrysost.* Spuit quidem, & manus imponit cæco, uolens ostendere, quod verbum diuinum operationi adiunctũ miracula perficit, manus enim operationis est ostensiua, sputum sermonis ex ore prolati. Et super illud Ioan. 9. Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci, dicit August. † De saliua sua lutum fecit, quia uerbum caro factum est. Vel etiam ad significandum, quod ipse erat, qui ex limo terræ hominẽ formauerat, ut Chrysost. dicit: est autem circa miracula Christi considerandum, quod communiter perfectissima opera faciebat: vnde sup illud Io. 2. Omnis homo primũ bonum uinum ponit, dicit Chrysost.* Talia sunt Christi miracula, ut multò his, quæ per naturam fiunt, speciosiora, & utiliora fiãt, & similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat: vnde super illud Matt. 7. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hier. † Sanitas, quę confert à Domino tota simul redit. Specialiter autem in illo cæco contrarium fuit propter infidelitatem ipsius, ut Chrysost.* dicit. Vel sicut Beda, † dicit, quem uno uerbo totum simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ uix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat.

Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictum est,* Christus miracula faciebat uirtute diuina: Dei autẽ perfecta sunt opera, ut dicitur Deut. 32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non cõsequatur: finis autem exterioris curationis per Christum factæ, est curatio animæ, & ideo non cõueniebat Christo, ut alicuius corpus curaret, nisi eius curaret animum: vnde sup illud Io. 7. Totum hominem sanum feci sabbato, dicit Aug.* quod curatus est, ut sanus esset in corpore, & credidit, ut sanus esset in anima. Specialiter autẽ paralytico dicitur, Dimittuntur tibi peccata, quia ut Hier. † dicit super Matt. datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata plerisque euenire corporum debilitates, & ideo forsitam prius dimittuntur peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur: vnde & Io. 5. dicitur, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ubi dicit Chrysost.* Discimus, quod ex peccatis nata erat ei ægritudo. Quamuis autem, ut Chrysost. † dicit super Matth. quanto anima est potior corpore, tanto peccatum dimittere maius sit, quam corpus sanare, quia tamen illud non est manifestum, facit minus, quod est manifestum, ut demonstraret maius, & non manifestum.

Ad quartum dicendum, quod super illud Matth. 9. Videte ne quis sciat, dicit Chrys.* Non est hoc contrarium quod hic dr ei, quod alteri dicit: vade, & annuntia gloriam Dei: erudit. u. nos prohibere eos, qui uolunt nos propter nos laudare, si autem ad gloriam Dei refertur, nõ debemus prohibere, sed magis iniungere, ut hoc fiat.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, quod Christus conuenienter fecit miracula circa homines; Vt per dictum Marc. 7. Bene, &c. ut in argumen. contr. Vbi nota, quod ex isto particulari facto, quod scilicet bene fecerit omnia circa surdos & mutos debes intelligi uniuersale, quod scilicet benè fecerit omnia miracula circa quoscumque homines; alioquin Diuus Thomas per hanc authoritatem non habetet intentum suum (ut patet consideranti) quod intendit exinde uniuersaliter concludere de conuenientia miraculorum Christi circa illos. Nec immeritò sic intelligi potest, & debet: quoniam ex uno particulari, dummodo sit proprium opus alicuius agentis, uniuersale sufficienter ostenditur de illo agente, quæstione quadragesimatertia, articulo quarto, ad tertium. Quia igitur facere bene omnia, est proprium opus Christi, cũ sit etiam Deus, ideo ex quocumque particulari eius benè facto licet inferre uniuersale, scilicet quod omnia absolutè, nullo excepto, bene fecerit, faciat, & faciet. Item insinuatur idipsum abundè per dicta in appendicibus articulorum quæstionum 39. 40. 41. 42. 43. cum ibi citatis, applicando (quod facile est) uniuersalia, quæ ibi dicuntur ad particulare hoc propositum. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur. 2

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* trac. 30. Io. 2 med. to. 9.

† Mar. 9. super illud, quid est facilius dicere, to. 9.

* Ho. 37. in Io. to. 3.

* Ho. 30. in Matt. à medi. to. 2.

* Ho. 33. in Matt. non mult. lõge a prin. t. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Conuenienter Christus circa homines miracula fecit. Probatur, ea quæ sunt ad finem, debẽt cõsonare fini, sed aduentus, miracula, doctrinaq; Christi, sunt ad salutem humanam, ut finem. ergo debuerunt ei consonare. ergo quædam salutifera circa homines cõuenerunt miracula ad finem vniuersalis salutis, minor patet, Io. 3. & omnia clara sunt.

¶ Hic, sicut in mille locis, nota; Auctorem nihil sibi arrogare de Sanctorum doctrina: sed singula quum potuisset complecti proprio nomine, maluit singulis Doctoribus tribuere, ut utcumque decere, & miracula Christi, & humilitatem.

SVP.

SVP. Q. XLIIII.

ART. IIII.

CONCL. In omnibus creaturarũ generibus miracula Christum facere, oportuit; & non solum in hominibus, sed etiam in irrationabilibus creaturis.
241

¶ PROB. Quia miracula Christi ordinabantur ad hoc, quud ipse cognosceretũ esse Deus, q. 43. ar. 4. Et id cognoscitur per hoc, quod miracula eius fiunt circa omnia genera creaturarum (cũ ab hoc effectu ostẽdatur, quod omnes creaturæ quorumcumque generum sunt ei subiectæ, quod soli Deo cõuenit, scilicet omnia esse illi subiecta, art. 2. ad primum.)

¶ NOT. Præsens cõclusio cum probatione sua non tantum seruit præsenti articulo, sed etiam alus omnib. isti' quæstionis, quasi quidã epilogus totius. Si enim circa spirituales substantias, art. 1. Si circa cœlos, art. 2. Si circa homines, ar. 3. si circa creaturas irrationales, ar. 4. ergo circa omnia creaturarum genera Christus miracula fecit. Rurlus ordine retrogrado. Si oportuit Christum facere miracula circa omnia creaturarũ genera: ergo oportuit, quod illa faceret, & circa spiritua les substantias, art. 1. & circa cœlos, ar. 2. & circa homines, ar. 3. & circa irrationalia, artic. 4. Quia uerò ea fecit, circa quæcumque fecerit; ideo cõuenienter fecit, q. 41. art. 1. Coroll. post conclus.

* ar. 1. & 2. huius q.

1m conclusio.

Videtur, quod etiã circa animalia bruta miracula facere debuisset. ℞. Nisi de animalibus brutis terrestribus esset eadem ratio, quæ est de hominibus quo ad sensibilem & corporalem naturam consideratis. §. Vt declaratur in text. Tunc nihil, &c. ut patet ibid.

* ar. præc.

2m illatio conclusionis.

Ergo uidetur, quod inconuenienter, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissa maiori, quæ ẽ extra propositum. Nã in plantis, sicut & in brutis, non inuenitur culpa & pœna. Ideò, quando in plantis uel brutis Dominus aliquid tale operatur, &c. ut in tex. Pro intellectu tamen ampliori, posito qd̃ illa

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationales.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationales. Bruta enim animalia sunt nobiliora plãtis: sed Christus fecit aliquod miraculum circa plãtas, puta cum ad verbum eius est siccata ficulnea, ut dicitur Matt. 21. ergo uidetur quod etiam circa animalia bruta miracula facere debuisset.

¶ 2 Præt. Pœna non iuste infertur nisi pro culpa: sed non fuit culpa ficulneæ, quod in ea Christus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum. ergo uidetur, quod inconuenienter eam siccauerit.

¶ 3 Præt. Aqua, & aer sunt in medio cœli, & terræ: sed Christus aliqua miracula fecit in cœlo (sicut supra dictum est) similiter etiam in terra, quando in eius passione terra mota est. ergo uidetur, quod etiã in aere, & aqua aliqua miracula facere debuerit, & mare diuideret, sicut Moyses, uel etiam flumẽ, sicut fecerunt Iosue, & Helias, & ut fierent in aere tonitrua, sicut factũ est in monte Sinai, quando lex dabatur, & sicut Helias fecit, 3. Regum 13.

¶ 4 Præt. Opera miraculosa pertinent ad opus gubernationis mundi per diuinam prouidentiam: hoc autem opus præsupponit creationem inconuenienter. ergo uidetur, quod Christus in suis miraculis usus est creatione, quando scilicet multiplicauit panes. non ergo conuenientia videntur fuisse eius miracula circa irrationales creaturas.

SED CONTRA est, quod Christus est Dei sapientia, de qua dicitur Sap. 8. quod disponit omnia suauiter.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) miracula Christi ad hoc ordinabantur, qd̃ uirtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hominum salutem. Pertinet autem ad uirtutẽ diuinitatis, ut omnis creatura, sit ei subiecta, & ideo in omnibus creaturarũ generibus miracula eum facere oportuit, & nõ solum in hominibus, sed etiam in irrationalibus creaturis

AD PRIMVM ergo dicendum, quod animalia bruta propinque se habent secundum genus ad hominem, vnde, & in eodem die cum homine facta sunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat quod circa corpora brutorum animalium aliqua miracula faceret, præsertim quia quantum ad naturam sensibilem, & corporalem, eadem ratio est de hominibus, & de aliis animalibus, præcipuè terrestribus. Pisces autem cum uiuant in aqua, magis a natura hominum differunt, vnde, & alio die sunt facti in quibus miraculum Christus fecit in copiosa piscium captura, ut legitur Lucæ quinto, & Ioan. ult. & etiam in pisce, quem Petrus cœpit, & in eo inuenit staterem. Quod autem porci in mare præcipitati sunt, non fuit operatio diuini miraculi: sed operatio dæmonum ex permissione diuina.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Chrysosto. * dicit super Matth. cum in plantis, uel brutis aliquid tale Dominus operatur, nõ quæras qualiter iuste siccata est ficus, si tempus non erat hoc enim quærere est ultimæ dementiæ, quia scilicet in talibus non inuenitur culpa, & pœna: sed miraculum inspice, & admirare miraculi factorem: nec facit creator iniuriam possidenti, si creatura suo arbitrio utatur ad aliorum salutem: sed magis) ut Hilar. * dicit super Matth.) in hoc bonitatis diuinæ argumentum reperimus: nam ubi afferre uoluit procuratæ per se salutis exemplum, uirtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit: vbi uero in contumaces formam seueritatis constituebat, futuri spem damnationis arboris indicauit, & præcipuè (ut Chrysost. † dicit in ficulnea, quæ est humilissima, ut miraculum maius appareat.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Christus etiam in aqua, ut in aere fecit miracula, quæ sibi conueniebant, quãdo scilicet ut legitur Mat. 8. imperauit uẽtis & mari, & facta est tranquillitas magna. Non autem conueniebat ei, qui omnia in statum pacis, & tranquillitatis reuocare uenerat, ut uel turbationem aeris uel diuisionem aquarum faceret: onde Apostolus dicit Hæbr. 12. Non accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, turbinem, & caliginem, & procellam. Circa passionem tamen diuisum est uelum, ad ostendendum reserationem mysteriorum legis, Aperta sunt monumenta, ad ostendendum, quod per eius mortem mortuis uita daretur. Terra mota est, petræ scissæ sunt, ad ostẽdendum

dum

illa siccatio ficulneæ esset pœna, negatur præmissa maior. Pœna enim iuste infertur, & quod in re punita non præsupponatur culpa; dummodo non inferatur sine causa: puta ad probandum patiẽtiam, ad augendum meritũ, puniti) ut fuit de Iob, & Thobia) uel ad dandum exemplum seuerioris iustitiæ in contumaces (ut fuit de hac ficulnea), uel propter aliquam aliam rationabilẽ causam. Quod autem hoc sit uerum de illo maiori, constat ex regulis iuris in sexto Decretalium. Ibi enim regula 23. dicit. Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. Ac si aperte dicat, quod si rationabilis causa puniendi subsit, etiam quod non adsit culpa, potest quis iuste puniri. Iuste ergo fecit Christus, siccari ficulneam, etiam quod ipsa non peccasset: quia non sine causa rationabili hoc fecit. Immò & vniuersaliter ex prædicta regula habes, quod omnes punitiones, quæcumque, quorumcumque, quandocumque, qualescumque, quantæcumque, & quomodocumq; illæ sint, quæ infliguntur a Deo in creaturas, sunt iustæ; nec aliter esse possunt: quia Deus (etiam secũdum Philosophum) nihil agit, immò nec agere potest, frustra, id est sine causa rationabili. Non enim potest negare seipsum 2. Timoth. 2. qui est summa, & prima ueritas, 1. q. 16. ar. 5. qui est ipsa sapientia, & scientia, 1. q. 3. ar. 6. Itẽ q. 14. art. 1. qui est summe recta iustitia, 1. q. 6. 21. ar. 1. cuius uniuersę uiæ sunt misericordia & ueritas, 1. q. 21. art. 4.

* Ho. 68. in Mat. dũ agit de His. ficulneæ. to. 3.

* cap. 21. in Matt. parũ ante med.

† Loco iã dicto ĩ princip. hui' solutionis.

3m conclusio.

Videtur, quod etiam in aere, & aqua, aliqua miracula facere debuerit. ℞. Quæ tamen miracula sibi conueniebant. §. Tunc nihil, &c. Non. n. conueniebat ei, qui omnia in statum, &c. ut in tex. In quo à ly circa passionem tamen diuisum est uelum, &c. usq; in finem, respondet tacitæ obiectioni; quæ scilicet poterat mox occurrere ex eius immediate dictis de non turbatione aeris, & non diuisione aquarum. Ac si per ly tamen, dicat; alia est ratio de turbatione terræ, & diuisione ueli, atque petrarum, quæ fuit tempore passionis

passionis

passionis Dñi. Nam talis turbatio & diuisio, cū rationu pfiguratio nis bonarū rerū fieret (ut declaratur in tex.) nō pindicabat, ut sic, statui pacis, & tranquillitatis a Christo intentæ per aduentū suū.

4m illatio conclusionis. Non ergo conuenientia uidentur, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex falso in prima conclusione posito, ex hoc, scilicet quod in multiplicatione panum Christus sit usus creatione. Multiplicatio si quidem talis facta est per additionem extraneæ materiæ, &c. ut in tex.

D. 968. dum, quod lapidea, hominum corda per eius passionem emollirentur, & q totus mundus uirtute passionis eius erat in melius commutandus.

Ad quartum dicendum, q multiplicatio panum non est facta per modum creationis, sed per additionem extraneæ materiæ in panes conuersæ: unde August.* super Io. dicit, unde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes. Manifestum est autem, quod per conuersionem grana multiplicantur in segetes.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. Ex articulo habes: primò quomodo per rationem ostendas meritò esse insinuatum à scripturis, quod Christus miracula circa irrationalia conuenienter fecit. Vt per dictum Sap. 8. Secundum quod cum applicatione ponitur in argumen. contr. Vbi nota, quod ly suauiter disponere est secundum modum conuenientem rebus, quæ disponuntur, disponere illas, q6. 60. art. 4. Conuenienter ergo Deus facit circa res miracula, quæ facit illa secundum modum conuenientem rebus ipsis. Talis uero earum, & cuiuslibet earum, modus naturalis est; ut transmutetur a Deo secundum ipsius uoluntatem, artic. 2. ad primum. Deum ergo agere suauiter, est ipsum agere conuenienter; & ipsum agere conuenienter est eundem agere secundum suam uoluntatem. Quia igitur Deus circa qualcunque creaturas semper operatur secundum suam ipsius uoluntatem, 1. quæstio. 19. art. 4. & quæst. 103. art. 7. 8. ideo Deus circa eas & circa unamquamque earum semper operatur conuenienter atque suauiter. Applica tu hæc ad particulare istud propositum; ut uideas ad literam, quod quærebatur. Insinuatur quoque idem à dictis in appendicibus articulorum quæstionis 39. 40. 41. 42. 43. cum ibi citatis: applicando generalia, quę ibidem ponuntur, ad hanc particularem materiam. Secundò ex 2
hoc eodem articulo, immo & ex omnibus huius quæstionis articulis, habes; quomodo per rationem huius, & aliorum (secundum quod prudens discrete singula singulis contraponet) interimas hæreses Pauperū de Lugduno (ut refert Cardinalis Turrecremata. De Eccles. lib. 4. cap. 35.) dicentium: Miracula in Ecclesia nulla uera esse. Et Eunomii, Eustathii, Vigilantii (ut refert Lindanus, in Dubitancio suo, Dial. 2.) dicentium; Miracula Sanctorum fuisse dæmonum præstigias. Et Iudæ Scarioth, impii proditoris, sentientis (ut testis est Beatus Hieronymus,) quod miracula Christi magicis artibus sunt ascribenda. Ex hoc enim quod Christus miracula, quæcumque fint illa siue, art. primo, siue artic. 1. siue art. 3. siue huius articu. 4. conuenienter fecit, patet, quod miracula illa recitata in Ecclesia sunt uera, & quod non sunt magicis artibus ascribenda. Et quia sancti in nomine Christi fecerunt miracula, quæcumque fecerunt, iuxta illud Marc. decimo sexto, in nomine meo dæmonia ejicient; item, Domino confirmante sequentibus signis: ideo consequenter patet, quod miracula Sanctorum non fuerunt dæmonum præstigiæ. Tertio, 3
inde, ubi supra, habes: quomodo per rationem ostendas, hæreses illas meritò damnari à dictis supra articulorum numero 146. 235. cum Elucidatio. & secunda secundæ, articulorum numero 844. cum Elucidatio. & primæ partis articulorum numero, 518. cum Elucidatio. Et in Veritatibus Anseis super legem ueterem, Exod. decimooctauo, conclusione secunda. & Numer. 14. conclusione tertia. Quarto uides, quomodo ex 4
his bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur atque confirmetur.

Tra. 24. in Io. non procul a princ. to. 9.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conuenienter Christus fecit miracula in creaturis irrationalibus. Probatur, Miracula Christi fuerunt ad monstrandam illius deitatem pro salute hominum, sed ad Deitatis uirtutem spectat subiecto omnium. ergo conueniens fuit, ut in omnibus generibus creaturarum Christus miracula faceret. ergo in irrationabilibus. Omnia clara sunt.

QVAESTIO XLV.

De transfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de transfiguratione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit Christum transfigurari.

¶ Secundò, Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.

¶ Tertiò, De testibus transfigurationis.

¶ Quartò, De testimonio paternæ uocis.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Christum transfigurari.

223 Opusc. 60. c. 16.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum transfigurari: nō enim competit uero corpori, ut in diuersas figuras mutetur, sed corpori phantastico. Corpus autem Christi non fuit phantasticum, sed uerum, ut supra habitum est.* ergo uidetur, q transfigurari non debuerit.

* q. 5. ar. 1.

¶ 2 Præterea. Figura est in quarta specie qualitatis, claritas autem est in tertia, cum sit sensibilis qualitas. assumptio ergo claritatis a Christo transfiguratio dici non debet.

¶ 3 Præt. Corporis gloriosi sunt quatuor dotes (ut infra dicetur †), scilicet impassibilitas, agilitas, subtilitas, & claritas. non ergo debuit transfigurari magis secundum assumptionem claritatis, quam sēm assumptionē aliarū dotium.

† Nō compleuit mors præuentus.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 17. quod Iesus transfiguratus est ante tres Discipulorum suorum.

Respon. Dicendum, quod Dominus discipulos suos prænuntiata sua passione, induxerat ad suæ passionis sequelam: Oportet autem ad hoc quod aliquis directè procedat in uia, quod finem aliqualiter præcognoscat, sicut sagittator non rectè iaciet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iaciendum: unde est, q Thomas dixit Io. 14. Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Et hoc præcipue necessarium est, quando uia est difficilis, & aspera, & iter laboriosum, finis uero iocundus: Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, ut gloriam obtineret non solum animæ, quam habuit a principio suæ conceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. ult. Hæc oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriam suam: ad quam etiam perducit eos, qui uestigia suæ passionis sequuntur, secūdum illud Actu. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et ideo conueniens fuit, ut discipulis suis gloriā suæ cla-

Medina per totam quæstionem.

SVP. Q. XLV.

ART. I.

Conueniens fuit, ut Christus discipulis suis gloriam suæ claritatis ostenderet) quod est ipsum transfigurari); cui suos configurabit.

¶ Prob. Quia ad hoc, quod aliquis rectè procedat per uiam, maxime si sit difficilis, aspera atque laboriosa, oportet, quod finem, maxime si sit iocundus, præcognoscat aliqualiter (ut patet exemplo de sagittatore, ac Ioan. decimoquarto.) Et discipulis Christi imminebat ire per talem uiam, cuius finis est iocundus (ut patet ex hoc, quod Dominus induxerat eos ad prænunciatæ suæ passionis sequelam, simulque ex Actuum decimoquarto.) Secunda autem pars, scilicet cui, & cæt. patet, Philip. 3.

1m de maiori. In diuersas figuras. ℞. Substantiæ. §. Puta, perdẽdo pristinam formam & faciẽ; aut attendo corporis ueritatem: & assumendo corpus alterius substantiæ, puta spirituale vel aereum. Tunc nihil, &c. Nam Christus in transfiguratione non est mutatus secũdum substantiam, sed secundam qualitatem, scilicet secundum gloriam. Beatus enim Hieronymus dicit super Matth. Nemo putet, &c. ut in textu.

*Mar. 9. parũ a princ. to. 2.

2m conclusio. Assumptio claritatis à Christo, transfiguratio dici non debet. ℞. Nisi claritas corporis non transparentis, & figura, considerarentur circa idem. §. Idest, circa superficiem. Tunc &c. ut de se patet.

*Sup illud Matt. 17. trãsfiguratus est ante eos. t. 9.

3m illatio conclusionis. Non ergo debuit, &c. ℞. Negatur illatio. §. Et dicitur, ꝙ licet Christus in seipso ostenderit indicia omnium dotium, tamẽ ꝓpter solam claritatem dicitur transfiguratus. Nam claritas, vt quę sola sit qualitas personæ in seipsa, pertinet ad aspectum personæ ipsius idest in seipsa considerata: ad cuius aspectum pertinet etiam figura (ut ad sensum patet.)

ritatis ostenderet, ꝙ est ipsum transfigurari, cui suos configurabit, ſm illud Phi. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ: unde Beda * dicit super Matth. Pia prouisione factum est, ut contemplatione semper manentis gaudii ad breue tempus delibata, fortius aduersa tolerarent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Hierony. * dicit super Matth. Nemo putet Christum per hoc quod transfiguratus dicitur, pristinam, formam, & faciem perdidisse, uel amisisse corporis ueritatem, & assumpsisse corpus spirituale, uel aereum: sed quomodo transformatus sit, Euangelista demonstrat dicens, Resplenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur uestium non substantia tollitur, sed gloria commutatur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ figura circa extremitatem corporis cõsideratur: est n. figura, quæ termino, uel terminis cõprehenditur. Et ideo oĩa illa, quæ circa extremitatem corporis considerantur, ad figuram quodãmodo pertinere vñr: sicut autem color, ita & claritas corporis non transparentis, in eius superficie attenditur. Et ideo assumptio claritatis trãsfiguratio dicitur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ inter prædictas quatuor dotes sola claritas est qualitas ipsius personæ in seipsa, aliæ uero tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu, uel motu, seu passione. Ostendit igitur Christus in seipso aliqua illarum trium dotium indicia, puta agilitatis, cum supra undas maris ambularet, subtilitatis, quando de clauso utero virginis exiuit, impassibilitatis quando de manibus Iudæorum, uel præcipitare, uel lapidare eum uolentium, illæsus euasit. Nec tamen propter illa transfiguratus dicitur, sed propter solam claritatem, quæ pertinet ad aspectum personæ ipsius.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatim à scripturis, quod conueniens fuit Christum transfigurari. Vt per hoc, quod dicitur Matth. 17. secundum quod est in argumen. cont. Idem enim est, Christum transfiguratum esse, & conuenienter transfiguratum esse, seu fuisse conueniens, quod transfiguraretur: ut alias, maxime q. 41. ar. 1. Co-

Coroll. post conclus. uisum est. Item per hoc, quod dicitur Exod. 34. Videntes filii Israel cornutam faciem Moysi timuerunt propè accedere, &c. Constat enim quod figuras ueteris testamenti, maxime de Christo, adimpleri, est conueniens: & hanc Moysis splendidam faciem in monte ex consortio Domini participatam transfigurationis Christi esse figuram, subtiliter sensu magnifico annotauit Apostolus dicẽs 2. Corinth. 3. Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut nõ possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriã vultus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Ac si aperte dicat. Si Moyses legifer ueteris testamenti transfiguratus est per claritatem faciei: multò magis Christus legifer noui testamenti transfigurandus erat per claritatem gloriosam totius corporis & uestium. Nã figuratũ est semper nobilius, q̃ figura, sicut finis nobilior est eo, qđ est ad finem: & glorificata facies Moysis fuit figura glorificationis Dñi, id est transfigurationis eius in mõte. Præcessit figura, ergo non solum conueniens, sed & necessariũ fuit, ut figuratum sequeretur. Portò, qđ a figuris liceat procedere ad figurata, disce ex Concil. Hispal. 2. q verbatim quo ad hoc recitatur in Veritatibus Aureis super totam legem ueterem, Leuitic. octauo, conclusione secunda. Quare autem pro splendida facie, elegerit Spiritussanctus dicere in Exodo ly cornutam faciem. Vide in Veritatibus Aureis super legem ueterem, Exod. trigesimoquarto, conclusione octaua, nona. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ex Euangelio clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio. Cõueniens fuit Christũ transfigurari. Probatur primò. Oportet finem aliqualiter præcognoscere ad directe procedendum in uia, præsertim difficili, aspera, & laboriosa, & finem iocundum, sed uia discipulorum Christi per passionem est, & finis gloria est similis gloriæ Christi, ad quam peruenit per passionem Christus. ergo conueniens fuit monstrari gloriam Christi, quod est ipsum transfigurari. Maior declaratur dupliciter. & exemplo sagittatoris, & uerbo Thomæ. Minor autem quo ad Christum Luc. ult. quo ad discipulos, Act. 4. & ad Philip. 3. Et confirmatur auctoritate Bedæ. Omnia clara sunt.

Palud. 3 d. 16. q. 2.

SVPER Q. XLV, ART. II.

COncl. Claritas illa, quam Christus in transfiguratione assumpsit, fuit claritas gloriæ, quantum ad essentiam, non tamen quantum ad modũ essendi.

224 5. di. 16. q. 2. ar. 2.

¶ Prob. Quia claritas illa est deriuata à gloria animæ Christi, & claritas corporum glorificatorum à gloria animæ eorum deriuatur (ut patet per Diuo Augustino.) Secunda autem pars, scilicet non tamen, &c. probatur; Quia claritas illa est deriuata ad corpus Christi per modum passionis transeuntis, & claritas corporum glorificatorũ ab anima redũdat per modum qualitatis permanẽtis (omnia patent).

Cap. 38. in Luc. ẽm seriem Bed. aň me. t. 2.

¶ Corol. Ergo ex secundæ partis probatione patet, quod Christus non assumpsit dotẽ claritatis in transfiguratione, & a simili, nullam aliam dotem ante passionem suam, sed tantũ assumpsit miraculosè ea, quæ pertinent ad dotes. Ratio primi negati est, quia diffinitio dotis id monstrat, quandoquidem dos est quædam qualitas immanẽs corpori glorioso. Ratio secundi

*Sup. illud Matt. 17. trãsfiguratus est ante eos. to. 9.

ARTICVLVS II.

Vtrum claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas gloriosa.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod illa claritas non fuerit claritas gloriosa. Dicit enim quædam glo. Bedæ supra illud Matth. 17. Transfiguratus est coram eis, In corpore, inquit, mortali, ostendit, non immortalitatem, sed claritatem similem futuræ immortalitati, sed claritas gloriæ est claritas immortalitatis. non ergo illa claritas, quam Christus discipulis ostendit fuit claritas gloriæ.

¶ 2 Præt. Super illud Luc. 9. non gustabunt mortem, nisi uideant regnũ Dei, dicit glos. † Bedæ, id est glorificationem corporis in imaginata repræsentatione futuræ beatitudinis, sed imago alicuius rei, non est ipsa res. ergo claritas illa nõ fuit claritas beatitudinis.

¶ 3 Præt. Claritas gloriæ non est nisi in corpore humano, sed claritas illa trãsfigurationis apparuit nõ solum in corpore Christi, sed etiam in uestimentis eius, & in nube lucida, quę discipulos obumbrauit. ergo videtur, quod illa claritas non fuerit claritas gloriæ.

SED CONTRA est, quod super illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos, dicit Hieron. * Qualis futurus est tempore iudicii, talis Apostolis apparuit. & super illud Matt. 16. Donec uideant filium hominis ue-

secundi affirmati patet ex se. Ergo non est dicendum, sicut Hugo de S. Victore, sed est dicendum, sicut S. Dionysius ad Gaium.

1m illatio conclusionis. Non ergo illa, & cæt. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. Nam ex uerbo illo Bedæ non ostenditur, quod & cæt. ut in tex. Ex quo dic, quod minor argumenti non sic †Ho. 57. in Matth. circ. prin. to. 2. sienda est, sed aliter, scilicet claritas corporis glorificati est claritas immortalitatis. Vertatur ergo ly gloriæ, in ly corporis glorificati.

2m de minori. Sed imago. R. Quæ solum est imago. §. Tunc nihil &c. Nam res imago, quæ simul est res, & imago, est uera res: & sic fuit in proposito, qđ scilicet illa beatitudinis D. 349. *Epist. 56. ad me. t. 2. D. 350. claritas fuit uera res, id est uera claritas, & simul fuit imago beatitudinis id est repræsentatiotium quid illius perfectionis, quæ in beatitudine plena expectatur. Hoc est. Claritas illa in se considerata, fuit uera gloriæ claritas, considerata autem in comparatione ad plenam manentemque patriæ claritatem fuit quædam imago il- *q. 14. art. 4. ad 1. lius.

3m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod illa &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis minus bene, & minus plene intellectis. Nam claritas corporum gloriosorum in patria non est ordinata ad repræsentandum aliquid aliud, sed tantum ad perficiendū subiectū suum, & ideo claritas gloriæ tunc erit solū in corpore humano (ut d. maior.) Nō ergo erit solum in corpore humano ꝓpter hoc, quod est claritas gloriæ (ut putat argumentū): sed propter rationem prædictam. Claritas uerò in transfiguratione Christi fuit ordinata etiam ad repræsentandum aliquid, scilicet nō tm̄ perfectionē beatitudinis (ut in ad sin.) sed etiam gloriam aliorum sanctorum futuram. Et ideo sicut claritas, quæ erat in corpore Christi, &c. ut in tex.

† Incipit hec epist. Quæris quidem circa med. illius

nientem in regno suo, dicit Chrysosto. † Volens monstrare quid est illa gloria, in qua postea uenturus est, eis in præsenti uita reuelauit, sicut possibile erat eos discere, ut neque in Domini morte iam doleant.

RESPON. Dicendum, quod claritas illa quam Christus in transfiguratione assumpsit, fuit claritas gloriæ quantum ad essentiam, non tamen quantum ad modum essendi: claritas enim corporis gloriosi deriuatur ab animæ claritate, sicut August.* dicit in Episto. ad Dioscorum: & similiter claritas corporis Christi in transfiguratione deriuata est, & a diuinitate ipsius (ut Damasc. dicit) & à gloria animæ eius. Quod enim à principio conceptionis Christi, gloria animæ non redūdaret ad corpus, ex quadam dispensatione diuina factum est, ut in corpore passibili nostræ redemptionis expleret mysteria, sicut supra dictū est.* Non tamen per hoc adempta est Christo potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et hoc quidem fecit, quātum ad gloriæ claritatem in transfiguratione. Aliter tamen quam in corpore glorificato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, sicut qualitas quędam permanens, corpus afficiens: vnde fulgere corporaliter, nō est miraculosum in corpore glorioso: sed ad corpus Christi in transfiguratione deriuata est claritas à diuinitate, & anima eius, non per modum qualitatis immanentis, & afficientis ipsum corpus, sed magis per modum passionis transeuntis, sicut cum aer illuminatur a Sole: unde ille fulgor tunc in corpore Christi apparēs, miraculosus fuit, sicut & hoc ipsum, quod ambulauit sup undas maris: unde Dionys. † dicit in Epistola 4. ad Caium, Super hominē operabatur Christus ea, quæ sunt hominis, & hoc monstrat Virgo super naturaliter concipiens, & aqua instabilis, materialium, & terrenorum pedum sustinens grauitatem: unde non est dicendum (sicut Hugo de S. Victore dixit) q̄ Christus assumpsit quatuor dotes: claritatis in trāsfiguratione: agilitatis, ambulando super mare: subtilitatis egrediēdo de clauso utero Virginis, & impassibilitatis in cœna, quando dedit corpus suum ad edendum, sine hoc quod diuideretur, quia dos nominat quandam qualitatem immanentem corpori glorioso: sed miraculosè habuit ea, quæ pertinent ad dotes. Et est simile quantum ad animā de uisione, qua Paulus uidit Deū in raptu, ut in 2. par. dictū est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illo uerbo non ostēditur, q̄ claritas Christi nō fuerit claritas gloriæ, sed q̄ non fuit claritas corporis gloriosi, quia corpus Christi nondū erat immortale, sicut n. dispēsatiuè factum est, ut in Christo gloria aīæ redundaret ad corpus, ita fieri potuit dispensatiue, vt redundaret quātum ad dotem claritatis, & non quātum ad dotem impassibilitatis.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ illa claritas dr̄ imaginaria fuisse, nō q̄n esset uera claritas gloriæ, sed quia erat quædam imago repræsentans illam gloriæ perfectionem, secundū quam corpus erit gloriosum.

AD TERTIVM dicendū, q̄ sicut claritas q̄ erat in corpe Chr̄i, repr̄sentabat futurā claritatē corp̄is eius, ita claritas uestiū eius designat futurā claritatē sanctorū, q̄ superabit̄ à claritate Christi, sicut cādor niuis superat̄ a splēdore solis: vn̄ Grego.* dicit 32. Mor. q̄ uestimēta Chr̄i facta sūt splēdētia, q̄a ī supnæ claritatis culmine sācti oēs, ei luce iustitiæ fulgētes adhærebūt: nestiū. n. noīe iustos quos sibi adiūget signat, f̄m illud Isa. 49. His oīb. uelut ornamento uestieris. Nubes aūt lucida signat Spūs sancti gloriā, vel uirtutē paternā (vt Orig. dicit*) p q̄ sancti in futura gloria ꝓtegentur: q̄uis et conueniēter significare possit claritatē mūdi inouari, q̄ erit sāctorū tabernaculū: vn̄ Petro disponēte tabernacula facere nubes lucida discipulos obūbrauit.

D. 486. & 987.

2. 2. q. 175. art. 3. ad 2.

*li. 32. c. 5. in fi.

* cap. 3 in Mat. inter med. & fi. to. 4.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. hēs primo; q̄uo p rōnē ostēdas, meritò esse insinuatū u scripturis iuxta sensū, SS. Patrū expositū, & ab Ecclesia, q̄ illa claritas Christi in trāsfiguratione fuit claritas gloriæ. A scripturis quidem Matth. 17. & 16. iuncta SS. Hier. & Chrysostomi expositione, ut ponitur in argumen. contr. Quanta autem reuerentia prosequi debeamus Orthodoxos Patres in expositione sacrarum scripturarum, uidere potes in Concilio Tridentino sessio. 4. Decret. de edition. & usu sacr. libr. circa principium, ibi, Præterea ad coercenda petulantia ingenia, &c. De eadem reuerentia erga nostros Patres, sic ait Concilium Generale sextum Constantinopoli celebratum, Can. decimonono. Si ad scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit; ne eam aliter interpretētur, quam quomodo Ecclesiæ luminaria, & Doctores suis scriptis exposuerunt. Et maiorem ex iis laudem assequentur; quam si, quæ à se dicuntur, compōnant: ne, dum quandoque ad id hæsitant, ab eo, quod conuenit, excidant. Hæc ibi. Ab Ecclesia uerò idem insinuatur per hoc, quod in officio festi Transfigurationis dicit. Christus Iesus splendor patris, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, in mōte excelso gloriosus apparere hodie dignatus est. Hæc ibi. Nam ly gloriosus, importat semper: (ut de se patet) claritatem gloriæ, licet non semper claritatem corporis gloriosi. Vt in proposito. Ac si magis distinctè per illa uerba dixerit. Christus hodie apparuit uestitus claritate gloriæ in corpore nondum glorioso. Constat enim quod corpus illud tunc non fuit factum immortale, cum postea mortuus fuerit; ergo nec gloriosum, quia duo hæc scilicet esse corpus gloriosum & esse corpus immortale, & consequuntur (ut ex ad primum facile cognosci potest.) Claritas ergo gloriæ in plus se habet, id est est communior, quam claritas corporis gloriosi. Nam sicut omnis homo est animal, non autem omne animal est homo, eo quod animal est quid communius homine, ita omnis claritas corporis gloriosi est claritas gloriæ, sed non omnis claritas gloriæ est claritas corpori gloriosi. Secundo consequenter & ex ratione huius articuli, & ex nunc in tota appendice dictis constat, quomodo oppugnandus, & expugnandus sit error Barlaami, & Acindyni dicentium, quod transfigurationis lumen, quod in monte Thabor effulsit, fuit spectrum dumtaxat, quod ortum habet & interitum; non autem diuinæ naturæ splendor. Ex præmissis enim omnibus patet, quod lumen illud fuit uera claritas gloriæ, licet per modum transeuntis, deriuata ab anima Christi, & ab eius diuinitate, (ut in corpore articuli.) Vnde in hoc sensu, inquantum scilicet deriuata est etiam à natura diuina Christi, potest illa claritas dici naturæ diuinæ splendor. Totaliter uerò falsum est, quod illa claritas fuerit spectrum. Non enim spectrum (ut patet ex nominis significato) est uera claritas gloriæ. Prædictos uerò scilicet Barlaamum, & Acindynum, ut hæreticos, ab Ecclesia reiiciendos censuisse quoddam Concilium fertur, quod an uerum sit affir-

mare

mare non audeo, quandoquidem talis Concilii sanctionem uidere non potui. Caeterum diligentiae prudentis Lectoris, nocturna diurnaque manu libros uersantis, hoc ipsum inueniendum relinquitur, Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina praesens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus quaerit, an illa claritas, quae apparuit in Christo fuerit claritas, quae ponitur una ex quatuor dotibus corporis gloriosi: hic est enim quaerere an fuerit claritas gloriosa. Et quaeritur hoc ad differentiam claritatis, quae alias apparere potest, ut in natiuitate Domini dicitur, quod claritas Dei circumfulsit illos, & in resurrectione Domini, Angeli in claritate candida apparuerũt: constat enim huiusmodi claritates non esse claritates corporum gloriosorum, & propterea hic in quaestionem vertitur, an illa claritas Domini in transfiguratione fuerit sicut dictae claritates, an fuerit claritas corporis gloriosi.

¶ In corpore duo fiunt. Primo ponitur conclusio, & probatur, secundò ex illa excluditur opinio Hugonis de Sancto Victore. Conclusio est habens duas partes. Claritas illa fuit claritas gloriae, quantum ad essentiam, & non quantum ad modum essendi. Probatur primum: Claritas gloriae deriuatur ab anima in corpus, claritas Christi deriuata est a deitate, & anima in corpus. ergo. Maior est August. ad Dioscorum. Minor est Damasc. quo ad deitatem: quo ad animam uero probatur: quia non est adempta Christo potestas deriuandi gloriam animae ad corpus ea dispensatione, ne redundaret: secunda pars probatur ex differentia inter claritatis modos essendi diuersos, scilicet vel per modũ qualitatis permanentis, uel per modum passionis transeuntis. nam primo modo est claritas gloriae etiam quo ad modum essendi, non secundo, quod manifestatur ex alia differentia, quia corpora gloriosa sunt affecta claritate, ita ut naturaliter fulgeant: hoc autem miraculose. Et declaratur modus essendi, sicut lumen in aere. Declaratur miraculum, sicut ambulare super aquas, & auctoritate Dion. confirmatur.

¶ Deinde excluditur opinio Hugonis de Sancto Victore, qui in hoc secundo differt quo ad uerba, quia dotis nomine usus est, quae, quid fixum sonare uidetur: sed forte quo ad rem idem sentit, scilicet quod assumpsit dotem, secundum essentiam, non secundum modum essendi, id est, non per modum dotis. Omnia clara sunt in litera.

¶ Circa rationem literae dubium occurrit; tum quia inualida uidetur, ex hoc, quod non est adempta Christo potestas deriuandi gloriam animae ad corpus, inferẽdo, ergo gloria illa deriuata est ab anima; a posse namque ad esse non valet argumentum: tum quia si gloria illa deriuata est ab anima in corpus. ergo non est miraculosa, sed naturalis, quoniam pro illo tempore redundantia prius prohibita naturalem cursum suum fecit. Et sic totum oppositum videtur, scilicet quod non esse clarum Christi corpus, erat miraculosum, quia miraculose suspendebatur redundantia animae ad corpus, fulgere autem erat naturale, quia sibi derelictum, fulgebat.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia dispensatio est sicut exceptio quędam a regula generali (ut patet secundum communem usum Ecclesiae) & regulariter anima beata glorificat corpus, quod animat, ut August. dicit, ac per hoc cum anima Christi fuit beata ab initio sui, debebat regulariter ipsius corpus gloriosum esse ex naturali redundantia animae beatae ad corpus, quod uiuificat, sed quia Christus uoluit pati, & in similitudine carnis peccati nobiscũ conuersari, suspendit actualem redundantiam gloriae in corpus ab anima sua. Et hoc est dispensasse in generali regula redundantiae. Ex qua dispensatiua suspensione actualis redundantiae, factum est, ut corpus remaneret passibile, utpote non dotatum actualiter ad huc ab animae gloria, & ut anima nihil minus potestatis in se haberet, quam si redundando actualiter communicaret corpori suo gloriam, nihil enim ex hoc animae ademptum est, nisi actualiter redundantia ad tempus, ex quo constat non minus ipsius animae secundum se potestatem, propterea in litera dicitur, quod non est per dispensationem adempta Christo potestas deriuandi gloriam animae ad corpus. Et quia de facto apparuit gloria in corpore Christi, monstrata ad hoc, ut Apostoli viderent, uel modicum futurae gloriae post resurrectionem, consequens est, ut gloria illa non alia fuerit, quam illa, quae est ipsius Christi propria, quam constat ab anima deriuari: alioquin non ostendisset illis gloriam suam, sed aliam, cum tamen Ioannes, qui uidit, dicat, uidimus gloriam eius. Quocirca quia posita potestate deriuandi, dubium non est quin deriuatio sequuta fuerit, ideo sufficit Auctori potestatẽ deriuandi declarasse, pro manifesto relinquens, quod actualiter deriuata est.

¶ Et licet claritas illa relata ad animam Christi fuerit non miraculosa, sed naturalis (ut obiiciendo dicitur, quia beata erat anima Christi) relata tamen ad corpus Christi miraculosa erat, quia corpus illud etiam tunc erat passibile: quod enim corpus passibile fulgeat sicut sol, miraculosum est. Verum si deriuata totaliter fuisset gloria ab anima Christi in corpus, non fuisset gloria miraculosa, sed naturalis: reddidisset si quidem corpus totaliter gloriosum, sicut modo est post resurrectionem, sed quoniam non nisi per modum cuiusdã passionis claritas illa à naturali quidem fonte animae beatae, in corpus descendit, ideo corpus non reddidit gloriosum simpliciter, & ideo miraculosum fuit, ut corpus non gloriosum fulgeret. Concede ergo, quod utrumque miraculosum fuit, scilicet & corpus Christi non fulgere, & sic fulgere in transfiguratione. Sed primum spectat, ad primum, & quasi uniuersale, antiquumque miraculum in incarnatione factum, quo suspensa est redundantia gloriae ab anima in corpus Christi, ut haberet corpus passibile, pro nostra salute moriendo, &c. Secundum autem spectat ad spirituale miraculum quo nunc actualiter corpori passibili, & caetera; praestitum est, ut fulgeret, & ratione huius in litera dicitur, quod fuit fulgor Christi miraculosus. Et per haec patet solutio obiectorum.

¶ In responsione ad tertium, Auctor ad mysticam transit rationem, relinquens pro manifesto nihil officere claritati gloriosae corporis Christi, si tanta est quod etiam splendidas uestes efficiat, & nubes lucidas reddat, per radiorum suorum emissionem. Haec enim non ad ipsam spectant claritatem, sed ad ipsius effectus, in hoc enim magnitudo lucis corporis Christi ostenditur; & graduata illius participatio, dum uestes propinquiores splendent: nubes autem remotior lucida fit.

SVP. Q. XLV. ARTICVLVS III.

ART. III.

CONCL. Conueniẽs fuit, ut transfigurationis Domini testes adessent, tam de praecedẽtibus Christum, s. Moyses, & Helias, quam de subsequentibus ipsum, scilicet Petrus, & Iacobus, & Ioannes.

244 ¶ PROOE. Quia conueniens fuit, ut in ore duorum uel trium testium staret omne uerbum (Deuteron. 19.) Secunda autem pars; scilicet tam de & caet. probatur; Quia trãsfiguratio Christi fuit quędã praeostensio futurae gloriae, mutatoque ad illam, ar. 1. 2. & ad gloriã beatitudinis adducẽtur p Christum homines tã praecedentes, quã subsequentes (ut patet ex Matt. 21.)

Vtrum testes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non conuenienter inducti fuerint testes trãsfigurationis. Vnusquisq; enim maxime potest perhibere testimoniũ de notis: sed qualis esset futura gloria tempore transfigurationis Christi nulli homini per experimentum erat adhuc notum, sed solis angelis. ergo testes transfigurationis magis debuerunt esse angeli, quam homines.

¶ 2 Praet. Testes ueritatis non decet aliqua fictio, sed ueritas: Moyses autem, & Helias non ibi uerè affuerunt, sed imaginarie: dicit enim quaedam glo. * super illud Luc. 9. Erãt autem Moyses, & Helias, &c. Sciendum est, inquit, non corpora, uel animas Moysi, & Heliae ibi apparuisse, sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. Potest et credi angelico ministerio hoc factũ esse, ut Angeli eorum personas assumerent. non ergo uidetur quod fuerint conuenientes testes.

* Ex lib. 3. de mirabilibus sacrae scripturae, c. 13. colligitur, inter ope. Aug. to. 5.

¶ 3 Praet. Act. 10. dicitur, quod Christo omnes prophetę testimonium perhibent, ergo non soli Moyses, & Helias debuerunt adesse tamquam testes, sed etiam omnes prophetae.

¶ 4 Praet. Gloria Christi omnibus Christi fidelibus repromittitur, quos per suam transfigurationem ad illius gloriae desiderium accendere uoluit. nõ ergo solos Petrum, & Iacobum, & Ioannem in testimonium suae transfigurationis assumere debuit, sed omnes discipulos.

IN contrarium est, euangelicae scripturae auctoritas.

RESP.

1ª illatio conclusionis. Ergo testes, &c. ℞. Negat illatio. §. Procedit. n. ex falsa intelligentia habita in præmissis. Nam in minori propositione loquitur de futura gloria spirituali, id est de visione diuinæ essentiæ, quam soli Angeli inter creaturas per experimentum tunc habebant, quasi intelligens per talem locutionem, quod talis gloria in transfiguratione esset monstrāda: id quod non est uerum. Non enim Christus per suam transfigurationem manifestauit uisionem essentiæ diuinæ discipulis suis, sed corporis gloriam, & cæt. ut in text.

* ar. 1. hui* quęst.

2ª minor. Moyses, & Helyas non ibi uerè affuerūt, sed imaginariè. ℞. Negatur. §. Vt patet ex Beato Hieronymo adducto in tex. Ad probationem minoris negatæ dicitur, quod ei non est standum.

* Alias, &

3ª conclusio. Non soli Moyses, & Helias, debuerunt adesse, tamquam testes; sed & omnes prophetæ. ℞. Nisi de Moyse & Helia, præ aliis, fuissent rationes plures, & potiores, quo ad hoc, §. idest quo ad esse præsentialiter testes transfigurationis. Tunc nihil, &c. Nam plures, & potiores, præ aliis quo ad hoc, fuerūt de istis duobus, ut declaratur in tex. Ex cuius taciturnitate ad illā authoritatem Actu. 10. elice: quod prædicta authoritas adducta hic extra propositum. Vult enim dicere, quod omnes prophetę in scriptura prophetiarum suarū perhibēt testimonium Christo, & non vult dicere, quod omnes illi (nisi forsan tamquam repræsentati in persona illorū duorum, quo ad hoc, præcipuorum) deberent personaliter in seipsis phibere Christo transfigurato testimonium, id est exhibere propriam præsentiam in transfiguratione Christi.

D. 813.

* Sup. illud Mat. 17. Et apparuit illis Moises, & Helias, to. 9.

4ª de conclusione. Nō ergo solos Petrum & Iacobum, & Ioānem in testimoniū suæ transfigurationis assumere debuit. ℞. Nisi alta mystria, qualis est transfiguratio, potioribus tantū immediatè essent exponenda. §. Tunc nihil &c. Tres enim istos Christus assumpsit, tamquam potiores Nā Petrus excellens fuit, &c. ut in textu, usq; ad ly martyrii. Quia uerò dixerat, quod alta mysteria, & consequenter transfiguratio debent per maiores ad alios deuenire tempore suo; ideo à ly & tamen hos ipsos, &c. usque in finem declarat ex Euangelio cum B. Hier. expositione, quod tempus illud, tali, scilicet manifestationi cæteris aptum, non fuit ante passionē Domini, sed post eius resurrectionem & Spiritussancti missionem.

* Ho. 57. in Mat. super illud, apparuerūt Moyses, & Helias, to. 2.

RESPON. Dicendum, quod Christus trāsfigurari uoluit, ut gloriam suam hominibus ostenderet, & ad eam desiderādam homines ꝓuocaret, sicut supradictum est.* Ad gloriam autem æternę beatitudinis adducūtur homines per Christum, non solum, qui post eum fuerūt, sed etiam, qui eum præcesserunt: unde eo ad passionē properante, tam turbæ, quæ sequebantur, quā quæ præcedebant, ei clamabant Hosanna, ut dicitur Matth. 21. quasi salutē ab eo petentes, & ideo conueniens fuit, ut de præcedentibus ipsum testes adessent, s. Moyses, & Helias, & de sequentibus ipsum, scilicet Petrus, & Iacobus, & Ioannes, ut in ore duorum, * uel trium testium staret hoc uerbum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus per suam transfigurationē manifestauit discipulis corporis gloriam, quæ ad solos homines pertinet. Et ideo conuenienter non angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ glo. illa dicitur esse sumpta ex libro, qui intitulatur de Mirabilibus Sacræ Scripturæ, qui non est liber authēticus, sed falso ascribitur Aug. & ideo illi glossæ non est standum: dicit enim expressè Hieron.* super Matth. Considerandum est, ꝙ Scribis, & Pharisæis de cœlo signa poscentib. dare noluit: hic uero ut Apostolorum augeat fidem, dat signum de cœlo: Helia inde descendente, quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente, quod nō est sic intelligēdum, quasi anima Moysi suum corpus resumpserit: sed qd anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparēt. Helias autem apparuit in proprio corpore, nō quidem de cœlo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco, in quod fuerat in curru igneo raptus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ (sicut Chrys.* dicit super Matt.) Moyses, & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima est hæc, quia enim turbæ dicebant eum esse Heliam, uel Hieremiam, aut unum ex Prophetis, capita Prophetarum secum ducit, ut saltē hinc appareat differentia seruorū, & Domini. Secūda ratio est, quia Moyses legem dedit, Helias pro gloria Domini ęmulator fuit: unde per hoc, ꝙ simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudæorum accusantium Christum tamquam transgressorem legis, & blasphemum, Dei sibi gloriam usurpātem. Tertia ratio est, ut ostendat se habere potestatem mortis, & uitæ, & esse iudicē mortuorum, & uiuorū, per hoc qd Moysem iam mortuum & Heliam adhuc uiuentē, secum ducit. Quarta ratio est, quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cū eo de excessu, quē cōpleturus erat in Hierusalē. i. de passione, & morte sua. & ideo ut super hoc discipulorū animos confirmaret, inducit eos in mediū, qui se morti exposuerunt pro Deo. Nā Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni: Helias uero regi Achab. Quinta rō est, quia uolebat ut discipuli sui æmularentur Moysi māsuetudinem, & zelum Heliæ. Sextam rōnē addit Hila.* ut ostēderet. s. se p legem quam dedit Moyses, & per Prophetas, inter quos fuit Helias præcipuus, esse prædicatum.

* cap. 17. in Matt. non remote a prin.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ alta mysteria non sunt omnibus exponenda immediatè, sed per maiores suo tempore ad alios debēt deuenire. & ideo, ut Chrys. † dicit, assumpsit tres tamquā potiores. Nam Petrus excellēs fuit in dilectione, quā habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa. Ioā. uero in priuilegio amoris, quo a Christo diligebatur pp suam uirginitatē, & iterum propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ: Iacobus autem propter prærogatiuam martyrii, & tamen hos noluit hoc, quod uiderant aliis annunciare ante resurrectionem, ne (ut Hiero.* dicit) & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam, sequens crux scandalum faceret, uel etiam totaliter impediretur a populo, & ut cum essent Spiritusancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

† Ho. 57. in Matt nō ꝓcul à prin. to. 2.

* Sup. illud Mat. 17 Nemini dixeritis uisionem, to. 9.

¶ NOT. Diligentissimè commendanda memoriæ, intellectuque penetranda est regula textualis hæc, scilicet; Alta mysteria non sunt omnibus exponenda immediatè, sed per maiores debent suo tempore ad alios deuenire. Hoc dixerim & ad confirmandum catholicos: ut a Christo per Ecclesiæ maiores de pertinentibus ad salutem edoceri, uoluntarie usq; perseueranter contenti sint, & ad retundendum hæreticos, ne à Christo sine medio maiorum Ecclesiæ catholicæ (quales fuere Petrus, Iacobus, Ioannes) de pertinentibus ad salutem præsumptuose incassum uelint illuminari. Quis enim inter homines maior, uel Christo clarior, cæteris Apostolis (Iuda traditore submoto)? Quibus tamen non, nisi mediantibus his tribus primoribus, reuelare altum hoc mysterium uoluit Christus: in signum utique certum, quod mysteria alta, qualia sunt fidei catholicæ mysteria, minoribus numquam nisi per sanctæ Ecclesiæ maiores manifestabit. De hoc, ad præsentis textus notitiam ampliorem, vide Veritates Aureas super totam legem ueterem Genes. decimosexto, conclusione quinta, in ly Pro Ecclesia sancta Dei. Item Nume. 4. conclusione secūda, tertia, quarta. Item Exod. decimooctauo, conclusione quinta, sexta. Item Deuteron. decimoseptimo, conclusione 7. 8. 9.

APPENDIX.

Vtilita pro Eccle S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & ab Ecclesia, quod cōuenienter Moyses, & Helyas adducti sunt testes transfigurationis, cum Petro, Iacobo, & Ioanne. A scripturis, quidem per hoc, quod illæ Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9. narrant factum, idest transfigurationem esse celebratam prædictis quinque præsentibus. Vt enim sæpius dictum fuit, maximè quæstione quadragesima prima, articulo primo, Corollar. post conclusio. idem est Christum fecisse hoc, aut illud, & Christum conuenienter fecisse. Vt in proposito. Christo de uoluntate beneplaciti, prima quæstione 19. articulo 4. 6. uolente Moyses, Helyas, Petrus, Iacobus, Ioannes, affuerunt testes in transfiguratione; ergo conuenienter tales pro testimonio tantæ rei adhibiti sunt. Ad explicandum uerò ly conuenienter, facit speciatim respon. ad tertium, & ad quartum. De conuenientia quoque scripturarum, & cōsequenter istius Matth. 17. vide 2. 2. quæstione 122. articulo 2. append. & q. 140. articulo 1. append. & 1. 2. q. 68. artic. 4. append. Ab

¶ Not.

AR-

Ecclesia autem insinuatur idem per hoc, quod in hymno festi trāsfigurationis illud, tamquam conuenienter factum, refert dicens. Vbi patres præcellentes in mortali corpore, admirātur assistentes de tam grandi munere, diuinum lumen cernentes in creato lumine. Quod uertices prophetarum præcolunt deuotius; Moyses lumen præclarum legis datæ cçlitus, & Helyas iubar magnum, zelo Dei feruidus. Nam in priori uersu, scilicet. Vbi (id est in quo monte transfigurationis) patres præcellentes, &c. loquitur de illis tribus Apostolis, & in subsequenti, s. Quod uertices, &c. de antiquis duobus. Quod uero in testimonium adducantur, patefacit eadem Ecclesia ibid. in collecta dicens. Deus, qui fidei sacramenta in unigeniti tui gloriosa transfiguratione Patrum testimonio roborasti. Vbi per ly patrum, comprçhendit omnes illos quinque. Ibi etiam ex ly diuinum lumen cernentes in creato lumine, patet: quod damnatur prædictus artic. 2. append. error Barlaami, & Acindyni. Quia enim in lumine illo creato viderunt diuinum lumen, id est in claritate corporis Christi gloriosa deriuata à diuino lumine, id est à diuinitate ipsius: ideo lumen illud uisum non fuit spectrum. Dicitur ergo uidisse diuinum lumen, non quia tunc uiderint diuinam essentiam, sed quia illud lumen creatum, quod in corpore Christi uiderunt, deriuabatur non tantum ab eius anima creata, sed etiā ab eius diuinitate increata (ut patet ar. 2. corp.) Vel etiam dicuntur tunc uidisse diuinum lumen, eo modo; quo Deus uidetur magis per effectus altiores, qualis erat illa claritas corporis Christi, q̄ per effectus infimiores; ut habetur in 1. q. 94. ar. 1. & Additio. q̄. 91. ar. 3. 4. ubi dicitur, q mundi innouatio per claritatem, seu meliorationem, ordinatur ad hoc; q homo, etiam quasi sensibiliter, in corporib. innouatis quodammodo per manifesta indicia diuinitatem uideat. A fortiori igitur de uidentibus gloriosam claritatem in corpore Christi refulgentem, possumus in sensu præmisso dicere hoc, s. patres uiderūt diuinum lumen in lumine creato. Nā claritas gloriæ in corpore Christi fuit tunc multo maior, quam futura sit claritas in corporib. mundi innouatis. Cæterū quanti ualeat authoritas Ecclesiæ, quæ tot nobis ad propositum articuli insinuauit, patet secunda secundæ, quæstione decima, articulo 12. corpo. in princip. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio: Conuenienter inducti sunt testes transfigurationis. Probatur; Ad gloriam æternam, p Christum adducuntur homines præcedentes ipsum, & sequentes. ergo conuenienter homines duo ex præcedentibus, & tres ex sequentibus inducti sunt transfigurationis testes. Antecedens licet sit clarum, manifestatur tamen ex mysterio turbarum clamantium, &c. Consequentia autem quo ad transfigurationem, probatur transfiguratio nihil aliud fuit, quam quædam demonstratio gloriæ inuitatus ad ipsam. Quo ad numerum testium probatur, quia in ore duorum, uel trium.

SVPER Q. XLV.

ART. IIII.

COncl. Tam in baptismo, quam in transfiguratione conueniens fuit, manifestare naturalē Christi filiationem; testimonio

245 patris.

In cat. aurea Mat 17. li. 2. & Mar. 9. lib. 1.

¶ Proba. Quia tam in baptismo, quam in transfiguratione præsignatur adoptio filiorū Dei; in illo quidem per gratiam, in hac uero per gloriam (ut patet): & adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatē imaginis ad Dei filium naturalem (ut patet.) Secunda autem pars, scilicet testimonio, & cæt. probatur, Quia solus pater est perfecte conscius æternæ generationis, simul cum Filio, & Spiritusancto.

1ᵐ illatio conclusionis. Non ergo fuit conueniens, & cæt. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quod male intelligit authoritatem Iob. 33. Nam de locutione uerborum secundum superficiem literæ consideratorum non intelligitur illa sententia (ut putat argumentum): sed aut de æterna Dei locutione, qua unicum Verbum, & numquam aliud, dixit, id est generauit, aut de locutione uerborum, secundum eundem penitus sensum consideratorum. Quoniam de sententiis hominum loquentium ad Iob incidit sermo nunc; ideo, ut uniuersalius, & plenius circa huiusmodi instruaris, uide prima secūdæ articulorum numero 467. Elucidatio. Vide autem probationem conclusionis huius articuli pro

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paternæ uocis in transfiguratione.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter auditum fuerit testimonium paternæ uocis dicentis, Hic est filius meus dilectus: quia ut dicitur Iob 33. semel loquitur Deus, & secundum idipsum non repetit: sed in baptismo hoc ipsum paterna uox fuerit protestata. non ergo fuit conueniens, quod hoc iterum protestaretur in transfiguratione.

¶ 2 Præt. In baptismo simul cum uoce paterna affuit Spiritussanctus in specie columbæ, quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo conueniens uidetur fuisse patris protestatio.

¶ 3 Præt. Christus docere incœpit post baptismum, & tamen in baptismo uox patris ad eum audiendum homines non induxerat. ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

¶ 4 Præt. Non debent aliquibus dici ea, quæ ferre non possunt, secundum illud Ioan. 16. Adhuc habeo uobis multa dicere, quæ non potestis portare modo, sed discipuli uocem patris ferre non poterant: dicitur enim Matth. 17. quod audientes discipuli ceciderunt in faciem suā, & timuerunt ualde. ergo nō debuit uox paterna ad eos fieri.

IN contrarium est auctoritas Euang. scrip.

RESPON. Dicendum, quod adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter. Primò quidem, fit per gratiam uiæ, quæ est conformitas imperfecta. Secundò, per gloriam patriæ, quæ erit conformitas perfecta secundum illud 1. Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, & nōdum apparuit quid erimus: scimus quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quia igitur gratiam per baptismū consequimur in trāsfiguratione aūt præmōstrata est claritas futuræ gloriæ, ideo tam in baptismo, quam in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio patris, quia solus est perfectè conscius illius perfectæ generationis simul cum filio, & Spiritusancto.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illud uerbum referendum est ad æternam Dei locutionē, qua Deus pater uerbum unicum protulit sibi coæternum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali uoce Deus protulerit, nō tamen propter idem, sed ad ostendendum diuersum modum, quod homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ.

AD

pro intelligendo magis textu ly nec tamen propter idem; sed ad ostendendum diuersum, &c.

¶ EXAM. Ly nec tamē propter idem. Hoc est Non secundum eundem sensum prorsus. Ex quo aperte relinquitur intelligendum: quod, quando Deus corporali uoce, id est (communius loquendo) in sacra scriptura idipsum repetit, tunc secundum sensum aliqualiter, id est magis uel minus diuersum illa eorundem uerborum repetitio intelligi necessario debet. Exemplum sit de ly Crescite, & multiplicamini, Genes. primo, bis repetito a Deo. Ibi enim primo loquens ad irrationalia inquit, crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, & cætera. Secundò autem loquens ad homines ait, crescite, & multiplicamini, & replete terram, & cætera. Nam si ad uerborum corticem tantum aspicias, repetitur idipsum (ut patet): Si autem eorundem uerborum sensum attenderis, nō repetit, sed solū semel loquitur De⁹. Cresc. inquit ad irrationalia, & multipl. s. modo uobis conuenienti; hoc est, modo irrationali. Crescite inquit ad homines, & multiplica. s. modo uobis conuenienti; hoc est, modo rationali. Quia enim irrationalia non habēt in seipsis rationem, & rationalia in seipsis rationem habent; ideo, ut singula præcepta illa singulis præcepto subiectis correspondeant (quod utique necessarium esse, constat) glossari oportet utrumque præceptorum illorum, secundum quod glossatum est. In cuius etiā euidentissimum

tissimum signum est: quod Deus, cum bestias terræ, atque iumenta post primum ly crescite, & multiplicamini, creasset, non repetiit illud præceptum ad bestias illas atque iumenta; quoniam idē cresc. & multipl. sub eodem sensu acceptum extenditur ad animalia hæc (alioquin non possent multiplicari); & consequenter si ad ista de nouo dixisset ly cresc. & multiplic. repetiisset omnino idipsum. Dixit ergo, sed sine repetitione eiusdē, ad homines ly cresc. & multiplic. quia non sub eodē sensu, scilicet modo irrationali. Valde igitur indocti, quin & maxime ignari sunt: qui nec ad literæ contextum aspertissimum inspicientes primum cresc. & multiplic. pro secundo indistinctē assumunt) multiplicationi hominum (ne dicam, delectationi potius ueneræ) incūbentes modo irrationali, id ust non secundum rectā rationem ordinato; cū tamen eundem numero Deum, qui hominibus dixerat secundum ly cresc. & multipl. audiant reclamantem, & quasi seipsum ibi locutum exponendo in propheta dicentem psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, id est nolite multiplicari modo irrationali. Tales fuerunt in scripturæ illius interpretatione hæreses Fraticellorum, & Condormientium. Contra quos damnationem ampliorem (nam hic, quasi per transennam, uos eaturbauimus) uide supra articulorum numero 91. Elucidat. Item pri. par. articulorum numero 578. Elucidatio. Item 2.2. articulorum numero 753. cum Elucid. item Additio. articul. num. 173.269. Elucid.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut in baptismo ubi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis, ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc, quod fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spiritussanctus in specie columbæ, & Pater fuit ibi declaratus in uoce, ita etiam in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in uoce, Filius in homine, Spiritussanctus in nube clara: quia sicut in baptismo dat innocentiam, quæ per simplicitatem columbæ designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriæ, & refrigerium ab omni malo, quæ designātur in nube lucida.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus uenerat gratiam actualiter dare: gloriam uero promittere verbo. Et ideo conuenienter in transfiguratione inducuntur homines, ut ipsum audiant, non autem in baptismo.

AD QVARTVM dicendum, quod conueniens fuit discipulos voce paterna terreri, & prosterni, ut ostenderentur quod excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonstrabantur, excedit omnem sensum, & facultatem mortalium, secundum illud Exod. 33. Non uidebit me homo, & uiuet. Et hoc est quod Hier.* dicit super Matt. quod humana fragilitas conspectū maioris gloriæ ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo, quod significatur, per hoc, quod dixit eis, Surgite, nolite timere.

2^{m} minor. Quod in transfiguratione factum non fuit. R. Negatur: dempta tamen specie columbæ. §. Pro hac enim in transfiguratione ponitur, nubes clara. Tunc nihil &c. Nam speciei utriusque diuersitas facta est utrobique ex legitima, seu conuenienti causa (ut declaratur in tex.)

3^{m} illatio conclusionis. Ergo nec in &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis fallaciam, secundum non causam ut causam, continētibus. Nam causa, quare homines à Deo inducantur ad audiendum filium, non est incipere docere (ut putat argumentum. Tunc enim in baptismo dixisset ly ipsum audite:) sed uera causa ipsius inductionis est promissio uerbalis de gloria danda Christi fidelibus, & nondum actualiter exhibita. Talis uerò gloria in transfiguratione fuit significata, non autem in baptismo (ut in conclusionis articuli probatione patet:) & ideo conuenienter in transfiguratione, non in baptismo, dictum est ly ipsum audite.

4^{m} maior. Non debent aliquibus dici ea, quæ ferre non possunt. R. Si dicatur eis ad finem hunc, ut scilicet ferantur ab ipsis. §. Tunc nihil &c. Nam, si loquens ad finem alterum a prædicto audientibus loquatur (puta; ad figurandum aliquid sub parabolis non intellectis, quæstione quadragesimasecunda, articulo tertio, vel ad significandam, & manifestandam imbecillitatem audientium respectu eorum, quæ dicuntur); tunc possunt conuenienter aliquibus dici ea, quæ ipsi ferre non possunt, & sic fuit in proposito. Finis enim, qui à Deo patre loquente intendebatur, erat; manifestare in audientibus humanam fragilitatem ad conspectum diuinorum. Hinc est, quod conueniens fuit, discipulos, & cæt. ut in text. Ex cuius ultima sententia, scilicet ab hac autem fragilitate sanantur & cætera; aperitur tibi uia ad intellectum dicti illius Roma 5. Per quem habemus accessum, &c. & illius Ephes. 2. Per ipsum ambo accessum habemus ad patrem, & capitu. 3. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius, & illius Hebr. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat. Ex his su uice uersa confirma sententiam illam textualem.

*Sup. illud Mat. 17. audientes discipuli ceciderunt in facies, &c.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & ab Ecclesia, quod conuenienter uox patris audita est in transfiguratione Christi. A scripturis quidē per hoc, quod narratur factum, dicendo Matt. 17. Ecce uox dicens, Hic est filius meus dilectus; ipsum audite. Sufficit. n. ad cōuenientiā talis facti, quod uerū sit; tale quid esse factū. Vt in art. 1. q. 3. appen. dictum fuit atq; citatū. Itē per hoc, quod idem fuisse uerum refertur 2. Pet. 1. Non indoctas fabulas secuti notā facimus uobis Dñi Nostri Iesu Christi uirtutē & præscientiā; sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs. n. à Deo patre honorem & gloriam uoce delapsa ad eū huiuscemodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de cælo allatā, cum essemus cū ipso in mōte sancto. Ab Ecclesia uerò idē insinuatur fuisse cōuenienter factū, per hoc, quod res congrua tanto transfigurationis mysterio per talis vocis emissionē significabatur. Dicit. n. in eiusdē festi collecta. Deus qui in unigeniti tui gloriosa transfiguratione adoptionem filiorum perfectam uoce delapsa in nube lucida mirabiliter præsignasti. Vide tex. corp. per filiationem, seu conformitatem, perfectam quid importetur. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore unica conclusio: Conuenienter testimonium naturalis Christi filiationis paterna uoce auditum est in transfiguratione, sicut & in baptismo. Probatur adoptio filiorum Dei per conformitatem imaginis diuinæ ad naturalem filium, & hoc uel secundum gratiam, uel gloriam. ergo conueniens fuit testimonium naturalis filiationis Christi, &c. Antecedens quo ad primam partem relinquitur clarum, & patet ad Roma. 8. Quos præ destinauit conformes fieri imaginis Filii sui. Quo ad secundam & tertiam, manifestatur auctoritate Ioannis Euangelistæ. Consequentia probatur, quia in baptismo datur gratia, in transfiguratione gloria monstrata est. Et manifestatur simul conuenientia testimonii ex persona Patris, quia solus nouit. Omnia clara sunt iuxta subiectam materiam.

SVP. Q. XLVI. AuT. 1.

COncl. 1. Manifestum est, quod nō fuit necessarium, id est secundum sui naturam impossibile aliter se habere, Christum pati; neque ex parte Dei, neq; ex parte hominis.

¶Prob. Quia præsupponitur, tamquam notorie, uera.

¶CONCLVSIO. 2. Non fuit necessarium necessitate coactionis, neque ex parte Dei, neque etiam ex parte Christi, ipsum Christum pati: sed fuit necessarium necessitate finis.

¶Prob.

QVAESTIO XLVI.

De passione Christi in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de his, quæ pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primò, de passione eius: Secundò, de morte: Tertiò, de sepultura: Quartò, de descensu ad inferos.

¶ Circa passionem occurrit triplex consideratio. Primā, de ipsa passione. Secunda de causa efficiente passionis. Tertia, de fructu passionis.

¶ Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum.

¶ Secundo, vtrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ.

¶ Tertio, vtrum ille modus fuerit conuenientior.

¶ Quarto, vtrum fuerit conueniẽs, quod in cruce pateretur.

¶ Quinto, De generalitate passionis eius.

¶ Sexto, vtrum dolor, quem in passione sustinuit, fuerit maximus.

¶ Septimo, vtrum tota anima eius pateretur.

¶ Octauo, vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis.

¶ Nono, De tempore passionis.

¶ Decimo, De loco.

¶ Vndecimo, Vtrum conueniens fuerit, ipsum cum latronibus crucifigi.

¶ Duodecimo, vtrum passio ipsius Christi sit diuinitati attribuẽda.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium Christum pati pro humani generis liberatione. Humanum enim genus liberari nõ poterat nisi a Deo, secundum illud Isa. 45. Nũquid non ego Dominus, & non est vltra Deus absque me? Deus iustus, & saluans nõ est præter me: in Deo autem non cadit aliqua necessitas, quia hoc repugnaret omnipotentię ipsius. ergo non fuit necessarium Christum pati.

¶ 2 Præt. Necessarium voluntario opponitur: sed Christus propria voluntate est passus: dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. nõ ergo necessarium fuit eum pati.

¶ 3 Præt. Sicut in Psal. 24. dicitur, Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas: sed non videtur necessarium, quòd pateretur ex parte misericordiæ diuinæ, quæ sicut gratis dona tribuit, ita videtur quòd gratis debita relaxet absque satisfactione: neque etiam ex parte diuinę iustitiæ, secundum quam homo æternam damnationem meruerat. ergo videtur non fuisse necessarium, quòd Christus pro liberatione hominum pateretur.

¶ 4 Præt. Angelica natura est excellentior, quàm humana, vt patet per Dio.* 4. ca. de di. no. sed pro reparatione angelicæ naturæ, quæ peccauerat, Christus non est passus. ergo videtur quòd nec etiam fuerit necessariũ, eum pati pro salute humani generis.

SED CONTRA est, quòd dicitur Io. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic oportet exaltari Filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam: quòd quidem de exaltatione in cruce intelligitur. ergo videtur quòd Christum oportuerit pati.

RESPON. Dicendum, quod (sicut Philo. docet in 5. Meta.*) necessariũ multipliciter dicitur. Vno quidem modo, quòd secundum sui naturam impossibile est aliter se habere, & sic manifestum est, quòd non fuit necessarium Christum pati, neque ex parte Dei, neque ex parte hominis. *Alio modo dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori: quod quidem si sit causa efficiens vel mouens, facit necessitatem coactionis, vtpote, cum aliquis non potest ire propter violentiam detinentis ipsum. Si vero illud exterius, quod necessitatem inducit, sit finis, dicetur aliquid necessarium ex suppositione finis, quando scilicet finis aliquis, aut nullo modo potest esse, aut non potest esse conuenienter, nisi tali fine præsupposito: non ergo fuit necessarium Christum pati necessitate coactionis, neque ex parte Dei, qui Christum definiuit pati, neque etiam ex parte ipsius Christi, qui voluntarie passus est. Fuit autem necessariũ necessitate finis, qui quidem potest tripliciter intelligi. Primo quidem, ex parte nostra, qui per eius passionem liberati sumus, secundum illud Ioan. 3. Oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Secundo, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet quod dicitur Lucæ vlt. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriã suam? Tertio, ex parte Dei, cuius definitionẽ circa passionem Christi prænuntiatam in Scripturis: & præfiguratam in obseruantia veteris testamenti, oportebat impleri. & hoc est quod dicitur Luc. 22. Filius hominis, secundum quod definitum est, uadit. Et Luc vlt. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me: * quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte Dei.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ hominem liberari per passionem Christi, conueniens fuit, & misericordiæ, & iustitię eius. Iustitiæ quidem, quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis, & ita homo per iustitiam Christi liberatus est: misericordiæ uero, quia cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanę naturæ (ut supra habitum est*) Deus ei satisfactorem dedit filium suum, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem; quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, & hoc fuit abundantioris misericordiæ, quam si peccata absq; satisfactione dimisisset. Vnde dicit Ephes. 2. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ peccatum angeli non fuit remediabile sicut peccatum hominis, ut ex supradictis in prima parte patet.*

Marginal notes: * li. 6. te. 6. to. 3. — * Aliàs, & quoniã scriptum est, qm oportebat, &c. — * q. 1. ar. 2. — D. 151. — * p. p. q 64. ar. 3.

¶ PRIMA. Quia Deus voluntarie definiuit, Christum pati (ut patet). Secunda verò pars, scilicet neque etiã &c. probatur; quia Christus uoluntarie passus est (ut patet.) Tertia autem pars, scilicet sed fuit, &c. probatur; Quia & nos non, nisi per passionẽ Christi, eramus liberãdi (ut patet ex Io. 3.) & Chrs nõ nisi per passionẽ suam, erat intraturus in gloriã suam vt patet ex Luc. 24.) & Dei uoluntas de Christo passuro prænunciata in scripturis, non nisi per passionem ipsius Christi, poterat impleri (ut patet ex Luc 22. 24.)

¶ NOT. Partis primæ probatio patet ex Actu. 4. Conuenerunt Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel aduersus sanctum puerum tuum Iesum, facere: quæ manus tua & cõsilium tuũ decreuerunt fieri. De probatione secũdæ partis, discurrenti etiam p totam uitam Christi, patet q 14. & 15. articulis suis. De probatione tertiæ patet Actu. 3. Deus, qui prænunciauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, impleuit sic. Ex quo loco intelligendus uenit præsens textus, cum suppositione: hoc est, non nisi per passionem & nos liberandi eramus, & Christus in gloriã intraturus, stante semper hac suppositione, scilicet præfinitione æterna a Deo facta.

238 — 3 d. 20. ar. 1. q. 3. & 2. 4. q. 1. Et op. 2. c. 7.

1^m de minori.

Aliqua necessitas. s. Coactionis. §. Tunc nihil, &c. Vt ex conclusione tertia patet.

2^m de maiori.

Necessarium. s. Coactionis. Tunc nihil, &c. ut patet ex conclusione tertia.

3^m minor.

Non uidetur necessarium, quod pateretur, ex parte diuinæ misericordiæ; neque etiam ex parte diuinæ iustitiæ. Respon. Negatur, pro utraque parte. §. Nam hominem liberari per passionem Christi, conueniens fuit (redit enim in idem, esse conueniens & esse necessarium ex fine, quæstione prima, articulo secundo,*) & misericor- diæ, & iustitiæ Dei. Iustitiæ quidem, quia per &c. ut in textu. Ex quo etiam patet, quid sit dicendum ad probationes illius minoris insertas ei in argumento.

* ca. 4 non remote a prin.

4^m de maiori.

Est excellentior, quam humana. §. Vt patet, prima quæstione sexagesimaquarta, articulo secundo. Vbi etiam vide in appendic. contra Origenistarum hæresim, qua dicunt Christum esse crucifixum etiam pro dæmonibus. Tunc nihil, &c. ut patet.

APPEN-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem, & à fortiori quidem, interimas hęresim Fausti Manichæi dicentis; Christum non potuisse mori. Si enim conueniens, & necessarium fuit (ut re uera fuit, & articulus multipliciter probat) quod Christus pateretur, id est usque ad mortem inclusiue pateretur (ut de glossæ illius bonitate patet consideranti probationes conclusionis secundæ): multo magis utique per eandem articuli rationem multiplicem manifestum est, tamquam necessario inclosum, atque suppositum quod Christus potuit usque ad mortem inclusiue pati, id est mori. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, hæresim illam meritò damnari à Ioan. 3. Sicut Moyses, &c. ut in argumen. contr. Pro cuius ampliori notitia ad confutationem prædictæ, multarumque hæresum, vide Veritates Aureas super totam legem veterem, Nume. 21. conclusione 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Item merito hæresim illam damnari ab Exod. sexto. Redimam vos in iudiciis magnis, & in brachio excelso. Maximè si hoc dictum accipias simul cum expositione Veritatum Aurearum, ibi cap. eod. conclusione 3. Vnde & ad huius articuli iuuamen plurima facientia per teipsum facile sumes. Item à Concilio Ephesino primo, cap. 12. si quis non confitetur; Dei Verbum passum carne, crucifixum carne, & mortem carne gustasse; anathema sit. Hæc ibi. Item à symbolo fidei: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus. Item ab Hæbr. 2. Decebat enim, propter quem omnia per passionem consummari. Et infra. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Et iterum. In eo, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui teotantur, auxiliari. Item à 1. Corinth. 15. Si Christus non resurrexit: inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra; Adhuc estis in peccatis uestris. Dicta, suauiter inflectendo hoc, contra hæresim prædicatam. Si Christus non est mortuus; inanis est prædicatio nostra, inanis est fides uestra; adhuc estis in peccatis uestris. Quandoquidem (ut patet) resurrectio uera Christi, quam ducendo aduersarios ad illa tria inconuenientia vult astruere ibi Apostolus, præsupponit necessariò ueram Christi non tantum possibilitatem moriendi, sed etiam actualem mortem. Tertio uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Quinta pars principalis.

COnsequenter, &c.

¶ Hic incipit tractatus quintus, de exitu Christi ex hoc mundo.

TItolus ut sonat sumatur, quoniam in corpore articuli distinguitur.

¶ In corpore distinctio una ponitur cum tribus conclusionibus. Distinctio est de necessariò dupliciter: uel simpliciter, uel extrinseco, & hoc, coactionis, uel suppositionis: & hoc, uel sine quo nō, uel non ita bene. Vbi uides, quod membra principalia distinctionis sunt tria, scilicet necessarium secundum se, uel coactionis, uel suppositionis. Si tamen ultimum membrum subdiuidatur, erunt quatuor numerandu duos modos necessarii ex suppositione, s. uel quia sine ipso non potest perueniri ad finem, ut nauigatio est necessaria ad perueniendum in insulam, uel sine quo nō ita bene, ut equitare est necessarium ed eundum ex Bononia Romam, ad quā minus bene pedes posset quis ire. In litera omnes isti modi tanguntur distinguendo: sed conclusiones ponendo tria tantum principalia membra considerantur, quia, ut patebit, sequentibus articulis reseruatur discussio subdistinctorum modorum, ad præsentē applicata materiam. Ponuntur ergo in litera iuxta tria principalia distinctionis membra prædicta, tres conclusiones. Prima est, Christum pati non fuit necessarium absolutè. Probaturque statim, quia tam ex parte Dei, quam ex parte hominis possibile fuit aliter se habere. Secunda conclusio est; Christum pati, non fuit necessarium necessitate coactionis. Probatur quia Deus, qui definiuit Christum pati, non potest cogi, & ipse Christus qui passus est, uoluntarie passus est: oblatus est enim quia uoluit. Tertia conclusio est: Christum pati fuit necessarium necessitate suppositionis. Probatur, & ex parte nostri, ut habeamus uitam æternam Ioannis tertio, & ex parte Christi, ut intraret in gloriam suam, Lucæ ultimo: & ex parte Dei, ut impleretur desiderio eius, Lucæ vigesimosecundo, & ultimo. Omnia sunt clara.

S. Bon. 3. s. d. 20. q. 1. ar. 2.
Scot. 3. s. d. 20. q. 1.
Richar. 3. s. d. 20. q. 2.
Duran. 3. s. d. 21. q. 2.
Mairo. 3. s. d. 29. q. 2.
Medina ar. 2.

SVP. Q. XLVI.

147 ART. II.

3. d. 20. ar. 4. q. 1. Et op. 1. c. 27.

COncl. 1. Simpliciter, & absolutè loquendo, possibile fuit Deo liberare hominem alio modo, quam per passionem Christi.

¶ Prob. Quia patet ex dicto illo uniuersali, Luc. 1. Non est impossib. &c. si ad hoc propositum applicetur.

* trac. 15. 1 Ioan. circa med. to. 2.

¶ Concl. 2. Ex aliqua suppositione nō irritabili loquendo, impossibile fuit liberare hominem aliter, quam per passionem Christi.

¶ Prob. Quia patet ex terminis (ly suppositione non irritabili, id est quæ non possit irritari, id est cassari.)

* cap. 31. in Matt. non multū remotè a fi.

¶ Concl. 3. Supposita præscientia, & præordinatione, Dei de passione Christi, non erat compossibile, id est simul possibile, hominem alio modo, quam per passionem eius liberari.

¶ Prob. Quia Deus prçuiderat, atque præordinauerat, hominem non esse liberandum, nisi per passionem Christi (sic intelligitur ly supposita præscientia, ac præordinatione Dei de passione Christi): & impossibile est Dei præscientiam falli; prima, quæstione vigesimasecunda, articulo quarto. Item quæstione vigesimatertia, articulo sexto, eiusque uoluntatem ac dispositionem cassari, prima, quæstione decimanona, articulo nono, item quæstio. 103. artic. 7. 8.

ARTICVLVS II.

Vtrum fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quam per passionem Christi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quam per passionem Christi. Dicit enim Dominus Io. 15. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuū fuerit, multum fructum affert. ubi dicit August.* quod seipsum granum dicebat. ergo mortem passus esset aliter fructum nostræ liberationis non fecisset.

¶ 2 Præt. Matth. 26. Dominus dicit ad Patrem, Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua, loquitur autē ibi de calice passionis. ergo passio Christi preteriri non poterat vnde, & Hilar.* dicit, ideo calix transire nō pōt nisi illū bibat, quia reparari nisi ex eius passione non possumus.

¶ 3 Præt. Iustitia Dei exigebat, ut homo à peccato liberaretur, Christo per passionem satisfaciente, sed Christus suam iustitiam non potest prætetire: dicitur enim 2. ad Timo. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest seipsum autem negaret, si iustitiam suam negaret, cum ipse sit iustitia. ergo uidetur quod non fuerit possibile alio modo hominem liberari, quam per passionem Christi.

¶ 4 Præt. Fidei non potest subesse falsum: sed antiqui patres crediderunt Christum passurum. ergo uidetur, quod non potuerit esse, quin Christus pateretur.

SED CONTRA est, quod Augusti.* dicit 13. de Trin. Modum, quo nos per mediatorem Dei, & hominum, hominem Christum Iesum, Deus liberare dignatur, asserimus bonum, & diuinæ congruum dignitati, uerum etiam ostendamus non alium modum possibilem Deo defuisse cuius potestati cuncta æqualiter subiacent. * li. 13. c. 16. circa prin. to. 3.

RESP. Dicendum, q aliquid potest dici possibile, uel impossibile dupliciter, uno modo, simpliciter, & absolutè, alio modo ex suppositione. Simpliciter igit & absolutè loquēdo possibile fuit Deo alio mō hominē liberare, quā per passionē Christi, quia non est impossibile apud Deum oē uerbū, ut dr Luc. 1. Sed ex aliqua suppositione facta, fuit impossibile: quia. n. impossibile est Dei præscientiā falli, & eius uolūtatē, seu dispositionem cassari, supposita præscientia, & pordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati, uel hominē alio modo, quam per eius passionem liberari, & est eadem ratio de duobus his, quæ sunt prescita, & prordinata a Deo, ut in 1. par. habitū est.* D. 490. * p. p. q. 14. ar. 13.

Primum

1. de conclusione. Aliter. ℞. Stante præsuppositione diuinæ præscientiæ & præordinationis. §. Sic enim glossari oportere monstrat authoritas Io. 12. pro maiori adducta. Nam Dominus ibi loquitur, &c. ut in tex. Tunc nihil, &c. ut patet ex conclusionibus articuli.

2. de conclusione. Nun poterat. ℞. Stante præscientia, & ꝑordinatione diuinæ. §. Hoc enim sic glossandũ esse, docet authoritas Mat. 26. adducta pro maiori. Nam intelligenda est conformiter ad illam Ioa. 12. vt patet in tex. respon. ad primum. Sic glossabis & Hilarium. Tunc nihil, &c. ut patet.

3. de maiori. Exigebat. ℞. Volente Deo sic. §. Scilicet, tale exigere; prout dicit tota maior. Tũc nihil, &c. Non enim ex hoc præsupposito sit ꝙ passio Christi ad liberationẽ humanam esset necessaria simpliciter & absolute. Nam si Deus voluisset: absq; oĩ satisfactione, &c. vt in tex.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dominus ibi loquitur, supposita præscientia, & præordinatione Dei secundum quam erat ordinatum, ut fructus humanæ salutis non sequeretur, nisi Christo patiente. & similiter intelligendum est, quod secundo obiicitur, Si non potest hic calix transire nisi bibam illum, scilicet propter hoc, quòd tu ita disposuisti. vnde subdit, Fiat voluntas tua.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ hæc etiam iustitia dependet ex voluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigente pro peccato. nam si uoluisset absque omni satisfactione hominem a peccato liberare, contra iustitiam non fecisset: ille enim iudex non potest salua iustitia culpã sine pœna dimittere, qui habet punire culpam in alium commissam, puta, uel in alium hominem, uel in totam rempublicam, siue in superiorem principem, sed Deus non habet aliquẽ superiorem, sed ipse est supremũ, & commune bonum totius vniuersi. & ideo si dimittat peccatum, qđ habet rationem culpæ, ex eo quòd contra ipsum committitur, nulli facit iniuriam: sicut quicumque homo remittit offensam in se commissam absque satisfactione, misericorditer, & non iniuste agit. & iõ Dauid misericordiam petens dicebat tibi soli peccaui, quasi dicat potes sine iniustitia mihi dimittere.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ fides humana, & ẽt scripturæ diuinę quibus fides instruitur, innituntur præscientiæ, & præordinationi diuinæ. & ideo eadem ratio est de necessitate, quæ prouenit ex suppositione eorũ, & de necessitate, q̃ ꝓuenit ex præsciẽtia, & volũtate diuina.

A R-

4. de maiori. Fidei. ℞. Secundum quòd fidei. §. i. secundum quòd veraciter intelligitur esse fides. Tunc nihil, &c. Nam fides humana, idest fides catholica hominibus infusa 2. 2. q. 6. ar. 1. seu quam homines (ut de antiquis minor dicit) habent 2. 2. q. 5. artic. 1. 4. & etiam scripturæ diuinæ, quibus fides, &c. ut in tex. Ex quo patet, quod antiqui illi patres non credebant, Christum passurum, nisi secundum quod hoc substabat diuinæ præscientiæ, & præordinationi. Non substabat autem ei, ut aliquid necessarium simpliciter & absolutè, quasi qđ Deus præuidisset, se non posse saluare hominem, & hoc se non posse præordinasset, nisi per passionem Christi; sed substabat ei, ut aliquid magis conueniens ad saluandum hominem, id est ut modus magis congruus ad hoc, quam alii infinitæ suæ bonitati, atque potentiæ modi possibiles. Consequenter igitur patres illi non credebant ex fide catholica, Christum passurum pro saluandis hominibus, nisi secundum quod passionis ipsius uia ad hoc erat conuenientior, quam aliæ uiæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas, & à fortiori quidem, hæresim Theodoti Bizantini (ut refert Prateolus in titu. Basius) dicentis: Iesum Christum non esse Saluatorem. Si enim necessarium ex suppositione diuinæ præordinationis fuit, ut fuit, & articulus probat), quod Christus pateretur propter nostram salutem, multò magis constat, ipsum esse hominum Saluatorem. Nam esse necessario Saluatorem includit esse Saluatorem, & super hoc addit aliquid scilicet
necessitatem. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, a
eam meritò damnari à 1. Thimoth. 2. Vnus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pro nobis. Et item de Christo ait ibi. cap. 2. Qui est Saluator hominum. Et Philip. 3. Saluatorẽ expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit, & cæt. Et ad Titum 3. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Et infra. Quem effundit in nos abũde per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Et cap. 2. Expectantes aduentum magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis. Item à 1. Ioan. 4. Pater misit filium suum Saluatorem mundi. Item à fortiori damnatur à Beato Augustino per hoc, quod monstrat, nihil ad saluandum nos esse commodius, quam Christum. Nam loquit: Modum, quo nos per &c. ut in argumen. contr. Vbi ex ly diuinæ congruum dignitati, notabis hanc mirabilem ueritatem, quod Deus reputauit homines intantum, ut magnificauerit facere cum eis, psal. 125. id est, ut æstimauerit congruum esse suæ dignitati diuinæ facere nobiscum, id est saluare nos per passionem Christi vnigeniti sui. Item damnatur etiam à nomine proprio ipsius Christi, quod est Iesus Matth. 1. Luc. 1. Hoc est, si latine nomen illud interpretemur, Saluatur. Idem ergo est dicere, Christum non esse Saluatorem, quod est Christum non uocari Iesum. Et cũ legatur Mat. 1. De qua natus est Iesus, q uocatur Christus, negare Christũ esse Saluatorẽ erit ignorare ꝓpriã uocẽ, & dicere cõtradictoria. i. Xp̃m nõ eẽ Xp̃m. Tertiò cõse 3
quẽter ex ꝑdictis hẽs, quõ p rõnẽ multiplicẽ interimas hæresim, derideasq; iustissime insanã temeritatem, Menandri; qui) ut uidere est in Euseb. lib. 3. c. 2. & in Isidoro, ac D. Aug. lib. de hæresib.) asserebat, se fuisse destinatũ Saluatorẽ mundi, & se ex olympo demissum ab hominũ salutẽ. Prædicta ergo contra huius hæresis dãnationẽ addes illud Actu. 4. Nõ est in aliquo alio salus. Nec. n. est aliud nomẽ sub cęlo datũ hominib. in quo oporteat nos saluos fieri. Itẽ a dictis in q. 28. ar. 1. Valebũt quoq; cõtra dictas hęreses illa q̃ dħr in q. 1. ar. 2. Eluc. & Veritatib. Anr. sup totã legẽ ueterẽ, Le
ui. 16. concl. 8. & additio. artic. nu. 332. Eluc. Quartò uides, qũo ex 4
iis benè pensatis, & appl. doct. præsens Ang. uicissim &c.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus statim affert secum quæstionem: quia videtur præposterus ordo. nam prius erat quærendum, si erat alius modus possibilis, postea quærenda erat necessitas alterius eorum. Post necessitatem si quidem conclusam unius modi, quid ad artem de alus modis possibilibus?

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet possibile absolutè sit communius ne prius necessario, & propterea quærẽda prim esset possibilitas, quàm necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem, non est prius necessario ad finem communiter sumpto, hoc est cõprehente necessarium ad finem, tam sine quo non, quàm propter melius, sed est posterius eo, utpote species illius. nam omne medium possibile ad finem, aut est sine quo non, autem propter melius: boni enim aliquid in uia ad finem afferre oportet medium omne possibile Quo circa postquam Auctor conclusit, necessariã esse Christi passionem ad salutem humanam, merito nunc inquirit, an fuerit sic necessaria, ꝙ sine illa non potuerit haberi libertas humana à peccato, hoc est quærere, an fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ. Naturali non fuerit possibilis alius modus passio Christi fuit ad libertatem humanam necessaria, sicut nauigatio ad transeundum in insulam, quia aliter non potest transiri. Et si fuit possibilis alius modus, passio Christi nõ fuit necessaria ad liberandum genus humanum, sicut nauigatio ad insulam, quin per illum alium modum potuit nostra liberatio fieri. Vbi uidere clarè potest, quod ordo rectissimus articulorũ seruatus est, ut primu quæsitum sit, an passio Christi fuerit ad salutem uostrã necessaria, secundo quomodo necessaria an, s. sine qua non potuisset haberi libertas humana. Et qm̃ in hoc articulo concluditur quod passio Christi non est sic necessaria (qm̃ potuit aliu modo humanum genus liberari, ideo consequenter in tertio articulo quæreretur an passio Christi fuerit conuenientius medium ad libertatem humanam, quam aliquis alius modus possibilis.

¶ In corpore articuli est una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus, iuxta duo membra. Distinctio est. Possibile, uel impossibile dupliciter, uel absolute, uel ex suppositione. Prima conclusio est. Alio modo quam per passionem Christi hominem liberari fuit possibile simpliciter. Probatur, quia non est impossibile, apud Deum omne uerbum. Secunda conclusio est. Alio modo, quam per passionem Christi, hominem liberari, fuit impossibile supposita præscientia & definitione Dei facta. Probatur, quia impossibile est definitionem, & præscientiam Dei falli.

S. Bon. 3. s. d. 2. q. ar. 2.
Scot 3. s. d. 20. q. 1.
Richar. 3. s. d. 20. q. 2.
Duran. 3. s. d. 12. q. 2.
Maire. 3 s. d. 17. q. 2.
Medina ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem humani generis, quam per passionem Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod alius modus conuenientior fuisset liberationis humanæ, quam per passionem Christi. Natura enim in sua operatione imitatur opus diuinũ, utpotè à Deo mota, & regulata, sed natura non facit per duo, quod per unũ potest facere. cum ergo Deus potuerit hominem liberare sola propria uoluntate, non uidetur conueniens fuisse quod ad liberationem humani generis Christi passio adderetur.

¶ 2 Præt. Ea, quæ fiunt per naturã, conuenientius fiunt, quam ea, quæ fiunt per violentiam, quia uiolẽtia est quædam excisio, seu casus ab eo, quod est secundum naturam, ut dicitur in lib. 3. de cœlo, * sed passio Christi mortem uiolẽtam induxit: ergo conuenientius fuisset, ut Christus naturali morte moriendo, hominẽ liberaret, quam ꝙ pateretur.

¶ 3 Præt. Conuenientissimum uidetur, quod ille, qui violenter, & iniuste detinet aliquid, ꝑ superioris potẽtiã spolietur. vnde Isa. 52. dr̃ Gratis uenundati estis, & sine argẽto redimemini, sed diabolus nullũ ius in homine habebat, quem per fraudem deceperat, & per q̃dã violentiã seruituti subiectũ detinebat. ergo videtur cõuenientissimũ fuisse, quod Christus diabolũ per solam potentiam spoliaret absq; sua passione.

SED CONTRA est, ꝙ Aug. dicit 13. de Trin. Sanandæ nostræ miseriæ conuenientior modus alius nõ fuit, quam per Christi passionem.

RESPON. Dicendum, quod tanto aliquis modus conuenientior est ad assequendum finem, quantò per ipsum plura concurrunt, q̃ sunt expedientia fini. Per hoc aũt, ꝙ homo per Christi passionẽ est liberatus, multa cõcurrerunt ad salutẽ hominis ꝑtinentia ꝑter liberationẽ a peccato. Primò.n. per hoc homo cognoscit q̃tũ Deus hominem diligat, & per hoc prouocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanæ salutis cõsistit. vnde Apost. dicit Roma. 5. Cõmendat suam charitatem Deus in nobis, qm̃ cũ inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secundò, quia per hoc dedit nobis exẽplũ obedientiæ, humilitatis, constantiæ, iustitiæ, & cæterarũ virtutum in passione Christi ostensarũ quæ sunt necessariæ ad humanã salutem. Vnde dicitur 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Tertiò, quia Christus ꝑ passionem suam non solum hominem a peccato liberauit, sed etiã gratiam iustificantem, & gloriam beatitudinis ei promeruit, ut infra dicetur. * Quartò, quia per hoc est homini inducta maior necessitas, se immunem a peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat a peccato, secundum illud 1. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatẽ hominis cessit, vt sicut homo victus fuerat, & deceptus a diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum uinceret, & sicut homo mortẽ meruit, ita homo moriendo, mortẽ superaret. vnde dicitur 1. ad Cor. 15. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesũ Christum. & ideo conuenientius fuit, ꝙ per passionẽ Christi liberaremur, quam per solam Dei uoluntatem. D.48.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod natura etiam vi aliquid faciat plura ad unum assumit, sicut duos oculos ad uidendum, & idem patet in aliis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut Chrysost. dicit, Christus nõ sui mortem, quam non habebat, cum sit uita: sed hominum mortẽ venerat consumpturus. Vnde non propria morte corpus deposuit, sed ab hominib⁹ illatam sustinuit, sed etsi ægrotauisset corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, inconueniens erat eum, qui sanaret aliorum languores, habere propriũ corpus affectum languoribus: sed, & si absque morte corpus alicubi seorsum deposuisset, ac deinde se offerret, non crederetur ei de resurrectione differenti. Quomodo enim pateret Christi in morte uictoria, nisi coram omnibus eam patiens, per incorruptionem corporis, probasset extinctam?

AD TERTIVM dicendum, quod licet diabolus iniuste inuaserit hominem, tamen homo propter peccatum, iuste erat sub seruitute diaboli derelictus a Deo. & ideo cõuenit Christo satisfaciente pro ipso per suam passionem. Fuit etiam hoc conueniens ad uincendam superbiam diaboli, qui est desertor iustitiæ, & amator potentiæ, ut Christus diabolum uinceret, & hominẽ liberaret, non per solam potentiam deitatis, sed etiam per iustitiam, & humilitatem passionis, ut Aug. * dicit 13. de Trinitate.

AR-

SVP. Q. XLVI. ART. III.

248 COncl. Conueniẽtius fuit, ꝙ per passionem Christi liberaremur, quam per solam Dei uoluntatem.

¶ Prob. Quia passio Christi præter hoc, quod a peccato liberauit hominem, multa contulit ad finem intentum, id est ad hominũ salutem pertinentia (ut patet de quinq; in tex.) & tantò aliquid est conuenientius ad finem, quanto per illud concurrunt plura expedientia fini (ut de se patet).

* Ex lib. 2. tex. 18. t. 2. 1m de minori. Potest facere. R. Aeque bene. §. Id est ita conuenienter per unũ, sicut per duo. Alioquin natura ipsa, ut aliquid conuenientius faciat, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt ex conclusione articuli patet.

2m maior. Ea, q̃ fiunt per naturam, conueniẽtius fiunt, quam ea, quę per uiolentiam fiunt. R. Cæteris paribus. §. Id est, si cætera sint paria. Tunc nihil, & cæt. Nam in casu nostro, de quo argumentum loquitur, cætera nõ sunt paria. Sicut enim Chrysostomus dicit, Christus non suã mortem, quam non habebat, & cæt. ut in tex. *li. 13. c. 10. paulo post prin. to. 3. Ad probationẽ ergo illius maioris, sic glossatæ dic, quod nihil concludit contra propositum (ut patet).

¶ Not. Si ea, quæ fiunt per naturam ad illa, quæ fiunt per uiolentiam, comparentur præcise, id est considerando solum, quod hoc fit per naturam, & illud per uiolentiam, tunc procul dubio facta per naturã conuenientius fiunt, quam facta ꝑ uiolentiam, & hoc ꝑpter rationẽ Philos. in 3. de cœlo adductã ab argumento. Si uerò cætera ad mortes utrasq; concurrentia non sint paria sed sint nobiliora, quæ concurrũt circa mortẽ uiolentam, tunc contrarium prædictæ propositionis accidit, i. tunc conuenientius fiunt ea, quæ fiunt ꝑ uiolẽtiã, quam ea, quæ fiunt per naturam. Exemplũ sit de mortib. SS. Martyrum. Horum si quidẽ mors, si fuisset per naturam, non esset tã conueniens; sicuti uũc est, quando fuit facta per uiolentiam. Gloriosior enim mors illorum est, cum mortui sint in bello tanto (ut patet in Ecclesiasticis officiis) quã si absque tali bello naturali morte obiissent. Et quare? Quia cætera, quæ mortẽ eorum uiolentam circũstant, sunt digniora, quam circumstantia mortem naturalem. Nam in hoc, quod mortem uiolentam voluntarie sustinuerunt, & maior eorum dilectio ad Christum, & maior fortitudo eorum in seipsis, & maior utilitas eorum ad ꝓximos (magis enim mouent exempla talia, quam alia) fuerunt demõstrata, quam si naturali morti etiam uoluntarie cõcessissent. Patent omnia, sed a lectore applicanda sunt (quod facile est) ad propositum.

3m maior. Cõuenientissimum uidetur, quod ille, qui uiolenter, & iniuste detinet aliquid, ꝑ superioris potentiã spolietur. R. Si illa detentio sit uiolenta, & iniusta, non tantum ex parte detinentis, sed etiam ex parte detenti. §. Nã si ille, qui detinet, iuste quantum est ex se, detinetur, congruum est, ut per iustitiam, si liberandus est, liberetur. Tunc nihil; &c. Licet enim diabolus iniuste inuaserit, &c. ut in tex. Ex quo dic primò, quod ꝓpter duo conueniens fuit, ut per iustitiam liberaretur homo. Secundò quod superbiæ est deserere iustitiam, & amare potentiam, & cõsequenter quod humilitatis est amare iustitiã, & deserere, id est min⁹ uelle pugnare per suiipsius potentiam.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Augustino, quod modus conuenientior liberandi hominem fuit per passionem Christi. A Diuo Augustino quidem, ut in argument. contr. A scripturis uerò per hoc, quod dicitur Isa. 5. Quid est, quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Si enim affuisset alius modus conuenientior Vtilitas pro Eccle. S. Dei. *li. 13. ex c. 13. & 19 simul, to. 2.

ad reparandam istam uineam, quæ (ut ex eodem cap. habetur) est homo; non diceretur hoc, scilicet quid est, quod &c.? Nam per huiusmodi sententiam vult ostendere Deus, quod pro exornanda ista uinea fecit, quæ decentissima erant fieri. Quod si aliquis alius modo decentior pro liberando homine fuisset, uideretur potuisse responderi Deo ibi in persona patruelis Isaiæ loquentis: q debuit aliquid ultra facere uineæ suæ. Cuius tamen contrarium (ut consideranti patet) innuitur per illam formam loquendi. Hæc autem prophetæ authoritas tantò magis facit ad propositum artic. quanto de passione Christi nonnulla interserit. Præmiserat enim in contextu ly torcular extruxit in ea. Nomine si quidem torcularis solet intelligi passio Christi ab eodē propheta, iuxta illud Capit. 63. Torcular calcaui solus. Angelis enim inquirentibus ibi a Christo ad cœlos ascendentes, t.q. 57.ar. 5. cur haberet indumentum rubrum & uestimenta sicut calcantium in torculari, id est cur haberet corpus insignitum stigmatibus lanceæ atq; clauorum, respondit ipse Christus, torcular calcaui solus, id est passionem tortionibus plenam utiliter, quasi calcando, id est minus curando eius acerbitatem, sustinui solus; ita quod nullus mecum particeps, solus ego, omnia uulnera passionis ab hostibus inflicta excepi; & propterea sanguine abundantissimo uestimenta mea aspersa sunt. In proposito igitur passionis loquens subdit ly quid est, quod ultra debui facere uineæ meæ, & non feci? Hoc est. Via ad excolendam uineam meam, id est ad reducendum hominem ex deformitate in statum suæ pulchritudinis, nulla fuit congruentior, & aptior, quam passio Christi. Vt sine errore intelligere possis ly debui, vide prima quæstione tigesimaprima, articulo primo, ad tertium. Insinuatur & idem in principio dictum ab Exod. sexto. Redimam uos in iudicijs magnis, & in brachio. & cætera. Ibi enim plurima per passionem Christi expedientia fini, scilicet saluti hominum designantur: & ideo conuenientia maior, ut probatio conclusionis docuit. De illis plurimis sic designatis, & consequenter in seruitium textus præsentis articuli; Vide Veritates Aureas super totam legem veterem, Exod. sexto, conclusio. tertia, ad longum. Iuuabit & proposito textus uidere articulo 1. 2. appendic. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus monstrat euacuatam iam esse distinctionem factam in primo art. de necessario. Nam illorum duorū modorum ibi indiscussorum, (scilicet necessarium sine quo nullo modo potest haberi finis, & sine quo non ita conueniens et) primum in secundo articulo discussum est, patuit in illo, reliquum autem in præsenti articulo discutitur. Comparatur si quidem in hoc titulo passio Christi ad quodcumque aliud medium possibile pro libertate humana, secundum conuenientiam, an scilicet ipsa passio Christi sit conuenientius medium, quam illa. Ex quo enim conclusum fuit, quod non est medium necessarium sine quo non oportebat discutere, an sit medium necessarium propter melius, quod nunc fit. Et scito, quod quemadmodum articulus secundus motus est simpliciter & absolutè de medio alio possibili ad talem finem, & non præsupposita definitione Dei de medio hoc, scilicet passionis Christi, & propterea responsum est cum distinctione, ita hic quoque inter media ad talem finem possibilia simpliciter, & absolutè, quæritur, quod eorum sit conuenientius. Et est quasi quærere rationes, quare tale medium, scilicet passionis Christi, sit potius præelectū ad talem finem (scilicet liberationis humanæ,) quam quodcumq; aliud medium Deo possibile. Dixi autem, quasi, quia hic non disentitur diuinæ uoluntatis ratio, sed ratio, seu proportio, & conuenientia maior medii ad finem.

¶ In corpore unica conclusio. Modus liberationis humanæ per passionem Christi est conuenientior, quam per solam Dei uoluntatem. Probatur. Tāto modus aliquis est cōuenientior quāto per ipsum plura concurrunt expediētia ad finē illū, sed per modū istū multa concurrunt, q non concurrerent, si p solā Dei uoluntatem liberaremur. ergo. Probatur minor ex quinque claris in litera.

¶ Vbi nota, q alii modi liberationis humanæ, aut essent p creaturā aliquā, aut per solā Dei uoluntatem. Et si quidē per aliquam creaturam mediam liberaremur, clare, & euidenter constat, q remotius fuisset medium ab efficacia perducendi ad finem, q passio Christi, qm est passio suppositi diuini efficacissimi ad oīa, & quia hoc erat per se euidens, derelictū est ab Auctore. Si uerò esset per solā Dei uoluntatē, expeditius quidē fuisset in pote sola uolūtate Dei cōcurrente, sed non suauis, totq; bonis fultus fuisset modus liberandi hominem, ut patet ex tot bonis in litera positis. Et ppea Auctor cōparauit modum passionis Christi admodū eū sola Dei uoluntate, tanquam præferentem aliquid difficultatis.

¶ Circa rationes redditas in litera maioris conuenientiæ ad liberandū genus humanū per Christi passionem, aduerte, q ad duo capita primaria uniuersę reduci vħr, vel ad suauitatē dispōnis, vel ad humanā dignitatē. Nam duci nos in salutē eū cōmendata Dei charitate, & exemplo Christi, & merito, & pretiositate, & hmōdi, ad suauem spectat dispositionem nostrę cōsequendę salutis quod autem homo seipsum saluet, redimat, pro se pugnet mereatur, uincat, satisfaciat, triumphet, regnet, iudicet, & huiusmodi ad nostram spectat dignitatem, ut facile patet discurrendo.

¶ In rñsione ad 3m, circa illud Chrys. sed & si absq; morte corpus alicubi deposuisset, aduerte. q si, ut sonat, sumū uō vr intelligibile qm sine morte corpus non deponit, nā si occultaret à sensib. nris, nō ppea esset depositū, sed occultatū. Et ppea nō de morte ut est separatio aīe a corpore, sed de morte, ut est resolutio corporis terminata ad separationē aīę a corpore intellige, qm de hmōi morte prçloquutus est, dicens inconueniens fuisse, si ęgrotauisset corpus eius, & in conspectu omniū solueret, quasi diceret, q iam si naturali resolutione obiisset, quam si miraculose ex diuina potestate absq; pręuia dissolutione, subito separasset animam a corpore, alicubi deponens ipsum, inconueniens fuisset.

Ferr. 4. cont. c. 55.
Medina ar. 3.

SVP. Q. XLVI. ART. IIII.

249 Concl. Conuenientissimum fuit; Christum pati mortem crucis.

3.d.20.ar. 4.q.2.ad 1. Et 4.cont. c 55.ad 17. & 18. Et 2. q. 10. q t.2. 2. Et op. 3. c.236.

¶ Prob. Quia hoc scilicet Christum pati mortem crucis, fuit medium aptissimum, & ad exemplum uirtutis dādum (ut patet ex D. Augustino lib. 83. qq.) & ad satisfactionem pro peccato primi parentis (ut patet ex eo. in ser.) & ad sanctificandū aerē cū terra (ut patet ex D. Chrysost. in de passio.) & ad parandum nobis uiā in cœlum (ut patet ex eod.) & ad ostendendum uniuersalem totius mundi salutem etiā sensibiliter fieri) ut patet ea DD. Greg. Nyss. c. 21q; Chrys.) & ad diuersas uirtutes significādas (ut patet ex D. Aug. lib. de gratia no.) & ad figuras plurimas implēdas, (ut patet ex eo. in serm. de passione.)

* 3. 3. orth. fi. c. 2u.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus pati debuerit in Cruce.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit pati in cruce. Veritas enim debet respōdere figuræ: sed in figura Christi præcesserunt omnia sacrificia ueteris Testamēti, in quibus animalia gladio necabantur, & postmodum igni cremabantur. ergo videtur, q Christus non debuerit pati in cruce, sed magis gladio, uel igne.

¶ 2 Præt. Dam.* dicit, q Christus nō debuerit assumere detractibiles passiones, sed mors crucis videtur fuisse maximè detrectibilis & ignominiosa. vnde dicitur Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. ergo uidetur, quod Christus non debuerit pati mortem crucis.

¶ 3 Prę. De Christo dr, Benedict*, qui uenit in nomine Domini, ut patet Matth. 21. sed mors crucis erat mors maledictionis, fm illud Deuter. 21. Maledictus est a Deo, qui pēdet in ligno. Ergo videtur quod non fuerit cōueniens Christū crucifigi.

SED CONTRA est, quod dicitur Phil. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

RESP. Dicendum, q conuenientissimū fuit Christū pati mortē crucis. Primò quidē, pp exēplū uirtutis: Dicit. n. Augu.* in lib. 83. qq. sapientia Dei hoīem ad exēplū, quo rectē uiueremus, suscepit. Pertinet aūt ad uitā rectā, ea, quæ non sunt metuēda, non metuere. Sunt aūt hoīes, qui q̄uis mortē ipsam non timeant, genus tñ mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis rectè uiuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius, & formidabilius. Secundò, quia hoc genus mortis maximè conueniens erat satisfactioni pro peccato primi parētis, quod fuit ex eo, quod contra mandatum Dei, pomum ligni vetiti sumpsit. & ideo conueniens fuit, quod Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum pateretur ligno affigi, quasi restituens quod Adam sustulerat, secundum illud Ps. 64. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Vnde August. dicit in quodam sermone de passione, Contempsit Adam

* li. 83. qq. q. 25. i pri. to. 4.

præce-

præceptum, accipiens est arbore pomum: sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. Tertia ratio est, quia vt (Chrysostom.* dicit in sermone de passione) in excelso ligno, & non sub tecto passus est, vt etiam ipsius aeris natura mundetur, sed & ipsa terra simile beneficium sentiebat, decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Et super illud Ioan. oportet exaltari filium hominis, dicit. Exaltari audiens, suspensionem intelligas in altum, vt sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta ratio est: quia per hoc quod in alto moritur, ascensum nobis parat in cœlum, vt Chrysostom. dicit. Et inde est, quod ipse dicit. Ioan. 12. Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Quinta ratio est, quia hoc competit vniuersali saluationi totius mundi,* Vnde Gregor. Nicen. dicit, quod figura crucis a medio contractu in quatuor extrema partita, significat uirtutem, & prouidentiam eius qui in ea pependit, vbique diffusam. Chrysost. etiam dicit, quod in cruce expansis manibus moritur, vt altera manu veterem populum, altera, eos, qui ex gentibus sunt, trahat. Sexta ratio est, quia per hoc genus mortis, diuersæ virtutes, designantur. Vnde August.* dicit in lib. de gratia veteris, & noui Testamenti, Non frustra tale genus mortis elegit, vt latitudinis, & altitudinis, & longitudinis, & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno, quod transuersum desuper figitur hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo, quod in ipso ligno vsque ad terram conspicuum est: ibi enim quodãmodo statur, idest.* persistitur, & perseueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte quæ ab illa, quæ transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. Iam uero illud ex ligno, quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitæ gratiæ. Et sicut August.* super Ioan. dicit, Lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Septima ratio est, quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet, vt enim Augustin. dicit in sermone de passione, de diluuio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit: de Aegypto Dei populo recedente, Moyses mare virga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & populum Dei redemit: idem Moyses lignum in aquam misit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit ex lignea uirga de spirituali petra, salutaris vnda profertur. Et vt Amalec vinceretur, circa virgam Moyses expansis manibus extenditur, & lex Dei, arcæ Testamenti creditur ligneæ, vt his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus veniatur.

Ad primum ergo dicendum, quod altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur erat factum de lignis vt habetur Exo. 26. & quantum ad hoc, veritas respondet figuræ: non autem oportet quod quantum ad omnia, quia iam non esset similitudo, sed ut Damasc.* dicit in tertio libro. Specialiter tamen, vt Chrysostom. dicit nun caput ei amputatur, vt Ioanni, neque sectus est, vt Isaias, vt corpus integrum, & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio uolentibus Ecclesiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis.

Ad secundum dicendum, quod Christus detractibiles passiones assumere renuit, quæ pertinebant ad defectum scientiæ, vel gratiæ, aut etiam uirtutis. Non autem illas, quæ pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam: quinimmo, ut dicitur Hebr. 12. sustinuit crucem, confusione contempta.

Ad tertium dicendum, q (sicut Aug.* dicit 14. cõtra Faustũ) peccatũ maledictũ est, & per consequẽs mors, & mortalitas ex pcõ proueniens. Caro aũt Christi mortalis fuit similitudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyses eã nominat maledictum: sicut & Apostolus nominat eam peccatum, dicens 2. ad Corinth. 5. Eum, qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, s. propter pęnã peccati. Nec tñ maior inuidia est, quis dixit, Maledictus est a Deo: nisi enim Deus peccatum odisset, non ad eam suscipiendam, atque tollendam filium suum mitteret. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quẽ confiteris mortuum esse pro nobis. vnde ad Galath. 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

1m de maiori. Respondere figuræ. R. Quantum ad aliqua; non autem, quantum ad omnia. §. Tunc nihil, &c. Nam passio Christi ex charitate moriens in cruce, quæ est veritas, respondet sacrificijs animalium, tanquã suæ figuræ, pro quanto illa sacrificia fiebant in ligno (altare enim holocaustorum erat de lignis igne concurrente, seu concomitante.

*In ho. de cruce & latrone q̃ incipit Hodierna die nõ remote a prin. t. 3.

2m ex Damasceno. Detractibiles passiones. R. idest, passiones importantes defectum scientiæ, gratiæ, aut uirtutis. §. Tunc nihil, &cæt. Nam falsa est minor, scilicet q mors crucis sit detractibilis, idest importans defectum scientiæ, gratiæ, aut uirtutis: licet sit ignominiosa, & turpissima. Immo ipsa mors importat totum contrarium, scilicet perfectum scientiæ, gratiæ, & virtutis: prout septiformis probatio conclusionis articuli, maxime considerantibus, demonstraunt.

*alias, tractu.

3m illatio conclusionis. Ergo videtur, quod non &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex mala intelligentia pręmissarũ. Nam illa Deuteron. 21. maledictio mortis crucis (si recte intelligatur secundum declarationem textus ex D. Augustino) non solum non contrariatur benedictioni Christi a turbis dictæ Matt. 21. Sed etiam ipsam mirabiliter adiuuat, & ipsi fauet. Ex eo enim, q videmus Christum esse maledictum, idest, (ut totum textum uno verbo dicamus) esse mortuum in cruce, pro nobis, accendimur vehementer ad benedicendum Crucifixo ipsi toto corde, ore, & opere. eum sine fine laudantes.

*In episto. 20. c. 26. a pr c. to. 2.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatum a scripturis & ab Ecclesia quod conuenientissimum fuit, Christum mori in cruce scripturis quidem: vt per dictum Philipp. 2. Factus obediens vsq; &c. secundum quod est in argumen. contr. Idem enim est (vt sæpius dictum est) Christum fecisse aliquid, & conuenientissime fecisse illud: sicut e conuerso proportionaliter idem est diabolum Antichristumque & vniuersaliter quoscunque inimicos Christi, vt sic, facere aliquid, & inconuenientissime facere illud. Item per dictum. 1. Corinth. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem, qui salui fiunt, idest nobis, uirtus Dei est.

*trac. 110. in Io. parũ a prin. t. 3.

Hic per ly uirtus, intelligit oppositum stultitiæ, de qua in contra posita propositione locutus fuerat. Ac si dixerit. Verbum crucis, idest crux Christi, & consequenter Christũ esse mortuum in cruce, est res conuenientissima, utpote plena sapientiæ. Vbi & notas quod (secundum Apostolum) crucis uerbum tanto magis uirtus est; quanto pereuntibus stultitia est. Adeo q ipsum esse stultitiam pereuntibus est quædã demonstratio ampla & confirmatio, quod re uera est uirtus. Nam pereuntes iudicium peruersum habent; sicut e contra hi, qui salui fiunt, rectum. Patet autem: quòd aliquam rem iudicari malam ab habentibus peruersum iudicium, est grande signum; quod eadem res iudicabitur bona ab habentibus rectum iudicium, & consequẽter quod uere est bona. Quasi aperte dicat Apostolus. Vis videre; quod uerbum crucis, idest Christũ esse crucifixum, est uirtus & sapientia? Inspice non solum habentes iudicium rectum, idest ad Christianos, sed etiam, ad habentes iudicium peruersum, idest ad infideles: quoniam ex vtrorumque iudicio se orsum conclusionem hãc ueram habebis, scilicet quod crux Christi uere est uirtus & sapientia: directe quidẽ a recto iudicio, indirecte autem a peruerso. Nam quanto magis peruersum contrauertetur ad rectum, dicendo, scilicet stultitiam illud, quod rectum dicit sapientiam; hinc (vt pater terminos penetranti) tanto magis te certificabis de ueritate rei, idest de hoc, quod illud est sapientia. Re uera igitur fuisse conuenientissimum, quod Christus pateretur in cruce, dicunt ij, & qui pereunt, & qui salui fiunt: sed primi nolentes, secundi uolentes; primi per oppositum, secundi per directum, primi negando, secundi affirmando. Porrò, si ad hoc propositum, & consequenter in seruitium

*li. 3. orth. fi. c. 16. nõ lõge a fin.

* li. 14. c. 3. & 4. to. 9.

titium articuli, plura uolueris scitu dignissima; uide Veritates au teas super legem veterem, Numer. 17. conclus. 1. 2. 3. ad longum. Ab Ecclesia vero insinuatur idem in principio dictum per hoc: q in præfatione, ad Deum dicit. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: Vt, vnde mors oriebatur, inde uita resurgeret; & qui per lignum uincebat, per lignum quoque uinceretur; Per Christum dominum nostrum. Idest, in ipso ligno cru ci fixum. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Conuenientissimũ fuit, Christum pati mortem crucis. Probatur in litera rationibus septem: quibus potest addi octaua, quod ideo mortem crucis elegit vt vsque ad ultimum quatuor sensuum (scilicet vt sensus, auditus, olfactus, & gustus, ac linguæ) officio uti libere posset, & ad cumulũ passionis: uidendo, audiendo, odorando, gustandoque contraria ignominiosa, &c. & ad consumanda mysteria, quæ uerbis in cruce dictis explicuit, & commendando Matrem, & Latronem exaudiendo, &c.

¶ In responsione ad tertium memento quod maledictus a Deo quilibet est cui mali aliquid a Deo infertur: quia enim ipse dixit & facta sunt. sicut benedicere alicui Deum, est benefacere illi, ita Deum maledicere alicui est illi malum facere. Et quia Deus propter scelus populi sui percussit Christum, multa mala pœnæ, & specialiter malum pœnæ ignominiosissimæ crucis intulit illi, ideo maledixit Christo dum illi malum fecit: & propterea Christus sicut omnis patiens in cruce, maledictus a Deo dicitur.

Alb. Mag. d. 16 art. 2. Medina ar. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus omnes passiones sustinuerit.

Ad qvintvm sic proceditur. Videt q Christus omnes passiones sustinuerit. Dicit enim Hil.* 10. de Trinit. Vnigenitus Dei peragendum mortis suæ sacramentum, consummasse se omne humanarum genus passionum testatur, cum inclinato capite emisit spiritum. Videtur ergo quod omnes passiones humanas sustinuerit.

*lib. 10. in a. fo. a pri. lib.

¶ 2 Præt. Isa. 52. dicitur, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super eum multi sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum: sed Christus est exaltatus secundum q hoc, q habuit omnem gratiam, & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstupuerunt, ergo videtur q in glorius fuerit, sustinendo omnẽ passionem humanam.

¶ 3 Præt. Passio Christi ordinata est ad liberationem hominis a peccato, vt supra dictum est:* sed Christus venit liberare homines ab omni genere peccatorum. ergo debuit pati omne genus passionum.

*ar. 3. huius quęst.

Sed contra est, q dicitur Ioã. 19. q milites primi quidem. fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cum venissent, non fregerunt eius crura. non ergo passus est omnem humanam passionem.

Respon. Dicendum, quod passiones humanæ possunt considerari dupliciter. Vno modo, quantũ ad speciem, & sic nõ oportuit Christum pati omne passionem, qa multæ passionum species sibinuicem contrariãtur, sicut cõbustio in igne, & submersio in aqua. Loquimur.n. nunc de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco causatas (sicut sunt ægritudines corporales) non decuit eum pati. ut supra dictum est.* Sed secundum genus passus est omnem passionẽ humanam: quod quidẽ potest considerari tripliciter. Vno modo ex parte hominum, a quibus passus est. Passus est enim aliquid, & a Gentilib. & a Iudæis, & a masculis, & a feminis. vt patet de ancillis accusantib. Petrum. Passus est ẽt, & a principibus, & a ministris eorum, & popularibus, fm illud Ps. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam a familiarib. & notis, sicut patet de Iuda cũ prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo, patet idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati. Passus est enim Christ° in suis amicis, eum deserentib. in fama, p blasphemias contra eum prolatas: in honore, & gloria per irrisiones, & contumelias ei illatas: in rebus, per hoc quod etiã vestib. spoliatus est: in anima per tristitiam, tædium, & timorem: in corpore per uulnera, & flagella. Tertio põt considerari quãtum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite, pungentiũ spinarũ coronam, in manib. & pedib. fixionem clauorũ, in facie alapas, & sputa, & in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum: secundum tactum quidem, flagellatus, & clauis confixus: secundum gustum, felle, & aceto potatus: secundum olfactum, in loco fetido cadauerum mortuorum (qui dicitur caluariæ) appensus patibulo: secũdum auditum, lacessitus uocibus blasphemantium, & irridentium: secundum uisum, uidens matrem, & discipulum, quem diligebat, flentes.

*q. 14. ar. 4

Ad primvm ergo dicendum, quòd uerbum illud Hilar. est intelligendum, quantum ad omnia genera passionũ, non autem quantum ad omnes species.

Ad secvndvm dicendũ, q similitudo ibi attenditur, nõ quantũ ad numerũ passiõnũ, & gratiarũ: sed quãtũ ad magnitudinẽ vtriusq;: qa sicut sublimat° est in donis gfæ sup alios, ita deiectus est infra alios per ignominiam passionis.

Ad tertivm dicendũ, q fm sufficientiã, una minima passio Chri sufficisset ad redimendũ genus humanũ ab omnibus peccatis, sed fm conuenientiam sufficiens fuit quòd pateretur omnia genera passionum, sicut iam dictum est.* *In cor. ar.

SVP. Q. XLVI. ART. V.

250

Inf. q. 42. ar. 2.

Concl. 1. Non oportuit Christũ pati omnem passionẽ, secundum species passionum.

¶ Prob. Quia multæ passionum species non possunt esse in eodem (cum tales species sibi inuicem contrarientur.)

¶ Concl. 2. Christus omnem passionem humanam, secundum genus passionum, passus est.

¶ Prob. Quia genus passionum humanarum attenditur ex parte aut hominum; aut rerum, in quibus homo potest pati; aut membrorum corporis (vt patet): & Christus passus est omnem passionem ex parte quorumcunque illorum trium (vt declaratur in tex.)

1m de conclusione. Omnes passiones humanas. R. Secundum genus consideratas: nõ autem, secundum omnes species. §. Sic enim esse glosandam conclusionem hanc, docet præmissa ex Hilario p ly genus. Vnde patet: quod uerbum illud Hilarij, &c. vt in tex. Tũc nihil, &c. vt patet ex conclusionibus.

2m illatio conclusionis. Ergo uidetur; quod inglorius &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quod male intelligit præmissam sententiam Isaiæ. Nam similitudo ibi attenditur non quantum ad numerum passionum & gratiarum (vt putat argumentum); sed &c. vt in tex. Vnde debuisset inferri non illud, quod illatũ est; sed istud, scilicet Ergo Christus sic inglorius fuit, quod deiectus est infra omnes alios.

3m conclusio. Debuit pati omne genus passionum. R. Nisi passio illa potuisset esse & sufficiens, & conueniens, ad redimendũ homines ab omnibus peccatis: etiam quod Christus non pateretur omne genus, idest omnes species, passionum. §. Tunc nihil, &c. Nam secundum sufficientiam una minima, &c. vt in tex. uide respõsionem ad tertium, ar. 6.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, & recte intelligas, meniõ esse insinuatum a scripturis quod Christus non est passus omnes passiones, quæ possunt ab hominibus inferri. Vt per hoc, quod a uolentibus eum lapidare abscondit se Io. 8. & consequenter lapidatus

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

tus non est:& e uolentibus eum præcipitare ibat, transiens per medium illorum Luc.4. & consequenter non est præcipitatus: & a uolentibus crure eius frangere non est sic fractus Io.19. Secundum quod est in ergum.contr. Item a Matth.16.cæpit ostendere discipulis suis,quia oporteret, eum multa patia senioribus, &c. Item a Mar.9.scriptum est in filium hominis, ut multa patiatur, & contemnatur. Item a Luc.9.oportet; filium hominis multa pati,& reprobari a senioribus,&c. Item ab eod.cap.17. Primum oportet illum multa pati,& reprobari a generatione hac. Si.n.annotaueris, q in his locis allegatis singillatim dicitur ly multa pati, non autem dicitur,omnia:tunc uidebis ad literam expressum ibi esse articuli huius intentum. Secundò vides:quomodo ea ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm.Cardinalis Caietani.

TItulus de passionibus corporalibus ab extrinsecè illatis intelligitur,vt in corpore art. Auctor explicat. Sunt enim duo genera passionum:quædam spirituales decipi, primari virtute & huiusmodi, quæ longe fuerunt a Christo, quia derogarent perfectioni animæ ipsius:quædam corporales:& hæ sunt duplices: quædam ab intrinseco,vt ægritudines corporales,& de his nõ est quæstio: quia non decuit Christum infirmari, sed sat fuit ab intrinseco habere passiones naturales absque ægritudine,vt famem,sitim,lassitudinem quo ad corpus,& tristitiam,timorem, & huiusmodi quo ad partem sensitiuam animæ:quædam uero ab extrinseco:siue sint pure corporales ut flagella,confossio,& huiusmodi: siue aliqualiter spirituales,vt infamari,& huiusmodi. Et similiter siue extrinsece,vt spoliari,& huiusmodi:siue intus,vt tristari ex sensatis & obiectis:de his enim, quæ ab extrinseco inferri possunt passionibus absque spirituali damno in anima patientis, quæstio est, ut unico uerbo dicatur.

¶ In corpore est una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus iuxta ipsa membra distinctionis interiecta explicatione tituli. Distinctio est: Passiones humanæ ab extrinseco possunt considerari dupliciter, vel secundum species,uel secundum genus. Prima conclusio: Non oportuit Christum pati omnem humanam passionem,secundum speciem. Probatur: quia multæ earum sunt contrariæ,vt patet Secunda conclusio est: Christus passus est omnem humanam passionem secundum genus. Probatur tripliciter: & ex parte generalitate conditionum agentium a quib. & rerũ in quibus,& membrorum secundum quæ passus est.

¶ Aduerte hic primu,quòd Auctor summarie pertransit generalitatem passionum Christi:nam si adamussim dinumerãdæ essent omnes conditiones passionum eius,& differentiæ earum, humanum ingenium forte deficeret. Clare siquidem liquet, q passus est iudicialiter & extra iudicialiter, a iudicio ecclesiastico, & sæculari,passus est obiectione superbiæ blasphemiæ,seductionis,ambitionis,rebellionis Cæsareæ,vsurpationis diuinæ: passus est a testibus falsis,& propriæ fessione occasionaliter:passus est ut malus, & ut stultus: passus est a uiris timoratis secundum legem Dei (ut pote non introeuntibus in prætorium, & uacantibus operibus misericordiæ actualiter),& a sceleretis:passus est. & simpliciter, & comparatiue ad Barabbam.Et breuiter ad pelagus passionum harum contemplatio ingressum dans noua semper adiiciet.

¶ Aduerte secundo, quod ad literam Christus generalitatem passionum suscepit,vt uniuersum quo ad mala deificaret: ita qd sicut verbum diuinum suscipiendo humanam naturam assumpsit quodam modo totum vniuersum, quo ad bona semper quanto in homine omnes creaturæ quodammodo inueniuntur, ut in principio huius libri declarauimus) ita suscipiendo mala hominum in generalitate suarum passionum,deificauit totum vniuersum, quo ad mala: in malo enim hominis omnia mala quodam modo inueniuntur: vt omnino impletum conspiciamus, quod sic Deus dilexit mundum,& secundum bona, & secundum mala vt filium suũ vnigenitum daret. Prodest autem malorum huiusmodi tanta dignitas humano generi valde, quoniam malorum incursus post Adæ peccatum ineuitabilis est, & necessarius in uia uirtutis ambulantibus ad cœlestem patriam. Naturaliter autem exosa fugibilia,tristique sunt mala,& propterea arcta, duraque dicitur via vitæ:sed vbi assumpta a uerbo Dei in propria persona mala,sunt, deificata proculdubio sunt, & inde reddita sunt desiderabilia super aurum,& lapidem pretiosum, cum non habentur, & dulciora super mel & fauum, quũ habentur, ut gesta martyrum testantur,dicentium, hoc est quod semper optaui, has epulas ego semper optaui uideor mihi quod super roseos flores incedam, &cæt. Et hinc uirtutis uia patiendo mala,facta est humano generi amabilis,desiderabilis, atque delectabilis secundum seipsam: sed animalis homo non percipit quæ Dei sunt: palato enim non sano pœna est panis, qui sano est suauis & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis.

Alb.Mag. vbi sup.
Medina ar.6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt quod dolor passionis Christi non fuerit maior omnibus aliis doloribus. Dolor enim patientis augetur secundum greuitatem, & diuturnitetem passionis: sed quidam martyres,grauiores passiones, & diuturniores sustinuerunt, quam Christus, sicut patet de Laurentio, q est assatus in craticula, & de Vincẽtio.cuius carnea sunt ungulis ferreis laceratæ. ergo videtur q dolor Christi patientis non fuerit maximus.

¶ 2 Præt. Virtus mentis est mitigatiua doloris, intantum quod Stoici posuerunt,tristitiam in animum sapientis nõ cadere,& Arist * posuit, quod uirtus moralis medium tenet in passionibus: sed in Christo fuit perfectissima virtus mentis. ergo videtur quod in Christo non fuerit maximus dolor.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod patiens est magis sensibile, tanto maior sequitur dolor passionis: sed anima est sensibilior, quam corpus, cũ corpus sentiat ex anima. Adam etiam in statu innocentiæ videtur corpus sensibilibus habuisse, quam Christus, qui assumpsit corpus humanũ cum naturalibus defectibus. ergo videtur quod dolor animæ patientis in purgatorio, vel in inferno, uel etiam dolor Adæ, si passus fuisset maior fuisset, quam dolor passionis Christi.

¶ 4 Præt. Maioris boni amissio causat maiorem dolorem: sed peccator peccando amittit maius bonum, quàm Christus patiendo, quia uita gratiæ est melior quàm uita naturæ. Christus etiam, qui amisit uitã, post triduum resurrecturus minus aliquid amisisse uidetur, quam illi, qui amittunt vitam permansuri in morte. ergo uidetur q dolor Christi non fuerit maximus dolorum.

¶ 5 Præt. Innocentia patientis diminuit dolorem passionis: sed Christ9 innocenter est passus, secundum illud Hier. 11. Ego autem quasi agn9 mansuetus, qui portatur ad uictimam. ergo uidetur quod dolor passionis Christi non fuerit maximus.

¶ 6 Præt. In his, quæ Christi sunt, nihil fuit superfluum: sed minimus do

SVPER Q. XLVI. ART. VI.

COncl. Omnibus causis simul
451 consideratis, patet: q dolor tum exterior, tũ interior ipsius Christi fuit omnium aliorum dolorum præsentis uitæ maximus.

¶ Prob. Quia ista quatuor (scilicet & causæ doloris tam sensibilis, quam interioris; & perceptibilitas patientis tam secundum corpus, quam secundũ animam; & puritas doloris; & quãtitas doloris proportionata fini, scilicet liberationi totius generis humani) hoc manifestè ostendunt.

•li.2. Eth. c.3. 6.& 9. ro.5.

¶ Not. Verificat ly manifestè; non solum si hoc referatur ad ly simul,positum in conclusione; sed etiam si non referatur. Ita q D. Thomas pbat plus (quod est valde timũ doctorem decet); quã probandum in conclusione præmiseret, & p hoc promiserat. Patet ergo conclusionis ipsius veritas ex quatuor causis illis, siue simul consideratis, siue seorsum (vna tantum, s. causa doloris exterioris excepta): licet illud sit vniuersaliter manifestius, hoc autem minus. Nam si de causis doloris iterioris loquamur; uemo unquam fuit, nec erit: qui tot, tantasque causas tristitiæ habuerit, vel habiturus sit: ut constat ex textu ly primò quidem omnia peccata, scilicet præterita, præsentia, futura, cuiuscũq; generis, spẽi, grauitatis, fœditatis, dãnificationis, omissionis, cõmissionis, cordis, oris, opis, &c. Secũdò, spãliter casus, &c. Tertio amissio uitę corporalis, scilicet tã præ omnibus aitis cuiuscũque corporalibus ipsi Christo meritò charissimæ, quæ &c. Si uerò de perceptibilitate patientis loquamur: quis alius unquam de spiritusancto cõceptus est, aut erit? Et consequenter quis tam delicatus,

tam

lor Christi suffecisset ad finem salutis humanæ: habuisset enim infinitam virtutem, ex persona diuina. ergo superfluum fuisset assumere maximum dolorem.

Sed contra est, quod Tren. 1. dicitur ex persona Christi, Attẽdite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Respond. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est,* cum de defectibus assumptis a Christo ageretur, in Christo patiente fuit uerus dolor, & sensibilis, qui causatur ex corporali nociuo, & dolor interior, qui causatur ex apprehensione alicuius nocumenti, qui tristitia dicitur. Vterque autem dolor in Christu fuit maximus inter dolores præsentis uitæ: quod quidem contingit propter quatuor. Primo quidem, propter causas doloris, nam doloris sensibilis causa fuit læsio corporalis quę acerbitatem habuit, tum propter generalitatem passionis, de qua dictũ est,* tum etiam ex genere passionis, quia mors confixorum in cruce est acerbissima, quia configuntur in locis neruosis, & maximè sensibilib. scilicet in manibus, & pedibus, & ipsum pondus corporis pendentis continuè auget dolorem, & cum hóc etiam est doloris diuturnitas, quia non statim moriuntur. sicut, hi qui gladio interficiuntur. Doloris autem interioris causa fuit primo quidem, omnia peccata humani generis, pro quibus satisfaciebat patiendo, vnde ea, quasi sibi ascribit dicens in Ps. 21. Verba delictorum meorum. Secundo, specialiter casus Iudæorum, & aliorum in eius morte delinquentium, & præcipuè discipulorum, qui scandalum passi sunt in Christi passione. Tertio, etiam amissio uitæ corporalis, quæ naturaliter abhorribilis humanæ naturæ. Secundo, potest magnitudo doloris eius considerari ex perceptibilitate patientis, secundum animam & secundum corpus. Nam, & secundum corpus erat optimè complexionatus cum corpus eius fuerit formatum miraculosè operatione Spiritus sancti sicut & alia quæ per miracula facta sunt, fuerunt aliis potiora (vt Chrysost.* dicit de uino, in quod Christus aquam conuertit in nuptiis) & ideo in maxime uiguit sensus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor. anima etiam secundum uires interiores, efficacissimè apprehendit omnes causas tristitiæ. Tertio, magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris, & tristitiæ puritate. Nam in aliis patientibus mitigatur tristitia interior, & etiam dolor exterior, aliqua consideratione rationis, per quandam deriuationem, seu redundantiam a superioribus viribus ad inferiores: quod in Christo patiente non fuit, quia vnicuiq; virium, permisit agere quod est sibi proprium, sicut Damasc.* dicit. Quarto potest considerari magnitudo doloris Christi patientis, ex hoc, quod passio illa, & dolor a Christo fuerunt assumpta voluntariè, propter finem liberationis hominum a peccato & ideo tantam quantitatem doloris assumpsit, quæ esset proportionata magnitudini fruct⁹, qui inde sequebatur. Ex his igitur omnibus causis simul consideratis manifestè apparet, ꝙ dolor Christi fuerit maximus.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit ex vno tantum prædictorum, scilicet ex læsione corporali, qui est causa sensibilis doloris: sed ex aliis causis multo magis dolor Christi patientis augetur, vt dictum est.*

Ad secundum dicendum, ꝙ virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter exteriorem dolorem sensibilem, Tristitiã enim interiorem diminuit directè, in ea medium constituendo, sicut in propria materia. Medium autem in passionibus virtus moralis constituit (vt in 2. parte habitum est) non secundum quantitatem rei, sed secundum quantitatem proportionis, vt scilicet passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quod nulla tristitia esset ad aliquid vtilis, ideo credebant quod totaliter a ratione discordaret, & ꝑ consequens, quòd totaliter esset sapienti vitanda. sed secundum rei ueritate tristitia aliqua laudabilis est (vt August.* probat in 14. de ciuit. Dei, quando, scilicet procedit ex sancto amore, vtpotè, cum aliquis tristatur de peccatis propriis vel alienis. Assumitur etiam, vt vtilis ad finem satisfactionis, pro peccato, secundum illud Apoc. 2. ad Corint. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilẽ operatur. & ideo Christus vt satisfaceret pro peccatis omnium hominũ, assumpsit tristitiam maximam quidem quantitate absoluta, non tamẽ excedentem regulam rationis, Dolorem autem exteriorẽ sensus virtus moralis directè non minuit, quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirectè, per redundantiam a superioribus viribus in inferiores, quod in Christo non fuit, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, ꝙ dolor animæ separatæ patientis pertinet ad statum futuræ damnationis, quæ excedit omnem malum huius uitæ: sicut sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis vitæ. vnde cũ dicimus Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat nisi peccaret, & sic fieret mortale passibile, & minus doleret patiens, quam corpus Christi, propter rationes prædictas,

---

tam sensitiuus, tã optime complexionatus? Quis item tam fortis appræhensionis; qui. s. omnes tristitiæ causas tam vehementissime, minutissimeq;, i. quo ad singula quantũcũque minima, appræhendere possit? Ex tex. Si autem de puritate doloris agatur: omnes ꝓter Christum (ideo dixit ly Hely Hely Lamazabathani. Math. 27.) habent aliquam saltem paruulam, mitigationẽ tristitiæ & doloris ex redũdantia superiorum virium animæ ad inferiores: vt in tex. De quantitate deniq; doloris proportionata fini tali, ac tanto, patet etiam ex tex. quod hoc est singulare in Christo.

*q. 15. art. 5. & 6.

1m de conclusione. Videtur, ꝙ dolor. R. Secundum cõclusionem corporalem solum consideratus. §. Sic enim sequitur ex præmissis: vt patet penetrãti. Tũc nihil, &c. vt patet ex articuli conclusione propterea dicẽte ly simul, & ex notatione prædicta excipiente doloris exterioris causam.

* q. 15. & ar. præce.

¶Exam. Ly sed ex aliis causis multò magis augetur Christi dolor. Scilicet ẽt sensibilis. Ac si aperte dicat ad argumentũ. Causa doloris sensibilis fuit maior in Laurentio & Vincentio (vt arguit): sed tñ dolor sensibilis in eis non fuit maior, q̃ in Christo. Et, si instetur, ꝙ ubi est maior cã, ibi sequitur maior effectus, respondetur virtualiter ex textu: ꝙ hoc est uerum, cæteris parib. i. ꝙ hoc tunc solummodo verificatur, qñ cætera sunt paria. Ex minori siquidẽ doloris exterioris causa. i. ex minori læsione corporali dolor sensibilis in homine nobili delicatæ complexionis fit maior (vt quotidie patet): q̃ fiat in homine rusticano grossæ complexionis ex maiori causa doloris eiusdem. Quia igitur martyres, de quibus argumentũ loquitur, non fuerunt, immo nec esse potuerunt, tam delicatæ cõplexionis, quantæ erat Christus, tum ratione conceptionis de spiritusancto, tum ratione unionis singularis cum deitate: ideo ex minori læsiuo corporali (ẽt dato; ꝙ omnibus consideratis, scilicet flagellatione, spinea coronatione, &c. fuisset minus) dolor sensibilis maior in Christo causabatur, quam in aliis quibuscũque. Hæc dicta sint, attenta solum perceptione patientis: tacendo interim de aliis causis positis in textu corp. Quod si aliàs ei coniungamus: tunc ex ipsis causis nõ solum magis, sed multò. i. quasi incõparabiliter magis, præ dolore omnium martyrum dolor Christi patientis augetur (vt dixit textus.)

* Ho. 21. I Io. a med. illius to. 3.

* li. 3. c. 15. a med.

* in cor. ar.

2m de maiori. Mitigatiua doloris. R. Interioris: & mitigatione secundum quantitatem proportionis tantum. §. Tunc nihil, &c. Ex hoc enim, quod in Chro est uirtus moralis perfectissima. quæ sic mitigat dolorem (vt glossatum est) non fit: quod in ipso non fuerit dolor interior maximus secundũ quãtitatem absolutam; & dolor maximus exterior, qui sequitur corporis naturam (vt de his omnibus declaratur in tex.)

p. 2. q. 64. ar. & 2.

3m illatio conclusionis. Ergo videtur, quod dolor animæ, &c. R. Negatur illatio, pro quanto loquitur de Adam; & conceditur, pro quanto loquitur de anima separata. §. Procedit enim ex falso de Adã, scilicet quod ipse habuerit corpus sensibilius, quã corpus Christi: & procedit ex uero de anima, scilicet quod anima separata sit sensibilior, quam corpus. Tunc tamen nihil, &c. vt patet ex ly præsentis uitæ, quod non sine

* li. 14. c. 9. to. 3.

he causa appositum est in conclusione articuli.

4m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod dolor Christi, &c. ℞. Negatur illatio.§. Procedit enim ex falso in præmissis subintellecto, scilicet quod Christus non doluerit de hoc, quod peccatores amisissent gratiam peccando; & quod amissio uitæ corporalis Christi per triduum non sit magis dolenda, quam amissio uitæ corporalis aliorum per longissimum tempus. Nam Christus non solum doluit de &c. vt in tex. Ex quo dicas: quod contritio vel etiam dolor de alterius peccato ex sapientia & charitate procedit.

5m de maiori. Diminuit dolorem. ℞. Quantum ad numerũ rerum, de quibus dolendum est.§. Tunc nihil,&c. vt patet in tex. Ex quo dic, quod nocens plus extensiue dolet, quia de duobus: innocens uerò plus intẽsiuè, quia dolor sunt de vno acerbior est, quam illi de duobus.

6m minor. Minimus dolor Christi sufficeisset ad finem salutis humanæ. ℞. Si Christus uoluisset saluare, idest a peccatis homines liberare sola potestate.§. Tunc nihil,&c. Nam Christus uoluit,&c. vt in tex. vide art. 5. ad tertium.

• li. 3. c. 9. circa med. tom.

ctas, Ex quibus etiam apparet, quod etsi per impossibile ponatur, quod Adam in statu innocentiæ passus fuisset, minor fuisset dolor eius quã Christi.

AD QVARTVM dicendum, quod Christus nõ solum doluit pro amissione vitæ corporalis propriæ: sed etiam pro peccatis omnium aliorum qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti: tum quia ex maiori sapientia, & charitate processit ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiã, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud Isa. 53. Vere dolores nostros ipse tulit. Vita autem corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præcipuè propter diuinitatem vnitam, quod de eius amissione etiam ad horam, magis esset dolendum quam de amissione vitę alterius hominis per quantumcunque tempus vnde & Philipp. dicit 3. Ethic.* quod virtuosus diligit vitam suam quanto scit eam esse meliorem, & tamen eam exponit propter bonum virtutis. Et similiter

niacorum dicentium; Christum nihil mali pertulisse. Per hunc enim articulum ponentem in Christo dolorem omnium maximum discimus; & Christum non tantum uere, sed etiam uerissime, fuisse passum; & ipsum aliquid, immo multum, mali pertulisse. Quamquam hęc ultima hæresis directius impugnetur & expugnetur ab ar. 5. Ex eo namque, quod Christus omnes dolores pertulit, patet directissime; falsum esse, quod ipse nihil mali pertulerit. Secundò habes, quomodo per rationẽ ostẽdas; has merito damnari a Threnor. 1. Attendite, &c. secundum quod est in argum. contr. Vbi ly si, stat pro non: sicut & in Amos. 3. Si erit malum in ciuitate; & in Psal. 94 si introibũt in requiem meã. Hoc est. Attendite, & videte, quod non est dolor, sicut: &c. Non erit malum, &c. Non introibunt in &c. Item ab Papa Eugenio IIII. in Concilio Florẽ. Sacrosancta Romana Ecclesia firmiter credit, profitetur, & prędicat: Dei filium in assumpta humanitate ex uirgine uere natum, vere passum, uere mortuum & sepultum, uere ex mortuis resurrexisse, &c. Anathematizat autem execratur, & damnat omnem hæresim contraria sapientem. Hæc ille; in constitut. super vnione Iacobinorum. Item ab Isaia 53. Verè dolores nostros ipse portauit. Item a dictis supra articulorum, numer. 1. 94. 95. 96. 33. 195. 246. Et a Veritatibus aureis super totam legem veterem, Numer. 17. conclusio. 1. & Deuteronom. 9. conclusio. 7. Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, 3
doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Christus vitam suam maximè dilectam, exposuit propter bonum charitatis, secundum illud Hierem. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.

AD QVINTVM dicendum, quod innocentia patientis minuit dolorem passionis, quantum ad numerum, quia cum nocens patitur, dolet non solum de pœna, sed etiam de culpa, innocens autem solum de pœna: qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, inquantum apprehendit nocumentum illatum, vt magis indebitum. vnde etiam, & alii magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Isa. 57. Iustus autem perit, & non est, qui recogitet in corde suo.

AD SEXTVM dicendum, quod Christus voluit genus humanum a peccatis liberare, non sola potestate: sed iustitia. & ideo non solũ attendit quantam virtutem dolor eius haberet ex diuinitate vnitas, sed etiam quantum dolor eius sufficeret, secundum humanam naturam ad tãtam satisfactionem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, tanquam ex superabundanti, interimas hæreses & Cerdonis dicentis; Christum non esse passum uere, sed simulasse passionem, & simo niacorum

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus, vt sonat, intelligendus est.

¶ In corpore duo. Primo, resumuntur duo dolores in Christo: exterior, scilicet, & interior. Secundo respondetur quęsito vnica conclusione: vterque dolor in Christo fuit maximus inter omnes præsentis uitæ. Probatur ex quatuor simul iunctis, scilicet ex causis, ex patiente, ex puritate doloris, & ex quantitate proportionata ad finem.

¶ Vbi videre facile potes, quod in nullo alio dolore humano concurrentia, adæquare, aut etiam appropinquare possunt ad hæc. Et de tertio quidem, & quarto constat, quod in aliis locum habere non possunt: secundum quoque ac perceptionem efficacissimam omnium causarum tristitiæ, procul etiam ab aliis est: in primo quoque duo sunt inaccessibilia, scilicet tristitia ex omnibus peccatis humani generis amissio corporalis uitæ diuinæ personæ, & tam excellentis animæ.

SVP. Q. XLVI. ART. VII.

252 CONCL. 1. Si intelligamus totam animam ratione suæ essentiæ; sic manifestum est, totam animã Christi passam esse.

3. d. 15. q. u. ar. 2. q. 3. & 2. 3. q. 2. Et veri. q. 26. ar. 3. ad 1. & art. 8. q. 9. Et quol. 7. ar. 5. Et op. 3. c. 233. Et li. 3. ex tex. 6. & 15. tomo. 3.

¶ PROB. Quia tota animæ essentia coniungitur corpori; ita quod tota est in toto, ac tota in qualibet parte (vt patet. 1. q. 76. artic. 8.): & corpus Christi patiebatur, art. 5. 6.

¶ CONCL. 2. Si intelligamus totam animam, secũdum omnes potentias eius; sic (loquendo de passionib. proprijs potentiarum) patiebatur quidẽ Christus secundum omnes vires animæ inferiores: non autem secundum superiorem rationem.

¶ PROB. Quia in singulis uiribus animæ inferioribus inueniebat aliquid causans dolorẽ Christi (vt patet in artic. 5.) Secunda verò pars, scilicet nõ aũt &c. probatur; Quia obiectum superioris rationis. idest Deus nõ erat animæ Christi causa doloris, sed gaudij (vt patet

Hie. super illud Mat. 26. Cœpit contristari & mæstus eẽ, tom. 9.

• Incipit hæc epist. Dion. Saluto te anima, &c. circa med. illius.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Christus passus fuerit secundum totam animam.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit passus secundum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accidens, inquantum est corporis actus: sed anima non est actus corporis secundum quamlibet partem eius: nam intellectus nullius corporis actus est, vt dicitur in 3. de anima.* ergo videtur, quod Christus nõ fuerit passus secundum totam animam.

¶ 2 Præt. Quælibet potentia animæ patitur a subiecto: sed superioris partis rationis obiectum, sunt rationes æternæ, quibus inspiciendis, & consulendis intendit, vt August. dicit* 2. de Trin. Ex rationibus autem ęternis nullum potuit Christus pati nocumentum, cum in nullo ei contrarientur. ergo videtur quod non fuerit passus secundum totam animam.

¶ 3 Præt. Quando passio sensibilis vsque ad rationem pertingit, tunc dicitur cõpleta passio, quæ in Christo non fuit: sed solum propassio, vt Hierem.* dicit. vnde & Dion. dicit in Epist.* ad Ioannem euangelistã, quòd passiones sibi illatas patieba-

* Lib. 12. c. 7. in fin. tom. 3.

patet de Deo viso. 1. 2. q. 3. art. 8. item q 4. art. 1.)

¶Concl. 3. Si intelligamus totam animam, secundum omnes potentias eius, sic (loquendo de passionibus earum secundum modum, quo potentia dicitur pati ex parte sui subiecti) omnes potentiæ animæ Christi patiebantur.

¶Prob. Quia omnes potentiæ animæ radicantur in essentia animæ. 1. q. 77. art. 5. 6. Et ad essentiam animę ꝑuenit passio corporis, cuius est actus (vt patet.)

1m de conclusione. Secundum totam animam. R. idest secundũ omnes potentias animæ consideratas in respectu ad sua propria obiecta. §. Sic enĩ hoc esse glossandum, habetur ex præmissis. Tunc nihil, &c. Cum hoc n. stat; quod passus sit secundum totam animã, idest secundum oẽs potentias eius consideratas per respectum ad suum subiectum, scilicet ad essentiam animæ: vt patet ex conclusiõe tertia. Et sic est in proposito. Nam licet intellectus, vt est potentia quædam, i. vt cõsideratur respectu proprij obiecti, non sit corporis, &c. vt in tex.

2m de conclusione. Secundũ totam animã. R. i. secundum omnes potentias ipsius in relatione ad propria illarum obiecta. §. Sic nãque illud esse glossandum, ostendunt pręmissæ. Tunc nihil, &c. Cũ hoc enim stat, &cæt. vt nũc ad primum. Et sic est in proposito. Nam illa ratio procedit de &c. vt in tex. vide conclusiones 2. 3.

3m illatio conclusionis. Non ergo videt, quod Chrs, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo; ꝗ in præmissis minus vniuersaliter, quam deceat, intelligit ly completa passio. Nam (vt apparet ex maiori) putat; quod passio tunc solum dicatur completa, quando pertingit vsque ad rationem, mutando, s. eam a rectitudine sui actus: & tamen passio dicitur etiam completa alio modo, qñ. s. subiectum passionis totum patitur (vt ex tertia articuli conclusione cognosci potest). Licet ergo in Christo non fuerit passio cõpleta ex parte perturbationis rationis, vt secũdum B. Hieron. dicebatur: tamen, cum in eo fuerit completa ex parte subiecti, constat: quod Christus patiebatur secundum totam suam animam.

4m de minori. Sed in intellectu speculatiuo. R. Consideratu per respectũ ad suũ obiectũ. §. Hoc autem est uerum absolute consideratum. i. uerum, ut uerum. Tũc nihil, &c. Cum hoc enim stat: quod ad ipsum intellectum speculatiuum consideratum in relatione ad subiectum, in quo radicatur, potest pertinere dolor vel etiam causa doloris (vt patet ex tertia articuli conclusione.)

¶Exam.

tur secundum iudicare solum. non ergo videtur quod Christus secundum totam animam pateretur.

¶ 4 Præt. Passio dolorem causat: sed in intellectu speculatiuo non est dolor: quia delectationi, quæ est ab eo, quod est considerare, nulla tristitia opponitur, vt Philosoph.* dicit in 1. Topic. ergo videtur quod Christus non pateretur secundum totam animam.

*1. Top. c. 13. i loco, Ab his in quib. reperit alterũ cõtrariũ.

Sed contra est, quod in Ps. 87. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea, Glo.* nõ uitiis, sed doloribus, quibus anima carni compatitur, vel malis, scilicet pereuntis populi, compatiendo: nõ autem fuisset anima eius his malis repleta, si non secundum totam animam passus esset. ergo Christus est secundum totam animam passus.

* psal. 87. Est Aug. ibi to. 8.

Respon. Dicendum, quod totum dicitur respectu partium: partes autem animæ dicuntur potentiæ eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, inquantum patitur secundũ suam essentiam, vel inquantum secundum omnes suas potentias patitur: sed considerandum est, ꝙ aliqua potentia animæ, potest pati dupliciter. Vno modo passione propria, quæ quidem est secundum qđ patitur a suo obiecto, sicut si uisus patiatur ex superabundanti uisibili. Alio modo, aliqua potentia patitur passione subiecti, super quod fundatur, sicut uisus patitur patiente sensu tactus in oculo, super quem fundatur visus, puta cum oculus pungitur, aut etiam distemperatur per calorem. Sic igitur dicendum est, ꝙ si intelligamus totam animam ratione suæ essentiæ, sic manifestum est totam animam Christi passam esse. Nam tota essentia animæ coniungitur corpori, ita quod tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideo corpore patiente, & disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si uero intelligam* totam animam secundũ omnes potentias eius, sic loquendo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundũ omnes uires inferiores, quia in singulis uiribus inferioribus animæ, quæ circa tẽporalia operantur inueniebatur aliquid, ꝙ erat causa doloris Christi. sicut ex supradictis patet: sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti, s. dei qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis, & gaudij. Secundum autem illum modum passionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentiæ animæ Christi patiebantur omnes d enim potentiæ animæ radicantur in essentia eius, ad quam peruenit passio, passo corpore, cuius est actus.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet intellectus, ſm ꝙ est potentia quædam, non sit corporis actus: essentia tamen animæ est corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiua, vt in prima parte habitum est.*

*p. p. q 77. art. 5. & 8.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa rõ procedit de passione, q̃ est ex parte proprij obiecti, ſm quã superior rõ in Christo passa non fuit.

Ad tertium dicendũ, ꝙ dolor dr̃ esse passio perfecta per quam anima perturbatur, qñ passio sensitiuæ partis pertingit vsq; ad immutandum rationem a rectitudine sui actus, vt. s. sequatur passionem, & non habeat liberũ arbitrium super eã. Sic aũt passio sensitiuæ partis nõ ꝑuenit in Christo vsq; ad rõnẽ, sed ex parte subiecti, sicut dictum est.*

*in cor. ar.

Ad quartum dicendum, ꝙ intellectus speculatiuus, non potest habere dolorem, vel tristitiam ex parte sui obiecti, ꝙ est verum absolutè consideratum, quod est perfectio eius: potest tamen ad ipsum ꝑtingere dolor, vel causa doloris, per modum iam dictum.*

AR-

¶Exam. Ly causa doloris. Scilicet, inquantum intellectus speculatiuus considerat aliqua, non vt præcise uera sunt, sed ut sunt contristabilia. Licet enim consideratio ueri sit per se delectabilis tamen ex aliquo accidente, seu ex aliqua circunstantia potest esse causa doloris & tristitiæ. Et ad hunc sensum per accidens, intelligi potest illud Eccles. 1. Qui addit scientiam, addit & dolorem. vide Addition. q. 98. ar. 7. 8. De dolore, & tristitia, pro quanto ad huius aliorumque similiũ articulorum iuuamẽ facit, vide 1. 2. q. 35. 36. 37. articulis multis.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostensas, recte intelligas, merito esse insinuatum a scripturis; ꝙ Christus passus est ſm totã animam. Vt per hoc, ꝙ dicitur Psal. 87. Repleta &c. secundum ꝙ cum expositione ponitur in argum. contr. Item ꝑ dictum Isa. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A plãta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Hoc enim (secundũ sacros doctores) iuxta sensum mysticũ intelligitur de Christo. Nec immeritò quidẽ: vt pœna satisfactoria Christi correspondeat in omnibus culpæ hominum, de quibus Isaias ibi loquitur ad literam. Taceo: quod in artic. 6. corpor. fin. ly quarto potest considerari magnitudo, &c. dictum est; quod pęnã suam Christus voluerit esse tantam, quãta proportionaretur fini. i. liberationi hominum a peccatis. Cum itaque peccata populum a plãta pedis vsq; ad uerticem & in corpore & in anima occupauerint non tantum enim opere, sed etiam corde, idest cogitatione peccauerant); conueniens fuit; vt scriptura hæc Isaiæ secundum mysticum intellectum attribueret Christo passionem & secundum totum corpus & secundum totam animam. Secundum corpus, inquam; vt denotauit per ly omne caput languidum: secundum animam uerò: vt designauit per ly omne cor mœrens: secundum totum autem & totam; vt importauit, vtrumque a se prædictorum limitando, per ly a planta pedis (scilicet tum corporalis, tum spiritualis, idest affectus animæ) vsque ad uerticem (scilicet tum corporalem, tum spiritualem, idest partem superiorem animæ) non est in eo (scilicet Christo homine) sanitas. Modum tamen, quo in superiori parte, scilicet intellectiua, non erat, & erat, sanitas, vide in conclusionib. 2. 3. ne erres. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur atque confirmetur.

D. 199.

a

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in corpore articuli clarificatur.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, distinguitur quot sensib. potest intelligi quæstio ista. Secundo respondetur, quæsito. Distinctio ponitur duplex. prima de ly tota, scilicet vel ratione essentiæ, vel potentiarum. Secunda est, ratione potentiarum dupliciter, vel secundum actus earum, vel ex parte subiecti. Ex quibus consurgũt tres quæstionis sensus. Primus est, an anima secundum totam essentiam passa fuerit: secundus est, an anima secundum omnium potentiarum passiones proprias passa fuerit. tertius est, an anima secundum omnes potentias ex parte subiecti passa fuerit.

¶ Prima conclusio est. Anima Christi tota secundum essentiam passa est probatur. Tota essentia animæ coniungitur corpori. ergo patiente corpore, & disposito ad separationem ab anima, tota, anima patiebatur. Antecedens probatur: quia est tota in toto, & tota in qualibet parte.

¶ Nota hic, quod non dicit, Auctor quod anima Christi tota secundum essentiam doluit, sed dicit ꝙ passus est: dolere enim importat actum animalis appetitus: passio autem communius est. Vnde argumenta Scoti in 3. Sentẽ. dist. 5. contra opinionem dicentem Christi animam secundum essentiam doluisse, nõ sunt contra doctrinam hanc, nisi vltimum, scilicet in separatione animæ a corpore anima fuit facta impassibilis. ergo. Ad hoc enim dicitur, quod aliud est loqui de separatione animæ, & aliud de separato esse: nã licet anima in separato esse fuerit impassibilis: quamdiu tamen in separatione fuit, passibilis erat, & patiebatur dum separaretur: qa abijciebatur a naturali suo statu, quo perficiebat corpus. Vnde in litera dicitur: corpore patiente, & disposito ad separationem, tota essentia animæ patiebatur.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi secundum omnes potentias inferiores patiebatur passionibus proprijs illarum potentiarum. Probatur: quia in singulis uiribus inferioribus, quæ circa temporalia uersantur, inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris, vt patet ex ar. 5.

¶ Tertia conclusio est. Ratio superior non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti. Probatur: quia Deus erat causa animæ Christi non doloris, sed delectationis, & gaudij.

¶ Circa hanc conclusionem dubium occurrit ex Sco. in 3. Sẽt. dist. 15. probante, quod ratio superior in Christo per proprium actum doluit de passione Christi: tum, quia erat contra naturalẽ appetitum ipsius rationis superioris: tum, quia erat contra conditionatum velle eiusdem. quicquid autem nobis nolentibus, vel naturali uoluntate commodi, uel conditionato uelle, accidit, sufficiens causa tristitiæ est, vt patet de miseria quo ad primum, & de proiectione mercis in mare, quo ad secundum. Amplius, Christus tristatus est, de peccatis hominum vt sunt offensæ dei: sed hoc spectat ad rationem superiorem: quia hæc tristitia est secundum Deum, est secundum rationes æternas consultas, quæ sunt secundum August. 12. de Trinit. obiectum rationis superioris: ergo.

¶ Ad euidentiam huius scito, quod cum secundum August. de ciuit. Dei cap. 15. tristitia fit de his, quæ nobis nolentibus accidunt, & nostrum nolle quadrupliciter inueniatur, vel per actum elicitum, ut si nolo vsitari, uel per naturalem contrarietatem ad voluntatem secundum se, vt nolumus miseriam, vel per naturalẽ contrarietatem ad voluntatem colligatam appetitui sensitiuo, vt nolumus vri, uel per conditionatum actum uoluntatis puta nolleitatem, ut nollemus proijcere merces in mare: quas tamen proijcimus, putauit Scotus in loco dicto quodlibet istorum nolle sufficienter causare tristitiam in uoluntate, si contra huiusmodi nolle eueniat nobis aliquid sic nolitum. Minus autem uerum inuenitur hoc dictum, si perspexerimus, quod beati multa possunt sic nolita euenire: qui tamen tristari non possunt: uoluntas enim cuiusque patris in patria est, quod secundum se nollet filium damnari, ut patet: quia ista nolleitas est secundum amorem naturalem ad filium, & quia in damnatis remanet, vt patet de diuite, qui petijt, ne fratres damnarentur, & tamen beatus non tristatur si filius damnatur. Et simile est de iniurijs, quæ fiunt sanctis circa eorum corpora: sunt enim contra naturalem uoluntatem eorũ, & tamen non tristantur.

¶ Quocirca distinguendum est de nolle, quod siue naturale, sine conditionatum sit, dupliciter sumi potest. Vel absolute, hoc est quantum est ex parte voluntatis, seu boni noliti aut mali noliti, & taliter nolle non sufficit ad causandam tristitiam, ut ex dictis exemplis patet, & amplius patebit. Alio modo, sumitur nolle secundum præsentem statum uolentis, seu nolentis, hoc est, quod siue sit naturale siue conditionatum insit, illud nolle secundum præsentem statum, quem actu habet ille, qui dicitur nolle: & sic nolle siue sit naturale, siue conditionatum sufficit ad causandam tristitiam, quod vt clarius fiat, dicamus exemplariter differentiam inter uoluntatẽ beati patris, & non beati: pater siquidem iustus uiator respectu miseriæ filij præsciti habet nolle, & naturale, & cõditionatum non solum ita quod uoluntati paternæ secundum se absolute sumptæ contrariatur miseria filij, & nollet filii damnationem secluso diuinæ iustitiæ ordine, sed etiam ita quod secundum præsentem statum in quo est, ex amore naturali exit in actum nolẽdi conditionatũ, dicendo, Pater si possibile est trãseat calix iste. Idem autem pater beatus non habet amplius amorem illum primum, ut consonet sibi exire in actum nolleitatis respectu miseriæ filij (alioquin non esset beatus: quoniam aliquid uellet, quod non haberet) sed in omnibus conformæ dicitur uoluntati suum uelle. Et hinc fit ut damnatio filii eueniens, tristitiam ingerat patri uiatori, & non patri beato. Conuenientia siquidem inuenta secũdum uoluntatem absolute, & similiter secundum nolleitatem absolute in patre uiatore, & beato, & differentia inuenta secundum uoluntatem in tali statu, testatur quod non sufficit ad tristitiam uoluntas naturalis, aut cõditionata absolutè, sed oportet quod sit secundum præsentem statum: propterea enim tristor proijciendo merces, quia secundum præsentem statum habeo nolleitatem pdendi illas, & econtra propterea beati de nullo tristantur, quia de nullo contrario euenturo habent nolleitatem in illo statu. Et in proposito, ideo Christus dominus beatus. secundum portionem superiorem non tristabatur de sua passione: quia secundum illã nec nolleitatem illius habebat: sed tamquam beatus illam nullo modo refutabat. Vnde patet falsum esse, quod rationi superiori Christi, vt natura, contrariabatur passio Christi: quoniam pars illa secundum illum statum non habent aliquid contrarii. Et similiter falsum est, quod habuerit nolleitatem mortis eadem ratione: quia scilicet beata erat. Verum ne iniuria Sco. hinc fiat, scito, ꝙ ipse ratione superiore utitur æquiuoce, pro intellectu, scilicet, & voluntate respectu quorumcumque secundum ordinem tamen ad æterna; & ideo quo ad q̃onem de rõne superiori, & inferiori, in æquiuoco cũeo laborat. Sed quo ad nolitionẽ cãntem tristitiam, non est æquiuocatio; q̃a siue in superiori siue in inferiori portione oportet ad esse nolitum ſm p̃sentẽ, & nõ sufficit nolitum ſm. disconuenientiam ad uoluntatem absolutè, ut declaratum est Verumtamen ad singula obiecta respondendo dicitur, quod non est contra naturalem inclinationem superioris appetitus beati, passio Christi, & similiter nec contra uelle conditionatum illius, & similiter nec contra, eundem, quatenus colligatum corpori, quia nõ habuit locum redundantia in Christo. Ad illud de contritione peccatorum nostrorũ dr̃, ꝙ dolor ille est rationis inferioris: q̃a obiectum talis actus est aliquid temporale, s. offensa Dei. Nec obstat, ꝙ ſm rationes æternas fit hæc tristitia: q̃a rõ inferior regulatur ex ratione superiori, & ab illa sumit principia: ſm enim obiecta, s. temporale, vel æternum, distinguuntur ratio superior, & inferior, vt in prima parte q. 79. ar. 9. habes.

¶ Quarta conclusio est. Omnes potentiæ animæ Christi patiebantur ex parte subiecti. Probatur: quia omnes radicantur in essentia eius quæ patiebatur, quia actus corporis patientis erat.

Medina ar. 8.

SVPER Q. XLVI, ART. VIII.

252 3. d. 15. q. 2. a. 3. q. 2. Et ver. q. 10. art. 11. ad 3. Et q. 26. ar. 9. & 10. Et quo. 2. q. 2. a. 1. cor. Et op. 3. c. 238. & 239.

CONCL. I. Si intelligamus totam animam ratione essentiæ suæ sic anima Christi tota in tempore passionis fruebatur; inquãtum est subiectum superioris partis animæ, cuius est frui deitate.

¶ PROB. Quia sicut passio attribuitur superiori parti, ratione essentiæ animæ (vt patet artic. 7.): ita e contra fruitio attribuitur essentiæ animæ, ratione partis superioris suæ.

¶ CONCL. 2. Si accipiamus totam animã, ratione omnium potẽtiarum suarum; sic non tota anima Christi, ipso patiente, fruebatur: sed tantum superior pars animæ illius.

¶ PROB.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum tota anima Christi in passione frueretur fruitione beata.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima Christi in articulo huius passionis non tota frueret fruitione beata. impossibile est enim simul dolere, & gaudere, cum dolor, & gaudium sint cõtraria: sed anima Christi tota patiebatur dolorem in tempore passionis, vt supra habitum est.* non ergo poterat esse, ut tota frueretur.

¶ 2 Præt. Philos. dicit in 7. Ethic. † ꝙ tristitia si sit vehemens, non solum impedit delectationem contrariã, sed quamcũque, & econuerso: dolor autem passionis Christi fuit maximus, vt ostensum est, * & similiter delectatio fruitionis est maxima, vt in principio secundæ partis habitum est. † non ergo potuit esse,

* q. 15. a. 10
† li. 10. c. 5. & lib. 7. c. vlt.
* ar. 6 hui' quæst.
† 1. 2. q. 4.

¶Prob. Quia non omnes potentiæ animæ sunt diuinæ fruitionis directè capaces (vt patet ex 1.2.q.3.ar.&c.), nec etiam per redundantiam, in Christo ante resurrectionem. Secunda autem pars, scilicet sed tantũ &c. probatur; Quia superior pars animæ Christi circa proprium obiectum non impediebatur per inferiorem.q.15.art.10.& q.18.ar.6.

1m de maiori.

* li.1.ex c.9. & 10. 10.3.

Simul dolere, & gaudere. R. De eodem, secũdum idem. §. Tunc nihil, &c. Nam contraria inesse eidem secũdum diuersa considerato; nihil prohibet. Et sic gaudium fruitionis &c. vt in textu.

*li.3.c.15. post med.

2m ex Philosopho.

Impedit. R. Per redundantiam. §. Q. ie. s. naturaliter fit ab una potentia animæ ad aliam. Tunc nihil. Nã talis redundantia non fuit in Christo: qui, cum sit dominus naturæ, hanc in seipso non esse facere potuit; & propter nos fecit, ar.6.& q.15.artic.10.& q.18.art.6.

ar.præced.

3m de conclusione.

Nõ ergo tota anima. R. Secundum totalitatem omnium suarum potentiarum accepta. §. Tunc nihil, &cęt. Cum hoc enim stat: quod tota anima secundum totalitatem essentiæ suæ accepta tunc frueretur. vide conclusionem secundam articuli.

quòd anima Christi tota simul pateretur, & frueretur.

¶3 Præt. Fruitio beata est secundũ cognitionem, & amorem diuinorũ vt patet per Aug.* in 1.de doct.chr. sed non omnes uires animæ attingunt ad cognoscendum, & amandũ Deum. nõ ergo tota anima Christi fruebatur.

Sed contra est, quod Dam. dicit in 3.lib.* quod diuinitas Christi permisit carni agere, & pati, quę propria. ergo pari ratione cũ proprium esset animæ Chri, inquantũ erat beata, q̃ frueretur, passio eius fruitionem non impediebat.

Resp. Dicendum, q̃ sicut dictũ est prius, tota anima potest intelligi, & secundum essentiam, & secundũ omnes eius potẽtias. Si autem intelligatur secundum essentiã, sic tota anima fruebatur inquantum est subiectum superioris partis animæ, cuius est frui diuinitate, vt sicut passio ratione essentiæ attribuitur superiori parti animæ, ita econuerso fruitio ratione superioris partis animæ attribuatur essentiæ. Si vero accipiamus totam animã ratione omnium potentiarum eius, sic non tota anima fruebatur nec directè quidem, quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis animæ, nec per redundantiam gloriæ: quia dũ Christus erat viator, non fiebat redundantia gloriæ a superiori parte in inferiorem, nec ab anima in corpus, sed quia nec econuerso superior pars animæ impediebatur circa id, quòd est sibi proprium per inferiorem, consequens est, quod superior pars animæ perfectè fruebatur Christo patiente.

Ad primum ergo dicendum, quòd gaudium fruitionis non contrariatur directè dolori passionis: quia non sunt de eodẽ: nihil autem prohibet contraria eidem inesse nõ secundum idẽ, & sic gaudium fruitionis potest pertinere ad superiorem partem rationis per proprium actum: dolor autem passionis secũdum suum subiectum. Ad essentiã vero animæ ptinet dolor passionis ex parte corporis cuius est forma: gaudium uero fruitionis ex parte potentiæ, cui subiicitur.

Ad secundum dicendum, q̃ verbum illud Philosophi, habet veritatem ratione redundantiæ, quæ naturaliter fit ab vna potentia animæ in aliam: sed hæc in Christo nõ fuit, vt supra dictum est.*

Ad tertium dicendum, q̃ ratio illa procedit de totalitate animæ, quantum ad eius potentias.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis; & Damasceno: q̃ Christi anima tempore passionis fruebatur fruitione beata. A Damasceno quidem vt cum discursu ponitur in argumen. contr. A scripturis vero per hoc; q̃ dicunt; humanitatem Christi ab illo nũc, quo assumpta est, fuisse beatam, Psal.64. Beatus, quẽ elegisti, & assumpsisti. Ac si aperte dicatur ibi; quod Christus homo fuit comprehensor simul, dum erat uiator. De ratione enim comprehensorũ est continuitas operationis, qua Deum uidendo attingunt, secundum illud psal.124. Non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalẽ: & cõsequenter p idem ostendũt scripturæ, Chri hominis operationẽ beatificam nũquã etiam tẽpore passionis fuisse interruptam; per quod ostenderant, Christũ sm q̃ homo, esse cõprehensorem. Cæterum, si uis quoq; per apertam rationem uidere, q̃ continuitas operationis (vt habetur.1.2.q.3.art.2. ad quartum.) sit de ratione comprehensorum, seu fęlicitate perfecta beatorum: Ecce. Anima intellectiua numquam ad finem ultimum pertingit, nisi quando naturale desiderium eius quietaẽ. Desiderat autem naturaliter fęlicitatis perpetuitatem. i. perpetuam continuitatem: sicut naturaliter desiderat fęlicitatem. Quia enim anima intellectiua est perpetua in sua substantia: ideo illud, quod propter se desiderat, & non propter aliud, desiderat ut semper habendum. Vnde patet: q̃ fęlicitas vltima non esset felicitas vltima; nisi perpetuo sine ulla discontinuitate operationis, in qua consistit. 1.2.q.3. art.4. permaneret. Audi, si uis, & aliam. Illud, quod naturaliter mouetur ad aliquid, sicut ad finem motus sui, nõ remouetur ab eo, nisi per uiolentiam (vt patet de graui, cum proiicitur sursum.) Constat autem ex lib.3. cont. gent.cap.50. quod substantia intellectualis, qualis est anima humana, tendit desiderio naturali ad uisionem Dei per essentiam. Anima ergo intellectiua uidens essentiam diuinam, non deficiet ab ipsa uisione; nisi per uiolentiam. Patet autem, q̃ nihil tollitur per uiolentiam alicuius; nisi uirtus auferentis sit maior uirtute illud causantis. Cum igitur causa uisionis diuinæ sit Deus (lib.3.contr. Gent.cap.52.53.); & nulla uirtus excedat Dei uirtutem; sequitur, quod impossibile sit, ipsam uisionem tolli per uiolentiam creaturæ quantumcumque magnam ab anima beata. Discontinuitas itaque operationis beatificæ nulla potuit interuenire in anima Christi intellectiua, sed nec impedimentum aliquod, per uiolentiam passionum sibi a Iudæis illatarum: etiam si illæ uiolentiæ fuissent maiores. Violentias tamen has Christus uoluntarie passus est, quæstio.14. articu. &cæt. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

* In corp. ar.& art.6.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex præcedente, & in corpore.

¶ In corpore distinctio reperitur posita in præced. art. de totalitate animæ.

¶ Deinde rñdetur quæsito tribus conclusionib. Prima est Anima Chri tota sm essentiam fruebatur. Probaẽ; quia tota essentia est subiectũ portionis superioris quæ fruebaẽ. Et declaraẽ a simili præcedentis articuli: vt sicut portio superior dicta est pati propter essentiam patientem ita econtra essentia fruitur ratione partis superioris fruentis.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi totalitate potentiarũ, non tota fruebatur. Probatur: quia nec directe, quia non quælibet pars animæ capax fruitionis: nec potest redundantiam: quia in Christo, quamdiu fuit uiator non erat redundantia.

¶ Tertia conclusio est. Superior pars animæ proprio actu fruebatur Christo patiente. Probatur: quia non impediebatur a corna sibi fruitione per inferiorem partem patientem.

Iacedina ar.9.

ARTICVLVS IX.

Vtrum Christus fuerit conuenienti tempore passus.

SVP. Q. XLVI. Art. 10.

254 Inf.ar.10. eor.

Conc. 1. Conuenienti tempore passio Christi celebrata est.

¶Prob.

Ad nonum sic proceditur. Videtur q̃ Christus non fuerit conuenienti tempore passus. Passio enim Christi figurabatur per immolationem agni paschalis, vnde, & Apost. dicit 1.ad Corinth.5. Pascha nostrum immolatus est Christus: sed agnus paschalis immolabatur quartadecima die ad vesperam, vt dicitur Exod.12. ergo uidetur q̃

¶Prob. Primò, Quia passio Christi, etiam quantum ad tempus, erat subiecta uoluntati eius (vt patet ar.1.) Et uoluntas Christi regebatur diuina sapientia, (vt patet). Secũdò, Quia D. Aug. hoc &c.

¶Nat.

Christus tunc debuerit pati, quod patet esse falsum: nam tunc pascha cum suis discipulis celebrauit, secundum illud Mat. 14. primo die azymorum quãdo pascha immolabãt, sequenti autem die passus fuit.

¶ 2 Præt. Passio Christi dicitur eius exaltatio, secundum illud Ioan. 3. oportet exaltari filium hominis. Ipse autem Christus dicitur sol iustitiæ, vt patet Mal. vlt. ergo videt' q debuerit pati hora sexta, quãdo sol est in sua maxima exaltatione, cuius contrarium videtur per id quod dicitur Mar. 15. Erat aũt hora tertia, & crucifixerunt eum.

¶ 3 Præt. Sicut sol in hora sexta maximè exaltatur quolibet die, ita in solstitio æstiuali maximè exaltatur quolibet anno. debuit ergo magis pati circa tempus solstitii æstiualis, quam circa tempus æquinoctii uernalis.

¶ 4 Præt. Per præsentiam Christi in mundo, mundus illuminabatur, secundum illud Ioan. 9. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. conueniens igitur fuisset humanæ saluti, vt diutius in hoc mundo uixisset, ita quòd non pateretur in iuuenili ætate, sed magis in senili.

Sed contra est, q dicitur Ioan. 13. Sciens Iesus, quia uenit hora eius; vt transeat de hoc mundo ad patrem. Et Ioan. 2. dicit, Nondũ venit hora mea. vbi dicit August.* Vbi tantum fecit quantum sufficere iudicauit, venit hora eius, non necessitatis, sed voluntatis, conuenienti igitur tempore passus est.

*Trac. 8. in Io. nõ procul a fine, to. 9.

Respon. Dicendum, quòd sicut supradictum est,* passio Christi subiecta erat eius uoluntati. Voluntas autem eius regebatur diuina sapientia, quæ omnia conuenienter, & suauiter disponit, ut dicitur Sap. 8. Et ideo dicendum est, quòd conuenienti tempore passio Christi celebrata est, Vnde August. in lib. Quæstionum veter. & no. testa. dicit, Omnia propriis locis, & temporibus gessit saluator.

*ar. 1. hui9 quæst.

Ad primum ergo dicendum, quod quidam dicunt Christum fuisse passum quartadecima luna, quando Iudæi pascha immolabant. Vnde & Ioan. 18. dicitur quod Iudæi non introierunt prætorium Pilati ipso die passionis, ut non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. vbi Chrysost.* dicit quòd tũc Iudæi faciebant pascha, ipse uero ante unam diem celebrauit pascha, reseruans suam occisionem sextæ feriæ, quando uetus pascha fiebat. Cui videtur consonare, quod dicitur Ioan. 13. quod ante diem festũ paschæ Christus facta cęna, pedes discipulorum lauit: sed contra hoc vr' esse, quod dr' Matth. 26. q prima die azymorũ accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis parem* tibi comedere pascha? Ex quo patet, q cum primus dies azymorum dicatur quartusdecimus dies mensis primi, quando agnus immolat' & luna plenissima est, vt Hier.* dicit, cõstat quartadecima luna Chrm cęnã fecisse, & quintadecima eũ esse passum. Et hoc expressius manifestatur per id, quod dr' Mar. 14. Primo die azymorũ, qñ pascha immolabãt &c. & Luc. 22. Venit dies azymorũ, in quo necesse erat occidi pascha. Et ideo quidã dñt, q Chrs die conuenienti in quartadecima luna pascha cũ discipulis suis manducauit, demonstrãs q vsq; ad vltimũ diem non erat contrarius legi, vt Chrys.* dicit super Matt. sed Iudæi occupati circa procurationem mortis Christi contra legem, celebrationẽ paschæ in crastinum distulerũt. Et pp hoc de his dicitur, q in die passionis Christi noluerunt intrare ptorium, vt non contaminarent', sed vt manducarent pascha. Sed nec istud vr' esse consonum uerbis Marc. dicentis. Primo die azymorum qñ pascha immolabant. Simul ergo Chrs, & Iudæi vetus pascha celebrauerunt. Et sicut Beda dicit super Mar.* licet Christus, qui est pascha nostrum sit crucifixus sequẽti die, hoc est quintadecima luna: attamẽ nocte qua agnus immolabatur, corporis, sanguinisque sui discipulis tradens mysteria celebranda, & a Iudæis tẽtus, ac ligatus ipsius immolationis, hoc est, passionis suæ sacrauit exordiũ. Cum autem dr' Ioan. 13. Ante diẽ festum paschæ, intelligitur hoc fuisse quartadecima luna, quod tũc euenit quinta feria: nam luna existente quintadecima erat dies solennissimus paschæ apud Iudæos. & sic eũdem diem, quem Ioannes nominat ante diem festum paschæ, propter distinctionem naturalem dierum, Matth. nominat primam diem azymorum: secundum ritum Iudaicæ festiuitatis, solennitas incipiebat a vespera præcedentis diei. Quod autem dr', eos comesturos esse pascha in quintadecima luna, intelligendũ est, q ibi pascha non dicitur agnus paschalis, qui immolatus fuerat decimaquarta luna, sed dicitur cibus paschalis, idest azymi panes; quos oportebat comedi a mundis. Vnde Chrysostom.* ibidem aliam expositionem ponit, quod Pascha potest accipi, pro toto festo Iudæorum, quod septem diebus agebatur.

AD

*Hom. 82. in Io. parũ a me. to. 5.

*Sup illud Matth. 26. prima die azymorũ accesserũt. to. 9.

*Hom. 8. in Matt. paulo a princ. to. 2.

Beda Mar. 14. in c. 43. fm Bedæ ord. to. 2.

*Hom. 81. in Ioan. a med. to. 3.

¶ Not. Quod tempus passionis, quando scilicet præcise. i. nec prius nec post, sed tũc, pateretur, fuerit præfixum a uoluntate Christi, eidemque subiectũ, constat apertè ex eo; q (vt sæpius in Euangelio legitur) quando Iudæi intempestiue capere Christum uolebant, pro assignatione causæ frustratæ intẽtionis eorum dicitur ly quia nõdum venerat hora eius, Ac si manifestè dicat. Passio Christi, etiam quantum ad tempus, erat subiecta uoluntati eius ita; vt hora ad id ab ipso determinata nullo furore hominũ, etiam inimicorum capitalium eius, posset preueniri. Porrò, quòd Christi uoluntas non posset non esse in suis determinationibus, & consequenter in ista de temporis passionis articulo, conueniens; vide q. 41. ar. 1. corollar. post conclus. Quod uero (ut alia pars hypotheticæ probationis dicebat) uoluntas Christi, etiam humana, regeretur per diuinam sapientiam patet studioso lectori ex Concilio Floretino sic dicente. De duabus Christi uoluntatib. dissinitionem in prædicto sexto uniuersali concilio promulgatã eis tradimus. Et infra. Duas naturales uoluntates in eo secundum sanctorum Patrum doctrinã, prædicamus; non contrarias (Absit,) sed uoluntatem humanam sequentem, & non resistẽtem vel reluctantem, sed subiectam diuinæ eius atq; omnipotenti voluntati. Oportebat enĩ carnis uolũtate moueri; subiici uero uolũtati diuinæ iuxta sapiẽtissimum Athanasium. Hæc in constitution. cõcil. Florent. super vnione Armenor. Sed de his vide diffusius quæs. 18. articul. 3. 5. 6. cum Elucid.

1m de conclusione.

Quod patet esse falsum. R. Negatur. § Licet enim Christus sit crucifixus luna quintadecima: attamen ipse luna quartadecima passus est; inquantum nocte, qua agnus figuralis Exod. 12. immolabat', post celebrata mysteria a Iudæis tentus, alligatus, variisque modis tribulationum attritus, passionis suæ sacrauit exordium. Ad probationem in contrarium, scilicet nam tunc. 14. luna cum discipulis suis pascha celebrauit, respondetur: quod hoc nihil probat, licet uerum dicat. Stant enim simul duo hæc, scilicet quod in luna 14. pascha antiquum cum discipulis celebrauerit (ut habetur Matth. 26. Marc. 14. ac etiam Ioan. 13. si rectè intelligatur); & quod in eadem luna. 14. passus sit initiatiue (modo iam declarato).

¶ Coroll. Ergo ab exordio passionis sit denominatio, quando dicitur; Christum 14. luna fuisse passum. Et merito, Nam totum quid unum continuum fuit illa passio: cuius continui medium & finis, scilicet flagellatio, spinea coronatio, crucifixio, erant tam manifesta, ut non indigerent notificari per denominationem; principium autem eiusdem continui, scilicet tentio, ligatio, multiplex in domibus Annæ & Cayphæ Christi illusio, tanquam minus nota indigebant manifestari per specialem denominationem, scilicet Christus passus est 14. luna. Item, quando Exod. 12. de immolatione agni ad vesperam præcipitur, a solis Iudæis fienda commemoratur: ac si per hoc implicite declaretur; quod quando agnus figuratus, scilicet Christus per correspondentiam ad hãc figuram diceretur immolatus luna decimaquarta, debebat ista denominatio fieri ab exordio passionis illius, & sic intelligi; vnde id est ex quo exordio totum postea residuum continui usque ad crucifixionem, tamquam unum quid, continuè sequitur. Ratio prædictorum, scilicet quòd tunc in Exod. 12. per illud præceptum quasi sic declaratum sit, est: quia exordium passionis Christi a solis Iudæis fuit, non a Pilato neque ab Herode gentilibus. Traditus enim est ab uno Iudęo, scilicet Iuda principibus sacerdotum & scribis, qui omnes erant Iudæi: & ab eisdẽ post plurima uincula, uerbera, improperia, cõuicia, blasfemias, alapas, sputa, colaphos, aliaq; ignominiosa, cõdemnatus est morte; qñ uidelicet in domo Cayphę oẽs contra Chrm cõclamauerunt, Reus est mortis.

mortis. Ecce exordium correspondens figuræ: & uirtualiter totã passionem complectens per hoc, q eum ad mortem vsq; condemnant. Postea verò, mane iam facto, Iudæi tradiderunt eum Pilato ad exequendum potius id; quod ipsi soli inter se de immolando agno prædeterminauerant: quam ad examinandum aliquid de Chro. Iure ergo Christus, per correspondentiam ad figuralem agnum a solis Iudæis immolandum, dicitur passus. 14. luna. Cæterum, quoniam de agno paschali argumẽtum hoc cum responso loquit, ideo pro intelligentia amplissima horum textuum vide omnino Veritates aureas super totam legem veterem, Exod. 12. cood. 1.

* li. 5. c. 13. non procul a prin. t. 4.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut August.* dicit in lib. de cõs. euang. hora erat quasi sexta, cũ traditus est dñs crucifigendus a Pilato, vt Ioan. dicit: non erat plene sexta, sed quasi sexta. i. peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat, donec completa sexta, Christo pendente in cruce, tenebræ fierent. Intelligitur autem fuisse hora tertia, cum clamauerunt Iudæi, vt dominus crucifigeretur, & veracissimè demonstratur, tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt. ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis auersus a Iudæis in milites conuerteret, erat, inquit, hora, tertia, & crucifixerunt eum, vt illi eum potius crucifixisse, inueniantur, qui hora tertia, vt crucifigeretur, clamauerunt. Quamquam non desunt, qui per parasceuen, quam Ioan. commemorat, dicens, Erat parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiam velint intelligi. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Verum autem pascha, quod in passione domini celebratur, incepit præparari ad hora noctis nona, quando, scilicet omnes principes sacerdotum dixerunt, reus est mortis. Ab illa ergo noctis hora, vsque ad Christi crucifixionem, occurrit hora parasceues sexta, secundum Ioannem, & hora diei tertia secundum Marcũ. quidam tamen dicunt, quod hæc diuersitas ex peccato scriptoris apud Græcos contigit: nam figuræ, quibus tria, & sex repræsentantur, satis sunt propinquæ apud eos.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in libro de Quæstionibus vete. & nou. testamenti, * tunc uoluit Dominus passione sua mundum redimere & reformare, quando eum creauerat, idest, in æquinoctio. Et tunc dies super noctẽ increscit: quia per passionem Saluatoris a tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in secundo aduentu Christi, ideo tempus secundi aduentus æstati comparatur. Matth. 24, vbi dicitur, Cum ramus eius iam tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas, ita, & vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia prope est, & in ianuis. Et tunc etiã erit maxima Christi exaltatio.

AD QVARTVM dicendum, q Christus in iuuenili ætate pati voluit, propter tria. Primo quidem, vt ex hoc magis suam dilectionem commendaret, quod uitam suam pro nobis dedit, quando erat in pfectissimo statu. Secũdo, quia nõ cõueniebat, ut in eo appareret naturę diminutio, sicut nec morbus, vt supra dictum est. Tertio, vt in iuuenili ætate moriens, & resurgens, futuram resurgentium qualitatem in seipso Christus præmonstraret. vnde dicitur Ephesios quarto. Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

AR-

2m de conclusione. Cuius contrarium videtur per id, quod dicitur Mar. 15. erat hora tertia, & crucifixerunt eum. R. Negatur. §. Nã dictum Marci, si rectè (ut oportet) intelligatur, non est contrariũ re uera huic, scilicet q Christus per passioné crucis a terra exaltatus sit hora sexta. Quacũque enim expositione data illarũ trium, quæ pro cõcordia BB Marci & Ioannis afferũtur in textu, stat firma hæc veritas: quod sine Euãgelistarum discrepatione Christus hora sexta fuit realiter clauis crucifixus.

3m illatio conclusionis. Debuit ergo magis, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex fallacia secundum non causam vt causam in antecedente subintellecta. Nam causa huius. s. quod Christus pateretur in tali, uel tali parte anni, non fuit solis exaltatio maxima (ut putat argumentum): sed fuit crescentia diei super noctem. Per hoc enim significanda erat hæc veritas. s. q per passionem saluatoris è tenebris ad lucem reducimur. Sufficit ergo in passione Christi quo ad horã crucifixionis eius, attendere solis materialis exaltationem maximam; sed in eiudẽ passione, quo ad partem anni, qua crucifixus est, attendere oportuit aliud. s. incrementum diei super noctem.

4m de conclusione. Ita quod non pateretur in iuuenili ætate, sed magis in senili. R. Nisi tria ad mundi illuminationem facientia apparerent magis p hoc, quòd in iuuenili ætate pateretur; quam q in senili. §. Quæ autem sint ista tria, declaratur in tex. Tunc nihil, &c. vt de se patet. Si enim ad illuminandum mundum Christus studebat (ut rectè dicit antecedens), & suum pati in iuuentute magis proderat illuminationi mundi, quam si pateretur in senectute; constat iam manifeste, q eum non in senio, sed in iuuentute pati magis cõueniés fuit. Ex hoc etiam clarum fit: quòd Christus illuminationi mundi adeo semper studuit; vt nec in morte ab ipso studio cessauerit. Patet siquidem re ipsa; quod a tali pio studio non cessat in morte, neque tepescit; quando uidemus eum ideo uelle mori in iuuentute, vt hic maiorem illuminationem mundo apportet.

¶Not. 1. Primum illorum trium in textu dictorũ ad illuminationem grandẽ mundi facit: quia est in nobis magnũ incentiuũ amoris erga Christum. Ad eius. n. dilectionem accendimur, considerando, q pro nobis dedit uitam suam: sed magis utiq; ad eandem accendimur considerando, q pro nobis dedit non solum uitã suam, sed florentissimum ostæ statum. i. iuuentutem. Secundũ verò eorumdem trium ualde ad illuminationem mundi ualet: dum consideramus, quod quæcumq; defectus corporis (sicuti diminationem naturæ) Christus non assumpsit, hoc propter nos fecit; quia scilicet non proficiebant ad nostram salutem. Vnde & vlterius recte procedendo concludimus: quod quicquid defectuũ nostrorum Christus assumpsit, ad nostram salutem assumpsit; & quicquid non assumpsit, ad nostram salutẽ dimisit: ita quod & in assumendo, & in dimittendo, illos defectus oculos intentos habuit ad nostram salutem. Id quod proculdubio est magnum incentiuum. & spe, & amoris, erga Christum. Vide q. 14. ar. 1. 4. & q. 15. artic. 1. 2. &c. Tertium deniq; eorumdem trium illuminationem mũdi importat (vt de se patet): dum resurrectionis omnium qualitatem ætatis in Christo prænunciat. De qua re, pro meliori huius textus noticia, vide Addition. q. 81. ar. 1. cum Elucid.

* In ll. qq. ex no. test. q. incipit. Deus certé pfectus qõ. 55. in prin. to. 4. inter opera Aug.

¶Not. 2. Quoniam argumentum faciebat vim in corporali psentia Chri innuens, q illuminationi mundi expediens magis fuisset, si Chrs in mundo corporaliter diutius uixisset: ideo, ut & hic nihil cõtra ueritatem articuli ualere cognoscas (quod D. Thom. psupponit ex a se pdictis) uide q. 41. ar. 2. ad primũ. Inde. n. facilè itelliges; q, cum illuminatio mũdi sit a Christo per fidẽ in ipsum, nihil deperie de utilitate nostra, si Christus sit absens corporaliter dummodo ei adhęreamus p fidẽ: imo q sic absentia eius corporalis prodest nobis, qũ ex absentia illa corporali caũsatũ, uel sequitur, in nobis augmẽtatio fidei in illum; prout ipse aliquando dixit Io. 16. Expedit uobis, vt ego vadam. Et sic fuit in proposito: vt per se prudens cognoscere potest.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Ecclesia: q Chrs est cõuenienti per anthonomasiã. i. conuenientissimo tempore passus. (Sic enim dicta omnia de Christo, quantum est ex parte Chri, anthonomastice intelliguntur. q. 35. ar. 8. in Elucid. post conclus.) A scripturis quidẽ: vt Ioan 13. & 2. secundũ quod cũ expositione B. Aug. est in argum. cont. Vbi ly hora mea, exponatur sic. i. hora meæ passionis a me determinata. Itẽ p hoc, q dr Sap. 11. oia in numeró, pondere, & mensura, disposuisti Dñe. Subsume tu particularẽ hanc. Sed tu dñe disposuisti passionẽ tuam (vt cuiq; in sacris literis experto patet): ergo in num. pondere, & mẽsura, disposuisti illã. Quapropter, cum tu dñe sic eam disposueris, impossibile est q passio ipsa non fuerit conuenienti tempore celebrata. Itẽ a dictis. q. 42. articulorũ suorum appendicibus; generalia illa suauiter inflectendo ad particulare hoc intentum. Ab Ecclesia vero insinuatur per hoc, q conficit sacramentũ Encharist. in azimo. Designat. n. facto ipso: quòd Christus in cœna vltima, quãdo instituit hoc sacramentum, vsus est azimo; vt qui primo die azimorũ, quando pascha immolabant, Math. 26. Mar. 14. Supremam illam cœnam, demonstrans ideo, q vsque ad ultimum diem non erat contrarius legi, manducauerit. Ecclesia igitur factis ipsis, ptestatur; q Christus seipsum uerum agnum 14. luna mẽsis apud Hebræos primi. i. Martij immolauit, consentiente ad hoc vniuersa mul-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

in multitudine bonorum filiorum Israel. Vide Veritates aureas super totam legem veterem Exod. 15. concl. 1. in ly Immolabit &c. Consequenter ergo prorestatur, quod Christus 14. Luna secundum legem in Exod. 12. præscriptam immolatus est ad vesperam incruente, & e uestigio cruente per successionem continuam. Sic. n. oportuit secundum verum legis antiquæ sensum fieri reddendo singillatim figurata figuris. Nam cœnæ figurali succedit immediate cœna figurata (Agni, scilicet Christi sacramentalis commestio) & immolationi cruentæ figurali succedit post cœnam immediate immolatio cruenta figurata. (Ad hortum. n. mox Christus accedit; vbi cruento sudore Luc. 22. totā continuandā similem. i. cruentam, sui immolationem cōsecrauit). Nec obstat; quod agnus figuralis prius occidebatur, & postea manducabatur, secundum illud Exod. 12. ponent de sanguine eius super vtrūq; postem domorum, in quib. comedent illum: Hoc, inquam, non obstat; quia figuratum figuræ debere succedere ibi in Exodo præmonstratum est, nō autem ordinem ordini. Licet. n. ueritas. i. figuratum debeat respondere figuræ; non tamen necessario quantum ad omnia: quia iam inter illa non esset similitudo, sed ueritas, idest identitas, art. 4. ad primum. & q. 8. ar. 6. ad primum. ex Damasceno vtrobique; specialiter aūt in proposito non oportuit, ordinē figurati rńdere ordini figuræ: ne fieret confusio inuersa. i. q post cœnā figuralē Christus clauis realiter immediate crucifigeret, & post crucifixionē statim ipse cœnā figuratam celebraret. Passum igitur Chrm tēpore conuenienti. i. tempore ab Exodo psignato, docet Ecclesia: dum in azimo consecrat. Nec obiicias; q Græcis ipsa cōcedit, vt in fermentato consecrent: quia non facit hoc ad denotādū contrariū. i. q Chrs non sit passus tēpore pdicto conuenienti (Absit), sed hoc facit, ad denotandū, q de necessitate consecrationis non est panē esse azimum; licet hoc sit de melius esse. q. 74. art. 4. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio Christus est conuenienti tempore passus. Probatur dupliciter. Primo, Passio Christi subiecta erat eius voluntati. ergo. Probatur consequentia, quia uoluntas Christi regebatur diuina sapientia suauiter omnia disponente. Secundo, auctoritate August.

¶ In responsione ad primum nota, q moderni Latini adhuc non quiescunt circa quotum Lunæ diem, quando Chrs mortuus est. Adduntq; super argumenta Græcorū sanctitatē diei quintidecimi: nam quintadecima luna illius mensis erat celebris, ita q nihil operis erat licitū in ea exceptis his, quæ ad uescendū sunt, vt patet Exo. 12. constat aūt in illa feria 6. qua Christus passus est. licita fuisse opera, quæ in festis fuissent illicita, vt patet: cū ex operibus Iudæorum, qui illo die iudiciales actus in Christū exercuerunt tum ex actib. Ioseph, Nicodemi, qui sepelierunt Chrm, qđ non fuisse licitum sabbatho, patet ex eo, q propter parasceuem festinata sepultura est, vt Aug notauit, & ex eo q mulieres sanctæ sabbatho se continuerunt ab officiis circa Chrm sepultum. Vnde volunt uerba Ioan. Euāgelistæ, Erat aūt parasceue paschæ, ad literam intelligi, quod erat uigilia paschæ.

¶ Ad euidendam huius considerandum est, q non solum certa incertis proponenda sunt, sed certis ea, quæ ambigua vīr, interptanda sunt, & non econtra. Quo circa certum do scripta a trib. euāgelistis Matt. Mar & Luca de primo die azymorū, qui quintadecima luna est, q si fuit dies Veneris, in qua Chrs passus est, debet pponi incertis, hoc est uarie exponibilibus verbis Ioannis euāgelistæ, non quo ad ueritatem, & falsitatē, quia oīa sunt uera, sed quo ad securitatem sensus literalis. Verba siquidē illorum non possunt exponi ad literam enim si intelligendo diem illum Veneris fuisse lunam quintamdecimam: quia expresse dicunt primū diem azimorum inchoatum uespere præcedente, vocantes diem Iouis ad vesperam, diem azymorum. Verba autem Ioan. euangelistæ possunt aliter interpretari, quam quòd sabbatho fuerit quintadecima luna, vt patet ex expositione Doctorum. Igitur fatendum est ipsum diem Veneris fuisse quintamdecimam lunam. Et confirmatur hoc, quia idem Ioan. Euangelista ibidem appellat unum, idemque tempus parasceuen paschæ, & pascha: dicit enim de illo die Veneris, Erat autem parasceue paschæ, & de eodem introducit Pilatum dicentem. Est autem uobis consuetudo, vt dimittam vobis unum in pascha. Si enim iam proprie Ioan. paschæ nomine utitur, ut isti autumant, non debuit idem tempus dici pascha, & parasceue paschę: quoniam constat quod tam strictè loquendo aliud est tempus paschæ, & aliud parasceue paschæ. Vocauit ergo utrobique pascha solemnitatem paschalem, sicut etiam Luc Act. 12. expresse totam solemnitatem paschalem pascha vocat, tractans de Petro occidendo, Erant autem dies azymorum & subdit, uolens post pascha producere eum.

¶ Ad obiectionem nouam ex celebritate festiuitatis illius diei, dicitur quod quia præceptum de obseruatione illius festi excipiebar spectantia ad præparationem ciborum, quæ tamen erant prohibita in sabbatho, colligitur fuisse licita illo die, quæ sabbatho nō licuissent: nam lex sub una exceptione compræhendit omnia similia. Et propterea ex hoc ipso, quòd in die primo paschæ poterāt parari necessaria ad cibum, consequens est, quod etiam licita fuerunt omnia, quæ occurrens necessitas naturæ, & pietatis exegisset, ac per hoc opus sepulturæ, maximè pietatis gratia, ut, fuit circa Christum, licitum fuit. Actus uero iudiciales cum non sint inter opera seruilia, prohibitos in ueteri lege nescio: legimus enim Petrum captum inter dies azymorum, & propter tempus illud, in quo tamen licebat operari, reseruatus est occisioni post Pascha. Verumtamen quicquid sit de hoc, sicut Caiphas prudens est habitus, consulendo quòd expedit unum hominem mori pro populo, facile potuit dispensare, quia periculum erat in mora, vt actus iudiciales circa Christum licite se exercere crederent in primo die azymorum, præsertim cum actus hi; non ex lege, sed statutis eorum, uel consuetudine, & reuerentia quadam prohibiti forte fuerint.

ARTICVLVS. X.

Vtrum Christus fuerit conuenienti loco passus.

255 Sup. q. 35. ar. 7. ad 1. & inf. q. 83. ar. 3. ad 1. Et opu. 60. c. 18.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non cōuenienti loco Christus passus fuerit, Christus enim passus est secundum carnem humanam, quæ quidem concepta fuit ex virgine in Nazareth, & nata in Bethleem. ergo videtur, q non in Hierusalem, sed in Nazareth, vel in Bethleem pati debuerit.

¶ 2 Præt. Veritas debet rńdere figurę: sed passio Christi figurabatur per sacrificia veteris legis: sed huiusmodi sacrificia offerebantur in templo. ergo videtur quod & Christus in templo pati debuerit, & non extra portam ciuitatis.

¶ 3 Præt. Medicina debet morbo respondere: sed passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ. Adā autem non fuit sepultus in Hierusalem, sed in Hebron: dicitur enim Iosue 14. Nomen Hebron antea vocabatur chariatarbe, Adam maximus ibi in terra* Enachim situs est. ergo videtur quod Christus in Hebron, & non in Hierusalem pati debuerit.

* alias, inter.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem: sed Christus fuit propheta. Cōuenienter ergo passus est in Hierusalem.

RESP. Dicendum, q sicut dr in lib. 83. *Quæstionum, omnia, ppriis locis, & temporibus gessit Saluator: quia sicut omnia tempora sunt in manu eius, ita etiam omnia loca: & ideo sicut conuenienti tēpore Chrs passus est, ita etiam cōuenieti loco.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus conuenientissimè in Hierusalē passus est. Primo quidē, quia Hierusalem erat locus a Deo electus ad sacrificia sibi offerenda: quæ quidem figuralia sacrificia figurabant Christi passionem, quod est verum sacrificium, secundum illud Eph. 5. Tradidit semetipsum hostiam, & oblationem in odorem suauitatis. Vnde Beda * dicit in quadam homilia, quod appropinquante hora passionis, Dñs appropinquare voluit loco passionis, i. in Hieru-

Medina ar. 12.

SVP. Q. XLVI. ART. 2.

CONCL. Christus in loco conuenienti passus est.

¶ PROB Quia patet ex D. August. lib. 83. quæstionum.

*Aug. in li. qq. ex noui test. q inci pit, Deus certe. q. 15 in prin. t. 4

Iᵐ conclusio.

Videtur, quod non in Hierusalem; sed in Nazareth, vel in Bethleē, pati debuerit. R. Nisi plures, & conuenientiores, fuissent rationes patiendo in Hierusalem, quam in Nazareth, & in Bethleem. §. Tunc nihil, &c. vt de se patet. De his rationibus pluribus, & conuenientioribus, vide in tex. Vbi pro tertiæ, & B. Leonis, amplioris captu, recole. q. 35. ar. 7.

*Homil. in dñica Palmarum, in pri. q̄re eā in homilia rio totiu anni.

2^m maior. Veritas debet respondere figuræ. R. In eo solũ, in quo a figura præfiguratur. §. Tunc nihil, &c. Nam sacrificia in tẽplo oblata licet essent figura passionis Christi quo ad pati in ara crucis, & ex charitate (ut declaratur in artic. 4. ad primum): non tamen erãt eiusdem passionis figura quo ad locum, quasi ꝙ Christus pati deberet in templo. Sed ipsius passiõis figura quo ad locum, idest ostendens in quo loco Christus esset passurus, fuit vitulus, & hircus; secundum attestationẽ Apostoli ad Hebr. 13. Quorum animalium. De his, scilicet uitulo & hirco uide Leuit. 16.

(In ser. 1. ante med.

3^m de minori. Contra peccatum Adę. R. Et etiam contra peccata totius mundi. §. Tunc nihil, &c. Immo argumenti maior cedit in fauorem ueritatis articuli. Stante siquidem hac ueritate, scilicet quod morbus tollendus per uirtutem passionis Christi, fit non solũ Adę peccatũ, sed etiam peccata totius mundi (ut dicit formale responsum): tunc, si medicina debet respondere morbo, sequit̃ manifeste; ꝙ Christus in loco cõi damnatorũ, q. dicitur Caluariæ, pati debebat potius, quam apud sepulchrum Adæ.

salem, quo peruenit ante sex dies paschæ, sicut agnus paschalis ante sex dies paschæ, i. decima luna fm præceptũ legis ad locũ immolationis ducebatur. Secũdo, quia virtus passionis eius ad totum mundũ diffundenda erat, in medio terræ habitabilis pati voluit, i. in Hierusalem. vnde dr̃ in Psal. 73. Deus autem rex noster, ante secula operatus est salutem in medio terræ, i. in Hierusalem: quæ dr̃ esse vmbilicus terræ. Tertio, quia hoc maximè conueniebat humilitati eius, vt. s. sicut turpissimum genus mortis elegit, ita etiã ad eius humilitatem pertinuit, ꝙ in loco tam celebri confusionem pati non recusauit. vnde Leo Papa dicit in quodã sermone Epiphan. † Qui serui susceperat formam, Bethleem prælegit natiuitati, Hierusalẽ passioni. Quarto, ut ostenderet a principibus populi Iudæorum exortã esse iniquitatem occidentium ipsũ: & ideo in Hierusalem, vbi principes morabantur, voluit pati. Vnde dicitur Actuum 4. Conuenerunt in ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & populus Israel.

AD SECVNDVM, dicendum, ꝙ Chr̃s non in templo ut in ciuitate, sed extra portã passus est, ꝑꝑ tria. Primo quidem, vt ueritas rñderet figuræ: nam uitulus, & hircus, qui solẽnissimo sacrificio ad expiationẽ totius multitudinis offerebant̃, extra castra comburebant̃, vt ꝑcipit̃ Leu. 16. Vnde dr̃ Heb. 13. Quorum animaliũ infert̃ sanguis pro pcõ in sancta per Pontificẽ, horũ corpora cremant̃ extra castra: propter ꝙ & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Secundo, vt per hoc daret nobis exemplum exeundi a mundana cõuersatione. vnde ibidem subditur, Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes. Tertio, ut Chrysostom.* in sermone de passio. dicit, Noluit dominus pati sub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi subtraherent sacrificium salutare, ne putares pro illa tantum plebe oblatum: & ideo foras ciuitatem, foras muros, vt scias sacrificium esse commune, ꝙ totius est terræ oblatio, ꝙ communis est purificatio.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut Hier.* dicit super Matthæũ, Quidam exposuit Caluariæ locum, in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatum: quia ibi antiqui hominis sit conditum caput: fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & caluariæ, idest, decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus vbi prius erat area damnatorum, vt ibi erigerentur vexilla martyrii. Adam vero sepultum iuxta Hebron, & Arbee in Iesu filii Naue volumine legimus. Magis autem Iesus crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quam iuxta sepulchrum Adæ, ut ostenderetur quòd crux Christi non solum erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ, sed etiam contra peccatum totius mundi.

*In ser. q incipit hodierna die dñs nr̃, aliquãtulũ s prin. to. 3.

*Sup illud Math. 27. Et venerũt i locũ qui dr̃ Golgotha. to. 9.

APPENDIX.

EX articulo habes, primo: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse insinuatum a scripturis; ꝙ in loco conuenienti, scilicet in Hierusalem, & Caluariæ, passus est Christus. Quod quidẽ in talibus locis, uno tamquam communi, scilicet Hierusalem, altero tamquam proprio, passus sit insinuatur Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Quod uerò ipsum patiio prædictis locis, fuerit conueniens, insinuatur Luc. 13. Isa. 53. Et Lucas quidem Christum ad literam loquẽtem de passione sua futura introducit ibi & dicentem; Non capit, prophetam perire extra Hierusalem. Applica tu; ut in argumen. contr. Isaias autem ibi de Christo prophetat in præteritum ꝑpter certitudinem rei, & inquit; Cum sceleratis reputatus est. Non. n. hoc, scilicet ly sceleratis, solum ad latrones, cum quibus crucifixus est, refertur: sed & ad sceleratorum absolute, idest ad communiter damnatorum, locum. Ac si apertius Isaias in proposito dixerit. Christus in loco sceleratorum pro illorum sceleribus puniendis depotato crucifigendus procul dubio est. Item insinuatur a dictis &c. Vide art. 9. append. locaque ibi citata: & facile inflectendo illa, aliaque uniuersalia, ad hoc particulare propositum, abundanter satisfactus eris. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Christus in loco conuenienti passus est. Probatur, quia omnia proprijs locis, & temporibus gessit: quia omnia loca, & tempora in manu eius sunt. ergo.

¶ In responsione ad secundum, & tertium, adverte, quòd ad literam Christus passus est extra portam in loco damnatorum, ut mors sua turpior redderetur, dum in loco publicæ ignominiæ, ac maxime patulo passus est.

Medina ar. 11.

SVPER Q. XLVI. ART. XI.

256 CONCL. Quamsi ad Dei ordinationem conueniens fuit; vt Christus cum latronibus crucifigeretur.

¶ PROB. Quia patet ex Sanctis Hieronymo, Leone, Augustino, Hilario, Beda (ut per ordinem declaratur in textu).

Primum

ARTICVLVS XI.

Vtrum conueniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum cum latronibus crucifigi: dicitur enim 2. Corin. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? sed Christus factus nobis iustitia a Deo, iniquitas autẽ pertinet ad latrones. non ergo fuit conueniens, vt Christus simul cum latronibus crucifigeretur.

¶ 2 Præt. Super illud Matth. 26. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo, dicit Origen.* Mori cum Iesu pro omnibus moriente, hominum nõ erat. & Amb.* dicit super illud Luc. 22. Paratus sum tecum, & in carcerem, & in mortẽ ire: passio, inquit, Domini æmulos habet, pares non habet. Multo igitur minus conueniens uidetur ꝙ Christus simul cum latronibus pateretur.

¶ 3 Præt. Matth. 27. dicitur, ꝙ latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei: sed Luc. 23. dicitur ꝙ unus eorum, qui crucifixus erat cum Christo, ei dicebat, Memento mei Domine, dum ueneris in regnum tuum. ergo videtur, quod præter latrones blasphemantes fuerit cum eo crucifixus alius non blasphemans. Et sic uidetur inconuenienter ab euangelistis narratum, quòd Christus fuerit cum latronibus crucifixus.

SED CONTRA est, quòd Isa. 53. fuerat prophetatum: Et cum sceleratis reputatus est.

RESPON. Dicendum, quod Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione quantum ad intentionẽ Iudæorum, alia vero quantum ad dei ordinationem.

* Ori. ho. 33. i Matt. post princ. hom. to. 3.

*Lib. 10. in Lu. c. cuius tit. est, rñsione præmij. to. 5.

Quantum

Quantum enim ad intentionem Iudæorum, duos latrones vtrinque crucifixerunt, sicut dicit Chrysosto.* vt eorum suspitionis fieret particeps: sed non ita euenit, nam de illis nihil dicitur: huius autem vbique crux honoratur: reges diademata deponentes, assumunt crucem in purpuris, in diadematibus, in armis, in mensa sacrata, vbique terrarum crux emicat: quantum uero ad Dei ordinationem Christus cum latronibus crucifixus est: quia ut Hier.* dicit super Matt. sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Secundo, vt dicit Leo* Papa 10 sermone de passione, duo latrones vnus ad dexteram, & alius ad sinistram crucifiguntur, ut in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quæ in iudicio ipsius, omnium hominum facienda est discretio. Et August. † dicit super Ioan. ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto, unus, qui credidit, liberatus, alius, qui insultauit, damnatus est: iam significabat quod facturus est de uiuis, & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios uero ad sinistram. Tertio, secundum Hilarium* duo latrones leuæ, ac dextræ affigũtur, omnem humani generis vniuersitatem uocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes: sed quia per diuersitatem fidelium, ac infidelium, fit omnium secundum dextram, sinistramque diuisio, vnus ex duobus ad dextram eius situs fidei iustificatione saluatur. Quarto, quia ut Beda * dicit super Matth. latrones, qui cum domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide, & confessione Christi, uel agonem martyrii, vel quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt: sed, qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis, fide designantur: qui vero humanæ laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur, & actus.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Christus debitũ mortis non habuit, sed mortem uoluntariè subiit, vt sua virtute vinceret mortem, ita etiam non habuit meritũ, vt cum latronibus poneretur, sed voluit cum iniquis deputari, ut sua virtute iniquitatem destrueret. Vnde Chrysostom. † dicit super Ioan. quod latronem in cruce conuertere, & ad paradisum inducere, non minus fuit, quàm concutere petram.

Ad secundum dicendum, quod non conueniebat, ut cum Christo aliquis alius pateretur ex eadem causa, vnde Orige. * ibidem subdit, Omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant, ut pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis.

Ad tertium dicendum, quod sicut Augustin.* dicit in lib. de consensu euangelistarum, possumus intelligere Matth. posuisse pluralem numerum pro singulari, cum dixit, latrones improperabant ei. Vel potest dici secundum Hieron.* quod primum vterque blasphemauerit deinde uisis signis, unus eorum crediderit.

AR-

*Hom.87. in Mat. aliquantulũ a prin. to. 2.

*Matt.17. ꝓ illud, vero ꝯcrũt in locũ qui dr Golgotha to.9.

* in 4. ser. de passione parũ a pri.

† Aug. tra. 31. in Ioã. in fi. to.9.

*cap.33. in Matt. ante med.

*cap.15. in Matt. in c. 44. fin et ordi. circa med. to.2.

†Ho.48. in Io. nõ remote a prin. to.3.

*Finitis pri orab. a pri. ho. 35. in Mat. numerãdo, to.3.

* li.3.c.16. ĩ me. to.4.

*Sup illud Mat. 27. latrones imꝓperabãt ei. to.9.

1m illatio conclusionis. Non ergo fuit conueniens, vt &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis malè intellectis. Nam per illam authoritatem 2. Corinth. 6. non vult Apostolus dicere; quod iustis non sit participatio eiusdem loci quandoque cum iniquis, idest, quod non maneant quandoque in eodem loco (ut putat argumentum): sed vult dicere in proposito; quod iustis non est participatio eiusdem meriti cum iniquis, idest quòd iusti, ut iusti, non merentur stare cum iniquis, vt iniquis, idest non merentur malam societatem. Non igitur illud, quod illatum est, sed hoc, debebat inferri, scilicet non ergo Christus meruit, ut simul cum latronibus crucifigeretur. Sic itaque cõcederentur omnia, scilicet & illatio, & illarum; quia Christus non habuit hoc meritum: sed tamen nihil contra conclusionem articuli haberetur: vt patet.

2m ex Origene. Mori cum Christo. ℞. Ex eadem causa. §. Qua, scilicet Christus moriebatur. Tunc nihil, &c. Nam latrones non moriuntur ex causa ista, idest pro peccatis omnium aliorum hominum: ex qua tamen causa Christus moritur. In quo sensu, non solum de latronibus, sed & de quibuscunque aliis uniuersaliter, uerum est: quod passio Domini pares non habet.

3m illatio conclusionis. Ergo videtur, quod præter &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quod male intelligit præmissas. Quod quidem patet; siue secundum Beatum Augustinum, siue secundum Beatum Hieronymum, loquamur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse insinuatum a scripturis; quod conueniens fuit, Christum crucifigi cum latronibus. Vt per hoc; quod dicitur de Christo Isai. 53. Et cum &cæt. vt in argumen. contr. Conueniens namque est: vt prophetarum dicta, secundum quod dependent a uoluntate Dei, adimpleantur. Item per hoc, quod Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. narratur factum, scilicet quod cum latronibus crucifixus est. Sepius enim regula illa uniuersalissima, & verissima, adducta fuit, quæ & præsens propositum confirmat: quod uidelicet omnia facta, & dicta, de Christo, inquantum tamen ex parte Christi considerantur, idest inquantum a uoluntate beneplaciti eius dependēt, sunt conuenientia anthonomatice, idest conuenientissima; immo, cum Christus sit Dei sapientia, aliter esse non possunt. Item per hoc, quod legitur Numer. 17. Accipe ab eis uirgas singulas per cognationes suas, ponesque eas in tabernaculo fœderis. Hæ enim uirgæ figurabant cruces; Aaronis quidem uirga Crucem Christi, aliorum autem cruces latronum. Ponuntur aliorum uirgæ simul cũ virga Aaronis, in tabernaculo fœderis: vt designetur, quod cum latronum crucifixione associandus erat Christus in monte Caluario. Mons etenim Caluariæ gerebat tunc locum tabernaculi fœderis, idest testimonij: quoniam in ipso monte (vt insinuauit Christus per ly Consummatum est) omnia a prophetis testificata, siue omnia prophetarũ testimonia, de Christo crucifixo adipleta fuerunt. Vt tamen hanc figuram cum figurato suo melius capias, & consequenter præsenti articulo melius inseruias, vide Veritates aureas super totam legẽ veterem, Numer. 17. concl. 4. Item per hoc, quod (secundum translationem septuagintã interpretum) dicitur Abacuch. 3. Domine audiui auditum tuum, & timui; consideraui opera tua, & expaui: in medio duorum animalium innotesceris. Hic enim loquitur propheta iste de passione Christi (secũdum expositionem Ecclesiæ infrascriptam): & eum esse innotescendum in medio duorum animaliũ contestatur. Pro cuius captu recole, Christum dixisse Iudæis Ioan. 8. Cum exaltaueritis filium hoĩs; tunc cognoscetis, quia ego sum. In cruce ergo innotescendus i. cognoscendus erat Christus pro Deo uero: & tunc, quando sic innotesceris dñe (inquit ipse propheta) eris in medio duorũ animalium i. crucifixus in medio duorum latronum. Peccatores enim nomine animalium solent in scriptura significari (vt intelligi datur ex psalm. 48. Homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis, & similis factus est illis) iuxta quod animalia ipsa conditiones ignobilitatem & malitiam quandam importantes habent. Dixi ly secũdum expositionẽ Ecclesiæ: quia Ecclesia illud dictum prophetæ Abacuch legit in die parasceues (vt patet in Missalis) denotans per hoc, sensum ipsius prophetæ ibi esse de passione Christi; in qua ille innotuit dextro latroni, Centurioni, multisque percutientibus pectora sua. Luc. 23. quod erat uere filius Dei, Deus, & rex cælestis regni.

2 Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una distinctio cum duabus conclusionib. Distinctio est: Alia ratione secundum intentionem Iudæorum, & alia, secundum diuinam electionem Christus inter latrones crucifixus est. 1 Prima conclusio, Christus crucifixus est inter latrones secundum intentionem Iudæorum, vt crederetur esse malus inter malos punitus: hoc est conuenienter quidem ad malam eorum intentionem, quia medium consonum fini malo, sed inconuenienter quantum ad euentum: quia oppositum euenit,

nit, dum Christi crux adoratur, & ab illorum crucib. sic discernitur, & vere totum oppositum euenit. Futauerunt Iudæi, confundere crucem Christi cum crucibus ipsorum, dum simul cum impijs crucifixis, sicut alij pertransiret: sed euenit vt Christi crux sul ferat, ita quod etiam alias memorabiles, quamuis nō venerabiles, redderit, vt experientia testa. Secunda conclusio: Christus secundum desordinationem inter latrones cōuenienter crucifixus est. Probatur quadrupliciter. Omnia clara sunt.

Fer.4.cont.c.58.
Medena ar.12.

ARTICVLVS XII.

Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur q passio Christi sit eius diuinitati attribuenda. Dicitur enim 1.ad Corint.2. Si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent: sed dominus gloriæ est Christus, secundum diuinitatem. ergo passio Christi competit ei secundum diuinitatem.

¶ 2 Præt. Principium salutis humanæ est ipsa diuinitas, secundum illud Psal.36. Salus autem iustorum a Domino. Si ergo passio Christi ad eius diuinitatem non pertineret, uideretur quòd non posset nobis esse fructifera.

¶ 3 Præt. Iudæi puniti sunt pro peccato occisionis Christi, tamquam homicidæ ipsius Dei, q magnitudo pœnæ demonstrat: hoc autem non esset, si passio ad diuinitatem non ptineret. ergo passio Christi ad diuinitatem eius pertinuit.

SED CONTRA est, q Athanasius dicit in episto. ad Epictetum,* Natura Deus manens verbum est impassibile: sed impassibile non potest pati. Passio ergo Christi non ptinebat ad eius diuinitatem.

RESP. Dicendum, q sicut supra dictum est,* vnio humanæ naturæ, & diuinæ facta est in persona, & hypostasi, & supposito, manente tamē distinctione naturarum, ut scilicet sit eadem persona, & hypostasis, diuinæ, & humanæ naturæ, salua tamen vtriusque naturæ proprietate: & ideo, sicut supra dictum est,* supposito diuinæ naturæ attribuenda est passio, non ratione diuinæ naturæ, quæ est impassibilis, sed ratione humanæ naturæ. Vnde in epistola synodali Cyrillus dicit,* Si quis non confitetur Dei uerbum passum carne, & crucifixum carne, anathema sit. Pertinet ergo passio Christi ad suppositum diuinæ naturæ ratione naturæ passibilis assumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impassibilis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dominus gloriæ dicitur crucifixus, non secundum quod est dominus gloriæ, sed secundum q erat homo passibilis.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut dicitur in quodam sermone Ephesini Concilii, mors Christi tanquam facta mors Dei, scilicet per vnionem in persona, destruxit mortem: quoniam Deus & homo erat, qui patiebatur: non enim natura Dei læsa est, sed humana, neq; mutatione sua suscepit passiones.

AD TERTIVM dicendū, quòd sicut subditur ibidem, non purum hominem crucifixerunt Iudæi, sed Deo intulerunt præsumptiones: pone enim principem loqui per verbum, & hoc formari per literas in charta aliqua, & dirigi ciuitatibus, & aliquis inobediens, chartam disrumpat, ad mortis sententiam deduceretur, non tamquam chartā disrūpens, sed tamquā uerbū imperiale disrumpens. non ergo securus sit Iudæus, tamquam purum hominem crucifigens: quod enim uidebat, quasi charta erat: quod autem in ea celabatur imperiale uerbum, erat natum ex natura non prolatū per linguam.

QVAE-

* Habetur in prima synodo Ephe. cau 12.

SVP. Q. XLVI. ART. XII.

157
4. cau.cap. 55. ad 14.

CONCL. Supposito naturæ diuinæ attribuenda est passio, non ratione diuinæ naturæ; sed ratione naturæ humanæ.

¶PROB. Quia actiones, ac passiones, sunt suppositorum (vt hic præsupponitur ex q.16 art.4. 5.): & diuina natura est impossibilis, vt patet). secunda autem pars, scilicet, sed ratione &c. probatur; Quia epistola synodalis hoc insinuat per ly carne.

1m ex Apostolo. Numquam dominum gloriæ crucifixissent. R. idest. Nūquam dominū gloriæ, secundum quod erat homo passibilis, crucifixissent. Tunc nihil. &c. Licet enim crucifixerint dominum gloriæ; non tamen crucifixerunt eum, secundum q est dominus gloriæ; cū eum, secundum quòd talis est, crucifigere sit impossibile (vt probatio conclusionis quo ad partem primam docet).

* incipit hæc epist. ego arbitra par.

* q 2.ar.2. & 3.

2m de conclusione. Ad eius deitatem non pertineret. R. Vel non esset passio Dei & hominis. §. idest. Personæ habentis deitatem, ac humanitatem: & patientis tantum sm humanitatē. vide tale quid in q.31. art.4. ad 2. fin. Tunc nihil, &c. Constat. n. q deitas, quāuis in seipsa non patiatur, est principiū salutis nræ in passione Christi: qm humanitas ipsi deitati unita in persona Verbi patitur. Et sic salus iustorū a domino: quia licet dominus Deus in seipso, sm quod Deus, non pateretur; tamen Deus personaliter vnitus erat in homine Christo patiente, mundum reconcilians sibi. 2. Cor. 5.

* q.16.ar.5

3m minor. Hoc autem non esset, si passio ad Deitatem non ptineret. R. Vel si ille hō, qui patiē, nō esset etiā Deus. §. Quod quidē conceditur; negando consequentem id, qd in minori ipsa ab arguente adductū est Tunc. &c. vt patet p exēplū pulcherrimum Concilij Ephesini ly Pone enim principem loqui per verbum, &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæreses Acephalorū dicentiū: q Chri natura diuina fuit passa & crucifixa. Et Apollinaristarū dicentiū: Chrm passionē in diuinitate sua sustinuisse, ita ut diuinitas cū humanitate fuerit mortua

2 & resuscitata. Secundo habes: quomō per rōnē ostendas, has merito dānari a Malac.3. Ego Deus, & non mutor. Idest, Deus, vt Deus, non mutor. Itē a Concil. Toletano I. quod a Leone Papa ēt authorizatum est. Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatē Chri conuertibilem, vel passibilē fuisse; anathema sit. Hæc illud in cap. 21. vbi tradit regulas fidei catholicæ. Itē a Papa Felice. 3. in Epist. ad Petrum epm Antiochiæ. Monet. n. ibi ipsum; ne in trisagin addat, crucifixus ppter nos. i. ne dicendo Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, addat, qui pro nobis crucifixus es: Et hoc; ne trinitatem, seu diuinitatem, conuincatē dicere esse crucifixam (qod est pessima hæresis). Vide illam epistolam memoria indelebili dignam; sed adeo p rei necessitate longam, vt hic ad uerbū recitari non potuerit, sed tm summatim (ut diximus). Inter cætera th dicit. Vnigenitus Dei filius, qua ratione verbum est in propria substantia, non pōt pati; patitur autem propriū animatum corpus, qd ipsum substantiale Dei verbum ex ipsa sanctæ & intemeratę uirginis uulua sibi coniungens, ex muliere processit. Hæc ibi. & infra. Rursus, qua parte ex muliere natum est, & substantiæ nostræ ac generationis est particeps absque peccato, sustinuit passionē. Hæc ibi. Itē a Concilio 6. generali, Constantinopoli celebrato, canon. 81. Quoniam nouimus, in quibusdam locis in trisagio acclamari post illud, sanctus immortalis, Crucifixus pro nobis: Nos, cū antiquis patribus statuentes, anathematizamus eos; q talem deinceps susceperint uocem. Hęc ibi. Vbi patres propter eādem causam, ex qua motus est Papa Fęlix, ne, scilicet Deitas crucifixa credatur, illud sub anathemate prohibent. Ex quo apertè constat; quòd hanc, scilicet Deitatem esse passam, habent pro hæresi, & pro tali eam damnant. Item a Concilio Ephesino cap. 13. (ut refertur a Cyrillo in Epistola ad Dioscorum) Christum dicimus passum esse; non quia Deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia uulnera susceperit (Deus namque incorporalis extra passionem est); sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, hoc sustinuit: ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus; qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & uita, & uiuificans, Deus Verbum: sed quia corpus ipsius proprium, gratia Dei (iuxta Pauli uocem) pro omnibus mortem gustauit, iccirco ipse dicitur mortem passus pro nobis. Non quod ipse mortem, quantum ad ipsius naturam ptinet, esset expertus (insania enim est hoc sentire uel dicere); sed quod uera caro ipsius mortem gustauit. Hæc ibi. Vbi intellige ly quantum ad ipsius naturam, s. diuinam. Licet enim & natura humana sit ex tempore ipsius natura: tamen non absolutè. i. quandocūque fuit persona illa diuina, fuit eius natura. Item a dictis supra articulorum nume. 86. 104. Elucid. & a Veritatibus aureis super legem Veterem, Genes. 37. concl. 7. Tertiò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus quærit an sit dicendum Deus passus est ex eo, quod Christus passus est: hoc est enim quærere; si passio Christi sit deitati ascribenda.

¶ In corpore una est conclusio: Passio Christi attribuenda est supposito diuino non ratione diuinæ, sed humanæ naturæ. Probatur: Vnio naturæ vtriusque facta est in persona, salua vtriusque naturæ proprietate. ergo, &c. Et confirmatur auctoritate Cyrilli, &c.

QVÆSTIO XLVII.

De causa efficiente passionis Christi.

DEINDE considerandum est, de causa efficiente passionis Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum Christus fuerit ab aliis occisus, vel a seipso.

¶ Secundo, Ex quo motiuo seipsum passioni tradiderit.

¶ Tertio, Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.

¶ Quarto, Vtrum fuerit conueniens, vt per manus gentium pateretur, vel potius a Iudæis.

¶ Quinto, Vtrum occisores eius eum cognouerint.

¶ Sexto, De peccato eorum, qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus fuerit ab alio occisus, an a seipso.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit ab alio occisus, sed a seipso. Dicit enim ipse Ioan. 10. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam. ille autem dicitur aliquem occidere, qui animam eius tollit. non est ergo Christus ab aliis occisus, sed a seipso.

¶ 2 Præt. Illi, qui ab aliis occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt, & maximè hoc apparet in crucifixis: vt enim dicit August.* in 4. de Trin. longa morte cruciabantur ligno suspensi. In Christo autem non hoc accidit. nam clamans uoce magna, emisit spiritum, ut dicitur Matth. 27. Non ergo Christus est ab aliis occisus, sed a seipso.

¶ 3 Præt. Illi, qui ab aliis occiduntur, per uiolentiam moriuntur, & ita non voluntariè; quia uiolentum opponitur uoluntario: sed August.* dicit in 4. de Trin. quod spiritus Christi non deseruit carnem inuitus, sed quia uoluit, quando uoluit, & quomodo uoluit. non ergo Christus est ab aliis occisus, sed a seipso.

SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. 18. Postquam flagellauerint, occident eum.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest esse causa alicuius effectus dupliciter. Vno modo directe ad illud agendo: & hoc modo persecutores Christi eum occiderunt, quia sufficientem causam mortis ei intulerunt, cum intentione occidendi ipsum, & effectu subsequente quia, s. ex illa causa, est mors subsecuta. Alio modo, dicitur aliquis causa alicuius indirectè, scilicet, quia non impedit cum impedire possit: sicut si dicatur aliquis alium perfundere; quia non claudit fenestram, per quam imber ingreditur. Et hoc modo ipse Christus fuit causa suæ passionis, & mortis. poterat enim suã passionẽ, & mortem impedire. Primo quidem aduersarios reprimendo, vt eum, aut non uellent, aut non possent interficere. Secundo, quia spiritus eius habebat potestatem cõseruandi naturam carnis suæ, ne a quocunq; læsiuo inflicto opprimeretur: quod quidem habuit anima Christi, quia erat uerbo Dei coniuncta in unitate personæ, vt August.* dicit in 4. de Trin. Quia ergo anima Christi non repulit a proprio corpore nocumentum illatum: sed uoluit quod natura corporalis illi nocumento succumberet, dicitur suã animam posuisse, vel uoluntariè mortuus esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur, Nemo tollit animam meã a me: intelligitur, me inuito: quod enim aliquis ab inuito aufert, qui resistere non potest, illud propriè dicitur tolli.

AD SECVNDVM, dicendum, ꝙ vt Christus ostenderet, ꝙ passio illata per uiolentiam, eius animã non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit, vt ẽt in extremis positus voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius computatur. vnde dicitur Marci 15. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia

Medina ar. 1.

SVPER Q. XLVII. ART. I.

CONCL. 1. Persecutores Christi eũ directe occiderunt.

¶ PROB. Quia Christi persecutores causã mortis sufficiẽtẽ, cum intentione eum occidendi, atq; effectu subsecuto, ei intulerunt.

¶ CONCL. 2. Christus fuit causa, indirecta tamẽ, passionis suæ, & mortis.

¶ PROB. Quia Christus suam passionẽ ac mortem impedire potuit (& quidem dupliciter: ut declaratur in tex.); nõ tñ impediuit.

¶ NOT. Adde tu; ꝙ impedire non debuit: vt in hoc nullam culpã fuisse in Christo penetrare possis.

1m ex Euang.

258 Inf. q. 50. ar. 1. ad 2. Et q. 51. a. 3. corp. Et opu. 3. ca. 336. & 338

A me tollit. R. Proprie. §. Tunc nihil, &c. Persecutores. n. Christi animam eius ab eo directe quidem tulerunt, sed impropriè, i. eo uolente: quamuis eam non tulerint propriè, i. eo inuito. Vnde illa minor, s. ille dicitur aliquem occidere qui animam eius tollit, intelligitur vtroq; illorũ modo. Siue enim illã animam tollat impropriè, i. eo nõ recusante sed uolente; siue ipsam tollat ꝓpriè, i. eo nõ inuito, dicitur uere occisor illius hois. Nam hoc. s. ꝙ ille alius uelit uel nolit occidi, se habet per accidens, idest tanquam quoddam extra reum, ad illius occidentis intentionem, uel etiam ad eius actionẽ (vt patet.)

*li. 5. c. 13. paulo post prin. to. 3.

2m de maiori.

*li. 4. c. 15. nõ longẽ a prin. to. 3.

Qui ab aliis occiduntur. R. Et non habent in potestate sua conseruare fortitudinem naturę inter illata tormenta. §. Tunc nihil, &c.

Nam Christus habebat potestatem conseruandi fortitudinẽ naturæ inter quæcumque tormenta sibi illata: & ideo, etiam quod ab aliis occisus sit, fuit in extremis uigorosus secundum naturã humanam ad clamandũ. Vt enim Christus ostenderet &c. vt in tex.

¶ NOT. Ne crediderit propter textum ly fuit & mirabile in Christi morte, ꝙ uelocius mortuus fuit aliis, qui simili passione afficiebantur; ne propter hoc, inquam, crediderit: ꝙ Sanctus Doctor mirandum esse absolute intelligat de eo, ꝙ Christus fuerit mortuus citius, quam latrones simul crucifixi. Scit enim optime, ꝙ passiones Christi erant admodum atrociores passionibus latronum, iuxta determinata nunc nunc a seipso. q. 46. ar. 5. 6. & con

sequenter

sequenter simul scit, ꝙ non est rationabiliter mirandum de hoc, ꝙ Christus uelocius sit mortuus, quam latrones; qui licet simili (ut inquit textus) passione, non tamen tanta, afficiebantur. Quinimmo si æquali solum pœna Christus cum latronibus fuisset affectus; non esset ad huc rationabiliter mirandum, si citius moreretur: quoniam ex æquali pœna duorum ille, qui est delicatior, magis affligitur naturaliter; & consequenter ex mortali vulnere moritur uelocius, quam alius non tantũ delicatus. Quod autem Christus & delicatior, & multũ quidem delicatior, esset latronibus, patet expresse in eadem. q. 46. art. 6. Non ergo mirabile est iuxta sensum textus (absolute loquendo) quod Christus fuerit mortuus citius, quam latrones: immo ualde mirabile est; quod attentis tot, tantisque passionibus narratis. q. 46. art. 5. ei inflictis, maximeque ab eo inhibitis, artic. 6. tamdiu in uita corporali manserit. i. non citius, & multo citius, mortuus fuerit. Restat igitur: ꝙ Sãctus Doctor in illo textu alium sensum habuerit. Pro quo inueniendo, sciendum pro uniuersali regula est: quod ex contextu, idest ex antecedentibus, vel subsequentibus, uel aliàs textum, de quo tunc fit sermo, circunstantibus inquiri debet eiusdem sensus uerus; quando uiter in seipso non est manifestus. Iuxta ergo hanc regulam procedendo, dicendum est; quod textus prænotatus intelligitur comparatiue. Sic enim ora textus edocet per hoc, quod præmittit ly naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit, vt etiam in extremis positus uoce magna clamaret. Quibus præmissis e uestigio fere sequitur ly fuit & mirabile in Christi morte quod uelocius mortuus est aliis. Ac si aperte dictum sit. Duo mirabilia fuerunt uisa in Christo moriente; primum ꝙ uoce magna clamauit, secundum ꝙ uelocius cæteris crucifixis mortuus est: & hoc secundum est mirabile per respectũ ad primũ. Nam attenta fortitudine naturæ tanta, quantam designat illa magnitudo clamoris, fuit rationabiliter mirãdũ: ꝙ Christus mortem uelocius incurreret, quam concrucifixi, qui tantam fortitudinem tunc non habebant, immo paulatim (ut argumenti maior mouebat) debilitata natura deficiebant.

*li. 4. c. 15. de Trinit. to. 3.

quia sic clamans expirasset, ait, Vere hic homo Filius Dei erat. Fuit, & mirabile in Christi morte, quod uelocius mortuus fuit aliis, qui simili passione afficiebantur. Vnde dicitur Ioannes 19. quod eorum, qui cum Christo crucifixi erant fregerunt crura, vt cito morerentur: ad Iesum autem cum uenissent, vt uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Mar. 15. dicitur, quod Pilatus mirabatur, si iam obiisset. Sicut enim eius uoluntate, natura corporalis conseruata est in suo vigore vsque ad extremum, sic etiam quando uoluit, subito cessit nocumento illato.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Christus simul, & uiolentiam passus est, vt moreretur & tamen uolūtariè mortuus fuit: quia uiolentia corpori eius illata est, quæ tamen tātum corpori eius præualuit, quantum ipse voluit.

AR-

Resp. tac. obiect.

Omnia hucusque clara sunt: nisi inserta mentio de Pilato, ꝙ mirabatur si iam obiisset, nonnullam obscuritatem prædictis ni deretur inferre. Ad quid enim talis mentio introducitur? Nā de præmisso Christi clamore nihil sciebat Pilatus, antequam de morte tam cita miraretur; qm̄ nondum Centurionem, a quo de veritate mortis Christi postea exquisiuit, nondū accersierat: & cōsequēter ipsius Pilati admiratio non potuit esse per respectum ad illud primum mirabile, s. ad fortitudinem naturæ a Christo de se mirabiliter ostensam. Mirabatur ergo absolute Pilatus, si iam obiisset, non autem comparatiue. Introducere igitur istam admirationem Pilati, uidetur esse quædam destructio præmissorum, scilicet, quòd secundum sit mirabile per respectum ad primum, vel saltem videtur ista introductio fieri extra propositum. Quorum vtrumque, scilicet illam esse vel contra, vel extra propositum, est inconueniens: & consequenter doctori tam grauissimo, qualis est Diuus Thomas, neutrum est attribuendum. Quid ergo? Respondetur; quod te uera nullā difficultatem præmissis in hoc mentio facta de Pilato affert: sed ideo uidetur vel contra, vel extra propositum (vt instantia cōmēdit); quia non penetratur finis, ad quem illud de Pilato adducitur. Duo præmiserat textus, scilicet, & quod Christus uelocius fuit mortuus, & quod hoc erat mirabile. Ad id, quod Christus sit mortuus uelocius, refertur tamquam eius probatio & factū militum de crurifragio Ioan. 19. & admirati Pilati Mar. 15. Ad hoc autem, quod tale quid sit mirabile neque factum militum, neque admiratio Pilati, refertur. Non ergo uoluit dicere textus (ut putabat instantia) Christum esse uelocius mortuū est mirabile, quia Pilatus miratus est: sed uoluit dicere, Christus est uelocius mortuus; in cuius signum Pilatus de hoc miratus est. Ex admiratione igitur Pilati intendit textus solum habere probationē huius rei, scilicet quod Christus velocius, quam alij crucifixi mori solebāt, mortuus est: non autem probationem huius, scilicet quod hoc ipsum fuerit mirabile. Nouerat siquidem Sanctus Doctor; iudiciū Pilati tunc de recenti fuisse, & quidem maxime, ad Iudaicam cōplacentiam infatuatum: & consequenter quod ob suam admirationem, vt qui nondum assecutus fuisset circa mortem Christi iudicium integrum, non esset aliquid pro mirabili ueraciter tenendū. Et ideo mirabilitatem de cita Christi morte ex Pilati admiratione neque traxit; neque trahere voluit: quia hoc indignum, ne dicam stultum esse, meritò reputauit.

¶ COROLL. Stat ergo simul & ꝙ Christum fuisse tam cito mortuum fuerit reuera mirabile (vt dixit notatio); & ꝙ Pilati admiratio de tam cita morte Christi fuerit stolida. Leuis enim corde fuit, etiam in hoc Pilatus; cum idem iudicium fecerit de celeritate mortis Christi in comparatione aliorum crucifixorum: quasi iā oblitus, quod ipse Christus præ alijs patibulo affixis plurima tormenta passus sit mortis celeritatem, quantum ex ipsis erat, apertè causantia. Flagellationem, dico, tam morti de se uicinam; vt Eusebius & Chrysostomus (teste Beato Vincentio ordinis prædicatorum, in serm. parasceu.) super illud Isa. 53. disciplina pacis nostræ super eum, dicant: quod ista disciplina fuit dura, quia uirgis & spinis; durior, quia flagellis nodatis; durissima, quia cathenis ferreis, Christus fuit cæsus. Hoc est. Milites primi flagellantes habuerunt uirgas de spinis & vepribus acutissimis confectas; & his uirgis flagellando cutem Christi aperuerunt. Secudi autem, illis primis fatigatis succedentes, habuerunt flagella, in quorum summitate erant nodi aculeis acutissimis transfixi; & his flagellando carnē sanctam scindebant. Illi denique, qui istis secundis succedebant, habuerunt cathenas habentes vncos (quod aiunt, vncinos) in summitatibus; & his flagellando carnem vi quadam extraxerunt. Quia vero talibus flagellis dinumerauerunt ossa Christi: ideo quodlibet ipsius os recepit triplicem ictum; unum, scilicet de uirgis, alium de nodosis, alium de cathenis. Nunquid non Pilatus eum, antequam crucifigeretur, flagellari iusserat? Et si iusserat; & tam pessime mactatum uiderat: cur nunc, postquam tantis eum mortib. afflixerat, miratur quod ille ipse insuper crucifixus cæteris velocius obierit? Certe: quia tanquam vecors, & insanus, ad pauca respiciebat. Quod si aliud non minus morti vicinum, quod Pilatus sciebat, tormentum addideris; non poteris tu non mirari de Pilati leuitate, quod scilicet ipse post tantas mortes Christo inflictas miretur, si idem insuper crucifixus iam, idest uelocius, quam cæteri simpliciter crucifixi, obiisset. Coronationem, dico, spineā: qua Dominus noster fuit in capite in septuaginta duobus locis crudelissimè uulneratus. Corona siquidem illa (teste eodem Beato Vincentio, vbi supra) erat ad modum pilei: ita quod undique caput tegeret, & tangeret; adeo, ut aculei ossa penetrarent. Erat enim de spinis, seu de iuncis, maximis contexta; qui iunci spinas & longiores, & acutiores cæteris spinis habent: eamque capiti eius imposuerunt, idest toto posse, adhibitis etiam ad hunc finem arundineis baculis in illa regione durioribus, impresserunt. Ex emissione igitur tanti sanguinis Christi tum è capite, tum e toto flagellato corpore Pilatus (si sapuisset) debuerat mirari de hoc; quòd Christus etiam non crucifixus tam diu uixisset: & tamen post tot, tantosque sanguines è uenis plurimis emissos, Christum adhuc tribus iam horis crucifixum citò obijsse; stupidus mirabiliter ipse stupescit, atque miratur. Ex præmissis ergo abundanter constat id, quod supra ante corollarium immediatè diximus: quòd scilicet in præsenti textu mirabilitatem de cita Christi morte ex admiratione Pilati Doctor Sanctus neque traxit, neque trahere uoluit; quia hoc indignum, & stultum, esse meritò reputauit.

3^m maior. Illi, qui ab aliis occiduntur, per uiolentiam moriuntur; & ita non uoluntarie. ℞. Nisi violentiam illam accepient uoluntariè §. Tunc nihil, &cæt. Christus enim acceptauit uoluntariè illam uiolentiam; quæ corpori eius ad mortem vsque illata fuit. Vnde simul & uiolentiam passus est, vt moreretur, &c. vt in textu. Ex quo patet: quod Christus uiolentiam illam acceptauit uoluntariè, singulari modo, idest modo sibi proprio, & differenti ab omnibus aliis, qui uiolentiam contra seipsos factam acceptant uoluntariè. Illi enim omnes acceptant illam uoluntariè, solum in hoc sensu: quòd faciunt de necessitate virtutem, idest illud, quod non possunt per potentiam euitare, acceptant per uoluntatem consentientem. Contentantur siquidem secundum voluntatem rationis deliberatam affligi sic, idest tali, vel tali modo uiolento ab extraneis, aut ab intraneis aduersarijs: & hoc, quia videtur, quod Deo (sine cuius nutu nihil potest fieri, prima parte, quæstio. 103. articu. 5. 7.) placet, vt sic affligantur. Christus uerò pœnas sibi illatas acceptauit uoluntariè, non tantum per consensum rationis deliberatæ (quod sibi fuit cum aliis sanctis commune): sed etiam per indirectam causalitatem ipsarum pœnarum, modo illo duplici factam, quem textus corpor. in gratiam secundæ conclusionis declarat (quod Christo soli, tamquam domino mortis & uitæ, conueniebat). Ad probationem ergo illam, scilicet voluntarie opponitur violentum, dic ex prædictis; quod nihil probat contra negatum. Pro cuius ampliori captu, vide 1. 2. quæstio. 6. artic. 5.

¶ EXAM. Ly quæ tamen tantum corpori eius præualuit, quantum ipse uoluit. Siue, scilicet loquamur de quando, siue loquamur de modo. Hoc siquidem dictum textus responsalis præsupponit illud dictum textus argumenti allatum ex Beato Augustino, tamquam breuioribus uerbis replicans illud. Dicebatur ly spiritus Christi non deseruit carnem inuitus, sed quia uoluit, quando voluit, & quomodo uoluit. Sic ergo hic dicatur ly quæ præualuit, quantum ipse uoluit, idest, & quia, & quando, & quomodo, ipse uoluit. Adeo quod ly quantum, æquiualet hic illis tribus, scilicet quia, quando, quomodo. Ac si diceret Sanctus Doctor. Fuit quando uiolentia quo ad mortem præualuisset corpori Christi, quatenus uiolentia erat, idest fuit; quando uiolentia, attenta uiolentia, intulisset mortem Christo: sed ideo eam de facto non intulit, quia Christus per uiolentiam illam tunc mori noluit. Item. Fuit; quomodo uiolentia quo ad mortem præualuisset, corpori Christi, quatenus violentia erat, id est, fuit modus quidam uiolentiæ, tam atrox; ut uiolentia talis, attento modo uiolentiæ, intulisset mortem Christo: sed ideo eam de facto non intulit, quia Christus per uiolentiam talem mori noluit. Norunt hæc omnia pij uiri contemplatiui (inter quos non paruum locum tenuit Diuus Thomas) quorum quidam, illam Christi agoniam in horto sudore sanguineo aliunde mixtam intulisse tantam uiolentiam eius sensualitati, dicunt; vt ad mortem ei dandam suffecisset, nisi Christus uitam suam corporalem alijs tormentis propter nos sufferendis potenter conseruasset. Nec mirum: cum ly tristis

est

est anima mea vsque ad mortem, Matth. 26. exponendum rationabiliter arbitrentur sic, tristis est anima mea vsque ad mortem, scilicet etiam intensiue. Tristitia si quidem illa fuit usque ad mortem extēsiue, eo q̃ usq; ad mortem in cruce ex illatis passionibus Christo actualiter obuenientem durauit: fuit uerò usque ad mortem intensiue, eo quod ex suæ acerbitatis magnitudine sensualitatem tunc absorbuisset in mortem; nisi aliūde promissum fuisset. Præterea. Nonne, omnis plaga tristitia cordis? Ecclesiast. 25. Numquid non, à tristitia festinat mors? Ecclesiast. 38. Nonne, multos occidit tristitia? Ecclesiast. 30. Et cuius illorum multorum tristitia tam magna umquam fuit; quanta Christi fuit in horto? ex. quæstio. 46. ar. 6. corp. cui pro puritate doloris, quæ ibi tertio loco ponitur, declaranda uidebis, quæstio. 18. ar. 6. corpo. circa fin. Vbi scito, quod nō obstat præmissis illud, quod ibi dicitur, scilicet voluntas diuina, & uoluntas rationis in Christo non retardabat motum uoluntatis humanæ, & sensualitatis in Christo. Nam per ly non retardabat motum, non intelligitur, quod si uiolentia de se potens inferre mortem, insurrexisset in sensualitatem Christi, non extinxisset ipsam, quantum est ex parte uiolentiæ; quasi quod sensualitas à motu suo, quo in mortem incursura tunc fuisset, non retardaretur per uoluntatem diuinam, id est ab incurrendo actualiter tunc illam mortem sensualitas ipsa ad ulteriora supplicia p̄ nobis subeunda diuinitus non præseruaretur. Ad quid enim diceret nunc Diuus Thomas, quod uiolentia tantum corpori præualuit, quantum ipse uoluit: si uiolentia aliqua, etiam antequam esset crucifixus, non fuisset de se præualitura corpori eius? Ne ergo hoc tamquam frustratoriū quid, sed ut aliquid magnum, textus de Christo dicat; fatendum est, quod secūdum textum aliqua uiolentia de se præualitura erat in Christo, plus quam actualiter præualuit, eo quod à Christi uoluntate impedita fuit, id est eo, quod ut ipsa ad talem actum non perueniret, Christum uoluit. Ergo ly nō retardabat motum, intelligitur in alio sensu, scilicet secundū sensum declaratum, quæstio. 46. ar. 6. ibid. idest quod motus ille non mitigabatur per aliquam uel paruulam consolationem ex consideratione rationis redundantem (ut fit in alijs patientibus). De flagellatione autem & coronatione spinea, quid quò ad periculum mortis tales contemplatiui senserint; potest facile à prudente Lectore coniectari ex dictis in Corollario ante respōsio. ad tertium, bene consideratis, & ex dicendis, quæ ad literam narrat Beatus Vincentius Ordinis Prædicatiorum in sermo. parasce. Sunt uerò infrascripta.

¶ Not. Filius Dei Saluator noster, sicut agnus innocens, patienter portauit patibulum sanctæ crucis proprijs humeris impositum. Et quia Iudæi ipsum alapis, uerberibus, & illusionibus, necnon flagellationibus, coronationeque tantum fatigauerant; ideo crucem non diu, nec remote, portare poterat; quia totaliter fuit exinanitus, & exhaustus. Ideo dicitur, sub cruce cecidisse. Nec mirum, ex emissione sanguinis omnium uenarum qui defluebat ex plagis flagellorum & spinarum & magnitudine crucis, quæ in longitudine pedes quindecim, & in latitudine decem, habebat. Nec quis æstimare debet: illud esse contra perfectionem Christi existentis uerus Deus, & homo. Tradiderat enim diuinitas Christi humanitatem ex toto infirmitatibus humanis ad patiendum, nolens sibi in aliquo suffragari, quo ad pœnæ alleuiationem. Et ideo infirmitatis humanæ conditio exposcebat; ut homo Christus sic tota nocte fatigatus, & cruoris effusione debilitatus, sub tanto pondere deficeret. Hæc ibi. Sed & deuotissimus, atque doctissimus Pater Ludulphus Carthusianus, libro de Vita Christi, par. 2. cap. 58. narrat, quod cuidam matronæ reclusæ multitudinē & numerum omnium vulnerum Christi scire cupienti, & pro hac re flebiliter Deum oranti, uox cœlitus missa dixit. Quinque millia, quadringenta, nonaginta, vulnera mei corporis extiterunt.

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò a scripturis insinuatum esse, quod Christus occisus est ab alijs. Vt a Luc. 18. secundum quod est in argumen. cont. Item à Matth. 21. Apprehensum eum eiecerunt extra uineam, & occiderunt. Hoc enim de Iudæis contra Christum dictum fuit. Vndè ibid. infra dicitur. Cum audissent Princeps sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt, quod de ipsis diceret. Item à Genes. 49. Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis bellantia. In cōsilium eorum non ueniat anima mea: quia in furore suo occiderunt uirum. Per hæc enim prophetauit Iacob, quod Sacerdotes, & Pharisęi a Leui & Simeon descendentes ab iniquitate propria & nimio furore moti occisuri erant uirum, id est Christum, de quo scriptum est Hierem. 31. fœmina circumdabit uirum: Nam Iacob ibi loquitur ad literam de his, quę uentura erant in diebus nouissimis (ut contextus in principio docet): & dies Messiæ dicuntur in scripturis dies nouissimi, iuxta illud 1. Ioan. 2. Filioli nouissima hora est, & 1. Corinth. 10. nos sumus, in quos fines sęculorum deuenerunt. De facto, inquam, occisuri erant Christum, & nō solum in uoluntate, seu attentando occidere ipsum. In cuius signū ad differentiam occisionis huius uiri, immediate sequitur ly & in uoluntate sua suffoderunt murum. Ecce murum suffossuri erant in uoluntate solum, id quod contraponitur ad ly occiderunt uirum. Ac si apertè dicatur. Iudæi occident simpliciter uirum: & suffodient murum nō simpliciter, sed cum limitatione factum rei diminuente, id est in uoluntate sua. De facto itaque Iudæi, & consequenter a simili populi quicumque, numquam suffodient murum, id est Ecclesiam, quæ dicit Cantic. 8. Ego murus, & ubera mea sicut turris. id quod & Christus manifeste aperuit Matth. 16. portæ inferi non præualebunt aduersus eam, sed uirum illum, id est Christum erant de facto occisuri: Vt diuersitas harum sententiarum, quæ ibi innuitur (ut patet consideranti) seruetur. Sic ergo Iudæi Christo nocumentum mortiferum actu intulerunt, & propterea animæ eius iniuriam fecerunt: quoniam iniuria fit ei cū propter nocumentum illatum expellitur de corpore contra naturalem appetitum animæ. Naturalem dico, non autem rationalē: quoniam anima Christi non est expulsa de corpore contra eius talem appetitum, id est contra uoluntatem rationis, ut rationis, quæstio. 18. ar. 3. Nemo enim ei abstulit animam suam ipso inuito; sed ipse uolens tradidit, seu emisit spiritum. Nam mortifero illi nocumento sibi illato natura eo uolente restitit usque in finē plus quam in alijs hominibus posset (ut dicitur Quolibeto primo, articu. 2.) quamuis esset delicatior, & (ut ita dicam) passibilior, alijs q. 46. art. 6. & quando uoluit, ipsi nocumento natura totaliter cessit. Et hoc est, quod dicebatur in respon. ad tertium, & postea in examinis declaratione intendebatur, scilicet quod uiolentia illata tantum corpori Christi præualuit, quantum ipse uoluit. Nec tamen culpandus est, quasi sui homicida, quia corpus propter animam est, non autem ecōuerso. Vnde si anima haberet in sua potestate (ut fuit in Christo) recedere a corpore, quando uellet, & iterum aduenire, tunc nō maiori esset culpæ, si corpus desereret, quā q̃ habitator deserit domum, quāuis culpæ sit, q̃ inde expellatur inuitus. Inuitus, inquam in proposito quantum erat ex parte intētionis Iudęorum expellentium. Secondò uides, quomodo ex iis a bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus occasionem sumpsit ex Euangelio, in quo Christus dicit, Nemo tollit animam meam a me.

¶ In corp. art. una ponitur distinctio bimembris, iuxta q̃ mēbra respondetur q̄sito duabus conclusion. cū corollario. Distinctio est, causa alicuius dupliciter: directe agendo, uel indirecte, scilicet nō prohibendo, cum posset.

¶ Prima conclusio: Christus fuit ab aliis non a seipso occisus directe. Probatur, quia persecutores eius intulerunt intentione, & opere efficaci illi mortem.

¶ Secunda conclusio est: Christus fuit causa mortis suæ indirecte, scilicet non prohibendo, cum posset. Probatur hæc ultima particula, in qua tota difficultas consistit, scilicet cum posset. Probatur autem dupliciter. Et ex parte occidentium, quia poterat reprimere, uel in uoluntate, uel potestate. Et ex parte animæ suę: quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturam carnis suæ. Probatur, quia erat unita uerbo auctoritate August. Corollarium est, Christus dicit uoluntariè mortuus. Probatur, quia non repulit nocumentum a corpore anima, sed uoluit corpus succumbere.

¶ Circa secundam conclusionem dubium occurrit ex Sco. in 3. Sent. dist. 16. q. 2. tenente, quod anima Christi non habuit potestatem præseruandi corpus suū a morte, & propterea non est mortuus uoluntarie causaliter, sed affectiue, quia non fuit indirecte causa mortis suæ, ut Auctor dicit, sed complacuit sibi sua mors: sicut etiam S. Martyres dicuntur voluntariè mori.

¶ Arguit autem ad hoc dupliciter, ex parte quidem corporis, quia corpus Christi erat necessariò passiuum mortis ab illis actiuis, scilicet flagellis, clauis, &c. Ex parte uerò animę, quia si potuisset pręseruare corpus ab omni extrinseca uiolentia, tenebatur se custodire in corpore, ac per hoc non custodiens peccasset. Probatur sequela: quia quilibet homo tenetur se custodire à malis; quia tenetur post Deum, & animas diligere proprium corpus ex charitate.

¶ Dubium secundò occurrit de ratione conclusionis: quoniam nec unio animę Christi ad uerbum, manifestat animam Christi habuisse hanc potestatem, nec auctoritas Aug. ita hoc tradit, ut non possit glossari, quod intendit de uoluntate secundum affectum, & non secundum causam. Sicut etiam Auctor superius in q. 13. ar. 3. ad primum, glossat Damas. Esuriuit, sitiuit, mortuus est Christus, quia uoluit glossa uoluntate diuina, quę tamen Auctor hic humanę Christi uoluntati tribuit.

¶ Ad

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quod de anima Christi dupliciter loqui possumus, scilicet secundum virtutem naturalē, vel gratuitam in eo manentem, qua scilicet ipsa dicitur potens, & sic anima Christi non poterat præseruare corpus suum à læsiuis, nisi gloriam animæ deriuando in corpus, & reddendo illud impassibile, quod fuisset contra mysterium nostræ redemptionis, & contra ordinem incarnationis, quo ab initio definitum est, ut anima existente gloriosa corpus maneret passibile, suspensa, ut supra dictum est, redundantia gloriæ in corpus. Discurrendo quippe per omnes gratias infusas manentes in anima Christi, liquido apparet nullam in ea fuisse potentiam aliam ad præseruandum corpus a læsiuis approximatis. Alio modo loqui possumus de anima Christi, vt est instrumentum coniunctum deitatis, & sic, ut superius in quęstio. 13. art. 2. & 3. dixit Auctor, potestatem habuit faciendi omnia miracula ordinabilia in finem incarnationis, hoc est omnes mutationes creaturam præter spectantes ad creationem, & huiusmodi. Et sic loquitur hic Auctor de anima Christi, ita quod intendit, quod anima Christi, ut organum verbi poterat, & uoluntates persecutorum immutare, & potestatem eorum impedire, sicut poterat alia miracula in cœlo, & in terra facere, & similiter poterat conseruare carnem suam ne læderetur a flagellis, clauis, & quibuscumque læsiuis, sicut potuit seruare Petrum super aquas ambulantem, &c. Et huius ratio in secundo dubio reddetur.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti primam, dicitor quod peccat secundum non causam, ut causam. Concesso si quidem toto argumēto, nihil aliud habetur, nisi quod corpus Christi necessario passum est ab extrinsecis conferendo actiua ad passiuum, scilicet corpus, & animam, secundum se: cum his enim stat quod anima illa, ut organum uerbi potuisset si uoluisset, impedire passionem.

¶ Ad secundam dicitur, quod soluit seipsam: quia ex quo homo plus animam propriam, quam propriū corpus tenetur diligere, constat, quod non peccat, sed bene facit, qui cum possit, non custodit proprium corpus a læsiuis propter salutem animarum; Christus autem pastor bonus fuit ponens animam, hoc est uitam suam pro ouibus suis.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod quia a catholicis acceptatur, quod anima Christi fuit organum coniunctum verbi Dei, consentaneum rationi est, ut quod singulariter, & ineffabiliter assumptum est organum, ad omnia effectum sit organum, ad quæ potest instrumentaliter concurrere. Nam sicut caput est Christus etiam angelorum, & in scientia, & gratia: & uirtutibus prælatus est omnibus, ita etiam potentia instrumētali super omnia sit, quæ possunt diuino organo fieri: omnia enim quæ excellentia sunt, & non dedecent Christi animam, sed consonant conditioni eius, credenda sunt inesse illi. Et sic ex unione animæ Christi ad uerbum, manifestatur rationabiliter potestas hæc (scilicet præseruādi propriū corpus a læsiuis) in anima Christi, ut organum est verbi. Et licet glossari forte possit August. ad planum tamen sensum ex contextu recurrendum est, & ille tenendus, quicquid glossent alii. Quod autem Auctor diuinæ uoluntati ibi tribuerit, quod hic humanæ, non est mirum, quia ipsemet ibi in ar. 3. regulam generalem tradidit interpretandi dicta de potestate instrumentali animæ Christi, scilicet quod quia instrumentum non propria, sed principalis agē tis potestate agit, ideo opera animæ Christi purè organicē, attribuuntur deitati. Et propterea, utramque est uerum, scilicet quod Christus esuriuit, sitiuit, mortuus est, quia voluit, uoluntate diuina, vt causa principali, & quod Christus esuriuit, sitiuit, mortuus est voluntate humana, vt causa potente instrumentaliter impedire, & non impediente. Et primum, vt clarius, & principalius ab omnibus affirmatur: secundum a sapientibus intelligitur in Euangelio traditum. cum dicitur, Nemo tollit animam meam a me; sed ego pono eam. Hoc verbum nullus martyrum quantumcumque voluntarius ad mortem, potest uere dicere: sed proprium fuit Christo. ergo non sola uoluntas complacentiæ, sed causatiua mortis, in Christo fuit.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod duplex est modus dicendi de clamore Christi in cruce. Primus est, quod Christus permittens corpus pati, ac debilitari usque ad mortem, secundum uiolentiam illati suo corpori tormenti, speciali miraculo fortitudinem ad clamandum effecit. Secundus est, quod Christus permisit quidem corpus pati, & nihil minuendo de passione miraculosè conseruauit fortitudinem naturæ ad clamandum, ita quod conseruatio fortitudinis fuit miraculosa, qua conseruatione desinente statim passio effectum mortis habuit, clamans enim expirauit. Primus modus facilior est, sed multiplicat miracula, quoniam, vt patet Matth. 27. Bis Christus clamauit, ac per hoc duobus miraculis opus fuit. Secundus autem modus, quem sequitur Auctor in litera, unico contentus est miraculo, scilicet conseruatione fortitudinis vsque ad extremum, ex illa enim pluries clamare potuit. Et altior est, quia vt in litera dicitur, ad hoc Christus conseruauit fortitudinem, vt mōstraret, quod nemo tollit animam suam a corpore suo, sed ipse ponit eam.

¶ In eadem responsione circa celeritatem mortis Christi, quia uoluit, considerandum est, quod celeritas illa fuit, & naturalis, & voluntaria. Nam ex parte corporis naturale fuit, quod Christus moreretur, antequam latrones morerentur, tum quia longe plura passus fuerat, tum quia delicatioris erat complexionis, tū quia corpus ieiuniis, uigiliis, atque laboribus debilitatum habebat, tum potissime, quia passio eius erat, puta scilicet sine redundantia consolationis: latrones enim consolabantur, alter spe, alter saltem sua sorte contentus. Ex parte uerò deitatis, & animæ instrumentaliter, fuit voluntaria: quia quādiu voluit conseruare fortitudinem patiendi fortis fuit, quam primum autem noluit conseruare, reliquit ipsum corpus sibi, & sic statim ex illatis passionibus directe, a sua vero voluntate indirecte, non prohibendo, cum posset, secuta est mors, non expectata latronum morte.

Ferr 4. cont. c. 55.
Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus fuerit ex obedientia mortuus.

SVP. Q. XLVII. ART. II.

259

Inf. q. 48. art. 2. & 3. cor. & 4. cō tr. c. 55. ad 13. & 16. & opu. 3. cap. 234. Et Roma. 5. le. 2. fi. & l. 5. fi.

CONCL. Conuenientissimum fuit, quod Christus ex obedientia pateretur.

¶ PROB. Quia Christum ex obedientia pati conueniebat & iustificationi humanæ, & reconciliationi Dei ad homines, & uictoriæ Christi de morte atque mortis authore (ut de his tribus mediis singillatim declaratur in textu)

¶ Not. Iam dictum est, quæstione trigesimaquinta, articulo octauo, circa conclusionem, quod in subiecta materia, id est quando de rebus Christi, quatenus ex parte Christi considerantur, loquimur; æquipollent ly esse conueniens, & esse conuenientissimū, ly conuenire, & maximè conuenire. Hoc saltem in sensu tunc dictum fuit, & ideo ne mireris, quod probatio vtitur positiuo, scilicet ly conueniebat, uel conueniens fuit, ad probandum superlatiuum conclusionis, scilicet ly conuenientissimum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit ex obedientia mortuus. Obedientia enim respicit præceptum: sed non legitur Christo fuisse præceptum, quod ipse pateretur. non ergo ex obedientia passus fuit.

¶ 2 Præterea. Illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quod facit ex necessitate præcepti: Christus autem non ex necessitate, sed uoluntarie passus fuit. non ergo passus est ex obedientia.

¶ 3 Præterea. Charitas est excellentior virtus, quam obedientia, sed Christus legitur ex charitate passus, secundum illud Ephes. quinto. Ambulate in dilectione, sicut, & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. ergo passio Christi magis debet attribui charitati, quā obedientiæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Philippensium secundo Factus est obediens patri usque ad mortem.

RESPON. Dicendum, quod conuenientissimum fuit, quod Christus ex obedientia pateretur. Primò quidem, quia hoc conueniebat iustificationi humanæ, ut sicut per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obedientiam, iusti constituantur multi, ut dicitur Roma. 5. Secundò, hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines. Vnde dicitur Roma. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, inquantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo, secundum illud Ephes. 5. Tradidit seipsum pro nobis, oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Obedientia uero omnibus sacrificiis antefertur, secundum illud 1. Reg. 15. Melior est obedientia quam uictimæ: & ideo conueniens fuit ut sacrificium passionis, & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertiò, hoc conueniens fuit eius uictoriæ, qua de morte, & actore mortis triumphauit: non enim miles uincere potest, nisi duci obediat, & ita homo Christus uictoriam obtinuit * per hoc, quod Deo fuit obediens, secundum illud Prouer. 21. Vir obediens loquitur uictorias. *Alias, pro eo.

Primum

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus mandatum accepit a patre, ut pateretur: dicitur enim Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestaté habeo iterum suméndi eam, & hoc mãdatum accepi a patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam. Ex quo, ut Chrysost.* dicit, non est intelligendum, quod prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere: sed uoluntarium mõstrauit processum, & contrarietatis ad patrem suspitionem destruxit: quia tamen in morte Christi lex uetus consummata est, secundum illud, quod ipse moriens dixit Ioan. 19. Consummatum est, potest intelligi quod patiédo, omnia ueteris legis præcepta impleuit. Moralia quidem, quæ in præceptis charitatis fundantur, impleuit inquantum passus est, & ex dilectione patris, & secundum illud Ioan. 14. Vt cognoscat mũdus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio, surgite eamus hinc, scilicet ad locum passionis, & etiam ex dilectione proximi, secundum illud Gal. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cæremonialia uero præcepta legis, quæ ad sacrificia, & oblationes præcipuè ordinantur, impleuit Christus sua passione, inquantum omnia antiqua sacrificia, figuræ fuerunt illius ueri sacrificii, quod Christus obtulit, moriendo pro nobis. Vnde dicitur Coloss. 2. Nemo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi, eo scilicet quod Christus comparatur ad illa, sicut corpus ad umbram. Præcepta uerò iudicialia legis, quæ præcipuè ordinantur ad satisfaciendum iniuriã passis, impleuit Christus sua passione: quoniam, ut in Psal. 68. dicitur, quæ non rapuit exoluit, promittens se ligno affigi pro pomo, qđ de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

* Ho. 59. in Ioan. in prin. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quod obedientia etsi importat necessitatem respectu eius, quod præcipitur, tamen importat uoluntatem respectu impletionis præcepti, & talis fuit obedientia Christi. Nam ipsa passio, & mors secundum se considerata, naturali uoluntati repugnabat: uolebat tamen Christus Dei uoluntatem circa hoc implere, secundum illud Psal. trigesimonono. Vt facerem uoluntatem tuam Deus meus uolui. Vnde dicebat Matth. vigesimosexto. Si non potest transire a me calix iste, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua.

AD TERTIVM dicendum, quod eadem ratione Christus passus est ex charitate, & obedientia: quia, & præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione ad patrem præcipientem.

1^m minor. Non legitur; Christo fuisse præceptum, quod ipse pateretur. ℞. Negatur. §. Nam hoc explicité legitur, Ioan. 10. Et implicite legitur in omnibus præceptis, tum moralibus, tum ceremonialibus, tum iudicialibus, ueteris legis: ut declaratur in tex. Ex quo formaliter dic: quod passio Christi intelligitur esse præcepta in tribus illis modo illorum, inquantum, scilicet ibi, tamquam in figuris, præfigurata est. Verbi gratia. In moralium præceptis de charitate, continebatur passio Christi, pro quanto ex charitate procedit; in ceremonialium uerò de sacrificiis, continebatur eadem, pro quanto sacrificium, & oblatio acceptissima Deo fuit, in iudicialium autem de satis factione, continebatur ipsamet, pro quanto fuit satisfactoria pro offensis à toto mundo factis Deo. Impleuit ergo Christ⁹ omnia præcepta legis in hoc, quod passus est, id quod denotatur ab ipso per ly consummatũ est: Et ideo abundantissime patet, quod ipse est passus, atque mortuus ex obedientia ad Deum, qui legis ueteris lator fuit.

2^m maior. Illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quod facit ex necessitate præcepti. ℞. Implendo uoluntarie illam necessitaté præcepti. §. Idest faciendo uoluntarie illud, ad quod obligatur per præceptum. Alioquin (ut patet) talis id non faceret ex obedientia, sed solum faceret ex aliquo alio respectu id, quod obedientia, id est superior præcipit: & ita non esset formaliter verus obediens. Tunc &c. Nam Christus homo fuit formaliter verus obediens, id est id, ad quod per præceptum obligabatur, fecit ex obedientia, id est adimpleuit voluntarie, hoc intuitu ductus, ut voluntatem præcipientis faceret. Verus ergo obediens formaliter, & facit id, quod præcipitur, & facit voluntarie, & facit hoc intuitu principaliter ductus, ut adimpleat voluntatem præcipientis. Cæterum pro captu meliori textus, de voluntate Christi vide quæstio. 18. articulis multis.

3^m illatio conclusionis. Ergo passio Christi magis, &c. ℞. Negatur illatio, pro quanto dicit ly magis, & ly quam. §. Non enim magis, sed eadem ratione Christus passus est ex &c. ut in tex. Ex quo dic, quod stant simul duo hæc, scilicet quod charitas sit excellentior uirtus, quam obedientia (ut d. maior) & quod non magis ex una, quam ex altera, passus sit Christus (ideo iure negabatur illatio.)

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à scripturis, quod Christus ex obedientia passus, & mortuus est. Vt Philip. 2. secundum quod est in argumen. cont. Ad cuius captum, quia ly usque ad mortem, intelligitur inclusioe, facit illud D. Bernardi, scilicet Christus potius perdidit uitam, quam obedientiam, & illud Matth. 13. abiit & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam, scilicet pretiosam margaritam. Negociator enim iste, qui inuenta pretiosa margarita dedit omnia sua, & comparauit eam, est Christus; qui inuenta obedientia, quæ diuinæ voluntatis adimpletionem requirebat (quo nihil pretiosius) pro ipsa habẽda & firmiter, tamquã ipsius possessor, secundum omnes temporis, atque loci circumstantias tenenda, uitam suam corporalem perdere voluit. Quo, inquam, nihil pretiosius; quoniam scriptum est Ecclesiast. 23. Nihil melius est, quam timor Dei, & nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini. Id quod est, nihil pretiosius esse, quam adimplere voluntatem diuinam ex obedientia, idest volontarie, ad complacendũ ei. Item insinuatur per hoc, quod dicitur Luc. 22. filius hominis secũdum quod definitum est uadit. Ibi enim loquitur de passione sua Christus, & ire secundum quod definitũ est à Deo, est pati ex obedientia ad tales Dei definitiones, siue (quod in idem redit) ad Deũ, qui talia definiuit. Ac si aperte per illa verba dixerit. Ego in patiendo, & in modo patiendi, adimplebo uoluntariè omnem Dei uoluntatem expressam in scripturis prophetarũ suorum. Nam ly secundũ quod supponendo pati importat modum patiendi; & ly uadit, dicit voluntarium quid; & ly definitum, determinationem voluntatis diuinæ eũ ipsius denunciatione in scripturis sanctis facta consignificat. Quando ergo dicit articulus, quod Christus passus est ex obedientia, quia loquitur secundum scripturas, intelligit: quod ipse & talia, & sic, ex obedientia passus est. Verbi gratia. Flagellari, spinis coronari, passus fuit ex obedientia: & flagellari sub Pontio Pilato, id est ad iussionem, seu ad dictum Pilati, passus est ex obedientia. Ita quod tunc obediuit Christus, & Pilato, & ministris eius, ex obedientia ad Deum patrem. Quod autem de Pilato dico, & eius ministris, intelligendum est etiam de Anna, Caypha, Herode, ipsorumque ministris. Et hoc est, quod Christus de obedientia sua loquens dixit Ioan. decimoquarto. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Id est. Ego mandatum, quod pater mihi dedit, adimpleo: & sic illud adimpleo, sicut mandauit pater, id est modo illo obedio, quo pater volt me obedire. Quod utique nullo rectam rationem habentium discrepante, non tantum est obedientia; sed etiam perfectissima obedientia. Anthonomatice ergo intelligitur in articuli conclusione ly ex obedientia, id est ex summa, seu perfectissima obedientia. Porrò, quod ex scripturis iisdem præmissis insinuetur quoque hoc, scilicet Christum pati ex tali obedientia fuisse conuenientissimum: prudens Lector vigili suo ingenio facile intelliget ex declaratis in quæstione quadragesimaprima, articulo primo, Corollarii, post conclusionum. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conuenientissimum fuit, ut Christus ex obedientia pateretur. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ Mémento colligere ex responsione ad primum, & tertium, quod Christus sua passione adimpleuit legẽ totam: charitate quidem,

dem,& obedientia summa omnia præcepta moralia: sacrificio summo suspsius,omnia ceremonialia: latus factione summa tanç pene omnia iudicialia. Et si his iunxeris, q in his tribus clauduntur mā data omnia iuris diuini,iuris naturalis,& iuris positiui secundū genus,uidebis quod Christus in sua passione impleuit omnem iustitiam omnis generis iuris,& præceptis.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus pater tradiderit Christum passioni.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Deus pater non tradiderit Christum passioni. Iniquum enim, & crudele videtur esse, quod innocens passioni, & morti tradatur: sed sicut dicitur Deuter. 32. Deus fidelis,& absque vlla iniquitate. ergo Christum innocentem non tradidit passioni, & morti.

¶ 2 Præt. Non videtur quod aliquis a seipso,& ab alio morti tradatur: sed Christus tradidit semetipsum pro nobis,secundum quod dicitur Isa. 53. Tradidit in mortē animam suam. Non ergo uidetur, qđ Deus pater eum tradiderit.

¶ 3 Præt. Iudas uituperatur,ex eo quod tradidit Christum Iudæis secundum illud Ioan. 6. Vnus ex uobis diabolus est: quod dicebat propter Iudā, qui eum erat traditurus. Similiter etiam vituperantur Iudæi, qui eum tradiderunt Pilato, secundum quod ipse dicit Ioan. 28. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Pilatus etiam tradidit ipsum, vt crucifigeretur,ut habetur Ioan. 19. non est autem participatio iustitiæ cum iniquitate, vt dicitur 2.Corinth.6. ergo uidetur, quod Deus pater non tradiderit Christū passioni.

SED CONTRA est,quod dicitur Ro. 8. Proprio filio suo nō pepercit Deus,sed pro nobis omnibus tradidit illum.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est *) Christus passus est uoluntariè ex obedientia patris. vndè secundum tria, Deus pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo, secundum quod sua æterna voluntate præordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem, secūdum illud, quod dicitur Isaiæ 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & iterum, Dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Secundò, inquantum inspirauit ei uoluntatē patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem. vnde ibidem sequitur, Oblatus est, quia uoluit. Tertiò, non protegēdo eum à passione, sed exponendo persequentibus onde, & legitur Matth. 27. quod pendens in Cruce Christus dicebat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, ut August. * dicit, de gratia noui Testamenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod innocentem hominem passioni, & morti tradere contra eius uoluntatem, est impium, & crudele: sic autem Deus pater Christum nō tradidit, sed inspirando eius uoluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur, & Dei seueritas,qui peccatum sine pœna dimittere noluit (quod signat Apostolus dicens. Proprio filio suo non pepercit) & bonitas eius in eo, quod cum homo sufficienter satisfacere non posset per aliquam pœnam quam pateretur, ei satisfactorem dedit, quod signauit Apostolus dicens, Pro nobis omnibus tradidit illum, & Roma. 3. dicit, Quem scilicet Christum, proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

AD SECVNDVM dicendum, q Christus secundum quod Deus, tradidit semetipsum in mortem eadē voluntate, & actione, a qua, & pater tradidit eum: sed inquantum homo, tradidit seipsum uoluntate a patre inspirata. vnde non est contrarietas in hoc, quod pater tradidit Christum, & ipse tradidit semetipsum.

AD TERTIVM dicendum, quod eadem actio diuersimode iudicatur in bono, uel in malo, secundum quod ex diuersa radice procedit. Pater enim tradidit Christum, & ipse semetipsum, ex charitate, & ideo laudantur, Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Iudæi autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cęsarem, & ideo ipsi vituperantur.

AR-

Medina ar. 3.

SVP. Q. XLVII. ART. III.

COncl. Secundum tria tradidit Deus pater Christum passioni.

260 ¶ PROB. Quia passioni Christum Deus pater tradidit, & secundū suam præordinationem æternam de Christo ꝓ nobis passuro,& secundum infusionem charitatis inclinātis Christū ad patiendū ꝓ nobis,& sm quod non protexit eum a passione, sed potestati prosequentiū exposuit (ut de his tribus declaratur in tex.)

3.d. an.ar. 5. q. 1. Et quol. 1.ar. 3.fi.& Matth.26.

1m maior. Iniquū & crudele uidetur esse, quod innocēs passioni,& morti tradatur. ℞. Si et tradatur contra suam uoluntatem. §. Tunc &c. Nam sic, id est contra Christi uolūtatē, Deus pater ipsum passioni & morti non tradidit; sed secundum Christi humanam uoluntatem. Ipse autem Deus pater inspirauit ei uoluntatē patiendi, &c. ut in tex. Pro cuius captu scias; quod intelligitur de potente tradere absq; peccato passioni & morti innocentem; puta, de domino uitæ & mortis (qualis est Deus pater). Item intelligitur de tradente innocentem secūdum ipsius innocentis voluntatem, quādo tradens, quantum est ex parte sua, non putat facere contra uolūtatem innocentis. Ex textu ergo sic (ut oportet) intellecto patet, quod non habēt excusationem de peccato iniquitatis, impietatis, & crudelitatis Principes Iudęorum, ac gentium; licet tradiderint Christum secundum ipsius uoluntatem passioni. Non enim ipsi erāt domini voluntatis Christi, neque vitæ, & mortis ipsius: & ultra hoc, putabant pro certo, & eum sic tradendo nolebant quātum in ipsis erat, facere contra voluntatem Christi. * art. priore

2m maior. Nō uidetur, quod aliquis à seipso & ab alio morti tradatur. ℞. Nisi uoluntas utriusque tradentis sit eadem vel numero, uel per conformitatem. §. Tunc nihil, &c. Nam Dei patris, & Christi ut Dei, voluntas est una numero; ipsius autem patris, & Christi ut hominis, voluntas est una per conformitatem. Vide q. 18. ar. &c.

3m de conclusione. Deus pater Christum non tradidit. ℞. Motus ex radice mala. §. Ex qua tamen moti sunt dicti in præmissis. Tunc nihil, &c. ut patet.

tet. Hinc damnatur hæresis Iudaistarum (ut refert Philaster) dicentium: Iudam, cum tradidit Christum fecisse opus bonum; eo quod sciret, Christum, sic salutem hominibus allaturum. Vnde & adoratur a quibusdam sceleстissimis. Contra quos vide 1. q. 13. ar. in. Elucid.

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, quod Deus pater tradidit Christum passioni. Ve Rom. 8. Secundum qđ est in argumen. contr. Item ab Actu. 4. Conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, & Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel, facere: quæ manus tua, & consilium tuum, decreuerunt fieri. Ex eo enim quod Deus pater decreuit fieri aduersus Christum omnia illa pœnalia, quæ Iudæi ac gentes ferūt, sequitur apertè: quod Deus ipse tradidit Christum passioni cuicumque à persequentibus Christo inflictæ. Dixi ly pœnalia, ad differentiam culpæ: quoniā, si de prædictis, Actu. 4. Inquantum culpabilia sunt, loquimur; sic Deus non decreuit illa fieri, sed decreuit pmittere, illa fieri. Non enim vult Deus culpā, cum uelle peccatum non sit bonum: sed vult permittere culpā, quoniam permissio peccatorum est bonum in Deo, 1. quæstio. 19. ar. 9. & q. 23. ar. 2. ad secundum. Differētiam hanc de uelle Dei absoluto, & de ipsius uelle permissiuo, item de pœnalibus, ut pœnalia sunt, & de pęnalib. ut culpabilia sunt; diligenter aduerte: quam sciolus quidam (Caluinum dico) nesciens, aut certe nescire uolens (aperta est enim duplex hæc differentia intelligentibus rectè scripturas) non erubuit tales cunmere hæreses, quales uel posse pre sua prauitate concipi ab aliquo alio quamuis scęlesto, uix existimes. Hæresium tam detestabilium, ignorantiam maximam Caluini exprimentium, damnationem pleniorem (hic enim occasione textus Actu 4. incœpta solum est) vide in Veritatibus Aureis super totam legem veterem, Genes. 2. conclusio. 10. & cap. 3 conclus. 6. Item pri. par articulorum numero 123. 259. 475. 507. 515. cum Elucid. Item 1.2. articulorum numero 428. cum Elucid. Item * in episto. 120. ex c. 6.& 10.to. 2.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Addi-

Additio articulorum numero 198. cum Elucida. Insinuatur & illud, in principio appendicis dictum a psal. 88. Tu uerò repulisti, & despexisti Christum tuum; destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem. Exaltasti dexteram deprimentium eum; lętificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladii eius; & non es auxiliatus ei in bello. Perfudisti eum confusione. His enim uerbis Psalmista alloquitur Deum patrem, ostendēs prophetando; quid pater facturus sit (licet præterito, ad certitudinem rerum denotandam, utatur) erga Christum ipsius Dei patris filium in tempore passionis eius: & summatim per hæc dicendo declarat, ac declarando dicit, quod Deus pater tradidit Christum passioni multiplici, aduersariorumque potestati, renuens ei auxiliari in bello. Nota, quam optime propheta declaret sensum illius uerbi à Christo in cruce dicti, scilicet Hely, Hely, Lamazabatani: & quod ly lętificasti omnes inimicos eius, intelligitur solum quo ad exteriorem persecutionem. Nam quo ad interiorem, quæ importat peccatum, scilicet impatientiam, iram, odium, uel inuidiam contra persecutores, authoritas illa non potest intelligi; quoniam est ueraciter in contrarium alia recte intellecta, psal. uigesimonono. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, (dando, scilicet mihi patientiam, ftasque inter omnia aduersa sine ullo peccato); nec delectasti inimicos meos super me. Hinc vide: quomodo Deus pater tunc simul erat derelictor, & susceptor Christi: secundum diuersas cōsiderationes. Iuuabit quoque ad ampliorem huius rei intelligentiam videre Verit. Aur. super legem vet. Num. 21. concl. 6. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Deus pater tradidit tripliciter Christum passioni. Probatur Christus passus est ex obedientia patris. ergo. Et declaratur conclusio quo ad omnia membra, scilicet ordinationem, inspirationem, nō protectionem: hæc enim tria inferuntur ex obedientia ordinate: nam obedientia huiusmodi infert in præceptorem institutionem, in obediente inspirationem, in exequutore permissionem.

¶ In responsione ad primum, nota quod illa propositio, innocentem hominem passioni, & morti tradere inuitum, est impium, & crudele intelligitur absolutè, & non in ordine ad Deum, cuius sunt uita, & mors, qui potest absque impietate, & crudelitate innocentem, inuitum tradere passioni, & morti, sicut potest pro libito talem annihilare. Utitur autem Auctor propositione ista tractando de Deo, ut ostendat quod traditio Christi in mortem ab ipso Deo, non est secundum se absolute iniusta: quia non inuitus sed uoluntarius traditus est in mortem, sponte obediens Deo ad hoc. Decuitque Deum non omnipotētia sua uti in traditione huiusmodi, qui definiuerat uinci diabolum non potentia, sed iustitia, & propterea usus est suaui dispositione, tradendo Christū uoluntarium ad huiusmodi obedientiam.

Medina ar. 2.

SVP. Q. XLVII.

ART. IIII.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit conueniens Christum pati a Gentilibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod fuerit conueniens, Christum pati a Gentilibus: quia enim per mortē Christi homines erant a peccato liberandi, conueniens uidebatur, ut paucissimi in morte eius peccarēt. Peccauerunt autem in morte eius Iudæi, ex quorum persona dicitur Matthæi 21. Hic est hæres, uenite occidamus eum. ergo uidetur conueniens fuisse, quod in peccato occisionis Christi gentiles, non implicarentur.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed figuralia sacrificia ueteris legis non gentiles, sed Iudæi offerebant. ergo neque passio Christi, quæ fuit uerum sacrificium, impleri debuit per manus gentilium.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Ioan. 5. Iudæi quærebant Christum interficere, non solum quia soluebat sabbatum, sed quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se Deo faciens: sed hoc uidebatur esse solum contra legem Iudæorum, unde, & ipsi dicunt Ioan. 19. Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. uidetur ergo conueniens fuisse, quod Christus non a gentilibus, sed à Iudæis pateretur, & falsum esse quod dixerunt, nobis non licet interficere quemquam, cum multa peccata secundum legem morte puniantur, ut patet Leui. 2.

SED CONTRA est, quod ipse Dominus dicit Matth. uigesimo. Tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.

RESPON. Dicendum, quod in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primo enim passio Christi effectum salutis habuit in Iudæis, quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt, ut patet Actuum 2. & 3. Secūdo uero Iudæis prædicantibus, effectus passionis Christi trāsiuit ad gentes, & ideo conueniens fuit ut Christus a Iudæis pati inciperet, & postea Iudæis tradentibus, per manus gentilium, eius passio finiretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus ad ostendendam abundantiam charitatis suæ, ex qua patiebatur, in cruce positus ueniam persecutorib. postulauit, & ideo ut huius petitionis fructus ad Iudęos, & gentiles perueniret, uoluit Christus ab utrisque pati.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi fuit sacrificii oblatio, inquantum Christus propria uolūtate mortē sustinuit ex charitate. Inquantum autem a persecutoribus est passus, non fuit sacrificium, sed peccatum grauissimum.

AD

261 CONCL. Conueniens fuit, ut Christus à Iudæis pati inciperet, & postea, Iudæis tradētibus, per manus gentium eius passio finiretur.

¶ PROB. Quia conueniens fuit: ut in ipso modo passionis Christi præfiguraretur effectus ipsius (id est effectus salutis, quem passio Christi debebat afferre): & effectus talis primo apparuit in Iudæis (Act. secundo, tertio.) postea mediantibus Iudæis prædicantibus, transiuit ad gentes.

¶ COROLL. Ergo uictoria crucis Christi in passione eius descripta est.

1m maior. Cōueniens uidetur ut paucissimi in morte eius peccarent. R. Negatur attento tamen effectu ex oratione Christi uenturo. §. Christus enim ad ostēdendum abundantiam, & cætera, ut in textu. Ex quo ad probationem illam maiori insertam, scilicet quia per mortem Christi homines erant a peccato liberandi, dic; quod nō probat negatum cum limitatione sibi annexa. Pro cuius captu memento dicti illius Galat. 3. Conclusit scriptura, omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et iterum illius Rom. 11. Conclusit Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Hæc tamen (ut tetigit responsum) non ratione peccati, secuta sunt conuenientia & bona: sed ratione abundantissimæ charitatis Dei. Vide ergo Roma. 5. circa finem, & 6. circa principium. Hinc dicas: textus huius doctrinam assimilari dicto B. Gregor. O fœlix culpa; quæ talem, ac tātum sibi meruit redemptorem, quęstio. 1. articulo 3 ad tertium. Vide Veritates Aureas super legem ueterem Genes. 50. conclusione secunda. cum ibi citatis. Hinc etiam per textum hunc responsalem excludi scito. manifeste heresim Boquinorū, dicentium, quod Christus est mortuus solum pro fidelibus, ac piis. Contra quos damnationem diffusiorem si uis; vide Veritates Aureas super totam legem ueterem, Leui. 4. conclusione 6. & cap. 16. conclusione 8.

2m illatio conclusionis. Ergo neque passio Christi, &c. R. Negatur illatio §. Procedit enim ex supposito falso in præmissis subintellecto, scilicet quod ueteris legis sacrificia essent figura passionis Christi, quatenus ipsa passio est ab occidentibus Christum facta. Nam si sic passionis Christi fuissent figura: tunc non sacrificiū Deo acceptissimum, sed peccatum grauissimum Deo odibilissimum signassent. Quare dicendum est contra illud falsum suppositum: quod sacrificia ueteris legis fuerunt figura passionis Christi, quatenus ipsa passio a Christo patiente oblata fuit Deo in reconciliationem totius generis humani. Passio enim Christi fuit sacrificii oblatio, & cætera, ut in tex. Ex quo patet, quod loqui de

passione

passione Christi, prout impletur per manus gentilium (ut facit illata conclusio) uel Iudæorum (vt præfigurat minor) non est loqui de passione Christi, prout est sacrificium tamquam ueritas à sacrificiis antiquis figuratum, & consequenter patet, quod sic loqui est omnino extra propositum.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut August. * dicit, Iudæi dicentes, nobis non licet interficere quemquam, intellexerunt, non sibi licere interficere quemquam, propter festi diei sanctitatem, quam celebrare iam cœperant. Vel hoc dicebant (ut Chrysost. * dicit, quia nolebant eum occidi, nō tamquā transgressorem legis sed tamquam publicum hoste, quia se regem fecerat: de quo non erat eorum iudicare, uel quia non licebat eis crucifigere, quod (cupiebant) sed lapidare, quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicendum est, quod per Romanos, quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

*trac.114. in Io. circa med. to. 9.

*Ho. 8x. in Ioan. post med. illius to. 3.

3m illatio conclusionis. Videtur ergo conueniens, &c. R. Negatur illatio, §. Procedit enim ex falso in præmissis incluso, scilicet quod interficere Christum, secundumque Iudæi intendebant, esset in potestate Iudæorum absoluta: ut bene multipliciter talis falsitas declaratur in tex. Ex quo patet, quod illud in conclusione illata dictum, scilicet & esse falsum, quod dixerant, nob. no. li. int. quemquam debere negari quod sit falsum. Ad probationem ly cum multa peccata, &c. responsio ex eodem textu habetur quod scilicet nihil probat in proposito. Nam mors Christi, qualem isti intendebant, diuersa erat a talibus mortibus in Leuit. 20. concessis. Non enim ibi agitur de morte crucifixionis; neque alicuius tamquam publici hostis, sed solum tamquam transgressoris legis: Et Iudæi, ad quos tunc fit sermo, nondum erant subiecti Romanis, à quibus (vt d. textus) erat ipsis potestas occidendi interdicta.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum à scripturis, quod conueniens fuit, ut Christus pateretur a gentilibus. Vt Matth. 20. Secundum quod ponitur in argumen. contr. Sufficit enim narrasse factum; quoniam in proposito sunt idem duo hæc, scilicet esse factum, & esse conuenienter factum, quatenus tamen factum huiusmodi cōsideratur ex parte Christi. Vide quæstio. 35 art. 8. Elucid. & quæstio. 41. art. 1. Corollar. post conclusio. & alibi in aliis locis Elucidationum Item insinuatur a Genes. 37 extrahentes Ioseph de cisterna vendiderunt eum Ismaelitis. Et cap. 39. emit eum vir Aegyptius princeps exercitus Pharaonis de manu Ismaelitarum. Et infra. His auditis Dñs Ioseph, & nimium credulus verbis coniugis, tradidit Ioseph in carcerem; ubi vincti regis custodiebantur. Per hæc enim simul iuncta patet, quod figura Christi, idest Ioseph, quod etiam ob hoc mysticè uocatur Saluator mundi, cap. 41. à Iudæis fratribus primò patitur, utpote ab eis post missionem in cisternam venditus; deinde patitur ab Ismaelitis, & uiro illo Aegyptio, idest gentilibus: quo præsignabatur euentum, scilicet quod Christus, ut figuræ correspon deret, a gentibus passurus erat; postquam primò à Iudæis inceperat pati. Porrò quod a figuris ad figurata liceat efficaciter argumentari, docet consilium Hispalense secundum, facto suo circa sacerdotium: quod vide narratum à Veritatibus Aureis super totam legem veterem, Leuit. octauo, conclusione secunda. Ceterum pro ampliori præcedentium & præsentis textus noticia, vide easdem Veritates Aureas Genes. trigesimoseptimo, conclusione sexta. Et capit. quadragesimoquinto, conclusione 6. & capit. 48. conclusio. 6. Secundò vides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 2

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio: Conueniens fuit, vt Christi passio à Iudæis inciperet, & mediantib. ipsis per gentiles finiretur. Probatur, Conuenienter effectus passionis præfiguratus est in modo ipsius passionis: sed fructus inchoauit in Iudæis, & per ipsos peruenit ad gentiles. ergo conueniens modus fuit, vt Christi passio a Iudæis inciperet, & per ipsos a gentilibus finiretur.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christi persecutores eum cognouerint.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod persecutores Christi eum cognouerint. Dicitur enim Matth. 21. quod agricolæ videntes filium, dixerunt intra se, Hic est hæres, uenite occidamus eum. ubi dicit Hier. * Manifestè Dominus probat ex verbis Iudæorū, Principes nō per ignorantiam, sed per inuidiam, Dei filium crucifixisse: intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per prophetam dicit, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. ergo uidetur qd cognouerint eū esse Christum, uel filium Dei.

¶ 2 Præt. Ioan. 15. Dominus dicit, Nunc autem, & uiderunt, & oderūt & me, & patrem meum: quod autē uidetur, manifestè cognoscitur. ergo Iudæi cognoscentes Christum, ex causa odii, ei passionem intulerunt.

¶ 3 Præt. In quodam sermone Ephesini Concilii dicitur, Sicut qui chartam Imperialem discerpserit, tamquam Imperatoris disrumpens verbum, ad mortē addicitur, sic crucifigens Iudæus quem viderat, pœnas dabit, tamquam in ipsum Deū uerbum præsumptiones iniciens. Hoc autem non esset, si eum esse Dei filium, non cognouissent, quia ignorantia eos excusasset. ergo videtur, quod Iudæi crucifigentes Christum cognouerint esse filium Dei.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Corinth. 2. Si cognouissent numquam dominum gloriæ crucifixissent. & Act. 3. dicit Petrus, Iudæis loquens; Scio quia per ignorātiam fecistis, sicut, & principes vestri. & Dominus in cruce pendens dicit Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.

RESP. Dicendum, quod apud Iudæos quidam erant maiores, & quidam minores. Maiores quidem, qui eorum principes dicebantur, * (ut dicitur in lib. Quæstionum vete. & nou. Testam.) sicut & dæmones, cognouerunt eum esse Christū promissum in lege, omnia signa videbant in eo, quæ dixerant futura prophetæ. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabāt, & ideo Apostolus dicit, qd si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent, sciendum tamen, quod eorum ignorantia nō eos excusabat a cri-

*August. in lib. qq. ex nou. testa. qui incipit Deus certe, q6.66. a me. tu. 4.

SVP. Q. XLVII.

ART. V.

COncl. 1. Principes Iudæorum cognouerunt, Iesum esse Christum promissum in lege: mysterium autem Deitatis eius ignorabāt: ignorantia tamen inexcusabili.

262 Opusc. 60. c. 18. in fin. Ethich. ad Cor. 2. le. 2.

* Id innuit e. xx. Mat. in fi. illius, to. 9. & ēt in gl. ordi.

¶ PROB. Primò, quia hoc dicitur in libr. noui, & ueteris testamenti. Secundo, quia videbant in eo omnia signa, quæ de ipso prædixerant prophetæ. Secunda autem pars, scilicet mysteriū, &c. probatur; Quia Apostolus hoc docet per ly si cogno. nun. d. glo. cruc. Tertia uerò pars; scilicet ignorantia, &c probatur primò; Quia erat ignorantia quodammodo affectata (uidebant enim &c.) Secundo, Quia hoc patet Ioan. 15. Tertio, quia per adaptationem accipitur ex Iob xx.

¶ EXAM. Ly ignorantia quodammodo affectata. Hoc est, ignorantia simpliciter crassa, & secundum magnam partem affectata. Simpliciter crassa dicitur, quia isti poterant ex uisione signorum, & dictorum Christi cognoscere deitatem ipsius, & illa signa & dicta ad hūc bonum finem considerare nolebant. Secundū magnam partem affectatā dicitur, quia isti signa illa, & dicta Christi ex odio & inuidia peruertebant. Ex ignorantia ergo ipsa, inquantum crassa, non excusabātur de infidelitatis peccato, ex ignorantia autem illa, inquantum affectata, accusabantur: Affectata enim non tantum neq; totaliter neque partialiter excusat peccatum; sed accusat, 1 2. quæstio. 76. art. 3. 4. Vide etiam hic ad tertium. Item ly si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent. Hoc est. Si cognouissent Christum esse uerum Deū; cognouissent simul, Christum esse omnipotentem: & tunc, stante ista cognitione non impedita, Iudæi saltem timore ducti, nè ab omnipotente Christo priuarentur iuste suis ipsorum regnis, & sedibus, numquam illum crucifixissent.

existent. Expositio hæc patet ex loco à simili, quæstio 44. art. 2. ad secundum, si.

¶ Concl. 2. Populares communiter, non plenè cognouerunt; Iesum esse vere Christum, nec filium: De qua re tamen aliquando dubitauerunt: sed post a suis principibus decepti sunt.

¶ Exam. Ly populares communiter. Hoc dicitur ad differentiam aliquorum popularium qui in ipsum crediderunt.

¶ Prob. Quia populares mysteria scripturæ non nouerant: & cõsequenter omnia signa de Christo a prophetis prædicta applicare ei non poterant (sicut poterant principes, conclusio. 1.) Secunda autẽ pars, scilicet de qua re, &c. probatur: Quia ex multitudine signorum, & efficacia doctrinæ, illius adducti sunt ad dubitandum quod ipse esset Christus, declinantes, scilicet ad affirmatiuam (ut patet Io. 7.) Tertia uerò pars, scilicet, sed post &c. patet ex dicto Beati Petri. Actu 3.

¶ Exam. Ly quia, s. per principes seducti errant. Hoc additur, tamquam expositio sententiæ præmissæ Ac si apertè dictum sit. Ideo in illa sententia Actu. 3. fit mentio de principibus: ut ostendatur, unde processit ignorantia popularium, quod scilicet processit à principibus. Nõ tamẽ intelligas hoc sic, scilicet quod principes à consimili ignorantia moti causauerint similem, de quali intẽditur ibi, ignorantiam in popularib⁹, sed quod principes ex odio, & inuidia contra Christum moti contra propriam conscientiam de industria loquentes causarunt ignorantiam illam in illis minoribus. Vide conclusio. 1. maxime quo ad primam partem, ex cuius applicatione ad hunc locum facilè cognosces, quæ nunc dicimus. Hinc quoque expones ly sicut, idest illud, quod. Hoc est. Scio, quod uos populares per ignorantiam fecistis illud factum, quod principes uestri fecerunt, scilicet per malitiam. Vnde idem Apostolus in Actu. 4. durioribus verbis reprehendit principes de hoc eodem facto, tamquam ex ipso modo loquendi dans intelligere, quod ipsi principes non peccarunt per ignorantiam, prout illi minores, quos nunc in cap. 3. mitiori loquela castigat, sed per malitiosam inuidiam. Dices igitur, quod ly sicut, quod est aduerbium similitudinis, dicit hic popularium & principum similitudinem in facto, nõ autem eorumdem similitudinem in modo faciendi. Vtrique enim simile factum fecerunt, sed non simili modo, cum minores modo excusabili, maiores uerò modo inexcusabili, crucifixerunt Christum. Vel dices (quod tamen in idem redit) quod utrique conuenerunt in facto, cum ambo crucifixerint, sed disconueniunt in causa facti, cum minores ex ignorantia maiores, autem ex malitia crucifixerint: Et ideo ly sicut, dicit similitudinem in facto, non in causa facti.

1m de conclusione. Cognouerunt. R. Vel cognoscẽdi signa euidentia habuerunt §. Sic enim debere hoc glossari, monstrat sensus B. Hieronymi expositus in textu. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusione prima, quam argumentum, cum de uineæ colonis loquatur, impugnat. Nam inde habetur, quod maiores cognouerunt de facto, ipsum esse Christum, & quod habuerunt euidentia signa cognoscendi, ipsum esse uerum Dei filium, id est Deum. Vide conclu. 1. cum probat. & exam. sed & exam. post conclu. 2.

mine, quia erat quodãmodo ignorantia affectata: uidebant enim euidentia signa diuinitatis ipsius, sed odio, & inuidia Christi, ea peruertebant, & uerbis eius, quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Vnde ipse de eis dicit Io. 15. si non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo. Et postea subdit, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et sic ex persona eorum accipi potest, quod dicitur Iob 21. Dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus. Minores uero, id est populares, qui mysteria scripturæ non nouerant, non plenè cognouerunt ipsum esse nec Christũ, nec filium Dei: licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem, & efficaciam doctrinæ, ut habetur Ioan. 7. tamen postea decepti fuerunt à suis principibus, vt eum non crederent, neque filium Dei neque Christum. vnde, & Petrus eis dixit, Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut, & Principes uestri, quia scilicet per principes seducti erant.

Ad primum ergo dicendum, quod illa verba dicuntur ex persona colonorum uineæ, per quos significantur rectores illius populi, qui eum cognouerunt esse hæredẽ inquantum cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: sed cõtra hanc responsionem esse uidetur quod illa uerba Psalmi, Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, ei dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. sic ergo cognouerunt eum esse filium, cui dictum est, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, sequitur quod cognouerint eum esse filium Dei. Chrysost.* etiam ibidem dicit, quod cognouerunt eum esse filium Dei. Beda etiam dicit super illud Luc. 23.† Quia nesciunt, quid faciunt; Notandum, inquit, quod non pro eis orat, qui quem filium Dei intellexerunt, crucifigere, quã confiteri maluerunt: sed ad hoc potest responderi, quod cognouerunt eum esse filium Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratię singularis. Possumus tamen dicere, quod etiam uerum Dei filium cognouisse dicuntur: quia euidentia signa huius rei habebant, quibus tamen assentire, propter odium, & inuidiam noluerunt, ut eum cognoscerent esse filium Dei.

Ad secundum dicendum, quod ante illa uerba præmittitur, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. & postea subditur, Nunc autem viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum, Per quod ostenditur, quod uidentes opera Christi mirifica, ex odio processit quod eum filium Dei non cognouerunt.

Ad tertium dicendum, quod ignorantia affectata, non excusat à culpa sed magis uidetur culpam aggrauare, ostendit enim hominem sic uehementer esse affectũ ad peccandum, quod vult ignorantiam incurrere, ne peccatũ uitet. & ideo Iudæi peccauerunt, non solum hominis Christi, sed etiam tamquam Dei crucifixores.

AR-

2m illatio conclusionis. Ergo Iudæi cognoscentes, &c. R. Negatur illatio. § Procedit enim ex hoc, quod male intelligit præmissas. Nam in maiori ly uiderunt, nõ habet pro accusatiuo Christum esse filium Dei (ut argumentum putat), sed habet pro accusatiuo opera Christi, Sic enĩ exponitur, Nũc autem & uiderunt, scilicet opera mea; & uiderunt me & patrẽ meũ, id est, & ex odio eorũ processit, quod ipsi ex operibus uisis non cognouerunt me esse filiũ Dei patris, neque Deũ patrem esse patrẽ meũ. Ex odio, inquam, processit, quoniam si in cognitionem ipsorũ operum puræ, id est sine oculamine odii, oculos mẽtis defixissent, cognouissent utrumque, scilicet ipsum esse Dei filium, & Deum patrem esse eius patrem. Nam opera ipsa, quantum ex parte operum talium, diuinitatem Christi ostendebant, quæst 43. artic. 4. Rursum. Quando dicit minor, quod uidetur, manifeste cognoscitur, ly uidetur debet referri ad opera Christi, quę Iudæi uiderunt, eaque ideo manifeste ad extra cognouerunt, nõ autem debet referri ad Christum esse uerum filium Dei, quasi quod ipsi de facto uiderint hunc.

3m minor. Hoc autẽ non esset, si eum Dei filium non cognouissent. R. Vel si cognoscẽdi eum esse Dei filium, signa euidentia non habuissent. § Tunc &c. Nam (ut ex prædictis patet) signa talia habuerunt à Christo, ut eum inde possent, & deberent cognoscere, quod erat uerus Dei patris filius. Quod autem ex his nisi mirabilibus signis eum pro tali de facto non cognouerint, stetit per eos, id est fuit ex impedimento ab eis lumini tali, seu ostensioni signorum, uoluntarie apposito, ac si quis uenienti lumini ad fenestram, ut ingrediendo cameram purificet, claudat ipsam fenestram. Ideo ignorantia talis ipsorum nõ eos excusat (ut putat probatio illius minoris,) sed magis accusat (ut dicitur in tex.)

*Ho. 40. in Mat. in op. imp. a me. to. 2.

† ca 94. secund. ordi. Bedæ circa princ. to. 2.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem, tamquam in radice supposita, interimas hæreses Theodori dicẽtis: De Christo nihil expresiè dictum fuisse in ueteri testamento. Et Buceri, dicẽtis, Christus non esse uerum illum promissum, sed alium cum Iudæis expectandum. Hoc enim tamquam radicem firmissimam (ut patet) supponit articulus, scilicet quod principes Iudæorum signa omnia a prophetis de Messia, id est de Christo prædicta uiderint verificari de Iesu Nazareno. Constat siquidem quod nõ nisi de prophetis ueteris testamenti, quibus solis Iudæi studebant, loquitur, & consequenter quod & aliqua signa expresse fuerũt dicta de Christo in ueteri testamento, & quod illa de Iesu uerificata sunt, & quod ideo Iesus ipse est uerus Messias, id est uerus Christus

stus in lege ueteri promissus, & quod nullus alius est cum Iudęis modernis expectandus. Nam in odium Iesu Christi,& Christianorum moderni Iudæi deprauarunt & deprauant scripturas apertas de Messia prædictas: qeoniam (vt patet 2. Corin. 3.) illi vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamẽti manet non reuelatum; sed cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Nec mirum certe: quia iusto Dei iudicio, illa ipsorum maledictio contra eos descendit, qua se cum suo furore contra Christum cæcati condemnauerunt vnanimiter conclamantes, sanguis eius super nos,& super filios nostros, Matt. 27. De velamine prædicto (in confirmationem etiam textus præsentis, scilicet quod Iudæi antiqui, nõdum velamine posito super cor eorum, viderunt omnia signa prophetarum de Iesu Christo verificari) vide Veritates Aureas super totam legem veterem, Exod.
2 34. conclusio. 8. 9. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hæreses illas meritò damnari à Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius; donec veniat, qui mittendus est. Idest, donec veniat Messias. Sic enim habet translatio Chaldaica apud Iudæos tam authentica, vt in passibus textus Hębraici dubiis ea pro expositione vtantur. Item à Mich. 3. Tu Bethleem,&c. Ex te enim exiet dux. Idest, Messias (secundum translationem Chaldaicam.) Item à Hierem. 23. Ecce dies veniunt, dicit Dominus,& suscitabo Dauid germẽ iustum. Idest, Messiam. Nomine enim iusti, simpliciter dicti in scripturis intelligitur Christus: quoniam ipse solus sine ullo peccato semper fuit tam in actu, quam in potentia. Sic namque de ipso legitur, & intelligitur illud Isa. 53. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Itẽ à Daniel. 9. Post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus,& non erit populus eius, qui eum negaturus est. Ecce in vulgata latina editione fit etiam expressa mentio de Christo, id est Messia. Nam ly Christus, quando simpliciter, idest nullo alio addito in contextu dicitur (ut hic) tunc sumitur in scripturis pro Messia mundi redemptore: licet, quando cum alio addito in circumstantibus locis dicitur, sumatur pro illa persona per additum designata, vt in dignitate tali puta regali, sacerdotali, vel prophetali, per vnctionem constituitur. Vt Isa. 45 Christo meo Cyro. Et 1. Reg. 10. Num coram Domino est Christus eius? & ibid. 24 num faciam rem hanc domino meo Christo? & ibid. 26 Quis extendet manum suam in Christum Domini,& innocens erit? & item. Nõ custodistis Dominum uestrum Christum. Et 2. Reg. 1. Vt occideres Christum Domini? Item Psal. 104. Nolite tangere Christos meos. Danielis verò dictum, ad propositum veri Messię mundi redemptoris, exponit etiam Spiritusancto iam repletus Apostolorum princeps dicens Actu. 3. Quem uos negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Item ostendes, illas hæreses meritò dãnari à Deuter. 18 Prophetam suscitabo eis de medio fratrũ suorum similem tui,& ponam verba mea in ore eius: loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit; ego vltor existam. Nam hic propheta est Christus (secundum sanctos Doctores) qui sæpius in Euangelio dicit se venisse,& operari,& loqui, in nomine patris sui Ioan. 5. 10. 14 8. 12. Et de quo turbæ magnificantes Deum (ergo verum dicebant) una uoce clamabant Luc. 7. Propheta magnus (id est ille a Deo, Deuter. 18. promissus) surrexit in nobis. De qua re etiam tamen vt plenius contra prædictas hæreses instruaris, vide Veritates Aureas super legem veterem, Deuteron. 18 cõcl. 6. Porro illa Buceri Iudaizantis pręcipue & speciatim damnatur ab omnibus Euangelistis per hoc, quod facta Christi, puta natiuitatẽ, fugam in Aegyptum, prædicationem, conuersationem, miraculorum operationem, passionem, crucifixionem, mortem, resurrectionem,&c. referunt ad uetus testamentum, id est ostendunt omnia de Christo Domino nostro fuisse iam in veteri testamento prænunciata. Manifestissimam enim per huiusmodi allegationes de antiquis libris factas a scribentibus totam vitam Christi fit etiã apud tenuiter recta ratione vtentes: quod ille Iesus sic ab Euangelistis descriptus, pro certo est Messias, id est Christus verus a Deo vero in testamento veteri promissus, & talibus conditionibus ab eodem, vt postea in mundum veniens absque vllo errore cognosceretur, designatus. Patent hæc omnia, & ita: et omnis recta ratio illa considerans ab ipsa veritatis claritate coacta ex intimis etempens clamet; IMPOSSIBILE EST, EUM HAUC ALITER SE HABERE. Vide pri. par. quæst. 1. art. 10. Elucid. in ultima append. per totum: vt citata ab Euangelistis bene intelligas. Cæterum, quia mille scripturarum sanctarum locis damnari possunt hęreses illæ, nec præsens locus (cum sit compendium quoddam, id est summa, Theologiæ) tantam prolixitatem patitur: ideo, si plura contra falsitates illas videre placuerit, recerre ad Dominum Iacobum de Valentia, Episcopum Christopolitanũ, qui post Psalmo rũ &c. expositionem facit tractatum contra Iudæos. Super omnia autem ne omittas videre tractatum Domini Petri della Caualla ria Hispani; cuius titulus est, Zelus Christi contra Iudæos, Sarracenos,&c. Post quem tractatum comperies alligatum aliũ quemdam, qui prætitulatur, Aureus Rabbi Samuelis tractatus ad Isaac Rabbi Synagogæ,&c. Hunc uere Aureum omninò udeas, & indè cognosces quanta sit uis Christianæ veritatis, ex quo suos principales inimicos tam fortiter cogit, ad suipsius ualidissimam defensionem; ita ut pro sua veritate dicere possit Ecclesia illud Deuteron. 32. Non enim est Deus noster (id est Iesus Christus) ut dii eorum (id est vt dii gentilium; dii utique falsi); & (id est etiam) inimici nostri sunt iudices (scilicet de hac ueritatem).
Tertio ex eodem articulo habes, quomodo per rationem & ostẽdas, & recte intelligas; meritò esse à scripturis insinuatum, quod persecutores Christi eum cognouerunt. Vt 1. Corinth. 2. Si cognouissent, &c. vt est in argumen. contr. Pro cuius ampliori captu notandum est, quod dicit sanctus Doctor super epistolam 1. ad Timoth. cap. 1. lect. 3. exponendo ly ignorans feci in incredelitate. Verba autem eius sunt hæc. Ex parte mea est aliqua excusatio peccati: quia ignorans feci, Minus dicit, plus significat, quia aliud est ignoranter agere, aliud per ignorantiã. Quia ignoranter facit aliquid, qui nescit quod facit; tamen si sciret, etiã faceret illud: sicut credens occidere feram, occidit inimicum suum, quem tamen occidisset etiam libentius, si nouisset eum. Sed per ignorantiam facit aliquid; quod non faceret, si nosset; sicut occidens patrem, quem si sciret, non occideret eum; tamen occidit, quia eum credit inimicum. Paulus ergo fecit per ignorantiam: quia, si sciuisset quod Christus esset filius Dei, hoc non fecisset. Sed Iudæi per ignorantiam non occiderunt Christum, sed ignoranter: quia, si sciuissent ipsum esse filium Dei, libentius occidissent eum. Hæc ibi. Vbi patet, quod Apostolus in ly ignorans feci, significauit plus, secundum naturam locutionis; cum facere ignoranter, sit plus, quã per ignorantiam; sed tamen, sic significando plus, dixit, id est secundum rectum sensum veritatis intellexit minus, id est se fecisse per ignorantiam. Vbi etiam patet, quod hoc, quod Iudæi occidentes Christum non cognouerint de facto ipsum esse filium Dei (ut dicitur in corpo. articuli) non excusat eos à voluntaria occisione filii Dei: quia, si sciuissent Messiam ipsum esse filium Dei, libẽtius occidissent eum. Ignorantia tamen Sauli excusabat aliqualiter eum à uoluntaria persecutione filii Dei, quia si sciuisset Christum, idest illum, quem tunc persequebatur, esse filium Dei, non fuisset persecutus eum. Ex uerbis ergo sancti Doctoris super ad Timo. constare iam potest, quod illud 1. Corin. 2. Si cognouissent &c. adductum in argum. cont. intelligitur formaliter præcise, id est stando in tali cognitione solum, id est cum præcisione a quocumque impedimento superueniente seu commixto ipsi cognitioni. Ac si aperte dixisset Apostolus. Si cognouissent Christum esse Dei sapientiam, id est Dei uerum filium, ipsi secundum quod ista cognitio exigit ambulando aliunde non impediti, numquam ipsum Dominum gloriæ crucifixissent. Cum hac tamen veritate stat hoc aliud, scilicet quod si cognouissent Christum esse uerum Dei filiũ, & non ambulassent secundum exigentiam illius cognitionis, sed secundum impedimentum (hoc fuit inuidia) commixtum, aut superueniens tali cognitioni; tunc iidem Iudæi libentius ipsum Dominum gloriæ crucifixissent. Data enim cognitione excellentiæ maioris de Christo, puta quod esset filius Dei, dabatur simul maius obiectum inuidiæ, si affuisset; quoniam obiectum inuidi est excellentia illius, cui inuidet. Sic ergo patet, quod cognitione excellentiæ de Christo augmentata, simul etiam augebatur obiectũ inuidorum, & per consequens inuidia Iudæorum, si à nullo impedita fuisset, fuisset facta maior, & propterea ipsi libentius eum occidissent (ut super ad Timoth. intellexit Diuus Thomas.) Quartò uides, quo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Ang. uestim declaretur, atq; confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ut sonat, de hominibus tamen, quia de dæmonibus iam dictum est.

¶ In corpore una est distinctio bimembris, cum conclusionibus appositis iuxta membra. Distinctio est, quod apud Iudæos quidã erant maiores, quidam minores. De maioribus tres conclusiones ponuntur. Prima est, quod cognouerunt ipsum esse Messiam. Secũda quod non cognouerunt ipsum esse Deum. Tertia, quod ignorantia illa non excusauit peccatum eorum. Prima conclusio probatur auctoritate, & ratione: quia uidebant omnia signa dicta de Messia. Secunda probatur auctoritate eadẽ, adiuncto verbo Apostoli, si cognouissent. Et hæ conclusiones cum suis probationibus ab Auctore recitatiue afferuntur, ut patet in litera. Tertia autem conclusio ipsius Auctoris est, & probatur: quia eorum ignorantia erat affectata, quia uidebant testimonia deitatis Christi sufficiẽtia, sed ipsi ex prauo affectu peruertebant illa, & doctrinam abiiciebant, nolentes credere Probatur Io. 15. &c.

¶ Aduerte hic, quod licet testimonia deitatis Christi essent secundum se sufficientia ad causandam fidem uoluntariam, uel coactam hominibus, qui præsentes fuerunt testimoniis il-

lis,

lis, scilicet miraculorum sic factorum ad confirmationem doctrinæ, qua dicebat se Deum tamen gratia unionis personalis non erat usquequaque clara, tam hominibus, quam dæmonibus, antequam mysterium hoc fuisset apertum. nam etsi sciebatur, quod Messias erat Deus, & filius Dei, non tamen intelligebatur in quo sensu verificaretur, quod esset Deus, aut Dei filius an per unionis personalis gratiam, an per aliquam excellentiam singularissimam, quæ dubitatio sublata videtur post Christi passionem, quo ad dæmones, & resurrectionem, quo ad homines quando aperuit discipulis sensum, ut intelligerent scripturas, & amplius per Spiritussancti aduentum, qui permissus fuit Doctor omnis veritatis, Ioan. 14.

¶ Principes autem Iudæorum ignorantiam suam, non ex ambiguitate modi possibilis ad verificandam Christi deitatem, sed ex prauitate affectus insurrexerunt in Iesum, quocumque modo fuerit Deus. & ideo reos seipsos constituerunt omnis excellentiæ, quæ in illo homine erat, ac per hoc deitatis. Ex eo enim, quod non curarunt attendere testimoniis operum, & verborum Christi, sed persequi illum elegerunt, ignorantiam pro excusatione allegare non potuerunt, & hoc est, quod dominus dicit Ioannis decimoquinto. Si non venissem, & cætera, ut in litera afferunt.

¶ Sed occurit simile dubium de prima conclusione, scilicet quod maiores cognouerunt Iesum esse Christum. Nam signa, & testimonia apparentia, quod Iesus esset Christus, licet in se fuerint sufficientia ad hoc testificandum, & uidentes illa ad confirmationem professionis Christi, debebant credere illum esse Christum: quia tamen de Christo multa excellentia, & maxima prædicta erant, quæ in Iesu non apparebant, quia in secundo aduentu implenda sunt, & maiores ignorabant illos duos aduentus, & putabant Christum in primo aduentu regnaturum, & redempturum temporaliter Israel, ideo uidetur etiam ignorasse ipsum esse Christum: ignorantia tamen affectata. Et confirmatur hæc ignorantia, quia etiam discipuli Domini ab ipso eruditi, credentes ipsum esse Christum, putabant quod in primo aduentu esset temporaliter redempturus Israel: dicunt enim, Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel; Paulus quoque Apostolus dicit se ignoranter peccasse, paternarum traditionum æmulatione, significans, quod maiores, qui eum docuerant ignorabant Iesum esse Christum: unde statim ingressus in synagogas, prædicabat affirmans, quoniam hic est Christus. Ipse quoque Dominus ante Principes Iudæorum constitutus, cum adiuratus confessus esset se esse Christum, subdidit de secundo aduentu glorioso, ut excluderet ab eis excusationem suæ ignorantiæ, debebant enim inquirere, quo modo hic secundus aduentus futurus esset, & sic de regno Christi fuissent edocti, &c. sed ipsi uolentes intelligere, dixerunt, Blasphemauit, reus est mortis, &c. Vbi apparet eorum affectata cæcitas. Si enim blasphemia est hominem esse Christum filium Dei, cur ergo expectando talem futurum Messiam, à Iesu inquiritis an ipse sit? numquid Christus blasphemus esse debet? Si autem non est blasphemiam Christo, sed huic pauperi Iesu, quem audistis post tot miracula suscitasse Lazarum, audite quod hic pauper veniet gloriosus cum potestate, &c. discite quod paupertas, & abiectio non facit illum blasphemum, sed testem ueritatis: sed deprauatus affectus declinauit ad execrandum hominem.

¶ Ad hoc potest dici, quod inter maiores erat latitudo, & quod illi maiores, qui perspicacius scripturas nouerant, & miracula, doctrinamque Christi uiderant, nouerant illum esse Christũ, quia ut dicitur Matth. 8 t. dixerunt, hic est hæres. Alii autem maiores qui non sciebant, tot ignorare potuerunt. Nulli tamen excusati ob ignorantiam fuerunt: quia in promptu habebant, unde poterant cognoscere testimonia Christi, & certificari de dubus, quo ad excellentiam ab ipso quem uita, doctrina scripturæ, miraculaq; tot commendabant. Si quis autem putat omnes maiores cognouisse ipsum esse Christum, dicere potest, quod cognouerunt ipsum esse Christum, quamuis non cognouerint, qualiter Christi officium consummaturus esset.

¶ Mihi videtur, saluo meliori iudicio, distinguendum inter illud, quod Iudæorum principes potuerunt, ac debuerunt cognoscere, & id, quod de facto cognouerunt; & dicendum, quod potuerunt, ac debuerunt cognoscere Iesum esse Christum, & quod de facto non cognouerunt Iesum esse Christum. Et primum satis patere potest, ex testimoniis miraculorum, & doctrinæ, hæc enim duo Dominus ipse allegat Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, quo ad doctrinam testificantem de se, & si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, &c. quo ad miracula. Secundum autem suadetur ex eo, quod omnia dicta de Christo non cognouerunt impleri in ipso, prophetarum enim erat de ipso, quod erat futurus Rex Israel, & redẽpturus ex captiuitate Israel, &c. vnde Magi dixerunt, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Et hoc licet modo cognoscatur, quod de Christo in secundo aduentu intelligitur temporaliter in primo autem spiritualiter tantum, ante Christi tamen resurrectionem non erat hæc distinctio cognita, ut patet ex eo, quod nec ipsi Apostoli à domino edocti, cognoscebant hoc: dicitur enim Luc. 18. quod cum Dominus prædixisset mortem, & resurrectionem suam, ipsi nihil horum intellexerunt. Et Ioannes Euangelista de seipso etiam testatur, quod in die resurrectionis credidit, & quod nondum sciebat scripturam de resurrectione Christi. Discipuli quoque euntes in Emaus, dixerunt, Nos sperabamus (proculdubio Iesu viuente,) quod ipse esset redempturus Israel, quod spectat ad regnum eius, & ad hoc spectant alia dubia inducta. Quia ergo distinctio ista duorum aduentuum Christi erat ignota: principes Iudæorum malitia affectus proprii in Christum uelati, reliqua ex scriptura, & signis, & doctrina, testimonia, tamquam insufficientia abiecerunt: cum tamen essent sufficientissima, & secundum aduẽtum explicantia, & promittentia: quin potius, quia Christus Rex erat futurus, tamquam usurpatione tituli Regii ex hoc ipso, quod Christum se dicebat Iesus accusarunt eum coram Pilato, & ex hoc tandem obtinuerunt sententiam mortis illius. Et licet nõ cognouerint Iesum esse Christum, ignorantia affectata illos velante dicuntur tamen cognouisse, quia in promptu erat, vnde cognoscerent tam ex debito, & ex facultate eorum, quam ex præsentia cognoscibilis toties oblata simul cum Doctore tam claro.

¶ De minoribus vero Iudæorum tria dicuntur. Primũ est, quod nõ cognouerunt Iesum esse Christum, nec filium Dei; Secundum est quod multitudo non credidit in eum, quamuis aliqui in illum crediderint. Tertium est, quod multitudo seducta fuit a principibus. Rõ primi ponitur, quia non sciebant mysteria scripturarum, secundũ patet ex Euangelio: tertium colligitur ex Euangelio, Io. 7. & Act. 3. Vbi ly per ignorãtiam non subauditur replicari ad principes: quia ly sicut, non denotat ibi similitudinem in causa facti, s. ignorantia, sed in facto tantum, ita quod non est sensus. Scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri per ignorãtiam fecerunt: sic enim esset assimilatio in facto, & causa facti. Sed est sensus. Sciõ, quod per ignorantiam imitati estis principum nostrorum factum, sic enim est similitudo imitatiua facti tantum.

SVP. Q. XLVII. ART. VI.

CONCL. I. Peccatum Principum Iudæorum Christum crucifigentium fuit grauissi-
263 Sup. art. 4. ad 2. si. Et opusc. 60. c. 18. mum, tum ex genere peccati, tum ex malitia uoluntatis.

¶ PROB. Quia patet quo ad primam partem (scilicet quod ex genere peccati fuerit grauissimum, cum occidere Deum ar. 1. sit grauius omnium peccatorum). Secunda autem pars, s. tum ex malitia &c. probatur; Quia ignorãtia principum de Christo, quo ad esse filium Dei, fuit affectata i. uoluntas eorũ malitiã nõ excusans, sed accusans (ut patet ar. 5. in tex. & Elu.)

¶ CONCL. 2. Minores Iudæorum crucifigẽtes Christũ grauissime peccauerunt, quantũ ad genus peccati: tamen in aliquo diminuebatur eorum peccatum propter eorum ignorantiam.

¶ PROB. Quia patet quoad primam partem (cũ re uera ipsi crucifixerint filiũ Dei.) Secũda aũt pars. s. tñ, &c. probatur; Quia illa eorũ ignorantia partĩ eos excusabat (ut hr ex Lu. 22. cũ Beda. Vide 1. 2. q. 76. a. 4.) * ar. 2. huius quæst.

¶ CONCL. 3. Pctm gẽtiliũ, per quorũ manus Christus est crucifixus multo in igis fuit excusabile

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum crucifigentium Christum, non fuerit grauissimum. nõ enim est grauissimũ peccatum, quod excusationem habet, sed ipse Dominus excusauit peccatum crucifigẽtium eum, dicens; Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. non ergo peccatũ eorum fuit grauissimum.

¶ 2 Præt. Dominus dixit Pilato Ioan. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipse autem Pilatus fecit Christum crucifigi per suos ministros. ergo uidetur fuisse maius peccatum Iudæ proditoris, peccato crucifigentium Christum.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum * in quinto Ethicorum. Nullus patitur iniustum uolens, & sicut ipse ibidem dicit, nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum. ergo uolenti nullus facit iniustum: sed Christus uoluntariè est passus, ut supra habitum est. * non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi, & ita eorum peccatum non fuit grauissimum. * li. 5. Eth. c. 9. to. 5.

SED CONTRA est, quod super illud Matthæi uigesimotertio. Et nos implete men-

quantum ad malitiam voluntatis, quam fuerit peccatum Iudæorum minorum.

¶ PROB. Quia gentiles scientiam legis de Messia (qua, scilicet possent cognoscere quem crucifigebant esse Christum, aut filium Dei) non habuerunt.

suram patrum vestrorum, dicit Chrisost. * Quantum ad veritatem excesserunt mésuram patrum suorum: illi enim occiderũt homines, isti Deum crucifixerunt.

RESP. Dicendum, quòd sicut dictum est, * principes Iudæorum cognouerũt Christum, & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos non poterat excusare. Et ideo peccatum eorũ fuit grauissimum, tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem Iudæi, grauissime peccauerunt, quantum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. Vnde super illud Luc. 23. Nesciunt quid faciunt, dicit Beda, * Pro illis rogat, qui nescierunt quid facerẽt zelum Dei habentes, sed non secundum sciẽtiã. Multo autem magis fuit excusabile peccatum gentilium, per quorũ manus crucifixus est, qui legis, sciẽtia non habebant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd excusatio illa domini non refertur ad principes Iudæorũ, sed ad minores de populo, sicut dictũ est.*

¶ CONOLL. Ex hac tertia conclusione, eiusque probatione, relinquitur tãquam ex prædictis clarum, quod peccatum talium gentiliũ, quãtum ex genere peccati, fuit grauissimum: quoniam ipsi manibus suis re uera crucifixerunt filium Dei. Applica hoc etiam ad Pilatũ, Herodem, & ministros alios, seruata illorum proportione.

* Ho. 45. in Matt. in ope. impf. aliquantulum a me. to. 2.

* ar. præced. in argu. 1. & in resp.

1m maior. Nun ẽ grauissimum, quod excusationem habet. ℞, Secũdum quod excusationẽ habet, non aliter §, Tũc nihil &c. vt patet in textu, & ex conclusionib.

2m de conclusione. Crucifigentium. ℞. Gẽtilium. §. Sic enim debere hoc glossari habetur ex præmissis. Tunc nihil, &c. vt patet ex cõclusionibus. Nam ibi, per crucifigentes, intelliguntur non tantum gentiles, de quibus est tertia conclusio; sed & Iudæi, de quibus sunt prima & secunda, Vnde, cum in conclusionibus prioribus, quas argumentum impugnare intendit, fiat sermo solum de Iudæis, & argumenti conclusio loquatur solum de gentilibus, patet quod contra veritatem conclusionum illarum priorum nihil concludit, sed est quædam veritatis omnium illarum trium declaratio. Nam & Iudæ, qui mediate, id est mediis principibus tradidit Christum Pilato, & principum, qui eidem eundem immediate tradiderũt, peccatum fuit maius, quam Pilati, qui &c. vt in tex.

* cap. 94. secun. ordi. Bedæ, circa prin.

* In corp. art.

3m ex Philosopho. Nullus patitur iniustum nolens. ℞; Secundum quod vult. §. Hoc est. Illud, quod patitur, non est iniustum, secundum quod ipse vult illud. Tunc nihil &c. Potest enim illud idem, quod patitur, esse iniustum, secundum quod non vult illud. Et sic fuit in proposito. Nã Christus voluit suam passionem: iniquam autem actionem crucifigentium noluit. Ideò illud quod patiebatur, inquantum importat aliquod de iniqua actione ipsorum, erat iniustum: inquantum uerò solum dicit passionem ipsius Christi, non erat iniustum: quoniam illud primo modo sumptum non erat volitum a Christo patiente, à quo tamen illud secundo modo consideratum erat vulitum. Et ideo occisores Christi (inquit textus) ab iniustitia nõ excusantur. Quomodo autem Deus possit uelle vnum, non uolendo aliud concomitanter se habens ad illud unum (id quod facit ad intelligentiam textus ly Christus uoluit passionem, & noluit iniquam actionem), uide 1. 2. q. 79. ar. 1. 2. Hic quoque notabis, quod textus signanter dixit ly iniquam actionem: ac si apertius dixisset, loquor non de actione, vt actio præcise est, sed de actione, ut iniqua formaliter est.

Item (illatio conclusionis secundæ.)

Non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi. ℞. Negatur illatio. §. Procedit ex insufficienti in præmissis subintellecto Nam putat, quod si Christo, ex eo quod uolebat passionem suam, factum ab occisoribus non fuisset iniustum, tunc absolute uerum esset, qđ occisores Christi occidendo ipsum non fecissent iniustum. Hoc enim insufficientem diuisionem continet, & consequenter falsum est. Qui enim occidit hominem, facit iniuriam non solum homini occiso, sed etiam Deo, cuius ille homo est creatura, & reipublicæ, cuius ille homo est pars, non minus, quam occidens seruum alicuius non solum seruo occiso, sed etiam serui illius Domino facit iniuriam. Dato ergo per impossibile, quod occisores Christi uoluntariè se ad hoc offerentis non fecissent iniustum homini Christo, id est non fecissent iniuriam ei, adhuc tamen eiusdem occisores fecissent iniustum, id est iniuriam Deo & reipublicæ, & tantò magis, quantò Christus erat illis charior, quam quilibet alius homo esse posset. Hinc tu edoctus ad illud Philosophi in

AD SECVNDVM dicendum, quòd Iudas tradidit ipsum, non Pilato, sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato secundum illud Ioan. 18. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi: horum tamen omnium peccatum fuit maius, quàm Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit, & etiam quàm peccatum militum, qui mãdato præsidis, Christum crucifixerunt, non ex cupiditate sicut Iudas, nec ex inuidia, & odio, sicut principes sacerdotum.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus voluit quidem suam passionem, sicut, & Deus eam voluit: iniquam tamen actionem Iudæorum non uoluit & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusantur. Et tamen, ille, qui occidit hominem, iniuriam facit, nõ solum homini occiso: sed etiam Deo, & reipublicæ: sicut etiam, & ille, qui occidit seipsum, ut Philosophus dicit in 5. Eth. * vnde, & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum, ut occideret Christũ domini, quãuis eo petente, ut legitur 2. Reg. 1.

QVAE-

argumento adductum, scilicet nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum respondebis, quod hoc verum est; si per ly nullo, intelligantur tria hæc; scilicet homo, Deus, respublica; falsum autem est, si per ly nullo, intelligatur solum homo ille singularis patiens (ut putauit argumentum) Si. n. nullus, i. neque homo occisus, neq; Deus, neq; respublica, patitur iniustũ, tunc utiq; (ut de se patet) nemo facit iniustũ: sed non sequitur, quod si nullo homo occisus patitur iniustum, nemo faciat iniustum, quia adhuc Deus, & respublica, in illo homine patiũtur iniustum, ideoq; iste occidens etiam uolentem facit iniustum.

¶ NOT. Textus adducendo factum Dauid 2 Reg. 1. non intendit affirmare quod ille nũcius re uera occiderit Regem Saul (scit enim Doctor sanctus ex lectione, 1. Reg. cap. vlt. hoc esse falsum, sed solũ vult ex tali facto Dauidis ostendere intentũ suum contextuale esse uerum, s. quod occidens quemcumq; uolẽtem, immo & occidi petentem, facit iniustum, & consequenter quòd talis iuste condemnandus est de homicidio (ut patet ab exemplo illo Dauidis) Cundẽnandi ergo iuste sunt crucifixores Christi de homicidio, & deicidio, etiam si per impossibile Christus petiisset ab eis sic occidi, quia tunc adhuc commisissent iniustitiam contra Deum, & rempublicam (ut dictum est). Pro ampliori noticia præmissorum in tex. respon. ad tertium, vide 2. 2. q. 64. ar. 5.

* li. 5. Ethi. c. ult. non longe a prin. to. 5.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod crucifigentiũ Christum peccatum fuit grauissimum. Vt per hoc, quod dicitur Matt. 23, & uos, &c. Secundum quod ponitur cum expositione D. Chrysost. in argum. contr. Vbi ly implete, sumitur prænunciatiue, siuè etiam permissiue, non autem præceptiue. Non enim imperat aut præcipit, quod impleant: sed prænunciat, & permittit, quod implebunt. Ac si dicat. Vos ex uobis implebitis mensuram patrum vestrorum, id est plus peccabitis, quam patres vestri; & ego ex mea iustissima prouidentia permittam, quod vos sic peccatis. Item per hoc, quod dicitur Daniel 9. Occidetur Christus, & non erit populus eius, qui eum negaturus est, &c. Et usque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. Item per hoc, quod dicitur Oseæ, cap. 3. Dies multos sedebunt filii Israel sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, sine altari, sine Ephud, & sine theraphim. Item per hoc, quod legitur Isa. 63. Torcular calcaui solus: & de gentibus non est uir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies ultionis in corde meo annus retributionis meæ venit. Clarum est enim quòd pęna proportionata esse debet culpæ, secundum illud Deuter. 25. pro mensura delicti erit & plagarum modus: Grauissimum ergo esse peccatum Iudęorum propter crucifixionem Christi ostendũt prophetę prędicti, dũ punitionem eis a Deo maiorẽ omnibus aliis præcedentib. propter hoc datã esse testantur (quod & experientia docet). Ecce. Daniel supra post occisionem Christi dicit Iudæos, qui antea erant populus Dei (vt habes Deut. 4.) non amplius futuros populus Dei: Id quod utique peius, pęnosius, damnosius quasi improportionabiliter est, quam quælibet alia pœna.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Subm-

Subinfert quoque, quod desolatio Iudæorum propter idem peccatum occisionis durabit usque in finem sæculi, id est usq; tūc erit continua, & perpetua. Qualis autem sit ista desolatio, declarat Osęas; cui adde illud Deuter. 28. disperdet te Dominus i omnes populos à summitate terræ usq; ad terminos eius. Calcandos item, & conculcandos Iudæo à Crucifixo in ira & in furore suo, & ultra hoc, post præsentem vitam ad diem ultionis iustissimæque retributionis diuinæ, contestatur Isaias: & hoc propter sanguinem, quo abundanter vestimenta, i. humanitatem eius asperserunt. Cū igitur pœna hæc a singulis horum prophetarum denotata, sit maior, quam fuerit pœna pro idolatria, & occisione prophetarum eis inflicta, quæ 70. annis solum durauit: restat manifestè, quod peccatum crucifixionis Christi, pro quo tantas luunt pœnas, sit & occisione prophetarum omnium (Quem enim ipsorum non persecuti sunt patres uestri? Act. 7.) Et idolatria tanta (ut habes in libris regum) maius, & consequenter sit grauissimum. De magnitudine desolationis huius perpetuæ, & cōsequenter huius peccati, uide Aureum illum Tractatum Rabbi Samuelis ad Rabbi Isaac, qui (ut diximus in ar. 5. app.) colligatus est post tractatū D. Petri Hispani, cuius titulus est, Zelus Christi cōtra Iudæos, Sarracenos, &c. Secū- a do uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus vt sonat.

¶ In corpore tres conclusiones, iuxta tria genera hominū crucifigentium Christum, scilicet principes Iudæorum, populum Iudæorum, & gentiles. Prima conclusio; Peccatum principū fuit grauissimum ex genere peccati, & ex malitia voluntatis. Secunda: Peccatum aliorum Iudæorum fuit grauissimum ex genere peccati, minus tamen ex circumstantia ignorantiæ. Tertia est; Peccatum gentilium fuit grauissimum ex genere peccati, multo autem magis excusabile ex ignorantia legis, & scripturarum. Vbi uidere potes ideo peccatum crucifixionis Christi esse grauissimum ex suo genere quia ex suo genere fuit occisio non solum hominis tā excellentis innocentiæ, &c. sed etiam Dei: genus in peccati ex obiecto, seu materia, circa quam est, sumitur: illa autem occisio constat, quod secundum rem ad verbum incarnatum terminata est: persona enim illa crucifixa, & mortua est. Maior autem, & minor grauitas huius grauissimi secundum se peccati, attenditur ex parte ipsorum peccantium ignoranter, uel scienter, ex maiori, uel minori malitia peccantium.

¶ In responsione ad secundum, quia indecisum ibi relinquitur, an peccatum Iudæ fuerit grauius peccato principio Iudæorum, quæritur quod eorum fuerit grauius. Et dicendum est, quod peccatum Iudæ fuit grauius, quia ipse maiori erat gradu constitutus, utpote Apostolus, & non solum uiderat miracula Christi, sed fecerat miracula in nomine Christi, accepta ab ipso potestate, sicut cæteri Apostoli, & confessus est Iesum Christum Matth. decimosexto, approbando responsionem Petri pro omnibus discipulis, Tu es Christus, & cætera. Et breuiter supra malitiam communem sibi, & principibus, habuit excellentem ingratitudinem, & supra genus peccati addidit turpitudinem proditionis. Ob quam in Psalmo grauius peccatum monstratur, cum dicitur: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique & si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset abscondissem me forsitan ab eo: tu uero homo unanimis, dux meus (quantum ad loculos), & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.

S. Bon. 3. s. d. 18. q. 3. ar. 2.
Scot 3. s. d. 19 q. 1.
Richar. 3. s. d. 19. q. 3.
Duran. 3. s. d. 18. q. 3.
Alb. Mag. 3. d. 18. ar. 2.
Medina ar. 1.

SVP. Q. XLVIII.

ART. I.

CONCL. Christus per suam passionē non solum sibi, sed etiā omnibus membris suis meruit salutem.

¶ PROB. Quia opera Christi tam ad se, q̄ ad sua membra mystica se habēt eo modo, quo opera alterius hominis in gratia constituti se habent ad ipsum (ut patet ex eo, quod q. 8. ar. 5. dictum est, gratiā habitualem in Christo esse etiam capitalem), & quicumq; in gratia constitutus, si patitur propter iustitiam, ex hoc ipso meretur sibi salutem (ut patet Matt. 5.)

1^m de maiori.

Passionum. R. Vt passionum. §. Tunc &c. Ad hoc enim q̄ per passiones mereamur, sufficit, quod passionum, ut à

264 nobis uoluntarie acce-
Inf. q6. 68. ptatarum, principiū sit
ar. 5. Et 3. intraneum. Nam per il
d. 18. ar. 5. las meremur, inquantū
Et 4. dis. 1. per uoluntatem, quæ
q6. 1. ar. 4. procul dubio in nobis
q. 3. Et ue. est, acceptantur. Si-
q. 26. ar. 6. cut e contrario passio-
ad 20. & to nes homini illatæ tunc
mo 4. fi. sunt demeritoriæ, id est homo per illas aliam pœ-

QVAESTIO XLVIII.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi: Secundo de ipso effectu.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶ Secundò, Vtrum per modum satisfactionis.

¶ Tertiò, Vtrū per modū sacrificii.

¶ Quartò, Vtrum per modum redemptionis.

¶ Quintò, Vtrum esse redemptorē sit proprium Christi.

¶ Sextò, Vtrum causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionū enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur, uel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso. ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

¶ 2 Præt. Christus ab initio suæ conceptionis, meruit, & sibi, & nobis: ut supra dictum est: * sed superfluum est aliquem iterum mereri id, qđ ante meruerat. ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem. *q. 19. a. 4. & q. 34. a. 1

¶ 3 Præterea. Radix merendi est charitas: sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quam ante. ergo non magis meruit salutem nostram patiendo, quā ante fecerat.

SED CONTRA est, q̄ super illud Phil. 2. Propter q̄, & Deus exaltauit illū, &c. dicit Aug. *Humilitas passionis, claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium: sed ipse clarificatus est, non solum in seipso, sed etiam in suis fidelibus, vt ipse dicit Io. 17. ergo vr, qđ ipse meruerit salutem suorum fidelium. * Tra. 104. in Io. non procul ab to. 9.

pœnam meretur, quando a uoluntate per impatientiam respuuntur. Vt in textu plenius intelligas ly acceptata p̄ voluntatem, si applicetur ista acceptatio ad Christum, uide q6. 47. arti. 1. ad tertium, cum Elucid.

2^m de minori.

Iterum mereri. R. Eodem modo. §. Tūc &c. Nam Christus per passionem suam meruit salutem nostram alio modo, quam ab initio. Ipse enim a principio conceptionis suæ meruit, & cætera. ut in tex. Ex quo formaliter dic, qđ ab initio nobis meruit uitam æternam, s̄m qđ in seipsa consideratur pas-

RESP. Dicendum, q̄ (sicut sup. dictum est) Christo data est gratia non solum sicut singulari personæ, sed inquantū est caput ecclesiæ, ut. s. ab ipso redundaret ad mēbra, & ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quam ad sua mēbra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestū est autem, q̄ quicumq; in gratia constitutus, pp iustitiā patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem, secundum illud Mat. 5. Beati, qui persecutionem patiūtur propter iustitiam. vnde Christus per suā passionem nō solum sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutē. * quæst. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ passio inquantū huiusmodi non est meritoria, quia habet principium ab exteriori, sed secundum q̄ eam aliquis uoluntariè sustinet, sic habet principium ab interiori, & hoc modo est meritoria.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Christ⁹ a principio suę cōceptionis meruit nobis salutē æternā, sed ex parte n̄a erant quædā impedimenta, quib. impediebamur consequi effectū præcedentium meritorum. vnde ad remouendum illa impedimenta, oportuit Christum pati, ut sup. dictum est. * *q. 46. ar. 3

passionem vero sua nobis meruit eadem, secundum q a nobis, remotis impedimentis, acquiritur. Per meritum ergo Christi ab instanti suæ conceptionis habebamus ius in vita æterna possidendi, scilicet illam: sed ad eius possessionem actualem venire non poteramus propter hoc, q inimici nostri, id est peccatum originale, & actuale, &c. non sinebāt, nos transire ad actualiter possidendum illam. Nunc autem passione sua meruit remotionē, ut destructionem taliū inimicorum, & ita uiam

A D TERTIVM dicendum, q passio Christi habuit aliquē effectū, quem non habuerunt præcedentia merita: non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis, qđ erat conueniens tali effectui, ut patet, ex rationib* * supra inductis de conuenientia passionis Christi.

liberam ad introeundum in possessionem vitæ æternæ. Cuius meriti signum euidentissimum Christus in cruce dedit per hoc, quod vni hominum tanquam in persona etiam aliorum, quātum ad valorem meriti præmissi, dixit; Hodie mecum eris in Paradiso, idest nunc uia ad Paradisum per me tibi & alijs hominibus facta est ex remotione impedimentorum libera ad accipiendum actualiter possessionem eius; & ideò tu, in huius rei declarationem ingredieris hodie actualiter in ipsam. Vide q.46.ar.3.

3m maior. Radix merendi est charitas. B. Cum eius tamē merito stat, q opus de genere suo mereatur. §. Si scilicet in charitate fiat. Tunc nihil, &c. Licet enim charitas Christi non sit magis augmētata in passione, quam fuerit ante (vt d. minor): tamen in passione fuit vnum opus, scilicet passio ipsa, maius de genere alijs præcedentibus, & hoc opus, cum sit in charitate factum, meretur de genere suo. Passio igitur Christi habuit aliquem &c. ut in tex. Ex quo dic, quod meritum respicit duo, scilicet charitatem, & opus secundum genus suum tale, puta difficile, uel facile. Vnde augmentatio meriti non semper præsupponit augmentationem charitatis, sed sufficit sibi, quod manente ea de quantitate charitatis augmentetur opus, idest aliquod opus de genere suo maius ad extra fiat.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Bernardo, quod passio Christi causauit nostrā salutē per modū meriti. A scripturis quidem per hoc, qđ dicitur Phil. 2. propter qđ &c. sm qđ cum expositione B. Aug. & discussiō ponitur in argu. con. Ad cuius intelligētiam pro ly etiam in suis fidelibus, ut ipse dicit Io. 17. nota ibi duo loca. s. & clarificatus sum in eis, itē, Pro eis ego sanctifico meipsū. A D. Bernardo autem per id, qđ in uita eius ab ecclesia* legitur. Aliquando grauiter infirmatus uisum est sibi, ante tribunal Domini præsentari; ubi, cum Sathan eiusque satellites multa cōtra eum dixissent, ipse nihil territus respondit. Fateor, nō sum dignus proprijs meritis obtinere regnum cœlorum, sed duplici iure obtinens illud Dominus meus, hæreditate, s. patris, & merito passionis altero ipse contentus alterum mihi donauit. Cuius dono illud mihi uendicare, non confondor. Ad hæc confusus inimicus cū suo conuentu discessit. Hæc ibi. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
* q.46.a.3. & alijs.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est recolentibus, in quo consistit meriti ratio, scilicet quod uendicet sibi ex debito præmium. Et propterea passionem Christi operari nostram salutem per modum meriti, est operari sicut secundum iustitiam debeatur sibi nostra salus.

¶ In corpore artic. unica est conclusio, affirmatiue respondens quæsito; Christus per suam passionem, non solum sibi meruit, sed omnibus suis membris salutem. Probatur: Christo data est gratia non solum, ut singulari personæ, sed etiam ut capiti ecclesiæ. ergo opera Christi ita se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut opera alterius in gratia constituti ad seipsum: ergo Christus p suā passionem non solum meruit sibi, sed omnibus membris suis salutem. Antecedens patet ex supradictis. Prima consequentia, ut euidens per se relinquitur nota ex terminis. Et uere sic est, penetrantibus corpus mysticum Christi esse, sicut unum, eundemq; hominem: secunda autem consequentia probatur ex eo, quod quilibet constitutus in gratia patiens propter iustitiam meretur sibi salutem, quod probatur Matth. 5. Beati qui persecutionem.

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum. pluries mereri idem, quoniam est ex pluribus meritis facere sibi idem præmium debitum, & constat quotidie hoc contingere. dum quilibet in gratia constitutus, quodlibet actu meritorio meretur uitam æternam. Vt doceret tamen Auctor necessitatem meriti per passionem Christi ultra meritum per alios Christi actus dixit, quod passio Christi addit supra priora merita, quia per ipsam meruit Christus tollere impedimenta nostræ salutis: meruit enim tollere, & culpam omnem, & pœnam tam naturæ nostræ, quam singulorum membrorum suorum.

¶ In responsione ad ultimum, aduerte quod ultra utilitates numeratas in articulo tertio, quæstione 46. quas attulit passio Christi ex ipso genere operis, est unus effectus inferius explicatus ab Auctore, scilicet quod quia patiens subtrahit a se quod suū est propter amorem illius, pro quo patitur, per hoc efficit, ut sibi ipso opera genere debeatur aliorum salus, pro quibus se sua salute priuauit.

ARTICVLVS II.

Ferr. 4. cont. c. 55.
Capr. 3. s. d. 18. quæst. 2. con. 2.
Medina ar. 2.

SVP. Q. XLVIII. ART. II.

265 4. con. cap. 55. ad 23. & 24. Et opu. 60. c. 18

COncl. Passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis.

¶ Prob. Quia Christus patiendo exhibuit aliquid Deo gratius, q̄ fuerit ipsi Deo odibilis offensa facta a genere humano (ut patet ex eo quod obtulit ei ex tāta charitate, uitā suam, tot tantisq; passionib. afflictam), & ille proprie satisfacit, qui exhibet offenso, id quod æque vel magis diligit, quam oderit offensam (ut patet).

*q6. præc. art. 6.

¶ Exam. Ly magnitu-

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum satisfactionis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q passio Christi causauerit nostram salutem per modum satisfactionis. Eiusdem enim videtur esse satisfacere, cuius ē peccare, sicut patet in alijs pœnitentiæ partibus: eiusdem enim est conteri, & confiteri, cuius est peccare: sed Christus non peccauit, secundum illud 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit. ergo ipse non satisfecit propria passione.

¶ 2 Præt. Nulli satisfit per maiorē offensam: sed maxima offensa fuit perpetrata in Christi passione: quia grauissime peccauerunt, qui eū occiderunt, ut supra dictum est.* ergo videtur quod per passionem Christi non poterit Deo satisfacere.

¶ 3 Præt. Satisfactio importat æqualitatem quandam ad culpam, cū sit actus iustitiæ; sed passio Christi non uidetur esse æqualis omnibus peccatis humani generis: quia Christus non est passus secundum diuinitatem, sed secūdum carnem, secundum illud 1. Pet. 4. Christo, igitur passo in carne. Anima autē in qua est peccatum, potior est quam caro. nō ergo Christus sua passione satisfecit pro peccatis nostris.

SED CONTRA est, quod in persona eius dicitur in Psal. 68. Quæ non rapui tunc exoluebam. Non autem exoluit, qui perfectè nō satisfacit. ergo uidetur quod Christus patiendo, perfectè satisfacerit pro peccatis nostri.

RESPON. Dicendum, quod ille propriè satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso, id quod æque, uel magis diligit, quam oderit offensam. Christus autem ex charitate, & obedientia patiendo, magis Deo aliquid exhibuit, quam exigeret recompēsatio totius offensæ humani generis. Primo quidem, propter magnitudinē charitatis ex qua

tudinem doloris assumpti. Scilicet etiam interioris. i. In cuius doloris magnitudinem non uulgarem locum tenet viuacitas spirituū, qđ ipse noluit hīc sensus mitales usq; in finē uiuacissimos totaliter bibēdum calicē passionis. i. ad perfectè sentiendū tristitias omnes & singulas, dolores omnes ac singulos usq; ad mortem. Si enim defecisset naturæ uiuacitas paulatim, sicut in alijs, ipse post multas pœnas sibi illatas quasi extra se præ sentiendi inualiditate factus (ut uidemus in alijs) dolorum tam minus sensibiliter percepisset, quantò magis appropinquabat ad mortem. Nunc autem oppositum in Christo inuentum est, in cuius signum ipse in articulo mortis constitutus, magnam uocē quasi integer viribus naturalibus emisit. Ac si paten-

patenter hoc ipso facto ostenderit, quod usque tunc doloris cuiusque sibi illati sensum perfectissimum habuit, & consequenter quod uerissime, & supra, quam alii doluerint, doluit in ipsarum poenarum singulis inflictionibus, attenta solummodo illarum acerbitate: ut interim taceam de multis aliis causis dolores in Christo supra omnes alios afflictos adaugentibus. De quibus uide, q. 46. art. 6.

1m maior. Eiusdem est satisfacere, cuius est peccare. R. Vel qui est vnum mystice, siue in
*q.46.ar.6 charitate cum eo, qui peccauit. §. Tunc nihil, & caetera. Licet enim Christus non peccauerit (ut d. minor): tamen ipse est unum mystice, & in charitate cum eo, qui peccauit. Est enim caput omnium hominum maxime autem fidelium, quaestio. 8. articulo 3. ideoque pro omnibus, maxime pro fidelibus satisfecit. Nam caput & membra sunt, & caetera, ut in tex. Ex quo a ly non autem est similis, &c. patet responsio ad probationem maioris illius annexam in argumento. Ex praedictis omnibus constat esse ueram hanc, quae inde elicitur, propositionem, scilicet eiusdem, qui peccauit, est satisfacere uel per se, uel per alium. Item constat inde in idem redire illa duo, scilicet Christus satisfecit Deo pro hominibus peccatoribus, & homines peccatores Deo satisfecerunt mediante Christo.

2m de maiori. Per maiorem. R. Satisfactione § Tunc nihil &c. Licet enim offensa crucifigentium Christum fuerit maxima respectu aliarum offensarum, non tamen fuit maior satisfactione Christi, quam ipse tunc Deo pro omnibus hominum, & crucifigentium, offensis offerebat. Maior enim fuit charitas Christi, &c. ut in tex. Vide probationem conclusionis.

3m minor. Passio Christi non uidetur esse aequalis omnibus peccatis humani generis. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod nihil probat. Nam dignitas carnis, &c. vt in tex. Vide q. 46. ar. 12. per totum cum Elucid.

patiebatur. Secundò, propter dignitatem uitae suae, quam pro satisfactione ponebat: quae erat uita Dei, & hominis. Tertiò, propter generalitatem passionis, & magnitudinem doloris assumpti, ut supra dictum est. * & ideo passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis, secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caput, & membra sunt quasi vna persona mystica, & ideo satisfactio Christi ad omnes fideles pertinet, sicut ad sua membra. Inquantum etiam duo homines sunt unum in charitate, unus pro alio satisfacere potest, ut infra patebit. Non autem est similis ratio de confessione, & contritione: quia satisfactio consistit in actu exteriori, ad quem assumi possunt instrumenta inter quae computantur etiam amici.

AD SECVNDVM dicendum, quod maior fuit charitas Christi patientis, quam malitia crucifigentium, & ideo plus potuit Christus satisfacere sua passione, quam crucifixores offendere occidendo, intantum quod passio Christi sufficiens fuit, & superabundans ad satisfaciendum pro peccatis occidentium ipsum.

AD TERTIVM dicendum, quod dignitas carnis Christi non est aestimanda solum secundum carnis naturam, sed secundum personam sumentem inquantum, scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas haeresim quorumdam ex eo, quod male intelligebant Apostolum ad Colossenses, dicentium, quod passio Christi non fuit satisfactio sufficiens pro peccatis nostris. Apostoli autem dictum ad Colossenses, cap. 1. hoc est. Adimpleo ea, quae desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Praedicti enim haeretici, cum sint indocti & instabiles (ut dicitur 2. Pet. 3.) idest a stabili sensu scripturarum voluntarie deuiantes, deprauarunt hanc, sicut & caeteras scripturas ad suam ipsorum perditionem ideoq; dixerunt. Ecce, quod Apostolus dicit, se adimplere ea, quae desunt passionum Christi, pro Ecclesia, idest in satisfactionem pro peccatis ecclesiae. Vbi aperte ad literam (inquiunt) demonstrat, quod passiones Christi desunt, idest non sunt sufficientes de se, sine passionibus aliorum sanctorum, ad satisfaciendum pro ecclesia.
a Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, haeresim illam damnari per hoc, quod dicitur Rom. 5. Non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Vbi & post multa concludit de illo dono dicens; Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia Quid uerò per donum ibi intelligat Apostolus, declarauerat in cap. eod. per ly Christus pro nobis, cum adhuc peccatores essemus, mortuus est. Quid autem per ly superabundauit, intelligat, declarauerat etiam ibidem per ly reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Mors ergo Christi fuit, secundum expressum contextum Apostoli, superabundans ad reconciliandum nos peccatores Deo. Hoc est (ut patet ex sensu terminorum) ad satisfaciendum pro nobis peccatoribus Deo. Item a Psalm. 68. Quae non rapui, & caetera; ut cum expositione est in argum. cont. Nota ly exoluebam, id est non solum soluebam, sed etiam exactissime

mè soluebam: id quod est iustitiae diuinae de huiusmodi rapina pretium exigenti, & satisfacere, & perfectissime satisfacere. Item à symbolo fidei catholicae per ly Qui propter nostram salutem passus, crucifixus, & mortuus est. Ex hoc enim relatiuo; Qui, apertissime demonstratur, quod passio sua fuit sufficientissima ad satisfaciendum pro peccatis non tantum nostris, sed etiam infinitorum mundorum, quantum est ex seipsa. Nam ly qui, refert filium Dei vnigenitum, consubstantialem patri, coaequalem, coaeternum, coomnipotentem, infinitum, ac Deum uerum (ut patet ex contextu ipsius symboli): & consequenter per hoc manifestat, quod passio illius fuit infiniti vigoris, virtutis, ac pretii ad satisfaciendum aequaliter absolutè, immo etiam plusquam aequaliter, pro offensis Deo ab omnibus hominibus quocumq; tempore factis, siue in praeteritum, siue in futurum, q. 49. artic. 1. ad tertium. Non enim offensa, seu culpa, procedit nisi a creatura, cuius actio secundum se non potest esse nisi vigoris finiti, cum & ipsa creatura finita sit, & per consequens passio Christi, cum non nisi infiniti uigoris secundum se esse possit, plusquam aequaliter absolute, pro culpis omnibus quorumlibet hominum satisfecit. Nec solum hoc de tota passione sua, attento supposito humanitatis patientis, uerum est, sed & de minimo quouis dolore ipsius, q. 46. art. 6. argum. 5. Quod & idem S. Doctor confirmauit, in Rythmo ad sacratissimam Eucharistiam, dicens:

Piè Pellicane, Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine;
Cuius una gutta saluum facere
Totum mundum posset, omni scelere.

Item à Psal. 129. Copiosa apud eum redemptio. Ibi enim ly copiosa, demonstrat patenter intentum, & maxime si consideretur, quod sumitur anthonomastice, i. pro copiositate excellentissimo, & summo, modo dicta; & quod proportionantur redemptio, ac satisfactio, ar. 4. corp. Tertio ex praemissis constat euidentissime, quod sensus ab haereticis illis datus Apostolicae sententiae; Adimpleo ea, quae &c. est peruersissimum, utpote contra eundem Apostolum, contra fidei symbolum, & contra omnem rectam (quam adduximus) rationem, Nec est difficile in Apostolo uerum sensum inuenire, cum ipsemet in tex. ueritatem a se intentam declaret. Adimpleo (inquit) ea, quae desunt passionum Christi in carne mea. Dicit. n. ly desunt in carne mea; & non dicit, desunt in carne sua; quia nouerat, & passiones Christi non defuisse, immo superfuisse, i. superabundanter fuisse, in carne Christi, & passiones Christi adhuc deesse in carne sui ipsius Pauli. Nam sciebat se nondum tanta passum esse, quanta debebat pati secundum praeordinationem diuinam ad hoc; ut, iuxta mensuram passionum ab ipsa praeordinatione praetaxatam, se passionibus Christi capitis sui conformaret. Quotidie tamen istam suarum passionum, quas ideo passiones Christi appellat quia eas pro Christo patiebatur, mensuram adimplebat, dum magis ac magis, ut seipsum Christo conformaret, passiones in carne propria sustineret uel ab aliis sibi illatas, uel etiam à semetipso sponte assumptas. Pro corpore (inquit) eius, quod est ecclesia. Hoc est. Ad utilitatem ecclesiae per modum exempli & exhortationis ad salutem, non autem per modum satisfactionis quasi addentis aliquid passionibus Christi, tamquam ad satisfaciendum per se solas insufficientibus (Absit): licet per modum satisfactionis, tanquam redundantis ex plenissima plenitudine satisfactionis Christi. In hoc. n. ultimo sensu satisfactionis, non autem in primo, dicimus, quod thesaurus ecclesiae, unde Papa dat indulgentias sunt merita & Christi & sanctorum, (ut uidere est contra haereses Lutheri, &c. in Additio. in articit. num. 97. 102. Eluc.) Nam sic passiones sanctorum non inferunt insufficientiam passionum Christi, sed inferunt eorumdem maximam sufficientiam, ad satisfaciendum; quoniam illam Christi sufficientiam ostendunt esse tantam, ut ex redundantia sua faciat, passiones sanctorum esse satisfactiones non solum ipsorum, sed etiam aliorum de ecclesia comembrorum suorum. Ac si sol per reuerberationem quandam faciat, quod cristallum a se sole illuminatum illuminet alia corpora circumstantia. Quod enim tale cristallum alia quaedam illuminet, non est ex insufficien-

tia solis ad illuminandum alia etiam sine cristallo, sed ex uehementi ipsius solis sufficientia: quæ tanta est, ut non solum illuminare possit alia, sed etiam sua illuminatione facere, quod aliud puta cristallum, illuminet alia. Sic iuxta Apostolicum sensum ibi pro indulgentiis, passiones sanctorum nihil penitus conferunt sufficientiæ passionibus Christi ad satisfaciendum pro Ecclesia: sed ex abundantissima satisfactione ipsius Christi hoc tamquam per quandam reuerberationem habent, ut satisfacere etiam pro aliis possint. Stant ergo optime simul (quod tamen indocti illi non perceperunt) duo hæc, scilicet quod passiones sanctorum ad satisfaciendum pro Ecclesia aliquid ualeant, & quod passiones Christi solæ sint superabundantes ad satisfaciendum: immo illud primum

primum scilicet sufficientia sanctorum, tamquam effectus, demonstrat hoc primum, scilicet superabundantiam satisfactionis Christi, esse uerum tamquam causam illius. Torcular ergo calcauit solus Christus, & de gentibus non est uir secum (ut ipse de se dicit Isa. sexagesimotertio,) id est passio sua per se sola, nullis uirtuosorum hominum passionibus adiunctis, est ad satisfaciendum pro omnibus sufficiens: & adeo; ut ex sufficientia sua ad passiones sanctorum suorum redundet, quod in Ecclesiæ utilitatem nō tantum exempli, & exhortationis, sed etiam satisfactionis (modo tamen prædeclarato) ueniant. Quartò uides quomodo ex his bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex ipsa satisfactionis ratione: facere si quidem satis est facere æquale, seu sufficiens debito. Præsupponit namque satisfactio debitum, pro quo satisfaciendum est, & debito præsupposito tunc satis fit, quando aliquid exhibet æquiualēs debito, uel excedens illud. In proposito, quia de debito humani generis constat (quoniam & offendit Deum, & obnoxium erat æternæ pœnæ) quæritur an passio Christi saluauerit nos per modum satisfactionis, hoc est per modum recompensantis æquale ad minus debito humani generis.

¶ In corpore est una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Passio Christi non solum sufficiens, sed superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis. Probatur: Ille proprie satisfacit offenso, qui illi exhibet, quod æque, uel magis diligit, quam oderit offensam: sed Christus patiendo, Deo magis exhibuit quā exigeret offensa totius humani generis. ergo. Probatur minor explicitè, & confirmatur, & minor, & conclusio auctoritate Ioan. Euangelistæ.

¶ Aduerte hic, q aliquid exhibitum offenso, dupliciter potest satisfacere. Primo, ex gratia offensi acceptantis illud exhibitum pro sufficienti, quamuis illud in se non esset sufficiens pro satisfactione, sicut si rex pro iniuria sibi facta acciperet solam petitionem ueniæ. Alio modo ex sufficientia ipsius rei exhibitæ: quia scilicet illud exhibitum est secundum se tantæ bonitatis, amabilitatis, dignitatis, & excellentiæ, ut adæquet offensam, uel excedat, sicut si pro offensa deberetur libra argenti, & daretur libra auri. In proposito est sermo de satisfactione secundo modo, hoc est secundum se: ita quod sensus maioris est, quod ille proprie satisfacit, qui exhibet offenso, quod secundum se est magis ab offenso dilectum, quam ex sola offensa. Et hunc sensum manifestat minor, dicens quod Christus plus exhibuit patiendo, quam offensæ recompensatio exigebat: manifeste enim hic comparantur secundum

secundum se offensa, & passio Christi. Unde concluditur quod Christi passio secundum se est satisfactio superabundans pro peccatis humani generis, & ideo acceptata à Deo, & non econtra, quia acceptata, ideo sufficiens. Et hoc probant rationes literæ.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit circa rationem redditam, quare potest unus pro alio satisfacere, & non confiteri, aut cōfiteri. Assignatur si quidem in litera ratio, quia satisfactio est actus exterior. Contra quam in promptu est obiectio, quod confessio quoque est actus exterior, & propterea si ratio est ualida, infert etiam quod unus potest confiteri pro alio, & quia hoc non est uerum, sequitur quod ratio nihil ualet.

¶ Ad dubium hoc dicitur, quod æquiuocatio hic accidit de actu exteriori. Nam actus exterior dupliciter dicitur, uel, ut distinguitur absolute contra interiorem, ut uidere est actus exterior, imaginari est actus interior. Et secundum hunc sensum procedit obiectio, sic enim confessio est actus exterior: Alio modo sumitur actus exterior secundum medium, & sic distinguitur contra actum secundum medium interius, hoc est rationis tantum. Ut enim in moralibus patet, dupliciter inuenitur medium in actibus nostris, uel medium rationis tantum, uel medium rei. Et medium rei exterius dicitur, quia in æqualitatis rei ad rem consistit, medium autem rationis interius quodammodo dicitur: quia in proportione intraneæ rationis in ordine ad operantem consistit. Quia autem satisfactio in æqualitate rei ad rem consistit, (oportet enim ipam adæquare debitum, ut patet) ideo dicitur hic, quod consistit in actu exteriori secundum medium, & in hoc differt confessio a satisfactione in proposito. Et hinc prouenit ut Auctor dicit, quod satisfacere potest, quis per alium, quoniam ad æquale exterius soluendum adhiberi possunt externa instrumenta, inter quæ sunt amici non minus, quam pecuniæ. Satisfactio autem exteriani sonat adæquationem, est enim facere satis, id est sufficiens.

Medina ar. 3.

SVP. Q. XLVIII.

ART. III.

265 CONCL. Manifestum est, quod passio Christi fuit uerum sacrificium.

Inf q6.49. ar.4 co. Et q.73. ar.4. cor. Et ad 3. & q 83. art.1. cor. Et op. 60. c.18.

¶ PROB. Quia manifestum est, quod Christus seipsum in passione uoluntariè pro nobis obtulit Deo hostiā acceptissimam (ut patet Ephes. 5. atque artic. 1. cor. so) & illud, quod in honorem Deo debitum fit, ut charitate inhæreamus Deo, dicitur proprie sacrificium. (ut patet ex Diuo Augustino.)

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum passio Christi operata sit per modum sacrificii.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non sit operata per modum sacrificii. Veritas enim debet respondere figuræ: sed in sacrificiis ueteris legis, quæ erant figuræ Christi, numquam offerebantur caro humana, quinimmo hæc sacrificia nefanda habebantur, secundum illud Psal. 105. Effuderunt sanguinē innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaā, ergo uidetur quod passio Christi sacrificium dici non possit.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in 10. de Ciui. Dei, quod sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificii sacramentum, i. sacrū signum est, sed passio Christi nō est signum, sed magis signatum per alia signa. ergo uidetur quod passio Christi non sit sacrificium.

* li 10. c. 5. paulo a prin. to. 5.

¶ 3 Præt. Quicumque offert sacrificium, aliquod sacrum facit, ut ipse nomen sacrificii demonstrat illi autem, qui Christum occiderūt, non fecerunt aliquod sacrum, sed magnam

gnam malitiam perpetrauerunt. ergo passio Christi magis fuit maleficium, quam sacrificium.

SED CONTRA est, q Apostolus dicit Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis.

RESPON. Dicendum, quod sacrificium proprie dicitur aliquid factum in honorem proprie Deo debitum, ad eum placandum. Et inde est quod August.* dicit in 10. de Ciui. Dei, Verum sacrificium est omne opus, quod agitur, ut charitate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo ueraciter boni esse possumus. Christus autem (ut ibidem subditur) seipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc ipsum opus quod uoluntariè passionem sustinuit, Deo maxime acceptum fuit, ut potè ex charitate proueniens. unde manifestum est, quod passio Christi fuerit uerum sacrificium. Et sicut ipse postea subdit in eodem lib. Huius ueri sacrificii, multiplicia, uariaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tamquam uerbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur. Et cum quatuor considerentur in omni sacrificio (ut Augustinus * dicit in quarto de Trinitate,) scilicet cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus, uerusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo unum cum illo maneret, cui offerebat, unum in se faceret, pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

* li: 10. c. 6. in prin. t. 5.

*li. 4. c. 14. non longe a fi. to. 5.

AD

1m maior. Veritas debet respondere figuræ. ℞. Ita tamen; vt veritas excedat figuram. §. Tunc nihil &c. Immo argumenti minor est pro. Vt enim figura excederetur à veritate, nedum a figurato, conuenienter huius sacrificii, quo caro Christi offertur pro nobis, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod id de sacrificiis idolatrarum pro probatione adductum nihil probat; & hoc ideo quia est extra propositum, eo quod & a Deo non offerebatur, & ea non erant figura sacrificii Christi.

2m ex D. Augustino. Sacrificium visibile. ℞. Figurale. §. De talibus enim sacrificiis. D. August. ibi loquitur. Tunc nihil &c. Passionem si quidem Christi esse sacrificium figuratum, non autem figurale, intendebat conclusio articuli.

Item (de minori.) Passio Christi non est signum. ℞. Negatur. §. Nam est signum alicuius rei a nobis obseruandæ, scilicet quod iã non hominũ desideriis, sed voluntati Dei, de cætero saltem uiuamus. Vide responsum secundũ in textu ly E. tamen ipsa passio Christi, & cætera.

*li. 4. c. 14. in me. c. 3.

3m de conclusione. Fuit maleficium. ℞. Ex parte occidentium. §. Neque enim illi obtulerunt rem gratissimam Deo neque retulerunt intentionẽ suam ad hunc finem bonum (quod est de ratione sacrificii, ut habetur in corp. ex Augustino): sed actione tum exteriori, tum interiori, maxime Deum offenderunt, q. 46. ar. 12. & q. 47. ar. 6. Tũc nihil &c. Nam art. conclusio, cum passionem Christi dicit esse sacrificium, intelligit hoc ex parte solum Christi.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet ueritas respondeat figuræ, quantum ad aliquid: non tamen quantum ad omnia: quia oportet quòd ueritas figuram excedat, & ideo conuenienter figura huius sacrificii, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacrificium. Primo quidem, quia ex eo quòd est humanæ naturæ, caro congrue pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundo, quia ex eo, quòd erat passibilis, & mortalis, apta erat immolationi. Tertio, quia per hoc quòd erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quarto, quia ex eo, quòd erat caro ipsius offerẽtis, erat Deo accepta propter charitatem, suam carnem offerẽtis. vnde Aug.* dicit in 4. de Trin. Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quam humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis; & quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium, quàm sine contagione carnalis cõcupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero Virginali? & quid tam grate offerri, & suscipi posset, quam caro sacrificii nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?

Ad secundum dicendum, quòd Aug.* ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figuralibus. Et etiam ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruandæ a nobis, secundum illud 1. Pet. 4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, ut iam non hominum desideriis, sed uoluntate Dei, quod reliquum est, in carne viuat temporis.

Ad tertium dicendum, quòd passio Christi ex parte occidentiũ ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium. vnde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur, non autẽ illi, qui eum occiderunt.

* loco citato in arg.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem, tamquam in radice, interimas hæresim Lutheri dicentis, quòd Missa non est sacrificiũ. Patet enim ex hac radice, Missam esse sacrificium, quod Christus in passione oblatus est uerum sacrificium: vt articulus iste determinat. Nam sicut tota arbor virtute consistit in radice; ita Missæ tota uirtus in oblatione Christi crucifixi consistit. Hinc est; quod in idem redit demonstrare, Missam esse sacrificium, & passionem Christi, seu Christum in passione oblatum, esse sacrificium, & quod quicumq; dicit, vel negat, unum, dicit etiam sententialiter vel negat, alterum. Secundo igitur habes; quomodo per rationem ostendas, prædictã hæresim meritò damnari a Concilüs Lateranensi sub Innoc. III. & Floren. & Trid. abundanter, & a scripturis sanctis; summisque Põtificibus. De quibus omnibus, tum pro confutatione heresum, tum pro textus præsentis (si rectè applicentur) multa confirmatione, vide Veritates Aureas super totam legem veterem, Genes. decimoquarto, conclusione quinta, & Leuit. vigesimoprimo, conclusione septima, & cap. 24. concl. 2. Tertiò vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina hæc Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria: Primo respondetur quæsito una conclusione: Passio Christi fuit uerum sacrificium. Probatur: Omne opus quod agitur ut charitate inhæreamus Deo, relatum ad ipsum Deum, est uerum sacrificium, sed Christus sustinendo voluntarie passionem, egit opus acceptissimum, &c. ergo, maior probatur, & auctoritate August. & quia id propriè dicitur sacrificium quod fit in honorem Deo propriè debitum ad eum placandum. Secundò, monstratur excellentia huius sacrificii, ex eo quòd figuratũ est per aliqua sacrificia. Tertiò monstratur summa huius sacrificii excellentia, ex concursu omnium quatuor requisitorum ad sacrificium in unum, quia scilicet Christus est, qui offert, & est Deus, cui offertur, & est qui offertur, & est pro quo, hoc est pro cuius corpore mistico offertur.

¶ In responsione ad tertium, attende quod iuxta diuersam sacrificii naturam diuersimode inuenitur facere sacrum. In sacrificiis enim consistentibus in agere, inuenitur facere sacrum ad extra ut patet in sacrificiis animalium, & altaris. Sed in sacrificiis, quæ consistunt in pati, inuenitur facere sacrum, secundum actionem interiorem, qua sponte offert Deo suum pati. Et sic Christus fecit sacrum actione interiori: occisores autem eius fecerunt actione exteriori non sacrum, sed sacrilegium maximum.

Medina ar. 4.

SVP. Q. XLVIII.

ART. IIII.

COncl. Passio Christi vere dicitur esse nostra redemptio.

267 Inf. q. 49. ar. 2. Et di. 19 a. 2. Et 3. d. 19. ar. 4 Et opusc. 60. c. 18.

¶ Prob. Quia passio Christi fuit quoddam pretium, per quod liberati sumus ab obligatione tam peccati, tũ pœnæ (cum ipsa passio fuerit pro nobis superabundans satisfactio pro peccato, pœnaeque reatu, articulo secundo.) Et illud pretium, quo quis se uel alium liberat ab aliqua seruitute, dicitur redemptio (ut patet ex terminis.)

ARTICVLVS IIII.

Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modũ redẽptionis. Nullus n. emit, uel redimit, quod suum esse non desiit, sed hoĩes numquam desierunt esse Dei, sm illud Ps. 23. Dñi est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. ergo uidetur quòd Christus non redemerit nos sua passione.

¶ 2 Præt. Sicut Aug.* dicit 13. de Trin. Diabolus a Christo iustitia superandus fuit, sed hoc exigit iustitia ut ille, qui inuasit dolose rem alienã, debeat priuari: quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari, ut etiam iura humana dicunt. Cum ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolo sè deceperit, & sibi subiugauerit, uidetur, quod non debuerit homo per modum redẽptionis ab eius eripi potestate.

*lib. 13. de Tri. c. 13. in prin. to. 3.

¶ 3 Præt. Quicumque emit, aut redimit aliquid, pretium soluit ei, qui possidebat, sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostræ) diabolo, qui nos captiuos tenebat. non ergo Christus sua passione nos redemit.

Sed contra est, quòd dicitur 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, uel argento redempti estis, de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed pre-

tioso sanguine, quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. Et Galat. 3. dicitur, Christus non redemit de maledictio legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, inquantum pro nobis passus est in ligno, ut supra dictum est. * ergo per passionem suam nos redemit.

Raspon. Dicendum, quod per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primo quidem, seruitute peccati, quia; Qui facit peccatum, seruus est peccati: ut dicitur Io. 8. & 2. Petr. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est: quia igitur diabolus hominem superauerit, inducendo eum ad peccatum, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundò, quantum ad reatum pœnæ, quo homo erat obligatus, secundum Dei iustitiam, & hic etiam est seruitus quædam: ad seruitutem enim pertinet, quod aliquis patiatur, quod non vult: cũ liberi hominis sit uti seipso, ut vult. quia igitur passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccato, & reatu pœnæ generis humani, eius passio fuit quasi quoddam pretium per quod liberati sumus ab utraque obligatione. Nam ipsa satisfactio, qua quis satisfacit, siue pro se, siue pro alio, pretium quoddam dicitur, quo seipsum, uel alium redimit a peccato, & a pœna, secundum illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime: Christus autem satisfecit non quidem pecuniam dando, aut aliquid huiusmodi: sed dando, id quod fuit maximum, seipsum scilicet pro nobis. & ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

Ad primum ergo dicendum, quod homo dicitur esse Dei, dupliciter. Vno modo inquantum subiicitur potestati eius: & hoc modo numquam homo desiit Dei esse: secundum illud Dan. 4. Dominatur excelsus in regno hominum, & cui cumque uoluerit, dabit illud. Alio modo, per unionem charitatis ad eum, secundum quod dicitur Ro. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo numquam homo desiit esse Dei. Secũdo uero modo, desiit esse Dei per peccatum. & ideo inquantum fuit a peccato liberatus Christo passo satisfaciente, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

Ad secundum dicendum, quod homo peccando obligatus erat, & Deo, & diabolo, quantum enim ad culpam Deum offenderat, & diabolo se subdiderat, ei consentiens, unde ratione culpæ nõ erat factus seruus Dei: sed potius a Dei seruitute recedens, diaboli seruitutem incurrerat, Deo iuste hoc permittente, propter offensam in se commissam sed quãtum ad pęnam, principaliter homo erat Deo obligatus, sicut summo iudici, diabolo autẽ tamquam tortori, sm illud Matth. 5. Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, i. angelo pœnarum crudeli, ut Chrys.* dicit. Quãuis igitur diabolus iniustè, quantũ in ipso erat, hominem sua fraude deceptũ sub seruitute teneret, & quantũ ad culpam, & quantum ad pœnam: iustum tamẽ erat hoc hominem pati, Deo permittente, quantũ ad culpam, & ordinante, quantum ad pœnam, & ideo per respectum ad Deũ, iustitia exigebat, quod homo redimeretur, non autem per respectum ad diabolum.

Ad tertium dicendũ, quod quia redẽptio requirebatur ad hominis liberationem per respectum ad eũ, non autem per respectum ad diabolum, non erat pretium soluendum diabolo, sed Deo, & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretiũ nostræ redemptionis) non dicitur obtulisse diabolo, sed Deo.

AR-

1^m maior. Nullus emit, uel redimit, quod suum esse non desiit. R. Secundum quod suum esse non desiit. §. Tunc nihil &c. Potest enim quis redimere illud idem, secundum quod suum esse desiit, & hoc modo, cum homo semper Dei quò ad potestatem existẽs desiisset esse eiusdem quo ad unionem charitatis, Christ. per passionem suam redemit hominem.

2^m ex Diu. Augustino. A Christo iustitia. R. Per respectum solum ad Deum considerata. §. Nam ex parte diaboli (ut d. minor) nulla iustitia erat. Tunc nihil &c. Redemptionis enim modo per respectum ad Deum, non autem per respectum ad diabolum (ut putat argumenti conclusio) homo a Christo passo ex potestate eius ereptus est.

* q.46.a.4. ad 3.arg.

3^m de maiori. Qui possidebat. R. Iuste. §. Ita, scilicet quod ex sua iustitia tale quid possidebat. Tunc nihil, &c. Nam diabolus, quãtum est se, iuste non possidebat, sed fraudulenter hominem (ut dictum est in tex. ad secundum.) sed tota iustitia erat ex parte Dei. Quia igitur redemptio requirebatur, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse à scripturis, quod passio Christi operata est nostrã salutem per modum redemptionis. Vt per hoc, quod dicitur 1. Petr. 1. non corruptibilibus, &c. Secundum quod est in argumen. cont. Vbi nota: utrobique uocabulo redemptionis, puta ly redempti estis, ly redemit, esse usum Apostolum. & hoc, ut insinuaret Christum crucifixum esse & redemptorem nostrum, & redemptionem nostram. Redemptorem quidem, quia redemit; redemptionem autem, quia non aliis a se, puta auro, uel argento, sed seipso tamquam pretio, redemit nos. Seipso, inquam; quia non solum sanguinem pretiosissimum ad nos redimendos dedit, sed totum se, secundum quod passibilis erat. Quod utique

utique confirmatur a Diuo Thoma in sermone de Sacramen. Vnigenitus Dei filius suæ diuinitatis volens nos esse participes, nostram naturam assumpsit, ut homines Deos faceret factus homo: Et hoc insuper, quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatione in ara crucis, hostiam obtulit Deo patri, & sanguinem suum fudit in pretium simul & lauacrum, ut redempti à miserabili seruitute, a peccatis omnibus mundaremur. Hęc ibi. Confirmatur, & idem ab eodem in articulo quinto, corp. per ly pretium redemptionis nostrę est uita Christi corporalis. Ex quibus dic, quod Apostolus ipse dicens ly pretioso sanguine, locutus est per figuram illam, quæ minus dicendo significat plus. Solum enim sanguinẽ expressit, & sub eo intellexit quicquid ad Christi humanitatem pertinuit: puta labores, dolores, fatigationes itinera, &c. A sanguine autem Diuus Petrus totam corporalem uitã Christi denominat, quia ipsa uita est in sanguine (ar ticulo quinto.) Obseruando præterea quod etiã minimum, non tantũ sanguis, sed & labor, Christi fuit secundum se sufficientissimus ad redimendum nos de uana nostra cõuersatione paternæ traditionis (ut patet articulo 2 append.) licet ad declarandam nobis & maximam peccati grauitatem, ac nocumentum, & maximam suipsius charitatem erga nos ac patientiam, & maximam iustitiæ Dei seueritatem contra peccata puniendam (ad obstruendum os loquentium iniqua, id est facientium nimis, id est temeratiè magnum forum de infinita misericordia Dei) uoluerit Christus ipse iuxta præordinationem suam æternam tot, tantaque ad præfixum numerum atque mensuram pati pro nobis redimendis, quæstione quadragesimasexta, articulo 6. Hæc dicta sint pro declaratione argumenti contr. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

* Ho. 11. in Mat 10 op. imper. non long. a fi. to mo 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primo manifestatur status seruilis generis humani quo ad duo, culpam, scilicet, & pœnam. Secundò respondetur quæsito una conclusione, scilicet passio Christi est nostra redemptio. Primum declaratur quo ad peccatum, & diabolũ suggestorem auctoritatibus, quo ad pœnam uero ratione clara in litera. Conclusio probatur. Passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccatis, & pro reatu generis humani. ergo fuit quasi pretium, quo liberati sumus ab utraque seruitute. ergo fuit nostra redemptio. Prima consequentia probatur, quia satisfactio habet rationem pretii redemptiui. Probatur auctoritate Dan. 4. Secunda consequentia clara est ex se. Et amplius declaratur, quia pretium oblatum a Christo fuit nõ pecunia, sed ipsemet patiens.

Medina

Medina ar. 5.

SVPER QVAEST. XLVI. ART. V.

COncl. Esse immediatè redemptorem, proprium est Christi; inquantum est homo: quamuis redemptio ipsa possit attribui toti trinitati, sicut primæ causæ.

268 ¶ Prob. Quia pretium redemptionis nostræ, atque actus solutionis precii, pertinet immediate ad Christũ (cum ipse uitam suam corporalem per seipsũ pro nobis exoluerit Deo). Secunda autem pars, scilicet quamuis, &c. probatur; Quia totius trinitatis, tanquã primi actoris, est tum corporalis uita Christi, tum inspiratio act* solutionis eius pro nobis (vt patet).

3. d. 19. 4. q. 2.

*gl. interli.

1m ex Psal. Rede misti. R. Principaliter. § Tũc nihil, &c. Cum hoc. n. quòd tota trinitas nos redemit principaliter, stat simul quod Christus homo nos redemerit immediate: id quod dixit articuli conclusio.

2m de maiori. Qui dat. R. Secundũ quod dat. §. Hoc est. Si dat, vt primus agens, pretium redemptionis, ipse redimit vt primus agens: si autem dat immediatè illud pretiũ, ipse redimit immediate. Tunc nihil, &c. vt patet in textu, & ex dictis.

3m illatio conclusionis. Ergo non solum, &c. R. Negatur illatio. §. Non enim esse Ecclesiæ proficuum quomodocumque sufficit ad hoc, quod ille talis sit redemptor: sed requiritur, quod sit Ecclesiæ proficuum per modum redemptionis. Passiones autem sanctorum (de quibus in argumento), proficiunt, &c. vt in tex.

¶ Exam. Ly non per modum redemptionis. Scilicet (ut habetur ex contextu articuli, sic formaliter intellecto) perfectæ, idest condignæ per solutionem precij ad absolutæ æqualitatis recõpensationem pro omni culpa totius generis humani commissa in Deum. Talis enim redemptio non potest fieri ab homine puro; vt patet. q. 1. ar. 2. ad secundum. per locum a simili de satisfactione. Porrò passiones sanctorum proficere Ecclesiæ per modum redemptionis, seu satisfactionis (vt in indulgentijs summorum pontificum patet) imperfectæ, idest præsupponentis redemptionem & satisfactionem Christi, ab eaque dependentis; nec per æqualitatem absolutam, sed per quandam diuinam acceptationem satisfacientis: hoc, inquam, non est inconueniens, sed ualde conueniens, & uerum, ac Sancto Doctori (Additio. quæst. 25. 26. 27.) totique Ecclesiæ catholicæ consentaneum. Vide art. 2. append.

ARTICVLVS V.

Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod esse redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim in Psal. 30. Redemisti me domine Deus veritatis: sed esse dominum Deum veritatis, conuenit toti Trin. non ergo est proprium Christo.

¶ 2 Præt. Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis: sed De* pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundũ illud Psalm. 100. Redemptionem misit dominus populo suo Gloss.* idest Christum, qui dat redemptionem captiuis. ergo non solum Christus, sed et Deus pater nos redimit.

¶ 3 Præt. Non solum passio Christi, sed etiam aliorum sanctorum proficua fuit ad nostram salutem, secũdum illud Coloss. 1. Gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. ergo non solum Christus debet dici redemptor, sed etiã alii sancti.

SED CONTRA est, quod dicitur Galath. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ: sed solus Chr's factus est pro nobis maledictum. ergo solus Christus debet dici noster redẽptor.

RESP. Dicendum, quòd ad hoc quòd aliquis redimat, duo requirũtur, scilicet actus solutionis, & pretium solutum: si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostræ est sanguis Christi, uel uita eius corporalis, quæ est in sanguine quam ipse Christus exoluit. vnde vtrumq; istorum ad Christum pertinet immediatè, inquantũ est homo, sed ad totam Trinitatẽ, sicut ad causam primam, & remotam, cuius erat & ipsa uita Christi sicut primi actoris, & a qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, vt pateretur pro nobis, & ideo esse immediatè redemptorem, proprium est Christi, inquantum est homo: quãuis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primæ causæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Glo.* hoc sic exponit. Tu domine Deus ueritatis, redemisti me in Christo clamante. In manus tuas domine, commendo spiritum meum. Et sic redemptio immediatè pertinet ad hominem Christum principaliter autem ad Deũ.

* Illicit ex gl. ord. ibi.

AD SECVNDVM dicendum, quod pretium redemptionis nostræ homo Christus soluit immediatè: sed de mandato Patris, sicut primordialis actoris.

AD TERTIVM dicendum, quòd passiones sanctorum proficiunt Ecclesiæ, non quidem per modum redemptionis, sed per modum exempli, & exhortationis, secundum illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione, & salute.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationẽ interimas hæreses Theodoti Bizantini (vt refert Prateolus, titul. Bassus) dicentis; Christum non esse saluatorem, seu redemptorem. Et Menandri (ut refert Eusebius lib. 3. cap. 2. & D. Aug. lib. de hæresibus) dicentis; se fuisse destinatum saluatorem, seu redemptorem mundi, ac ex Olympo ad hominum salutem demissum. Articulus enim iste utrãque impugnat, & expugnat: cum doceat & affirmatiuam, s. Christũ esse redemptorem, & negatiuam, scilicet nullum præter ipsum, nec etiam SS. Apostolos, esse redemptorem. Nã hoc esse propriũ Christo (ut dicit conclusio articuli) includit utrũque: ac si diceretur, solus Christus est saluator, seu redemptor.

Vtilitas pro Eccle. S. Doc.

Secundò habes: quomodo per rationem ostẽdas, illas meritò damnari per hoc; quod dicitur Galath. 3. Christus nos, &cæt. vt cũ discursu ponitur in argumen. contr. Item a dictis supra articul. nume 2. 247. & in Addit. artic. numer. 332. cum Elucid. vbique. Item a Veritatibus ... super legem vetere, Leuit. 16. conclusio. 8. Item per dictum Matthæi 1. Vocabis nomen eius IESVM. Quod quidem dicitur Isa. 62. nomen nouum, quod os domini nominauit. Et hoc, quia nullus saluat populum suum a peccatis eorum, nisi Christus. Legitur enim Actu. 4. Non esse aliud nomen sub coelo datum, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen Christi. Vide respon. ad tertium. & quæstio. prima, articul. 2. ad secundum.

3 Tertiò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat. sumendus est: ita quod Christus sumitur, ut distinguitur a Patre, & Spiritusancto, & ab aliis sanctis. Et est sermone de redemptione vniuersalis humani generis; quam dictum est in præcedenti articulo esse effectum passionis Christi.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones. Prima est: Esse redemptorem immediate, est proprium Christi, inquantum homo. Secunda est: Redemptio potest attribui toti Trinitati, vt primæ causæ. Probantur ambæ simul, Vtrumque horum scilicet actus solutionis & pretium solutum, pertinet immediate ad Christum inquantum homo, & ad totam Trinitatem ut primam causam. ergo. Assumptum pro prima parte probatur: quia pretium nostræ redemptionis est vita corporalis Christi quam ipse Christus exoluit. Pro secunda uero: quia uita corporalis Christi erat Trinitatis, ut primæ causæ, & ipsa Trinitas inspirauit animæ Christi ut poneret uitam suam pro nobis. Consequentia autem probatur: quia ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur, & quod ipse soluat, & quod soluat de suo. Et primum quidem patet: quia alioquin non redimeret: sm autem probatur, quia si de alieno redimeret magis redimeret dominus pretij, quam ille soluens, vt patet in his, qui de eleemosynis redimunt captiuos.

¶ Aduerte hic, quod conuenientium Christo mediante humana natura, duplex est differentia: Quædam enim sunt dispositiones essendi, aut patiendi, ut esse calidum mansuetum, flagellatũ, crucifixum, tristem, & huiusmodi, & hæc omnino sunt propria Christo,

Christo, vt distinguitur a Patre, & Spiritusancto. Quædam vero sunt actiones, ut docere, sanare, redimere, saluare, &c. & de his aliter est dicendum secundum rem, & aliter secundum nominum appellationem. Nam secundum rem, dicendum est, quod actio dupliciter sumitur: scilicet causaliter, vel personaliter. Et hoc est dictū, actionem Christi sumi posse, vel secundum quod est actio a suis efficientibus exiens, & sic quælibet talis Christi actio est effectiue a tota Trinitate mediate, & ab humanitate Christi immediate: tota siquidem Trinitas saluauit genus humanum, & sanauit infirmos, suscitauit mortuos, &c. ita quod infra limites causalitatis stando, non magis verbum quam Pater, & Spiritussanctus saluauit, sanauit, docuit, &c. quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra. Alio autem modo, scilicet personaliter sumptæ huiusmodi actiones (hoc est ut terminantur ad hypostasim cuius sunt non dico ut causæ, sed ut hypostasis, seu personæ) sic sunt propriæ filio, ita quod nec Patri, nec Spiritusancto conueniunt: ita enim personaliter filius Dei docebat, sanabat, redimebat, saluabat, per assumptam humanam naturam, quod nec Pater, nec Spiritussanctus personaliter hæc operabatur: nam ille homo docens, sanans, saluās, redimens, &c. erat filius Dei: & non Pater, nec Spiritussanctus, nec Trinitas. Secundum uero nominum denominationem considerādum est, an nomen, de quo quæritur importet principaliter actionem ut exeuntem a causa, an actionem ut respicit hypostasim cuius est, an vtrumque: illa enim, quæ principaliter respiciunt cām, inter communia toti Trinitati computāda uidentur, ut mortuos suscitare, miracula facere, & reliquæ actiones, quas Christus licet mediante humana natura exercuit, principaliter tamen ratione deitatis: Illa uero, quæ determinant hypostasim principaliter, inter propria computanda sunt: vt prædicare, ambulare, admirari, videre, & huiusmodi. Quæ autē medio modo, & causam, & personam referri indifferenter, aut quasi indifferenter se permittunt, distinctione digna sunt, & in horum numero locasse videtur Auctor redemptionem motus, ut puto auctoritate glos. allegatæ in litera super illud, Redemisti me domine Deus ueritatis. Posset tamen dici quod redemptio de qua est sermo, gratia materiæ determinat sibi personam Christi: quoniam materia eius est sanguis, seu uita corporea Christi, non qualitercunque, sed passioni, mortique, exposita: constat siquidem, hæc omnia propria esse Christo: ac per hoc dicendum est absolute, quod esse redemptorē humani generis, est proprium Christo: quoniam ipse personaliter, ita quod nec Pater, nec Spiritussanctus soluit, & de suo personaliter, ita quod nec Patris, nec Spiritussancti personaliter. Et glo. & similia intelligenda sunt causaliter: nec discrepat, hoc a literæ doctrina quæ ad causalitatem attendit. Et potes si uis distinguere, docendo quod redimere causaliter, est proprium Christo immediate (vt in litera dicitur) quia ut a prima causa mediate, est commune Trinitati: redimere autem personale, est proprium Christo: quia personaliter loquendo, sola Christi persona, & de solius suæ personæ pretio reddidit genus humanum. vt patet ex dictis.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Passiones sanctorum proficiunt ecclesiæ non per modum redemptionis: tum quia hoc est contra ipsum auctorem in 4. Sentent. distin. 20. vbi thesaurum ecclesiæ, ex quo indulgentiæ efficaciam habent, passiones sanctorum continere dicit, tum, quia hoc idem Clemens sextus in extrauaganti de Iubilæo quinquagenario expressè dicit. Constat autem passiones per indulgentiam applicatas per modum satisfactionis, ac per hoc redemptionis proficere ecclesiæ. igitur.

¶ Ad hoc dicitur, quód sententia huius literæ non est contra doctrinam de efficacia indulgentiarum ex thesauro meritorum Christi, & sanctorum, quam esse Romanæ Ecclesiæ doctrinam, & ab omnibus amplectendam nuperrime sanctissimus dominus noster Leo decimus per suam decretalem ad me nuncio Germania legatum, significauit in hæc uerba (adhibitis censuris contra prædicantes oppositum, ut quidam iam cœperant.) Per præsentes tibi significandum duximus, Romanam ecclesiam: quam reliquæ tamquam matrem sequi tenentur, tradidisse Romanum pontificem Petri clauigeri successorem, & Iesu Christi in terris vicarium, potestate clauium, quarum est aperire regnum cælorū, tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta (culpam, scilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante sacramento pœnitentiæ, pœnam uero temporalem pro actualibus peccatis secundum diuinam iustitiam debitam mediāte ecclesiastica indulgentia) posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate iungente membra sunt Christi, siue in hac uita sint, siue in purgatorio indulgentias ex superabundantia meritorum Christi, & sanctorum: & tam pro viuis quam pro defunctis Apostolica auctoritate indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Iesu Christi, & sanctorum dispensare, & per modum absolutionis indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragii illam transferre consueuisse, ac propterea omnes tam uiuos, quam defunctos, qui ueraciter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerint, a tanta temporali pœna secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessæ, & acquisitæ indulgentiæ æquiualet. Et ita ab omnibus teneri, & prædicari debere, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, a qua illam incurrentes ab alio, quā a Romano Pontifice nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere auctoritate apostolica earundem tenore præsentium decernimus. Hæc ibi. Sed intendit Auctor de passionibus sanctorum absolute, ita quod inter passiones Christi, & sanctorum multiplex in proposito traditur hic differentia. Prima est in verbo, passiones: nam passiones Christi absolute redimunt Ecclesiam; passiones autem sanctorum non absolute (ut hic dicitur) sed superflue tantum satisfaciunt pro nobis, ut in 4. Sentent. & in dicta extrauaganti continetur. Secunda est in uerbo redemptionis: quoniam passio Christi redimit simpliciter: quia a seruitute culpæ, & pœnæ: passiones vero sanctorum non nisi secundum quid redimunt, scilicet a pœna quadam, scilicet temporali pro actuali peccato debita. Tertia est in uerbo, proficiunt, quia passio Christi prodest Ecclesiæ per modum redemptionis, etiam si nulla clauis Ecclesiæ intercedat: sed passiones sanctorum non pro me satisfaciunt, nisi clauium auctoritate mihi applicentur. Tot ergo limitationibus opus cum sit ad uerificandū, quód aliquæ passiones sanctorum prosunt Ecclesiæ per modum redemptionis: ac per hoc affirmatiua non nisi secundum quid sit uera. potuit absque ullo ueritatis præiudicio negatiua simpliciter, & absolute asserere, dicendo quod passiones sanctorum non prosunt ecclesiæ per modum redemptionis. Et cum ueritate istius negatiuæ stare iam patet doctrinam de efficacia indulgentiarum ex meritis sanctorum.

Medina ar. 6.

ARTICVLVS VI.

SVP. Q. XLVIII.

ART. VI.

269 CONCL. Passio Christi efficienter modo instrumentali, causat nostram salutem.

Inf. q. 49. 2. 2. cor. Et o. 3. c. 3. 18 fi. & ad Rom. 4. fin. & 1. Cor. 1.

¶ PROB. Quia passio Christi operatur instrumentaliter in uirtute Deitatis, tamquā principalis agentis, ad salutem nostram (cum humanitas Christi sit Deitatis instrumentū. q. 13. artic. 2. 3. & q. 43. artic. 2.)

Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum efficientiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientiæ. Causa enim efficiens nostræ salutis est magnitudo diuinæ uirtutis, secūdum illud Isa. 59. Ecce non est abbreuiata manus eius ut saluare non possit. Christus autem crucifixus est ex infirmitate, vt dicitur 2. ad Corint. 13. non ergo passio Christi efficienter operata est nostram salutem.

¶ 2 Præt. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum, vnde etiam, & Christus tangendo mundauit leprosum, ut ostenderet carnem suam salutiferam uirtutem habere, sicut Chrysostom. dicit.* Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

* Hom. 26. in Matt. in ope impf. hom. 22. id innuit. t. 2.

¶ 3 Præt. Non uidetur eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiæ, quia ille, qui meretur, expectat effectum ab alio, sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. non ergo per modum efficientiæ.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Corinth. 1. quod uerbum crucis, his qui salui fiunt, est virtus Dei: sed uirtus Dei efficienter operatur nostram salutem. ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutem.

RESP. Dicendum, quod duplex est efficiens principale, & instrumentale. Efficiens quidem principale humanæ salutis est Deus. Quia uero humanitas Christi est diuinitatis instrumentum (ut supra dictum*) ex consequenti omnes actiones, & passiones Christi, instrumentaliter operantur in uirtute diuinitatis ad salutem humanam. Et secūdū hoc, passio Christi efficienter causat salutē humanā.

* q. 13. ar. 2. & 3. & q. 43. ar. 2.

AD

1m de conclusione. Passio Christi. R. Relata ad naturam carnis Christi, secundum naturam carnis tantum. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli considerat passionem Christi, vt relatam ad carnem Christi, secundum quod ipsa caro hypostatice unitur Deo, agens tamquam instrumentum eius. vide art. 2. ad tertium.

2m de maiori. Nisi per contactum. R. Corporalem, vel spiritualem. §. Si scilicet sit agens corporale spiritui, & maxime diuinitati, vnitum. Tunc nihil, &c. Nā passio Christi licet sit, &cæt. vt in tex. Ex quo uides: quod passio Christi non operatur efficienter, seu efficaciter, salutem; nisi in his, qui tangunt eam tactu fidei formatæ: sic enim intelligitur ly per fidem & fidei sacramenta. Nam licet Christus pro omnibus mortuus sit, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt; sed ij duntaxat, quibus meritū passionis eius communicatur (vt dicit Concilium Trid. sess. 6. cap. 3.). Quæ communicatio fit per fidem & fidei sacramenta (secundum idem ibi cap. 7. & sess. 14. cap. 1. 2.).

3m de maiori. Eiusdem. R. Consideranti secundum eandem rationem. §. Tunc nihil, &c. Passio n. Christi secundū quod comparatur, &c. vt in tex. vbi etiā facit epilogum declarantem totam quæstionem: vt patet.

Ad primum ergo dicendum, quod passio Christi relata ad Christi carnem, congruit infirmitati assumptæ. Relata vero ad diuinitatem consequitur ex ea infinitam virtutem, secundum illud 1. ad Corinth. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, quia scilicet, ipsa infirmitas Christi, inquantum est Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam.

Ad secundum dicendum, ꝙ passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate vnita. & ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem, & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli, Quem posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

Ad tertium dicendum, quòd Passio Christi, secundum ꝙ comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ, inquātum uero comparatur ad voluntatem animæ Christi, agit per modū meriti: sin vero ꝙ consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, inquantum per eam liberamur a reatu pœnæ: per modum vero redemptionis, inquantū per eam liberamur a seruitute culpæ: per modum autem sacrificii, in quantum per eam reconciliamur Deo vt infra dicetur.*

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quod Crux, seu passio, Christi operata est salutem nostram per modum efficientiæ. Vt per hoc, quod dicitur 1. Corint. 1. Verbum crucis, &c. secundum quod cum discursu ponitur in argumen. contr. Item per multa dicta Numer. 17. secūdum quod patet in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Numer. 17. conclusi. 1. 3. vbi de crucis uirtute ad longum tractatur; & hic repetere illa, non est opus. Quia uerò a figuris ad figurata ꝑcedes: ideo, vt scias talem processum esse & validum & doctrinæ Ecclesiæ consentaneum, vide hoc edoceri factis ipsis a Concilio Hispalensi secundo, quod affertur a Veritatibus aureis prædictis lib. Leuit. 8. conclu. secunda. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* q. 49. ar. 4

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus vt sonat.

¶ In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus cōclusionibus, iuxta ipsa membra. Distinctio est: Causa efficiens duplex: principalis, uel instrumentalis, prima conclusio est. Causa efficiens principalis nostræ salutis est Deus. Secunda est ꝙ Passio Christi est causa efficiens instrumentalis nostræ salutis. Probatur hæc: Humanitas Christi est Deitatis instrumentum. ergo omnes actiones, & passiones Christi operantur instrumentaliter uirtute Deitatis ad salutem humanam. ergo passio Christi efficienter causat nostram salutem.

¶ Aduerte hic, & pro responsione ad secundum ꝙ passio Christi ut Auctor dicit, tenet locum medicinæ. Et quemadmodum medicina corporaliter adhibita infirmo instrumentaliter sanat, ita passio Christi spirituali contactu fidei, seu fidei sacramentis adhibita nobis, sanat nos etiam instrumentaliter. Differentia autem est; quia medicina corporea adhibita, fit instrumentum naturæ ipsius infirmi: medicina autem passionis uenit instrumentum, Deitatis, & sola adhibitione per fidem, seu sacramenta eget adhoc, ut nos sanet.

QVÆSTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de ipsis effectibus passionis Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

¶ Secundo, Vtrum per eam simus liberati a potestate diaboli.

¶ Tertio, vtrum per eam simus liberati a reatu pœnæ.

¶ Quarto, Vtrum per eam simus Deo reconciliati.

¶ Quinto, Vtrum per eam sit nobis aperta ianua cœli.

¶ Sexto, Vtrum per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

170 3. d. 19. a. 1 Ad primum sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi non simus liberati a peccato. Liberare ènim a peccato, est proprium Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Christus autem non est passus secundum quod Deus, sed secundum quòd homo. ergo per passionem Christi non sumus liberati a peccato.

¶ 2 Præt. Corporale non agit in spirituale: sed passio Christi est corporalis, peccatum autem non est nisi in anima, quæ est spiritualis creatura. ergo passio Christi non potuit nos emundare a peccato.

¶ 3 Præt. Nullus potest liberari a peccato, quod nondum commisit, sed quod in posterum est commissurus. Cum igitur multa peccata, post Christi passionem sint cōmissa, & tota die committantur. videtur quod per passionem Christi non simus liberati a peccato.

¶ 4 Præt. Posita causa sufficienti, nihil aliud requiritur ad effectum inducendum: requiruntur autem adhuc alia ad remissionem peccatorum, scilicet baptismus, & pœnitentia. ergo uidetur quòd passio Christi non sit sufficiens causa remissionis peccatorum.

¶ 5 Præt. Prouerb. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas. & 15. dicitur, Per misericordiam, & fidem purgātur peccata: sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quæ sunt prouocatiua charitatis. ergo passio Christi non est propria causa remissionis peccatorum.

Sed contra est, ꝙ dicitur Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

SVPER Q. XLIX. ART. 1.

Concl. Passio Christi est propria causa remissionis peccatorum.

¶ Prob. Quia passio Christi peccatorū remissionem causat ꝑ modum & promerentis ex charitate, & redēptionis a capite, & efficientiæ ab instrumento (vt singillatim de his tribus declaratur in tex.)

Primum

RE-

1m de minori. Secundum quod homo. R. Deo personaliter unitus. §. idest secundum humanitatem unitam personae Dei. Tunc nihil, &c. Licet enim Christus non sit, &c. vt in tex. Vbi expone ly instrumentum, s. coniunctum.

2m de maiori. Corporale. R. Vt agens praecise in virtute corporalis. §. Tunc nihil, &caet. Nam passio Christi licet sit, &caet. ut in textu. Ex quo formaliter ad illam maiorem dic: quod corporale, vt agens in virtute spiritus, cui unitur, potest agere in spirituale. vide quaestio. 48. articu. 6. ad secundum.

3m de antecedente. Nullus potest liberare a peccato, quod nondum commisit. R. Negatur; loquendo, scilicet de liberatione causali. §. Vt fit hic. Nam Christus sua passione a peccatis, &c. vt in tex.

4m de maiori. Posita causa. R. Tum vniuersali, tum particulari. §. Tunc nihil, &c. Nam passio Christi est, vt quaedam causa tantum vniuersalis remittendi peccata. quaestio. 46. articul. 1. a. tertio. Et ideo, licet sit in genere causae vniuersalis sufficientissima. quaestio. 48. articul. 2. 4. necesse est, quod ipsa passio per causam particularem adhibeatur singulis ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit, &caet. vt in tex. Ex quo formaliter applicando dic: quod causae particulares sunt baptismus, poenitentia, & alia sacramenta. vide q. 48. art. 6. ad secundum.

D. 98 a. * in cor. ar. Pro textus quoq; praesentis, ac formalis responsi, noticia clariori attende exemplum de sole, & agricola; quia licet sol sit causa, in genere causae universalis, sufficientissima ad producendum triticum ex terra tamen ad hoc vlterius requiritur necessario; quod agricola, tamquam causa particularis, iaciat semen tritici in terram dispositam. Et licet sol, tamquam causa vniuersalis, faciat uidere: tamen si homo, tamquam causa particularis, non aperiat oculos ad uisionem aptos, numquam etiam praesente sole uidebit.

5m illatio conclusionis. Ergo passio Christi non, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex praemissis malè intellectis, Putat enim; quod per fidem, charitatem, & misericordiam passione Christi remittantur peccata] quod non est uerum, neque sic intellectum a scripturis ibi adductis. Omnia siquidem illa dimittunt peccata, virtute passionis Christi praesupposita: ac si causa particularis praesupponat virtutem causae universalis. Sicut enim per baptismum, aliaque sacramenta, ita etiam per fidem applicatur nobis passio &caet. vt in textu. Vide de articulo secundo, ad secundum, & secundae, 2. quaestio. 2. articul. 7.

Resp. Dicendum, quod sic passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primo quidem, per modum prouocantis ad charitatem, quia Apostolus dicit Rom. 5. Commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo, passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia enim ipse est caput nostrum per passionem suam, quam ex charitate, & obedientia sustinuit liberauit nos tamquam mēbra sua a peccatis, quasi per pretium suae passionis: sicut si homo per aliquod eius meritorium, quod manu exerceret, redimeret se a peccato, quod pedibus commisisset. Sicut enim naturale corpus est unum, ex membrorū diuersitate consistens, ita tota Ecclesia, quae est mysticum corpus Christi computatur quasi una persona cum suo capite. quod est Christus. Tertio, per modum efficientiae, inquantum caro secundum quam Christus passionem sustinuit, est instrumentum diuinitatis, ex quo eius passiones, & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod licet Christus non sit passus secundum quòd Deus, tamen caro eius est diuinitatis instrumentum, & ex hoc passio eius habet quandam diuinam virtutem dimittendi peccata, vt dictum est.*

Ad secundum dicendum, quod passio Christi licet sit corporalis, sortitur tamen quandam spiritualem uirtutem ex diuinitate, cuius caro ei unita est instrumentum: secundum quam quidem virtutem, passio Christi est causa remissionis peccatorum.

Ad tertium dicendum, quod Christus sua passione nos a peccatis liberauit causaliter, idest, instituens causam nostrae liberationis, ex qua possent quaecunque peccata quandocunque remitti, vel praeterita, vel praesentia, vel futura: sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicumque morbi sanari, etiam in futurum.

Ad quartum dicendum, quod quia passio Christi praecessit, vt causa quaedam vniuersalis remissionis peccatorum (sicut dictum est*) necesse est, quòd singulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit per baptismū, & poenitentiam & alia sacramenta, quae habent virtutem ex passione Christi, vt infra patebit.*

Ad quintum dicendum, quod etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiendum fructum ipsius, secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius. Fides autem per quam a peccato mundamur, non est fides informis, quae potest esse etiam cum peccato, sed est fides formata per charitatem, vt sic passio Christi nobis applicetur, non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad affectum. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex uirtute passionis Christi.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, mentio esse insinuatum a scriptura: quod passio Christi nos liberauit a peccato. Vt per dictum Apocalyp. 1. dilexit, &c. Secundum quod est in argumen. contr. Item per dictum Ioann. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Nomine enim agni, intellexit immolationem ipsius Christi, quem tunc digito mōstrabat: de cuius immolatione distincte patet in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Exod. 12. conclusio. prima. Cum igitur Christum, vt agnum, tollere peccata mundi, dicat; relinquit per hoc sapientibus intelligendum: quód passione sua Christus abstulit peccata mundi, seu (quod idem est) quód nos per passionem eius liberati sumus a peccato. Item per hoc, quod dicitur ad Titum capit. 2. Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Nam per ly dedit semetipsum, denotat illius passionem; & per ly vt nos, & caetera, denotat eiusdem passionis fructum, scilicet quod liberauit nos ab omni peccato. Item a dicto ad Hebrae. 9. Quanto magis sanguis Christi, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis? idest a peccatis. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina praesens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*q. 46. a. 4. & alijs.

*q. 60. ar. 5

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intelligitur de liberatione per passionem Christi ut causam, non qualemcumque, sed propriam ut patet ex ultimo argumento.

¶ In corpore unica conclusio: Passio Christi est propria causa remissionis peccatorum, tribus modis. Probatur, sigillatim quo ad singulos modos. Litera est satis clara.

¶ Aduerte, quod cum passio Christi dicitur causa propria remissionis peccatorum intelligitur ita propria quod sola ipsa est, per quam ueniam consequimur peccatorum omnes praeteriti, praesentes, & futuri: sine fide enim passionis Christi explicite, vel implicite impossibile est secundum potentiam ordinariam, hominem remissionem peccatorum consequi.

Ad-

Alb. Mag. 3. d. 19. art. 2. Medina ar. 2.

SVPER QVAEST. XLIX. ART. II.

CONCL. Passio Christi nos liberauit a potestate diaboli: siue potestas hæc ex parte hominis, siue ex parte Dei, siue ex parte diaboli, consideretur.

¶ PROB. Quia passio Christi & est causa
271 remissionis peccatorū,
a. d. 19. a. 1 (ideo ut ex parte ho-
Et 3. d. 19. minis,) & nos Deo re-
ar. 2. Et ve. conciliauit (ideo ut ex
q. 29. ar. 7. parte Dei,) & a diabo-
ad 9. Etop. lo est iniustissime pro-
60. c. 18. & curata (ideo ut ex par-
Heb. 2. lc. 4 te diaboli consideratur illa potestas, nos liberauit).

1^m maior. Ille nō habet potestatem super aliquos, in quib. nihil sine alterius permissione facere potest. ℞. Vel qui non permittitur iuste nocere sibi ipsi consentientib. §. Quandoquidem tales consentientes merentur hoc. Tunc nihil, &c. Non enim dicit sic diabolus, &cæt. vt in tex. Ex quo patet: q̃ diabolo tentationi cōsentientes merentur ipso suo consensu, tradi a Deo in potestatem diaboli. Quod si a Deo nō traduntur ei sic, uel sic, in potestatem, hoc ex misericordia magna dei est (vt habetur Tren. 3. Misericordiæ Dñi, q̃ nō sumus consumpti); si autem traduntur, ex iustitia punitiua Dei est: numquam uero ex iniustitia etiā si non tradantur, quia diabolus non meret illam ptātē in peccatores, imo meretur priuari illa, si ipsam haberet. quæst. 48. ar. 4. argu. 2.

2^m illatio conclusionis. Ergo nō sumus, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex malo intellecto, quē habet in præmissis. Nā putat, q̃ diabolus per passionem Christi dicatur amisisse potestatem in homines ſm sensum hunc, s. q̃ non possit ad hunc tentare homines, & corporaliter uexare: cum tamen non secundum hunc, sed secundū alium sensum, id uerificetur. Potest siquidem etiam nunc diabolus, Deo permittente, homines tentare quantū ad omnia, &c. vt in tex. Ex quo formaliter dic: quod ideo dicimur esse liberati a potestate diaboli per passionem Christi, quia datum est per ipsam passionem nobis robur ad resistē dum potestati diaboli. Vide simile quid 1. q. 2. ar. 3. ad primum cū Elucid. Sicut enim inde habetur: quod ideo dicitur Deus destruere malum, non quia non accidat in rebus malum; sed quia ex quolibet malo a se permisso elicit bonum: ita nunc dicitur, q̃ passio Christi liberauit nos a potestate diaboli. i. q̃ passio Christi destruxit potestatem diaboli, non quia non possit tentare nos; sed q̃a ex uirtute passionis ei* datur nobis uigor, ut diaboli tentamenta omnia ad nihilum deducamus. i. ut ea per nō consensū faciamus inania, & (quod plus est) per iustlem pugnam reddamus ea contra intentionem tentatoris nobis utilia (ut patet de SS. martyribus, &cæt.) Confirmatur doctrina hæc ex Concilio Trid. sess. 5. Ibi enim in decr. de peccat. orig. circa fi. hoc ipsū uniuersaliter, per locum a simili de quodam speciali, indicat dicens. Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta synodus fatetur, & sentit; quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed uiriliter per Christi IESV gratiam repugnantib. non ualet; quinimmo, qui legitime certauerit coronabitur. Hæc ibi. vide 1. q. 22. artic. 2. ad secundum.

¶ COROL. 1. Ergo constat ex prædictis, q̃ per figuram illam, quæ minus dicendo significat plus, loquitur textus ly quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducat in interitum mortis æternæ. Hoc est. Ne deducatur in interitum mortis æternæ, & vt exinde inducatur in salutem vitæ æternæ. Ecce: quam mirabilissima potestatis diaboli contra homines destructio facta a passione Christi.

3^m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod passio, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. Nā putat: quod homines decipi a diabolo, siue p idolatriam, siue per signa mēdacia Antichristi, siue per alium quēcūq; modum, fit ex inefficacia passionis Christi. i. ex eo, quod ipsa quantum est de se, non liberauerit sufficiēter omnes, idest non attulerit omnibus sufficiens remedium

ARTICVLVS II.

Vtrum per passionem Christi simus liberati a potestate diaboli.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi non simus liberati a potestate diaboli. Ille enim non habet potestatem super aliquos, in quibus nihil sine permissione alterius facere potest, sed diabolus numquam potuit aliquid in nocumentum hominum facere, nisi ex permissione diuina. sicut patet Iob. 1. & 2. quòd potestate diuinitus accepta, eum primo in rebus, & postea in corpore læsit. Et similiter Matth. 8. dicitur, quod dæmones nisi Christo cōcedente, non potuerunt in porcos intrare. ergo diabolus numquam habuit in hominibus potestatem; & ita per passionem Christi non sumus liberati a potestate diaboli.

¶ 2 Præt. Diabolus potestatem suā in species exercet tentando, & corporaliter vexando: sed hæc adhuc in hominibus operatur post Christi passionem. ergo non sumus per passionem Christi ab eius potestate liberati.

¶ 3 Præt. Virtus passionis Christi in perpetuum durat (secundum illud Heb. 10. Vna oblatione consummauit sanctificatos in sempiternū;) similiter etiam vbique extenditur: sed liberatio a potestate diaboli, nec est ubique (quia in multis partibus mundi, adhuc sunt idolatræ) nec ēt erit semper: quia tempore Antichristi maximè suam potestatem exercebit diabolus in hominum nocumentum, de quo dicitur 2. ad Thes. 2. quod eius aduentus erit secundū operationem Sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. ergo videtur, quod passio Christi non sit causa liberationis humani generis a potestate diaboli.

SED CONTRA est, q̃ dominus dicit Ioan. 12. imminente passione. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Est autem exaltatus a terra per crucis passionem: ergo per eam diabolus est a potestate hominū eiectus.

RESPON. Dicēdum, q̃ circa potestatem, quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionem, tria sunt consideranda. Primum quidem ex parte hominis, q̃ suo peccato meruit, vt in Potestatē traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat superatus. Aliud autem ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Tertiū est, ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hominem a consecutione salutis impediebat. Quantum ergo ad primum, homo est a potestatę diaboli liberatus per passionē Christi inquantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum dicendum, q̃ passio Christi nos a potestate diaboli liberauit, inquantum nos Deo reconciliauit, ut infra dicetur. † Quantum uero ad tertium, passio Christi nos a diabolo liberauit, inquantum in passione Christi excessit modum potestatis sibi traditæ a Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. Vnde August.* dicit in 13. de Trin. Iustitia Christi victus est diabolus, quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen, & utiq; iustum est, vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ullo debito occidit.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ non dicitur sic diabolus in homines potestatē habuisse, quasi posset eis nocere, Deo non permittēte, sed quia iustè permittebatur nocere hominibus, quos tentando, ad suum consensum perduxerat.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ diabolus ēt nunc pōt quidem Deo permittente hoīes tentare, quantū ad animam, & vexare quantum ad corpus, sed tamen præparatū est homini remedium ex passione Chri, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ. Et quicunque ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Chri hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Quantū autem ad aliquid, nullus poterat diaboli manus euadere, ut scilicet non descenderet in infernum a quo post passionem Christi, se possunt homines eius uirtute tueri.

AD TERTIVM dicendum, q̃ Deus pmittit diabolo posse decipere hoīes in certis personis tēporibus, & locis, ſm occultā rationē iudiciorum suorū. Semper tñ p passionē Chri, est paratū hoīb. remedium se tuēdi contra nequitias dæmonū, etiam tēpore Antichristi: sed si aliqui hoc remedio uti negligant, nil deperit efficaciæ passionis Christi.

† ar. 3. hui* quæst.

*lib. 13. ca. 14 non longe a fi. t. 3.

remedium illud; de quo loquitur textus respon. ad secundum. cũ tamen hoc non inde, sed aliunde, fit. Procedit siquidem hoc partim ex occulta ratione iudiciorum Dei; partim ex negligentia hominum armis, quibus se contra diaboli tentationes tueri possent, non utentium (vt patet in textu): & non procedit ex inefficacia passionis Christi; quæ, quantum est de se, ad omnem & uniuersaliter, & semper extenditur. Pro textus præsentis meliori captu, cõsidera tu per te, prudens lector, simile quid obiectũ ieis in Apostolo, responsionisque ab eodem Ro. 3. Quid enim si quidam illorũ non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est autem Deus verax; omnis autem homo mendax. Applica hunc proposito.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis & Concilio; ꝙ per passionem Christi liberati sumus a diaboli potestate (non dico a iure; quia ex parte diaboli nullum erat; ius.q.48.artic.4.ad secundũ. tertium.) A scripturis quidem: vt per dictum Ioan. 12. Nunc. i. ꝑ passionem meam citò subeundam, princeps, idest tyrannus, qui est diabolus, huius mundi eiicietur foras; hoc est illam suam potestatem iniustè, quantum est ex se, habitam in mundum amittet iustè. Item per dictum ad Coloss. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum filij dilectionis suæ; in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. A Concilio aũt Trid. sess. 6. quod postq̃ dixerat cap. 1. Omnes homines vsq; adeo serui erant peccati, & sub potestate diaboli, ac mortis; vt nõ modo Gentes per uiam naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi, inde liberari ac surgere possent; subiunxit cap. 2. Quo factum est, vt cęlestis pater Christum filium suum ad homines miserit; vt & Iudæos liberaret & Gentes. Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris. Hæc ibi. Ecce: quod eramus (secundum Conciliũ) sub potestate diaboli, & ꝙ inde liberati sumus per sanguinem Christi. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore, primo distinguitur triplex causa diabolicæ potestatis in actu super homines, ante Christi passionem, s. peccatum hominis, offensa Dei, iniquitas diaboli. Secũdum singillatim, secundum singulas cãs monstratur liberatio per passionem Christi sub diuersis rationib. s. inquantum remissiua peccati, quo ad primum: inquantum reconciliatiua Dei quo ad secundũ, inquantum præsumptuose illata a diabolo, quo ad tertium.

¶ Sed occurrit hic nouitiorum dubiũ, quomodo diabolus machinando in mortem Christi excessit modum potestatis sibi traditæ a Deo, cum diabolus non potuisset inferre Christo per ministerium Iudæorum, Pilati, & suorum passionem, aut mortem, nisi Deo potestatem dante, ut patet de tentatione Iob: multo minus enim potuit in Christum quam in Iob. Et confirmatur: quia cum semper diabolus inique vtatur potestate sibi data, aut semꝑ ex parte sua excedit modum potestatis, aut nunquam, quia nunquam facit plus quam sibi permittatur facere.

¶ Ad hoc dicitur, quod non est hic sermo de potestate diaboli absolute de qua procedunt obiectiones ingerentes dubium: sed de potestate illa, quam diuina iustitia ob peccata humana diabolo, super hominem reliquerat. De qua in litera dicitur, homo suo peccato meruit, vt in potestatem traderetur diaboli, & rursus, Deus per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Infra huius siquidem potestatis latitudinem non cadit actio aliqua contra Iesum Christum, qui omnino expers erat demeriti illius, quo homines sub diabolica erant relicti potestate. Excessit ergo diabolus vt minister diuinæ iustitiæ, contra hominem, limites potestatis suæ, dum contra Christum processit: quamuis non excesserit vires potestatis sibi permissæ simpliciter, & absolute. Vnde, licet semper inique vtatur sua potestate, siue absolute, siue vt minister iustitiæ (quia ex iniqua uoluntate exequitur iustitiam, non vt iustitiam exequatur, sed vt suam impleat malam uoluntatem) incitando tamen & procurando contra Christi vitam corpoream, singulari modo excessit: quia contra alios diuinæ sententiæ opus iustum ex demerito patientium originali saltem peccato exercebat, quamuis inique, contra Christum, nulla erat ratio sequendi, in quo nullum omnino erat demeritum.

¶ In responsione ad tertium, nota materiam articuli tertij, & solutionem cum dictis in ea pro curiosis & admirantibus, de tanta libertate, ac potestate diaboli in mundo apparente: regnat enim in terra plus quam Christus, in tantum creuit secta Machometi, & Christianorum iniquitas.

Capr. 3 d. 18. q. 1. con. 4. Medina ar. 3.

SVPER Q. XLIX. ART. III.

COncl. Per passionem Christi a reatu pœnæ liberati sumus directe, & indirecte.

272 Inf. q. 52. ar. 5. co. & q. 86. ar. 4. ad 3. Et 3. d. 19. ar. 3. Et ver. q. 29. art. 7. ad 6.

¶ Prob. Quia per passionem Christi exhibita est sufficiens satisfactio pro peccatis nostris. q. 48. art. 2. secunda autem pars, scilicet indirecte; probat. Quia passio Christi est causa remissionis peccatorũ (vt patet artic. 1.); & in peccatis fundatur reatus pœnæ.

1^m de conclusione. Non liberauerit homines. B. Quibus non applicatur. §. 1. non habuerit effectum liberationis suæ in hominibus; quibus passio ipsa non applicatur per fidem, & charitatem', & fidei sacramenta. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli, si intelligatur de effectu liberationis, idest

ARTICVLVS III.

Vtrum per passionem Christi homines sint liberati a pœna peccati.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ per passionem Christi non sint homines liberati a pœna peccati. Præcipua enim pœna peccati est æterna damnatio: sed illi, qui damnati erant in inferno pro suis peccatis, non sunt per Christi passionem liberati, quia in inferno nulla est redemptio. ergo uidetur quod passio Christi non liberauit homines a pœna peccati.

¶ 2 Præt. Illis, qui sunt liberati a reatu pœnæ, non est aliqua pœna iniungenda: sed pœnitentibus iniũgitur pœna satisfactoria. non ergo per passionem Christi sunt homines liberati a reatu pœnæ.

¶ 3 Præt. Mors est pœna peccati, secundum illud Rom. 6. Stipẽdia peccati mors: sed adhuc post passionẽ Christi homines moriuntur. ergo per passionem Christi, non sunt homines liberati a reatu pœnæ.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

RESPON. Dicendum, ꝙ per passionem Christi liberati sumus a reatu pœnæ dupliciter. Vno modo directè, inquantum, scilicet passio Christi fuit sufficiens, & superabũdans satisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibita autem satisfactione sufficienti, tollitur reatus pœnæ. Alio modo, indirectè, inquantum, scilicet passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod passio Christi sortitur effectũ suum in illis, quibus applicatur per fidem, & charitatem, & per fidei sacramenta, & ideo dãnati in inferno, qui prædicto modo passioni Christi non coniunguntur, effectũ eius percipere non possunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod (sicut supra dictum est*) ad hoc quod consequamur effectum passionis Christi, oportet nos ei cõfigurari. Configuramur autem ei in baptismo sacramentaliter, secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem. vnde baptizatis nulla pœna satisfa-

est de hoc, quod aliqui effectualiter (ut loquitur argumentum) liberentur a pœna inferni; ꝙ per passionem Christi homines illi solum liberantur, quibus passio ipsa applicatur modo narrato: & ideo dãnati in inferno, &c. vt in tex. vide ar. 1. ad 4. & q. 48. ar. 6. ad secundum conciliumq; Triden. ibi. Quæ omnia diligenter notabis, cõtra hæreticos: qui passionis Christi liberatione abutuntur, tamquam uelamine omnium malitiarum suspiciorum, se ideo impune peccaturos magna contentione ac ꝓsumptione nimia defendentes. De hoc uide, pro textus meliori notitia, Veritates aureas super legem uet. Leuit. 4 concl. 5.

2^m de maiori. Illis, qui sunt liberati a reatu pęnæ. B. Et Christo patienti per aliqd pœnalitatis in seipsis toleratę configurati. §. Tunc nihil, &c. Nam pęnitentibus, post baptismum, iniungitur pęna satisf- *ar. 1. hui* q. in cor. & ad 4.

na satisfactoria, non quia passio Christi in sacramento operans nō liberet sufficienter, quantum est de se, a reatu poenæ: sed ut poenitentes per talem poenam satisfactoriam magis disponantur ad talem passionis Christi effectum suscipiendum. Nam per sacramenta (vt patet ad primum) applicatur nobis passionis Christi effectus: & sacramentum poenitentiæ constat, tāquam ex suis partibus, non tantum ex contritione & cōfessione, sed etiam satisfactione (vt patet in Concilio Trident. sess. 14. cap. 3.). Erat ergo mutila argumenti propositio maior.

3m conclusio.

Per passionem Christi non sunt homines liberati a reatu poenæ. B. Nisi secundum quod incorporantur Christo. §. Satisfactio enim Christi habet effectū in nobis. &c. vt in textu. Tunc nihil, &cæt. vt patet ibidem a ly sicut Christus primo habuit gratiam in anima cum, &cæt. vsque ad finem. Vide etiam ad primum.

* ar. 1. huius quæst.

ctoria imponitur, quia sunt totaliter liberati per satisfactionē Christi. Quia vero Christus semel tantū pro peccatis nostris mortuus est, ut dicitur 1. Pet. 3. ideo non potest homo secundario configurari morti Christi per sacramentum baptismi. vnde oportet, quod illi, qui post baptismum peccant, configurentur Christo patienti per aliquid poenalitatis, vel passionis, quam in seipsis sustineant, quæ tamen multo minor sufficit, quam esset condigna peccato cooperante satisfactione Christi.

Ad tertium dicendum, q satisfactio Christi habet effectū in nobis, inquātum incorporamur ei, vt membra suo capiti, sicut sopra dictum est.* Membra autem oportet capiti conformari, & ideo sicut Christus primo quidem habuit gratiam in anima cū passibilitate corporis, & per passionem ad gloriam immortalitatis peruenit, ita & nos, qui sumus membra eius, per passionem ipsius liberamur quidē a reatu cuiuslibet pęnæ; ita tamē q primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum, quo ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus passibile, & mortale habentes: postmodum uero cō figurati passionibus, & morti Christi, in gloriam immortalem perducimur, secūdum illud Apost. Rom. 8. Si filii, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

natum: & eo maxime, si charitatem ipsius amici, qua pro altero vult carcerari, diligat magis iustitia, quam oderit offensam contra se ab illo damnato factam; sicut fuit in proposito de Christo passo, & nobis peccatoribus, respectu diuinæ iustitiæ. q. 48. artic. 2. Rursus. Authoritatem illam Isaiæ intellige sic, scilicet q Christus languores nostros tulit. idest a languoribus nos liberauit, non quia fecerit, quod nos non simus habituri languores, & dolores: sed quia nobis cōtra languores (nomine hoc intellige quascumque poenas) per passionem suam tale robur attolit; ut non solum ab eis non uinci, & eos uincere, uerum etiam ex eis mirabiliter proficere, ualeamus. Vide, a simili, artic. 2. ad secundum. Dixi ly non quia fecerit, quod nos non simus habituri languores; eo quod constat, passionem Christi in adiutorium prædestinatorum datam esse, non autem in nocumētum, & destructionem ipsorum. Nam prædestinationis uerbum, & quidem irrefragabile, hoc est. Quos Deus præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, Rom. 8. Patet enim quod Christo filio Dei, qui est ipsa imago patris, 1. q. 35. ar. 2. cōformari non possumus; nisi eidem multipliciter passo & nos pro modulo nr̄o atq; mensura a Deo prædestinante nobis taxata compatiamur. Alioquin quō conformitas, immo quō non monstruositas: si sub spinoso capite, quod Christus est. q. 8. art. 1. membrum non spinosum, sed delicatum, esse uelit? Ad hæc omnia significanda Apostolus, postquam de pdestinatis dixit Ro. 8. cohæredes autem Christi, mox immediatē subintulit, si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Ab seruitute ergo, non a passione, pęnarum peccati liberauit nos passio Christi: quia pęnas nos pati uoluit; sed a pęnis nos calcari noluit. Calcari enim non potest, nisi inferior (vt dicit S. Augus. homil. super Matth. 5. voce estis sal terræ) & inferior non est, qui quamuis corpore multa in terra sustineat, corde tamen in cęlo fixus est. Vtique ergo a poenis, siue ab hoib. pęnas aliquas infligentib. non calcatur ille; q pęnas, vel psecutiones patit: sed qui pęnas, vel persecutiones, timēdo infatuat. i. qui temporalium pęnarū vel psecutionū timore dimittit ueritatē. 2. 2. q. 109. ar. 3. vel ēt amittit bona spūalia, quæ sunt, æterna. Contra quā infatuationē qm̄ passio Chri remediū attulit (vt patet in SS. Apostolis, &c.) ideo uere dr̄ liberasse nos a pęna peccati. Insinuatur & idipsum per hoc, q de Christo dicitur Hebr. 2. vt per mortem liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Secundō uides: quomodo ex 2
iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur,

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritō insinuatum esse a scripturis: quod per passionem suam Christus nos liberauit a poena peccati. Vt per hoc, quod dicitur Isa. 53. Vere languores, &c. vt in argum. contr. Pro cuius capitu scias; quod ista authoritas (secundum D. Thomam) denotat duo scilicet quod Christus ueraciter assumpsit in se nostras infirmitates, & quod per talium assumptionem, idest per hoc, q ipse passus est tales poenas, liberauit nos ab ipsis pęnis. In primo sensu facit ad q. 14. ar. 1. & q. 15 ar. 5. in secundo sensu facit ad hunc articulum: ita tamen, vt ipsa in primo sensu sumpta seruiat ad secundū causando ipsum. Ideo enim Christus tulit a nobis languores nostros. i. nos ab eis liberauit; quia ipse eas assumpsit, & pertulit in corpore suo. Nam sic nos per uiam iustitiæ liberauit; ut intendebat. q. 48. art. 4. secundum. Ex iustitia siquidem diuina obligati eramus pro peccatis nostris ad poenas illas sustinendas; & Chrs, q ex peccato proprio (quod nullum erat) ad huiusmodi non obligabatur pęnarum talium in corpore suo uoluntariam sustinentiam obtulit iustitiæ diuinæ pro nobis, tamquam pretium ad liberandum nos a poenis illis: Ac si pro damnato ad carceres pro delictis suis a iusto iudice, alius quidam eius amicus liber uelit de facto carceribus mancipari in satisfactionem & redemptionem debitoris illius. q. 48. art. 2. 4. Carcere namque proprio tunc ipse ex seipso liber liberat secundum iustitiæ legem a Carceribus illum dā natum,

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Per passionem Christi liberati sumus a reatu pęnæ dupliciter, s. directe, & indirecte. Probatur quo ad primam partem: quia passio Christi est satisfactio superabundans pro pęna totius mundi. Quo ad secundam, quia passio Christi liberauit a peccato quo homo meretur pęnam.

¶ Aduerte hic, quod liberatio primo modo respicit pęnam temporalem siue hic, siue in alia uita debitam; liberatio vero secundo modo respicit pęnam æternam, a qua per passionem Christi liberamur, dum a seruitute peccati originalis, & mortalis redimimur. Vtrique siquidem peccato debetur pęna æterna: sed ablato tam originali, quam mortali peccato, tollitur ex consequenti reatus æternæ pęnæ peccatum concomitans.

¶ In responsione ad secundum nota calcem responsionis, & percipe, quanta sit vis pęnitentiæ sacramentalis, quæ scilicet a sacerdote imponitur in sacramento pęnitentiæ, Operatur quidē vltra vires suas, dum parua mixta satisfactioni Christi sufficiens inuenitur, ac si esset maior.

Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per passionem Christi simus Deo reconciliati.

SVP. Q. XLIX. ART. IIII.

273 Concl. Passio Christi est causa reconciliationis nostræ ad Deum.

Sup. q. 47. a. 4. cor. Et 3. d. 19. ar. 5. q6. 1. Et op. 60. c. 18

¶ Prob. Quia passio Christi & remouit causam inimicitiæ, id est peccatum, inter homines ac Deum: & fuit sacrificium Deo acceptissimum (ut de his duobus mediis declaratur in tex.)

¶ Not. Vigilanter aduerte conditionem appositam in fine textus; ne in conclusionis intelligentia erres, & ut contra hæreticos in tali

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur, quòd per passionem Christi non simus Deo reconciliati. Reconciliatio enim non habet locum inter amicos, sed Deus semp dilexit nos, secundum illud Sap. 11. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. ergo passio Christi nō recōciliauit nos Deo.

¶ 2 Præt. Non potest idem esse principium, & effectus, vnde gratia, quæ est principium merendi, non cadit sub merito, sed dilectio Dei est principium passionis Christi, secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum uni

genitum daret. non ergo videtur, quod per passionem Christi simus reconciliati Deo, ita quod de nouo nos amare inciperet.

¶ 3 Præt. Passio Christi impleta est per homines Christum occidentes, qui ex hoc grauiter Deum offenderunt. ergo passio Christi est magis causa indignationis, quam reconciliationis.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit Rom. 6. Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius.

RESPON. Dicẽdum, quod passio Christi est causa reconciliationis nostræ ad Deum dupliciter. Vno modo, inquantum remouit peccatum per quod homines, constituuntur inimici Dei, secũdum illud Sap. 14. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius, & in Psal. 6. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo, inquantum est sacrificium Deo acceptissimum: est enim hoc propriè sacrificii effectus, vt per ipsum placetur Deus: sicut cũ homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequiũ acceptum, quod ei exhibetur. vnde dicitur 1. Reg. 26. Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. & similiter tantum bonum fuit, quod Christus voluntariè passus est, quod propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus est super omni offensa generis humani, quantum ad eos, qui Christo passo coniunguntur, secundum modum præmissum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus diligit omnes homines, quantum ad naturam, quam ipse fecit: sed odit omnes quantum ad culpam, quam contra eum homines committunt, secundum illud Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi non dicitur quantum ad hoc Deo nos reconciliasse, quòd de nouo nos amare inciperet, cum scriptum sit Hierem. 31. in charitate perpetua dilexi te, sed quia per passionem Christi, sublata est odii causa, tum per ablutionem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris boni.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus, maior autem fuit charitas Christi patientis, quam iniquitas occisorum. Et ideo passio Christi magis valuit* ad reconciliandum Deum toti humano generi, quam ad prouocandum ad iram.

*alias ad reconciliandum Dei toti humanum genus.

tali disputatione semper sis monitus. Propter hoc bonum (inquit) in natura humana inuentum Deus placatus est super omni offensa generis humani; quantum (Ecce conditio, seu limitatio; de qua loquebar) ad eos: qui Christo passo coniunguntur, secundum modum præmissum. Hoc est. Per fidem, & charitatem, & per fidei sacramenta, art. 3. ad primum. & q. 48. ar. 6. ad secundum. Licet ergo passio Chri, quantum est de se, recõciliauerit omnes homines Deo: tamen, quantum est ex parte hominũ, non omnes Deo reconciliauit. tamen reconciliationis effectum nõ participant omnes, idest non omnes de facto reconciliãtur Deo; sed solum illi, qui secundũ modum præmissum cõiunguntur Deo. Vt a similli dicamus cum Cõcilio Triden. edocti ab eo, sess. 6. c. 3. Etsi Christus pro omnibus mortuus est, non omnes tamen, &c. vide q. 48. art. 6. ad secundum Elucid. Hoc est in proposito (ut patet). Etsi Christus reconciliauit omnes homines Deo, nõ omnes tamen reconciliationis eius beneficium recipiunt: sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Quę communicatio fit &c., vide q. 48. vbi sup.

1m maior. Reconciliatio nõ hẽt locũ inter amicos. ℞. Secundũ quod sunt amici. §. Tunc nihil, &c. Nam reconciliatio ipsa potest habere locum inter amicos, secundum quod iuxta aliquam considerationem sunt inimici: & sic est in proposito. Deus enim & homo sunt amici, quantum ad naturã: cum Deus creauerit, & conseruet eam in homine: sed sunt inimici, quãtum ad culpam; cũ odio sint Deo peccatum & peccatores, vt peccatores. Passio igitur Christi recõciliauit Deo homines, non vt hoies naturam humanã præcisè habentes; sed ut peccatores: quoniam non primo, sed secundo modo, indigebant reconciliatione (ut patet in tex.)

2m illatio conclusionis. Nõ ergo videtur, quod, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex mala intelligentia in præmissis. Nam passio Christi non dicitur quantum ad hoc (vt putat argumentum) Deo nos reconciliasse, &c. vt in textu.

3m conclusio. Passio Christi est magis causa indignationis, quam reconciliationis, Dei. ℞. Nisi charitas Christi patientis fuisset vigorosior ad reconciliandum Deum, quam iniquitas occidentium ad indignationem Dei prouocandum. vide etiam quæstio. 48. art. 2. & q. 47. art. 4. Bonum ergo maximum inuentum est in natura humana, quod bonum fuit passio Christi, ut ab eo obedienter & charitatiue tolerata. quæst. 47. artic. 2. Et malum pessimum inuentum est in natura humana, quod malũ fuit occisio Christi u persecutoribus. q. 47. art. 1. 6. Sed bonum præualuit ad placandũ, quam malum ad exacerbandum, iustitiam diuinam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis: quod per passionem Christi Deo reconciliati sumus. Vt a Roma. 5. secundum quòd est in argu. contr. Item a multis authoritatibus supradictis. q. 48. art. 2. appen. Nam ibi, tamquam in radice, monstratur reconciliatio: vbi narratur esse satisfactio. Itẽ per hoc, quod dicitur Coloss. 2. Delens, quod aduersus nos erat, chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affligens illud cruci. Hoc est. Schædulam, in qua erant omnia peccata nostra descripta, tulit de medio Christus per suuipsius crucifixionem. Hoc autem factum uirtualiter est reconciliatio hominum cum Deo (vt patet). De qua schædula, seu chyrographo, antiquitus figurata, per Christumque de medio auferenda (quod totum etiam facit ad huius articuli confirmationem; vt pote a figura ad figuratum discurrendo) vide Veritates Aureas super totam legem ueterem, Leuitic. 16. conclusio. 8. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Passio Christi est causa nostræ reconciliationis ad Deum dupliciter, s. redimendo a peccato, & vt sacrificium. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad secundum declaratur, quomodo intelligit Deum placatum, ex parte, s. nostri: mutatio enim in nobis non in Deo inuenta est, ex qua Deus placatus dicitur.

Medina ar. 5.

SVPER Q. XLIX.

ART. V.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus sua passione aperuit nobis ianuam cœli.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod Christus sua passione non aperuit nobis ianua cœli. Dicitur enim Prouerb. 11. Seminanti iustitiam, merces fidelis, sed merces iustitiæ est introitus regni cœlestis. ergo videtur quod sancti patres, qui operati sunt opera iustitiæ, fideliter consecuti essent introitum regni cœlestis etiam absque Christi passione. non ergo passio Christi est causa apertionis ianuæ regni cęlestis.

¶ 2 Præt. Ante passionem Christi, Helias raptus est in cęlum, ut dicitur 4. Regum. 2. sed effectus non præcedit causam. ergo uidetur quod apertio ianuæ cęlestis nõ sit effectus passionis Christi.

¶ 3 Præt. Sicut legitur Matth. 3. Christo baptizato aperti sunt cœli: sed baptismus præcessit passionem. ergo apertio cęli non est effectus passionis Christi.

¶ 4 Præt.

274 3. d. 18. ar. 6. q. 2. & 3. & d. 19. ar. 3. & 4. d. 4. q. 2. ar. 2. q. 6. Et ver. q. 29. artic. 7. ad 9.

COncl. 1. Per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cęlestis.

¶ PROB. 1. Quia per passionem Christi remotum est obstaculum prohibens ab ingressu cęli (ut patet de ablatione peccati tum originalis, tum actualis, art. 1. & q. 1. ar. 4.). Secundo, Quia hoc docetur, Heb. 9. Christus assistẽs, &c. Tertiò, Quia idipsum figuratur, Numer. 37. de homicida, &c.

Primum

1m illatio conclusionis primæ. Ergo uidetur, ꝙ S. pres, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit.n ex eo, ꝙ male intelligit sensum præmissarum. Nemo siquidẽ absq; fide passionis Christi pôt seminare iustitiã (cuius contrarium ptendit argumentũ) aut etiam mereri introitũ regni cœlestis: sed nec absq; actuali passione Christi pôt aliciu taliter quęque seminanti iustitiã remoueri impedimentum commune ingrediendi actualiter regnũ ipsum. Sancti ergo patres operando opa, &c. vt in tex.

2m de maiori. In cælũ. ℞. Aereum solum. §. i. non empyreũ. Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio intelligit de empyreo: in cuius signum dicit ly regni cęlestis.

3m illatio conclusionis. Ergo apertio cęli, &c. ℞ Negatur illatio. §. Si enim arguens intelligeret in vero sensu præmissas (quod non facit, sic inferendo); tunc inferret è contrario dicens: Ergo apertio cęli est effectus passionis Christi. Ratio autem, ꝙ tunc affirmatiuè, & consequenter in fauorem ueritatis articuli inferret, est, quia Christo baptizato aperti sunt cæli, non &c. vt in tex.

4m minor. Nihil aliud videtur pandere iter cęli, quam eius ianuam aperire. ℞. Negatur §. Pandere enim iter cęli ante nos, secundum Michæam est introducere nos sibi ipsi mystice incorporatos in actualem possessionem regni cælestis. Totus ergo error argumenti est inde, quia male intellexit sensum illius prophetæ.

¶ 4 Præt. Mich. 2. dicitur, Ascendit pãdens iter ante eos, sed nihil aliud videt ur esse pandere iter cœli, quã eius ianuam aperire. ergo uidetur quod ianua cęli sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per ascensionem eius.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Heb. 10. Habemus fiduciam in introitũ Sanctorũ, scilicet cælestium, in sanguine Christi.

RESP. Dicendum, ꝙ clausio ianuæ est obstaculum quondam prohibens hominẽ ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni cęlestis propter peccatum: quia sicut dicitur Isa. 35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cęlestis. unum quidem commune totius humanæ naturæ, quod est peccatum primi parentis, & p hoc peccatũ præcludebatur homini aditus regni cęlestis. vnde legitur Gen. 3. ꝙ post peccatum primi parentis, collocauit Deus Cherubim, & flammeum gladium, atq; versatilem, ad custodiendam viã ligni uitæ. Aliud autem est peccatum speciale uniuscuiusque personæ, quod per proprium actum committitur vniuscuiusque hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus, non solum a peccato cõmuni totius humanæ naturæ & quantum ad culpam & quantum ad reatũ pœnæ, ipso soluente pretium pro nobis, sed etiam a peccatis propriis singulorum, qui communicant eius passioni per fidem, & charitatem, & fidei sacramenta. & ideo per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cælestis. Et hoc est quod Apost. dicit Hebr. 9. ꝙ Christus assistens pôtifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introiuit semel ĩ sancta æterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Numer. 35. vbi dicitur, ꝙ homicida manebit ibi, s. in ciuitate refugii, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur, quo mortuo poterit in domum suam redire.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sancti patres operando opera iustitiæ, meruerunt introitum regni cęlestis per fidem passionis Christi, secundum illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, per quã ét vnusquisque a peccato purgabatur, quantum pertinet ad emundationem propriæ psonæ. Non tamen alicuius fides, vel iustitia sufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humanæ creaturæ, quod quidem remotum est pretio sanguinis Christi. & ideo ante passionem Chri nullus intrare poterat regnũ cæleste, adipiscendo, scilicet beatitudinem æternam quæ consistit in plena dei fruitione.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Helias subleuatus est in cœlum aereum: non autem in cęlum empyreum, qui est locus sanctorum. & similr ét Enoch raptus est ad paradisũ terrestrẽ, vbi cũ Helia simul credit viuere vsq; ad aduẽtũ Antichri.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut supra dictũ est. * Christo baptizato aperti sunt cœli, non pp ipsum Chrm cui semper cœlũ patuit: sed ad significandũ ꝙ cęlũ aperitur baptizatis baptismo Christi, qui habet efficaciam ex passione ipsius.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ Christus sua passione meruit nobis introitum regni cælestis, & impedimentum remouit: sed per suam ascẽsionem nos, quasi in possessionem regni cœlestis, introduxit. Et ideo dr ꝙ ascendit pandẽs iter ante eos.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis; quod passione sua Christus aperuit nobis ianuam cęli. Vt per dictum Heb. 10. secundum quod est in argumeo. contr. Item per dictum Leuit. 16. Cumque mactauerit hircum, inferret sanguinem eius intra uelum. Hoc est, in figurato a figura ista. Cum occisus fuerit Christus, qui ratione similitudinis carnis peccati congrue figuratur ab hirco 1. 2. quæstio. 102. artic. 5. ad textum. Sanguis eius ianuam cœli, vt in ipsam de cętero virtute ipsius sanguinis introire possimus, aperiet. Vide Veritates aureas super legem veterem, Leuit. 16. conclusio. 9. & (ut scias, discursus a figuris ad figurata esse iuxta Concilij doctrinam ualidos) Leuitic. 8. conclus. 2. Item per dictũ Numer. 35. Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in urbes suas reuerti poterunt: postquam autem ille obierit homicida reuertetur in terrã suam. Hæc enim est figura de utilitate passionis Christi primi pontificis. 1. Petr. 2. ꝙ scilicet nos homicidæ, profugi, atque exules, propter peccatum originale, &c. possumus, postquam ipse mortuus est, in cęlestem patriã, ad quam creati fueramus; ingredi: & consequenter in figura ipsa supponitur hæc veritas, scilicet quod mors Christi ianuam illius patriæ aperuit. vide Veritates aureas, &c. Num. 35. conclus. 3. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*q. 39. ar. 4

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex consuetudine Ecclesiæ utentis ista parabolica locutione. Vocat enim cœli ianuam per similitudinem ad ianuæ fructum (qui est impedire, vel expeditam reddere penetrationem interiorum) fruitionis diuinæ cõsecutione: ita ꝙ aperiri cœli ianuam est expeditam facere consecutionem æternæ beatitudinis, quæ nulli ante Christi passionem concessa est.

¶ In corpore arti. una est conclusio: Per passionem Christi aperta est ianua regni cœlestis: Probatur dupliciter. Primo: tollere peccata humana, quoad culpam, & pœnam omnem est aperire ianuam regni cęlorum: sed Christus per suam passionem abstulit omne peccatum quo ad omnia. ergo. Maior probatur ab opposito, quia clausio regni cęlorum nihil aliud est quam obstaculum peccati quo impedimur a cęlo. Probatur auctoritate Isaiæ. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secundo, manifestatur conclusio ex figura effectus mortis summi sacerdotis legalis.

¶ Aduerte

¶ Aduerte hic tria. Primo, quod clausio regni cęlorum est priuatio diuinæ fruitionis post hanc uitam non qualiscumque, sed ex tali orta, & fulta causa, s. ex peccato. Et propterea aperire cęlũ, nihil aliud est quam tollere peccatum, tã quo ad culpã, quam quo ad pęnã: sublato siquidẽ sic peccato, manifestum est ꝙ tollitur fruitionis diuinæ priuatio, vt pęna peccati, ac p hoc simplr tollitur, quia nõ nisi vt pęnã retinebat priuationẽ illã diuina benignitas.

¶ Secundo, quod Christus sua passione liberatur membra sua ab omni, & culpa, & pœna: quoniam ut Apostolus dicit, abundãtius est Christi donum, quam fuerit Adæ damnum: sed vt experientia testatur, & ex calce præcedentis ait habes, liberatio ista ordine quodam in executionem mandatur, configurando nos ipsi Christo. Quo fit, vt Christus liberauerit nos ab omni pœna peccati, tam originalis quam actualis: sed nos ordine quodam, & media configuratione ad Christum, consequimur immunitatẽ a culpa, & pęna totaliter.

¶ Pro quo, & responsione ad primum nota tertio, ꝙ quia primus hõ peccauit nõ solũ ut singularis psona, sed ét ut principium humanæ naturæ, iõ peccatũ originale erat dupliciter mũdandum: & cũ

& ea parte, qua singularum est personarum, & ex ea parte, qua totius humanæ naturæ seminaliter ab Adam descendentis. Et quo ad personalia quidem olim per circūcisionem, uel aliquod sacrificium, & nunc per baptismum purgatur humanum genus ab originali peccato. Ad secundum autem, nec circūcisio olim, nec baptismus postea suffecit, ut patet de baptizatis baptismo Christi mortui ante Christi passionem: nullus.n. illorum liber fuit a pęna clausuræ regni cęlorū. Hæc.n. pœna, sicut, & mors corporalis ex peccato originali vt naturæ est, consecuta est, & ad vtranq; abolendam passio Christi fuit necessaria: quāuis diuersimode ab hac, & illa nos eripuerit: quā a spirituali pœna priuationis diuinæ fruitionis sic nos liberauit, quod statim exhibuit effectū. Et inde est, q̄ modo baptizati si moriuntur statim, beati sunt: beneficium si quidem

dem hoc, est baptismi non simpliciter, sed ratione status, quo, scilicet Christi passio consummata est. Et quia baptismus ad hoc institutus est, vt esset sacramentum in tali statu, quamuis inchoatiuè parum ante cœperit, ideo baptismo attribuitur aperire cœlestem ianuam, quod præfiguratum est, cum Christo baptizato, cæli aperti sunt. 8. dist. immortalitatis beneficium non statim exhibuit, quamuis tunc fecerit, cum mortem nostram moriendo destruxit: sed media conformitate nostra ad ipsum morientem immortalitatem longe excellentiorem, illa quæ fuit in statu innocentiæ, nobis exhibebit in tempore resurrectionis: cum hoc etiam, quod in capite nostro, ipso, scilicet Christo homine, iam immortalitatem corporis consecuti sumus per ipsius passionem.

Alb. Mag. 3. d. 18. ar. 3. Medina ar. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus per suam passionem meruerit exaltari.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus per suam passionem non meruerit exaltari, Sicut enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas, secundum illud Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius: sed Christus, secundum q̄ homo, habuit cognitionem omnis ueritatis. non ex aliquo merito præcedente, sed ex ipsa vnione Dei, & hominis: sm̄ illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius gloriā quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis. ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola unione.

¶ 2 Præt. Christus meruit sibi a primo instanti suę conceptionis, vt supra habitum est, * non autē maior charitas fuit in eo tempore passionis, quam ante. Cum ergo charitas sit merendi principium, uidetur q̄ non magis meruerit per passione, suam exaltationem, quam ante.

¶ 3 Præt. Gloria corporis resultat ex gloria animæ, vt August, * dicit in Epistola ad Dioscorum: sed Christus per passionem suam non meruit exaltationem quantum ad gloriam animæ, quia anima eius fuit beata a primo instanti suæ conceptionis. ergo neque etiam per passionem meruit exaltationem, quantum ad gloriam corporis.

SED CONTRA est, q̄ dr̄ Phil. 3. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.

RESPON. Dicendum, q̄ meritū importat quandam æqualitatē iustitiæ, vnde & Apost. dicit Rom. 4. q̄ ei, qui operatur, merces imputat', secundū debitū. Cū aūt aliquis ex sua iniusta uoluntate sibi attribuit plusquam sibi debeatur, iustum est vt diminuatur ēt quantū ad id, qd sibi debebatur: sicut cum furat' quis vnam ouem, reddet quatuor vt dr̄ Exo. 21. vt hoc dr̄ mereri, inquantū per hoc punitur eius iniqua uoluntas: ita ēt cū aliquis sibi ex iusta uoluntate subtrahit, quod debebat habere, meret' vt sibi amplius superaddat', quasi merces iustæ uoluntatis. & inde est, q̄ sicut dr̄ Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabit'. Chr̄s aūt in sua passione seipsum humiliauit infra suam dignitatē, quantū ad quatuor. Primo quidē, quantū ad passionē & mortē, cuius debitor non erat. Secundo, quātū ad locū, quia corpus eius positū est in sepulchro, & anima in inferno. Tertio, quātū ad confusionē, & opprobria, q̄ sustinuit. Quarto, quātū ad ho., q̄ est traditus humanæ potestati, sm̄ q̄ ipse dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset desuper: & ideo per suā passionem meruit exaltationē quantum ad quatuor. Primo quidem, quantū ad resurrectionem gloriosam. vnde dicitur in Psalm. 138. Tu cognouisti sessionem meam, idest humilitatem meæ passionis, & resurrectionem meam. Secundo, quantum ad ascensionem in cœlum vnde dicitur Ephes. 4. Descendit primum in inferiores partes terræ qui autem descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. Tertio, quantum ad consessum paternæ dexteræ, & manifestationem diuinitatis ipsius, secundum illud Isa. 52. exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerūt super eum multi, sic ingloriis erit inter uiros aspectus eius, vt Philipp. 2. dicitur, Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo, & hoc est quod subditur, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Quarto, quantum ad iudiciariam potestatem, dicitur enim Iob 36. Causa tua quasi impii iudicata est, causam, iudiciūque recipies.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod principium merendi est ex parte animæ, corpus autem est instrumentum meritorii actus. & ideo perfectio animæ Christi, quæ fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipsius meriti instrumentum.

AD SECVNDVM dicendum, quod per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animæ, cuius voluntas charitate, & aliis virtutibus informabatur: sed in passione meruit superexaltationem per

modum

SVPER Q. XLIX. ART. VI.

275 3. d. 18. ar. 4. q. 3. COncl. Christus p̄ passionem suam meruit exaltationem; quantum ad quatuor.

¶ Proba. Quia Christus ex iusta uoluntate, idest ex obedientia atque charitate. q. 47. ar. 2. per passionem suam subtraxit sibi multiplicē dignitatē quam debebat habere (ut nunc in secundæ partis p̄batione uidebitur): Et ille, qui ex iusta uoluntate subtrahit sibi id, quod debebat habere, meretur per hoc; vt sibi aliquid amplius superaddatur (vt patet ab oppositis, scilicet de attribuente sibi ex iniusta uoluntate plus, q̄ sibi debeatur, Exo. 22.)

* q. 19. art. 4. & q. 34. ar. 2. Secunda verò pars, s. quantum &c. probatur. Quia uoluntaria humiliatio Christi infra suā dignitatem & quantū ad mortem, meruit resurrectionem; & quantum ad sepulturam, meruit ascensionē; & quātum ad opprobriosam confusionem, meruit cōsessum ad dexteram patris, manifestationemq; propriæ diuinitatis; & quantum ad iudicari inique ab humana potestate, meruit rectam potestatem omnium iudiciariam (vt patet ex ly qui se humiliat exaltabitur, Luc. 14. hoc est in proposito, quantus in sui uoluntaria humiliatione fuit, tantus correspondenter in sui exaltatione erit).

* Epist. 56. ante med. to. 2.

¶ COROLL. Ergo uoluntarie ex charitate & obedientia humiliari vsq; ad mortē, visque ad sepulturā, vsq; ad opprobriosas confusiones, vsque ad subiici iudicibus iniquis, est ex iusta uoluntate subtrahere sibi dignitates has alioqui sibi debitas, scilicet uitam corporalem, locum excellentem, famam

mam honorabilem & super alios potestatem. Subtrahere inquam non quomodocumque sed anthonomatice. Hoc est: & dignitates illas quatuor relinquere, & indignitates illis correspondenter contrarias amplecti.

¶ NOT. In principio tex. corp. diligenter notabis & quid sit meritum: & quod ly cum aliquis ex iniusta uolūtate sibi attribuit, &c. verificatur specialiter de diabolo in fraude sua. Vide, & applica bene. artic. 2. corp. uersus fin. & q. 48. artic. 4. ad secundum.

1m illatio conclusionis. Ergo neq; exaltatum, &c. ℞. Negatur illatio. §. Non.n. est similis (vt ex p̄missis putat argumentū) rō de anima & corpore in respectu ad merendū. Nam principium merendi est ex parte animæ, &c. vt in tex.

2m de conclusione. Suam exaltationem. ℞. Ex parte animæ. §. Tunc nihil, & cæter.

Nam

Nam cum hoc stat: quod Christus meruerit suam exaltationē ex parte corporis: non quidem propter maiorem charitatem, sed ꝓpter genus operis. Et hoc est, quod dicitur in textu, ly per modū cuiusdam recompensationis. Errabat igitur argumentum in fallacia secundum non causam, vt causam. Putabat siquidem exaltationis huius meritum esse ab ista causa. s. a maiori charitate; quæ, cū non detur in Christo, fm quod ibi dicitur, cōstat; quod nec meritū in passione maius, vt pēdet solum ex charitate, potest dari. Non ergo illa, quam putat, est causa huius maioris meriti; sed genus operis talis, idest passionis: præsupposita tamen charitate habita in primo instanti suæ conceptionis. Pro meliori responsi huius textual. notitia, vide a simili. q. 48. art. 1. ad 3. Eluc.

modum cuiusdam recompensationis, ēt ex parte corporis: iustum est enim vt corpus, quod fuerat ex charitate passionis subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

Ad tertium dicēdum, q dispensatione quadam factum est in Christo: ut gloria animę ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc q gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriam aūt animæ differri non conueniebat, quia anima immediate vniebatur Verbo. vnde decens erat, ut gloria repleretur ab ipso Verbo, sed corpus uniebatur Verbo mediante anima.

3m ex Diuo Augustino. Gloria corporis resultat ex gloria animæ. ℞. Nisi ex dispensatione differatur ista resultantia. §. Tunc nihil, &c. Nā dispensatione quadā factū est in Christo, &c. vt in tex. Ex quo patet: q nō est idē iudiciū faciēdū (quod tn̄ faciebat argm̄) de dilatione & non dilatione glorificationis corporis, & animæ Christi.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX artic. habes primo: qūo per rōnem & ostēdas, & rectē intelligas, meritò insinuatū esse a scripturis, & Aug. q Chrs meruit passione sua exaltationē. A scripturis q dē; vt p dictū Phil. 2. fact*, &c. fm q ponit in arg. contr. Vbi nota ly pp qđ. s. totū pcedēs; & ly exaltauit. s. quadrupliciter. Itē p dictū Num. 21. fac serpentem æneū & pone eum ꝓ signo. Hoc est (vt exponit Io. 3.) exalta eum pro signo. Serpens. n. hic ideo dr̄ exaltandus localiter: vt p hoc figuretur, q Christus p crucē exaltandus erat multipliciter. vn̄ & dicit ipse Ioā. 12. Ego, si exaltatus fuero a terra, oīa trahā ad meipsum. Pro ampliori tn̄ captu vide Veritates aur. sup totā leg. ueterē, Num. 21. cōcl. 11. 12. & Exod. 6. concl. 3. ad longū, & Num. 17. concl. 1. 3. A. D. Aug. aūt p hoc, q in homil. sup Io. 17. ly clarifica filiū tuum, dicit. Vt mediator Dei & hoīum, hō Chrs Iesus, resurrectione clarificaref; prius humiliatus est passione. Non. n. a mortuis resurrexisset; si mortuus nō fuisset. Humilitas claritatis est meritum; claritas humilitatis est præmium. Sed hoc factum est in forma serui. In forma uerò Dei semp fuit, semp erit, claritas; immo nō fuit, quasi nō sit, nec erit, quasi nondū sit: sed sine initio, sine fine, semp est claritas. Quod ergo ait, Pr̄ uenit hora, clarifica filium tuū; sic intelligendū est, tamquā dixerit. Venit hora seminandæ humilitatis; fructum nou differas claritatis. Hæc ibi. Secundò uides: quomòdo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus, vt sonat.

¶In corpore duo. Primo declaratur in cōi, quid importet meritum, & qūo intelligatur tam in malo, quàm in bono. Secundo, descendit ad propositum in speciali de Christo.

¶Quo ad primum, dicit in communi meritū importare quādā iustitiæ, non gratiæ æqualitatē. Et hoc probat auctoritate Apost.

¶Vbi non mireris nouitie, si a merito transitur ad mercedē: q a merces merito respondet, ut premium debito.

¶Exemplis deinde declaratur, qualiter meriti æqualitas fm iustitiam exerceatur tam in malis quā in bonis, & in malis quidem rationi adiungit exemplum. de iusta æqualitate circa demeritum furti, cum auctoritate sacræ scripturæ & inde infertur simile, proportionaliter fieri iustam æqualitatem circa meritum boni.

¶Vbi aduerte, q in istis iustitijs interueniūt duo. s. res exterior. & voluntas interior: uerbi gratia, ouis furto ablata & voluntas ducens ad furtū. Si consideretur res exterior, puta ouis duntaxat, sufficit ad æqualitatem iustitiæ restituatur ipsa ouis: sic. n. inæqualitas rei facta per furem, reducitur ad pristinam æqualitatem, ut patet. Sed si super hoc consideretur iniqua voluntas furis, qua voluit contempta iustitia publica, & proximi, plus habere, q̄ sibi debetur, & propterea abstulit ouem alienam sic ad hoc ut hæc iniquitas voluntatis iuncta operi ad æqualitatem reducatur, iustum est ut minus habeas de suo, qui plus, quā debebatur sibi vsurpauit de alieno: & propterea pro una ablata oue reddere tenetur quatuor, unā pro ęqualitate rei extra, & tres pro æqualitate iniqui actus. Et q a tam demeritum, quā meritum principaliter consistit in uolūtate. ideo Auctor in litera tractans de merito Christi ad æqualitatem, quæ principaliter respicit actiones, & passiones quatenus sunt voluntariæ se cōuertit, & tā in malis, q̄ in bonis iustitiæ æqualitatē cōsiderauit, ꝓut iusta, vel iniusta volūtas minus, uel plꝰ de sibi debitis voluit cū effectu, vt patet i lr̄a, & hinc ad Chri meritū descēdit.

¶Quo ad fm præsupposita maiore ex declarata ratione meriti, monstrat subsumendo Christum per suā passionem meruisse quatuor. Omnia clara sunt in litera.

QVÆSTIO L.

De morte Christi in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de morte Christi. Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum conueniens fuerit Christū mori.

¶Secundo, Vtrum per mortem fuerit separata diuinitas a carne.

¶Tertio. Vtrum fuerit separata diuinitas ab anima.

¶Quarto, Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

¶Quinto, Vtrum corpus eius fuerit idem numero viuum, & mortuum.

¶Sexto, Vtrum mors eius fit aliquid operata ad nostram salutem.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Christum mori.

276 Iof. q. 52. ar. 1. corp. Et 4. cō. c. 55. ad 11. Et qu. 2. 2. a. corp. Et opu. 2. c. 7. Et op. 3. c. 234. & 238 fin. Et op. 60. c. 19.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q non fuerit cōueniens Christū mori. Illud. n. quod est primū principiū in aliquo genere, non disponit per illud, qđ est contrarium illi generi: sicut ignis, qui est principium caloris, nūquam potest esse frigidus: sed filius Dei est fons, & principium omnis vitæ, secundum illud Psalm. 35. Apud te est fons uitæ. ergo uidetur quòd non fuerit conueniens Christum mori.

¶2 Præt. Maior est defectus mortis quam morbi, quia per morbū peruenitur ad mortem: sed non fuit cōueniens Christum aliquo morbo languescere, vt Chrysostom. dicit. ergo etiam non fuit conueniēs Christum mori.

¶3 Præt. Dominus dicit, Ioann. 10. Ego veni, vt uitam habeant, & abūdantius habeant: sed oppositum nō perducit ad oppositum. ergo uidetur quod non fuerit conueniens Christum mori.

Sed contra est, q dr̄ Io. 10. Expedit ut unus hō moriatur pro populo, & non tota gens pereat: qđ quidem Cayphas prophetice dixit, vt Euangelista testatur.

Resp. Dicendum, dq cōueniens fuit Christū mori. Primo quidē, ad satisfaciendū pro humano genere,

Ferr. 4 con c. 55. Palud. 4 d. 21 q. 1. Medina ar. 1.

SVPER Q. L. ART. I.

COncl. Conueniens fuit; Christum mori.

¶Prob. Quia hoc scilicet Christū mori, conueniebat & satisfactioni pro humano genere propter peccatum morti adiudicato, & ostensioni ueritatis naturæ assumptæ, & liberationi nostræ a terrore mortis, & exemplo dādo nobis moriendi spiritualiter peccato, & demonstrationi uictoriæ suæ contra mortem a mortuis resurgendo, & spei dādæ nobis resurgēdi a mortuis p suam resurrectionē (ut de his sex medijs ordinate declaratur in tex.). D.904.

1m de maiori. Illud, quod est primum principiũ in aliquo genere &c. Secundum quod est primũ principium in illo genere. §. Non disponitur per illud &c. vt in illa maiori. Tunc nihil, &c. Nam Christus, qui est primum principiũ vitæ (ut d. minor) non est mortuus secundum quod est primum principium vitæ: sed aliter, idest secundum q̃ nõ est primum principium uitæ. Christus enim est fons uitæ, secundum quod Deus, &c. vt in tex.

2m illatio conclusionis. Ergo etiã noo &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex fallacia secundũ oõ causam, ut causam, in præmissis inclusa. Nam in hoc, quod Christus sit conuenienter mortuus, ooo est considerãdum pro causa finali, quod languescere morbo est defectus minor, quam mors (quod tamen considerat argumentum): sed pro causa finali considerandũ est, quod acceptatio mortis ostendatur esse voluntaria. Et hanc, q̃ huius rei, idest conuenientiæ mortis Christi, cã vera est, si considerasset argumentum; dixisset utique contrarium, scilicet quod fuit conueniens, Christum sine morbo mori. Si enim ex morbo moreretur, videretur ex necessitate propter infirmitatem naturæ mori (ut dicitur in tex.) Nunc autem quia morti ab extrinseco illatæ offert se spontaneum (ut patet multipliciter in Euangeliis;) ideo mors eius manifestè omnibus uerè intelligentibus constat esse voluntaria.

3m de minori. Non perducit. ℞. Per se. §. Tunc nihil, &c. Sufficit enim in proposito; quod perducat per accidens ad oppositum. Nam hoc modo Christus p̃ suam mortem, &c. vt in tex.

quod erat morti adiudicatum propter peccatum, secũdum illud Gen. 2. Quacumq; die comederitis, morte moriemini. Est autem conueniẽs satisfaciendi pro alio, alio modus, cum aliquis se subiicit pœnę, quam alius meruit. & ideo Christus mori voluit, ut moriendo, pro nobis satisfaceret, secundum illud 1. Pet. 3 Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundò, ad ostendendum veritatem naturæ assumptæ: sicut enim Eusebius dicit, Si aliter post conuersationem cum hominibus, euanescens subito euolaret fugiens mortem, ab omnibus compararetur phantasmati. Tertiò, ut moriendo, nos à timore mortis liberaret, unde dicitur ad Hæbr. 2. q̃ communicauit carni, & sanguini: vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti. Quartò, ut corporaliter moriendo similitudini peccati, i. pęnalitati, daret nobis exemplum moriendi spiritualiter peccato, vnde dicitur Roma. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autẽ viuit, viuit Deo: ita, & uos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes aũt Deo. Quinto, ut a mortuis resurgendo, & uirtutẽ suam ostenderet, qua mortẽ superauit, & nobis spem resurgendi a mortuis daret. Vnde Apost. dicit 1. ad Cor. 15. Si Christus prædicatur, q̃ resurrexit a mortuis, quomodo quidam in nobis dicunt, q̃ resurrectio mortuorum non est.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus est fons vitæ s̃m q̃ Deus, non aũt secundũ q̃ homo, mortuus est autem s̃m q̃ hõ, non s̃m q̃ Deus. Vnde Aug.* dicit contra Felician. Absit q̃ Chr̃s sic senserit mortẽ ut quantum in se est uita, vitam perdiderit: si. n. hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit ergo mortẽ participatione humani affectus, quem sponte susceperat: non naturæ suæ perdidit potentiam, per quam cuncta uiuificat.

Ad secundum dicendum, q̃ Christus non sustinuit mortem ex morbo prouenientem, ne uideretur ex necessitate mori propter infirmitatem naturæ, sed sustinuit mortem ab exteriori illatam, cui se spontaneum obtulit, ut mors eius voluntaria ostenderetur.

Ad tertium dicendum, quod vnum oppositum, per se non ducit ad aliud, sed q̃nq; per accidẽs: sicut frigidum, quandoque per accidens calefacit. Et hoc modo Christus, per suam mortem nos perduxit ad vitam, dum sua morte mortem nostram destruxit: sicut ille, qui pœnam pro alio sustinet, tenet pœnam eius.

te didicimus. Item per illud Hebr. 2. Decebat auctorẽ salutis eorum per passionem consummari Ibi enim (vt patet per cõtextũ) de Christo, & de morte eius, intelligit hoc. Item per illud Heb. 9. Noui testamenti mediator est; vt, morte intercedente in redemptionẽ earũ præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui uocati sunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim testamẽtum est. mors, necesse est, intercedat testatoris. Testamentũ. n. in mortuis confirmatum est. Alioquin nõdum ualet; dũ viuit, qui testatus est. Item per illud Heb. 13. Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta p̃ pontificẽ, horũ corpora cremantur extra castra. Propter qđ & Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinem populum, extra portã passus est. Ex hoc enim loco habes a simili: q̃ mors animalium omniũ mãdato legis in sacrificiis oblatorum erat figura: quod mors Christi subsecutura erat Cum igitur conueniens sit, figuratum respondere figuris; conueniens vtique (secundũ Apostolum) erit, Christũ esse mortuum. Cæterum: ex abundanti ista adducta fuerunt ad propositum ostendẽdũ. Nam hoc. s. cõueniens fuisse, Christum mori, monstrarũ sufficienter fuisset per auctoritatem de morte eius actuali protestãtẽ: vt per ly inclinato capite tradidit spũm Ioan. 19. Vel per ly expirauit Luc. 23. Mar. 14. vel ly emisit spiritum. Idem enim est Christum fecisse sic, vel sic, & ipsum conuenienter fecisse sic, vel sic: cum ipse sit Dei sapientia. 1. Corint. 1. & omnia in pondere, numero, & mensura, disponens Sap. 11. maximè autem, quæ circa se sunt. Vide q. 35. ar. 7. 8. Elucid. & q. 41. artic. 1. corollar. post conclus. & articulorum multorum ibi appendicibus. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

*li. c6t. Felic. c. 14. in prin. to. 6.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum; quod cooueniens fuit, Christum mori. Vt per illud Ioan. 11. Expedit, ut &c. secundum quod eum discursu ponitur in argum. contr. Ex quo consideranti patet: quod, quia dictum tale fuit a spiritusancto per Cayphã, sicut olim per asinam Balaam, loquẽte, oportet dicere: quod expedire, idest conueniens fuisse Christum mori, spiritusancto docẽte

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit Christum mori. Probatur quinque rationibus. Omnia clara sunt.

277

3 d. 3. q. 2. ar. 1. q. 1. & d. 21. q. 1. ar. 1. q. 2. Et quo. 2. 2. 1. co. Et qu. 4. 2. 6. cor. Et op. 3. c. 236. & 237 Et op. 60. ca. 19. fi.

Capr. 3 d. 21. q. 1. con. 1. Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum in morte Christi fuerit separata diuinitas a carne.

AD secundum sic proceditur. quod in morte Christi fuerit separata diuinitas a carne. Vt enim dicitur Matt. 27. Dominus in cruce pendens clamabat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod exponens Ambr.* dicit, Clamabat homo, separatione diuinitatis moriturus: nam cum diuinitas a morte libera sit, vtique mors ibi esse non poterat, nisi uita discederet, quia uita diuinitas est. Et sic videtur, quod in morte Christi sit diuinitas separata a carne.

¶ 2 Præt. Remoto medio, separantur extrema: sed diuinitas vnita est carni mediante anima, ut sup. habitum est.† ergo videtur q̃ cum in morte Christi anima sit separata a carne, quod per consequens diuinitas sit a carne separata.

¶ 3 Præt. Maior est uirtus uiuificat

* lib. 10. in Luc. in tit. de cõmen. spũs Iesu in me. 10. 5

† q. 6. ar. 4.

SVPER Q. L. ART. II.

COncl. Impossibile fuit: q̃ in morte solueretur unio diuinitatis a carne Christi.

¶ Prob. Quia impossibile fuit; q̃ in Chr̃o aliquis inueniretur peccatũ (vt patet): Et illud, qđ alicui p̃ gratiã Dei concedit (qualis est p̃dicta unio in Chr̃o. q. 2. ar. 10.). nũquam absq; culpa recipientis reuocatur (vt patet Ro. 11.)

¶ Nota. Pro ampliori notitia primæ cathegoricæ p̃missi antecedẽtis hypothetici. i. pro notitia de impeccabilitate Christi, uide q. 15. artic. 1. 2. & Addition. quæst. 16. artic. 2. ad secundum. Elucid. Secũdæ autem cathegoricæ fauet dictum illud Cõcil. Trid. sess. 6. c. 11.

De

* De sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur, Hæc ibi.

1m ex D. Ambrosio. Separatione Deitatis. R. Intellecta quantum ad protectionem a persequentibus. §. Tunc nihil, &c. Cum hac enim Ambrosij ueritate stat simul; q Deitas numquam a carne est separata, separatione intellecta quantum ad unionem personalem. Ac si D. Ambrosius, dixerit. Ideo mortuus est homo Chrs, quia deitas sibi personaliter unita ab eo discessit per subtractionē auxilij a morte subeunda. Non enim eum (qđ tamen potuisset, si uoluisset) præseruauit ab illata morte: licet semper esset cum eo realiter & personaliter. Vide q. 18. ar. 5. 6. vt intelligas melius dictum B. Augustini in lib. de gr. noui testam. adductum in textu huc. Item, vt clarius rectum sensum datæ respōsionis, de nō protectione ab hostib. penetres; videas q. 47. ar. 3. Elucid. & append. Vide & Veritates aureas super totam legē veterem, Leuitic. 16. concl. 10.

q. 16. a. 4

2m de maiori. Remoto medio. R. Quo ligatur extrema. §. Tūc nihil, &c. Nam anima, qua mediante, Verbū est unitum carni, non fuit medium ligans ad inuicem ista duo, scilicet verbum & carnem: sed fuit medium in alio sensu; in quo numquā remotum est a carne. Licet. n. a carne mortua recesserit realiter anima, (Alioquin caro non fuisset uere mortua): numquam tamen ab ea recessit, quā ad esse medium hoc, scilicet quo caro etiam mortua habet ab anima, quod pertineat ad naturam humanam modo, quo declaratur in tex. Ex cuius dictis percipies melius sensum uerum. q. 6. art. 1. & econuerso.

3m de maiori. Maior est. R. Quantum ad uiuificare effectiue: nō autem, quantum ad uiuificare formaliter. §. Tunc nihil, &c. vt patet in tex.

ua Dei quā animæ, sed corpus mori non poterat, nisi anima separata. ergo multo minus mori poterat, nisi separata diuinitate.

SED CONTRA est, q ea, quæ sunt humanæ naturæ, non dicunt de filio Dei, nisi ratione unionis, vt supra habitum est. † Sed de filio Dei dr id, quod conuenit corpori Christi post mortē, s. esse sepultum, ut patet in Symbolo fidei, vbi dicitur, q filius Dei conceptus est, & natus ex Virgine, passus, mortuus, & sepultus. ergo corpus Christi non fuit in morte a diuinitate separatum.

RESPON. Dicendum, quod illud, quod per gratiam Dei conceditur; numquam absq; culpa reuocatur. vnde dr Rom. 11. q sine pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio. Multo autem maior est gratia vnionis, per quā diuinitas unita est carni Christi in persona, quā gr̄a adoptionis, per quam alii sanctificant; & ēt magis permanens ex sui rōne, quia hæc gratia ordinatur ad unionem personalē, gratia aūt adoptionis ad quandam unionē affectualē; & tn̄ videmus q gratia adoptionis numquam perditur sine culpa. Cū igitur in Christo nullum fuerit peccatum, impossibile fuit q solueretur vnio diuinitatis a carne ipsius, & ideo sicut ante mortem caro Christi unita fuit secundū personam, & hypostasim verbo Dei, ita, & remāsit unita post mortem, vt. s. non esset alia hypostasis Verbi Dei, & carnis Christi post mortem, vt Dam.* dicit in 3. lib.

*li. 3. ort. fi. c. 27. cur. fi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q derelictio illa non est referenda ad solutionem vnionis personalis, sed ad hoc q Deus pater eum exposuit passioni, vnde derelinquere ibi, non est aliud, quam non protegere a persequentibus, vel dicit se dereli ctum quantum ad illam orationē, qua dixerat, pater si fieri potest, trāseat a me calix iste, vt Aug. * exponit in lib. de Gratia noui Testam.

*In epist. 120. ex ca. 6. & 10. t. 8.

AD SECVNDVM dicendum, quod verbum Dei dr̄ unitum carni mediante anima, inquantū caro per aīam pertinet ad humanā naturam, quam filius Dei assumere intendebat: non aūt ita quòd anima sit quasi medium ligans vnita. Habet autē caro ab anima, quod pertineat ad humanā naturam ēt postquam anima separatur ab ea, inquantum. s. in carne mortua remanet ex diuina ordinatione quidam ordo resurrectionis. & ideo non tollitur unio diuinitatis ad carnem.

AD TERTIVM dicendum, q anima habet vim uiuificandi formaliter, & ideo ea p̄sente, & vnita formaliter, necesse est corpus esse uiuū. Diuinitas autem non habet vim uiuificandi formaliter, sed effectiuè: non. n. potest esse corporis forma. & ideo non est necesse, quòd manente vnione diuinitatis ad carnem, caro sit uiua, quia Deus non ex necessitate agit, sed ex uoluntate.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo: qūo per rōnem ostēdas, meritò esse insinuatum a scripturis, & symbolo fidei; quod Deitas a carne Christi in morte non fuit separata. A symbolo quidem fidei: secundum quod cum discursus ratiocinatione ponitur in argum. contr. Pro quo facit q. 16. artic. 4. A scripturis verò per hoc, q dicitur Ephesin. 4. Quod autem ascendit quid est; nisi, quia & descendit primum in inferiores partes terræ. Qui descendit, ipse est & qui ascendit. Christus enim in inferiores partes terræ sm carnem descendit per hoc, q fuit caro eius in sepulchro: sicut & secundū animā descendit in inferiores partes terræ per hoc, q aīa ipsius descendit ad limbum SS. Patrum. Idem uero fuit, qui descēdit, & qui ascendit; quia vbiq; Deus, tum cum carne, tum cū anima. Ac si ergo Apostolus dixerit. Deitas, quæ cū Christo in cœlos ascendēte personaliter iuncta fuit, & carni & aīæ eius coniuncta, fuit etiā cum Chr̄o descendente siue in sepulchrū siue in limbum personaliter iuncta & carni & animæ separatis.

a Secundo habes: qūo per rōnem, tamquam in radice, omnino euellas, interimasque impijssimam hæresim Præmonstratensis Apostatæ dicentis (vt refert Prateolus, tit. Antichristiani:) quod Christus, eo q in cruce desperarit, fuit damnatus. Legeras enim hic scelestissimus, Christum dixisse Matth. 27. Hely, Hely, Lammazabathani; & ignorantiam suam cum summo scelere de suo confingens verba hæc ad desperantis sensum extorquere nō erubuit. Sed qđ mali non audeat, & non machinetur, Apostata? Quippe qui sub tantorū malorum funestissimo iugo uenundatus sit; qualia narrantur 2. 2. q. 12. art. 1. 2. & Prouerbior. 6. Dixi ly quomodo per rationē, tanquā in radice euellas, &c. quoniam peccatum omne ab eo funditus expellatur, necesse est, etiam sola ratione dictante: cum quo personaliter unita est Deitas. Vide not. post phr concluſ. & dicta, citataque in respon. ad primum.

3 Tertio habes: quomodo per rationē, tamquā per radicem fictiosissimam, ostendas, hæresim illā immanissimam merito dānari a dictis supra articulorū numero. 129. Elucid. & in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Leuit. 16. concl. 10. vbi ad longū dignissimam scitu contra hæreticos, & ad catholicorū eruditionem inuenies. Item a Numer. 21. per hoc, q ibi serpēs æneus figura Christi in patibulo crucis positi designatur: id qđ clarius intelliges esse uerum, si illud Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentē, &c. præmissæ figuræ coniunxeris. Nā ideo Christus patiens in cruce uocatus est æneus: quia erat futurus mirandæ, immo insuperabilis patientiæ. Bonam uerò patientiam opponi è diametro desperationi; qs nesciat? Vide Veritates aureas &c. Numer. 21. cōcl. 6. Et a figuris ad figurata ualidū fieri processum disce ex Concilio Hispalensi 2. quod recitatur in eisdē Veritatibus aureis, Leuit. 8. concl. 2. Item ab ipso crucifixo per hoc; q expiraturus paterni amoris, fiduciaq; filialis, memor, ac plenus, dixit, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, Luc. 23. Item ab eodem Christo ad passionem eunte per hoc, quod dicit Ioann. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed, vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Si enim diabolus in Christo tanta patiente non inuenit quicquam, idest aliquod uel minimum peccatum: quomodo Christus desperationem, tam graue peccatum 2. 2. quæstio. 20. articul. 3. & consequenter a diabolo multum uisibile. 1. quæstio. 57. articul. &c. cum quæstio. 64. articu. 1. incurrere umquam potuit? Et, si Christus non tantum facit patris mandatum, sed etiam sic, vt idest eo modo, quo pater uoluit; & non pro aliquo solum tempore, sed etiam semper, facit quæ placita sunt ei, Ioann. 8. quomodo desperationis vel minimam scintillam, seu primum motum habere potuisse dicendus est? Numquid Deo patri placet desperatio; aut mandatum dedit ei pater, vt desperaret? Vide quantarum insaniarum, & palpabilium hæresum, tenebras nobis offundere conatur sermone illo suo primo diabolico prædictus Apostata.

4 Quartò igitur habes: quod illud Christi uerbum Hely, Hely, Lammazabathani alio modo, quam indoctus ille, ac instabilis secundo Petr. 3 ad suam ipsius perditionem deprauabat, intelligendum est. Pro qua re sciendum est: quod Christus omnia, quæ de ipso erant per prophetas dicta in passione sua adimplere voluit (vt patet Matthæi vigesimo, Lucæ decimooctauo. & alibi in Euangelistis). A propheta autem in persona Christi loquente dictum fuerat Psalm. 17. Dolores inferni circundederunt me.

Necesse igitur erat; vt hoc de Christo crucifixo uerificaretur. Id quod fuit tunc, quando ipse dolores inferni, pro quanto sine peccato licuit, in semetipso expressit: vt prophetatum erat per ly dolores inferni (.i. his, q sunt in inferno, similes) circundederũt me. Quid est iter dolores inferni? Tanta a Deo derelictio; ut dixerit Psa. 87. quorũ nõ es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Oportuit ergo tũc Chrm dolorẽ hunc in seipso exprimere dicendo, Hely Hely Lammazabathani. Nec solum hunc, sed & ceteros: vnde non in singulari dolorem, sed in plurali dolores Psal. 17. dixit. Occasione itaque huius, s. Hely &c. prosequamur & breuiter alios. Quid est in doloribus inferni? Maxima sitis, nec ad ipsam mitigandam modicę aquæ subuentio Luc. 16. Oportuit ergo tunc Christum dicere, sitio; & ad eius sitim extinguẽdam nec guttulæ aquæ refrigerium inuenire. Ioan. 19. Quid est in dolorib. inferni? Fletus, & stridor dentium. Matth. 13. Cum clamore igitur ualido, & lachrymis, Hebr. 5. seipsum Christus offerre debuit: ut ly stridor dentium, exprimatur tunc p clamorẽ ualidũ; sicut ly fletus per lachrymas. Quid inter inferni dolores adest? Quod ligatis manibus, & pedibus. Matth. 22. ibi torquẽtur. Oportuit ergo Christum tunc manibus & pedibus, quasi alligatis, clauorum vinculo, cruciari. Quid amplius dolorum in inferno reperitur? Tenebræ exteriores Matth. 25. Opus ergo fuit: vt tunc Sole obscurato tenebræ fierent super vniuersam terram, Luc. 23. Sed quid adhuc in inferni doloribus connumeratur? Mala societas, scilicet cũ diabolo, & angelis eius Matth. 25. Necessum ergo fuit: vt Christus tunc cum iniquis crucifigeretur. Inter dolores inferni quid vlterius est? Omnium membrorum omne sine ulla consolatione tormentum (vt patet ex Addition. q. 97. ar. 5. 2 Elucid) Oportebat igitur; quod Christus & in loco fœdo crucifigeretur. q. 46. artic. 10. & omne passionum genus sustineret, ibid. art. 5. & dolorem maximum in his absque ulla releuationis redundantia sentiret, ibid. ar. 6. 7. Ecce adimpletam prophetiam illius Psalm 17. Adde: q oportuit etiam Christum, tamquam ex reuerentiali obedientia solicitum ad obseruanda de se prænunciata a Psalm. 21. Deus Deus meus, quare me dereliquisti, correspondenter per seipsum dicere, Hely Hely Lammazabathani. Numquid non ergo uides: quod oculus prædicti Apostatæ nequam est: quia Christos bonus est? Matth. 20. Quinto vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus

¶ In corpore vna conclusio. Caro Christi remansit vnita verbo Dei post mortem. Probatur ratione, & auctoritate. Ratio est Donum, quod per gratiam Dei cõceditur, numquam reuocat sine culpa: sed gratia vnionis est maius donum, & permanentius ex sua ratione, quam gratia adoptionis, quæ numquam perditur sine culpa. ergo. Maior probatur auctoritate Aposto. Minor, quo ad primam partem comparationis. quia maius est, esse Deum personaliter, quam esse sanctum. Quo ad secundam vero, quia unió personalis est permanentior, quam unio affectualis. Auctoritas est Damasceni.

¶ Aduerte hic, q quia illa maior. Nullum donum diuinæ gratiæ perditur sine culpa, locum habet in donis permanentibus: non autem in his donis, quæ solum consistunt in quodam fieri, ut donũ prophetiæ, uel assistentiæ, ut gratia miraculorum, quæ altero duorum modorum conceditur. Hæc enim qoia non sunt dona pmanentia, perduntur, hoc est, non semp hñr absq; culpa (ut patet,) & absque Dei pœnitentia. Et propterea Auctor utens illa maiore ex auctoritate Apostoli, subsumpsit non positiue (ut subsumendum expectabat) sed comparatiuam respectu doni gratiæ adoptionis: quam constat non cessare sine culpa, & comparauit illã, & quoad maioritatẽ simpliciter, & quoad maioritatem, sm illud, qđ requiritur ad propositum, hoc est sm permanentiam. Vt hinc scires, q maior habet locum in hac materia: quia gratia unionis est de genere donorum permanentiũ, & q multo magis habet locũ in proposito: tum, quia est excellentius donum, quam gratia adoptionis: tum, quia est pmanentius. Et de prima quidẽ excellẽtia, licet a quibusdã dubitetur, si quis tñ librauerit rõnem allatã (.s. gratia unionis constituit vnitum esse personaliter Deum: gratia autem adoptionis constituit esse sanctum, sed longe maius est esse Deũ personaliter quam esse sanctum) manifestè uidere poterit, solam hanc esse verã. In cuius signum, cum cõicasset se Deus sm naturalem similitudinem beneficio creationis: & postea sm supernaturalem similitudinem beneficio adoptionis, (& hæc duo fuerunt cõia angelo, & homini) ad vltimum reseruauit tamquam summum, cõicare se personaliter, & hoc soli homini. Et ex hoc homo constitutus est supra angelos, vt Apostolus ad Hebr. probat.

¶ De altera autẽ excellentia, s. quo ad permanentiam. manifestũ clare est, cõsiderantib. q esse personale est esse substantiale. Nam cum dr, Iesus est Dei filius, enunciatur substantia sm esse substantiale de substantia; cũ autẽ dicimur nos Dei filii, enunciatur accidens de substantia mediante ẽt accidente, s. affectiua parte, in qua consumata gratia adoptionis: q non nisi diuina fruitione, ad quam ordinata est, consummatur. Quanto ergo ex propria ratione permanentius est, esse quam operari, & esse substantiale, quam accidẽtale, & esse substantiale diuinum hypostaticè, quã esse accidentale diuinũ adoptiue: tãto permanentius, diuinæ gratiæ donũ est. vnio personalis carnis ad verbum Dei, quam gratia adoptionis filiorum Dei.

¶ In rñsione ad tertiũ, percipe q Auctor rñdet, & ad cõparatiuã inter Deũ, & aiam in viuificãdo, per hoc, q sm diuersa cãrum genera vtriq; conuenit viuificare: ac p hoc cõparatio inefficax est, & sophistice infert, & rñdet tacitæ qõni, prosequendo modũ viuificandi effectiue conuenientẽ Deo per hoc, q Deus non necessitate naturæ, sed uoluntariè uiuificat. Et intendit per hoc, q licet deitas personaliter fuerit præsens carni Christi post mortẽ, & haberet maximam uirtutem uiuificandi effectiuè, non propterea sequitur, q effectiue tunc uiuificaret carnem Christi: quia non uiuificat naturali necessitate, sed uolũtarie: anima autem præsens carni, & uiuificat formaliter, & ex necessitate naturæ.

Capr. 3 d 21. q. 1. con. 1. Alb. Mag. 3. d. 21. ar. 1. Medina ar. 3.

278 SVPER Q. L. ART. III.

3. dis. 23. q. 1. a. 1. q. 2. Et qu. 2. 2. t. cor. Et op. 3. c. 236 Et opu. 60. c. 19. fin. & Psal 21.

CONCL. Verbum Dei non est separatum in morte ab anima.

¶ PROB. 1. Quia anima immediatius unita est Verbo quam corpus. q. 6. artic. 1. & Verbum nõ est separatum in morte a corpore, artic. 2. Secundò, Quia symbolum fidei hoc demonstrat per ly Christus filius Dei descendit ad inferos (ut declaratur in tex. & ex artic. 2. argum. contr. a simili).

* Refert in sent. d. 2.

Primom

ARTICVLVS III.

Vtrum in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima. Dicit enim Dominus Ioan. 10. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Non aũt videtur q corpus animam ponere possit, eam a se separando, quia anima non subiicitur potestati corporis, sed potius econuerso. & sic uidetur quod Christo, secundum quod est uerbum Dei, conueniat animam suam ponere: hoc autem est eam a se separare. ergo per mortem anima eius fuit a diuinitate separata.

¶ 2 Præt. Athanas.* dicit maledictum qui totum hominẽ, quem assumpsit Dei filius, denuo assumptũ vel liberatum, tertia die a mortuis resurrexisse non confitetur, sed non potuit totus homo denuo assumi, nisi aliquando fuerit totus homo a verbo Dei separatus: totus autem homo componitur ex anima, & corpore. ergo aliquando fuit facta separatio diuinitatis, & a corpore, & ab anima.

¶ 3 Præt. Propter unionem ad totum hominem, filius Dei verè dicitur homo. Si ergo soluta unione animæ, & corporis per mortem, verbum Dei remansit unitũ animæ sequeretur, quod uerè dici potuisset, filium Dei esse animam. hoc autem est falsum, quia cum anima sit forma corporis, sequeretur quod verbum Dei fuerit corporis forma, quod est impossibile, ergo in morte Christi anima fuit a verbo Dei separata.

¶ 4 Præt. Anima, & corpus ab inuicem separata, non sunt vna hypostasis, sed duæ. Si igitur verbum Dei remansit vnitum tam corpori quam animæ Christi, separatis eis ab inuicem per mortem Christi, uidetur sequi quod verbum Dei durante morte Christi, fuerit duæ hypostases, quod est inconueniens. non ergo post mortem Christi remansit anima verbo unita.

SED CONTRA est, quod dicit Damasc.* in 3. li. Etsi Christus mortuus est ut homo, & sancta eius anima ab incontaminato diuersa est corpore: diuinitas tñ inseparabilis

*li. 3. orth. fid. c. 27. in med.

1m de minori. Ponere possit. R. Potestate sua. §. Scilicet, ipsius corporis. Et in hoc sensu currit probatio istius minoris immediate inouncta in argumento. Tunc nihil, &c. Nam cum hoc stat: ꝙ corpus Christi ex potestate diuinitatis, cui unitum est, possit ponere animam; & uerū sumere eam. Et in hoc sensu intelligitur illud Ioan. 10. Nemo tollit a me animā meā, sed ego pono, &c.

2m illatio conclusionis. Ergo aliquādo fuit, &c. R. Negatur illatio. § Procedit enī ex præmissis male intellectis. Nam in verbis illis Athanasius, &c. vt in tex.

* ar. pce. in arg. 2. & q. 6. ar. 2.

3m de antecedente. Verè dicit homo. R. Non tamen uere dicit humana natura. §. Tūc nihil, &c. Ex hoc enim propter unionem verbi ad vtrumq; eorum non sequitur (ut infert argumentū); ꝙ Verbū &c. vt in tex.

* Trac. 74. in Io. post med. to. 9.

4m antecedēs. Anima & corpus ab inuicem separata nō sunt una hypostasis, sed duæ. R Negatur in proposito. §. Loquendo. s. de Christo. Nam sicut Damasc. dicit in 3. lib. In morte Christi, separata anima a carne, non est vna hypostasis in duas hypostases diuisa &c vt in tex.

¶ Not Pro faciliori captu & formalizationis argumentorum cum responsis, & maximæ utilitatis inde tibi prouenientis, vide 2. 2. q. 1. arti. 1. declarationem, post argum. ante append. immediate; cum ibi citatis.

* in cor. ar.

rabilis ab vtrisq; permansit, ab anima dico, & corpore.

Resp. Dicendum, ꝙ anima unita est verbo Dei immediatius, & prius quam corpus, cum corpus vnitum sit verbo Dei mediante anima, vt supra dictum est. * Cum ergo verbum Dei non sit separatum in morte a corpore, multo minus separatum est ab anima. Vnde sicut de filio Dei prædicatur id, quod cōuenit corpori ab anima separato, scilicet esse sepultum; ita de eo in symbolo dicitur, quod descendit ad inferos, quia anima eius ab eius corpore separata, descendit ad inferos.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Aug. * exponēs illud verbum Io. inquit, cum Christus sit uerbum anima, & caro, utrum ex eo ꝙ est verbum, ponat animam, an ex eo ꝙ est anima an iterum ex eo ꝙ est caro. Et dicit quod si dixerimus, quòd verbum Dei animam posuit, sequitur, quod aliquando anima illa separata est a verbo, quod est falsum: mors enim corpus ab anima separauit, a uerbo autem animam separatam non dico: si uero dixerimus, ꝙ ipsa se anima ponat, sequitur quod anima ipsa a se separata sit, qd est absurdum. Relinquitur ergo, quod ipsa caro animam suam ponit, & iterum eam sumit, non potestate sua, sed potestate verbi inhabitātis carnem: quia sicut supra dictum est, * per mortem non est separata diuinitas verbi a carne.

Ad secundum dicendum, ꝙ in verbis illis Athanasius non intellexit, ꝙ totus homo denuo sit assumptus, idest omnes partes eius, quasi verbum Dei partes humanæ naturæ deposuerit per mortem: sed ꝙ iterato totalitas naturæ assumptæ sit in resurrectione reintegrata per iteratam unionem animæ, & corporis.

Ad tertium dicendum, ꝙ verbum Dei propter vnionē humanæ naturæ, non dr̄ humana natura: sed dr̄ homo, quod est habens humanam naturam. Anima aūt, & corpus sunt partes essentiales humanæ naturæ: vnde pp unionē verbi ad utrumque eorū, non sequitur ꝙ verbū Dei sit aīa, vel corpus: sed ꝙ sit habens animam, vel corpus.

Ad quartum dicēdū, ꝙ sicut Dam. * dicit in 3. li. ꝙ in morte Christi est separata aīa a carne, non est una hypostasis in duas hypostases diuisa: nam, & corpus, & aīa Christi s̄m idem ex principio in uerbi hypostasi habuerunt existentiam, & in morte inuicē diuisa, singulū eorum mansit, unam hypostasim uerbi habens. Quare, una uerbi hypostasis, verbi, & animæ, & corporis extitit hypostasis: numquam enim neque anima, neque corpus propriam habuerunt hypostasim, præter verbi hypostasim. Vna enim semper verbi hypostasis, & numquam duæ.

* lib. 3. orth. fi. ca. 27. a orie.

AP-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendis, meritò esse insinuatam a scripturis & Damasceno: quod Deitas non fuit separata ab anima Christi in morte. A Damasceno quidem, secundum quod est in argumento. A scripturis uerò per hoc, quod dicitur Ephes. 4. Quod autem ascendit quid est, nisi, &c. et. Vt in artic. 2. appendic. De re hac vide Compend. Alber. Magn. lib. 4. cap. 22. schol. Secundò habes: quomodo per rationē, tamquam in radice, omnino euellas, interimasque, impijssimam hæresim Præmonstratensis Apostatæ, &c. vt in artic. 2. append. vsque in finem. Cæterum scito: quod quamuis illa hæresis adducta sit, & expugnata ibi, vt a fortiori fieret eius damnatio; tamen ad hunc articulum directius pertinet vtrumque; cum desperatio principaliter respiciat animam. Dico ly ut a fortiori fieret eius damnatio: quoniam si ex eo, ꝙ a corpore numquam fuit separata diuinitas, non potest aliquando fuisse desperatio in Christo; multo magis vtique ex eo, quod ab anima numquam separata est diuinitas, non poterit aliquando cadere desperatio in ipso. Perge igitur in illa appendice per totum. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: in morte Chr̄i nō fuit separata deitas ab aīa, probat̄ dupliciter. Primo rōne Verbū Dei nō est separatū in morte a corpore. ergo multo minus ab aīa. Probat̄ sequela: q̄a aīa vnita est Verbo immediatius q̄ corpus. Deīde auctoritate Symboli, Quia descēdit ad iferos. Oīa clara sūt ex supradictis.

¶ In rñsione ad primū aduerte ꝙ rñsio s̄m expōnē Aug. intelligit noīe aīæ, ipsā aīæ substantiā s̄m seipsam, & nō uersat̄ inter angustias distinctionū. Planior aūt sensus Euangelici textus est, intelligere aīæ noīe, ipsam q̄dē alam nō ut in se q̄dā substantia est, sed vt substātialiter animat: sic. n. anima formaliter sumitur, & absque omni quæstione liquet, ꝙ ipse Dei filius, qui loquitur dicens, ego pono animam meam, posuit animam suam, tollēdo animationem illius: tollitur siquidem animare per hoc ipsum, quod anima separatur a corpore, & iterum sumpsi eam, dum iterum iunxit animam corpori: ponere enim animam formaliter (hoc est ut animam) nihil aliud est quam mori. Et in hoc sensu plories inuenitur nominata anima, ut est illud Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, & illud, qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam.

¶ Tu aūt, qui sermonis formalis nō es capax, aut ad plebē loqueris, potes eandem s̄niam seruādo, glossare aīam, hoc est uitam corporalem: sic. n. filius Dei posuit aīam suā, & iterū sumpsit eā, & similiter, Pastor bonus ponit uitam suam pro, &c. & sic de aliis. Hoc in idem redit: quia in ipsa animatione, qua anima animat corpus consistit uita corporea cuiusque hominis.

279

3. d. 22 q. 1. art. 1. Et quol. 2. ar. 1. Et qu. 3. ar. 4. cor. fi. Et qu. 4. ar. 1. Et op. 3. ca. 236. Et opus. 60. c. 20. fi.

S. Bon. 3. s. d. 22. q. 1. Sco. 3 s. d 22. q. 1. Rich. 3. s. d. 22. q 1. Durand. 3. s. d. 22. q 1. Cap. 3. d. 21. q 1. con. 2. Palud. 3. d. 22 q 1 Alb. Mag. 4. d. 22 art. 1. Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ Christus in triduo mortis fuerit homo: dicit. n. Augu. * in primo de Trinitate Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum: sed illa susceptio non cessauit per mortem. ergo uidetur quod per mortem non desierit esse homo.

¶ 2 Præt. Phil. † dicit in 9. Ethic. ꝙ vnusquisque homo est suus intellectus: vnde, & post mortem, animā Petri alloquentes dicimus, sancte Petre ora pro nobis. Sed post mortem filius Dei non fuit separatus ab anima intellectuali. ergo in illo triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolutè loquendo, est erroneum in fide, idest est hæresis.

† lib. 9. c. 4. ante med. tom. 5.

* lib. 1. c. 13. cir. prin. t. 3

SVPER Q. L. ART. IIII.

Conc. 1. Dicere, Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolutè loquendo, est erroneum in fide, idest est hæresis.

¶ Pro a Quia dicere aliquid, per quod tollit ueritas mortis Christi, est error contra fidē (vt patet ex articulis fidei, atq; ex epist. syno. Cyrilli) & ad ueritatē mortis

mortis hominis pertinet, q per mortē desinat esse hō (vt patet).

1^m minor. Illa susceptio non cessauit per mortem. R. Vnio tamen ad inuicem carnis & animæ susceptarū cessauit per mortem. §. Tunc nihil, &cæt. vt patet consideranti articul. 2.3.& quæstio. 2. articul. 5.

2^m illatio conclusionis. Ergo in illo triduo, &c. R. Negat illatio. §. Procedit. n. ex præmissarū falsa intelligentia. Nā fm phylosophi adductū sensū uerū, homo dē esse suⁱ intellectus, nō quia &c. vt in tex. Ex quo dic: q animam Petri ideo uocamus Petrū; non qa ipsa sit totus Petrus, sed quia est principalior pars Petri.

3^m maior. Omnis sacerdos est homo. R. Vel omnis sacerdos, siue sit siue nō sit hō, est sacerdos rōne characteris sacerdotalis impressi in anima sua. §. Tunc nihil, &c. Ad hoc n. q Christus in triduo uere dicatur sacerdos, sufficit: q in anima sua separata a corpore remaneat sacerdotalis character. Qn ergo ipse habet aīam coniunctam corpori, tunc est & sacerdos & homo: qn autem habet aīam disiunctā a corpore, tunc est sacerdos, nō tñ homo. Nec mirū. Non.n.eadē ratione aliquis dr esse homo: quā dr esse sacerdos: qm dr homo ratione coniunctionis animæ cum corpore: dr uerò sacerdos rōne characteris sacerdotalis in anima, siue sit coniuncta, siue sit separata, existentis. Vniuersalius ergo cū dicatur quis esse sacerdos, quam esse homo: nō licet inferre sic (quod tamen facit argumentum) Christus in triduo mortis uere fuit sacerdos, ergo in illo triduo uerē fuit homo. Nam ab vniuersaliori ad minus uniuersale, idest ab eo, quod magis extenditur ad id, quod minus extenditur, non ualet subsillendi consequentia, idest affirmatiua consequentia (ut patet in post prædicamentis.) In textu, cum uides characterem sacerdotalem insinuari esse in anima Christi, non intelligas; quod character iste sit ibi sub ratione characteris (sicuti est in anima aliorum sacerdotum): sed intelligas, quod ibi est character sub ratione originis totius sacerdotij (ut etiam contextus considerantib. innuit). Ratio, q non sit ibi sub ratione characteris, est; quia character, vt character, dicit quid participatiue habitum. Vnde Sāctus Doctor dicit in q. 63. artic. 3. corp. fiu. characteres sacramentales nihil aliud sunt, quam quædam participationes sacerdotij Christi, ab ipso deriuatæ. Hæc ibi. Cum igitur character in Christo non dicat quid partularizatum, sed quid fontale totius potestatis sacramentorum, sequitur: quod in Christo non sit character, ut character, idest sub ratione characteris; sed modo tantum prædicto. Vt autem hæc melius teneas, tamquam a D. Thoma profecta, vide quid simile in Christo de aureola in Addition. quæstio. 96. articul. 8.

D. 906.

* Habetur in conc. 1. Eph. c. 12.

* In li. 2. de sacr. 1. parte c. 11. q. 75. ar. 4.

triduo filius Dei fuit homo.

¶ 3 Præt. Omnis sacerdos est homo: sed in illo triduo mortis, Christus fuit sacerdos: aliter enim non verum esset quod dicitur in Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum ergo Christus ī illo triduo fuit homo.

SED CONTRA, Remotu superiori, remouetur inferius: sed uiuū, siue animatum est superius ad animal, & ad hominem: nam animal est substātia animata sensibilis: sed in illo triduo mortis corpus Christi non fuit uiuum, neque animatum. ergo non fuit homo.

RESP. Dicēdum, quòd Christū d vere fuisse mortuum, est articulus fidei: vnde asserere omne illud per quod tollitur, ueritas mortis Chri, est error contra fidem. Propter qd in epistola synodali *Cyrilli dicit: si quis non confitetur Dei verbū passum carne, & crucifixum carne, & q mortem gustauit carne, anathema sit. Pertinet aūt ad ueritatē mortis hoīs, vel animalis, q per mortē desinat esse homo, vel animal: mors enim hoīs, vel animalis prouenit ex separatione animæ, quæ complet rōnem animalis, vel hoīs, & ideo dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter, & absolutē loquendo, erroneum est. Pōt tamen dici q Christus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamē confessi sunt Christum in triduo hominem fuisse, dicentes quidem uerba erronea, sed sensum erroris non habentes in fide, sicut Hugo de sancto Vict. * qui ea ratione dixit Christū in triduo mortis fuisse hominem, quia dicebat animam esse hominem, quod tamen est falsum, vt in prima parte ostensum est. † Magister etiā Sententiarum in 22. dist. * tertii lib. posuit, q Christus in triduo mortis fuit homo alia rōne, quia credidit quòd vnio animæ, & carnis non esse de rōne hominis, sed sufficit ad hoc, q aliquid sit homo, q habeat animam humanam, & corpus, siue coniuncta, siue non coniuncta: qd etiam patet esse falsum, ex his, *quæ sup. dicta sunt in 1. parte, & ex his, quæ supra dicta sunt † circa modum unionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum Dei suscepit animā, & carnem unitam, & ideo illa susceptio, fecit Deum hominem, & hominem Deum: non aūt cessauit illa susceptio per separationē uerbi ab anima, vel a carne, cessauit tamen vnio carnis, & animæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod homo dicitur esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo: sed quia intellectus est principalior pars hominis, in quo uirtualiter consistit tota dispositio hominis: sicut si rector ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia in eo consistit tota dispositio ciuitatis.

AD TERTIVM dicendum, q esse sacerdotem, cōuenit homini ratione animæ, in qua est ordinis character: vnde per mortē homo non perdit ordinem sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totius sacerdotii origo.

* li. 3. sent. dist. 22. parag. 1.

* 1. 1. q. 75. ar. 4.

† q. 2. ar. 3.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo: q̄ō per rōnem ostēdas, meritò a scripturis & Cōcilio esse insinuatū: qđ Christus in triduo mortis desijt esse homo. A scripturis quidem per hoc, quod dicitur Rom. 14. In hoc Christus mortuus est, & resurrexit: vt & uiuorum & mortuorum dominetur. Adde illud Iob 14. Homo cum mortuus fuerit; vbi quæso est? Ex his. n. simul iunctis patet intentum. Apostolus namque dicit Christum uere esse mortuum: Iob autem, tamquam manifestum ex modo interrogandi relinquit, quod homo mortuus non est homo. Cum (inquit) mortuus fuerit, vbi quæso est? Idest patet; q amplius non est hō. Constat vero q Christus mansit mortuus in triduo, quandoquidem anima a corpore separata pro tempore illo semp fuit (vt habetᵣ ex Concilio Lateranensi sub Innoc. III. de sum. trin. & fid. cath. cap. firmiter. Descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum: Sed descendit in anima. & resurrexit in carne, ascenditq; pariter in vtroq; Hęc ibi); mortuus, inquam, mā-sit in triduo: ergo fm scripturas ēi cōstat, q pro toto illo tempore non fuit homo. A Cōcilio autem Vienensi sub Clemente V. de sum. trinit. & fid. catho. insinuatur idem p hoc, quod Christum fuisse mortuum probauit lācea latus eius aperiēs; adeo q si non mortuus antea non fuisset (cum tamen uere iā fuerit) ex tali cordis perforatione esset oīno mortuus. Verba autē Concilij sunt hæc. Dei Verbum, emisso iam spū, perforari lancea sustinuit latus suū: vt exinde profluentibus undis aquæ & sanguinis, formaretur unica, & immaculata, ac uirgo, sancta mater Ecclesia, coniunx Christi. Sicut de latere primi hominis sopotati Eua sibi in cōiugium est formata, Vt sic certæ figuræ primi & ueteris Adæ, qui secūdum Apostolum est forma futuri, in nostro nouissimo Adam, idest Christo ueritas responderet. Hæc est inquam ueritas illius prægrandis aquilæ uallata testimonio (quam propheta uidit Ezechiel animalibus cæteris Euangelicis transuolantem) beati Ioannis uidelicet Apostoli & Euangelistæ; qui sacramenti huius rem gestam narrans, & ordinem in Euangelio suo, dicit. Ad Iesum autē cū venissent, vt uiderunt eū iā mortuum, &c. ille scit, quia uera dicit; vt & uos credatis. Nos igitur ad tā præclarū testimonium, ac sanctorū patrū & doctorum communē sniam, Apostolicæ considerationis (ad quā duntaxat hæc declarare pertinet) aciem conuertētes, sacro approbante Concilio, declaramus; prædictum Apostolum & Euangelistam Ioannem rectū in præmissis factæ rei ordinem tenuisse, narrandu, q Christo iā mortuo unus militum lancea latus eius aperuit. Hæc ibi. Quæ ideo etiam fusius, quam illi nostro proposito insinuando suffecisset, adduxi: vt hinc clare uideas damnatam esse hæresim cuiusdam Petri Ioannis dicentis (vt refert Directorium inquisitorum 2 par.); quod Christus sustinuit vulnus lanceæ, cum adhuc esset uiuus. Hoc autem dicens ad Euangelium beati Ioannis præmissum respondebat; quod Apostolus ipse narrauit ibi factum, sed non ordinem facti quoniam per quandam figuram, puta recapitulationem, hoc dixit. Cæterum ad propositum illud primum tuuabit uidere Compendi. Alb. Mag. lib. 4. c. 22. schol. Secundo uides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo Christus significat personam diuini Verbi secundum eam dispositionem, quam de facto habebat in triduo illu, scilicet quod erat vnita animæ, & corpori Christi separatis adinuicem.

¶ In corpore tria fiunt. Primò, respondetur quæsito vna conclusione: Dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter, & absolute loquendo, erroneum est. Probatur; Ad veritatem mortis hominis, vel animalis pertinet, quod desinat esse homo, vel animal. ergo dicere Christum in triduo mortis hominem, & cætera. Antecedens probatur: quia mors consistit in separatione animæ, quæ complet rationem hominis, & animalis. Consequentia probatur, quia asserere omne illud per quod tollitur veritas mortis Christi, est error contra fidem: quod probatur, quia articulus fidei est de morte Christi, & auctoritate Cyrilli. Secundò dicitur, quod potest dici Christum in triduo fuisse hominem mortuum. Et in promptu ratio est, quia ly mortuus, est conditio diminuens, sicut ly pictus, aut lapideus: tertio excusantur Hugo, & Magister Sententiarum. Omnia clara sunt ex antedictis.

Palud. 3. d. 21 q. 3.
Medina ar. 5.

SVPER Q. L. ART. V.

280
Quol. 2. a. 1. Et quol. 4. q. 5.

COncl. 1. Corpus Christi viuum & mortuum fuit simpliciter, id est absolute, idê numero.

¶ Prob. Quia corpus Christi viuum, ac mortuum fuit idem supposito (ut patet arti. 2. 3.): & aliquid dicitur esse simpliciter idem numero, quod est idem supposito.

¶ Concl. 2. Corpus Christi mortuum & viuum non fuit simpliciter, idest totaliter, idê numero.

¶ Prob. Primò, quia vita est aliquid de essentia corporis viuêtis (cû sit prædicatum essentiale): & consequenter viuum corpus ac mortuû differût per aliquid de essentia existens. Secundò, quia ad contrarium conclusionis huius sequeretur hæresis Gaianitarum (ut declaratur in tex.)

* li. 2. de anima, tex. 9. & 7. Meta. tex. 35. to. 2. & 3.

1m de maiori.

Sicut. R. Quantum ad separationem animę à corpore: non autê, quâtum ad remanentiam eiusdê suppositi. §. Hoc est. Similitudo illa tenet in hoc, quod corpus Christi mortuum, sicut & aliorum, erat separatum ab anima, nô autê tenet in hoc alio, quod corpus Cristi, sicut cæterorum, perdiderit idem numero suppositum, quod habebat dum viueret. Tunc &c. vt patet ex conclusionibus.

* circa me. illius. Inci. Ego arbitrabar.

2m ex Philos.

Quæcumque sunt diuersa specie, sunt diuersa etiam numero. R. Si suppositum illorû subsistat solum in una natura. §. Tunc nihil, &c. Nam suppositum, seu hypostasis, Verbi Dei subsistit in duabus, &c. ut in tex.

* li. 2. Top. in fi. illius, nu. 1.

Tertiam

ARTICVLVS V.

Vtrum fuerit idem numero corpus Christi viuentis, & mortui.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit idem numero corpus Christi viuentis, & mortui. Christus enim verè mortuus fuit sicut & alii homines moriuntur: sed corpus cuiuscûque alterius hominis, non est simpliciter idem numero mortuum, & uiuum, quia differunt essentiali differentia. ergo neq; corpus Christi, est simpliciter idem numero mortuum, & uiuum.

¶ 2 Præt. Secundum Philosoph. in 5. Metaph. Quæcumque sunt diuersa specie, sunt etiam diuersa numero: sed corpus Christi uiuû, & mortuum, fuit diuersum specie, quia nô dicitur oculus, aut caro mortui nisi æquiuocè, ut patet per Philosoph. in secundo de Anima, & septimo Metap. * ergo corpus Christi non fuit simpliciter idem numero viuû, & mortuum.

¶ 3 Præt. Mors est corruptio quædam: sed illud, quod corrumpitur corruptione substantiali, postquam corruptû est, iam non est: quia corruptio est mutatio de esse in non esse. Corpus ergo Christi postquam mortuum fuit, non remansit idê numero, cum mors sit substâtialis corruptio.

SED CONTRA est, quod Athanas. * dicit in Epistola ad Epictetum: Circumciso corpore, & potato, & manducante, & laborante, & in ligno affixo, erat impassibile, & incorporeum Dei uerbû, hoc erat in sepulchro positum, sed corpus Christi uiuum fuit circumcisum, & in ligno affixum. Corpus autem Christi mortuum fuit positum in sepulchro. ergo hoc idê corpus, quod fuit uiuum, fuit etiam mortuum.

RESPON. Dicendum, quod hoc quod dico simpliciter, potest accipi dupliciter. Vno modo, secundum quod simpliciter idem est, qđ absolutè, sicut simpliciter dicitur quod nullo additur, ut Philoso. * dicit. Et hoc modo corpus Christi mortuum, & uiuum, simpliciter fuit idem numero, dicitur enim aliquid esse idem numero simpliciter, quia est supposito idem. Corpus autem Christi uiuum, & mortuû, fuit supposito idem, quia non habuit aliam hypostasim viuum, & mortuû, præter hypostasim verbi Dei, ut supra dictum est, * & hoc modo loquitur Athan. † in auctoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est, qđ omnino, uel totaliter, & sic corpus Christi mortuum, & uiuum, nô fuit simpliciter idem numero, quia non fuit totaliter idem, cum vita sit aliquid de essentia corporis uiuentis: est enim prædicatum essentiale, nô accidentale: vnde consequens est, ꝙ corpus ꝙ desinit esse uiuum, nô totaliter idem remaneat: si autem diceretur quod corpus Christi mortuum totaliter idem remaneret, sequeretur quod non esset corruptû, corruptione dico d mortis: quod est hæresis Gaianitarum, ut Isido. * dicitur, & habetur in Decretis, † 24. q. 3. Et Dam. * dicit in 3. libro. quod corruptionis nomen duo significat, uno modo separationem animæ a corpore, & alia huiusmodi, alio modo perfectam dissolutionem in elementa. ergo incorruptibile dicere corpus Domini secundum Iulianum, & Gaianum, secundum primum corruptionis modum ante resurrectionem, est impium, quia corpus Christi non esset consubstantiale nobis, nec in ueritate mortuum esset, nec secundum ueritatem saluati essemus, secûdo autem modo corpus Christi fuit incorruptum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis, non remanet unitum alicui hypostasi permanenti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis, d non est idem simpliciter, sed secundum quid, quia est idem secundum materiam, non autem idem secundum formâ. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi, ut dictum est. †

AD SECVNDVM dicendum, quod quia idem numero dicitur aliquid secundum suppositum, idem autem specie est idem secundum formam, ubicumque suppositum subsistit in una sola natura, oportet quod sublata unitate speciei, auferatur unitas numeralis: sed hypostasis uerbi Dei subsistit in duabus naturis, & ideo quamuis in Christo non remaneat corpus idem secundum speciem humanæ naturæ, remanet tamen idem numero secundum suppositum uerbi Dei.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ corruptio, & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quod attenditur unitas, sed ratione naturæ, secundum quam inuenitur differentia mortis, & uitæ.

* ar. 2. hui9 quæst.
† 10 arg. sed contr.
Vtilitas pro Eccle.
S. Dei.
D. 906.
* Isid. 8. ety mo. c. 5.
† Io Decr. 24. q. 3. ca. Quidâ aût hæretici a med.
* Dam. li. 3. c. 28. in prin.
D. 404.
† Ia cor. ar.

3m illatio conclusionis.

Corp9 ergo Christi, &c R. Negatur illatio; §. Procedit enim ex mala intelligêtia præmissarum, ut applicaretur Christo. Nam corruptio & mors non competit Christo ratione suppositi (ut putat argumentum) secundû quod in supposito, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod debebat sic fieri illatio: Ergo corpus Christi, postquam mortuum fuit, non remansit idem specie. Id quod utique uerum est, ut in ad secundum.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationê, & ostendas, & recte intelligas merito esse insinuatum a scripturis, & Athanasio: quod corp9 Christi uiuum, & mortuum, fuit idem numero. A D. Athanasio quidem

AR-

dem, secundum quod adducitur cum applicatione in argumen. contr. A scripturis uerò per hoc, quod suppositum in Christo dicunt esse æternum, per ly Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est Domine, vt credam in Deum? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Ioan. 9. Nam ly filius, dicit suppositum, q. 33. ar. 1. 2. ly quis, ly qui loquitur, ly ipse est, dicunt suppositum (ut pater). Item ly credis in filium, ly credam in eum, connotant suppositum diuinum, idest quod est verus Deus. Quandoquidem credere in aliquem, non potest dici de creatura, sed solo m de creatore, 2. 2. quæst. 1. art. 9. argum. & resp. quint. In prædictis ergo verbis Euangelista sentit, quod in Christo, qui tunc cæco illuminato loquebatur, est suppositum diuinũ, id est, quod illius humanitatis vitæ est solum vnum inuisibile suppositum, quod est Deus uerus. Consequenter ergo implicite manifestat, quod illud suppositum in Christo remanet semper idem, siue corpus Christi mortuum fuerit, siuè viuum, quoniam Deus verus est omninò immutabilis, prima, quæstione nona, articu. 1, & æternus, 1. q. 10. ar. 2. 3. Aliquid autem dicitur idem numero, non secundum animam actu corpori coniunctam vel separatam, sed secundum suppositum. Ac si ergo Euangelista scholastice in proposito per verba illa dixerit: Suppositum Christi est Deus, & ideò corpus Christi, siuè moriatur, siue uiuat, est idem numero. Valeat prædicta, & in fauorem, quæstione secunda, articulo secundo. Item quæstione quarta, articulo secundo. Item quæstione 16. artic. 12. Item quæstione 25. articulo 1. cum Elucid. Et in damnationem hæresum inibi recitatarum. Secundo uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaratur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut sonat.

¶ In corpore ponitur una distinctio bimembris cum conclusionibus duabus iuxta numerum membrorum. Distinctio est, simpliciter sumitur duabus significationibus, vel vt significat nullo addito, uel vt significat totaliter. Prima conclusio est, sumendo simpliciter primo modo: Corpus Christi uiuum, & mortuum fuit idẽ numero simpliciter. Probatur, quia fuit idem suppositaliter, & sic loquitur Ath. Secunda conclusio est, sumendo simpliciter secundo modo, corpus Christi viuum, & mortuum nõ fuit idẽ numero simpliciter. Probatur primò, quia uita est de essentia corporis viuentis, quia est prædicatum essentiale, & non accidentale. Probatur secundo ex opposito, quia si diceretur remansisse totaliter idẽ sequeretur quod non esset corruptum corruptione mortis, quod est hæresis Gaianitarum. Et ad hoc afferuntur auctoritates.

¶ Aduerte hic, quod Auctoris doctrina procedit ex supposita vnitate formæ substantialis in homine, tenentes enim plures formas in homine (puta formam corporeitatis, aut mixti, cui superadditur anima) euaderent consequentiam in litera factam, dicendo, quod in morte Christi facta est separatio animæ a corpore, & sic fuit ibi corruptio mortis, sed corpus remansit cum illamet corporeitatis forma quam prius habebat, & propterea corpus Christi, inquantum corpus remãsit totaliter idem numero, & dicere hoc, nulla est hæresis. Et ad Philosophiam declinandum esset, si hoc esset discutiendum. Hanc si quidem uiam tenet Scotus, qui addit aliud manifeste alienum a philosophia, s. quod fuit corruptio tunc sine generatione, corruptus quippe fuit homo separatione animæ a corpore, & nihil genitum est. Contra hos non loquitur litera, quæ de unitate numerali corporis Christi uiui, & mortui tractat, & varietatem per se notam tradit. Nã si corpus Christi remansisset omninò idem quod prius, oporteret q̃ remãsisset viuum eadem vita, alioquin, aut uita nihil illius fuisset nisi accidens, aut non totaliter remansisset idem, deficiente aliqua eius substantia. s. vita. Quocircà Scotus corpus Christi tenet omnino, idem, quatenus est corpus, & non quatenus erat uiuum. Auctor autem aliã formam genitã in Christi corpore tenet, s. formam cadaueris, per quam erat corpus quia naturalis ordo habet, ut semper corruptio unius sit generatio alterius, imo prius natura intenditur generatio, quã corruptio. Et unam tantum in composito formam iuxta peripateticam doctrinam bene perspectam nouimus.

Medina ar. 6.

SVP. QVAEST. L. ART. VI.

281 COncl. 1. Mors Christi, prout est in fieri, est causa salutis nostræ, secundum quod eius passio est.

Inf. q. 52. ar. 2. co. Et q. 56. ar. 1. ad 4. Et ad Gal. 1.

¶ Prob. Quia mors Christi, secũdum q̃ est in fieri, & passio ipsius. (Vide ergo, q. 48. art. 1. 2. 3. 4.)

¶ Concl. 2. Mors Christi, secundum quod est in facto esse, non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solum per modũ efficientiæ: inquantum, scilicet nec etiã p mortem diuinitas separata fuit a carne Christi.

¶ Prob. Quia patet ex terminis (ut supponitur). Secunda autem pars, s. sed solum &c. pbatur. Primò, in vniuersali. Quia quicquid contingit circa carnem Christi mortuã fuit nobis salutiferum uirtute diuinitatis vnitæ. Secundò in particulari. Quia per mortem Christi est destructa in nobis mors tum animæ, Rom. 4. tũ corporis, 1. Cor. 15.

*lib. 4. c. 3. circa fi. tomo 3.

1^m de minori. Sed priuatio. R. Considerata tantum secundũ rationẽ priuationis. §. Tunc &c. Nam conclusio secunda, quæ impugnatur, loquitur de illa priuatione, in aliu sensu, s. ut consideratur secũdum uirtutem d[iuini]tatis vnitæ.

2^m de conclusione. Non est operata. R. Per modum meriti. §. Tunc nihil &c. vt patet in tex. & conclusio. 1. cui illud argumentum seruit pro probatione, quo ad primam partem eius.

3^m de maiori. Corporale. R. Vt corporale

*q. 84.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q̃ mors Christi nihil operata sit ad nostram salutem. Mors enim est quædã priuatio: est enim priuatio vitæ, sed priuatio, cũ non sit res aliqua, non habet aliquã virtutem agendi. ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutẽ.

¶ 2 Præt. Passio Christi operata est ad nostram salutem per modũ meriti. sic autem non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima a corpore, quæ est merẽdi principiũ. ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostrã salutẽ.

¶ 3 Præt. Corporale non est causa spiritualis, sed mors Christi fuit corporalis. non ergo potuit esse causa spiritualis nostræ salutis.

SED CONTRA est, q̃ Aug.* dicit in 4. de Trinit. Vna mors nostri Saluatoris, s. corporalis, duab⁹ mortibus nostris, idest animæ, & corporis, saluti fuit.

RESPON. Dicendum, quod de morte Christi dupliciter loqui possumus. Vno modo, s̃m quod est in fieri: alio modo, s̃m quod est ĩ facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem, uel naturalem, uel uiolentã tendit in mortẽ. Et hoc modo idem est loqui de morte Christi, & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modũ mors Christi causa est salutis nostræ secundũ id, qd̃ de passione supra dictum est.* Sed in facto esse mors Christi consideratur, secundũ quod iam facta est separatio corporis, & animæ, & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non põt esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solum per modum efficientiæ, inquantum s. nec per mortem diuinitas separata fuit a Christi carne, & ideo quicquid contingit circa carnem Christi, etiam anima separata fuit nobis salutiferum uirtute diuinitatis unitæ. Considerantur autem propriè alicuius causæ effectus secundum similitudinem causæ: vndè quia mors est quædã priuatio uitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum, quæ contrariantur nostræ saluti, quæ quidem sunt mors animæ, & mors corporis, & ideo per mortem Christi dicitur esse destructa in nobis, & mors animæ, quæ est per peccatum nostrum (secundum illud Roma. 4. Traditus est, scilicet in mortem propter delicta nostra) & mors corporis, quæ consistit in separatione animæ, secundum illud 1. ad Cor. 15. Absorpta est mors in uictoria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mors Christi est operata salutem nostram ex uirtute diuinitatis unitæ, & nõ ex sola ratione mortis.

AD SECVNDVM dicendum, quod mors Christi secundum quod consideratur in facto esse, etsi non est ad nostrã salutem operata per modum meriti: est tamen operata per modum efficientiæ, ut dictum est.*

*In cor. ar

AD TERTIVM dicendum, quod mors Christi fuit quidem corporalis, sed corpus illud fuit instrumentum diuinitatis sibi unitæ, operans in uirtute eius ẽt mortuum.

QVAE-

porale solum. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio articuli secunda, loquitur de corporali morte Christi, ut est instrumentum coniunctum deitati; quando dicit, quod ipsa mors corporalis est operata ad nostram salutem per modum efficientiæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem, & ostendas, & recte intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Augustino, quod mors Christi operata est ad nostram salutem. A Diuo Augustino quidem, secundum quod est in argumen. con. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Ecce enim quod corpus Christi mortuum operatur ad nostram salutem sacramenta, scilicet, & baptismi per omissionem aquæ, & Eucharistiæ per emissionem sanguinis: in quibus duobus sacramentis, tamquam excellentioribus uel necessitate (ut baptismus) uel continens dignitate (vt Eucharistia) cointelliguntur profluxisse alia sacramenta. Ex his autem formatur Ecclesia; ergo ex latere illo corporis mortui formata est sponsa Christi unica, dilecta, immaculata: id quod est magna operatio ad salutem (ut patet.) De hoc opere tam excellenti salutis nostræ a corpore mortuo, vt & melius capias intentum, scilicet quod secundum scripturam mors Christi operatur in nobis, uide articulo 4. append. ex Clemen. Secundò uides quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat.

¶ In corpore vna distinctio bimembris cum conclusionibus tribus. Distinctio est de morte, uel in fieri, uel in facto esse. Prima conclusio est: De morte Christi in fieri idem est iudicium quod de passione Christi. Declaratur, quia mors in fieri fuit ipsa passio Christi: secunda conclusio est. Mors Christi in facto esse nõ potuit operari salutem nostram per modum meriti, sed efficientiæ prima pars in litera probatur: secunda probatur: Per mortem deitas non est separata à carne. ergo quicquid circa carnem Christi ab anima separata contigit, fuit nobis salutiferum virtute deitatis vnitæ: tertia conclusio est: Mors Christi operata est destructionem vtriusque nostræ mortis, scilicet animæ, & corporis. Probatur: Mors Christi fuit priuatio propriæ uitæ. ergo effectus eius proprie est remotio nostrorum impedimentorum æternæ uitæ. ergo est remotio vtriusque mortis nostræ. Prima consequentia probatur, quia consideratur proprie alicuius causæ effectus secundum similitudinem causæ. Secunda uero, quia utraque mors contrariatur æternæ nostræ saluti consummatæ. Et confirmatur conclusio auctoritatibus.

¶ Aduerte hic, quod mors in facto esse, se tenet ex parte corporis: non enim dicitur anima mortua, sed corpus dicitur, & est mortuum. Et quia corpus Christi mortuum erat inanimatum, & meritum principaliter consistit in actu animæ, ideo Auctor in litera pro constanti, propter se noto, reliquit primam partem secundæ conclusionis, scilicet quod mors Christi in facto esse non profuit meritorie: erat enim in corpore mortuo, in quo nullum erat principium merendi. Et quid erat in illo corpore mortuo principium efficiendi, scilicet deitas, ideo asseritur, quod efficere potuit, ex eo namque quod deitas corpore Christi ut instrumento utebatur, cõsecutum est, ut corpore illo affecto priuatione uitæ usa est, ut organo ad causandam in nobis destructionem utriusque mortis, iuxta illud: Qui mortem nostram moriendo destruxit.

¶ Sed occurrunt hic duo dubia. Primum est, an mors Christi in facto fuerit meritoria ex parte animæ. Secundum est, quomodo saluatur similitudo inter effectum, & causam in tertia conclusione, quum potius uideatur oppositum.

¶ Ad primum dicitur, quod mors in facto esse sumi potest dupliciter: primo, secundum se solam, alio modo, ut terminat fieri. Et mors quidem ut terminat fieri, cadit sub merito uno, & eodẽ, sub quo cadit suum fieri, vno enim & eodem actu martyr vult se occidi & occisum esse. Et sic pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius, & sic mors Christi fuit meritoria: sed litera non loquitur sic de morte Christi: sed primo modo, scilicet secũcundum se solam, prout est separata anima à corpore, & sic ex nulla parte inuenitur ratio meriti, quum nec actus elicitus, nec actus imperatus animæ sit mors in facto esse sumpta secundum se solã, quamuis ipsa ut terminat uoluntarium mori, cadat sub actu imperato extendendo actum imperatum ad pati uoluntarium, & ideo, ut dictum est, sit meritoria.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod non est hic quærenda omnimoda similitudo: quum nec etiam exigatur effectum assimilari causæ instrumentali: sed sufficit iuxta subiectam materiam intelligere effectum appropriatum mortis Christi, quæ consistit in priuatione uitæ propriæ propter uiuificandum nos, esse priuationem non uitę, sed contrarium uitæ nostræ, ut per huiusmodi destructionem, ad finem, scilicet ad uitam nostram, nos perducat.

QVAESTIO LI.

De sepultura Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de sepultura Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit Christum sepeliri.

¶ Secundò, De modo sepulturæ eius.

¶ Tertiò, Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.

¶ Quartò, De tempore quo iacuit in sepulchro.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.

282

Inf. q. 52. a 4. Et op. 3. c. 341. & 342. Et op. 60. c. 20. prin. Et 1. Cor. 15. li. 1. c 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psal. 87. Factus est sicut homo, sine adiutorio, inter mortuos liber, sed in sepulchro includuntur corpora mortuorum, quod uidetur esse contrarium libertati. ergo non uidetur fuisse conueniens, quod corpus Christi sepeliretur.

¶ 2 Præt. Nihil circa Christum fieri debuit, quod non esset salutiferum nobis, sed in nullo uidetur ad salutem hominum pertinere, quod Christus non fuit sepultus. ergo non fuit conueniens Christum sepeliri.

¶ 3 Præt. Inconueniens esse uidetur, quod Deus, qui est super cœlos excelsus, in terra sepeliretur, sed illud quod conuenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo, ratione unionis. ergo inconueniens uidetur, Christum fuisse sepultum.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 26. de muliere, quæ eum inunxerat, Opus bonum operata est in me, & postea subdit: Mittens enim hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

RESPON. Dicendum, quod Conueniens fuit Christum sepeliri. Primò quidem, ad comprobandum ueritatem mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de ueritate mortis constat: unde & Marci 15. legitur, quod Pilatus antequam cõcederet Christum sepeliri, diligenti inquisitione cognouit eum mortuũ esse. Secundò, quia per hoc quod Christus de sepulchro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulchro, secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii Dei, & qui audierint uiuent. Tertiò, ad exemplum eorum, qui per mortem Christi, spiritualiter moriuntur peccatis, qui scilicet abscondantur a conturbatione hominum: vnde dicitur Colossen. 3.

Mortui

SVPER Q. LI.

ART. I.

CONCL. Conueniens fuit Christũ sepeliri.

¶ PROB. Quia Christum sepeliri, fuit, & ad comprobandum ueritatem mortis eius, & ad dandum spem sepultis resurgendi per hoc, quod ipse de sepulchro postea surrexit, & ad exemplum eorum, qui per mortem Christi moriuntur spiritualiter peccatis, ut scilicet abscondantur a conturbatione hominum (ut de his tribus modus declaratur in tex.)

Primum

1^m de minori. Quod uidetur contrarium libertati esse. ℞. Si sepulti non possint propria uirtute, ad beneplacitum suum, de sepulchris resurgendo exire. §. Stando scilicet in proposito sensus psalmi adducti pro maiori propositione. Nam Christus se inter mortuos liberum fuisse fatetur, nō quia non debuit sepeliri, sed quia per inclusionem sepulchri, &c. ut in textu. Tunc nihil, &c. ut de se patet.

2^m minor. Io oul Io uidetur ad salutem hominum pertinere, quod Christus fuit sepultus. ℞. Negatur. §. Nam sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem (ut patet quæstio. 50. art. 6. concl. 2.) ita etiam, &c. ut in tex. Cuius dictis suffragantur etiam illa tria dicta in conclusionis probatione. Nobis enim fuit salutiferum & certificari de morte Christi, & confirmari in spe resurrectionis, & habere exemplum spiritualiter moriendi peccatis.

Mortui estis, & vita uestra abscondita est cum Christo in Deo: vnde & baptizati, qui per mortem Christi moriuntur peccatis, quasi consepeliuntur Christo, per immersionē, secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo, per baptismū in mortem.

Ad primvm ergo dicendum, q Christus sepultus, se inter mortuos liberum fuisse fatetur, in hoc q per inclusionem sepulchri, non potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit.

Ad secvndvm dicendum, q sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam, & eius sepultura: vnde Hier. dicit super Mar. Sepultura Christi resurgimus. Et Isa. 53. super illud, Dabit impios pro sepultura, dicit glo.* id est, gentes, quæ sine pietate erant Deo, patrique dabit, quia mortuus, & sepultus eos acquisiuit.

Ad tertivm dicendum, q sicut dicitur in quodam sermone Concilii Ephesini, nihil horum, quæ saluant homines, iniuriam Deo facit, quæ ostendunt eum non passibilem, sed clemētem. Et in alio sermone eiusdē Concil. legitur: Nihil putat iniuriā Deus, qd est occasio salutis hominib. tu quidem non ita uilem Dei naturā arbitraberis, tamquam quæ aliquando subiecta possit esse iniuriis.

¶ Nota. Ex illa maiori in argumento adductæ docet nos virtualiter Sanctus Doctor, quod ad imitationem Domini nostri, nihil debemus nelle, & pati, esse in nobis, & circa nos: quod non militet Christo.

3^m de maiori. In terra sepeliretur. ℞. Secundum deitatem. § Tūc nihil, &c. Nam sicut Deus est passus, & mortuus, secundum humanitatem; non autem secundum diuinitatem, quæstio. 46. art. 12. ita Deus est sepultus secundum humanum corpus, non autem secundum deitatem. Vnde sicut illa prima esse non fuit inconueniens, ita istud, scilicet ipsum sepeliri non fuit inconueniens. Sicut enim dicitur in quodam sermone Concilii Ephesini, &c. ut in tex. Ex quo patet, quod erubescere debet Christianus, qui pro Christo iniurias pati recusat, & resipiscere.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem, ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Symbolo fidei, quod Christum sepeliri fuit conueniens. A scripturis, quidem per hoc, q dicitur Matt. 26. secundum quod cum discursu ponitur in arg. cont. Item per dictū 1. Cor. 15. Tradidi uobis in primis, q Christus mortuus, & sepultus, est secundum scripturas. Itē per dictum Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ita erit filius hominis in corde terræ. Item per dictum Ephes. 4. Descendit in inferiores partes terræ. Vide q. 10. ar. 2. appē. & 2. 4. ap. A symbolo aūt fidei insinuatur idē, per ly crucifixus, mortuus & sepultus. Ad demonstrandum enim qd Christum sepeliri fuerit conueniens, sufficit narrare factum, id est dicere quod sepultus est. Sicut & in omnibus circa Christum factis, inquantum ex parte Christi considerantur, hoc ipsum uerificatur, scilicet quod narrare factum sufficit ad probandum, quod tale quid sic fieri fuit conueniens. Rationem huius (quod valet pro regula uniuersalissima) vide in q6. 41. art. 1. Corollar post conclus. & ar. 2. 3 4. appendicibus, & q. 42. 43. 44. artic. multorum appen. & q 45 ar. 1. appen. Secundò uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Ecclesia S. Dei.

* Glo. ord. ibid. habet.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit Christum sepeliri Probatur tripliciter. Omnia sunt clara.

APPEN.

Medina ar. 2.

SVPER Q. LI.

ART. II.

282 Conc. Modos sepulturæ Christi fuit conueniens.

¶ Prob. Quia talis modus ualet & ad confirmandam fidem mortis, resurrectionisque eius, & ad commendandam pietatem sepelientium eum, & ad mystice informandum eos, qui Christo consepeliūtur in mortē (ut declaratur in responsio. argumentorum.)

1^m de maiori. Respondet. ℞. Quantū ad esse uere mortuum: non autem, quantum ad esse abiectū. §. Hoc est. Quod sepeliatur Christus respōdet morti eius, testificando qd ipse est uere mortuus, ar. 1. corp. in princ. non autem eiusdem qualitatem, puta abiectionē, habendo. Et hoc meritò. Nam circa mortem Christi attendi debuit unum; circa sepulturā uerò eius attendi aliud ab illo diuersum, (ut declaratur in tex.) Tunc nihil &c. Non enim inconue-

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienti modo Christus fuerit sepultus.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, non conuenienti modo Christum fuisse sepultum. Sepultura enim eius respōdet morti ipsius: sed Christus fuit passus mortem abiectissimā, secundum illud Sap. 2. Morte turpissima condēnemus eum. ergo inconueniens vr fuisse, qd Christo exhibita fuit honorabilis sepultura, inquantum a magnatib. fuit tumulatus, s. a Ioseph ab Arimathia, qui erat nobilis Decurio, vt habetur Mar. 15. & à Nicodemo, qui erat princeps Iudæorum, ut habetur Io. 3.

¶ 2 Præt. Circa Christum non debuit aliquid fieri, quod esset superfluitatis exemplum. Videtur aūt superfluitatis fuisse, q ad sepeliēdum Christum Nicodemus venit ferens misturam myrrhæ, & aloes quasi libras centū, ut dicitur Io. 19. præsertim cum mulier præuenerit corpus eius ungere in sepulturā, ut dicitur Marci 14. non ergo fuit hoc conueniens circa Christum factum.

¶ 3 Præt. Non est cōueniens ut aliquod factum sibiipsi dissonū: sed sepultura Christi fuit simplex ex una parte: quia s. Ioseph inuoluit corp9 eius in sindone munda, ut dicitur Mat. 27. non autem auro, aut gemmis, aut serico, ut Hier.* ibidem dicit, ex alia uero parte uidetur, fuisse ambitiosa, inquantum eum cum aromatibus sepelierunt. ergo uidetur non fuisse conueniens modus sepulturæ Christi.

* Sup. hoc uerbo 6. Matth. 17. to. 9.

¶ 4 Præt. Quæcumq; scripta sunt, præcipuè de Christo ad nostram doctrinam scripta sunt, ut dicitur Ro. 15. sed quędam scribuntur in Euangeliis circa sepulchrū Christi, quæ in nullo videntur ad nostram doctrinam pertinere, sicut q fuit sepultus in horto, q in monumento alieno, & nouo, & exciso in petra. Inconueniens ergo fuit modus sepulturę Christi.

Sed contra est, q dicitur Isa. 11. Et erit sepulchrū eius gloriosum.

Respon. Dicendum, quod modus sepulturæ Christi ostenditur esse conueniens quantum ad tria. Primo quidē, quantum ad confirmandam fidem mortis, & resurrectionis ipsius: secundò, ad commendandam pietatem eorū, qui eum sepelierunt: vnde Aug.* dicit in 1. de Ciu. Dei. Laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de Cruce acceptum, diligenter, atque honorificè tegendum, sepeliendumque curarunt: Tertiò, quantum ad misterium, per quod informantur illi, qui Christo consepeliuntur in mortem.

* li. 1. c. 13. circa med. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quod circa mortem Christi commendantur patientia; & constantia ipsius, qui mortem est passus, & tanto magis quanto mors fuit abie-

conuenit, ꝙ secundum aliam, & aliam, rationẽ mors esse debeat abiecta, & sepultura honorifica.

2^m minor.

Videtur autem superfluitatis fuisse, quod &c. ℞. Negatur ista minor. §. Nam morem eorum, inter quos sumus, seruare (ut fuit in proposito secundum Euangelium, & Augustinum) non est superfluitatis. Maxime autem hoc, uerum est tunc, quando huiusmodi seruatio est signum propheticum alicuius rei (ut hic fuit.)

*tract. 110. I Euan. Iuxta me. to. 9.

3^m de maiori.

Dissonum fit. ℞. Dissonantia formali, id est accepta secundum eandẽ consideratione. §. Tunc nihil, &c. Nam hic fuit dissonantia solum materialis, id est accepta secundum diuersam considerationem. Mirrha enim, & aloes adhibeantur corpori, &c. ut in tex. Ex quo dic, quod dissonantia talis, cũ iuxta conuenientiam proportionalem partium, seu consideratiouũ fiat, non dicit aliquid absurdum; neque uituperatur, sed commendabilis est. Vnde & in Psal. 44. dicitur, quod Regina astans à dextris Dei est circumdata varietate, scilicet seruata iuxta debitam rectæ considerationis proportionem.

*li. 3. c. 12. parũ a pri. to. 2.

† Eod. loco nũc dicto.

4^m de minori.

Quæ in nullo uidentur ad nostram doctrinam pertinere. ℞. Negatur hoc. §. Nam re uera ad nostram doctrinam pertinent omnia illa in minori adducta. Christus enim sepelitur in horto, ad significandũ, &c. ut in tex.

*Sup. illud Matth. 27. to. 9.

† Beda in ꝑ dictũ verb. Mar. c. 44. secun. ord. Bedæ, non procul a fi.

ctior: sed in sepultura honorifica consideratur uirtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorificè sepelitur, & præfigurantur deuotio fidelium, qui erant Christo mortuo seruituri.

Ad secundum dicendum, quod in hoc, quod Euangelista dicit. Quod sepelierunt eum, sicut mos est Iudæis sepelire, sicut Augusti. * dicit super Ioan. admonuit in huiusmodi officiis, quę mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse seruandum. Erat autem istius gentis consuetudo, ut mortuorum corpora uariis aromatibus condirentur, ut diutius seruarentur illæsa: vnde, & in tertio de doctrina Christiana dicitur, * quod in omnibus talibus, non usus rerum sed libido utentis in culpa est. Et postea subdit, † quod in aliis personis plerumque flagitium est: in diuina, uel prophetica persona, maximè cuiusdam rei signum est. Myrrha enim, & aloes propter sui amaritudinem significant pœnitentiã, per quam aliquis in seipso Christum conseruat absque corruptione peccati: odor autem aromatum significat bonam famam.

Ad tertium dicendum, quod myrrha, & aloes adhibebantur corpori Christi, ut immune à corruptione seruaretur, quod uidebatur ad quandam necessitatem pertinere. Vnde datur nobis exemplum, quod licite possumus aliquibus pretiosis uti medicinaliter pro necessitate nostri corporis conseruandi, sed inuolutio corporis pertinebat ad solam quandam decentiam honestatis, & in talibus, simplicibus debemus esse contenti. Per hoc tamen significabatur (ut Hier. * dicit) quod ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui mente pura eum susceperit. Et hinc, ut Beda dicit super Mar. † Ecclesiæ mos obtinuit, ut sacrificium Altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur. sicut corpus Domini est in sindone munda sepultum.

Ad quartum dicendum, ꝙ Christus sepelit in horto, ad significandum quod per mortem, & sepulturam ipsius, liberamur a morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradisi commissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt August. * dicit in quodam sermone) quia pro aliorũ moriebatur salute: sepulchrum autem mortis est habitaculum. Per hoc etiam considerari potest paupertatis abundantia pro nobis susceptæ: nam qui demum in uita nõ habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro recõditur, & nudus existens a Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumento (ut Hiero. * dicit) ne post resurrectionem, cæteris corporibus remanentibus surrexisse alius fingeretur. Potest autem, & nouum sepulchrum, Mariæ Virginalem uterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, quod per Christi sepulturã omnes innouamur morte, & corruptione destructa. In monumento autẽ exciso in petra conditus est (vt Hieron. † dicit) ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis ablatus furto diceret: vnde, & saxum magnum qđ appositum fuit, ostendit qđ nõ absque auxilio plurimorum sepultura potuisset reserari. Si et sepultus fuisset in terra, dicere poterant, suffoderunt terram, & furati sunt eum, sicut Aug. * dicit, Significatur autem mysticè per hoc, (vt Hilar. † dicit) quod per Apostolorum doctrinam in pectus duritiæ gentilis quodã doctrinæ opere excisum, Christus infertur rude, lac nouũ, & nullo antea ingressu timori Dei peruium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur, & sicut Orig. * dicit, non fortuito scriptum est, quod Ioseph inuoluit corpus Christi sindone mũda, & posuit in monumento nouo, & quod aduoluit lapidem magnum, quia omnia, quæ sunt circa corpus Iesu, mũda sunt, & noua, & ualde magna.

APPENDIX.

Ex articulo habes; primo quomodo per rationem ostendas, meritò esse à scripturis insinuatum, quod modus sepeliendi Christum fuit conueniens. Insinuatur uero per hoc, quod dicitur Isa. undecimo, ut in argumen. contr. Et simul per hoc, quod legitur in Euangelis quo ad eius sepulturæ qualitatem; ut Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Patet enim ibi, ꝙ gloriosum ex multis partibus fuit sepulchrũ Christi, hoc est, quod mõ multipliciter glorioso sepultus est Christus. Id quod olim ab Isaia prædictum fuerat, per ly erit sepulchrum eius gloriosum. Constat autem, quod conueniens est adimplere prophetiam; cum sic Deus in suis dictis uerax comprobetur in facto Modus ergo, quem circa sepulturam Domini seruatum uidemus per Euangelia, non potest non esse conueniens: quoniam per correspondentiam ad diuinum oraculum, Isa. 11. præexpressum fit. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uerissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Serm. 2. i vig. paschę q. est 133. in ord. post med. to. 10.

* Sup. hoc uerbũ Matth. 27. t. 9.

† Sup. hoc uerb. Mat. 27. to. 9.

a

*In uig. Pasch. in ser. 2. a medio to. 10.

† Hila. can. ult. I Matt. non multũ procul a fi.

* Ho. 35. i Matth. in fol. hom. to. 3.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus modi nomine utitur, pro conditionibus obseruatis in sepeliendo corpus Christi.

¶ In corpore una conclusio: Modus sepulturæ Christi fuit conueniens quantum ad tria. Omnia sunt clara.

¶ In responsione ad ultimum, adde quod excisio sepulchri in petra, immobile sepulchrum reddens, ad perpetuitatem testimonii de morte Christi apud terrigenas spectat. Nec solum testari illud uidemus mortem Christi, sed uirtutem: qua ipsum sepulchrũ inter hostes fidei gloriosum seruatur, fuit enim & est tot sęculis in manibus infidelium.

S. Bon. 3. s. d. 22. q. 2. ar. 1. Scot. 3. s. d. 21. q. 1. Richar. 3. s. d. 21. q. 2. Duran. 3. s. d. 21. q. 2. Medina ar. 3.

284

SVP. QVAES. LI. ART. III.

Inf. q6. 53. ar. 1. cor. & ad 1. Et 3. d. at. q. 1. art. 2. & q. 2. art. 1. ad

Conc. Non fuit conueniens, corpus Christi putrefieri, uel quo-

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum.

Ad tertium sic proceditur. Videt' ꝙ corpus Christi, in sepulchro fuerit incineratum. Sicut enim mors est pęna peccati primi parentis, ita etiam, & incineratio: dictum est enim primo homini post peccatum; Puluis es, & in puluerem reuerteris, ut dicitur Gen. 3. Sed Christus mortem sustinuit, ut nos a morte liberaret. ergo etiam incinerari debuit corpus eius ut nos ab incineratione liberaret.

¶ 2 Præt. Corpus Christi fuit eiusdem naturæ cum corporibus nostris, sed corpora nostra statim post

quocumque modo incinerari.

¶ Prob. Quia Christus noluit, quod mors sua infirmitati naturæ ascriberetur, ita scilicet ut non potuisset morti resistere (cum hoc scilicet resistere morti potuerit, quæstione 47. ar. 1. ac q. 50. artic. 1. ad 2.) & putrefactio, seu resolutio

1. Et opu. 3. cap. 241. Et op. 60. cap. 20.

solutio cuiuscūq; corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, q̄ nō pōt amplius cōtinere corp⁹ in unū (ut patet) Scđò, q̄a D.Chrys. ipsam conclus. innuit, p ly uiuētib. alijs hoībus, &c.

1m illatio conclusionis. Ergo etiam incinerari debuit, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex malo sensu quem in præmissis subintelligit. Putat namq; quod omnibus pœnis corporalibus, puta in specie descendendo ad incinerationem, quibus subiectus fuit propter peccatum primus parens, debuerit Christus esse subiectus: quod quidem non est uerum, nisi in casu, quo Christus fuisset subiectus peccato. Tunc enim fuisset, & morti, & incinerationi obnoxius. Modo, quia ipse non fuit subiectus peccato, quæstio. 14. ar. 3. Item quæstio. 15. art. 1. 2. ideo pœnarum illarum nulli fuit obnoxi⁹: sed solum pro uoluntate sua quasdā sustinuit, quasdam verò nō. Hinc est, quod mortem ex rationali volūtate amplexus est, quæstio. 50. art. 1. 6. & incinerationem ex rationali uoluntate reiecit (ut in tex.)

2m maior. Corp⁹ Christi fuit eiusdem naturæ cum corporibus nostris. ℞. Et fuit diuinitati vnitum. §. Tunc nihil &c. Nam licet secundū conditionem naturæ esset putrefactibile, tamē uirtus diuina a putrefactione reseruauit.

3m de antecedente. Hominibus spem resurgendi ℞. Virtute diuina. §. Qua, scilicet & ipse de sepulchro surrexit. Tunc nihil, &c. Virtus enim diuina nullis terminis coarctatur: & ideo hoc, quod a &c. ut in tex.

* art. 1. huius q.

*li. 3. orth. fid. c. 28.

*q. præc. articuli. 1. ad 2.

* in trac. q dicitur, aduersus gentiles demōstratio, qđ Christ⁹ sit Deus. parū ante med. to. 5.

mortem resolui incipiunt, & ad putredinem disponuntur, quia exhalāte calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putrefactionem causat. ergo uidetur quod similiter ī corpore Christi acciderit.

¶ 3 Præt. Sicut dictum est, * Christus sepeliri uoluit, ut daret hominibus spem resurgendi etiam de sepulchris. ergo etiam incinerationem pati debuit, ut spem resurgendi incineratis post incinerationem, daret.

SED CONTRA est, quod in Psal. 15. dicitur; Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, quod Damasc. * exponit in 3. lib. de corruptione, quæ est per resolutionem in elementa.

RESPON. Dicendum, quod non fuit conueniens corpus Christi putrefieri, uel quocumq; modo incinerari; quia putrefactio cuiuscūque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in vnum. Mors autem Christi, sicut supra dictum est, * non debuit esse ex naturæ infirmitate, ne crederetur non esse uoluntaria. & ideo non ex morbo, sed ex passione illata uoluit mori, cui se obtulit sponte. Et ideo Christus, ne mors eius, naturæ infirmitati ascriberetur, noluit corpus suum qualitercumq; putrefieri, aut qualitercumq; resolui, sed ad ostensionem uirtutis diuinæ uoluit corp⁹ illud incorruptū permanere. vnde Chrys. * dicit, quod uiuentibus alijs hominibus, his scilicet qui egerunt strenue, arrident propria gesta: his autem pereuntibus, pereunt; sed in Christo est totum contrarium, nam ante crucē omnia sunt mesta, & infirma: ut autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta, ut noscas nō purum hominem crucifixum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Christus, cum nō esset subiectus peccato, neq; morti erat obnoxius, neque incinerationi, uoluntariè tamen mortem sustinuit propter nostram salutem, secundum rationes supra dictas. * Si autem corpus eius fuisset putrefactum, uel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentū salutis humanæ, dum non crederetur in eo esse uirtus diuina. vnde ex persona eius in Ps. 29. dicitur, Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? quasi dicat: Si corpus meum putrescat, perdetur effusi sanguinis utilitas.

AD SECVNDVM dicendum, quod corpus Christi, quantum ad conditionem naturæ passibilis, putrefactibile fuit, licet non quantū ad meritū putrefactionis, quod est peccatū, sed uirtus diuina corpus Christi a putrefactione preseruauit, sicut & resuscitauit a morte.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus de sepulchro resurrexit virtute diuina, quę nullis terminis coarctatur. Et ideo hoc, quòd à sepulchro surrexit, sufficiens argumentum fuit, quod homines erant suscitandi uirtute diuina non solum de sepulchris, sed etiam de quibuscumque cineribus.

* In corp. ar. & q. 50. ar. 1.

AP-

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem, ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & BB. Vincentio, & Chrysostomo, quod Christi corpus non debuit incinerari. A scripturis quidē per dictū Psal. 15. Nec dabis, &c. ut cum Damasc. expositione est in argu. contr. Item per dictū Ps. 29. Quæ utilitas, &c. ut cū expositione i ad primū. A BB. autem Vincētio, & Chrysost. ut habetur in serm. Parasc. eiusdē S. Vincentii, ubi dicit. Sexto fuit in passione Christi sepelitio terrenalis. Ratio quoniā ex peccato Adæ humanū genus non solum fuit condemnatum ad mortem, sed etiam ad sepulturam, & resolutionē, & corruptionē, Genes. 3. Puluis es, & in puluerē reuerteris. Ideo Christus uoluit sepeliri, sed non corrumpi, iuxta illud Dauid, Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Et infra. Illud vnguentum amaritudine sua coercet vermes a cadauerum corrosione, & corruptione, & putredine. Ex quo patet secundum Chrysost. q̄ isti non habuerunt adhuc de Christo plenam & perfectam fidem, non intelligentes illud Ps. Non dabis, sanctum tuum uidere corruptionem. Vnde, si corpus Christi iacuisset in sepulchro, usq; ad diem nouissimum, nō fuisset incineratum, nec putrefactū, quia erat balsamatū diuinitate. Hæc ibi. Secundo uides: quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Non fuit conueniens, corpus Christi putrefieri, aut incinerari. Probatur dupliciter. Primo, putrefactio prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis non potētis corpus amplius in unum continere. ergo Christus ne mors eius infirmitati naturæ ascriberetur, noluit corpus suum resolui: Antecedens patet. Consequentia probatur, quia mors Christi non debuit esse ex infirmitate naturæ, sed uoluntaria: in cuius signum non morbo, sed passione uoluntarie suscepta mortuus est. Secundo, probatur, quia ad ostensionem diuinæ uirtutis noluit corpus suum incorruptum permanere. Et ad hoc affertur auctoritas. Chrysost.

¶ Circa primam rationem dubium occurrit, quia impertinens uidetur. Nam siue in corpore Christi fuerit aliqua putrefactio, siue non, constabat quod ex violenta passione, non ex naturæ infirmitate mortuus erat, quia passus est in cruce iuuenis.

¶ Ad hoc dicitur, quod putrefactio cadaueris attestatur infirmitatē naturæ præsentis, & præteritæ. Nam corpora ita cōpacta, ut naturalis complexio uigorosa sit, & uiua, & mortua, putrefactiuis resistunt magis aliis, & propterea si putrefactio cadaueris accidisset in Christi corpore, testimonium infirmitatis naturæ in Christo monstraretur, tamquam importantis, prius amplius genere corpus uiuum, & postea incorruptum, & consequenter quod mors Christi accidisset, etiam si noluisset. Et sic imputrefactio, corporis mortui non est impertinens, sed idoneum testimonium uoluntariæ mortis, & putrefactio fuisset testis mortis, non uoluntariæ, sed necessariæ ex debilitate naturæ. Ex supradictis namque patet, quod Christus licet crucifixus, mortuus tamen est, quia voluit: in cuius signum clamans expirauit.

Medina ar. 4.

285 SVPER Q. LI. ART. IIII.

Inf. q. 53. ar. 4. co. &

COncl. Conueniens fuit, quod Christus una die, & duabus noctibus esset in sepulchro.

¶ PROB. Quia tempus, quo Christus mansit in sepulchro repræsentat

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctib.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctibus. Dicit enim ipse Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uentre cœti tribus diebus, & tribus noctibus: ita Filius hominis

q. 53. ar. 2. co. Et op. 3. c. 243. Et opus. 60. c. 20. Et 1. corp. 25. li. 1.

sentat duo, scilicet mortem eius ex charitate, non ex peccato prouenisse, & effectum mortis eius fuisse nostram liberationem a duplici morte.

erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus: sed in corde terræ fuit in sepulchro existens, non igitur fuit in sepulchro solum vna die, & duabus noctibus.

¶ 2 Præt. Gregor.* dicit in Hom. Paschali, quod sicut Samdson abstulit media nocte portas Gazæ, ita Christus media nocte auferens portas inferni, resurrexit: sed postquam resurrexit, non fuit in sepulchro. ergo non fuit in sepulchro duabus noctibus integris.

*Hn. 21. in euang. declinãdo ad fi.

¶ 3 Præt. Per mortem Christi lux præualuit tenebris: sed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. ergo conuenientius fuit quod corpus Christi fuerit in sepulchro duobus diebus, & una nocte, quam econuerso.

SED CONTRA est, quod sicut August.* dicit in 4. de Trinita. a vespere sepulturæ usque ad diluculum resurrectionis triginta sex horę sunt, id est nox tota cum die tota, & nocte tota.

*lib. 4. c. 5. post med. to. 4.

RESPON. Dicendum, quod ipsum tempus, quo Christus in sepulchro mansit, effectum mortis eius repręsentat. Dictum est autem supra,* quod per mortem Christi liberati sumus a duplici morte, scilicet a morte animæ, & a morte corporis, & hoc significatur p duas noctes, quibus Christus in sepulchro permansit: mors autem eius, quia non fuit ex peccato prouenient, sed ex charitate suscepta, non habuit rationem noctis, sed diei, & ideo significatur per diem integrum, quo Christus fuit in sepulchro. & sic conueniens fuit, quod Christus, vna die, & duabus noctibus esset in sepulchro.

*2. 6. q. 50. c.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut August.* dicit in lib. de consensu Euangelistarum, quidam modum loquutionis scripturæ nescientes, nocti noluerunt annumerare tres illas horas à sexta vsque ad nonam, quibus Sol obscuratus est, & diem, tres horas alias, quibus iterum terris est redditus, id est a nona usque ad Occasum: sequitur enim nox futuri sabbati, qua cum suo die computata erunt iã duæ noctes. & duo dies. Post sabbatum autem sequitur nox primi sabbati, id est, illucescentis diei Dominici, in qua tũc Dominus resurrexit, & ita adhuc non constabit ratio trium dierum, & trium noctium. Restat ergo, ut hoc inueniatur, illo scripturarum vsitato loquendi modo, quo a parte totum intelligitur, ita scilicet quod unam noctem, & unam diem accipiamus pro uno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, qua Christus in sexta feria est mortuus, & sepultus, secundus autem dies est integer cum 24. horis nocturnis, & diurnis, nox autem sequens pertinet ad tertium diem: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum, a luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem, a tenebris computantur in lucem.

*l. c. 13. t. 4

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut August.* dicit in 4. de Trinit. Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarũ noctis: vnde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quod cum adhuc essent tenebræ, uenerunt ad monumẽtum. Ratione ergo harum tenebrarum, Grego.* dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes ęquales, sed infra ipsam noctem, illud enim diluculum, & pars noctis, & pars diei dici potest propter conuenientiam, quam cum utroque habet.

*lib. 4. c. 5.

*Ho. 21. in euang. non remote a fi.

AD TERTIUM dicendum, quod intantum lux in morte Christi præualuit (quæ significatur per unam diem) quod tenebras duarum noctium, id est duplicis mortis nostræ remouit, ut dictum est.*

*In cor. ar.

QEAE-

1m illatio conclusionis. Non igitur fuit, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex eo, quod malè intelligit præmissas. Intelligitur si quidem illud Matth. 12. filius hominis tribus diebus, & noctibus erit in corde terræ, per figuram synecdoche vsitatam in scripturis, id est a parte denominando totum, accipiendo etiam dies illos pro diebus naturalibus (ut declaratur in tex.)

2m ex D. Gregorio. Ita Christus media nocte. R. Id est in medio inter noctem, & lucem. §. Hoc est. In diluculo. Nam diluculum est nox media inter grandes tenebras præcedentes, & inter magnam lucem sequentem. Tunc nihil, &c. Stat enim quod nox Sabbati, adueniente Dominica, fuerit integra: quoniam diluculum est finis noctis, licet sit etiã simul principium diei. Cum igitur in diluculo Christus surrexerit de sepulchro: patet quod corpus suum manserit duabus noctibus integris in sepulchro.

3m de maiori. Tenebris. R. Noctium duarum. §. Tunc nihil, &c. ut patet. Immo argumentum ipsummet in fauorẽ conclusionis articuli, ut facile iudicabit sapiens.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes; primo quomodo per rationẽ interimas, hæresim Armenorum dicentium, Christum de sepulchro resurrexisse die sabbati post Parasceuen hora sexta. Per hoc enim, quod articulus iste monstrat, quod Christus mansit in sepulchro duabus noctibus integris constat apertè: quod impugnat, & expugnat prædictum errorem. Secundo uides, quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a Psal. 56. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara; exurgam diluculo. Item a Psal. 107. vbi eisdem verbis resurrectionis Dominicæ horam determinat esse diluculum. Ibi enim Deus pater inuitat filium ad exurgendum a mortuis, seu de sepulchro, per ly exurge gloria mea, exurge psalterium, & cythara, & Deus filius ei respondet per ly exurgam diluculo. Vide resurrectionem in ly exurgam; vide horam resurgendi in ly diluculo. Nec mireris, quod pater uocet filium Gloria mea, psalterium, cythara: quoniam nomina hæc tria realitati rei conueniunt, & maxime quidem pre ceteris omnibus. Christus namq; in hac uita semper in omnibus, quæ quocumq; modo fecit, dixit, cogitauit, & passus est, diligebat, maximoque studio procurabat, honorem patris: iuxta illud Ioan. 8. Ego gloriam meam non quęro, sed honorifico patrem meum. Ideo iure optimo Pater Christum uocat gloriam suam. Item Christus legem ueterem uenerat adimplere, Matth. 5. quam sane legem designat psalterium, eo quod habet decem cordas, & est instrumentum cameræ secretum, & non sonat multum. Sic lex Moysaica fuit tamquam instrumentum cameræ secretum, cum data sit soli populo Iudæorum, 1. 2. quæstione 98. articu. 4. & decem cordas habuit quia principaliter in decem præceptis consistit 1. 2. q. 100 articu. 1. 3. & nõ sonat multum, quoniam cessatura erat tẽpore nouo, 1. 2. q. 103. art. 3. Merito igitur ex obedientia tanta ad legem ueterem Christus uocatur psalterium. Itẽ Christus legem nouam mundo dedit, 1. 2. qõ. 106. artic. 1. 2. ad omne tempus in futurum se extendentem, 1. 2. quæstio. 106. art. 4. & ad omnes absolute eos obligando, in tota terra habitantes, sonum suum emittentem, iuxta illud Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorum, quam sanè legem repræsentat cythara in hoc, quod ipsa est instrumentum habens uocem clariorem, & magis audibilem etiã a remotis. De nouæ super ueterem claritate, seu perfectione, maiori vide 1. 2. quæstio. 107. 108. atticulis suis. Recte ergo propter tantæ legis latione Christus a patre uocatus est cythara. Damnatur quoque antedicta hæresis ab Osea in persona populorum in Christum credıturorum, dicente cap. 6. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurque; ut cognoscamus Dominum: Quasi diluculũ præparatus est egressus eius. Ex his prophetæ verbis ad propositum Christi resurgentis dictis, notato ly quasi diluculum præparatus est egressus eius, scilicet de sepulchro. Item a Matth. 16. 20. Mar. 9. 10. Luc. 18. tertia die resurget. Si tertia die: ergo nõ potest hoc esse in die sabbati, ut patet. Item à Matth. 12. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Quod quidem Christi dictum fuit expositum ab Angelo dicente Matt. 28. surrexit, sicut dixit. Hoc est. Non tantum surrexit, quod scilicet se surrecturum esse, dixit: sed etiam surrexit, sicut id est eo modo, quo dixit. Cum ergo (secundum Ecclesiæ doctrinam, ut nunc uidebimus) Christus surrexerit diluculo Dominicæ primæ post Parasceuen, patet quod facto ipso monstrauit, quod illud suum dictum, scilicet tribus diebus, & tribus noctibus debet de necessitate intelligi per figuram synecdoche, exceptis una die & duabus noctibus artificialibus integris (ut in ad primum). Constat itaque, quod per illud dictum Matth. 12. exponente Christo, condemnatur hæresis Armenorum. Item a Symbolo fidei Apostolorum, Patrum Concilii Nicæni primi, & totius Ecclesiæ catholicæ, per ly tertia die resurrexit a mortuis, per ly resurrexit tertia die secundum scripturas. Id quod & in scripturis populorum, id est in solemnitatibus

bus festiuis, eadem Ecclesia, cuius authoritas maxima est 2.2. quæstione 10. art. 12. descripsit patenter ab orbe vniuerso legendum: quando quotannis resurrectionis Christi gaudium in Dominica die, non in sabbato, celebrandum instituit, & celebrat. Tali enim facto suo profitetur coram toto mundo, & Christum in Dominica die a mortuis resurrexisse, & phantasticam illam positionem de sabbato esse pro hæresi iudicandam, atque damnandam. Propterea etiam in huius veritatis continuam protestationem, & in signum perpetuum suæ gratitudinis pro resurrectione sponsi sui diem solis, qui immediate diei saturni iuxta morem gentiliũ nominibus planetarum olim dies hebdomadæ designantium succedebat, vocauit nomine alio, scilicet Dominicam, à Domino dominantium, qui est Christus tali die resurgens, denominationem faciendo. Ex his omnibus Ecclesiæ institutis patet, quod male, & contra ipsius intentionem, immo & contra expressa eiusdem verba, occasio contrarium de die resurrectionis opinandi accipitur (vt videntur illius hæresis patroni accepisse) ex ceremonia, Missa, officiisque aliquibus ecclesiasticis in die saturni, id est in sabbato, post Pentecostem horà sexta uel nona obseruatis. Ecce. Tunc benedicit cereum Paschalem sac ... gaudiosis indutus ecclesiæ minister; Tunc in Missa Euangelium de resurrectione Matth. 28. canit; Tunc epistolam, præfationem, canonis partem, collectasque de resurrectione tractantia iubilosis vocibus tum hominum, tum campanarum, tum organorum, proclamat. Viderunt ii hæc tunc fieri in ecclesia, & ex hoc (ut uidetur) scandalizati sunt, id est acceperunt occasionem errandi. Nescierunt (quod tamen scire debuerant) ecclesiam per prædicta protestari, & hoc expresse, se præuenire officium illud, quod in nocte sequente, idest in nocte Dominicæ, solebat primitus fieri, & hoc iustis de causis emergentibus. Dixi ly quod tamen scire debuerant; quoniam nulla ignorantia eos in hoc potuit excusare: adeo clara, & manifesta sunt, quæ dicuntur. In benedictione cerei quoties fit mentio de nocte per ly Hæc nox est, ly ò uere beata nox, ly Hæc est illa nox, &c.? In collectis item per ly sacratissimam noctẽ? In præfatione quoque per ly sed in hac potissimum nocte? In particula etiam canonis per ly & noctem sacratissimam? Nunquid non & ad Euangelium legendum nox commemoratur per hoc, quod acolyti modo insolito, id est sine luminaribus accensis illuc ipsum auditurì accedunt? Quæ igitur, & quanta, eorum cæcitas, in accipiendo hinc scandalum, fuit; & inter tot memorias noctis in meridie factas non agnoscendo misterium? Hoc uidelicet, quod tunc ecclesia non diem, non horam, non festum, resurrectionis celebrat, sed quędam quasi præludia tã gaudiosæ mox uenturæ solẽnitatis agit. Vide in Decretis, dist. 75. c. q͞d a patrib. & de cõsecr. dist. 3. c. sabbato.
Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore una conclusio: Conueniens fuit quod Christus duabus noctibus, & una die esset in sepulchro. Probatur: Tempus, quo Christus fuit in sepulchro, effectum mortis eius repræsentat: sed effectus est duplex, nostra mors tenebrosa destructa, & ipsa mortis eius lux est causa. ergo conuenienter una die, & duabus noctibus mansit in sepulchro. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad primum, aduerte quod auctoritas ecclesiæ indubiè credentis Christum surrexisse prima sabbati in mane, uel circa, & inde diem resurrectionis diem Dominicum nominauit, elidit omnes nouitates præsumentium hoc in dubium reuocare, & exponere Euangelistas suo sensu. Et propterea tales non sunt audiendi, sed uitandi a piis ecclesiæ auribus.

¶ In eadem responsione aduerte nouitie, quod quilibet trium naturalium dierum mortis Christi numeratur, accipiẽdo noctem pro prima parte eius: sexta feria enim incipit a nocte terminante diem Iouis, & similiter sabbatum incipit a nocte terminante feriam sextam, & similiter Dominica incipit à nocte in qua Christus surrexit. Dies verò creationis mundi numerantur, incipiendo a die vt a prima parte, ita quod mane incipit dies, & durat vsque ad aliud mane exclusiue: secunda siquidem pars eius est nox. Et hoc notatur quum dicitur, factum est uespere, & mane dies vnus; a termino enim lucis diurnæ dixit, Et factum est uespere, & a termino nocturnarum tenebrarum subiunxit, & mane, ita q͞d ipse ordo numerandi manifestat lucem priorem tenebris computatam. Ratio autem horum contrariorum ordinum in litera hac redditur satis clara.

¶ In responsione ad ultimum percipe nouitie, quod sicut dicimus, media uita in morte sumus, & ꝓpter ea limitamus nos, quasi diuidamus uitam in duas partes ęquales, & similiter gesta incluso die, dicimus facta media die, & submersos in mari dicimus in medio mari submersos, non diuidendo mare in duas partes æquales, ita resurrectionem in quacumq; parte noctis factam, dicimus media nocte factam absque diuisione noctis in duas partes æquales.

Capr. 3.4.22. quæstio. 1. con. 3.
Palud. 3.d.22.q.3.
Medina ar. 1.

SVPER Q. LII.

ART. 1.

COncl. Conueniẽs fuit, Christum ad infernum descendere.

¶ Prob. Quia hoc, scilicet Christum ad infernum descendere, conueniebat & intentioni Christi, qua uenerat pœnas nostras pro salute nostra portare, & uictoriæ Christi, qua de diabolo triumphauit, & ostensioni prætis Christi subtus terram (ut de his tribus mediis declaratur in tex.)

QVAESTIO LII.

De descensu Christi ad inferos, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de descensu Christi ad inferos.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.

¶ Secundò, In quem infernum descenderit.

¶ Tertiò, Vtrum totus fuerit in inferno.

¶ Quartò, Vtrum aliquam moram ibi traxerit.

¶ Quintò, Vtrũ sanctos Patres ab inferno liberauerit.

¶ Sextò, Vtrum damnatos ab inferno liberauerit.

¶ Septimò, Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.

¶ Octauò, Vtrum liberauerit homines de purgatorio.

ARTICVLVS I.

285
3.d.22.q.
2.a.1.q.1.
Et op.3.c.
24.& opu.
60.cap.21.
prin.

Vtrum fuerit conueniens Christum ad infernum descendere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens Christum ad infernum descendere. Dicit enim August. * in Epist. ad Euodium, Nec ipsos quidem inferos vspiam scripturarum in bono appellatos potui reperire, sed anima Christi non descẽdit ad aliquid malum, quia nec animæ iustorum ad aliquod malum descendunt. ergo uidetur quod non fuerit conueniens, Christum ad inferos descendere. *Epist. 99. inter prin. & med. to. 2.

¶ 2 Præt. Descendere ad inferos, non potest Christo conuenire secundum diuinam naturam (quæ est omnino immobilis) sed solum conuenire potest ei, secundum naturam assumptam. Ea uerò, quæ Christus fecit, uel passus est in natura assumpta, ordinãtur ad humanam salutem, ad quam non uidetur necessarium fuisse, quod Christus descenderit ad inferos, quia per passionem suam, quam in hoc mundo sustinuit, nos liberauit a culpa, & pœna, ut supra dictum est. * non igitur fuit conueniens, quod Christus ad infernũ descenderet. *q. 50. ar. 6

¶ 3 Præt. Per mortem Christi separata est anima a corpore eius, quod quidem in sepulchro positum fuit, ut supra dictum est. * Non autem uidetur, quod secundum animam solam ad infernum descenderit, quia anima, cum sit incorporea, non uidetur quod localiter possit moueri, hoc enim est corporum, ut probatur in 6. Phys.* descensus autẽ motum corporalem importat. non ergo fuit conueniens, q͞ Christus ad infernum descenderet. *q. præc. *li. 6. Phy. tex. 32. t. 2.

SED CONTRA est, quod dicitur in Symbolo, Descendit ad inferos. Et Apost. dicit Ephes. 4. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum ad inferiores partes terræ? Gloss.* idest ad inferos. *Gl. interliaba.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit, Christum ad infernum descendere. Primò quidem, quia ipse venerat pœnam nostram portare, ut nos a pœna eriperet, secundum illud Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores

1m de minori. Non descendit ad aliquod malum. R. Poenae, sibi debitum. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc enim stat, quod Christus descenderit ad aliquod malum ab aliis tollendum: vt intendit articuli conclusio, secundum quod eius probatio monstrat.

2m de minori. Ad quam non videtur necessariũ fuisse, quod Christus descenderet ad inferos. R. Negatur hoc, §. Fuit enim necessariũ istud. Nam passio Christi fuit quasi quaedam causa, &c. ut in tex. Ex quo etiam patet discurrenti, quid respondendum sit ad illius minoris probationem, scilicet quia per passionẽ suam, quam in hoc mũdo sust. nos liberauit a culpa & poena.

D.905.

¶ Not. Responsionẽ hanc, pro quanto dicit debere dari applicationem causae vniuersalis, id est passionis Christi, si nobis profutura sit, notabis vigilanter, ad perpetuam cuiusque similis rei memoriam & pro catholicis & contra haereticos: ne vana nimis fiducia illis subrepat, & ut eadem ab istis tandem aliquando (si fieri potest) recedat; nec si ad ueram Dei culturam conuerti nolunt, erubescant uehementer, confundantur & pereant, ps. 82. vide circa hoc, quaestione 49. artic. 1. 2. 3.

3m minor. Non videtur, quod secundum animam solam ad inferos descenderit. R. Negatur. § Nam & hoc, scilicet negationem hanc, docet Concilium Lateranense sub Innocen. III. vt patet, q. 50. arti. 4. append. Ad probationem illius minoris, de motu locali, dicitur, quod anima Christi non &c. ut in tex. Pro quo vide 1. q. 53. &c.

dolores nostros ipse portauit. Ex peccato autem homo incurrerat nõ solum mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos. Et ideo sicut fuit conueniens, eum mori, ut nos liberaret a morte ita conueniens fuit eum descendere ad inferos, ut nos a descensu ad inferos liberaret, vnde dicitur Osee 13. Ero mors tua ô mors. ero morsus tuus inferne. Secundò, quia conueniens erat, ut uicto diabolo per passionem, uinctos eius eriperet, qui detinebantur in inferno, secundum illud Zachar. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti uinctos tuos de lacu. Et Colos. 2. dicitur, expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter. Tertiò, ut sicut potestatem suã ostẽdit, in terra uiuendo, & moriendo, ita etiam potestatem suam ostenderet in inferno, ipsum uisitando, & illuminando, unde dicitur in psal. 23. Attollite portas principes uestras, gloss. id est principes inferni auferte potestatem uestram, qua usque nunc homines in inferno detinebatis, & sic in nomine Iesu oẽ genuflectatur, non solũ coelestium, sed etiam infernorum, ut dicitur Phil. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nomen inferorum sonat in malum poenae, non autem in malum culpae: unde decuit Christum in infernum descendere, non tamquam ipse esset debitor poenae, sed ut eos, qui erant poenae obnoxii, liberaret.

AD SECVNDVM dicendum, q passio Christi fuit quędã causa uniuersalis humanae salutis, tam uiuorum quam mortuorum. Causa autẽ vniuersalis applicatur ad singulares effectus per aliquid speciale: vnde sicut uirtus passionis Christi applicatur uiuentib. per sacramenta configurantia nos passioni Christi, ita ẽt applicata est mortuis p descẽsum Christi ad inferos. Propter q signãter dicit Zach. 9. q eduxit uinctos in lacu de sanguine testamenti sui, id est per uirtutem passionis suae.

AD TERTIVM dicendum, quod anima Christi non descendit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouẽtur, sed eo genere motus, quo angeli mouentur, sicut in prima parte habitum est.* [*P.p.q.53.]

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas, haeresim quorondam (ut refert Isidorus) dicentium, q Christus non descendit ad inferos. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari à Symbolo fidei Apostolorũ, vt in argum. contr. Nec mireris, quod in Symbolo Patrum inter Missarum solemnia cantato non repetitur ly descendit ad inferos: quoniam intentio Patrum ipsorum non fuit condere symbolum nouum, sed exponere illud Apostolorum ibi, ubi opus erat expositione, i. positione explicita eorum mysteriorum, quae implicite cõtinebantur in illo Apostolorum, & hoc ad fugandas haereses hominum impiorum, qui circa symbolum Apostolicum zizania iam seminare coeperant. Quia verò nondum error contra descensum Christi ad inferos pullulauerat, ideo praedicti patres in suo symbolo hunc articulum tacuerunt. Ac si taciturnitate hac sua dixissent. Nostri instituti non est reassumere singulos fidei articulos in symbolo Apostolorum contentos, nisi eos, quorum ueram intelligentiã haeretici hactenus deprauare conati sunt; ut, iisdem in ueritate sua natiua explicatis, uolucres has descendẽtes super sacrificio Domini eique infestas abigamus, ad instar fidelis Abrahę, Gen. 15. Vide 2. 2. q. 1. ar. 9. ad 4. Itẽ merito damnari ab Ephes. 4. ut in argu. cõt. Item a Concilio Lateranen. sub Innoc. III. secundum quod patet, q. 50 ar. 4. appen. Item ab Ecclesia catholica, in hymno completorii tẽporis paschalis, Christum sic alloquẽte. Quę te uicit clementia, vt ferres nostra crimina, crudelem mortem patiẽs, ut nos a morte tolleres; Inferni claustra penetrans; tuos captiuos redimens. His enim uerbis illa non tantum damnat, & sed & abundanter damnat, omnes contrarium de tali descensu dicentes, siue dicturos. Nam ibi declarat non solum, quod ad inferos descendit, sed etiam quod ex magno motiuo, & magna vtilitate hoc fecit. Ex magno, inquã, anthonomatice, id est maximo motiuo, quia, ut sic descenderet, sua eum clementia uicit, ex magna item anthonomatice, id est maxima utilitate; quia, ut suos captiuos redimeret, claustra inferi penetrauit. Ecce, quanta clemẽtia: Ecce, quanta utilitas. Quia que millia annorum iam transierat a praedicta suorum captiuitate (cum ab Abel iusto incęperit) & tanti tẽporis interstitium non potuit adducere Christum in obliuionem seruorũ suorum (cum tã breuiori admodũ horarum decursu tũ prępositus pincernarũ oblitus sit interpretis sui, Genes. 40. tũ plurimi, quotidiana experiẽtia teste obliuiscantur charorũ suorũ). O uere B. serui tui, Clemẽtissime Iesu. Tanto ẽt tẽpore captiui illi iã intelligebantur à desiderio suo, q̃quidẽ spes, quae differtur, affligit animã, Prou. 13. Vnde, ∫m regulã topicam, quanto maioris boni spes fuerit, & differatur, tanto magis ex dilatione tali affligetur anima. Cum itaque bonũ a captiuis illis speratũ intensissimeq; desideratũ, esset infinite magnũ, i. uita aeterna, & tã longissimo temporũ interuallo differretur, manifestũ utiq; erit, q sanctorũ illorũ captiuorũ desideriũ adeo hinc affligebat, ut non affatu solũ, sed nec cogitatu quidẽ, sit nobis comprehensibile. Secundũ ecclesiã ergo in superiorib. loquentẽ Christus ad inferos & descẽdit, & ex grauissimis causis (q̃ sunt illa duo) descendit, id quod est conuenientissimum, secundum eosdem, fuisse; quod ad inferos descenderet. Hoc autem (ut patet, & supra tetigimus) est, eam ex superabundanti condẽnare haeresim in princ. appen. relatam. Tertiò uides, quo ex iis benẽ pensatis, & applic. doctrina praesens Ang. uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

D.982.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit Christum ad inferos descendere. Probatur tripliciter, Prima ratio completur ex responsione ad primum. Secunda ratio, completur ex responsione ad secundum. Responsio ad tertium de motu Angelorum satis in Commenta. 1. partis tractata est.

Alb. Mag. 3. di. 22. ar. 4.
Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

SVPER Q. LII.

ART. II.

Vtrum Christus descenderit ad infernum damnatorum.

286
3. d. 22. q. 2. a. 1. q. 2. Et op. 60. c. 31. circa med.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q Christus descenderit ẽt ad infernum dãnatorũ: dicitur. n. ex ore diuinae Sapien. Eccle. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terrae: sed inter partes inferiores terrę cõputatur ẽt infernus damnatorũ, ∫m illud Psal. 62. Introibunt in inferiora terrae. ergo Christus, q est Dei sapientia, etiam usq; ad infernum damnatorum descendit.

COncl. 1. Christus, per suum effectũ, descendit in quemlibet infernum, aliter tamen, & aliter.

¶ Prob. Quia Christus descendens causauit aliquem effectum in quemlibet infernum (ut nunc patebit). Secũda uero pars; s. aliter, &c. probatur; Quia Christus descendens & damna-

¶ 2 Præt. Act. 2. dicit Petrus, quod Deus Christum suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, sed dolores non sunt in inferno patrum, neque etiam in inferno puerorum, qui non puniuntur pęna sensus pro peccatum actuale, sed solum pœna dãni propter peccatũ originale. ergo Christus descendit in infernum damnatorum, uel etiam in purgatorium, ubi homines puniuntur pœna sensus pro peccatis actualibus.

¶ 3 Præt. 1. Pet. 3. dicitur, quod Christus his, qui in carcere conclusi erãt, spiritu ueniẽs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quod, sicut Athanas.* dicit in Epist. ad Epictetũ, intelligitur de descensu Christi ad inferos, dicit enim qđ corpus Christi fuit in sepulchro positum, quando ipse perrexit prædicare his, qui in custodia erant, spiritibus, sicut dixit Petrus. Constat autem quod increduli erant in inferno damnatorum. ergo Christus ad infernũ damnatorum descendit.

¶ 4 Præt. Aug.* dicit in Episto. ad Euod. Si in illum Abrahæ sinum Christum mortuum venisse sacra scriptura dixisset, non nominato inferno eiusque doloribus, miror, si quisquam ad inferos eum descendisse asserere auderet, sed quia euidentia testimonia, & infernum cõmemorant, & dolores, nulla causa occurrit, cur illo creditor uenisse Saluator, nisi ut ab eisdem doloribus saluos faceret: sed locus dolorum est infernum damnatorum. ergo Christus in infernum damnatorum descendit.

¶ 5 Præt. Sicut August.* dicit in quodã sermone de Resurrectione. Christus ad infernum descendens, omnes sanctos, qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit sed inter illos erat etiam Iob, qui de seipso dicit, Iob 17. In profundissimũ infernum descendet omnia mea. ergo Christus etiam usq; ad profundissimum infernum descendit.

Sed contra est, quod de inferno damnatorum dicitur, Iob 10. Antequam uadam, & non reuertar ad terram tenebrosam & opertã mortis caligine, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nulla autem est conuentio lucis ad tenebras, ut dicitur 4. ad Cor. 6. ergo Christus, qui est lux, ad illum infernum damnatorum non descẽdit.

Respon. Dicendum, quod dupliciter dicitur esse aliquid alicubi. Vno modo per suum effectũ, & eo modo Christus in quẽlibet infernorum descendit aliter tamẽ, & aliter. Nam in infernum damnatorũ habuit hunc effectum, quod descendẽs ad inferos, eos de sua incredulitate, & malitia confutauit: illis uero, qui detinebantur in purgatorio, spẽ gloriæ consequendæ dedit. Sanctis autẽ patribus, qui pro solo peccato originali detinebantur in inferno, lumẽ æternæ gloriæ infudit. Alio modo, dicitur aliquid esse alicubi per suã essentiã, & hoc modo anima Christi descendit solum ad locum inferni, in quo iusti detinebãtur, vt quos ipse per gratiam interius visitabat secundum diuinitatem, eos etiam secundum animam uisitaret, & loco. Sic autem in una parte inferni existens effectum suum aliqualiter ad omnes inferni partes deriuauit, sicut, & in uno loco terræ passus: totum mundum sua passione liberauit.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus qui est Dei sapientia, penetrauit oẽs inferiores partes terræ, non localiter secundum animam, omnes circumeundo, sed effectum suæ potentiæ aliqualiter ad omnes extendendo: ita tamen, quod solos iustos illuminauit: sequitur enim. Et illuminabo omnes sperantes in domino.

Ad secundum dicendum, quod duplex est dolor, unus de passione pęnę, quem patiuntur homines pro peccato actuali, secundum illud ps. 17. Dolores inferni circumdederũt me. Alius autem dolor est de dilatione speratæ gloriæ, secundum illud Prou. 13. Spes, quæ differtur affligit animam, quem quidẽ dolorem patiebãtur sancti patres in inferno, ad quod significandum Aug.* in sermone de Resurr. dicit, quod lachrymabili obsecratione Christum orabant: utrosque autem dolores Christus soluit ad inferos descendens. aliter tamẽ, & Nã dolores pœnarum, soluit á præseruando ab eis, sicut medicus dicitur soluere morbum, a quo præseruat per medicinam. dolores autem causatos ex dilatione gloriæ, actualiter soluit; gloriam præbendo.

* in ser. 2. de resurr. q est 137. ord. a me. to. 10. D. 1054.

Ad tertium dicendum, quod illud quod ibi dicit Petrus, à quibusdam refertur ad descensum Christi ad inferos, sic exponentes verbum illud: His, qui in carcere inclusi erant, id est inferno, spiritu id est secundum animam, Christus ueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. vnde & Damasc.* dicit in 3. lib. quod sicut his, qui in terræ sunt euangelizauit: ita & his, qui in inferno, non quidem ut incredulos ad fidem conuerteret, sed ut eorum infidelitatem confutaret, quia ipsa prædicatio nihil aliud intelligi potest, quam manifestatio diuinitatis eius quę manifestata est infernalibus per virtuosum descensum Christi ad inferos. Aug.* tamen melius exponit in epist. ad Euodium, ut referatur non ad descẽsum Christi ad inferos: sed ad operationem diuinitatis eius, quam exercuit á principio mundi: ut sit sensus, quod his, qui in carcere cõclusi erãt uiuentes, s. in corpore mortali, (quod est quasi quidem carcer animæ) spiritu suæ diuinitatis ueniens prædicauit per internas inspirationes, & etiã exteriores admonitiones per ora iustorum. His inquam prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, Noe, s. prædicanti, quando expectabant Dei patientiam per quam differebatur pœna diluuii: vnde subdit, in diebus Noe cum fabricaretur arca.

*li. 3. orth. fi. c. 29.

* epist. 99. a med. illius, to. 2.

Ad quartum dicendum, quod sinus Abrahę potest secundum duo considerari, uno modo, secundum quietem quæ ibi erat a pęna sensibili & quantum ad hoc non com-

petit

damnatos de eorum incredulitate, atque malitia confutauit, & existẽtibus in purgatorio spẽ gloriæ dedit, & sanctis patribus solo originali in limbo detentis, æternæ gloriæ lumen infudit.

¶ Not. In secundæ partis probatione, damnatorum nominé intelligas, etiam pueros in originali tantum peccato mortuos, Hi quoque de malitia & incredulitate (quamuis multò mitius, quam damnati ad pęnam etiam sensus) fuerunt aliquo modo confutati.

*circa me. illius.

¶ Conc. 2. Christ* per essentiam suam, id est per realem animæ diuinitati coniunctæ, q. 50. ar. 3. præsentiam, descendit solum ad locum inferni, in quo iusti detinebantur.

¶ Prob. Quia eos, quos ipse per gratiam (scilicet consummatã, quæ est æterna gloria) tunc uisitabat secundũ deitatẽ, visitare voluit etiam loco secundum animam.

*est epi. 99 inter prin. & me. 20. 2.

1m ex Eccl. 24.

Penetrabo omnes inferiores partes terræ. R. Non tamen penetratione vniformi. §. Christus enim qui est Dei sapientia, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet ex cõclusionibus.

2m ex Actu 3.

Solutis doloribus: R. Ex temporali pœna sensus causatis, uel etiam ex dilatione gloriæ. §. Primi dolores sunt purgatorii; secundi autem sanctorum in limbo. Tunc nihil, &c. Nam dolores Patrum Christus soluit per essentiam in limbo secundum animã præsens (modo quo dicitur in 2. conclusione, eiusq; probatione) dolores uerò purgatorii soluit per effectum solũ præsens ibi (ut in 1. conclusione, eiusque probatione declaratur.) Nec mirum, de effectu extẽso ad locum, ubi anima Christi realiter nõ erat: quoniam a simili uidemus, & quod Christus in loco uno tantum, s. in Iordane baptizatus aquas naturales totius mundi per hoc sanctificat, & quod rex aliquis in suo tantum palatio realiter existens est per effectum in multis aliis locis (puta uel suspendendo latrones, uel fugando hostes, vel animando, idest consolando bonos, uel deterrendo malos, &c.

* in ser. 2. de resurr. qui est in ordi. 137. paulo ipri. to. 10.

3m de conclusione.

Ad infernũ damnatorũ descendit. R. Descensu per effectum. § Exponendo, scilicet præinfusam authoritatem B. Petri iuxta sensum Athanasii, & Damasceni. Tunc nihil, &c. ut patet ex conclusionibus. Cæterum eadem authoritas, si exponatur secundum mentem Diui Augustini, est extra illatæ conclusionis propositũ.

4m minor.

Locus dolorum est infernus damnatorum. R. Vel est sinus Abrahæ, consideratus quantum ad priuationem gloriæ speratæ. § Vide arti. 1. append. Tunc nihil, &c. Nam scriptura, quando Christum ad infernum & locum dolorum dicit descendisse, per infernum & locum dolorum intelligit limbum sanctorum patrum ibi solo originali detentorum, id est (quod in idem redit) sinum Abrahæ, ut consideretur quantum ad priuationem gloriæ.

Quintum

5m de conclusione. Vsque ad profundissimum infernum. ℞. Relatiue ad celsitudinẽ cęli, non autem absolute, consideratum. §. Tunc nihil &c. Nam profundissimum sic relatiue consideratum dicit illa loca inferni, quæ superiora sunt aliis receptaculis animarum: declaratur in tex. Vide Additio. quæstio. 69. ar. 4. &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S.Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis, Cõcilio, & Augustino, quod Christus descendit, & non descendit, ad infernum damnatorũ. A scripturis quidem, q illuc non descendit, ut Iob 10. simul cũ 2. Corin. 6. Secundum quod applicandu ponuntur in argum. contr. A Concilio autem Lateranensi per ly descendit in anima. Per hoc enim subintelligit aliud condistinctum, scilicet descendere per effectum. Ac si dixerit. Ad infernum patrum (de hoc enim ibi principaliter intendit Concilium) descendit in anima, ad cæteros inferos descendit solum per effectum. Locum Concilii uideas, supra qõ. 50. ar. 4. app. A Diuo Augustino autem, dum in sermo. qui incipit, Passionem, vel Resurrectionem, sic de Christo dicit. Carnem in sepulchro reposuit, & comitante secum anima ad inferna descendit, tenebrarum & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portam inferni, uectes ferreos confregit, & omnes iustos, qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit. Cum autem tenebrarum terminũ, quasi quidã deprędator splendidus ac terribilis, attigisset, aspicientes eum impiæ ac tartareæ legiones, territæ a trementes inquirere potuerunt dicẽtes. Vnde est iste tam fortis, tam splendidus, tam præclarus, tam terribilis? Mundus ille, qui nobis subditus fuit, semperque nostris usibus mortis tributa persoluit, numquam talem mortuum misit, numquam talia inferis munera destinauit. Quis ergo est, qui sic intrepidus fines nostros ingreditur? Non solum nostra supplicia non ueretur, insuper & alios de uinculis nostris absoluit. Post istas autem crudelium & infernalium uoces, sine aliqua mora ad imperium Domini, ac Saluatoris, omnes ferrei confracti sunt uectes. Et ecce subito innumerabiles sanctorum populi, qui tenebantur in morte captiui, Saluatoris sui genibus obuoluti, lachrymabili eum obsecratione deposcunt dicentes. Aduenisti, redemptor mundi. Aduenisti, quem desiderantes quotidie sperabamus. Descendisti pro nobis ad inferos, noli nobis deesse, cũ fueris reuersus ad superos. Posuisti titulum gloriæ in cœlo, pone signũ uictoriæ in terra. Hæc ibi. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim &c.

petit ei nec nomen inferni, nec sunt ibi aliqui dolores. Alio modo potest considerari, quantum ad priuationem gloriæ speratæ, & secundum hoc habet rationem inferni, & doloris: & ideo nũc dicitur sinus Abrahæ illa requies beatorum, non tamen dicitur infernus, nec dicuntur nunc in sinu Abrahæ esse dolores.

AD QVINTVM dicendum, quòd sicut Greg. * ibidem dicit, ipsa superiora loca inferni profundissimum infernum vocat. Si enim quantum ad celsitudinem cæli, aer iste caliginosus infernus est, quantum ad eiusdem aeris altitudinem, terra quæ inferius iacet, & infernus intelligi, & profundum potest. Quantum vero ad eiusdem terræ altitudinem, & loca illa inferni, quæ superiora sunt aliis receptaculis inferni, hoc modo inferni profundissimi appellatione significantur.

* li. 13. Moral. c. 22. a med.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus plus quærit quam exprimat: quęrit. n. in quem infernalem locum Christus descendit, vt patet in diuisione articulorum, explicat autem specialiter de inferno damnatorum, tamquam de magis difficili.

¶ In corpore distinctionem bimembrẽ facit de esse alicubi dupliciter: vel secundum effectum, vel secundum substantiam, & iuxta singula membra singulis conclusionibus respondet quæstio. Prima conclusio; Christus secundum effectum descendit in quemlibet infernorũ locum, & declaratur in tribus. Occurrit autem statim hic dubium: quia non est sufficienter probata conclusio ex tribus locis inferni. Nam datur quartus locus s. limbus puerorũ, qui sine aliquo fidei signo decesserunt. si ergo Xps descendit sm effectum in quemlibet, oportet, & q in limbũ puerorum aliquẽ effectũ habuerit, & q Auctor defecerit, relinquẽdo hũc quartũ locũ.

¶ Ad hoc dicitur, q quia sub ordine damnatorum comprehenditur tota pars sinistra Christi iudicis: ideo & Auctor sub inferno damnatorum comprehendit etiam infernum puerorum: in ulque effectus fuit cõis omnibus, quãuis diuersimode. Confutati. n. sunt omnes de malitia, & incredulitate sed infantes de sola malitia originalis peccati, & incredulitate quia nec propria, nec parentum fide, incredulitatem eis inferunt. Secunda conclusio est: Anima Christi descendit secundum substantiam ad solum infernum patrum. Manifestatur dupliciter; Primo, ex conuenientia cum effectu ibi, vt scilicet visitaret loco secũdum animam, quos visitabat interius satiando deitate. Secundo ex similitudine ad passionem, vt sicut in vna parte terræ, & cętera.

¶ Occurrit hic vnum dubium: quia effectus Christi patientis omnes sunt effectus non solius deitatis, sed humanitatis Christi, & similiter effectus Christi descendẽtis ad inferos, debent esse nõ solius deitatis. In litera autem ponitur effectus unus, infusio luminis æternæ gloriæ, constat enim Deum immediate infundere lumen gloriæ animabus, ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quod etiam ipsum lumen gloriæ consequimur ex uirtute passionis Christi, quæ ex hoc ipso, & nobis, & illis aperuit cęlum, q utrisq; impedimenta illius luminis abstulit. Et quia, ut in præcedentis artic. respon. ad 2. dicitur, uirtus passionis Christi applicata est ad sanctos, mediante descensu Christi ad inferos, sicut ad nos mediis sacramentis, ideo ad infusionem luminis gloriæ in sanctis patrib. operatus est descensus animæ Christi, applicãdo ad eos uirtutem suæ mortis, hoc est exequendo substantia & præsentia ablationem pęnæ, qua priuabantur lumine glorię, & sic deitas immediate eos beauit, quibus tamen animam Christi instrumentaliter ipsum gloriæ lumen contulisse, non est impossibile. Ad beatitudinem enim sufficit, quod deitas immediate beet obiectiue. nam cum hoc stat quod effectiue mediate beat, & causando mediante Christi anima instrumentaliter lumen gloriæ & mediante ipso lumine, ac anima beat, act in beatitudinem.

¶ In eodem 2. artic. dubium occurrit propter Duran in 3 Senten. dist. 22. q. 1. art. 3. an descensus Christi ad inferos fuerit secundum substantiam animæ, uel solummodo secundum effectum. Durandus enim cuius studium fuit contradicere Diuo Thomæ cum cogeretur concedere Christi ad inferos descensum secundum animam, & nollet communi concordare doctrinæ, tradẽti ipsam Christi animam fuisse præsentem in inferno, finxit modum quendam, quo sola uoce affirmaret Christi animam descendisse ad infernum, scilicet non per substantiæ animæ præsentiam definitiuam, sed solummodo per effectum. Probatque, primo partem negatiuam sic. Anima Christi non descendit ad inferos eo motus genere, quo angelus mouetur de loco ad locum. ergo, &c. Assumptum probatur, quia angelum moueri de loco ad locum, est successiue operari, in diuersis locis. hoc autem non potest conuenire animæ separatæ, quia anima separata in nullo corpore, seu loco potest operari, quia determinata est ex natura animæ ad non operandum in loco, nisi mediante proprio corpore, quo caret cum separata est. Deinde probat partem affirmatiuam tripliciter. Primò, quia motus animæ separatæ est, non per motum subiectiue in ipsa anima, sed per effectum, quod probatur, quia hoc modo mouetur angelus. Secundò, quia in instanti mortis Christi, patres in limbo fuerunt beati, descensus autem animæ Christi non fuisset in instãti mortis consummatus, si secundum locum fuisset. Tertio, quia sic Christus fuit in inferno cum patribus, sicut etiam fuit eodem die in paradiso cum Latrone, sed esse in paradiso cum latrone, non significat locum aliquem acquisitum animæ Christi. ergo nec esse in inferno significat locum animæ Christi. Et si dicatur distinguẽdo de paradiso spirituali, uel corporali, ita quoq; distinguam de inferno, & dicam Christum descendisse ad infernum spiritualem, cũ beatificauit patres ratione termini, a quo, s. carentiæ diuinæ uisionis, & fuisse cum eisdem in paradiso spirituali ratione termini ad quem, s. fruitionis beatæ. Et subdit Duran. quod licet hoc sit probabiliter dictum, & satis uideatur saluare articulum fidei, & dictũ scripturæ, non tamen est pertinaciter asserendum, nec nos negamus alium modum esse forsitan tutiorem: fatemur tñ nos ignorare illum, quæ uidetur apposuisse timens erroneam esse positionẽ dictam. Ad huius euidentiam tria agenda sunt: primo narrabitur ueritas: secundò unde sciatur: tertiò respondebitur obiectis.

¶ Quo ad primum, quia anima separata habet modum essendi similem angelis, pro quãto est per se subsistens sine corpore, & hẽt esse in loco non circũscriptiuè, sed definitiue sicut angelus, ideo sicut in cõmuni loquendo angelum dicimus esse in loco, pro quanto non solũ effectus eius, sed substantia eius est in loco, hoc est ita ibi, q non alibi, ita animã separatã in loco aliquo esse dicimus, nõ rõne solius effectus, sed quia ipsa eius substantia est ita ibi, q non alibi. Vnde ad propositũ deueniendo, aĩa Christi in triduo mortis fuit in inferno non rõne solius effectus, sed ratione definitiuę præsentiæ substantiæ suę ad locũ inferni, ita quod esse in loco inferni, erat nonnulli pęnalitas, quã anima Christi pro nostra salute sustinebat, quam pęnalitatẽ humanæ naturæ pp originale peccatum

¶ In

Petrus Apo. Act. 2. dolores inferni appellauit, dum dicit de Christo quē Deus, suscitauit solutis doloribus inferni. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, ex Symbolo Apostolorum clare habetur, quod Christus descendit ad inferos, & ex contextu ipsius Symboli clare patet, quod de reali præsentia ipsius Christi, & non effectus eius intelligitur, quoniam per modum historiæ interponitur antecedentibus, & consequentibus, & non aliter intellecta, quam de simili reali præsentia, ut patet cum apponitur, Crucifixus, mortuus, & sepultus, & cum subiungitur. Surrexit a mortuis, ascendit in cœlos: cum enim de reliquis nulla sit quæstio, nec de hoc intermedio debet esse quæstio, quin de reali præsentia substantiæ Christi intelligatur.

¶ Accedit ad hæc, sacri expositio Concilii Generalis sub Inno. III. extr. de sum. Trin. & fi. cath. firmiter credimus, ubi dicitur de Christo, Descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cœlum, sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascenditque pariter in utroque. Vbi clare ponitur descensus in anima, & nō dixit, in effectu animæ. Et rursus, sicut uere caro, quæ ceciderat a uita, resurrexit in seipsa, & nō in effectu, ita descendit uere in anima, & non in effectu. Et iterum, sicut cum dicitur, quod ascendit pariter in utroq; s. anima, & carne, de ipsis, & non de eorum effectibus intelligitur, ita cum dicitur, descendit in anima de ipsa anima, & nō de eius effectu intelligendum est. Et si per hæc uerba non significatur descensus Christi in anima secundum ipsam substantiā animæ, dicāt quæso isti opinātes, quibus uerbis uti debuerunt patres in Concilio, ad significandum ipsius animæ in seipsa descensum ad inferos, ideo enim apposuerunt ad articulum fidei exponendū, qđ descendit in anima, ne liceret putari, quod descēdit Christus non personaliter in naturæ humanæ anima, quam habebat, sed solum secundum effectum.

¶ Vrget quoque auctoritas, Ps. 15. iuxta expositionem Petri Apostoli Act. 2. ubi Christus dicit, Non derelinques animam meā in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Ad literam enim nomen loci, scil. quæq; oportet esse infernum, tum quoniam expresse dicitur, quod in eo non est derelicta anima Christi, sicut, nec caro corrupta est in sepulchro, tum quoniam ibidē huic eidem inferno attribuit Petrus Apost. non solum dolores, sed quod non poterat uiolentare Christum cum dicit; Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, s. inferno. Hæc enim duo, scilicet, quod Christus nō poterat detineri ab inferno, & quod Christus secundum animam nō est derelictus in inferno, manifeste conuincunt animam Christi, & non solum eius effectum fuisse in inferno. Et ipsa commemoratio non derelictionis in inferno inter diuina beneficia Christo collata, dum dicitur. Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem, manifeste monstrat pœnalitatem aliquam in Christi anima ex hoc, quod erat in inferno, a qua liberandam Propheta prædixerat. Et si hæc omnia ad solum effectum in inferno productum ab anima Christi applicentur, uidebis quantum aberrauerit positio Durandi.

¶ Taceo, quod fatemur Christū triduo in inferno fuisse, & iuxta ecclesiæ uocem in benedictione cerei, ab inferis ascendisse, & solam illam noctem nouisse tempus, & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit, hæc enim non possunt de spirituali inferno intelligi, quoniam spiritualis infernus abiectus est in principio affectus quē anima Christi fecit in animabus patrum, nam statim abiecta est carentia diuinæ uisionis. Ac per hoc dato, quod possit colorari descēsus ad infernum per effectum, quia in principio attigit infernum spiritualem in partibus, qui est carentia diuinæ uisionis, ut terminum a quo: non potest tamen colorari, quod triduo fuerit in inferno spirituali, nec quod cum resurrexit ascēdit ab inferis. Præterea, quod spectando ad effectum mortis Christi mediante anima, non posset solū dici, quod Christus descendit in inferos, sed etiam quod ascendit in cœlum, & qđ ad multa alia loca fuerit in quibus triduo illo meritum animæ Christi effectum habuit: nam ad cœlum spirituale, iuit, benedicendo latronem, & alios ad Hierusalem iuit, contritionem, & spem discipulis dando, & sic de aliis, quæ possent fingi. Ex quibus, & communi ecclesiæ, ac Doctorum sensu, dicta positio non pro opinione, sed pro errore habenda est, Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium respondendo obiectis dicitur ad primum, quod licet in communi loquendo de animabus separatis, nō possit separata anima operari operationem, quæ est uere motus in corpore seu loco aliquo ad specialem tamen ordinem diuinæ prædestinationis, & prouidentiæ pertinentis ad id genus descendendo possunt animæ separatæ agere, & pati in corporibus, & locis secundum idem genus motus, quo moueri dicuntur angeli. Et ad specialissima descendendo, cum anima Christi fuerit a principio suæ creationis super omnes angelos, & potuerit in omnes mutationes tam naturales, quām miraculosas, ut superius patuit, nunc obiicitur in potentia animarum separatarum respectu alieni corporis, cum de anima Christi est sermo.

¶ Ad primum autem secundo loco adductum, dicitur, quod motum angeli esse per effectum, & non per motum in ipso existentem potest dupliciter intelligi. Primō, quod solus effectus migret, aut quasi migret de loco ad locum, & iuxta hunc sensum procedit argumentum, sed falsum assumit, quoniam non solus effectus, sed etiam angelus ipse migrat de loco ad locum. Alio modo intelligitur, quod in angelo non est subiectiue motus localis, de quo in Physicis tractatur, sed ratione effectus, id est uirtualis contactus mouetur, & cætera: uerum dicitur, sed non infert, ergo per solum effectum est in loco, nisi tamquam ratione essendi in loco: ita quod sicut corpus ratione quantitatis est in loco circumscriptiue, & tamen ipsum corpus circumscribitur loco, ita angelus, seu anima ratione contactus uirtualis est in loco definitiue, & tamen ipsa substantia animæ, seu angeli definitur loco, ita quod est ibi, & non alibi. Et sic anima Christi licet ratione contactus uirtualis fuerit in loco inferni, ipsa tamen substantia eius ita erat ibi, s. in loco inferni, ubi erant, & animæ sanctorum Patrum, quod non alibi.

¶ Ad secundum dicitur, falsum esse, quod in instanti mortis Christi non potuerit anima Christi esse in limbo Patrum præsentialiter, quoniam non inconueniens, quod in toto tempore præcedenti instans mortis, quod est primum non esse humanitatis compositæ ex anima, & corpore, animam Christi fuisse in corpore, & in illo instanti fuisse in inferno, ita quod terminus a quo, scilicet esse in corpore, seu recessus a corpore non mensuratur instanti, sed tempore immediate præcedenti, & accessus ad terminum ad quem mensuratur instanti, quia in eo idem est fieri, & factum esse; Et de his diffuse dictum est in primo libro, cum de motu angelorum tractaretur.

¶ Ad tertium dicitur, quod similitudo de paradiso, & inferno, nihil ualet in proposito, quoniam constat paradisum metaphorice sumi, cum dictum est, Hodie mecum eris in paradiso: nam paradisus proprie significat hortum, seu delitias: quorum neutrum potest ibi proprie intelligi, sed tantum metaphorice: infernus autem proprie sumitur, secundum consuetudinem scripturæ, iuxta illud Genes. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum, & ad Eph. 4. Descendit primum ad inferiores partes terræ, glossa, ad inferos. Hæc de tertio.

Cap. 3. dist. 21. q. 1. a. 4. & 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus fuerit totus in inferno.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit totus in inferno. Corpus enim Christi est pars eius, sed corpus Christi non fuit in inferno. ergo totus Christus non fuit in inferno.

¶ 2 Præt. Nihil cuius partes ab inuicem separatæ sunt, potest dici totum. sed corpus, & anima, quæ sunt partes humanæ naturæ, fuerunt ab inuicem separata post mortem, ut supra dictum est.* Descendit autē ad infernum mortuus existens. non ergo potuit esse totus in inferno.

¶ 3 Præt. Illud totum dicitur esse in aliquo loco, cuius nihil est extra locum illum, sed aliquid Christi erat extra infernum, quia & corpus erat in sepulchro, & diuinitas ubique. ergo Christ. nō fuit totus in inferno.

SED CONTRA est, quod Augustinus * dicit in libro de Symbolo, totus Filius apud Patrem, totus in cœlo, totus in terra, totus in utero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quo latronem introduxit. *lib. 3. c. 7. cir. princ. to. 9.

RESPON. Dicendum, quod sicut patet ex his, quæ in prima * parte dicta sunt, masculinum genus refertur ad hypostasim, uel personam, neutrum autem genus pertinet ad naturam, In morte autem Christi, licet anima fuerit separata a corpore, neutrum tamen fuit separatum aper- *1. p. q. 31. art. 2. ad 4. arg.

SVPER Q. LII. ART. III.

286 *Opusc. 3. c. 256. CONCL. Totus Christus fuit in inferno, & similiter totus fuit in sepulchro, & totus tunc fuit ubique.

¶ PROB. Quia ly totus, importat personam (ut patet 1. q. 31. art. 2. ad 4.) tota psona Christi fuit in inferno, ratione animæ sibi unitæ (ut patet q. 50. ar. 3.) Secunda autem scilicet & similiter, &c. probatur. Quia tota persona fuit in sepulchro, per corpus *q. 50. a. 4. sibi unitum, q. 50. art. 2. Tertia uero pars, scilicet, & totus, &c. probatur. Quia tota persona Christi, etiam tunc erat ubique ratione naturæ diuinæ (ut patet 1. q. 8. ar. 3.

Primum

1m de maiori. Pars eius. ℞. Idest humanitatis eius. §. Tūc nihil, &c. Ad hoc enim quod totus ipse Christus fuerit in inferno sufficit, quod corpus non fuerit pars diuinæ personæ, quæ ibi dicebatur fuisse tota.

2m illatio cōcl. Non ergo potuit, &c. ℞. Negatur illatio. §. Debet enim secundum verum sensum præmissarum, inferri sic: Non ergo potuit esse totum, idest secūdum totum, in inferno. Et quare nō potuit? Quia partes humanitatis Christi, scilicet anima & corpus, erant separatæ ab inuicem. Ex anima autem & corpore unitis, &c. ut in tex.

*q. 50. a. 2. ad 4. & 4.

3m maior. Illud totū dicitur esse in loco, cuius nihil est extra locū illum. ℞. Si illud sit corporaliter, & circumscriptiuè in loco. §. Tunc nihil, & cætera. Nam hoc, scilicet in circumscriptiuè in loco, nec habet, nec habere potest, locum in Deo, idest nec verificatur, nec verificari potest, de Deo (ut arguentum putare se innuit). Persona ergo Christi, cum sit Deus, secūdū quam Christus uerè dicitur fuisse totus in inferno, est tota in quolibet loco, sed non totaliter: quia nullo, & cæt. ut in tex. Ex quo patet ad maiorem, quod totum uere dicimus fuisse Christum in loco illo inferni, licet aliquid humanitatis Christi, puta corpus, fuerit extra locum illum. Christus ergo ubique (ut in art. concl.) totus, non autem ubique secundum totum.

à persona filii Dei, vt supra dictum est. * & ideo in illo triduo mortis Christi dicendum est, quod totus Christus fuit in sepulchro: quia tota persona fuit ibi per corpus sibi vnitum, & similiter totus fuit in inferno, quia tota persona Christi fuit ibi ratione animæ sibi unitæ. totus etiā Christus tunc erat ubique, ratione diuinæ naturæ.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus quod tunc erat in sepulchro, non est pars personæ increatæ, sed naturæ assumptæ, & ideo per hoc quod corpus Christi non fuit in inferno, non excluditur, quin totus Christus fuerit, sed ostenditur, quod non fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam.

Ad secundum dicendum, quod ex anima, & corpore vnitis, constituitur totalitas humanæ naturæ, nō autem totalitas diuinæ personæ: & ideo soluta unione animæ, & corporis per mortem, remansit totus Christus, sed non remansit humana natura in sua totalitate.

Ad tertium dicendum, quod persona Christi est tota in quolibet loco: sed non totaliter, quia nullo loco circumscribitur: sed nec omnia loca simul accepta, eius immensitatem compræhendere possunt. quinimmo ipse sua immensitate omnia compræhendit. Hoc autem locum habet in his, quæ corporaliter & circumscriptiuè sunt in loco, quod si totum sit alicubi, nihil eius sit extra, sed hoc in Deo locum nō habet. vnde Aug. * dicit in serm. de Symbolo, non per diuersa tempora, vel loca dicimus ubiq; Christū esse totum, ut modo ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed ut semper ubique sit totus.

AP-

APPENDIX.

Ex articulo habes; primo quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à scripturis, & Augustino, quod Christus fuit totus in inferno, & in sepulchro. A D. Augustino quidem, ut in argum. contr. A scripturis vero per hoc, quod personā in Christo ponunt esse Deum. Vt Io. 8. Principium, quod & loquor nobis. Ex eo enim quod interrogantibus Iudæis de persona dicendo, Tu quis es? respōdit Christus, se esse principium, patet sapientibus omnibus, quod psona Christi est Deus. Nō enim persona creata est principium, sed est principiatum, & duplici quidem ratione creatū, scilicet quia est quid creatum, tum quia ex coniūctione animæ, & corporis tamquā ab ipsa causata profluit. Ex eo aūt, quod persona Christi est Deus, patet, quod ipse est totus in omni loco. Est enim simplicissim°, Deus, 1. q. 3. ar. 7. & omnino indiuisibilis, 1. q. 6. 11. art. 4. Consequenter ergo ubicumque est, totus est. Cum igitur ponatur fuisse in inferno Christus, & in sepulchro, & ly totus, dicat personam, sicut & ly quis, 1. q. 31. art. 2. ad ult. patet, quod secundum Euangelium, Christus fuit ibi totus, etiam quod esset mortuus. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præcius Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* lib. 3 c. 7. in med. to. 9.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus sicut sonat intelligitur.

¶ In corpore una est conclusio: Habens multas partes, s. in illo triduo Christus fuit totus in sepulchro, in inferno, & ubiq; probatur, In morte Christi licet anima fuerit separata a corpore, neutrū tñ fuit separatum a persona filii Dei: ergo Christus totus, &c. Probatur cōsequentia, quia masculinū genus refertur ad personā, neutrum autem ad naturam. Clara sunt omnia in litera.

Medina ar. 4.

SVP. QVAES. LII.

Art. IIII.

289

Concl. Tamdiu animam Christi credendum est fuisse in inferno; quamdiu corpus eius mansit in sepulchro.

3. d. 22. q. 2. ar. 1. q. 4. Et op. 60. c. 21. circa fi.

¶ Prob. Quia Christus voluit, corpus suum poni in sepulchro eadem ratione, qua animam esse in inferno (ut scilicet nostras pœnas in se susciperet,) & ubi est eadem ratio facti, conuenit esse idem factum (stando, scilicet in proposito, supplendo, atque applicando.)

* in ser. 2. de Resurr. qui est in ordi. 137. de tempus a med. illius, to. 10.

1m de maiori. Vt ex eo homines liberaret. ℞. Et ut in eo loco cum illis usque ad resurrectionem maneret. §. Vt habetur ex text. & corpo. Tunc nihil, &c. ut patet.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus aliquam moram traxerit in inferno.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus nullam moram traxerit in inferno. Christus enim ad hoc in infernum descendit, ut ex eo homines liberaret: sed hoc statim ab eo factum est in ipso suo descensu: facile enim est in conspectu Dei, subito honestare pauperem, ut dicitur Eccle. 11. ergo uidetur, quod nullam moram in inferno traxerit.

¶ 2 Præt. Aug. * dicit in sermone, de Resurrectione, quod sine aliqua mora, ad imperium Domini, ac Saluatoris, omnes ferrei confracti sunt nectes, unde ex persona angelorum concomitantium Christū dicitur, Tollite portas principes uestras. Ad hoc autem Christus illuc descendit, ut uectes inferni confringeret. ergo Christus in inferno nullam moram traxit.

¶ 3 Præt. Luc. 23. dicitur, quod Dominus in cruce pendens, dixit latroni, Hodie mecum eris in Paradiso. Ex quo patet, quod eodem die Christus fuit in Paradiso, non autem secundum corpus, quod positum fuit in sepulchro. ergo secundum animam, quæ ad infernum descenderat: & ita uidetur, quod non traxerit moram in inferno.

Sed contra est, quod Petrus dicit Act. secundo. Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. ergo uidetur, quod usque ad horam resurrectionis manserit in inferno.

Respon. Dicendum, quod sicut Christus, ut nostras pœnas in se susciperet, uoluit corpus suum in sepulchro poni, ita etiam uoluit animam suam ad infernum descendere. Corpus autem eius mansit in sepulchro per diem integrum, & duas noctes, ad comprobandum veritatem mortis suæ. Vnde etiam tantumdem credendū est, animam eius fuisse in inferno, ut simul anima eius educeretur de inferno, & corpus de sepulchro.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus statim ad infernum descendens, sanctos ibi existentes liberauit, non quidem educendo eos de loco inferni, sed in ipso inferno, eos luce gloriæ illustrando. Et tamen conueniens fuit

Secun-

2m de minori. Vt vectes inferni confringeret. R. Et ut ibi cum sanctis Patribus triduo maneret. §. Scilicet in anima etiam. Nam cum gloriosa suæ diuinitatis uisione numquam post descensum ab eis recessit. Tunc &c. vt patet.

3m ex Luc. 23. Eris in Paradiso. R. Spirituali. §. Tunc nihil, &c. Nam, Christo manente in loco inferni, erat ibi Paradisus spiritualis, ut declaratur in tex. Vnde ex ly mecum eris in Paradiso, non potest inferri quod minori tempore fuerit cum anima in inferno.

fuit, ut tamdiu anima eius remaneret in inferno, quamdiu corpus manebat in sepulchro.

Ad secvndvm dicendum, quod uectes inferni dicuntur impedimenta, quibus sancti Patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis, quos Christus, statim descendens ad inferos, virtute suæ passionis, & mortis confregit. Et tamen noluit in inferno aliquamdiu remanere propter rationem prædictam.

Ad tertivm dicendum, quod illud verbum Domini, est intelligendum non de Paradiso terrestri corporeo, sed de Paradiso spirituali: in quo esse dicuntur, quicumque diuina gloria perfruuntur. Vnde Latro loco quidem cum Christo ad infernum descendit, ut cum Christo esset, quia dictum est ei, * Mecum eris in Paradiso, sed præmio in Paradiso fuit, quia ibi diuinitate Christi fruebatur, sicut, & alii sancti. * Luc. 23.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S.Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a scripturis, & a Symbolo fidei, quod anima Christi mansit triduum in inferno. A scripturis quidem, vt Actu 2. secundum quod est in argumen. contr. Vbi non sit principaliter in proposito vis in ly solutis doloribus inferni, cū isti statim descēdente Christo soluti fuerint. articulo secundo, ad secundum. Sed vis in ly suscitauit. Ac si dicat Petrus. Christus, solutis doloribus inferni, remansit secundum animam in loco illo, quousque Deus suscitauit eum. Id qđ (vt patet) est, animam triduo fuisse in limbo SS. Patrū, qui per synecdochen expleto, quæstio. 51. art. 4. ipsa inde realiter discedens vnitæ diuinitatis virtute ad reassumendum corpus accessit, & sic tunc primum Deus Christum suscitauit. Et hæc est illa pœna, triduana, scilicet quam animam Christi propter nos suscepisse dicebat textus corpor. in princ. non quod ibi passa sit aliquem dolorem uel tristitiam (Absit), cum Christus secundum animā esset tunc inter mortuos liber, ps. 87. sed quod ibi, qui locus talis est, existebat. Quamuis ergo ipsa & esset læta, & lætificaret alios, compassione tamē loci ad locatū, dicitur pœnam hanc, scilicet triduo in loco tam uili manere, suscepisse pro nobis. Nihil enim prohibet; animam dici sic suscepisse pœnā sine ullo sensu doloris, quandoquidē & corpus per hoc, quod iacuit in sepulchro nostrā pœnam suscepit sine ullo sensu doloris. Insinuatur autē ipsum a Symbolo fidei per ly sepultus, Descendit ad inferos, Tertia die resurrexit. Ex ordine si quidē isto innui vr, quod sepultus mansit, quousq; resurrexit, & quod apud inferos, quo descēderat fuit, quādiu sepultus iacuit, ut pariter. i. æquali tempore, aīa & corpus ad resurrectionē uenirēt. Adde quod in benedictione cerei Paschalis quasi hoc apertius exponendo, dicitur ly ille, qui regressus ab inferis, humano generi serenus illuxit. Hoc est. Tunc ille lucifer, scilicet Christus est regressus ab inferis secundum animam, quando resurrexit, & hominibus apparuit. Alioquin, si anima ibi triduo illo non mansisset; non tunc, quando surrexit, regrederetur ab inferis, sed antea diceretur esse inde regressa. Secundò, uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulos clarus.

¶ In corpore unica conclusio: Credendum est, animā Christi fuisse in inferno quamdiu corpus eius fuit in sepulchro. Probatur ex proportionali similitudine, quia utrumque effecit, scilicet descensum ad inferos, & positionem corporis in sepulchro, ut nostras in se pœnas susciperet, ex hoc enim conuenientissime sequitur, ut ambæ simul terminentur pœnæ.

¶ Aduerte hic, quod pœnalitates Christi usque ad resurrectionem eius durauerunt. ut manifeste patet de pœna separationis animæ a corpore: hanc enim constat sustinuisse Christum, vsque ad resurrectionem suam. Vnde conuenientissime Auctor ex duratione pœnalitatis quam in corpore suscepit sepulcro, arguit æqualem durationem pœnalitatis susceptæ in anima ex uilitate loci inferni.

¶ Cum autem audis pœnalitates Christi in resurrectione sua terminatas, intellige de pœnis intrinsecis, hoc est ipsum Christum afficientibus, & non pœnis externis. Hæ enim non sunt in illius resurrectione terminatæ: nam usque ad consummationem sæculi, infamiæ pœnam in mentibus hominum non paucorum dignatus sufferre, dū a magna orbis terrarū parte hr purus homo, cum tamen sibi debeatur, ut in eius nomine omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et sicut ceteras pœnas suscepit sponte propter nostram salutem, ita, & hanc mira dispensatione sustinet, non solum ut suauiter disponatur regimen, ac salus hominum, sed ut suauissimo exemplo abstrahantur a tam communi appetitu futuræ nostræ memoriæ, seu immortalitatis famæ. Nam ex eo quod Christus ingens vsque ad consummationē sæculi, vult sustinere infamiam, & haberi seductor &c. exemplum dedit nobis despiciendi huiusmodi immortalitatem famæ, & debemus caput nostrum in hoc sicut & in ceteris, imitari, si membra esse illius cupimus.

Capr. 3. d. 33. q. 1. con. 1. Medina ar. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus descendens ad inferos, SS. Patres inde liberauerit.

SVPER Q. LII. ART. V.

190

4. d. 22. q. 2. a. 2. q. 1. Et op. 3. c. 242. † est ep. 99. declinādo ad med. illius, to. 2. COncl. Descendēs ad inferos Christ⁹ SS. Patres ab inferis liberauit.

¶ Prob. Quia Christus descēsu tali sanctis Patribus uirtutem suæ passionis applicauit, ar. 1. ad secundum, in hoc; quod eos absoluit a reatu peccati originalis, quo impediebantur videre diuinam essentiā (ut patet ex Zachar. 9. simulque Colos. 1. addita glossa.)

*alias beneficam.

Primum

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quod Christus descendens ad inferos, sanctos Patres inde nō liberauerit. Dicit enim Augusti. in epist. ad Euodium, † Illis iustis, qui in sinu erant Abrahæ, cum Christus in inferna descenderet, nō dum quid contulisset inueni, a quibus eum secundum * beatificā præsentiam suæ diuinitatis, numquam video recessisse. Multum autem eis contulisset, si eos ab inferis liberasset. non ergo uidetur quod Christus sanctos Patres ab inferis liberauerit.

¶ 2 Præt. Nullus in inferno detinetur, nisi propter peccatum, sed SS. Patres dum adhuc uiuerent, per fidē Christi iustificati fuerant a peccato. ergo non indigebāt liberari ab inferno, Christo ad inferos descēdēte.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus, sed causa descendendi ad inferos est peccatum, quod fuit remotum per passionem Christi, ut supra dictum est. * non ergò per descensum Christi ad inferos, sancti Patres sunt de inferno educti. * q. 50. a. 6.

Sed contra est, quod Aug. * dicit in sermo. de Resurrectione, quod Christus quando ad inferos descendit portam inferni, & uectes confregit, & omnes iustos, qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit. * In ser. 1. de Resur. quæst. 1. est 137. in ord. post med. to. 10.

Resp. Dicendum, quod (sicut sup. dictum est *) Christus descendens ad inferos, operatus est in uirtute suæ passionis; Per passionem autem Christi liberatum est genus humanū nun solum a peccato, sed etiam à reatu pœnæ, ut sup. dictū est. * duplicitet autem homines reatu pœnæ erant astricti. Vno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona cōmiserat. Alio modo, pro peccato totius humanæ naturæ, quod a primo parente in omnes originaliter deuenit, ut dicitur Roma. 5. cuius quidem peccati pœna est mors corporalis, & exclusio a uita gloriæ (ut patet ex his, quæ dicuntur Gen. 2. & 3.) nam Deus hominem de paradiso post peccatum eiecit, cui ante peccatum mortem fuerat comminatus, si peccaret. & ideo Christus descendens ad inferos, uirtute suæ passionis ab hoc reatu sanctos absoluit, quo erant a uita gloriæ exclusi, ut possent Deum per essentiam uidere, in quo consistit perfecta hominis beatitudo, ut * art. præc. ad 2. arg. * q. 49. ar. 1 & q. 50. ar. 6.

1m de conclusione. Liberauerit. R. Pœnarum sensus. §. Sic enim conclusionē hanc glossandam esse, demonstrat verus sensus præmissarum ex Augustino in textu declaratus. Tunc nihil, &c. Articuli enim conclusio loquitur de liberatione in alio sensu, scilicet a dilatione gloriæ in re habēdæ. Hanc si quidem gloriam sic, id est in re, numquam prius habuerant, sed tunc primum in descensu Christi ad inferos ab eius spe ad eius realitatem transierunt.

*p.2.q.5.3. ar.8.

2m de maiori. Nisi propter peccatum. R. Vel propter reatum peccati. §. Tunc nihil, &c. Nam sancti Patres, dum adhuc viuerent, &c. ut in tex. Ex quo patet, quod reatus uel est peccati actualis venialis, vel peccati actualis mortalis, uel peccati originalis.

*glo. inter. & ordi. simul.

3m de minori. Causa descendendi (scilicet quod Christus descenderet) ad inferos est peccatum. R. Negatur. §. Nam uera causa descendēdi, id est quod Christus descenderet, ad inferos est alia, scilicet exhibere illis sāctis fructum passionis ipsius Christi. Cæterum ex ultimis textus verbis agnosce, quod propter illos sanctos nō tantum illuc descēdit Christus, sed etiam ibi triduo remansit. Vt dicamus vniuersaliter: Christū, etiam mortuum, omnia fecisse propter seruos suos: seu propter nos, ut perfecte essemus serui sui.

† loco citato in argu. *est epi.99 ante med. to.2.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. & Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & Augustino, quod Christus descendens ad inferos liberauit indè sanctos Patres. A Diuo Augustino quidem, ut in argumento contr. Pro quo diffusius intelligendo, vide articulo secundo, append. A scripturis uerò in figura, quam impleri oportuit, de Ioseph Genes. 40. per hoc, quod ibi narratur, ipsum sine culpa sua incarceratum lætificasse pincernam regis Pharaonis inibi prius in carcere positum. Dedit quippe illi bonum nuncium de ipsius saluté: & restitutione ad pristinū officium, quo in conspectu Regis astabat. A figuris enim ad figurata licere efficaciter argumentari, docuit facto suo, scilicet sacerdotum antiquorum figura utens ad sacerdotes legis nouæ, Concilium Hispalense secundo, cuius doctrinam circa huiusmodi videre potes in Veritatibus Aureis super legem ueterem, Leuitic. octauo, conclusione secunda. Ioseph igitur (ut breuiter figuram applicemus) innocenter incarceratus figurat Saluatorem Christum ad carcerem Sanctorum Patrum, non ex culpa, tamen propria, descendentem. Ioseph ibi lætificat seruum Regis dando ipsi bonum nuncium de pristina salutis prosperitate. Christus lætificat sancti Patres, ueros utique seruos summi Regis, dando eis claritatem uisionis eternæ, qua in cōspectu Dei facialiter nisi astātes perseuerentin eternū. Semper. n. figuratū præeminet figuræ, & ideo illud bonum nunciū Ioseph figurabat istud admodū excellentius datum Patrib. a Christo. Secundò vides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina &c.

*alias beneficam.

do, vt in secunda parte dictum est. * Per hoc autem sancti Patres detinebantur in inferno, quod eis ad uitā gloriæ, propter peccatum primi parentis, aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos, sanctos Patres ab inferis liberauit. Et hoc est q̄ dr̄ Zacha. 9. Tu uero in sanguine testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Coloss. 2. dicitur, quod expolians principatus, & potestates, scilicet infernales, auferendo Abrahaam, Isaac, & Iacob, & cæteros iustos, traduxit eos, id est longe ab hoc regno tenebrarum, ad cœlum duxit, ut gloss. * ibidem dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod August. † ibi loquitur contra quosdam, qui æstimabant antiquos iustos ante aduentum Christi, in inferno doloribus pœnarum fuisse subiectos. Vnde parum ante verba inducta præmittit dicens: Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, ut dominus eum in infernum venisset, a doloribus soluerentur, sed quonam modo intelligatur Abraham, in cuius sinum etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video, & ideo cū postea subdit, se nondum inuenisse quid descensus Christi ad inferos, antiquis iustis contulerit, intelligendum est quantum ad absolutionem a doloribus pœnarum: contulit tamen eis quātum ad adeptionem gloriæ, & per consequens soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione glorię. Ex cuius tamen spe, magnum gaudium habebant secundum illud Io. 8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & ideo subdit; *A quibus eum secundum beatificam præsentiam suæ diuinitatis, numquam video recessisse, inquantum, scilicet antea aduentū Christi erant beati in spe, licet nōdum essent perfecte beati in re.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sancti Patres dum adhuc uiuerent, liberati fuerunt per fidem Christi ab omni peccato tam originali, quā actuali, & a reatu pęnæ actualium peccatorum, non tamen a reatu pęnæ originalis peccati, per quem excludebantur a gloria, nondum soluto pretio redemptionis humanæ, sicut etiam nunc fideles Christi liberantur per baptismum a reatu actualium peccatorum, & à reatu originalis quantum ad exclusionē à gloria: remanent tamen adhuc obligati reatu originalis peccati, quantum ad necessitatem corporaliter moriēdi, quia renouantur secundum spiritum, sed nondum secundum carnem, secundum illud Roma. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem.

AD TERTIVM dicēdum, quod statim Christo mortem patiente, anima eius ad infernū descēdit, & suę passionis fructū exhibuit sanctis in inferno detentis, quāuis ex loco illo non exierint, Christo apud inferos commorante: quia ipsa Christi præsentia pertinebat ad cumulū glorię.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut sonat.

¶ In corpore una conclusio: Christus descendens ad inferos, SS. Patres inde liberauit. Probatur: Per passionem Christi liberatum est genus humanū non solum à peccato, sed ab omni reatu utriusq; pęnæ, s. pro peccato actuali, & pro peccato originali, ergo Christus descendens ad inferos, absoluit sanctos a reatu, quo erant a uita gloriæ exclusi. ergo descendens ad inferos SS. Patres inde liberauit. Prima consequentia probatur, ex parte ipsius descēsus, quia Christus descendens ad inferos operatus est uirtute suæ passionis, ex parte uero pęnę, q. a pęna originalis peccati erat mors corporalis, & exclusio à vita glorię, ut patet ex his, quæ habentur Gen 2. & 3. Consequentia autem secunda probatur, quia per hoc sancti Patres retinebantur in inferno, quod eis ad uitam gloriæ aditus non patebat propter peccatum primi parentis. Et confirmatur conclusio auctoritatibus Zachar. & Apostoli.

¶ Aduertē hic, quod Auctor mystica vtitur expositione circa exclusionem hominis a Paradiso, dum electionem Adæ à terrestri Paradiso significare intelligit exclusionem hominis a spirituali Paradiso cœlesti.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod cum hoc, quod sancti Patres in limbo immunes essent a pena sensus, stat dolor, seu afflictio ex spe dilata, quia huiusmodi dolor spectat ad pœnam damni, contra quam diuiditur pœna sensus, ita quod cum negatur ab eis pœna sensus, intelligitur de pęna sensus distincta contra pœnam damni, & per se concomitantia illam. Nec est mirum, quietem sanctorum Patrum inquietudinem hanc habuisse admistam, cum sanctorum animæ in patria cęlesti, non nihil inquietudinis habeant, qua suspirant ad corporum resurrectionem: ita ut dictum sit illis. Sustinere adhuc modicum tempus, donec adimpleatur numerus fratrum uestrorum. Apoc. 6. utrorumq; fidem inquietudo, imperfectionis cuiusdam in eis existentis testis est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit, dicitur enim Isa. 24. Congregabuntur congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies vi-

Medina ar. 6.

SVPER Q. LII. ART. VI.

292 3. d. 22.q. 2. ar. 2. q. 2. Et opul. 3. c. 242.

COncl. Descensus Christi ad inferos non contulit damnatis liberationē a reatu pœnæ infernalis.

¶ PROB. Quia descēsus Christi ad inferos illis solis liberationis obtulit fructum, qui fue-

runt passioni ipsius per fidem charitate formatam coniuncti (cum Christus descendens ad inferos operatus sit in virtute passionis suæ, articulo 1. 4. 5.) & nullus damnatorum coniunctus fuit per fidem charitate formatam passioni Christi (cum essent uel omnino infideles, uel saltem in peccato mortali.)

1m de conclusione. Quod ad eorum liberationem uidetur pertinere. ℞. Negatur. §. Nam talis uisitatio, de qua Isa. 24. loquitur, pertinet ad confutationem, & confusionem damnatorum: licet aliqui nō damnati à Christo uisitati sint in bonum, ut sancti Patres, ar. 5. *gl.interli. ibi.

2m minor. Soli damnati includuntur carceribus absque misericordia. ℞. Negatur, si ly absque misericordia, exponatur sic, idest absque refrigerio perfectæ libertatis. §. Nam sancti Patres etiam sic includebantur carceribus absque misericordia. Ex eo igitur, quod malè intelligebatur sensus glossæ in ly nulla misericordia, processit error argumenti.

3m illatio conclusionis. Ergo etiā in inferno, & cætera. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis fallaciam secundum non causam, ut causam, coercentibus. Non fuit si quidem (quod tamen fuisse putauit argumētum) propter Christi impotentiam, quod nō sunt, &c. ut in tex.

*gl.interli. ibi.

*ar.præc.

sitabuntur. Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cœli adorauerant. ergo uidetur quod etiam damnati, Christo descendente ad inferos, sint uisitati: quod ad eorum liberationem uidetur pertinere.

¶ 2 Præt. Super illud Zachar. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui, eduxisti uinctos de lacu, in quo non erat aqua, dicit gloss. * Tu eos liberasti, qui tenebantur uincti carceribus, ubi nulla misericordia eos refrigerabat, quam diues ille petebat: sed soli damnati includuntur carceribus absque misericordia. ergo Christus liberauit aliquos de inferno damnatorum.

¶ 3 Præt. Potentia Christi non fuit minor in inferno, quam in hoc mundo, utrobique enim operatus est per potentiam suæ diuinitatis, sed in hoc mundo, de quolibet statu aliquos liberauit. ergo etiam in inferno liberauit aliquos etiam de statu damnatorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Oseæ 13. Ero mors tua ô mors morsus tuus ero inferne, glo.* Electos educendo, reprobos ibidem relinquendo, sed soli reprobi sunt in inferno damnati. ergo per descensum Christi ad inferos, non sunt aliqui de inferno damnatorum liberati.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) Christus descendens ad inferos, operatus est in uirtute suæ passionis, & ideo eius descensus ad inferos, illis solis liberationis contulit fructum, qui fuerunt passioni Christi coniuncti per fidem charitate formatam, per quam peccata tolluntur. Illi autem, qui erant in inferno dānatorum, aut penitus fidem passionis Christi non habuerant, sicut infideles, aut si fidem habuerant, nullam conformitatem habebant ad charitatem Christi patientis. unde nec a peccatis suis erant mundati. Et propter hoc descensus Christi ad inferos non contulit eis liberationem a reatu pœnæ infernalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christo descendente ad inferos, omnes, qui erant in quacumque parte inferni, sunt aliqualiter uisitati, sed quidam ad suā consolationem, & liberationem, quidam autem ad suam confutationem, & confusionem, sicut damnati. unde ibidem subditur, Et erubescet luna, & confundetur sol, &c. Potest etiam hoc referri ad uisitationem, qua uisitabuntur in die iudicii, non ut liberentur, sed ut amplius condemnentur, secundum illud Sophoniæ 1. visitabo super uiros defixos in fęcibus suis.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum dicitur in gloss. * in nulla misericordia eos refrigerabat, intelligendum est quantum ad refrigerium perfectæ liberationis, quia sancti patres ab illis inferni carceribus ante Christi aduentum non poterant liberari.

AD TERTIVM dicendum, quod non fuit propter Christi impotentiam, quod non sunt aliqui liberati de quolibet statu infernalium, sicut de quolibet statu mundanorum, sed propter diuersam utrorūque conditionem. Nam homines quamdiu uiuunt, possunt ad finem & charitatem conuerti, quia in hac uita non sunt homines confirmati in bono, uel malo, sicut post exitum ab hac uita.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S.Dei.

EX articulo habes; primo quomodo per rationē interimas, hæresim, quam recenset Diuus Augustinus sine authore, & quidam alii attribuunt Armenis, dicentem, quod Christus descendens ad inferos eduxit omnes animas inde. Et loquuntur de damnatis etiam: quoniam si sic non intelligeretur positio hæc, a Diuo August. nō reputaretur hæresis. Pro hæresi enim ideo habetur ab ipso, & à tota ecclesia: quoniam pœnam damnatorum esse perpetuum, testantur omnes sacræ literæ (ut nunc patebit); id quod falsum esset, si positio illa staret. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, meritò illam hæresim damnari ab Oseæ duodecimo, cum eius uero sensu a glossa adducto in argument. contr. Item a Genes. quadragesimo, per hoc, quod Ioseph innocenter

2

ter incarceratus (figura utique Christi ad inferos descendentis, articulo quinto, appendi.) non tantum nullum bonum nuncium dedit pistori ibi incluso, sed malum nuncium mortis uiolentæ eidem attulit. Quod sane figurat, Christum descensu suo illo non tantum nullum damnatum liberasse, sed damnatos eosdem de eorum peccatis confutasse, articulo secundo. Valet autem argumentum a figura ad figuratū, ut ex Concilio Hispalensi docetur, articulo quinto, appendi. Item ab omnibus scripturis dicentibus pœnam damnatorum esse æternam: quoniam per hoc nullam inde liberationem umquam futurum esse statuunt (ut clare patet). Dicitur ergo ab ecclesia, quod a Iob decimo, desumitur; In inferno nulla est redemptio. Item per hoc, quod de statu hominis morientis, uel in gratia, uel in peccato mortali; dicitur Ecclesiast. undecimo. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Scilicet in æternum. Item ab ipso Christo, qui licet descensurus esset ad inferos, nullum tamen excipit damnatum a perpetuitate pœnæ ibi existētis, immo ipse numquā esse finiendam affirmat sæpius Mar. 9. Si scandalizauerit te manus tua, & cætera, in ignē inextinguibilem, ubi uermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scādalizat te, & cętera; in gehennam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, & cætera. in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Item Matth. uigesimoquinto. Itē in ignem æternum, &c. Ibunt hi in supplicium æternum. Excepisset uero Christus aliquem de æternitate ista (ut ratio dictat) si inde descensu suo ad inferos aliquem liberaturum se proposuisset. Ex nulla ergo exceptione tali ab ipso data, constat; quod nullum damnatum inde liberaturus erat. Item de æternitate illius supplicii, seu ignis, & uermis, uide Ecclesiast. septimo, & Iob trigesimo, trigesimooctauo, & Iudith 16. & Apocal. undecimo, duodecimo, & Isa. vltimo. Tertiò uides: quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. 3

* posita in arg. 2.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Christus descendens ad inferos, nullum damnatum ab inferno liberauit. Probatur: Christus descendens ad inferos, operatus est in uirtute suæ passionis. ergo liberationis fructum illis solis contulit, qui passioni Christi fuerunt coniuncti per fidem charitate formatam. ergo damnatis non contulit liberationis fructum. Prima consequentia probatur: quia per illam tantum peccata tolluntur, secunda uerò quia damnati aut erant infideles, aut sine conformitate ad charitatem Christi patientis ac per hoc in peccatis suis.

Medina

Medina ar.7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum qui cum originali decesserant, fuerint a Christo liberati.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod pueri, qui cum originali decesserant fuerint p descensum Christi liberati ab inferno: non enim tenebantur in inferno, nisi pro peccato originali, sicut, & sancti patres, sed sancti patres sunt ab inferno liberati per Christum, vt supra dictum est.* ergo, & pueri similiter per Christum sunt ab inferno liberati.

¶ 2 Praet. Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit: sed propter peccatum primi parentis, pueri cũ originali peccato decedentes, in inferno detinentur. ergo multo magis per gratiam Christi sunt ab inferno liberati.

¶ 3 Praet. Sicut baptismus operatur in uirtute passionis Christi, ita, & descensus eius ad inferos, vt ex dictis patet.* sed pueri per baptismũ liberantur a peccato originali & ab inferno, ergo similiter liberati sunt per descensum Christi ad inferos.

SED CONTRA est, ꝙ Apostolus dicit Rom. 3. quod Deus proposuit Christum propitiatorem per fidem in sanguine eius: sed pueri qui cum solo peccato originali decesserant, nullo modo fuerãt participes fidei Christi. ergo non perceperũt fructum propitiationis Christi, vt per ipsum ab inferno liberarentur.

RESP. Dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est*) descensus Christi ad inferos, in illis solis effectum liberationis habuit, qui per fidẽ, & charitatem passioni Christi coniungebantur, in cuius virtute descensus Christi ad inferos liberatorius erat. Pueri autem qui cum originali decesserant, nullo modo fuerant coniuncti passioni Christi per fidem, & dilectionem: neque enim fidem ꝓpriam habere poterant, quia non habuerant vsum liberi arbitrii neque per fidem parentum, aut p aliquod fidei sacramentum fuerant a peccato originali mundati: & ideo descensus Christi ad inferos, huiusmodi pueros non liberauit ab inferno. Et praeterea sancti patres ab inferno sunt liberati, per hoc quod sunt ad gloriam diuinae uisionis admissi ad quam nullus potest peruenire, nisi per gratiam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna. Cum igitur pueri cum originali decedentes: gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sancti patres, etsi adhuc tenerentur astricti reatu originalis peccati, inquantum respicit humanam naturam, tamen liberati erãt per fidem Christi ab omni macula peccati, & ideo capaces erant illius liberationis, quam Christus attulit descendens ad inferos; sed hoc de pueris dici non potest, vt ex supradictis patet.*

AD SECVNDVM dicendum, quòd cum Apostolus dicit, quòd gratia Dei in plures abundauit, ly plures, non est accipiendum comparatiue: quasi plures numero sint saluati per gratia Christi, quàm damnati per peccatum Adae, sed absolute, ac si diceret ꝙ gratia vniꝰ Chri abũdauit ad multos: sed sicut peccatũ Adae peruenit ad multos: sed sicut peccatum Adae ad eos tantum peruenit, qui per seminalem rationem carnaliter ab eo descenderunt, ita gratia Christi ad illos tantum peruenit, qui spirituali generatione, eius membra sunt facti, quod non competit pueris decedentibus cum originali peccato.

AD TERTIVM dicendum, quòd baptismus adhibetur hominibus in hac uita, in qua homo potest transmutari de culpa in gratiam, sed descensus Christi ad inferos exhibitus fuit animabus post hanc vitam, vbi non sunt capaces transmutationis praedictae. & ideo per baptismum pueri liberantur à peccato originali, & ab inferno: non autem per descensum Christi ad inferos.

AR-

SVPER QVAEST. LII. ART. VII.

CONCL. Descensus Christi ad inferos non liberauit ab inferno pueros; qui in originali peccato decesserant.

¶ PRIMA. Quia pueri in originali peccato decedentes passioni Christi nullo modo cõiuncti erant, neque per

292 fidem (cum nec p pro-
3. d. 22. q. prium, nec per paren-
1. ar. 2. q. 3. tũ, nec per aliquod fi-
Et opusc. 3. dei sacramentum,) ne-
c. 242. que per gratiam (ut S. patres): & descensus Christi ad inferos in illis solis effectum liberationis habuit, qui per fidem atque charitatẽ passioni Christi coniungebantur (cum talis descensus in uirtute passionis esset causa liberationis. art. 2. ad secundum.

*ar. 4. huius q. ad 2.

¶ COROLL. Ergo ex ly neque per fidem parentum, patet ꝙ a damnatione damni perpetua non saluatur in nouo testamento puer, neque ab originali culpa mũdatur, per fidem parentum Christianorũ; nisi sacramentum fidei, idest baptismus puero illi actualiter adhibeatur. Ergo ex ly in cuius virtute desc. Chr. ad inf. cau. li. erat, patet: ꝙ causa particularis agit in uirtute causę uniuersalis, ar. 2. ad secũdum. & consequenter quod opera nostra non ualẽt ad nostrã salutem, nisi uirtute passionis Christi. Quisquis ergo etiã antiquorum per opera cordis, oris, uel facti exterioris, placuit Deo: non, nisi virtute passionis Christi, ei placuit.

*ar. 5. & 6. praeced.

1^m de maiori.

Sicut. R. Quantum ad reatum communẽ peccati originalis: non autem, quantum ad eius maculam, & reatum ꝑsonalem §. Hoc est. Similitudo illa inter sanctos patres, & pueros tenet in hoc; quod utrique erant sine visione diuina (id quod est reatus peccati originalis communis, idest respiciens naturam humanam): non autem tenet in hoc: quod utriq; essent in anima peccato illo maculati, & ob hoc puniti poena damni illa, scilicet qua non uiderent diuinam essentiam (id quod est originalis peccati macula, & reatus personalis eiusdem). Tunc nihil, &c. Nam sancti patres etsi tenerentur astricti, &c. vt in tex. Ex quo, ad maiorẽ declarationẽ terminorũ formalis rñsi, dic quod reatus peccati originalis dr communis; quando priuat hominem diuina uisione vsque ad tempus, quo actualiter solutum fuerit pretium satisfactorium secundum se ꝓ offensa illa totius generis humani. Reatus verò eiusdem peccati dicitur personalis: quando priuat hominem diuina visione pro semper, etiam post solutionem illam. Ratio huius est; quia in psona illa est macula originalis & ideo durante macula, quae semper in aeternum durabit, (cum in ea talis persona mortua sit) & priuatio illa durabit, & beneficij solutionis pretij numquam particeps erit) cum in quocumque loco ceciderit lignum, ibi sit, Ecclesiast. 11.) Ratio autẽ primi, s. circa reatum communem dicti, est: quia in homine illo nõ est macula originalis (cum in ea mortuus non sit); & ideo particeps iam factus solutionis fiendae per fidem, fiet eiusdem solutionis, cum primum facta fuerit, particeps per actualem priuationis illius remotionem (id quod est, soluto pretio actu, mox videre Deum).

*ar. prae.

2^m ex Rom. 5.

In plures. R. idest in multos. §. Cum. n. Apostolos dicit, quod &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ibid. a ly, sed sicut peccatũ Adae &c. vsque in fin.

3^m de maiori.

Ita. R. Quantum ad operari in virtute passionis Christi: non autem, quantum ad conditionem recipientium effectum passionis. §. Hoc est. Similitudo illa, quã tangit maior, tenet in hoc; quod vtrumque, scilicet baptismus; & descensus Christi ad inferos, operatur in uirtute passionis Christi: non autẽ tenet in hoc, quod homines recepturi effectum passionis p descensum Christi ad inferos sint eiusdem cõditionis cum hominib. recepturis effectum illum per baptismum. Tunc nihil, &c. vt patet. Nam transitur in argumento a conditione viuorum ad conditionem mortuorũ. Quẽ transitus, vt minus appareat discoopertꝰ, palliatur in propositione maiori per ly operatur i uirtute passionis Christi: quasi ꝙ accipias operari virtute passionis ipsius, tamquam causã discursus; cum tamen uera eiusdem causa sit alia, scilicet conditio hominum diuersa. Sic ergo simul cũ transitu illo facit fallaciam sm non causam, ut causã. Quod. n. in puero uiuo & mortuo non similiter operetur passio Christi, non est causa illud. s. ꝙ in descensu ad inferos ipsa sit sm se minoris uirtutis, ꝙ̃ baptismo (vt subintelligebat argumentum); sed causa diuersitatis eiusdem est hoc aliud, s. conditio viuorum, & mortuorum. Vide quid simile fallaciosum, art. 6. ad tertium.

*in cor. ar.

APPENDIX.

EX articul. habes primo: qũo per rõnem ostendas, meritò esse insinuatũ a scripturis, & concilio: quod descensu suo ad inferos Christus

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Christus non liberauit pueros sola originali macula ibi detentos. A scripturis quidem per hoc, quod dicitur Rom. 3. Secundum quod cum discursu ponitur in argum. contr. A Concilio autem Trid. per hoc, quod dicit sess. 6 cap. 3. Etsi Christus pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt; sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut reuera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti; cum ea propagatione per ipsum dum cõcipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, numquam iustificarentur; cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Hæc ibi. Quę facile est applicare ad propositum (vt patet considerãti): & inde clarè conspicere illud, quod in præsenti quæritur. Secundò habes: quomodo per rationem, & per nunc dicta, intermissam hæresim narratam in ar. 6. appen. Talium namque puerorum animæ inter damnatas, pœna tamen damni solum, computantur: vt patet extra de bapti. & eius effec. cap. Maiores. Tertio habes: quõ per rationem ostendas, ipsam hæresim meritò damnari & a dictis nunc, & a dictis in præmissi artic. 6. appendice. Vide igitur illic. Quartò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens, Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 2 3 4

Comm. Cardinalis Caietani,

TItulus clarus.

¶ In corpore vna est cõclusio dupliciter probata. Cõclusio est: Christus descendens ad inferos, non liberauit pueros, qui cũ peccato originali decesserant. Prima probatio est. Descẽsus Christi ad inferos, in solis illis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem coniuncti erant passioni Christi: sed pueri habentes peccatum originale, non erant sic coniuncti Christo: quia nec per propriam fidem, & charitatem, nec in fide parentum aut per aliquod fidei sacramentum purgati erant. ergo. Secunda probatio est, liberatio ab inferno, est admissio ad gloriam: sed pueri cum originali non potuerunt admitti ad gloriam. ergo. Maior manifestatur in liberatione sanctorum pàtrum. Minor probatur, quia nullus admittitur ad gloriam, nisi præhabuerit gratiam, ad Rom. 6. sed pueri tales non habebant gratiam. ergo.

¶ In responsione ad tertium perspice, quod Auctor semper firmat doctrinam suam super suam dispositione, qua Christus æterna sapientia disponens omnia suauiter: mutabilibus de malo in bonum hominibus in hac uita, baptismum omnium liberatorium instituit: immutabilibus autem hominibus uia descensum suum ad inferos non omnium liberatorium, sed eorum tãtum qui prius hoc meruerant applicauit.

Medina ar. 8.

SVPER Q. LII. ART. VIII.

293 CONCL. Illi, quod fuerunt tales, quales nũc sunt, qui in purgatorio detinẽt, nõ fuerunt a purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos. Si qui aũt inuenti sunt tales, quales ẽt nunc uirtute passionis Chri a purgatorio liberant; nihil phibet eos quàm descensum eius ad inferos fuisse a purgatorio liberatos.

3. dist. 21. q. 2. ar. 2. q. 4. Et op. 3. c. 242. * est epist. 69. in ord. epistolarũ nõ remote ab me. t. 2.

¶ PROB. Quia passio Christi nõ habuit tunc maiorẽ efficaciã, quàm habeat nunc (vt patet ex Hebr. 10.): & descẽsus Chri ad inferos operabaẽ in uirtute passionis eius (ut patet ex articulis supradictis.

*art. 6. huius q.

1^m de conclusione. Animas. B. Aliquas. §. Illas. s. quæ iam sufficiẽter purgatæ erant; vel ẽt quæ, dum adhuc in corporib. uiuerent, meruerunt per fidem, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Nam conclusio art. dicit; quod non oẽs animæ sunt a purgatorio tũc liberatæ: & ex illa authoritate Aug. non potest cõcludi contrarium; vt patet in tex.

*q. 79. ar. 2

* In lib. de vera & falsa pœnit. c. post me. to. 4.

2^m maior. Ipsa Chri præsentia non minorẽ effectũ habuit, quã sacramentũ ipsius. B. Habuit tñ alium modum operandi, quàm habeat in sacramẽto. §. Nã virtus Christi operaẽ in sacramentis per modũ &c. vt in tex. Tũc ni. &c. vt patet ibid. a ly sed erat satisfactoria in gñali, Cuius uirtutẽ, &c. vide ar. 2. ad 2. Ex his dic; quod ipsius descensus Chri ad inferos erat applicare per modum liberationis virtutẽ passionis suæ illis solũ; quiã pro psonalib. defectib. satisfecerant; vel ẽt ijs, qui dũ adhuc viuerent, meruerũt per fidem, &c. vt in tex respon. ad 1.

*li. 13. c. 20 circa fi.

3^m illatio conclusionis. Ergo ẽt liberauit eos, &c. B. Negaẽ illatio.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Christus suo descensu liberauerit animas a purgatorio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod Chr̃s suo descẽsu ad inferos, liberauerit aĩas a purgatorio. dicit. n. Augu. in epist. ad Euodiũ, * quia euidentia testimonia, & infernum cõmemurant, & dolores, nulla cã occurrit, cur illo credatur venisse saluator, nisi vt ab eisdẽ doloribus saluos faceret: sed vtrũ omnes quos in eis inuenit, an quosdã quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro: fuisse tamen Christum apud inferos, & in eorũ doloribus constitutis, hoc beneficium pstitisse non dubito. non autem præstitit beneficium liberationis damnatis, sicut supra dictũ est. * Præter eos autem nulli sunt in doloribus pœnalibus constituti, nisi illi qui sunt in purgatorio. ergo Christus animas de purgatorio liberauit.

¶ 2 Præt. Ipsa Christi præsentia non minorẽ effectũ habuit, quàm sacramenta ipsius: sed per sacramenta Christi liberanẽ aĩæ a purgatorio, & præcipuè per Eucharistiæ sacr̃m, vt infra dicetur. ergo multo magis per præsentiam Christi ad inferos descendẽtis, sũt aĩæ a purgatorio liberatæ.

¶ 3 Præt. Chr̃s quoscũq; curauit in hac uita, totaliter curauit, vt Aug. * dicit in lib. de Pęnitentia. & Ioã. 7. dñs dicit. Totũ hominẽ saluum feci in sabbatho: sed Chr̃s eos, qui in purgatorio erant, liberauit a reatu pœnæ dãni, quo excludebaẽ a gloria. ergo ẽt liberauit eos a reatu pœnæ purgatorii.

SED CONTRA est, quod Greg. * dicit in 13. Moraliũ: Dñ conditor, ac redẽptor nr̃ claustra inferni penetrãs, electorum exinde aĩas eduxit, nos illo ire nõ patitur, vnde iã alios descendẽdo liberauit: patiẽ autem nos ire ad purgatorium. ergo descẽdens ad inferos, animas a purgatorio non liberauit.

RESP. Dicendũ, quod (sicut sæpe dictũ est *) descẽsus Chr̃i ad inferos, liberatorius fuit in uirtute passionis ipsius. Passio aũt eius non habet tẽporalẽ uirtutẽ & trãsitoriã, sed sempiternã, s̃m illud Heb. 10. Vna oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos. Et sic patet, quod nõ habuit tunc maiorẽ efficaciam passio Chr̃i, quàm habeat nunc; & ideo illi, qui fuerunt tales, quales nũc sunt, qui in purgatorio detinentur, non fuerũt a purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos. Si qui aũt inuenti sunt tales, quales ẽt nunc virtute passionis Christi a purgatorio liberantur, nihil prohibet per descensum Christi ad inferos, a purgatorio esse liberatos. * ar. 4. 5. 6. & 7. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod ex illa auctoritate Aug. non põt concludi, quod oẽs illi qui in purgatorio erãt, fuerint a purgatorio liberati, sed quod aliquibus eorum fuerit hoc beneficiũ collatum, illis, s. qui iam sufficienter purgati erant. vel etiam qui dum adhuc viuerent, meruerunt per fidem, & deuotionem ad mortem Christi, ut eo descendente, liberarentur a temporali purgatorii pœnam.

AD SECVNDVM dicendum, quod virtus Christi operaẽ in sacr̃is per modũ sanationis, & expiationis cuiusdã, vnde sacr̃m eucharistiæ liberat hoiem a purgatorio, inquantũ est sacrificium quoddã satisfactoriũ pro peccato. Descẽsus aũt Christi ad inferos, nõ fuit satisfactorius, operabatur tñ in virtute passionis, quæ fuit satisfactoria, vt supra habitũ est: * sed erat satisfactoria in generali, cuius uirtutẽ oportebat applicari ad unũquẽq; per aliquid specialiter ad ipsum pertinens: & ideo non oportet, quod per descensum Christi ad inferos, omnes fuerint a purgatorio liberari. D. 98. *q. 49. ar. 3 & aliis eiusdem. q.

AD TERTIVM dicendum, quod illi defectus, a quibus Chr̃s in hoc mundo simul hoies liberabat, erant psonales, pprię ad vnumquemq; pertinentes: sed exclusio a gloria Dei. erat quidã defectus generalis ptinens ad totã humanã naturã: & ideo nihil prohibet eos, qui erãt in purgatorio, per Christum esse liberatos ab exclusione a gloria: non autem a reatu pœnæ purgatorii, qui pertinet ad proprium defectum: sicut econtrario sancti patres ante Christi aduentũ liberati sunt a propriis defectibus: non autem a defectu cõmuni sicut supra dictum est. * *q. 49. ar. 5

QVAE-

illatio. §. Transitur enim a defectu generali, de quo præmissa minor loquitur, ad defectum personalem, de quo illata conclusio. Transitus autem (vt patet exercitatis in logicalibus) reddit vitiosum processum: cum tale quid sit quoddam descendere de genere in genus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. A Des. EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse insinuatum a scripturis; & Gregor. quod Christus descensu ad inferos non liberauit omnes animas a purgatorio. A D. Greg. quidem; vt cum applicatione ponitur in argum contr. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Isa. 49. Dedi te in fœdus populi: vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas; vt diceres his, qui vincti sunt, exite; & his, qui in tenebris sunt, reuelamini. His enim uerbis Deus pater loquitur ad Christum, monstrans per duas primas clausulas, quid ipse Christus in uita sua super terram facturus erat: & per duas vltimas, quid post mortem apud inferos. Ac si apertius dixerit ad ipsum. Postquam in uita terram, idest homines in peccatis dormientes suscitaueris prædicando, & possederis hæreditates, idest gentes quas dedi tibi in hæreditatem, Psalm. 2. variis erroribus simulachrorum dissipatas: tu post mortem dices uinctis, exite, idest his, qui sunt in purgatorio (nam de damnatis nullus exit) dices, idest facies, vt e uinculis illis exeant; & dices existentibus in tenebris, reuelamini, idest facies, quod existentes in limbo iustorum, qui lumine visionis diuinæ carent, reuelentur, idest tali uelamine liberentur. Non solum ergo patres diuina gloria tunc illustrandos (art. 5.) prophetauit Isaias: sed etiã animas e purgatorij uinculis liberandas, Non dixit ly omnes; neq, tamen exprese negauit, ly omnes: sed solum indefinite de uinctis locutus est; ad cuius verificationem sufficit liberatio aliquarum. Nihilominus, quia potest indefinita exponi etiam uniuersaliter (ut logica docet): dicendũ videtur, non esse contra intentum hoc Isaiæ, quod Christus post mortem descensu suo liberauerit omnes animas e purgatorio. Quod si admittatur; exponendus est D. Thomas in hoc articulo illo modo, quo D. Vincentius ordinis prædicatorum & ipse doctor, atque in doctrina Thomistica maxime uersatus (vt patet in sermonibus suis) ex professo illum exponit. Dicit enim in serm. de sabbat. sanc. verba hæc. Quæstionem faciunt doctores, & Beatus Thomas in 3. par. q. 52. ar. 8. utrum Christus liberauerit omnes animas, quæ erant tunc in purgatorio. Ad quæstionem illam oportet respondere per distinctionem, secundum quod de ista materia possumus loqui dupliciter: vel per rigorem iustitiæ, uel per dulcedinem misericordiæ. Si loquamur primo modo: non liberauit, nisi illos solum qui compleuerant tempus pœnitentiæ. Et istam viam sequitur Beatus Thomas in 3. parte. Si autem loquamur de dulcedine misericordiæ: possumus dicere, quod omnes liberauit. Hæc ibi. Ex his ergo & ad Isaiam, si exponatur de illis animabus (vt sup.) vniuersaliter, potest dici quod tunc loquitur secundo modo, idest de dulcedine misericordiæ; & ad D. Thomã dices, quod locutus est alio modo, idest de rigore iustitiæ. Consequenter ergo Isaias fauet huic articulo, dum aliquas a purgatorio liberatas ponit. nec tamen discordat ab eo, si omnes inde liberatas fuisse dicat: quoniam, pro quanto de aliquibus dicit, loquitur secundum rigorem iustitiæ; & pro quanto de omnibus dicit, loquitur secundum dulcedinem misericordiæ. Secundo igitur uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est: animæ in purgatorio tunc tales quales sunt illæ, quæ nunc ibi detinentur, non fuerunt per Christi descensum liberatæ. Secunda est: Animę in purgatorio tales tunc quales sunt: quæ nunc liberantur fuerũt per Christi descensum liberatæ. Probatur utraque simul Passio Christi non habet transitoriam, sed sempiternam uirtutem. ergo non habuit, tunc maiorem efficaciam, quam nunc. ergo. &c. Antecedens probatur ad Hebr. 10. Secunda uero consequentia probatur, quia descensus Christi ad inferos fuit in uirtute passionis suę liberatorius.

¶ Aduerte hic, quod Auctor certa sectatus, quid efficaciæ Christi descensus, ad inferos in purgatorio, tradit, addens in, responsione ad primum, alterum genus tunc purgatorum: ita quod duo ponit genera liberatorum a purgatorio in descensu Christi, scilicet & illos, qui tunc purgationem suam impleuerant, exoluendo debitas pœnas, & illos, qui licet absolute adhuc fuissent in purgatorio permansuri: tanta tamen fuit eorum deuotio ad Christi mortem, seu redemptionem, vt meruerint, in hac uita positi, quod Christo descendente ad inferos plenæ liberationis fructum reciperent. Et secundum hoc, rationabiliter dicitur, quod Christus descendens ad inferos, multos in purgatorio existentes, qui non tam cito fuissent liberati, ex speciali gratia descensus sui liberauit. Consentaneum siquidem est, ut multæ personæ propinquæ tempori mortis Christi ante ipsum mortuæ, præparatæ sint a Deo, cum simili deuotione, ut sicut nascens Simeonem, & Annam perfectos inuenit, & pastores, & magos præparatos, ut digni essent consolatione natiuitatis suæ, ita moriens non solum Patres sanctos, perfectos, sed etiam in purgatorio speciali deuotione præparatos inuenit, qui digni essent consolari ex descensu ad inferos liberatorio.

QVÆSTIO LIII.

De resurrectione Christi, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de his, quę pertinent ad exaltationem Christi. Et primo, de eius resurrectione. Secundo, de eius ascensione. Tertio, de eius sessione ad dexteram Patris. Quarto, de iudiciaria potestate ipsius.

CIRCA primum occurrit quadruplex consideratio.
Quarum prima est de ipsa Christi resurrectione.
Secunda, de qualitate resurgentis.
Tertia, de manifestatione resurrectionis.
Quarta, de eius causalitate.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, De necessitate resurrectionis eius.
¶ Secundo, De tempore.
¶ Tertio, De ordine.
¶ Quarto, De causa.

294

ARTICVLVS I.

2. d. 21. q. 2 ar. 2. Et op. 60. cap. 22. princ. li. 4. orth. fid. c. vlt. in prin.

Vtrum fuerit necessarium Christum resurgere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium Christum resurgere, dicit enim Damasc. * in 4. lib. Resurrectio est secunda, eius quod dissolutum est, & cecidit, animalis surrectio: sed Christus non cecidit per peccatum, nec corpus est dissolutum, ut ex supradictis patet. † non ergo proprie conuenit sibi resurgere.

¶ 2 Præt. Quicumque resurgit, ad aliquid altius promouetur: quia surgere est sursum moueri: sed corpus Christi remansit post mortem diuinitati vnitum, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. ergo non competebat sibi resurgere.

¶ 3 Præt. Ea, quæ circa humanitatem Christi sunt acta, ad nostram salutem ordinantur: sed sufficiebat ad salutem nostram passio Christi, per quam sumus liberati a pœna, & culpa, ut ex supradictis patet. * non ergo fuit necessarium, quod Christus a mortuis resurgeret.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. vlt. Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis.

RESPON. Dicendum, quod necessarium fuit Christum resurgere propter quinque. Primo quidem, ad commendationem diuinæ

Medina ar. 1.

SVPER Q. LIII. ART. I.

† q. 51. ar. 3

CONCL. Necessarium fuit; Christum resurgere.

¶ PROB. Quia hoc scilicet Christum resurgere, fuit necessarium & ad commendationem diuinæ iustitiæ exaltantis se propter Deum humiliantes; & ad instructionem fidei nostræ de Christi diuinitate; & ad subleuationem spei nostræ de nostri resurrectione; & ad informationem fidelium deambulando in nouitate uitæ: & ad complementum nostræ salutis de promotione in bona (vt de his quinque medijs singillatim declaratur in tex.)

* q. 64. a. 5. & p totam quæst.

Primum

1m minor. Christus non cecidit per peccatum, nec corpus eius est dissolutum. R. Ipse tamen cecidit per mortem, & corpus eius ab anima separatum fuit. §. quæ separatio est dissolutio quædam. Tunc nihil, &c. Nam ad hoc, quod resurrectio alicuius re uera possit dari, sufficit, ipsum cecidisse per mortem, id est animam eius fuisse prius dissolutam, idest separatam, a corpore; etiam si dissolutio corporis per incinerationem non interuenerit: nec huius contrarium dicit Damascenus, si recte (vt textus, tamquam in fundamento docet) intelligatur.

2m de maiori.

Ad aliquid altius. R. Vel secundum naturam tantum; vel secundum naturam, & personam simul. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus ad aliquid altius secundum naturam tantum humanam per resurrectionem motus est (vt declaratur in textu): licet nos ad aliquid altius, quam prius in morte haberemus, resurrecturi simus, scilicet secundum naturam & personã simul. Ex unione enim corporis nostri & animæ iterato profluet & persona, tamquam proprietas ad ipsam naturaliter sequens. quæstio. 2. ar. 5. ad primum.

*gl. inter li nearis ibi.

3m de minori.

Sufficiebat ad nostram salutem. R. Quantum ad remotionem malorum. §. Proprie, scilicet loquendo de operatione passionis Christi, pro nostra salute. Tunc nihil, & cæt. vt patet ex tex.

* Psal. 29. gl. ord. adiũcta, & interlinearis ex Aug.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem intermas hæresim Albanésium dicentium: Christum non surrexisse. Hæresim hãc cum quadam tamen limitatione (vt Beatus Augustinus refert) prædicaerat Cherintus sic: Christum non surrexisse, sed aliquando surrecturum. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas; illam meritò damnari a symbolo fidei tum Apostolorum, tum Patrum Niceni, Constantinopolitani primi, & omnium aliorum 2
conciliorum de hac re tractantium: quandoquidem una uoce consona dixerunt ly Resurrexit. Item a Papa Eugenio IIII. dicente, Sacrosancta Romana Ecclesia firmiter credit, profitetur, & prædicat; Dei filium in assũpta humanitate ex origine uere natum, uere passum, verè mortuũ, & sepultum, resurrexisse uere ex mortuis, &c. Anathematizat autem, execratur, & damnat omnem hæresim contraria sapientem. Hæc ille in constitut. concilij Florent. super vnio. Iacobinorum. Item a Matth. 28. Surrexit; sicut dixit, &c. Marc. 16. Surrexit; non est hic, &c. Luc. 24. Quid quæritis uiuẽtem cum mortuis? Non est hic; sed surrexit, &c. Ioan. 20. Stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino: &c. Item a 1. Corint. 15. Si Christus non resurrexit: Ergo inanis est fides uestra. ergo inanis est prædicatio nostra: Ergo adhuc estis in peccatis uestris; Ergo inuenimur falsi testes dicẽtes, quia surrexit; Ergo mortui non resurgent; Ergo qui in Chro dormierunt, perierũt. Et infra. Nunc autẽ (ad euitanda, s. omnia nunc deducta incõuenientia) Christus resurrexit, primitiæ dormientiũ. Item a dictis in q. 51. artic. 4. append. Tertiò vides; quo ex iis bene pensatis, & applicatis doctr. præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

nitæ iustitiæ, ad quam pertinet exaltare illos, qui se propter Deum humiliant, secundum illud Luc. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, quia igitur Christus propter charitatem, & obediẽtiam Dei, se humiliauit vsque ad mortẽ crucis, oportebat quòd exaltaret a Deo, vsque ad gloriosam resurrectionem. vnde de eius persona dicitur in Psalm. 138. Tu cognouisti, idest approbasti, sessionem meam, idest humilitatem, & passionem, & resurrectionem meam, idest glorificationem in resurrectione, sicut gl. exponit. Secundo, ad fidei nostræ instructionem: quia per eius resurrectionem confirmata est fides nostra circa diuinitatem Christi, quia ut dicitur 2. ad Corinth. vlt. Et si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex virtute Dei. & ideo primæ ad Corinth. 15. dicitur, si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides nostra. Et in Psal. 29. dicitur, Quæ utilitas in sanguine meo, idest in effusione sanguinis mei, dum descendo, quasi per quosdam gradus malorum, in corruptionem? quasi dicat, nulla si. n. statim non resurgo, corruptumque fuerit corpus meum, nemini annũciabo, nullum lucrabor, vt gl. * exponit. Tertio, ad subleuationem nostræ spei, quia dum videmus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus, & nos resurrecturos. vnde dicitur 1. ad Corinth. 15. Si Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis; quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Et Iob 19. dicitur, Scio, scilicet per certitudinem fidei, quod redemptor meus, idest Christus, uiuit, a mortuis resurgens, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum reposita est hęc spes mea in sinu meo. Quarto, ad informationem vitæ fideliũ, secundum illud Rom. 6. Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Et infra, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: ita, & vos existimate mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo. Quinto, ad complemẽtum nostræ salutis: quia sicut per hoc, quod mala sustinuit (humiliatus est) moriendo, vt nos liberaret a malis: ita glorificatus est resurgẽdo, vt nos promoueret ad bona, secundum illud Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet Christus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen p mortem: quia sicut peccatum est casus a iustitia, ita mors est casus a vita: vnde ex persona Christi potest intelligi, quod dicitur Mich. 7. Ne læteris inimica mea super me: quia cecidi, consurgam. Similiter etiã licet corpus Christi non fuerit dissolutum per incinerationem, ipsa tamen separatio animæ a corpore, dissolutio quædam fuit.

AD SECVNDVM dicendum, quod diuinitas erat carni Christi post mortem vnita vnione personali: non autem vnione naturæ, sicut anima unitur corpori, vt forma ad constituendam humanam naturã. Et ideo per hoc, quod corpus eius vnitum est animæ, promotũ est in altiorem statum naturæ, non autẽ in altiorem statum personæ.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi operata est nostram salutem, propriè loquendo, quantum ad remotionem malorũ: resurrectio autem, quantum ad inchoationem, & exemplar bonorum.

Comm. Cardinalis Caietani.

Consequenter, &c. Hic incipit vltimus tractatus de Christo, de pertinentibus, scilicet ad eius exaltationem.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Necessarium fuit Christum resurgere. Probatur quoque rationibus. Omnia clara sunt in litera.

295

Su. q. 51. a. 4. Et 3. d. 21. q. 2. a. 2. Et d. 32. q. 2. a. 2. a. q. 2. ad 3. Et op. 3. c. 243. Et op. 60. c. 10. circa fi. Et Ps. 3. Et Ioan. 3. lec. 3.

Medina ar. 1.

SVPER Q. LIII. ART. II.

CONCL. 1. Ad hoc, quod confirmaretur fides de diuinitate Christi, oportuit: quod citò resurgeret: & eius resurrectio non differretur vsque

ARTICVLVS II.

Vtrum fuerit conueniens Christum tertia die resurgere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens, Christum tertia die resurgere membra enim debent capiti conformari: sed nos, qui sumus membra Christi, non resurgimus a morte tertia die, sed nostra resurrectio differtur vsque ad finem mundi. ergo videtur quod Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertia die resurgere: sed debuerit eius resurrectio differri vsque ad finem mundi.

¶ 2 Præt. Act. 1. dicit Petrus, quod impossibile erat Christum detineri ab inferno, & morte, sed quamdiu

que ad finem mundi.

¶ PROB. Quia de se clara est proponit. (Et merito; vt in ad primum, patet ex terminis consideranti differentiam grandem esse inter caput, & membra q. 8. art. 1. ac ideo inter tempus resurrectionis capitis & membrorũ.)

¶ CONCL. 2. Ad hoc, quod

aliquis est mortuus, detinetur a morte. ergo videtur, quod Christi resurrectio non debuerit differri vsque ad tertiam diem, sed statim eadem die resurgere, præcipuè cum gl. supra* inducta dicat, nullam esse utilitatem in effusione sanguinis Christi, si non statim resurgeret.

¶ 3 Præt. Dies incipere vr ab ortu solis, qui sua præsentia diem causat: sed ante ortum solis Christus resurrexit: dicitur enim Ioã. 20. Quòd vna sabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & iam Christus iam resurrexerat: quia sequitur, & uidit lapidem sublatum a monumento. non ergo resurrexit Christus tertia die.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 20. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

RESP. Dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio Christi necessaria fuit ad instructionem fidei nostræ. Est autem fides nostra, & de diuinitate, & humanitate Christi: non enim sufficit alterũ sine altero credere, vt ex prædictis patet.* & ideo ad hoc, quod confirmaretur fides de ueritate diuinitatis ipsius, oportuit quod cito resurgeret, & eius resurrectio non differretur vsque ad finem mundi. Ad hoc autem, quod confirmaretur fides de veritate humanitatis, & mortis eius, oportuit moram esse inter mortem, & resurrectionem. Si enim statim post mortem resurrexisset, uideri posset, quod eius mors uera non fuerit, & per consequens nec resurrectio vera. Ad ueritatem autem mortis Christi manifestandam, sufficiebat quod vsque ad tertiam diem eius resurrectio differretur: quia non contingit, quin infra hoc tẽpus, in homine, qui mortuus videtur cum uiuat, appareant aliqua indicia uitæ. Per hoc etiam, quod tertia die resurrexit commendatur perfectio ternarii; qui est numerus omnis rei, vtpote habens principium, medium, & finem, vt dicitur in 1. de Cœlo.* Ostenditur etiam secundum mysterium, quod Christus vna morte sua, (quæ fuit lux propter iustitiam,) scilicet corporali, duas nostras mortes destruxit, scilicet corporis, & animæ, quæ sunt tenebrosæ propter peccatum, & ideo vna die integra, & duabus noctibus permansit in morte, vt August.* dicit in 4. de Trinit. Per hoc etiam significatur, quòd per resurrectionem Christi, tertium tempus incipiebat: nam primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Incæpit etiam in Christi resurrectione tertius status sanctorum: nam primus fuit sub figuris legis: secundus sub veritate fidei: tertius erit in æternitate gloriæ, quam Christus inchoauit resurgendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caput, & membra conformantur in natura, sed non in virtute, excellentior est enim virtus capitis, quam membrorũ: & ideo ad demonstrandam excellentiam virtutis Christi, conueniens fuit, ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata vsque ad finẽ mundi.

AD SECVNDVM dicendum, quod detentio coactionem quandam importat: Christus autem nulla necessitate mortis tenebatur astrictus, sed erat inter mortuos liber. & ideo aliquamdiu in morte mansit, non quasi detentus, sed propria uoluntate, quamdiu iudicauit hoc esse necessarium ad instructionem fidei nostræ; dicitur autem statim fieri, quod fit breui interposito tempore.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut supra dictum est,*) Christus resurrexit circa diluculum illucescente iam die, ad significandum, quod per suam resurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat: sicut mortuus est aduesperascente iam die, & recedente in tenebras, ad ostendendum, quod per suam mortem destrueret tenebras culpæ, & pœnæ. Et tamen dicitur tertia die resurrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui continet spatium 24. horarum. Et sicut dicit August. in 4. de Trin.* nox vsque ad diluculum, quo domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit, de tenebris lucem clarescere, vt per gratiam noui testamenti, & participationem resurrectionis Christi, audiremus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, insinuat nobis quodammodo, quod a nocte dies sumat initium: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem: ita isti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur: Et ita patet, quod etiam si media nocte surrexisset, posset dici eum die tertia surrexisse, intelligendo de die naturali. nunc autem cum diluculo surrexerit, potest dici, quod tertia die surrexit, etiam accipiendo diem artificialem, quæ causatur ex præsentia solis: quia iam sol incipiebat aerem illustrare, vnde, & Marc. vlt. dicitur, quod mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole, quod non est contrarium ei, quod Ioan. dicit, Cum adhuc tenebræ essent, vt Augustinus* dicit in lib. de consensu euangelistarum: quia die surgente, reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quòd autem dicit Marcus, Orto iam sole, non sic accipiendum est, tamquam iam sol ipse uideretur super terram, sed tamquam de proximo adueniente in has partes.

quòd confirmaretur fides de veritate humanitatis, ac mortis Christi, oportuit, quod mora esset inter mortem, & resurrectionem.

¶ PROB. Quia si Christus statim, idest nulla mora interueniente, resurrexisset, videri posset; quod eius mors non fuisset uera, & per consequens, nec resurrectio vera.

¶ CONCL. tertia. Quod Christi resurrectio usque ad tertiam diem differretur, sufficiebat ad manifestandum veritatem mortis eius; & etiam ad commendandum, quædam alia.

¶ PROB. Quia in homine, qui mortuus videtur cum uiuat, non contingit; quin infra hoc tempus, scilicet triduum, appareant aliqua indicia vitæ. Secunda autem pars, scilicet & etiam ad & cęt. probatur. Quia per hoc, quod tertia die resurrexit, commendatur & perfectio ternarij, & mysterium destructionis duarũ mortium nostrarum ab una luce: & inceptio temporis tertij, idest status sanctorum in gloria existentium (ut de his tribus medijs singillatim declaratur in tex.).

1m de maiori.

Conformari. R. In natura. §. Tunc nihil, &c. Cum hoc enim stat, quod non debent ei conformari in uirtute. Excellentior est enim uirtus capitis, quam &c. vt in tex.

2m de minori.

Detinetur a morte. R. Vel in morte manet, propria uoluntate. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus in morte mãsit non quasi detentus, sed &c. vt in tex. In quo etiam nota declarationem de ly statim; vt glossam adductam recte intelligas.

3m illatio conclusionis. Ergo non resurrexit, & cæt. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis malè intellectis. Nam alio modo, quam argumentum putat, intelligitur & hora resurrectionis Christi, & Euangelium adductum: vt de vtroque, scilicet de hora ipsa, ac Euangelio ipso, patet in tex. In cuius fine notabis: quod ly iam, non semper dicit tempus præteritum; sed quandoque dicit tempus futurum, proximum tamen est de propinquo adueniẽs. Id quod etiam constat in quotidianis hominum locutionibus; esse verum; vt per se prudens considerabit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæreses & Cherinthi, vt recitatur artic. 1. appen. & Armenorum, vt recitatur q. 51. artic. 4. appen. quas ibi uideas. Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas, illas meritò damnari a dictis in eisdem appendicibus. Item a Luc. 24. Tertia dies est hodie, &c. Ecce, quod etiam secundum computum duorum discipulorum Christi, prima sabbathi post parasceuen, idest dominica, est dies tertia; in qua resurrecturum se dixerat Christus. Et sic eum intellexerant in ly Matt. 20. Tertia die resurget. Quod enim Euangelista dicit summatim, probabile est Christũ diffusius declarasse. quia multa Christus fecit, & (a simili) dixit; quæ non sunt scripta: Ex Ioan. 20. Item a 1. Cor. 15. Christus resurrexit tertia die secũdum scripturas. Ita scilicet quod scripturæ prænunciauerunt & eius resurrectionem, & diem tertiã pro

Marginal notes: * ar. præc. in corp. — * art. præc. — * 2. 2. q. 2. ar. 7. & 8. — * lib. 1. tex. 3. co. 2. — * lib. 4. c. 5. com. 1. — * q. 51. art. 1. ad 3. — * lib. 4 c. 5. ante med. to. 3. — * li. 3. c. 2. inter pri. & med.

pro resurrectione. Item a symbolo fidei catholicæ per ly, tertia die resurrexit a mortuis. Cæterum, quia dicitur in textu ly conueniens, ideo de conuenientia scripturarum, vide 2.2.q.122.ar.2. appen.& 140.ar.1.appen.& 1.2.q.68.ar.4.appen. Quæ tu ad propositum præsens, prout opus erit, applicabis. Tertio uides: quo-
3 modo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina præsens, Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica cōclusio: Conueniens fuit Christū resurgere tertio die. Probatur vna ratione literali,& quatuor mysticis. Et omnia clare parent in litera.

Medina ar.3.

SVPER Q. LIII.

ART. III.

296 4 d q. 2.a. 3.q.4.ad 3. Et op. 3.c. 243. 246. et 247. fi. Et 1. Cor. 15.lec.3.in prin. Et ad Col.1. le.5

CONCL. Loquēdo de resurrectione perfecta. Christus est primus resurgentiū.

¶ PROB. Quia Christus resurgendo primo peruenit ad uitam penitus immortalem, idest qua non possit mori (ut habetur Ro.7.)

¶ CONCL. 2. Loquēdo de resurrectione imperfecta surrexerunt ante Christum, quidam alij, idest omnes, qui antequam Christus resurgeret, resurrexerunt.

¶ PROB. Quia suscitati tum antiqui testamenti, tum noui, Christo uiuente, sunt iterū mortui.

1^m^ de conclusione. Resurgentium. R. Re surrectione imperfecta. §. Sic enim conclusionem hanc debere glossari ostendunt proxime: quia & illi qui suscitati in ueteri, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ex conclusionib.

* gl. interlinearis. ibi.

2^m^ illatio. Non ergo Christus, &c. R. Negatur illatio. §. Siue Beati Hieronymi, siue B. Augustini opinionem sequaris. Id quod patet legenti & penetranti textum.

3^m^ conclusio. Etiam aliqui prius ad resurrectionem corporalem peruenerunt, q̄ Christus. R. Si gratia, & gloria, eodē modo se haberent ad præcedentes Christum §. Diuersimode autem se habēt ad illos. Nam gratia quandam coaptationē habet cum patribus p̄cedentibus in hoc; q & ipsi erant via præparatoria ad Christum, & ipsa est præparatoria ad gloriam: qualem sine coaptationem cum patribus illis non habebat gloria. Ideo ea, quæ sunt gloriæ, siue, quantum ad animam, &cæt. vt in textu. Ex quo patet: quod conclusio in argumento illata (ut iacebat) est absolute falsa.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus primo resurrexerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non primo resurrexerit, nam in ueteri testamento per Heliam, & Helisæū aliqui resuscitati leguntur, secundum illud Heb.11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Similiter, & Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit. non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶ 2 Præt. Matth.27. inter alia miracula, quæ in passione Christi acciderunt, narratur q monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorū, qui dormierāt, surrexerūt. non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶ 3 Præt. Sicut Christus per suā resurrectionē est causa nostræ resurrectionis: ita per suam gratiam est cā nostræ gratiæ, secundum illud Io.1. De plenitudine eius nos omnes accepimus; sed alii prius tempore gratiam habuerunt, quā Chrs, sicut oēs patres ueteris testamenti. ergo etiā aliqui prius ad resurrectionem corporalē peruenerūt, quam Christus.

SED CONTRA est, q dr 1.ad Cor.15. Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientiū gl.* quia prius tēpore, & dignitate surrexerit.

RESPON. Dicendū, q resurrectio est reparatio a morte in uitam. Dupliciter aūt aliquis eripit a morte. Vno modo, solum a morte in actu, vt.s. aliquis uiuere incipiat qualitercūque, postquam mortuus fuerat. Alio modo, ut aliquis liberetur non solum a morte, sed etiam a necessitate, & quod plus est, a possibilitate moriendi, Et hæc est uera, & perfecta resurrectio; quia quamdiu aliquis uiuit subiectus necessitati moriendi, quodammodo mors ei denominatur, secundum illud Rom.8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, Illud etiam quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, i. potentialiter. Et sic patet, q illa resurrectio, qua qs eripitur solum ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquēdo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgentium, quia ipse resurgendo, primo peruenit ad uitam penitus immortalem, secundum illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur; sed resurrectione imperfecta, quidam alii surrexerunt ante Christum, ad præmonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius. Et sic patet responsio ad primum: quia, & illi, qui suscitati in ueteri testamento sunt, & illi, qui suscitati sunt a Christo, sic redierunt ad uitam, vt iterum morerentur.

AD SECVNDVM dicendum, q de illis, qui resurrexerunt cū Christo, duplex est opinio, quidam.n. asserunt, q redierunt ad uitam tamq̄ non iterum morituri, qm̄ magis illis esset tormentum si iterum morerentur, quam si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hieron.* dicit super Matth. q non ante surrexerunt, quam resurgeret dominus. Vnde, & Euangelista dicit, q exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, sed August.* in Epistola ad Euodium hanc opinionem commemorans dicit, Scio quibusdam uideri morte domini Christi iam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur. Qui si nō iterum repositis corporibus dormierunt, videndum est, qūo intelligatur Christus primogenitus a mortuis, si eū in illam resurrectione tot præcesserunt. Quod si rńdetur, hoc esse dictum p anticipationē, vt monumenta illo terræ motu aperta intelligantur, cum Chrs in cruce penderet, resurrexisse aūt iustorū corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset: sed adhuc restat quod moueat, qūo Petrus non de Dauid, sed de Chro asseruit fuisse prædictū, carnem eius non vidisse corruptionem, per hoc q apud eos erat monumentū Dauid, & sic illos non conuincebat, si corpus Dauid ibi iā nō erat: quia etsi ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset corruptionem, posset illud monumētū manere: durū aūt vr, vt Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorū, si eis iā æterna donata est, cuius Chrs ex semine cōmendatur. Periclitabitur et illud, quod ad Hebr. de iustis antiquis dr, Ne sine nobis perficerent, si iā illa in resurrectionis incorruptione constituti sunt, quo nobis perficiendis in fine promittitur. sic ergo Aug.* sentire vr, q resurrexerint iterum morituri. Ad quod et vr pertinere, q Hier.* dicit super Matth. Quod sicut Lazarus resurrexit, sic multa corpora sanctorum resurrexerint, vt Dominum ostenderent resurgentem: quamuis hoc in sermone de assumptione sub dubio relinquat, rationes tamen August. multo efficaciores videntur.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut ea, quæ præcesserunt Christi aduentum, fuerūt præparatoria ad Christum ita gratia est dispositio ad gloriam: & adeo ea, quæ sunt gloriæ, siue quantum ad animam, sicut perfecta Dei fruitio, siue quantum ad corpus, sicut resurrectio gloriosa, prius tempore debuerunt esse in Christo, sicut in auctore gloriæ: gratiam vero conueniebat prius esse in his, quæ ordinabantur ad Christum.

* in illud Matt.27. & multa corpora sāctorum. to.9.

* epist.99. a longe ante med. to.2.

* In præcedentibus verbis ex epist.99. t.2.

* eodē loco citato cir. prin. solomus huius.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse insinuatū a scripturis; quod Christus primo resurrexit. Vt 1.Corinth. 15. Secundum quod cum gl. est in argum. contr. Pro cuius ampliori captu scito: quod resurrectio Christi dicitur prior tempore & dignitate; non tantum ratione capitis, idest ratione, qua est caput nostrum. q.8. ar.1.2. Sed etiam ratione humilitatis spontaneæ in passione sua. Pertinet enim ad diuinam iustitiam exaltare illos, qui seipsos ppter Deum humiliant, arti. 1. & aduersa patiuntur: sicut econuerso eadem iustitia de superbis & nimium delicatis sub persona cuiusdam dixit Apocal.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit; tantum date ei tormentum,& luctum. Porrò humilitas,& dolor,& passio, Christi maxime superat quorumcumq; humilitatem, dolores,& passiones.q.46.artic.4.5.6.9.10.11. & q.47.ar.2.3. Oportuit ergo secundum diuinã iustitiam: Christum esse primitias dormientiũ: idest, prius tempore & dignitate resurgere. Item per hoc insinuatur; quod dicitur in Apocal.1.quod Christus est primogenitus mortuorum. Item per hoc; quod sapientia diuina, quæ filius Dei est, dicit Eccli.24. In omni gente primatum tenui. Item p dictum ad Coloss. 1. Ipse est caput corporis Ecclesiæ; qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatũ tenens. Secundo igitur uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly primo, significat ordinem temporis, ita quòd sensus est. Vtrum Christus ante omnes alios resurrexerit, ita quòd nullus ante eum resurrexerit.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris de resurrectione perfecta, vel imperfecta: & iuxta singula membra singulæ conclusiones. Altera est: Multi ante Christum surrexerũt resurrectione imperfecta, vt patet de Lazaro,& alijs resuscitatis ante ipsum. Altera est, Christus primo resurrexit resurrectione perfecta; quia primo venit ad vitã penitus immortalem. Oĩa clara sunt in litera.

¶ In responsione ad secundum circa diuersam opinionem de resurrectione illorum, qui cum Christo surrexerunt, rationabile videtur, q surrexerint perfecte ad vitam, s. penitus immortalem, vt beatitudo corporis in Christo haberet socios: minus. n. corporalis felicitas aliquid habere videt, si desit corporalis societas; est enim homo secundum vitam corpoream animal sociale, non solũ propter indigentiam necessariorum ad vitam (vt in hoc mundo contingit) sed etiam propter naturalem delectationem in ipsa corporali conuersatione consistentem. Rationes autem in lr̃a ex B. Aug. disputatæ ad oppositũ facile solutionem recipiunt: nam verbum Petri Apost. & a Hieron. contra senitur, q scilicet. Petrus dixit Cuius sepulchrum apud nos est, quasi non ausus fuerit dicere, cuius corpus apud nos est, & efficax inuenitur testimonium Petri; quia ex hoc, q sepulchrum Dauid tanto tempore apud eos perseuerauit, vt cõtinens ipsum Dauid (hoc.n. significat sepulchrũ eius) ita q nulla fuit vnquam in tanto tempore ambiguitas, quin Dauid perseueraret in suo sepulchro cõsequẽs est, qđ nõ de ipso Dauid dictum fuerit, Non dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Consistit ergo testimonium Petri in hoc, q sepulchrum Dauid inquantum sepulchrum Dauid, tanto tempore apud nos perseuerauit; licet forte tunc Christo resurgente, corpus eius amplius ibi non esset.

¶ Verbum autem Apost. Pauli, Vt non sine nobis consumarentur,& potest referri consummationem beatitudinis substancialis, qua modo consummati sunt omnes sancti in patria. Et hoc literæ videtur sufficere: quia loquitur de cęlesti patria, vt distinguitur, contra uiæ peregrinationem,& potest nihilominus dici, quòd verbum Apostoli est generale ad patres veteris testamenti: veritati autem regulæ generalis non aduersatur paucorum exceptio ex speciali gratia. Potest, & tertio dici, quod illi, quam perfecte surrexerunt cum Christo, non sunt sine nobis consummati: quia nostro tempore sunt consummati, scilicet tempore reuelatæ gratiæ,& inchoatæ gloriæ.

Medina ar.4.

SVPER Q. LIII. ART. IIII.

297 CONCL.1. Si corpus & anima Christi mortui considerentur secundum uirtutẽ diuinitatis vnitę: sic corpus resumpsit animam, quam deposuerat; & anima corpus resumpsit, quod dimiserat.

Ps.40. cor. u. Et Io.2. & 3. & ad Ro.4.fi.

¶ PROB. Quia hæc conclusio innuitur per dictum 2. Cor. vlt.

¶ CONCL.2. Si corpus, & anima, Christi mortui considerentur secundum uirtutem naturæ creatæ: sic non potuerunt sibi inuicem reuniri: sed oportuit, Christum resuscitari a Deo.

¶ PROB. Quia patet ex terminis (cum resurrectio de morte ad uitam non posset fieri nisi uirtute diuina. 1.q. 105.ar.8. & Addition. q.75.art.3.)

*Trac.104 in Io. non remotè a fi.10.9.

1^m maior. Quicũque suscitatur ab alio, non est sua resurrectionis causa. R. Nisi uirtus illius alterius, & sua, sit eadẽ numero. §. Tunc nihil, &c. Nam eadem est diuina uirtus, &c. vt in tex.

*li.4. orth. fid.c.vlt.

2^m maior. Nullus dicitur mereri, vel ab alio petit, aliquid; cuius ipse est causa. R. Secundũ quod est illius causa. §. Tunc nihil &cæt. Nam (ut dictum fuit) Christus, secũdum q Deus, est causa suæ resurrectionis: & ipsemet, secũdum quod Deus, non meretur neque petit, suam resurrectionem (cum mereri, ut sic, sit alicuius inferioris; & similiter petere, ut sic) Intelligitur ergo tantum minor argumenti cum Beato Augustino & Psalmo de Christo, secundum quod homo est.

3^m de minori. Corpus. R. Consideratum secundum uirtutẽ creatam. §. Tunc nihil, &c. vt patet in textu,& conclusione prima huius articuli. Ex his enĩ manifestum est: quod corpus consideratur secundum virtutem diuinam; quando dicitur, assumere animam. Cõstat autem, quod ipsum sic consideratam est potentius atque nobilius, quam anima considerata secundum uirtutem creatam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit causa sua resurrectionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit causa suæ resurrectionis. Quicumque enim suscitatur ab alio, non est suæ resurrectionis causa: sed Christus suscitatus est ab alio, secundum illud Act.2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, & Rom.8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit,& mortalia corpora nostra, &c. ergo Christus nõ est causa suæ resurrectionis.

¶ 2 Præt. Nullus dicitur mereri, vel ab alio petit aliquid, cuius ipse est causa: sed Christus sua passione meruit resurrectionem, sicut August.* dicit super Ioan. quod humilitas passionis meritum est gloriæ resurrectionis, ipse etiam petiuit a patre se resuscitari, secundum illud Psal. 40. Tu autẽ domine miserere mei, & resuscita me. ergo non fuit causa suæ resurrectionis.

¶ 3 Præt. Sicut Damasc.* probat in 4. lib. resurrectio nõ est animæ, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animam vnire, quæ est eo nobilior. ergo id, quod resurrexit in Christo, non potuit esse causa suæ resurrectionis.

SED CONTRA est, q dominus dicit Ioan.10. Nemo tollit animã meam a me, sed ego pono eam, & & iterum sumo eam: sed nihil est aliud resurgere, quam iterato animã sumere. ergo videtur q Christus propria virtute resurrexerit.

RESP. Dicendũ, q, sicut supra dictum est,* per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima Christi, nec ab eius carne. potest igitur tam anima Christi mortui, quàm eius caro cõsiderari dupliciter, vno modo, ratione diuinitatis: alio modo, ratione ipsius naturæ creatæ. Secundum igitur vnitæ diuinitatis virtutem, & corpus resumpsit animã, quam deposuerat, & anima corpus resumpsit, qđ dimiserat, & sic Christus propria virtute resurrexit. Et hoc est, quod de Christo dicitur 2. ad Cor. vlt. quòd, & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei: si autem consideremus corpus, & animam Christi mortui, secundum virtutem naturæ creatę, sic non potuerunt sibi inuicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitari a Deo.

*q. 50. art. 2. & 3.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd eadem est diuina virtus, & operatio Patris, & Filii. Vnde hæc duo se se consequuntur, quòd Christus sit suscitatus diuina virtute Patris, & suiipsius.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Christus orando petiit, & meruit suam resurrectionem inquantum homo: non autem inquantum Deus.

AD TERTIVM dicendum, q corpus secundum naturam creatam non est potentius anima Christi, est tamen ea potentius, sm virtutem diuinam, quæ etiam rursus sm diuinitatem vnitam est potentior corpore, sm naturam creatam: & ideo secundum virtutem diuinam corpus, & anima mutuo se resumpserunt: non autẽ sm virtutem naturæ creatæ.

QVAE-

APPENDIX.

Veritas pro Eccle. S.Dei

EX articulo habes primo : quomodo per rationem interimas hæresim Lucæ Sternb. dicentis: Christum non resurrexisse ꝓpria uirtute. Nec potest iste Lucas saluare hanc suam positionem per distinctionem factam in hoc articulo(ut patet in conclusionibus): quoniam absolute intelligit dictum suũ, vt qui fundet illud super aliam suam hæresim, scilicet quod Christus non est Deus. Nullo igitur modo, secundum istum Lucam, Christus propria virtute surrexit. Ad huius igitur damnationem sufficiet vel subruere fundamentum suum, monstrando scilicet, quod Christus est Deus; vel directè ostendere, quod Christus propria uirtute resurrexit. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hæresim illam damnari a Ioan. 10. Secundum quod cum applicatio ne ponitur in argum. contr. Item a Psal. 138. Resurrexi, & adhuc sum tecum. Hanc enim sententiam attribuit Ecclesia Christo (vt patet in Missa resurrectionis) tamquam dicenti; quòd propria uirtute surrexit. Item a Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis; recordati sunt discipuli, &c. Christus igitur per uirtutem suam excitauit corpus a solutione illa facta à Iudæis, idest resuscitauit illud à morte, quam ei Iudæi intulerant. Item ab omnibus scripturis, concilijs, fideique catholicæ dogmatibus : quæ dicunt, Christum esse Deum. Nulli enim dubium est: quod Deus virtute propria agit. Consequenter ergo abundãter damnatur à dictis suprà articulorum numero 17. 107. 108. 139. 42 Elucid. Item à Ioan. 5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Vbi nota ly similiter, idest eadem potestate; vt patet legenti, & penetranti contextum. Quia ergo pater resuscitauit propria virtute Christum : sequitur necessario, quòd Christus propria virtute resuscitauit semetipsum. Tertio vides: 3
quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus, de causa effectiua quærit.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus secundum membra. Distinctio est Tam anima quam caro Christi mortui potest considerari dupliciter, vel ratione suæ naturæ, vel ratione deitatis coniunctę. Prima conclusio est. Tam anima Christi ratione deitatis quã caro causauit ipsam resurrectionem: & probatur ex auctoritate Apostoli. Secunda conclusio est; Nec anima, nec caro Christi virtute suæ naturæ causauit resurrectionem, sed sic oportuit Christum resuscitari a Deo. Et ideo utrumque inuenitur in sacra scriptura, scilicet & quod Christus resurrexit ex virtute, & quòd Christus suscitatus est a Deo, & petit, & meruit resurrectionem, &c. Omnia clara sunt in litera.

Medina ar. 1.

SVP. Q. LIIII.

ART. IIII.

COncl. Corpus Christi post resurrectionem fuit uerum corpus: & eiusdem naturæ, cuius fuerat prius.

¶ Prob. Primo, Quia ad hoc, quod resurrectio Christi esset vera, oportuit; ꝙ idem numero corpus Christi eidem animæ iterum uniretur (vt patet ex Damasceno interpretante ly Resurgere). Secũdo, Quia si Christus verum corpus resurgendo non haberet, sed fantasticum: tunc resurrectio Christi esset tantũ apparens.

1[m] de maiori.

298 Non potest. ℞. Virtute creata. §. Tunc nihil, &c. Nam potest illud ex uirtute increata; Et sic fuit in proposito. Non enim ex natura corporis, sed ex uirtute diuinitatis unitæ, &c. vt in tex. De resurrectione communi, quæ allegatur in textu, vide Additiõ. q. 83. art. 2. 3. 4. cum Elucid.

Inf. art. 3. cor. Et op. 60. c. 22.

2[m] maior. Verũ corpus non euanescit ab aspectu intuentium, nisi forte corrũpatur. ℞. Vel nisi habeat in potestate sua uideri, quãdo vult; & non uideri, quando non vult. §. Siue hoc habeat ex conditione corporis gloriosi, siue ex uirtute diuina, siue utroque modo. Tunc nihil, &c. Nam uideri, & non uideri Christus in sua potestate habuit non solum ex conditione corporis gloriosi, sed etiam, &c. vt in tex. Ex quo dic: ꝙ quando inuisibilis fiebat adhuc mortalis Luc. 4. & Ioã. 8. uirtute diuina tantũ hoc erat.

Tertium.

QVÆSTIO LIIII.

De qualitate Christi resurgentis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de qualitate Christi resurgentis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum post resurrectionem Christum habuerit uerum corpus.

¶ Secundo, Vtrum resurrexerit cũ corporis integritate.

¶ Tertio, Vtrum corpus eius fuerit gloriosum.

¶ Quarto, De cicatricibus in corpore eius apparentibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus post resurrectionem habuerit verum corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus post resurrectionem non habuerit uerum corpus. Verum enim corpus non potest simul esse cum alio corpore in eodẽ loco: sed corpus Christi post resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco: intrauit enim ad discipulos suos ianuis clausis vt dicitur Io. 20. ergo videtur, quòd Christus post resurrectionem nõ habuerit verũ corpus.

¶ 2 Præt. Verum corpus non euanescit ab aspectu intuentium, nisi forte corrumpatur: sed corpus Christi euanuit ab oculis discipulorum eum intuentium, vt dicitur Luc. vlt. ergo videtur quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus.

¶ Præt. Cuiuslibet veri corporis est determinata figura : sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effigie, vt patet Mat. vlt. ergo videtur, quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus humanum.

SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. vlt. quòd Christo discipulis apparente, conturbati, & conterriti existimabant se spiritum videre, ac si non haberet verum corpus, sed phantasticum. Ad quod remouendum ipse postea subdit, Palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere, non ergo habuit corpus phantasticum, sed verum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Dam.* dicit in 4. li. illud resurgere dicitur, quòd cecidit, inquantum scilicet fuit ab eo anima separata, quæ erat eius formalis perfectio, Vnde oportuit ad hoc, ꝙ esset uera Christi iterato eidẽ vniretur: & quia veritas naturæ corporis est ex forma, consequens est quod corpus Christi post resurrectionem, & verum corpus fuerit, & eiusdem naturæ, cuius fuerat prius: si autem eius corpus fuisset phantasticum, non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

*li. 4. c. 28. & est vlt. li. non multũ a prin.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corpus Christi post resurrectionẽ, non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ, sicut quidam dicunt, clausis ianuis ad discipulos introiuit, simul cũ alio corpore in eodẽ loco existens: sed vtrũ hoc habere possit corpus gloriosum ex aliqua proprietate sibi indita, vt simul cum alio corpore in eodem loco existat,* inferius discutietur, vbi agetur de resurrectione cõmuni : nũc autem quantum ad propositum sufficit, dicẽdum est, quòd non ex natura corporis, sed potius ex uirtute diuinitatis vnitæ, illud corpus ad discipulos, licet verum esset, ianuis clausis introiuit. vnde August. † dicit in quodam sermone paschali, ꝙ quidam sic disputant: Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro, quod pependit in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Et respondet, Si comprehendis modum, non est miraculum, vbi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Et super Ioan.* dicit, Moli corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt : ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Et idem dicit Greg.* in quadam Hom. de octaua paschæ.

*Nõ complevit morte pũctus.

I n ser. 3. *i dñica in octa. paschę, & est serm. 149. in ordine. to. 9.

*Trac. 121. in Ioan. a med to. 9.

* Hom. 28. in euange. circa prin, illius.

AD SECVNDVM, dicendum, ꝙ sicut dictũ est, Chřs resurrexit ad immortalem gloriæ uitã. Hæc est aũt dispositio corporis

3m maior. Cuiuslibet ueri corporis est determinata figura. 4. In potestate tamen illius corporis, si gloriosum vel deitati unitum sit, est: ut ex suiipsius aspectu formetur in oculis intuentium vel forma gloriosa, vel non gloriosa, vel commixta, vel qualitercunque se habens. 5. Tunc nihil, &c. ut patet in tex. Ex quo, cum respon. ad secundum, dic: quod corpus Christi uerum adhuc mortale habuit potestatem istam ex diuinitate sibi vnita: postquam autem fuit gloriosum, eandem potestatem, etiam ex conditione ipsius corporis gloriosi habuit.

*lib. 2. tex. 74. & 75. & præc. to. 2. De talibus gloriosorum corporum conditionibus, pro melius intelligendo textū hunc, & prædictos, vide Addition. quæst. 82. 83. 84. 85. articulis multis, cū Elucid.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. EX articulo habes primò: quomodo per rationem intermas hæresim Appellitarum dicentium; quod Christus sine carne resurrexit & Passionistarum dicentium: quod Christus post passionem nō surrexit in carne. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, has meritò damnari a Luc. vlt. secundum quod cū applicatione est in argum. contr. Pro cuius ampliori noticia D. Ambrosij verba faciunt in homil. super Luc. ibi, quæ sunt hæc. Quod tangitur, corpus est; quod palpatur, corpus est. In corpore autem resurgemus. Seminatur enim corpus animale, surget corpus spiritale; sed illud crassius, hoc subtilius. Nam quomodo non corpus; in quo manebant insignia vulnerum, vestigia cicatricum: quæ dominus palpanda obtulit? Hæc ibi. Item a Cyrillo in epistola synodali, quæ ponitur in actis Concilij Ephesini primi, cap. 13. Vera caro Christi mortem gustauit. Ita & resurgente carne ipsius, ipsius resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderit (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Cum quo etiam ipse assidet patri. Hæc ibi. Epistolæ uero omnes synodicæ Beati Cyrilli quondam præsulis Alexandrini ad Nestorium, & ad Orientales, inter quas annumeratur prærecitata, approbatæ sunt a Concilijs multis generalibus: vt patet in constitution. Concilij Floren. super vnione Armenorum. Item a Luc. 24. Surrexit dominus vere. Quod dictum & Ecclesia, tamquam sæpius damnationi hæresis prædictorum subscribens, frequentissime in tempore paschali replicat in horis canonicis. Item ab eadem Ecclesia, in sequentia Missarum resurrectionis, per ly Scimus; Christum surrexisse ex mortuis vere. Hæc ibi. Verè autem non surrexisset Dominus; si eius corpus resurgens nō fuisset uerū. Nam si corpus fuisset fantasticū seu vmbraticū; tunc fantasticè tantum, aut vmbraticè surrexisset (ut de his omnibus ex conclusionis probatione patet). Item a Papa Eugenio IIII. per ly resurrexisse verè. Vide q. 53. art. 1. append. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

corporis gloriosi, vt si spirituale, id est subiectum spiritui, vt Apost. dicit 1. ad Corinth. 15. Ad hoc autem quod sit omnino corpus subiectum spiritui, requiritur quod omnis actio corporis, subdatur spiritus voluntati: quod autem aliquid videatur, fit per actionem visibilis in visum, vt patet per Philoso. *in 2. de anima. Et ideo quicunque habet corpus glorificatum, in potestate sua habet videri quando vult, & quando non vult, non videri: hoc tamen habuit Christus non solum ex conditione corporis gloriosi: sed etiam ex virtute diuinitatis, per quā fieri potest vt etiam corpora non gloriosa miracolosè non videantur: sicut præstitum fuit Beato Bartholomæo miraculosè, vt si vellet videretur: non autem videretur si non vellet. dicitur ergo, quod Christus ab oculis discipulorum euanuit, non quia corrumperetur, aut resolueretur in aliqua inuisibilia: sed quia sua voluntate desiit ab eis videri, vel eo præsente, vel etiam eo abscedente velociter per dotem agilitatis.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Seuerianus dicit in sermone paschali, Nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse. Quod est intelligendum quantum ad liniamēta membrorum: quia nihil inordinatum, & deforme fuerat in corpore Christi per spiritumsanctum concepto, quod in resurrectione corrigendum esset: accepit tamen in resurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidem subdit. Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis, vt hoc sit acquisiuisse vultus gloriam, non vultus substantiam perdidisse: nec tamen illis discipulis in specie gloriosa apparuit: sed sicut in potestate eius erat, vt corpus suum videretur, vel non videretur, ita in potestate eius erat, vt ex eius aspectu formaretur in oculis intuentium, vel forma gloriosa, vel non gloriosa, aut etiam commista, vel qualitercumque se habens: modica tamē differentia sufficit ad hoc, quod aliquis videatur in aliena effigie apparere.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, verum sumitur, vt distinguitur contra apparens, ita quod apparentia excluditur non solum a corpore, sed a natura tali, scilicet humana. Idemque est quærere, an habuerit uerum corpus, & an habuerit in ueritate corpus humanum.

¶ In corpore est una conclusio: Corpus Christi post resurrectionem fuit uerum corpus eiusdem naturæ, cuius fuerat prius. Probatur dupliciter. Primo illud resurgere dicitur, quod cecidit. ergo oportuit, ut idem corpus Christi eidem animæ uniretur in resurrectione. ergo corpus Christi post resurrectionem fuit verum eiusdem naturæ corpus. Antecedens ex Dam. auctoritate probat. Prima consequentia probatur ex ratione resurrectionis. Secunda autem ex hoc, quod ueritas naturæ corporis est ex forma. Secundo probatur conclusio ex opposito. Si corpus Christi fuisset phantasticum, non fuisset vera, sed apparens illius resurrectio. Reliqua in responsionibus argumentorum tacta inferius in propriis locis tractanda sunt.

Medina ar. 2.

SVP. Q. LIIII.

ART. II.

CONCL. Omnia illa, scilicet carnes, ossa, & sanguis & huiusmodi (vt in ad secundum.) integraliter absque omni, idest absque aliqua diminutione fuerunt in corpore Christi resurgentis.

299 Locus sup. art. 1. in

¶PROB. 1. Quia omnia hæc ad naturā corporis humani pertinēt (vt patet:) & quicquid pertinet ad naturam corporis humani, totum fuit in corpore Christi resurgentis (cū corpus eius in resurrectione sit eiusdem naturæ nobiscum, cuius erat prius.). Secundò, Quia si omnia illa integraliter in eo resurgente non fuissent, tunc eius resurrectio non fuisset perfecta (vt patet ex terminis:) & hoc est inconueniens vt patet a fortiori, ex Matth. 10. Luc. 21.). Tertio, Quia dicere contrarium conclusionis huius, pertinet ad errorem Eutychij, & a Dño Gregorio improbatum: & ab ipso Eutychio reuocatum; & inconuenientis

ARTICVLVS II.

Vtrum Christi corpus resurrexerit integrum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod corpus Christi non resurrexerit integrum. Sunt enim de integritate humani corporis caro, & sanguis, quæ Christus non videtur habuisse: dicitur enim 1. ad Corinth. 15. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt: Christus autem resurrexit in gloria regni Dei. videtur ergo quod non habuerit carnē, & sanguinē.

¶ 2 Præt. Sanguis est vnus de quatuor humoribus. si ergo Christus habuit sanguinem, pari ratione habuit alios humores, ex quibus caussatur corruptio in corporibus animalium. sic ergo sequeretur, quod corpus Christi fuerit corruptibile, quod est inconueniens. non igitur Christus habuit carnē, & sanguinē.

¶ 3 Præt. Corpus Christi quod resurrexit, in cœlum ascendit: sed aliquid de sanguine eius in quibusdā ecclesiis reseruatur pro reliquiis. non ergo resurrexit corpus Christi cum integritate omnium suarū partium.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Luc. vltim. post resurrectionem discipulis loquens, spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere.

tis maioris, quam inconueniens Valentini, generatiuum (vt declaratur in tex.)

¶ NOT. Circa secundam probationem dixit ly a fortiori: quoniam prædicta integritas si de resurrectione nostra uerificatur (vt verificatur, & patet in Addition. quæst. 80. art. 2. immo & alijs omnibus) multò magis vtique verificari debet de resurrectione Christi. Nam ipsius resurrectio est exemplar & causa nostræ resurrectionis (vt patet Addition. q. 76. ar. 1.); & causa semp est potior suo effectu, art. 2. corp.

*art. præc.

1^m de maiori.

Sunt de integritate humani corporis caro & sanguis. R. Si caro & sanguis sumantur pro substantia carnis & sanguinis. §. Tūc nihil, &c. Nam Christus habuit carnem & sanguinem sic sumpta: & Apostolus ubi ad Corinthios sumit alio modo carnem, & sanguinem, vt patet in tex.

2^m de conclusione prima.

Ex quibus causatur corruptio. R. Nisi per virtutem diuinam aliter fiat. §. Tunc nihil, &c. vt patet in textu ly, sed quodlibet quisquis addat, corruptionem addere caueat, &c. Vide simile respons. art. 1. ad secundum.

3^m illatio conclusionis.

Non ergo, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis de sanguine in diuerso sensu loquentibus: & ideo nil contra veritatem articuli concludentibus. Nam totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, &c. vt in tex. Pro quo scias: quod in concilio Nicæno 2. action. 4. recitatur sermo Sancti Athanasij de imagine Christi, & de miraculo in Beryto ciuitate prodito, cum imago cæsa est a perfidis Iudæis; & percusso latere sanctæ imaginis, continuò exiuit sanguis, & aqua, & cæt. Forsan Diuus Thomas intendit de hoc in tex. fin.

*Hom. 26. in euā. nō remote a princ.

RESPON. Dicendum, quod sicut supradictum est,* corpus Christi in resurrectione fuit eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ. Vnde, quicquid ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Christi resurgentis. Manifestum est autem, quod ad naturam corporis humani pertinent carnes; & ossa, & sanguis, & alia huiusmodi. Et ideo, omnia ista in corpore Christi resurgentis fuerunt & etiam integraliter absque omni diminutione, alioquin non fuisset perfecta resurrectio, si non fuisset reintegratum quicquid per mortem ceciderat. Vnde, & Dominus fidelibus suis promittit dicens Matth. 10. Vestri autem, & capilli capitis omnes numerati sunt, & Luc. 21. dicitur, Capillus de capite vestro non peribit. Dicere autem quod corpus Christi carnem, & ossa non habuerit, & alias huiusmodi partes humano corpori naturales, pertinet ad errorem Euthycij Constantinopolitanæ vrbis episcopi: qui dicebat, quod corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, & ventis, aereque subtilius, & q Dominus post confirmata corda discipulorum palpantium, omne illud, quod in eo palpari potuit in subtilitatem aliquam redegit: quod ibidem improbat Gregor. * quia corpus Christi post resurrectionem immutatum non fuit, secundum illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. vnde & ille, qui dixerat, in morte retractauit. Si enim inconueniens est, vt Christus alterius naturæ corpus in sua conceptione acciperet, puta cœleste, sicut Valentinus asseruit, multo magis inconueniens est, quod in resurrectione alterius naturæ corpus resumpserit, quia corpus in resurrectione, resumpsit ad vitam immortalem, quod in conceptione assumpserat ad vitam mortalem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caro, & sanguis ibi non accipitur pro natura carnis, & sanguinis, sed vel pro culpa carnis, & sanguinis, sicut Grego.* dicit in 14. Mora. vel pro corruptione carnis, & sanguinis: quia, vt August. dicit ad Consentium,* de resurrectione carnis, non ibi erat corruptio, & mortalitas carnis, & sanguinis. Caro igitur secundum substantiam possidet regnum Dei, secundum quod dictum est,* spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Caro autem cum secundū corruptionem intelligitur, non possidebit, vnde continuo additum est in verbis apostoli, Neq; corruptio incorruptelam.

*li. 14. mo. ar. 13. non procul a fi.

*Aug epi. 146. to. 2.

D. 349.

*Luc. vlt.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut Augustin. dicit in eodem lib.* fortassis accepta occasione sanguinis, vrgebit nos molestior perscrutator, & dicet, Si sanguis in corpore Christi resurgentis fuit, cur non, & pituita, idest phlegma, cur non, & fel flauum, idest cholera, & fel nigrum, idest melancholia, quib. quatuor humorib. naturam carnis temperari, etiam medicinæ disciplinā testatur? sed quodlibet quisquis addat, corruptionem addere caueat, ne suæ fidei sanitatem, castitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus auferre, quas voluerit qualitates, vt absit labes. s. corruptionis, adsit effigies, adsit motio, absit fatigatio, adsit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

* Epi. 146. non multū lōge a prī. tom. 2.

AD TERTIVM dicendum, q totus sanguis, q de corpore Chri fluxit, cū ad veritatē humanæ naturæ ptineat, in corpore Christi resurrexit, & eadē rō est de omnibus particulis ad veritatem, & integritatē humanæ naturæ pertinentibus: sanguis autem ille, qui in quibusdā ecclesiis pro reliquiis conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculosè dicitur effluxisse de quadā imagine Christi percussa.

AR-

AP-

APPENDIX.

EX articulo habes primo 1 quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatū esse a scripturis; q corpus Christi resurrexit integrum. Vt per dictū Luc. vlt. secūdum q est in argumen. contr. Vbi per carnem & ossa intelligit a simili alia huiusmodi; quæ, & inquantum sunt de veritate & integritate humani corporis. Item per dictum Deuteron. 32. Dei perfecta sunt opera. Nam inter alia opera Dei magnū locum tenet resurrectio Christi; & ideo ibi significauit, q ipsa resurrectio est perfecta. Non esset autem perfecta, nisi cum integro corpore Christus surrexisset (vt in tex. corp. patet): & consequenter ibi, si applicentur generalia ad hoc particulare, denotauit intentum, scilicet quod corpus Christi in resurrectione fuit integrum. Cæterum, si plura uolueris de integritate tali, vnde & possis ad ppositum illud a fortiori discurrere (vt in not. supradictum est) vide Addition. q. 80. art. &c. cū Elucid. Vbi & articulorum numero 342. 354. 358. 363. cum Elucidat. videbis plura contra illum errorem Euthicij tactum in tex. corp. Quod si etiam placuerit, de sanguine Chri reassumpto, quō intelligendū sit plurimis inuenire; & consequenter absq; errore (quē aliqui cæcutientes incurrerunt) luminosam doctrinam sancti Thomæ introspicere, ac penetrare fœliciter; vide Magistrum Siluestrum de Prierio, in lib. suo, qui prætitulatur Rosa aurea. Ibi enim in quæstionibus post Euangelia totius anni explanata connexis, quæstione 30. 31. 32. trigesimatertia, trigesima quarta. Occurret ubi, quod exoptas. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus vt sonat.

¶ In corpore vna conclusio: Corpus Chri resurrexit integrū. s. cū carnib. & ossib. &c. Probatur dupliciter. Primo ostēditur: corp⁹ Christi in resurrectione fuit eiusdē naturæ, & alterius glię. ergo totū habuit qcquid ptinet ad naturā corporis humani. ergo oia ista fuerūt in corpore Chri. Secūda cōsequētia pbat., qa hæc oia ptinēt ad naturā humani corporis. Deinde probat, q hæc oia integraliter fuerunt in Christo: quia aliter nō fuisset resurrectio pfecta, si nō fuisset integratū, quicquid p mortē ceciderat. Et cōfirmatur autoritate dñi: capillus de capite vro non peribit, &c. Secundo probat cōclusio ab opposito: quia dicere corpus Chri caruisse partib. naturalib. humano corpori, ptinet ad errorē Euthycij duo dicentis. Primū est corpus nrm in resurrectione erāt impalpabile uentis, aereq; subtilius. Alterū est Chrs post cōfirmata corda discipulorū palpantiū omne qd erat in eo palpabile; in subtilitatē aliquā redegit. Contra quod sm dictum, rōnem Gregorii Auctor affert primo, & ipsius Euthycij reuocationem deinde, & demum arguit ex errore Valentini: Clara sunt in litera omnia intelligentibus, q omnis mutatio, species quædam mortis est.

¶ In responsionibus argumentorum, & in corpore duæ magnæ quæstio-

quæstiones restant prima est, quæ indecisa uidetur propter uarias opiniones, an totus sanguis Christi in passione effusus resurrexerit cum eo. Secunda est, an Christo resurgente oportuerit sanguinem secum reassumere.

¶ Primæ quæstionis Auctor tenet partem affirmatiuam in litera in responsione ad tertium, quo ad sanguinem in passione effusum, ea ratione, quia erat de ueritate humanæ naturæ, & in corpore articuli adiungitur, quod si non fuisset integratum quicquid per mortem ceciderat, non fuisset resurrectio perfecta.

¶ Secundæ autem quæstionis non solus Auctor, sed communis, & theologorũ, & ecclesiæ sententia partẽ tenet affirmatiuã. Sed ut ab hac ordinari, occurrit mihi magnum de ea dubium & argumentum ducens ad partem negatiuam. Ad cuius intellectũ, recolere oportet ex doctrinam Pauli Apostoli 1. ad Corinth. 15. quod corpus nostrum hic est animale, resurget autem spirituale, & secundum August. tamdiu corpus est animale, quamdiu indiget amplius alimento, & per oppositum tunc est spirituale, cum nõ indiget amplius alimento. Ex qua doctrina habetur, quod corpus Christi surrexit non animale, sed spirituale, hoc est non indigens alimento. Sub hac autem theologica traditione subsumitur ex philosophia, & sanguis in corpore humano nihil aliud est, quam alimentum humani corporis, vt expressé Aristoteles in 2. de partib. animal. cap. 3. dicit ponens sanguinem esse vltimum alimentum in corpore animalium, & alimenti gratia datum animalibus à natura. ergo corpus Christi resurgens non indiguit sanguine: eiusdem enim rationis est indigere alimento interiori, vel exteriori. Vnde idem est dicere corpus Christi post resurrectionem indigere sanguine, & indigere alimento, quod est esse animale, & non spirituale. Et cum alimentum quantumcumque vltimum non sit actu pars animalis, sed potentia totum, sequitur quod sanguis non sit pars animalis, & consequenter nec hominis, & quod sanguis non est de integritate humanæ naturæ: quoniam integrum est, cui nulla partium deest. Et quia uerum non addit rem aliquam supra ens (eandem enim rem significat aurum, quam significat aurum uerum, & sic de alijs) ideo sequitur quod nullus sanguis est de veritate humanæ naturæ, quia non est de integritate eius. Nec obstat quod exangues effecti, morimur, aut mortui sumus: attestatur enim hoc ad dictam philosophiam, quod sanguis est de necessitate requisitus ad uitã animalium habentium sanguinem, quoniam ut in 2. de anim. dicitur, tamdiu uiuunt, quamdiu aluntur. Iungendo ergo philosophiam theologiæ dicendum uidetur, quod sanguis pertinet ad necessitatem humani corporis secundum uitam animalem, quia est vltimum alimentum & non pertinet ad necessitatem humani corporis spiritualis, quale fuit corpus Christi in resurrectione. Et secundum hoc cum dicitur, Totum quod per mortem cecidit resurrexit, si perfecta est resurrectio intelligendum est de, toto, quod est de necessitate corporis humani in statu, seu uita spirituali, & non de toto necessario ad corpus humanum, in statu, seu uita animali. In oppositum autem est communis ecclesiæ sensus, & in sacramento altaris vinum conuersum in Christi sanguinem, quem fatemur in Christi corpore esse.

¶ Ad hanc quæstionem dr̃ quòd sanguis licet sit pars in potentia respectu carnis, & membrorum: est tamen cum hoc ẽt pars in actu respectu totius animalis, ita quòd est, & materia trãsiens partium posteriorum, & materia permanens respectu totius sicut elementa in mundo sunt partes in potentia, & materia transiens respectu mistorum, & sunt partes in actu, & materia permanens respectu vniuersi. Probaturque ex eo, quod triplex compositio in animali inuenitur, vt habetur in 2. de partib. animalium. Prima est, compositio ex elementis, seu eorum uirtutibus. Secunda est ex partib. similarib. puta carne, osse, neruo tertia est ex partib. heterogeneis, vt manu capite, &c. Ad primam autẽ compositionem spectat compositio animalis ex humoribus, quorum unus est sanguis, & propterea quemadmodum componentia, tam in secunda quam in tertia compositione sunt partes in actu animalis, ita componentia in prima compositione, affirmanda sunt quod sunt partes in actu animalis. Et ideo, licet in resurrectione non sit opus sanguine, vt est pars in potentia, est tamen opus illo, vt est pars in actu, alioquin non resurgeret homo integer: deficeret enim sibi aliqua partium eius in actu.

¶ De prima autem quæstione, nec conclusionis, nec mediorum video certitudinem: nam ratio theologica ducit ad partem affirmatiuam, vt in litera habes, & in quolib. 5. q. 3. artic. 1. Ratio autem naturalis ad partem potius ducere uidetur negatiuam: quoniam nihil prohibet, in Christo fuisse passionis tempore sanguinem nutrimentalem, qui non est in resurrectione assumptus: quoniam non est maior ratio, quare tunc non fuerit in Christo sanguis nutrimentalis, & alias fuerit: & rursus, quare in ipso tunc non, & in alijs hominibus eiusdem ætatis sic: & rursus, quare tunc patiendo non, & si non fuisset tunc passus, haberemus in eo sanguinem nutrimentalem. Si autem in Christo tunc fuit nutrimentalis sanguis, constat quòd tunc effusus fuit, cum natura meliorem quantum potuerit, in finem reseruauerit. Non cogere autem argumenta hæc, sanguineus sudor Christi in cruciatu propassionis effusus, cum ante passionem post cœnam oraret, significat: nam sudor ille sanguineus, cum non ex ægritudinali dispositione processerit, ut Aristot. in 3. de historijs animalium prouenire ponit ex mala dispositione sanguinis, & in tertia de partibus animalium contigisse narrat, quibusdam propter laxum, fluxumque corpus: tum, quia Christum non decuit ægritudo aliqua: tum, quia operationes ipsius Christi statim subsecutæ attestantur sanitati, & non ægritudini: nam statim surgens ab oratione, ut Lucas ait, venit ad discipulos vt prius, & allocutus eos de vigilia, &c. monstrauit se non mutatum a tanto decursu sudoris sanguinei, vt immutari debuisset, si ægritudinis sudor fuisset. Ille, inquam, sudor sanguineus fuit humor sanguineus adhuc crudus, hoc est, non redactus adhuc pfecte in sanguinem, qui pars est hominis & huiusmodi crudus humor uocatur sanguis nutrimentalis. Et quoniam, ut euangelista testatur, tanta fuit eius quantitas, vt decurreret in terram, videtur ꝙ totus sanguis nutrimentalis, qui inueniendus fuisset in Christo tempore passionis præeffusus fuerit in propassionis sudore. Dico autem, qui inueniendus fuisset tempore passionis, & non qui inuentus est, tunc scilicet tempore orationis: qm̃ non oportet fateri totum nutrimentalem sanguinem per sudorem emissum: quoniam aliquid illius remanens potuit, nocte, & mane decoqui perfecte, ita vt nihil nutrimentalis sanguinis inueniretur in Christo tempore passionis, cum effusus sanguis est, sed quia hæc magis diuinare, quam affirmare possumus, ideo nullus pertinax in propria opinione inueniatur, nullus dubia pro certis affirmet: sed piè dubitando, deuotionẽ suam prosequatur. Certũ tñ, & absq; hæsitatione qualibet constat, Christi sanguinẽ nutrimentalẽ, qui dr̃ in terra inueniri, ẽt si in passione effusus sit, non esse unitum verbo Dei personaliter, qm̃ numquam fuit actu pars sanguinis, qui est de veritate humanæ naturæ.

SVPER Q. LIIII.
ART. III.

COncl. Corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum.

300 Inf. q. 55. a. 6. ad 4. Et quo. 5. q. 3. ar. 1. Et opu. 3. c. 245 ¶ Prob. 1. Quia resurrectio Christi fuit exemplar, causaq; nr̃æ resurrectionis (vt patet 1. Cor. 15.); & sancti in resurrectione habebunt corpora gloriosa (vt patet ibid.). Secundò, Quia per humilitatem passionis meruit gloriã resurrectionis, id est meruit habere corpus gloriosum in resurrectione (vt constat ex oratione Christi ad patrem Ioan. 17.) Tertiò, quia ab anima Christi glorificata debuit, peracto mysterio passionis, redũdare gloria in corpus.

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum Christi corpus resurrexerit gloriosum.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quod corpus Christi non resurrexerit gloriosum. Corpora enim gloriosa sunt fulgentia, secundum illud Matth. 13. Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ: sed corpora fulgentia videntur secundum rationem lucis, non autẽ secundum rationem coloris. cum ergo corpus Christi visum fuerit sub coloris specie, sicut, & prius videbatur, videtur quod non fuerit gloriosum.

¶ 2 Præt. Corpus gloriosum est incorruptibile: sed corpus Christi nõ vr̃ fuisse incorruptibile: fuit. n. palpabile, sicut, & ipse dicit Lu. vlt. Palpate, & videre. Dicit aũt Greg. ĩ quadam Hom. * ꝙ corrũpi necesse est, qd̃ palpatur, & palpari non põt, qd̃ non corrumpitur. non ergo corpus Christi fuit gloriosum. *Hom. 26. in euange. paulo post princ.

¶ 3 Præt. Corpus gloriosum non est animale, sed spirituale, vt patet 1. ad Cor. 15. sed corpus Christi videt᷑ fuisse animale post resurrectionẽ: quia cum discipulis manducauit, & bibit, vt legitur Luc. vlt. & Ioan. vlt. ergo videtur, quod corpus Christi non fuerit gloriosum.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

RESPON. Dicendum, ꝙ corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum, & hoc apparet triplici ratione. Primo quidem, quia resurrectio Christi fuit exemplar, & causa nostræ resurrectionis, vt habetur 1. ad Corint. 15. Sancti autem in resurrectione habebunt corpora gloriosa, sicut ibidem dicitur, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Vnde cum causa sit potior causato, & exem-

1m maior. Corpora fulgentia uidentur secundum rationẽ lucis, non autem secundum rationem coloris. R. Nisi aliter velint glorificati, quorum sunt ipsa corpora fulgentia, idest gloriosa. §. Nam omne quod recipitur in aliquo, &cæt. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ibid. ly hoc modo Christus discipulis, &c.

exemplar exemplato, multo magis corpus Christi resurgentis fuit gloriosum. Secundo, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis, vnde, & ipse dicebat, Nũc anima mea turbata est, quod pertinet ad passionem: & postea subdit, Pater clarifica nomen tuum, in quo petit gloriam resurrectionis. Tertio, quia sicut supra habitum est, * anima Christi a principio suæ conceptionis fuit gloriosa per fruitionem diuinitatis perfectam. Est autem dispensatiuè factum, sicut supra dictum est, * vt ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc, quòd mysterium nostræ redemptionis sua passione impleret: & ideo peracto hoc mysterio passionis, & mortis Christi, statim anima in corpus in resurrectione resumptum, suam gloriam deriuauit, & ita factum est corpus illud gloriosum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omne, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis: quia igitur gloria corporis deriuatur ab anima, vt Augustin. * dicit in episto. ad Dioscorum, fulgor, seu claritas corporis gloriosi est secundum colorem humano corpori naturalem: sicut vitrum diuersimode coloratum recipit splendorem ex illustratione solis, secundum modum sui coloris, sicut autem in potestate hominis glorificati est, vt corpus eius videatur, vel non videatur, sicut dictum est, * ita in potestate eius est, quod claritas eius videatur, vel non uideatur, vnde potest in suo colore sine aliqua claritate videri, & hoc modo Christus suis discipulis post resurrectionem suam apparuit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solum ratione resistentiæ, sed ratione suæ spissitudinis, ad rarum autem, & spissum sequuntur graue, & leue, calidum, & frigidum, & alia huiusmodi contraria quæ sunt principia corruptionis corporum elementorum. Vnde corpus, quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile: si autem sit aliquod corpus resistens tactui, quod non sit dispositum secundum prædictas qualitates, quæ sunt propria obiecta tactus humani, sicut est corpus cœleste, tale corpus non potest dici palpabile: corpus autem Christi post resurrectionem verè fuit ex elementis compositum, habens in se tangibiles qualitates secundum quod requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset suprà corporis humani naturam, fuisset etiam corruptibile: habuit autem aliquid aliud, quod ipsum incorruptibile reddidit, non quidem naturã cœlestis corporis, vt quidam dicunt, de quo infra magis inquiretur, sed gloriam redundantem ab anima beata, quia vt Augnst. * dicit in epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, idest incorruptionis vigor: & ideo sicut Greg. dicit ibidem, ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut August. dicit 13. de ciuit. Dei, Saluator noster post resurrectionem, iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum, & potum, cum discipulis sumpsit non alimentorum indigentia, sed ea, qua hoc poterat potestate: vt enim Beda * dicit super Lucam, aliter absorbet aquam terra sitiens: aliter solis radius calens, illa indigentia, iste potentia. Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, sed vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret: & propter hoc nõ sequitur, quod fuerit eius corpus animale, quod est indigens cibo.

AR-

2m minor. Corpus Christi non uidetur fuisse incorruptibile. R. Negatur. §. Ad probationem conceditur, quod corpus Christi post resurrectionem fuit uere palpabile. Ad Beatum Gregorium, aut dicitur sic. Quod palpatur; necesse est, corrumpi: Nisi aliquid aliud supra naturam corporis habeat, quod faciat ipsum corpus palpabile esse incorruptibile. Et hoc in corpore glorioso est gloria redundans ab anima.

3m minor. Corpus Christi uidetur animale fuisse post resurrectionem. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur: quod si manducasset aut bibisset ex indigentia, haberetur intentum ab argumento; sed hæc fecit solum ex potestate. Nam sicut Augustinus dicit in 13. de ciu. Dei saluator, &c. vt in textu. Ex quo patet: quod manducare & bibere præcise sumpta non inferunt corpus manducãs & bibens esse animale, nec spirituale: sed manducare & bibere ex indigentia inferunt corpus illud esse animale; manducare autem & bibere solum ex potestate inferunt corpus illud esse spirituale.

* q. 34. ar. 4.
* q. 14. ar. 1. ad 2. arg.
* Epist. 56. ante med. to. 2.
* ar. 1. huius q. ad 2. art.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei

EX articulo habes primò: quomodo per rationem intentas radicitus hæresim Origenistarum dicentium: Christum crucifixum futuris sæculis sæpius esse crucifigendum. Et hæresim Agarenorum dicentium: quod Christus, postquam in fine mundi interemerit Antichristum, est moriturus. Per hoc enim quod monstratur hic, quod Christi crucifixi corpus fuit in resurrectione pro semper gloriosum (id quod importat esse impassibile, immortale, &c. vt in 1. Corinth. 15.) patet: quod articulus iste, vtpote radicem crucifixionis iteratæ efficaciter subruens, oppugnat omnino & expugnat hæresim prædictam. Sed & quæcunque corpus Christi gloriosum
a post resurrectionem dicent: eandem eadem ratione funditus reprobabunt. Secundò igitur habes: quomodo per rationem ostendas, illam hæresim merito damnari a Philipp. 3. vt est in argom. coorr. Nam corpus claritatis est idem, quod corpus gloriosum: vt patet penetranti terminos, & uidenti 1. Corinth. 15. Item per dictum Math. 26. Amen dico uobis, non bibam

bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illud; cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Tunc enim cum discipulis bibit de genimine uitis nouum, idest nouo modo. idest, non ex indigentia corporali (vt prius faciebat), sed solum ex potestate (vt in respon. ad tertium.): quando post resurrectionem & dixit Luc. 24. Habetis hic aliquid, quod manducetur, & de eo verificatum est illud Actu. 10. Nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis: statum autem suum post resurrectionem designat per ly to regon patris mei. Porro constat quod regnum patris sui importat gloriam etiam corporis, idest corpus gloriosum. In cuius euidens signum est: quod dicitur Matth. 16. Filius hominis venturus est in gloria patris sui, &c. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo. Et cap. 17. post dies sex assumpsit Petrum, Iacobum, Ioannem, &c. transfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies eius, sicut Sol. Vide singula. Regnum patris sui vocat regnum suum, idest sui ipsius Christi, & regnum patris etiam uocat gloriam patris, & consequenter gloriam suam, idest ipsius Christi. In hoc regno, & gloria, se uidendum testatur a quibusdam, idest a Petro, Iacobo, Ioanne (de quibus statim subditur ly post dies, &c. antequã gustent mortem; & coram his tribus tunc in corpore glorioso, multumque resplendente, veraciter apparet. Veraciter, inquam: vt patet ex 2 Petr. 1. non indoctas fabulas secuti notã &c. Cum igitur transfiguratio hæc sit quoddam exemplar gloriæ habendæ per modum permanentis ab eodẽ Christo in regno suo, idest in statu resurrectionis (vt patet apud Sanctos doctores); relinquitur ex prædictis manifeste pro certo concludendum: quod Christus, se habiturum post resurrectionem corpus gloriosum, significauit per hoc, quod dixit Matth. 26. se tunc, etiam quo ad corpus bibens de genimine vitis, futurum actualiter esse in regno patris sui. Item damnari meritò eandem hæresim per dictum Luc. 24. hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad uos; cum adhuc essem vobiscum. Ac si aperte dicat. Tunc eram vobiscum: sed nunc non sum vobiscum. Hoc enim Christi dictum non potest verificari de præsentia corporali, cum ipsos apostolos tunc præsentialiter ore ad os alloqueretur: sed necessario verificari debet de statu, idest de conditione corporali; hoc est, quod ipse nunc post resurrectionẽ non habebat conditiones corporeas cum apostolis

* Materiã de dotib. vt respicere, q̃ nõ complacuit.
* epi. 56. ante me. to. 2
* hom. 26. I euãg. nõ remote a pri.
* lib. 13. ca. 22. circa fi. to. 5.
* Beda c. 97 & est vlt. in Luc. sup illud. Habetis aliquid vt manducetur.

apostolis communes, quales prius habuerat, idest quod corpus suum non erat amplius animale, passibile, corruptibile, mortale, infirmum; sed spirituale, impassibile, incorruptibile, immortale, gloriosum. Et (ut breuius, copiosiusque dicatur) quod licet esset eiusdem naturæ, erat tamen alterius gloriæ. Vide 1. Corin. 15. & Addition. 82. 83. 84 85. articulis, &c. Et inde penetrando, quid sit corpus esse, non per modum transeuntis, sed permanentis, glorificatum; quantæ damnationis ac derisionis digna, insuper & quantæ ignorantiæ plena sit hæresis prænarrata, non sine magna admiratione conspicies. Quòd si addideris ly Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, Rom. 6. & ly neque ut sæpè offerat semetipsum, semel enim oblatus est, Hebr. 9. & ly una oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, Hebr. 10. tunc directissime eandem condemnatam a scripturis, tam apertis inuenies; ut nihil supra. Tertio vides quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio: Corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum. Probatur tripliciter, & rones clare patēt in lra.

¶ In responsione ad 2m, aduerte q Auctor loquit de raro, & denso uniuocatione seruata: quod dico propterea quia densitas ponitur & in corporib. cœlestibus: non eiusdē tñ rationis cū densitate inferiorū: est.n. stella densior pars sui orbis: nihil tñ est cōe vniuocum corruptibili, & incorruptibili corpori. Vnde cœlū resisteret tactui, si quis ad orbem Lunæ pertransire vellet ibi existēs: non tñ sentiret tactu densitas eius: sed tm tactui resisteret pars densa, quātum pars minus densa. Et propterea in littera dr, q corpus rōne suę spissitudinis palpabile, est naturaliter corruptibile.

Medina ar. 4.

SVPER Q. LV. ART. IIII.

302 3. d. 21. q. 2 artic. 4. q. 3. Et op. 3. c. 245. Et op. 20. cap. 22.

Concl. Conueniens fuit; animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere.

¶ Prob. Quia hoc fuit conueniens & ad ostendendum gloriosā Christi victoriam; & ad confirmandum corda discipulorum de fide resurrectionis: & ad demonstrandum eas patri supplicando pro nobis; & ad insinuandum redemptis, quam misericorditer sint adiuti; & ad annunciandum reprobis in iudicio, quam iuste damnentur (vt de his quinque medijs singillatim declaratur in tex.)

* art. 1. huius quæst.

1m minor. Cicatrices, & vulnera ad quandam corruptionem pertinēt & defectum. R. Sed nō in Christo. §. Negatur ergo ista minor; loquendo tamen de cicatricibus & uulnerib. in corpore Christi resuscitati. Immo pertinebunt semper ad maiorem cumulum, &c. vt in tex. Id quod etiam de uulneribus, & cicatricibus in martyrum corporibus (de quibus textus corp.) proportionaliter dicas. Licet ergo minor illa uerificari possit de corpore non glorioso: non tamen potest de corpore glorioso.

* lib. 4. c. 19. paulo ante finem.

2m minor. Aperturæ vulnerum contrariantur integritati corporis. R. Nisi fiat recompensatio per maiorem decorem gloriæ. §. Vt scilicet corpus non sit minus integrum, &c. vt in tex. Tunc nihil, &c. Nam in Christi aperturis (& a simili martyrum) sic talis recompensatio.

* Sup. illud Luc. ostēdit eis manus cap. 97. in Luc. & c. vltimo.

3m illatio conclusionis primæ. Ergo uidetur quod certificatis, &c.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q corpus Christi nō debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim 1. ad Cor. 15. q mortui resurgent incorrupti: sed, & cicatrices, & vulnera ad quandā corruptionem pertinent, & defectum. non ergo fuit conueniens, vt Christus, qui est resurrectionis actor, cū cicatricibus resurgeret.

¶ 2 Præt. Corpus Christi integrū resurrexit, sicut dictum est: * sed aperturæ vulnerū contrariantur integritati corporis: quia per eas disconnuatur corpus. non ergo vr fuisse conueniens, q in corpore Christi aperturæ uulnerum remanerent, & si remanerent ibi quædam uulnerū insignia, quam sufficiebant ad aspectū, ad quē Thomas credidit, cui dictum est, quia vidisti me Thoma, credidisti.

¶ 3 Præt. Dam. * dicit in 4. lib. q post resurrectionē de Christo dñr quædam verè, quæ non habuit fm naturā, sed fm dispensationem, ad certificandū, q, ipsum quod passum est corpus resurrexit, vt cicatrices. Cessante aūt causa, cessat effectus. ergo vr q certificatis discipulis de sua resurrectione cicatrices vlterius non habuerit: sed non conoeniebat immutabilitati gloriæ q aliquid assumeret, quod perpetuo in eo non remaneret. ergo vr q non debuerit corpus cum cicatricibus in resurrectione resumere.

SED CONTRA est, q dñs dicit Thomæ Ioā. 20. Infer digitum tuū huc, & vide man⁹ meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

RESPON. Dicendum, quod cōueniens fuit animam Chri in resurrectione, corpus cū cicatricib. resumere. Primo quidē, pp gloriā ipsius Christi: dicit.n. Beda sup * Luca, q non ex impotētia curandi, cicatrices seruauit, sed vt in ppetuū victorix suæ circumferat triūphum. vnde & Aug. dicit in 22. * de ciuit. Dei, q fortassis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerū cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt: non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam, quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Secundo, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suæ resurrectionis. Tertio, ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat. Quarto, vt sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis indicijs, insinuet. Postremo, vt in iudicio, quam iustè damnentur, ibidem denunciet. vnde sicut Augustin. dicit in lib. 2. de symbolo cap. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thomæ non credenti nisi tangeret & videret, ita etiam inimicis vulnera demonstraturus est sua, ut conuincens eos veritas dicat: Ecce hominem quem crucifixistis videtis vulnera, quæ infixistis, agnoscitis latus, quod pupugistis: quoniam per vos, & propter vos apertū est, nec tamen intrare voluistis.

* li. 22. c. 19 in pri. c. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cicatrices illæ, quæ in corpore Christi permanserunt, non pertinent ad corruptionem, vel defectum: sed ad maiorem cumulum gloriæ, inquantum sunt quædam virtutis insignia, & in illis locis vulnerum, quidam specialis decor apparebit.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa apertura vulnerum, quamuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum: Thomas autem non solum vidit, sed etiam vulnera tetigit: quia, vt dicit Leo Papa, suffecit sibi ad fidem propriam, vidisse quod viderat, sed nobis operatus est, ut tangeret quem videbat.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus in suo corpore voluit cicatrices vulnerum remanere, non solum ad certificandum discipulorum fidem, sed etiam propter alias rationes. Ex quibus apparet, quod semper. In eius corpore cicatrices illæ remanebunt: quia, vt Augustin. * dicit ad Consentium, de resurrectione carnis, domini corpus in cœlo esse credo, vt erat quando ascendit in cœlum. Et Gregor. † 14. Moral. dicit. Quòd si quid in corpore Christi post resurrectionem potuit immutari contra veridicam Pauli sententiam, post resurrectionem dominus rediit in mortem, quod quis dicere, vel stultus præsumat, nisi, qui veram carnis resurrectionem denegat? Vnde patet quod cicatrices, quas Christus post resurrectionem in suo corpore ostendit, numquam postmodum ab illo corpore sunt remotæ.

* Aug. epi. 146. paulo a prin. to. 2 † li. 14. mo. c. 2. a med.

tis, &cæt. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex insufficienti in præmissis incluso. Nam illud dictum Damasceni non omnes causas reseruationis cicatricum explicat; sed tantum illã quæ secundo loco adducta est in tex. corp.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Apellitarum & Passionistarum; quæ recitata est in artic. 1. appendic. Per hoc enim quod cum cicatricibus resurrexit Christus, patet; eum surrexisse in carne: quoniam
B non, nisi in carne cicatrices vulnerum sunt. Secundo habes; quomodo per rationem ostendas, illam meritò damnari a dictis ibi, scilicet articul. 1. appendicib. Item per dictum Ioan. 20. quod ponitur in argumen. contr. Vbi & notabis; quam bonus sit Christus his, qui recto sunt corde, Psalmus 72. quando tam bonus est etiam distortis corde (qualis tunc Thomas fuerat). Porro propter ly conueniens, in conclusione dictum; vide quæstio. 41. artic. 1. corollar. post conclusio. & appendices multorum sequentium articulorum, qui de conuenientia alicuius operis circa Christum facti inquirunt. Sed & de scripturarum conuenientia, vt pro quanto oportet huc applices, vide secunda, secundæ quæstio. 122. articul. 2. appendic. & quæstio. 140. artic. 1. appendic. & quæstio. 179. artic. 2. appendic. & 1. 2. quæstio. 68. articul. quarto, append. Tertio vides; quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. B

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus, prout communiter in ecclesia cicatrices Christi intelliguntur, scilicet, vt cum foraminibus sumuntur.

¶ In corpore vnica est conclusio: Conuenit animam Christi reassumere corpus cum cicatricibus, Probatur quinque rationibus, quæ patent in litera.

¶ Vbi aduerte, quod Auctor August. sequens rationem cicatricum Christi non ex parte corporis, sed animæ reddit: quoniam non ad pulchritudinem corporis, sed animæ spectant. Vt enim in responsione ad secundum dicitur, apertura illa vulnerum recompensatur per maiorem decorem, in quo monstratur, quod ex parte corporis recompensatione eget. Reliqua clara sunt in litera.

Medina ar. 1.

SVPER Q. LV.

ART. V.

COncl. Christi resurrectio non omni populo manifestanda erat; sed quibusdam: quorum testimonio deferretur ad aliorum notitiam.

¶ Prob. Quia resurrectio Christi ad futuram gloriam pertinebat, atque ideo non, nisi per diuinam reuelationem erat cognoscibilis ab homine (vt patet (ex primæ Corinth. 2.) & talia reuelabilia prius immediatè, secundum legem diuinitus institutam, reuelantur superioribus, quibus mediantibus deferantur ad inferiores (vt patet ex Dionysio).

¶ Not. Legem hanc a Deo statutam, quam Sanctus Dionysius narrat, audiant hæretici; ne umquam (vt solent) amplius præsumant, reuelanda sibiipsis fore secreta sensa scripturarum diuinarum, etiam absq; medio sedis Apostolicæ: quæ illis, & nobis, immo & omnibus absolutè hominibus, superior est. Certissimè ergo nouerint: se a Deo nunquam de reuelabilibus (vt in textu) instruendos; nisi ceruices suas durissimas, ipsi sibi violentiam bonam inferendo, inclinent ad obediendum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ; quæ vniuersis Christi fidelibus pro matre & magistra ab ipso Christo coram tantis testibus (Apostolos dico) assignata est, quando caput eius Vicarium, scilicet Petrum Apostolum sic instituebat Matt. 16. Luc. 22. Ioan. 21.

302 Sup. q. 36. ar. 2. co. Et op. 3. c. 245 Et 1. Cor. 15.

QVÆSTIO LV,

De manifestatione resurrectionis, in sex articulos diuisa.



DEINDE considerãdum est, de manifestatione resurrectionis Christi. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christi resurrectio omnibus manifestari debuerit, an solum quibusdam specialiter personis.

¶ Secundo, vtrum fuisset conueniens, quod eis videntibus resurgeret.

¶ Tertio, Vtrum post resurrectionem debuerit cum suis discipulis conuersari.

¶ Quarto, Vtrum fuerit conueniens, quòd suis discipulis in aliena effigie appareret.

¶ Quinto, Vtrum resurrectionem suam argumentis manifestare debuerit.

¶ Sexto, de sufficientia illorum argumentorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum resurrectio Christi debuérit omnibus manifestari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari. Sicut enim publico peccato debetur pœna publica, secundum illud 1. Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, ita meritò publico debetur præmium publicum: sed claritas resurrectionis est præmium humilitatis passionis, vt Augustin. dicit super Ioan. * cum ergo passio Christi fuerit omnibus manifestata, eo publicè patiente, videtur quod gloria resurrectionis ipsius omnibus manifestari debuerit.

* Trac 104 in Io. circa fin. to 9.

¶ 2 Præt. Sicut passio Christi ordinatur ad nostram salutem, ita, & eius resurrectio, secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: sed illud quod ad communem vtilitatem pertinet, omnibus debet manifestari. ergo resurrectio Christi omnibus debuit manifestari, & non specialiter quibusdam.

¶ 3 Præt. Illi, quibus manifestata est resurrectio Christi fuerunt resurrectionis testes: vnde dicitur Act. 4. Quem Deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus hoc autem testimonium ferebant publicè prædicando: quod quidem non conuenit mulieribus, secundum illud 1. ad Corinth. 14. Mulieres in ecclesiis taceant, & 1. ad Timot. 2. Docere mulieri non permitto. ergo videtur quod inconuenienter resurrectio Christi manifestata fuerit primo mulieribus, quam omnibus communiter.

SED CONTRA est, quòd dicitur Act. 10. Quem Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo.

RESPON. Dicendum, quod eorum, quæ cognoscuntur, quædam cognoscuntur communi lege naturæ, quædam autem cognoscuntur ex speciali munere gratiæ, sicut ea, quæ diuinitus reuelantur: quorum quidem, vt Dion. dicit in lib. cœl. hier. * hæc est lex diuinitus instituta, vt a Deo immediate superiorib. reuelentur quibus mediantibus deferantur ad inferiores, sicut patet in ordinatione cælestium spirituum: ea uero, quæ pertinent ad futuram gloriam, communem hominum cognitionem excedunt secundum illud Isa. 64. Oculus non uidit absque te, quæ præparasti diligentibus te: & ideo eiusmodi ab homine non cognoscuntur, nisi diuinitus reuelata, sicut Apostolus dicit primæ ad Corinth. 2. Nobis reuelauit Deus per spiritum suum, quia igitur Christus resurrexit gloriosa resurrectione, ideo eius resurrectione

* cap. 4. cœl. hier. a med. illius.

1m illatio conclusionis. Cum ergo, &c. videtur, quod gloria, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam procedit ex præmissis dissimilia a conclusione illata continentibus. Passio enim Christi peracta est in corpore adhuc, & cæt. vt in textu.

2m de minori. Omnibus debet manifestari. ℞. Secundum ordinem diuinitus institutum. §. De quo habes in tex. corp. ex Dion. Tunc nihil, &c. Nam resurrectio Christi sicut est ad communem, &c. vt in tex.

3m de maiori. Fuerunt resurrectionis testes. ℞. Vel ad domesticos priuata ammonitione; vel ad populum, publica prædicatione. §. Tunc nihil, &c. Nam primo modo solum mulieres fuerunt resurrectionis testes; & sic ad testificandum a Christo, & Angelis, ad sepulchrum existentibus missæ. Mulieri enim nō permittitur publice docere in Ecclesia, &c. vt in tex.

D. 588.

surrectio non omni populo manifestata est, sed quibusdam quorum testimonio deferretur in aliorum noticiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod passio Christi peracta est in corpore adhuc habente naturam passibilem, quæ communi lege nota est omnibus: & ideo passio Christi omni populo immediatè manifestari potuit. Resurrectio autem Christi facta est per gloriam patris, vt Apostol. dicit Rom. 6. & ideo immediate manifestata est, non omnibus, sed quibusdam, quòd autem publicè peccantibus pœna d publica imponitur, intelligendum est de pœna præsentis vitæ: & similiter publica merita publicè præmiri oportet, vt alii prouocentur: sed pœnæ, & præmia futuræ vitæ non publicè omnibus manifestantur, sed specialiter illis, qui ad hoc præordinati sunt a Deo.

AD SECVNDVM dicendum, quòd resurrectio Christi sicut est ad communem omnium salutem, ita in noticiam omnium peruenit: non quidem sic, quod immediatè omnibus manifestaretur, sed quibusdam, per quorum testimonium deferretur ad omnes.

AD TERTIVM dicendum, quod mulieri non permittitur publicè docere in ecclesia: permittitur autem ei priuatim aliquos domestica admonitione instruere, & ideo sicut Ambros. dicit super Luc. * Ad eos fœmina mittitur, qui domestici sunt, non autem mittitur ad hoc, quòd resurrectionis testimonium ferat ad populum. Ideo autē primo mulieribus apparuit, vt mulier, quæ primo nuncium mortis ad hominem detulit, primo etiam vitam resurgentis Christi in gloria nunciaret: vnde Cyrillus * dicit, Fœmina, quæ quondam mortis fuit ministra venerandum resurrectionis mysterium prima percipit, & nunciat. adeptum est igitur fœmineū genus, & ignominiæ absolutionem, & maledictionis repudium. Similiter etiam per hoc ostenditur, quòd quantum ad statum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur d fœmineus sexus: sed si maiori charitate feruebunt, maiori etiam gloria ex visione diuina potientur, eo quod mulieres, quæ dominum arctius amauerunt, intantum, vt ab eius sepulchro discipulis etiam recedentibus non recederent, primo viderunt dominum in gloria resurgentem.

AR-

*cap. vlt. in Luc. non multū ante med. to. 5.

*lib. 12. in Io. c. 51. su p illud, uade ad fratres meos, & dic eis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei

EX articulo habes primo: quomodo p rationem tamquam in radice uniuersali interimas hæresim Caluini dicentis: Institutiones Maiorum renunciare, siue ab eis recedere, non modo esse integrum: sed & honestū, pium, & salutare. Et hæresim Brentij dicentis: Iudicio proprio ita standum esse; vt nullo modo licitum sit, in causa æternæ salutis ita alienæ sententiæ adhærere, vt eam sine proprio iudicio amplectamur. Articulus enim iste Sancti Doctoris per hoc, quod reuelationes diuinas de salute nostra (qualis est resurrectio Christi). ad inferiores non nisi per superiores venire iuxta regulam a Deo institutam demonstrat, oppugnat ualidissime illas hæreses, & expugnat. Radix siquidem vniuersalis, quod institutionibus Maiorum non possimus tuta conscientia renunciare, sed illorum sententiæ proprium iudicium pro Deo teneamur submittere, est hæc quia scilicet reuelare nobis uiam salutis statuit Deus solum mediantibus superioribus nostris (ideo ipse nobis eos pro rectoribus assignauit: vt in not. post prob.) & non aliter. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, eas merito damnari per hoc, quod dicitur Actu. 10. Cornelij; mitte, & accersi Simeonem, qui cognominatur Petrus. Hic dicet tibi; quid te oporteat facere. Mirum certe vehementer est illud in illarum hæresium apertam damnationem: si, vt par est, appendatur. Ecce. Angelus domini e cælo ad Cornelij consolationem, & instructionem descendit. Consolatur autem eum per hoc, quod in contexto illo dicit, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Verumtamen quando eundem de uia salutis, quam tenere debeat, instruere vult; mittit ipsum ad Petrum Apostolum. Nunquid Angelus ipse cælos tamdiu inhabitans, quæ sit uia salutis ad cęlos conducens, ignorat: quia de hac uia per se ipsum non instruit Cornelium, sed ad alium pro tali plena instructione remittit? Vt quid ille, qui de orationum atque eleemosynarum acceptatione diuina hominem certificauerat, de ijs, quæ ad fidem & bonos mores fidei consonas pertinet, speciatim non certificat, scilicet dicendo crede sic vel sic, viue moraliter sic, vel sic: sed quasi viam hanc fidei catholicæ atque morum nesciens dicit, Mitte & accersi Simeonem &c. Sciebat iste Angelus; iamdudum a Christo domino Deo suo & nostro claues scientiæ cœlorum, confirmationisque fidelium, ac totius pastoralis officij, Simoni, qui cognominatur Petrus, fuisse traditas Matthæi 16. Luc. 22. Ioan. 21. & ideo ipse, tamquam deferens magisterio Petri, ac in eo Christum eius institutorem reuerenter honorans, Cornelium ad scholas Petri pro uia salutis addiscenda prudens atque sciens dirigit. Ac si, facto suo cunctis seculis, tam admirando, dixerit. Ego (o Corneli) non sum assignatus a Deo tibi, & Ecclesiæ toti, pro regula infallibili doctrinæ fidei, & eorum, quæ pro salute addiscenda te atque alios oportet facere; sed Simon Petrus: Et iccirco; ubi uentum est ad hoc negocium; ego ipse, tamquam falcem in alienam messem mittere ueritus, idest renuēs alienū officium a Deo meo tam solemniter, (vt supra) institutum & approbatum usurpare, digitum ori meo lubens superpono, & ad ordinarium totius doctrinæ Ecclesiasticæ te remitto. Accersi ergo Simonem, qui cognominatur Petrus: Hic dicet tibi, quid, & cætera. Ex his limpidissimè patet: quam efficacissime & radix uniuersalis præmissa contra hæreses firmetur, & hæreses illæ condemnentur. Item merito damnari ab Actu. 10. quem Deus, &c. secundum quod est in argumen. contr. Manifestare siquidem immediatè omni populo, idest in inferioribus, secreta fidei Deum nolle, hic demonstratur: sed solum testibus ab ipsis præordinatis, idest superioribus ad hoc ab ipso datis, & postea mediantibus illis omni populo. Quis non uideat hanc legem a Deo statutam: & consequenter per hanc eandem hæresum Caluinistarum, Brentianorumque damnationem? Item a dictis 2. 2. articulorum numero 81. 217. 552. cum Elucidationibus. Et a prima, secundæ articulorum numero 378. cum Elucidationibus. & ab Additionibus, articulorum numero 413. cum Elucidationibus. Videbis etiam has abundantissimè esse damnatas a Veritatibus aureis super totam legem Veterem Genes. 16. conclusio. quinta, & Exod. decimooctauo, conclusio. prima. & Numer. quarto, conclusio. tertia. Item capit. secundo, conclusio. decima. Item capit. duodecimo, conclusio. nona. Item capit. vigesimoprimo. conclusio. octaua. item capit. 23. conclusion. quinta. Et omnino in Deuteronom. decimoseptimo. conclusio. septima, octaua, nona. Consule cum his & secunda, secundæ quæstio. 2. articul. 6. ad tertium: & benè nota pro semper. Cæterum pro capessendo textus quæsito huius in ly debuit vel ly non debuit, vide supra citata in quæst. 54. ar. 4. appen. circa scilicet conuenientiā, &c. Tertio uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur. 3

D. 175.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de manifestatione facta Christi discipulis quærit, an talis manifestatio debuerit fieri omnibus publice, sicut publice manifestata est passio.

¶ In corpore, primo ponitur una distinctio bimembris, scilicet eorum quæ cognoscuntur, quædam cōi lege, quædā solo gratiæ munere sunt cognoscibilia. Deinde ponitur conclusio responsiua: Christi resurre-

resurrectio non debuit omni populo manifestari, sed quibusdam, per quos ab alijs crederetur. Probatur: quia Christus resurrexit ad uitam gloriosam. ergo, &c. Consequentia probatur ex differētia inter dicta duo genera cognoscibilium consistente in hoc, ꝙ primum genus exponitur cognoscendum omnibus: secundum autem, secundum legem diuinam gradatim per quosdam ad alios deriuatur: constat autem uitam gloriosam sub secundo genere cōtineri, & clare patent omnia in litera.

Medina ar. 2.

SVPER Q. LIIII. ART. II.

303 CONCL. Christi resurrectio nō debuit, immediate uideri ab hominibus; sed eis ab Angelis nunciari.

¶ PROB. 1. Quia Christi resurrectio est de his, quæ sunt supra homines (cū Christus rēsorgens otiat uita Deiformi, Rom. 6.): Et talia, s. supra homines existentia non, nisi mediantib. Angelis, reuelantur hominibus (ut patet ex Dion.). Secundo, Quia B. Hilarius hoc innuit.

1ᵐ de conclusione. Ipsam resurrectionem Christi uiderent. R. vel ipsum Christum resuscitatum. §. Tunc nihil, &c. Nam Apostoli potuerunt, & cæt. vt in tex.

2ᵐ illatio conclusionis. Ergo videt, &c. R. Negatur illatio. §. Non enim est idem iudicium (vt æstimant præmissæ) de resurrectione & ascēsione, quo ad hoc. Nam ascensio Christi quantū ad terminū, &c. vt in tex.

3ᵐ de maiori. Quoddam indicium. R. Valde imperfectum. §. Nam Lazarus suscitatus est, & cæt. vt in tex. Tunc nihil, &c. vt patet ibid. ly & ideo non est similiter ratib. Vide ad secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum fuisset cōueniens ꝙ discipuli viderent Christum resurgere.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur conueniens fuisse, ꝙ discipuli viderent Chr̄m resurgere. Ad discipulos.n. pertinebat resurrectionē Christi testificari, ſm illud Act. 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimoniū resurrectionis Iesu Christi dn̄i nostri: sed certissimū est testimoniū de uisu. ergo cōueniens fuisset, ut ipsam resurrectionem Christi uiderent.

¶ 2 Præt. ad certitudinē fidei habendam, discipuli ascensionē Chr̄i viderunt, ſm illud Act. 1. Videntib. illis, eleuatus est: sed similiter oportet de resurrectione certā fidem habere. ergo vr̄ ꝙ discipulis uidentibus, debuerit, Christus resurgere.

¶ 3 Præt. Resurrectio Lazari, quoddam indicium fuit futuræ resurrectionis Chr̄i, sed discipulis uidētib. dn̄s Lazarū suscitauit. ergo videtur quod etiam Christus resurgere debuerit, discipulis uidentibus.

SED CONTRA est, ꝙ dr̄ Mar. vlt. Resurgens dn̄s mane primi sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ: sed Maria Magdalena non vidit eū resurgere; sed cū eū quæreret in sepulchro audiuit ab angelo, Surrexit non est hic. ergo nullus uidit eum resurgere.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dicit Apost. Rom. 13. quæ a Deo sunt ordinata sunt: est aūt hic ordo diuinitus institutus, vt ea quæ supra hoīes sunt, hoīb. per angelos reuelenť, vt patet per Dion. * 4. cęl. hier. Chr̄s autē resurgens non rediit ad uitā cōiter hoībus notam, sed ad uitā quandā immortalē, & Deo conformē, ſm illud Rom. 6. Quod.n. viuit, uiuit Deo: & ideo ipsa Chr̄i resurrectio nō debuit immediatè ab hoīb. videri, sed eis ab angelis nunciari. vnde Hil. dicit super Matt. * ꝙ ideo angelus prior resurrectionis est iudex, vt quodam famulatu paternæ voluntatis resurrectio nunciaretur.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ apostoli potuerunt testificari Christi resurrectionem, ēt de visu: quia Christum post resurrectionem viuentem, oculata fide viderunt, quē mortuum sciuerant, sed sicut ad visionem beatam peruenitur per auditum fidei, ita ad uisionem Chr̄i resurgentis, peruenerunt hoīes per ea, quæ prius ab angelis audierunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ascensio Christi quantum ad terminum a quo, non transcendebat hominum communem noticiā: sed solum quātum ad terminum ad quē: & ideo discipuli potuerunt videre ascensionem Christi, quantum ad terminum a quo. idest ſm ꝙ eleuabatur a terra: non aūt uiderunt ipsam, quātum ad terminum ad quē, quia non viderunt quomodo reciperetur in cœlo: sed resurrectio Christi transcendebat communem noticiam, & quantum ad terminum a quo, secundum ꝙ anima rediit ab inferis, & corpus de sepulchro clauso exiuit, & quantum ad terminum ad quem, secundum quod est adeptus vitam gloriosam: & ideo non debuit resurrectio fieri sic, quòd ab homine videretur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Lazarus resuscitatus est, vt rediret ad vitam, quam prius habuerat, quæ communem noticiam hominum non transcendit: & ideo non est similis ratio.

* Cap. 4. a medio.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis; ꝙ non fuit conueniens, discipulos videre Christum resurgere. Vt Mar. vlt. Resurgens, &c. secundum quod cum discursu ponitur in argum. contr. Porrò ad uidendum, quomodo valeat ista cōsequentia; Christus, dū resurrexit ab hominū nullo uisus est, ergo cōueniens fuit, vt a nullo horum tunc uideretur; id cognosce ex dictis q. 35. ar. 8. circa conclus. & q. 54. ar. 4. appen. videndo ibi citata. Secundò vides: quō ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccles. S. Det. *cap. vlt. in Matt. circa finē illius.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio. Resurrectio Christi non debuit ab hominibus immediate videri, sed eis angelis nunciari. Probatur. Ordo diuinitus institutus exigit vt ea, quæ sunt supra homines cognoscibilia, hominibus per angelos reuelētur, vt patet ex Dion. sed resurrectio Christi est huiusmodi. ergo. Et confirmatur auctoritate Hilarij.

¶ In responsione ad secundum adde ꝙ ascensio Christi quantū ad terminum ad quem excedentem cognitionem humanam manifestata est discipulis ab angelis, dicentibus, Hic Christus, qui assumptus est a uobis in cęlum.

Medina ar. 3.

SVPER Q. LIIII. ART. III.

CONCL. Ad gloriam resurrectionis manifestandam noluit Christus continuè 304 conuersari cum discipulis, sicut prius fecerat; ne uideretur ad talem uitam resurrexisse, qualem prius habuerat.

3. d. 22. q. 2. ar. 3. cor. & d. 22. q. 3. ar. 3. q. 3. cor. Et Io. 20. lib. 6. prin. & ca. 21. prin.

¶ PROB. Quia supponit clara & se, maximè que adiuncto dicto, Luc. vlt.

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus post resurrectionem debuerit continuè cum discipulis conuersari.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ Chr̄s post resurrectionē debuerit continuè cū discipulis cōuersari. Ad hoc.n. discipulis post resurrectionē apparuit, vt eos de fide resurrectionis certificaret, & consolationem perturbatis afferret, secundum illud Io. 20. Gauisi sunt discipuli uiso dn̄o: sed magis fuissent certificati, & consolati, si eis continuè suam præsentiam exhibuisset. ergo uidetur, quod continuè cum eis debuerit conuersari.

¶ 2 Præt. Christus resurgens a mortuis, non statim ascendit in cœlum, sed post dies quadraginta, vt habetur Act. 1. illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius esse, quam vbi discipuli eius erant pariter congregati. ergo videtur quod continuè cum eis conuersari debuerit.

¶ 3 Præt. Ipso die resurrectionis dominicæ, quinquies Christus apparuisse legitur, vt Augustin. * dicit in lib. de consensu euangelistarum. Primo quidem, mulieribus ad monumentum. Secundo, eisdem egredientibus a monumento in itinere. Tertio, Petro. Quarto, duobus discipulis

*lib. 3. cap. vlt. ante 6. lib. co. 4.

1^m de maiori.

Certificaret. R. Sine occasione erroris. §. Sic est glossabis ly consolationem afferret. Tunc nihil &c. Nam frequens Christi apparitio sufficiebat, &c. vt in tex. Ex quo expone ly gaudiū uestrum nemo tol. a uob. id est præsentiam meam etiam corporalē vnde gaudium uestrum causatur, ne. tol. à uo.

*art. præc.

2^m illatio conclusionis. Ergo videtur, quod conuenienter &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis concernentibus fallaciam secundum nō causam, ut causam Putant si quidem; quod hac de causa Christus non continuè cum discipulis conuersaretur, q. alibi conuenientius esset, & tamen non hoc: sed huius rei uera causa est aliud, scilicet ne uideretur discipulis ad vitæ pristinæ mortalitatē resurrexisse.

3^m illatio conclusionis. Ergo etiā videtur, quod & aliis diebus, &c. R. Negatur illatio. §. Non enim idē est faciendum iudicium (ut facit argumentum) de primo die, & cęteris diebus, quo ad hoc. Nā ideo prima die frequentius apparuit, quia per &c. ut in tex.

4^m conclusio.

Non uidetur, quod cōuenienti modo post resurrectionem cum discipulis fuerit conuersatus. R. Si festinata, ex Christi benignitate impletio esset, pmissi trāsgressio. §. Quod (ut patet) non est, quoniam qui cito dat, bis dat. Tunc nihil &c. Nam, ut Ambrosius* dicit super Lucam, Dominus mandauerat discipulis, ut in Galilęa, & cætera, ut in tex.

* cap. 97. in Luc. & est vltimū parum ante med.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas, uel hęresim, uel temeritatem, quorundā: qui dixerunt, quod Christus per quadraginta dies, qui fluxerunt à resurrectione usque ad ascensionem, mansit in archa fœderis. Hæretica est positio hæc, si eius sensus sit, quod Christus ibi manserit continue. Nam sic non apparuisset toties discipulis, quoties narrant Euangelistæ, & Apostolus, 1. Corinth. 15. & sic esset contra sacram scripturam. Temeraria autem solum est, si eius sensus sit, quod tempore intermedio, demptis, scilicet illis apparitionibus, manserit ibi per quadraginta dies prædictos. Propositio enim temeraria est, quæ absque authoritate, sine delectu, sine consilio, sine ratione, audacter, & insolenter asseritur. Cuiusmodi est prænarrata positio. Incognitum. n. est, quibus in locis intermedio tempore corporaliter esset Christus (vt contra illam dicitur in tex. ad secundum:) cum hæc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius. Secundo

D. 144.

† li. 3. ante fi. lib. to. 4.

discipulis euntibus in castellum. Quintò pluribus, in Hierusalem, ubi non erat Thomas. ergo etiam uidetur, quod & aliis diebus ante suam ascēsionem, ad minus pluries debuerit apparere.

¶ 4 Præt. Dominus ante passionem eis dixerat Matth. 26. Postquam resurrexero, præcedam uos in Galilæam, quod etiam angelus, & ipsemet Dominus post resurrectionem mulieribus dixit, tamen antea in Hierusalem ab eis uisus est & ipso die resurrectionis, ut dictū est. † & etiam die octauo, ut legitur Ioan. 20. non ergo uidetur quod conuenienti modo post resurrectionem cum discipulis fuerit cōuersatus.

SED CONTRA est, quod Ioan. 20. dicitur, quod post dies octo, Christus discipulis apparuit. non ergo continuè conuersabatur cum eis.

RESPON. Dicendum, quod circa resurrectionem Christi duo erant discipulis declaranda, scilicet ipsa ueritas resurrectionis, & gloria resurgentis. Ad ueritatem autem resurrectionis manifestandam, sufficit, quod pluries eis apparuit, & cum eis familiariter est locutus, & comedit, & bibit, & se eis palpandum præbuit. Ad gloriam autem resurgentis manifestandam, noluit continuè conuersari cum eis, sicut prius fecerat, ne uideretur ad talem vitam resurrexisse, qualem prius habuerat. vnde Luc. vlt. dicit eis; Hæc sunt uerba, quę locutus sum ad uos cum adhuc essem vobiscum, tunc quidem erat cum eis præsentia corporali, sed ante cum eis fuerat, non solum corporali præsentia, sed etiā per similitudinem mortalitatis. vnde Beda* prædicta uerba exponens dicit, Cum adhuc essem uobiscum, id est, cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis, & uos: tunc quidem in carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate non erat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de ueritate resurrectionis: cōuersatio autem continua eos potuisset ducere in errorem, ut ad similē vitam eum resurrexisse crederent, quam prius habuerat: consolationē autem de continua sui pręsentia eis in alia uita repromisit, secundum illud Io. 16. Iterū uidebo uos, & gaudebit cor uestrum & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

AD SECVNDVM dicendum, q Christus non ideo non continue cōuersabatur cum discipulis, quia reputaret se alibi conuenientius esse, sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat; si non cōtinuè conuersaretur cum eis ratione prædicta. Incognitum autē est quibus in locis intermedio tempore corporaliter esset, cum hoc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius.

*AD TERTIVM dicēdum, quod ideo prima die frequentius apparuit, quia per plura indicia erant admonendi, ut a principio fidem resurrectionis reciperēt. Postquā autem iam eam receperant, nōn oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus instrui. vnde in Euang. non legitur, quod post primum diem eis apparuerit, nisi quinquies: vt enim August. † dicit in lib. de consensu Euang. post primas quinque apparitiones, sexto, eis apparuit, vbi vidit eum Thomas, septimò ad mare Tyberiadis in captione piscium, octauo, in mōte Galilæę, secundum Matt. nono, q dicit Mar. Nouissimè recumbentibus, quia iam non erant in terra cū illo conuiuaturi, decimo, in ipso die ascensionis, nō iam in terra: sed eleuatus in nube, cum in cęlum ascenderet, sed non omnia scripta sunt sicut Io. fatetur. Crebra enim erat eius cum eis conuersatio, priusquam ascendisset in cœlū, & hoc ad cōsolationē ipsorum, vnde & 1. ad Cor. 15. dicitur, q uisus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, de quibus apparitionibus in euangelio non habetur mentio.

AD QVARTVM dicendum, q sicut Chrys. † dicit exponens illud, quod dr̃ Mat. 16. Postq̃ resurrexero pcedam vos in Galilæā. Non; inquit in longinquam quandā regionem, vt eis appareat, vadit: sed in ipsa gente, & in ipsius ferè regionib. in quib. cum eo plurimū fuerāt cōuersati, ut & hinc crederent, qm̃ qui crucifixus est, ipse est, & qui resurrexit, pp hoc etiam in Galilæam se ire dicit, vt a timore Iudæorū liberarentur. Sic ergo, vt Amb.* dicit super Luc. Dn̄s mādauerat discipulis, ut in Galilæa eum uiderent, sed illis ob mētum intra conclaue residentibus, ipse primum se obtulit (nec hoc est promissi transgressio, sed potius festinata ex benignitate impletio) postea uerò confirmatis animis, illi Galilæam petierunt. Vel nihil obstat, si dicamus pauciores intra conclaue, & complures in monte fuisse, ut enim Eusebius dicit, duo euangelistę, s. Lucas, & Ioannes solis vndecim, hunc scribunt apparuisse in Hierusalem, cæteri uero duo in Galilęam properare, non solis vndecim, sed vniuersis discipulis, & fratribus dixerunt angelum, & Saluatorem iussisse: de quibus & Paulus meminit dicens. Deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul. Est autē verior solutio, q prius in Hierusalem latitantibus semel, aut bis visus est, ad eorum consolationem, in Galilæa uerò non clam, aut semel aut bis, sed cum multa potestate ostensionē sui fecit, præbens se eis uiuentē, post passionē in signis multis, ut Lucas testatur in Actibus. Vel sicut dicit Aug. † in libro de cōsensu Euang. quod ab angelo & Domino dictum est, q præcederet eos in Galilæam, prophetice accipiendū est: in Galilæa enim secundum transmigrationis significationem intelligendum occurrit, q Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes, quæ Apostolis prædicantibus non crederent, nisi eis ipse Dn̄s uiam in cordibus hominum præpararet, & hoc intelligitur, Pręcedet uos in Galilam, sm̃ illud autem q Galilęa interpretatur reuelatio non iam in forma serui intelligendum est, sed in illa in qua ęqualis est patri, quam promisit dilectoribus suis, quo nos pręcedens non deseruit.

† Ho. 83. i Matt. ante med. to. 2.

* Ambr. in fi. cōment. in Luc. c. 5.

† lib. 3. non procul ante fi. lib. tomo 4.

AR-

do habes, quomodo per rationem ostendas, illam quidem pro hæresi in primo sensu damnari a Ioan. 20. ut in argumen. contr. Item a dictis apparitionibus in argum. 3. & respon. ad tertium. Illam autem pro temeraria in secundo sensu repelli a Diuo Hieronymo per illud suum vniuersaliter & veraciter pronunciatum contra sine ratione quippiam locutos: eadem (inquit) facilitate reiicitur, qua probatur. Item ab eodem, qui tales quasi ad dignu osten-dentes, & postea improbant, dicit. Quædam facilitate verborũ, immò audacia, edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Puerilia sunt hæc, & circulatorũ ludo similia; docere, quod ignores: immò (ut cum stomacho loquar) nec hoc quidem scire, quod nescias. Hæc ille, in epist. ad Paulinũ presbyt. om. diu. hyst. lib. cap. 6. Tertio uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uacillim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Christus post resurrectionem non debuit continue cum discipulis conuersari. Probatur. Duo erant discipulis declaranda. s. ueritas resurrectionis, & gloria resurgentis: sed prima non exigebat continuam conuersationẽ, secunda autem nocere poterat continua conuersatio. ergo. Minor declaratur in litera quo ad singulas partes. Et cõfirmatur auctoritate verborum Christi in euangelio, & expositionis Bedæ, quæ ad hoc tẽdunt, ut monstrent, quod continua conuersatio cũ discipulis, erat de pertinentibus ad uitam mortalem, huc enim significat Christus dicens. Cum adhuc esse uobiscum.

Medina ar. 4.

SVP. QVAES. LV. ART. IIII.

305

3.d.21.q.2. a.4.q.1.ad 3. Et opu. 60.c.22.fi.

CONCL. Quibusdam ad credendum dispositis Christus post resurrectionem apparuit in sua effigie: illis autem in alia effigie apparuit, qui iam uidebantur, circa fidem tepescere.

¶ PROB. Quia resurrectio Christi manifestari debuit hominib⁹ per modum, quo eis diuina reuelantur (ut de se patet): & diuina reuelantur hominibus, secũdum quod diuersimode sunt affecti (nam illi, qui habent mentem bene dispositam, &c. ut in tex. usq; ad ly 1. ad Corin. 2.)

† li.83.qq. q.14.to.4.

1ᵐ de conclusione prima.

Et hoc est inconueniẽs. R. Nisi fictio illa ad aliquod uerum significandum facta fuisset. §. Sicut enim Augustinus dicit in quæst. Euangelii. Non omne, quod fingimus, &c. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet ibid. per ly & ita factum est hic, ut dictum est. Scilicet in corpor. fin. ex B. Gregor.

* Epist. 18. 19. in ord. to.4.

2ᵐ minor.

Huiusmodi præstigia non conueniunt Christo. R. Conuenire tamen possunt Sathanæ. §. Tunc nihil &c. Non enim incõgruẽter accipimus, hoc impedimentum, &c. ut in tex. Cu⁹ prior pars, scilicet Dominus poterat transformare carnem, &c. mõstrat, quod maior argumenti non est vniuersaliter vera. Ac si ad illam maiorem dicat. Licet ut plurimũ nihil possit apparere in alia effigie, quã habeat, nisi oculi intuentium aliquibus præstigiis detineantur, tamen quandoque fallit ista maxima. Nam Christus poterat transformare carnem suam, &c. ut ibid.

* ex art. 1. & 2. huius q.

3ᵐ illatio conclusionis.

Ergo, si uel in una, &c. R. Negatur illatio §. Procedit enim ex præmissis falsam hãc concernentibus opinionem, quod scilicet apparitio Christi in alia effigie fuerit mendacium. Quæ opinio ibi subintellecta quam falsa sit, ostensum est in ad primum. Quia ergo per doctrinam ibi datã potest quis faciliter satisfacere huic argumẽto: ideo sanct⁹ Doctor (iuxta morem suum laudabilem alias annotatũ) illud

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit discipulis in alia effigie apparere. Non enim potest apparere secundum ueritatem nisi quod est; sed in Christo non fuit nisi una effigies. si ergo Christus in alia effigie apparuit, non fuit apparitio vera, sed ficta, quod est inconueniens, quia ut August. † dicit in lib. 83. quæstionum. Si fallit Christus veritas non est, est autem ueritas Christus. ergo uidetur quod Christus non debuerit discipulis in alia effigie apparere.

¶ 2 Præt. Nihil potest in alia effigie apparere, quam habeat, nisi oculi intuentium, aliquibus præstigiis detineantur, huiusmodi autem præstigia cum fiant magicis artibus non conueniunt Christo, secundum illud 2. ad Corinth. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial, ergo uidetur quod non debuerit in alia effigie apparere.

¶ 3 Præt. Sicut per sacram scripturam nostra fides certificatur, ita discipuli certificati sunt de fide resurrectionis, per Christi apparitiones, sed sicut August. * dicit in episto. ad Hiero. si uel unum mendacium in sacra scriptura accipiatur, infirmabatur tota sacræ scripturæ auctoritas. ergo si uel in una apparitione Christus discipulis apparuit aliter quam esset, infirmabitur quicquid discipuli post resurrectionem uiderunt in Christo, quod est inconueniẽs. nõ ergo debuit in alia effigie apparere.

SED CONTRA est, q dicitur Mar. ult. Post hæc duobus ex eis ambulantibus, ostensus est in alia effigie euntibus in uillam.

RESP. Dicendum, quod (sicut dictum est *) resurrectio Christi manifestanda fuit hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur. Innotescũt autem diuina hominibus diuersimode, secũdum quod diuersimode sunt affecti, nam illi, qui hñt mentẽ bene dispositã, sm ueritatẽ diuina percipiunt. Illi autem, qui nõ habent mentem bene dispositam, diuina percipiunt cum quadam cõfusione dubietatis, uel erroris. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, ut dicitur 1. Corinth. 2. Et ideo Christus quibusdam ad credendum dispositis, post resurrectionem apparuit in sua effigie, illis autem in alia effigie apparuit, qui iam uidebantur circa fidẽ tepescere. unde dicebant, Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. vnde Grego. dicit in Hom. † quod talem se exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente, quia enim adhuc in eorũ cordibus peregrinus erat a fide, ire se longius finxit, scilicet ac si esset peregrinus.

*Ho.23. in Euan. non procul a prin.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut August. dicit in libro de Quæstionibus Euangelii. * Non omne quod fingimus, mendacium est: sed quãdo illud fingimus, quod nihil significat, tunc est mendacium: cum fictio nostra refertur in aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis, alioquin omnia, quæ a sapientibus, & sanctis uiris uel etiam ab ipso Domino figurate dicta sunt mendacia deputabuntur, quia secundum usitatum intellectum non consistit ueritas in talibus dictis, sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam, & ita factum est hic, ut dictum est. †

*li.2.e.ult. in prin.t.4.

† I istamet solutione.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de Consensu Euang. * Dominus poterat transformare carnem suam, ut alia re uera esset effigies ab illa, quam solebant intueri, quandoquidem, & ante passionem suam transformatus est in monte, ut facies eius claresceret sicut sol: sed non ita nunc factum est. Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum oculis eorum a Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus: unde Luc. ult. dicitur, quod oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

*li.3.c.26. aliquantulũ a princ. to.4.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa sequeretur, si ab alienæ effigiei respectu non fuissent reducti ad uerè uidendum Christi effigiem, sicut enim August. dicit ibid. * Tantum a Christo facta est permissio, ut scilicet prædicto modo oculi eorum tenerentur usque ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci: unde ibidem subditur, quod aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: non quod ante clausis oculis ambularent, sed inerat aliquid, quo non sinerentur agnoscere, quod uidebãt, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet.

*li.3.c.25. in 2.pag. a prin. to.3. alias tamen.

AR-

lud reticendo ad nonũ responsum ex abundanti transit. Ac si for maliter ad illationem dicat. ℞ Negatur illatio. §. Nam tunc ratio illa sequeretur, si ab &c. ut in tex. Ex quo dic summatim. Quia ex apparitione illa scilicet in alia effigie reducti sunt idem discipuli ad veré uidendum Christi effigiem ideo illatio ipsa negatur, (seu ut uerbis tex. utar) ratio illa non sequitur.

¶ Not. Aureum illud B. Augustini pronunciatum in argumento, scilicet quod nec vnum mendacium in sacra scriptura recipiendum est, quia videlicet nullum ibi est; confirmatur clarius ex Prouerb. 8. vbi sapientia diuina à cuius dictamine tota scriptura canonica dependet, sic loquitur. Veritatem meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Hæc ibi. Rursus & confirmari abundanter potest ex Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura, disposuisti Domine. Applica hæc ad contenta in sacra scriptura. Pro quorum meliori captu, uide 2. 2. quæstio. 110. art. 3. append. & quæst. 140. ar. 1. appen. & q. 179. art. 2. appen. & 1. 2. quæst. 68. art. 4. appen. Hæc maximè ualent contra hæreticos, &c. ideo, &c.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a scripturis, quod Christus conuenienter apparuit quibusdam discipulis in alia effigie. Vt Mag. ult. secundum quod est in argumen. contr. Ac si apertius dicat. Ostensus est in alia effigie: ergo conueniens fuit, ut sic ostenderetur. Porro de ualore talium consequentiarum semper de factis à Christo in Euangelio ubilibet narratis subintellectarum, vide q. 35. art. 8. & quæstio. 41. ar. 1. Corollar. post concl. & citata in quæstione 54. artic. 4. appendic. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex euangelio, in quo narratur Christus uisus modo ut hortulanus: modo ut peregrinus.

¶ In corpore unica conclusio: Christus quibusdam ad credendum dispositis, cõuenienter apparuit in sua effigie, quibusdam autem minus dispositis conuenienter apparuit in alia effigie. Probatur: Resurrectio Christi reuelanda erat hominibus secundum modum, quo uis diuina reuelantur, sed diuina diuersimode affectis, diuersimode reuelantur, quia bene dispositi percipiũt secundum ueritatem, & non bene dispositi percipiunt secundum quandam confusionem dubietatis, seu erroris. ergo. Minor probatur, quia animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Indispositio quorundam discipulorum probatur ex euangelio, Nos autem sperabamus, &c. Et confirmatur ratio auctoritate Gregorii.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quod duæ rationes hactenus allatæ sunt in litera circa erroneam uisionem, qua Christus corporali visu non cognoscebatur in propria, quam retinebat, effigie. Altera affertur hic ex parte uidentis, quæ tangitur ab Euangelista; Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent, & hæc attribuitur opinioni diaboli ab August. Altera est posita in quæstione præcedenti, articulo primo, ad tertium, & tenet se ex parte actionis obiecti, quia scilicet corpus gloriosum, eo quod spirituale est, in potestate sua habet agere in uisum aliquid sui, & secundum aliquid non, puta immutare uisum secundum quædam lineamenta sua, & secundum quædam non, & similiter secundum quendam colorem, & secundum quendam non. & sic facile apparet uisui alia effigies corporis, in se tamen immutari. Et hanc causam rationabile est fuisse in errore Magdalenæ existimantis hortulanum, de qua non est scripta causa, ex parte oculorum.

Medina ar. 5.

SVPER Q. LV. ART. V.

306 Concl. 1. Christus suam resurrectionem discipulis non probauit per argumenta, secundum quod argumẽtum est quæcumque ratio rei dubiæ faciens fidem.

3. d. 21. qõ. 2. ar. 3. & 4. Et op. 3. c. 245. Et op. 60. c. 22. * lib. 1. de fi. c. 5. non procul a fi. to. 2. † Hom. 26. in Eud. in prin. illius.

¶ Prob. Quia per talem probationem humanæ rationis, aut nihil de resurrectione discipulis manifestaretur (si scilicet procederetur ex principiis ignotis); aut inefficaciter aliquid de eadem ostenderetur (si scilicet procederetur ex principiis notis, ut de utroque patet in tex.)

¶ Concl. 2. Christus suam resurrectionem discipulis probauit per argumenta, secundum quod argumẽtum est aliquod sensibile signum, quod ad alicuius ueritatis manifestationem inducitur.

¶ Prob. Primò, quia Actu. 1. pro ly argumentis, ponitur in græco ly texmiriis, hoc est, signis euidentibus. Secundo, quia ostendere talia signa discipulis ad probandum resurrectionem erat necessarium tum propter disponenda corda eorum ad receptionem fidei resurrectionis (non enim erant disposita, Luc. 24. Mar. 16.) tum propter reddendum efficacius eorum testimonium (ut patet ex Act. 1.)

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus veritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quod Christus veritatem resurrectionis nõ debuerit argumentis declarare. Dicit enĩ Amb. * Tolle argumenta vbi fides quæritur. sed circa resurrectionem Christi quæritur fides. non ergo habent ibi locum argumenta.

¶ 2 Præt. Gregor. dicit, † Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, sed ad Christum non pertinebat meritum fidei euacuare. ergo ad eum non pertinebat resurrectionem per argumẽta confirmare.

¶ 3 Præt. Christus in mundum venit, ut per eum homines beatitudinem adipiscantur, secundum illud Ioan. 10. Ego ueni ut uitam habeãt, & abundantius habeant, sed per huiusmodi ostensiones argumentorum videtur humanæ beatitudini impedimentum præstari: dicitur enim Ioan. 20. Beati, qui non uiderunt, & crediderunt. ergo uidetur, quod Christus non debuerit per aliqua argumẽta resurrectionẽ suam manifestare.

Sed contra est, quod dicitur Actuum 1. quod apparuit discipulis Christus per dies quadraginta in multis argumentis, loquẽs de regno Dei.

Respon. Dicendum, quod argumentum dicitur dupliciter. Quandoque dicitur argumentum quæcumque ratio rei dubiæ faciẽs fidem, quandoque autem dicitur argumẽtum aliquod sensibile signũ, quod inducitur ad alicuius veritatis manifestationem sicut etiam Aristo. * in libris suis aliquãdo utitur nomine argumenti. Primo igitur modo accipiendo argumentum, Christus non probauit discipulis suam resurrectionem per argumenta, quia talis ꝓbatio argumẽtatiua processisset ex aliquib⁹ principiis quæ si nõ essent nota discipulis, nihil per ea eis manifestaretur, quia ex ignotis nõ potest aliquid fieri notum, si autẽ essent eis nota, non transcederent rationem humanã, & ita nõ essent efficacia ad fidem resurrectionis astruendam, quæ rationẽ humanam excedit. Oportet enim principia ex eodẽ genere assumi, ut dicitur in 1. Posterior. † probauit autem eis resurrectionem suam per auctoritatem sacræ scripturæ (quæ est fidei fundamentum) cũ dixit. Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, & psalmis, & prophetis de me, ut habetur Luc. vlt. Si autem accipiatur secundo modo argumentum, sic dicitur Christus suam resurrectionem argumentis declarasse. inquantum per quædam euidẽtia signa, se uerè resurrexisse ostendit, vnde in græco, ubi nos hẽmus in multis argumentis, loco argumenti, ponitur tekmirion, quod est signum euidens ad probandum: quæ quidem signa resurrectionis Christus ostẽdit discipulis propter duo: primò quidẽ, quia non erant corda eorum disposita, ad hoc q̃ de facili fidem resurrectionis acciperent, vnde ipse dicit eis Luc. ult. O stulti, & tardi corde ad credendum, & Mar. vltimo exprobauit illis incredulitatem eorũ, & duritiã cordis. Secundò, ut per huiusmodi signa eis ostensa, efficacius eorum testimonium redderetur, secundum illud 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt, hoc testamur.

1m ex D. Ambros. Tol. argumẽta. & Rationis

* in Rheto. ad Alexandrum, ca. 2 med. to. 6.

* lib. 1. tex. 20. to. 1.

Ad primvm ergo dicendum, quod Ambros. ibi loquitur de argumentis, secũdum rationem humanam proceden- in corp. ar

cedentibus, quæ inualida sunt ad ea, quæ sunt fidei ostendenda, sicut nstensum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod meritum fidei est ex hoc, qđ homo ex mandato Dei credit, quod non uidet: vnde illa sola ratio meritum excludit, quæ facit uideri per scientiam id, quod credendo proponitur, & talis est ratio demonstratiua. Huiusmodi autem rationes Christus nō induxit ad resurrectionem suam declarandam.

AD TERTIVM dicēdum, quod (sicut dictum est †) meritum beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur, nisi homo nollet credere, nisi ea, quæ uidet: sed quod aliquis ea, quæ nō uidet, credat per aliqua signa uisa, non totaliter fidē euacuat nec meritum eius: sicut, & Thomas, cui dictum est; Quia uidisti me, credidisti, aliud uidit, & aliud credidit, uidit, vulnera, & credidit Deum. Est autem perfectioris fidei, qui nō requirit huiusmodi auxilia ad credendum: vnde ad arguēdum defectum fidei in quibusdam Dominus dicit Ioan. quarto. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Et secundum hoc potest intelligi, ꝙ illi, qui sunt tā prompti animi, ut credant Deo etiā signis non uisis, sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt nisi talia videant.

nis humanæ. §. Tunc nihil, &c. ut patet ex prima articuli conclusione. In cuius fauorem stat argumentum hoc primum, tanquam probatio eius.

2m ex B.Greg. Humana ratio. B. Demonstratiua. §. Tunc nihil, &c. vt patet in textu ly huiusmodi autem rationes Christus, &c. Quod humanas rationes demonstratiuas non induxerit Dominus ad hoc, vide conclusionem articuli primam cum probatione, & scias etiā, quod istud argumentum stat in fauorem ipsius conclusionis.

3m minor. Per huiusmodi ostensiones argumentorum uidetur humanæ beatitudini impedimentum præstari. B. Negatur; absolute loquendo. §. Nam meritū beatitudinis, quod causat fides, &c. ut in tex. Ad probationem ex Io. 20. dicitur, quod non probat negatum, quoniam comparatiue loquitur, non autem absolutè, quasi quod uelit excludere totaliter meritum beatitudinis ab his, qui ex uisis accedunt ad fidem. Vide textum ly & secundum hoc potest intelligi, &c. Melius tamen est, uel sic, id est ex signis uisis induci ad fidem, quam totaliter ea priuari. Vide quid simile, q. 42. ar. 3. corp. Vide 2. 2. q. 2. ar. 4. 5. & q. 2. ar. 10. & q. 5. ar. 4.

† In solutione præced. ad 2.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem, & ostendas, & recte intelligas, meritò esse a scripturis insinuatum, ꝙ Christus debuit declarare, id est conueniens fuit, quod declararet suam resurrectionem per argumēta. Vt Actu. 1. secundū quod est in argum. con. Pro ly debuit, sine errore intelligendo & hic & in pluribus aliis articulis, vide 1 q. 21. ar. 1. ad tertium. Pro consequētia uerò in libro Actuū subintellecta, uide supra citata omnia in ar. 4. appen. Secūdò uides, quomodo ex iis benè pēsatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Veritas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in principio corporis ab ipso Auctore declaratur.

¶ In corpore, primò declaratur duplex acceptio argumenti, scilicet prout est ratio rei dubiæ faciens fidem, uel prout est sensibile signum ad manifestandam ueritatem.

¶ Secundò, respondetur quæsito, sumendo argumentum primo modo, duplici conclusione. Prima est: Christus non probauit discipulis resurrectionem suam per argumenta. Secunda est Christus probauit eis resurrectionem suam per argumentum tale (hoc est secundum quid), scilicet per sacram scripturam. Prima conclusio probatur, quia deerant principia argumenti nota discipulis, secunda probatur ex Euangelio Luc. ult.

¶ Vbi scito, quod pluries post resurrectionem usus est Dominus hoc argumento, scilicet cum discipulis euntibus in Emaus, & cum Apostolis aperiendo illis sensum, ut intelligerent scripturas, & in uerbis allatis iuramenta.

¶ Tertiò, respondetur quæsito, accipiendo argumentum secundo modo, una conclusione; Christus suam resurrectionem multis argumentis conuenienter declarauit. Probatur dupliciter, quare hoc fecerit, & ex parte eorum, & ex parte officii prædicandi.

ARTICVLVS VI.

Vtrum argumenta, quę Christus induxit, sufficienter manifestauerint resurrectionem eius.

AD SEXTVM sic procedimr. Videtur, quod argumenta, quæ Christus inducit, non sufficienter manifestauerint ueritatem resurrectionis eius. Nihil enim ostendit Christus discipulis post resurrectionem, quod etiam angeli hominibus apparentes, uel non nstenderint, uel ostendere nō potuerint; nam angeli frequenter in humana effigie se hominibus ostenderunt, & cum eis loquebantur, & conuersabantur, & comedebant, ac si essent homines ueri, sicut patet Genes. 18. de angelis, quos Abraham suscepit hospitio, & ī libro Thobiæ, de angelo, qui eum duxit, & reduxit: & tamen angeli non habent uera corpora naturaliter sibi unita, qđ requiritur ad resurrectionem. non ergo signa, quæ Christus discipulis exhibuit, fuerunt sufficientia ad resurrectionem eius manifestandam.

¶ 2 Præt. Christus resurrexit resurrectione gloriosa, id est habens simul humanam naturam cum gloria: sed quędam Christus ostendit discipulis, quæ uidentur esse cōtraria naturæ humanæ (sicut quod ab oculis eorū euanuit, & quod ad eos ianuis clausis intrauit) quædam autem uidentur esse contraria gloriæ: puta quod manducauit, & bibit, & quod habuit vulnerum cicatrices. ergo uidetur quod illa argumēta non fuerint sufficientia, neque conuenientia ad fidem resurrectionis astruendam.

¶ 3 Præt. Corpus Christi non erat tale post resurrectionem, ut tangi deberet ab homine mortali, vnde, & ipse dixit Magdalenæ Ioan. 20. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. non ergo fuit conueniens, quod ad manifestandam ueritatem resurrectionis suæ, seipsum discipulis palpandum exhiberet.

¶ 4 Præt. Inter dotes glorificati corporis, præcipua uidetur esse claritas, quam tamen in resurrectione nullo argumento nstendit. ergo uidetur quod insufficientia fuerint illa argumenta ad manifestandam qualitatem resurrectionis Christi.

¶ 5 Præt. * Angeli in testes resurrectionis inducti ex ista dissonantia Euangelistarum, insufficientes uidentur. Nam apud Matth. Angelus super lapidem reuolutum, apud Marcum uero, intus Angelus describitur uisus a mulieribus ingressis monumentum. Et rursus ab istis unus, a Ioanne duo sedentes, a Luca uero duo stantes describuntur inconuenientia. ergo uidetur testimonia resurrectionis.

* Argumētum supplētum.

SED CONTRA est, quod Christus, qui est Dei sapientia, suauiter, & conuenienter disponit omnia, ut dicitur Sap. 8.

Medina ar. 6.

SVP. QVAES. LV.

ART. VI.

COncl. Christus resurrectionē suā manifestauit dupliciter: scilicet testimonio, & argumento, id est signo: & utraque manifestatio in suo genere fuit sufficiens.

Locis sup. ar. 6. adductis.

¶ PROB. Quia Christus ad manifestandam suam resurrectionē discipulis, vsus est & testimonio, tum Angelorum, tum scripturarum (ut patet in Euāgelio:) & argumento, id est ostensione ad sensum, ex parte, tum corporis, tum animæ, tum status gloriæ, tum diuinę naturæ (ut patet singillatim in tex.) Secunda autem pars; scilicet & utraque &c. probatur. Quia & neutrum illorum testimoniorum potest refelli (ut de se patet), & argumenta illa efficaciter probabāt id, quod Christus per ea ostendere intendebat (vt patet in tex.)

1m maior. Nihil ostendit Christus discipulis post resurrectionem, quod etiam Angeli omnibus apparentes uel nó osté derint, uel non ostendere potuerint. R. Negatur. §. Numquam enim dixerunt Angeli se esse uere homines, sed nec hoc, cum essent sancti, dicere potuerunt. Imò huius oppositum asseruerunt per hoc, quod unus eorum dixit: Videbar uobiscum manducare. Ac si apertè diceret. Non uerè manducabã, sicut nos (alioquin manducassem uobiscum, & nó solum uisus fuissem manducare), & consequenter non eram verus homo. Ex his patet, & quod probatio maioris adducta ab argumento non est sufficiens, & quod non est idem iudicium faciendum de argumentis Christi, & Angelorum.

2m de minori. Naturę humanę. R. Cõsideratæ secundum præsentem statum. §. Sic & B. Gregor. in hom. d. dictum intelligitur. Tuoc nihil, &c. Nam sufficit, quod ostensa à Christo de gloria sua non contrarientur humanę naturæ secundum se simpliciter consideratæ, & quod ostensa ab ipso de natura humana sua non contrarientur gloriæ secundum se per dispensationem quãdam consideratæ, inquantũ, scilicet comedit & bibit ex potestate solum, q. 54. art. 2. ad tertium. & cicatricum vulnera habuit cum recompensatione decoris maioris, q. 54. ar. 4. ad reducendum discipulos io resurrectionis fidem, ibid.

3m de antecedente. Vt tãgi. R. Communiter sicut prius. §. Et ad hooc sensum tendit ei* probatio ex Io. 20. Noli, &c. Volebat enim hæc mulier adhuc cum Christo cõuersari, sicut & ante passionem, &c. ut in tex. Tũc nihil, &c. Nam ex hoc non fit, quod dispensatiue tangi non debuerit ab aliquo homine mortali. Vt patet de SS. Maria Magdalena, & aliis mulieribus simul tangentibus Christum, Matt. 28. & discipulis palpantibus, Luc. 24. Io. 20.

† Hom. 26. in Euã. nó remote à prin.

4m conclusio. Vide-

Videtur; quod insufficientia fuerint illa argumenta ad manifestandam qualitatem resurrectionis. R. Si Christus no-

Respon. Dicendum, quod Christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit, scilicet testimonio, & argumento, siue signo. & utraque manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim vsus duplici testimonio ad manifestãdam suam resurrectionem discipulis: quorum neutrum potest refelli. Quorum primum est testimonium angelorum, qui mulieribus resurrectionẽ annũtiauerunt, ut patet per omnes Euangelistas. Aliud autem est testimonium scripturarum quas ipse proposuit ad ostensionem suę resurrectionis, vt dicitur Luc. ult. Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionẽ & gloriosam. Quod autem fuerit vera resurrectio, ostendit uno modo, ex parte corporis. Circa quod, tria ostendit. Primò quidem quod esset corpus uerum, & solidum, non corpus phantasticum vel rarum, sicut est aer. Et hoc ostendit per hoc, quod corpus suum palpabile præbuit: unde ipse dicit Luc. ult. Palpate, & uidete, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Secũdò ostendit, quod esset corpus humanum, ostendendo eis ueram effigiem, quam oculis intuerentur. Tertiò ostendit eis, quod esset idem numero corpus, quod pri* habuerat, ostendendo eis uulnerum cicatrices: vnde ut legitur Luc. vlt. dixit eis. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Alio modo, ostendit eis ueritatem suæ resurrectionis ex parte animæ, iterato corpori vnitæ. Et hoc ostendit per opera triplicis uitæ. Primò quidem, per opus uitæ nutritiuæ, in hoc, qd̃ cum discipulis manducauit, & bibit, vt legitur Luc. vlt. Secundò per opera uitæ sensitiuæ, in hoc, quod discipulis ad interrogata respondebat, & præsentes salutabat, in quo ostendebat se, & uidere, & audire. Tertiò per opera vitæ intellectiuæ, in hoc, quod eis loquebatur, & de scripturis disserebat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiam se habere diuinam naturã, per miraculum quòd fecit in piscibus capiendis, & ulterius per hoc, quod eis uidentibus ascendit in cœlum, quia ut dicitur Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis qui est in cœlo. Gloriã etiam suæ resurrectionis ostendit discipulis, per hoc quod ad eos ianuis clausis intrauit: secundum enim quod Gregor. * dicit in Hom. palpandam carnem Dominus prębuit, quam ianuis clausis introduxit, vt esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & eiusdem naturę, & alterius gloriæ, similiter etiam ad proprietatem gloriæ pertinebat, quod subito ab oculis eorum euanuit, ut dicitur Luc. vlt. quia per hoc ostendebatur, quod in potestate eius erat uideri, & non uideri: quod pertinet ad conditionem corporis gloriosi, ut supra dictum est. *

* q. 54. a. 1. ad 2. arg. & art. 3. ad 2. arg.

Ad primum ergo dicendum, quod licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandam perfectè Christi resurrectionem, tamen omnia simul accepta perfectè Christi resurrectionem manifestant, maximè propter scripturæ testimonium, & angelorũ dicta, & etiam ipsius Christi assertionem miraculis confirmata, angeli autẽ apparentes non asserebãt se homines esse, sicut asseruit Christus verè se hominem esse. Et tamen aliter Christus manducauit, & aliter angeli: nam quia corpora ab angelis assumpta, non erant corpora uiua, uel animata, non erat uera comestio, licet esset uera cibi contritio, & traiectio in interiorem partem corporis assumpti: vnde, & angelus dixit Thobiæ 10. Cum essem uobiscum, uidebar quidem uobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili utor, sed quia corpus Christi uerè fuit animatum, uera fuit eius comestio. ut enim Augustin. † dicit 12. de Ciuit. Dei, non potestas, sed egestas edendi, corporibus resurgentium aufertur: vnde sicut Beda * dicit, Christus manducauit potestate, non egestate.

† li. 3. c. 22. circa fi. t. 5.
* cap. 97. in Luc. parũ ante med. to. 2.

Ad secundum dicendum, quod (sicut dictum est) argumenta quædam inducebantur a Christo ad probandã ueritatem humanæ naturæ, quædam uero ad probandam gloriam resurgentis. Conditio autem naturæ humanę, secundum quod in se consideratur (quantum, scilicet ad statum præsentem) contrariatur conditioni gloriæ, secũdum illud 1. ad Corin. 15. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. & ideo ea, quæ inducuntur ad ostendendam conditionem gloriæ, videntur habere contrarietatem ad naturam, non simpliciter, sed secundum statum præsentem, & econuerso: vnde Gregor. * dicit in Hom. quod duo mira, & iuxta humanam rationem sibi ualdè contraria, Dominus ostẽdit, dum post resurrectionem corpus suum, & incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit.

* Ho. 26. in Euan. paulo a prin.

Ad tertium dicendum, quod (sicut August. * dicit super Ioan.) hoc quod Dominus dixit, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, sic dictum est vt in illa fœmina figuraretur ecclesia de gẽtibus, quæ in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad patrem, aut sic in se credi uoluit Iesus, hoc est sic se spiritualiter tãgi, quod ipse, & pater vnum sint. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, vt patri agnoscat æqualem. Hæc autem carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat, quod autem Maria alibi legitur Christum tetigisse, quando simul cum aliis mulieribus accessit, & tenuit pedes eius, quæstionem non facit vt Seuerianus dicit, si quidem illud de figura est, hoc de sexu, illud de diuina gratia, hoc de humana natura, uel sicut Chrys. * dicit, uolebat hæc mulier adhuc cum Christo conuersari, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnũ cogitabat, quamuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Et ideo dixit, nondum ascendi ad patrẽ meum, quasi dicat, non æstimes me iam terrenam vitam agere, qd̃ enim in terris me uides, hoc est, quia nondum ascendi ad patrem meum, sed in promptu est quod ascendam, vnde subditur, Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum.

* trac. 121. a med. illi* to. 9.
* Ho. 85. in Io. super illud, Noli me tãgere to. 3.

Ad quartum dicendum, quod sicut August. * dicit in Dialog. ad Orosium, Clarificata carne Dominus resurrexit, sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem prospicere, si enim antequam moreretur pro nobis, & resurgeret, quando transfiguratus est in monte discipuli sui eum uidere nõ potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini, cum

* in dial. 65 qq. q. 14. in princ. to. 4.

uidere

voluisset ostendere omnes dotes ad illam manifestandam, & non ostendisset. §. Tunc nihil, &c. Nam Christus consultò noluit ostendere discipulis, omnes dotes; quia in claritate sui corporis glorificati noluit eis apparere, quia non possent oculi talem, &c. vt in tex. Voluit autem eisdem ostendere solum dotes profuturas, & intento suo, quod explicatum est in tex. corp. & utilitati discipulorum, quam multum poterat impedire hoc, scilicet si eis sui corporis claritatem ostenderet. Nam immutatio, quæ fit secũdum, &c. vt in tex.

5m de conclusione. Inconuenientia ergo videntur. R. Apparenter: non autem, veraciter. §. Nam, sicut Augustinus dicit in lib. de consensu Euangelistarum, possumus intelligere, &c. ut in tex. Tunc nihil, &c. ut patet.

uidere non potuerunt? Est etiam cõsiderandum, quod post resurrectionem Dominus hoc præcipuè uolebat ostendere, quod idem ipse esset, qui mortuus fuerat, quod multum poterat impedire, si eis sui corporis claritatem ostenderet, nam immutatio, quæ fit secundum aspectum, maximè ostendit diuersitatem eius, quod uidetur: quia sensibilia cõmunia, inter quæ est unum, & multa, uel idem, & diuersum, maximè diiudicat, uisus, sed ante passionem, nè infirmitatem passionis eius discipuli despicerent, intendebat Christus eis gloriam maiestatis suę ostendere, quam maximè demonstrat claritas corporis. Et ideo ante passioné, gloriam suam demõstrauit discipulis per claritatem, post resurrectionem autem per alia indicia.

Ad qvintvm dicendum, quod sicut August. † dicit in lib. de Consensu Euang. possumus intelligere unum angelum uisum a mulieribus, secundum Matth. & Mar. ut eas ingressas in monumentum accipiamus, in aliquod, scilicet spatium, quod erat aliqua materia communitum, atque ibi vidisse angelum * sedentem a dextris, quod dicit Marcus. Deinde dum introspicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, uisos ab eis alios duos angelos, primo quidem sedentes (ut dicit Ioan.) & postea eos surrexisse, ut stantes uiderentur, ut dicit Lucas.

† li. 3. c. 14. to. 4.

* Supra lapidé reuolutũ à monumento, sicut dicit Matth. ut hoc sit sedentem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatum, quod argumenta Christi ad suam resurrectionem manifestandam fuerunt sufficientia, & efficacia. Vt per hoc, quod dicitur de Christo, Sap. 8. Sapientia disponit omnia suauiter. Et Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura, disposuisti Domine. Et Mar. 7. Bene omnia fecit. Ab his enim generalibus dictis si ad propositum arguas, videbis: hinc haberi & sufficientiã & efficaciam argumentorum prædictorum manifestationem veritatis de resurrectione. Quod si Christum esse non solum sapientem, sed & sapientiam (ut in argum. contr.) dices, quod ex scripturis ipsis habetur, Christum non posse non facere sapienter, immò sapientissimè, id est sine ulla cõmixtione confusionis uel minimę insipientiæ, omnia illa, quæ facit: & cõsequenter etiam argumentorum istorũ ostensionem. Alioquin Christus non esset sapientia: cum nomina abstracta, cuiusmodi est hoc nomen sapientia, nihil sui oppositi admixtũ in seipsis cõpatiãtur, & hoc ad differentiam concretorum, ut sic. Item per ea, quæ dicuntur, q. 41. ar. 1. Corol. post conclus. & q. 43. art. 4. appen. & q. 44. 45. articulorum multorum appendicibus. Vide etiam citata in huius quæstionis, art. 4. appendic. Secundò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est vna conclusio responsiua, quæsito. Vtraque manifestatio resurrectionis, scilicet per testimonium, & per argumentum, id est signum sensibile fuit sufficiẽs in suo genere, hoc est altera in genere testimonii, altera in genere signi sensibilis.

¶ Et intellige sufficientiam ad causandam certitudinem fidei, non certitudinem scientiæ. Manifestatur conclusio quo ad primam partem, primo de testimonio angelorum, secundo de testimonio scripturarũ; Vbi quo ad testimoniũ angelorum potest addere, quod in die Ascensionis angeli testimonium perhibuerunt resurrectioni Christi, annuntiando illius locum, & secundũ aduentum, ita quod testimonium angelorum habemus non solum per mulieres, sed ad ipsos discipulos immediate. Secunda autem pars conclusionis declaratur quo ad duo ostensa, primo quo ad ueram resurrectionem: secundo quo ad gloriam illius satis ordinatè in litera. In qua clara sunt omnia.

Ferr. 4. cont. c. 55. Medina ar. 1.

QVAESTIO LVI.

De resurrectionis Christi causalitate, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandum est de causalitate resurrectionis Christi.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis.

¶ Secundò, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ iustificationis.

SVPER Q. LVI.

ART. I.

Concl. Verbũ Dei primò tribuit vitã immortalem corpori sibi substantialiter unito, quæstio. 1. arti. 6. & per ipsum operatur resurrectionem in omnibus aliis corporibus.

¶ Prob. Quia principium humanæ iustificationis est uerbũ Dei (vt patet psal. 35. item Io. 5.) & quælibet causa agit primo in sibi propinquius, ac post per illud agit in alia (ut patet de igne, ac Deo.) Primum

ARTICVLVS I.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.

308

¶ d. 43. a. 2. q. 1. Et 4. con. c. 78. Et uerit. q. 27. ar. 3. ad 7. Et op. 3. c. 156. Et op. 60. c. 21. Et 1. cõ. 15. lec. 1.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis corporum. Posita enim causa sufficienti, necesse est effectum poni. si ergo resurrectio Christi est causa sufficiens resurrectionis corporum, statim eo resurgente omnes mortui resurgere debuerunt.

¶ 2 Præt. Causa resurrectionis mortuorum est diuina iustitia, vt scilicet corpora simul præmientur, vel puniantur cum animabus, sicut communicauerunt in merito, vel peccato, vt dicit Dionys. vltimo, cap. Cœlest. Hierarc. & etiam Damasce. dicit † in tertio libro, sed iustitiam Dei necesse esset impleri, etiam si Christus non resurrexisset. ergo et Christo non resurgente, mortui resurgerent. non ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum.

† c. ult. par. 3. a med. Damasc. li. 4. c. 28.

¶ 3 Præt. Si resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum, aut esset causa exemplaris, aut causa effectiua, aut meritoria: sed non est causa exemplaris, quia resurrectionem corporum Deus operabitur, secundum illud Ioã. 5. Sicut pater suscitat mortuos: Deus autem non indiget inspicere ad aliquod exemplar extra se. similiter etiam non est causa effectiua, quia causa efficiens non agit nisi per cõtactum, vel spiritualem, vel corporalem: manifestum est autem quod resurrectio Christi non habet contactum corporalem ad mortuos, qui resurgent, propter distantiam tẽporis, & loci: similiter etiam nec contactum spiritualem, qui est per fidem, & charitatem, quia etiam infideles, & peccatores resurgent. neque etiam est causa meritoria, quia Christus resurgens iam non erat viator, & ita non erat in statu merendi. & ita nullo modo resurrectio Christi videtur esse causa nostræ resurrectionis.

¶ 4 Præterea. Cum mors sit priuatio vitæ, nihil videtur esse aliud destruere mortem, quam reducere vitam, quod pertinet ad resurrectionem, sed Christus moriendo, mortem nostram destruxit. ergo mors Christi est causa nostræ resurrectionis. non ergo eius resurrectio.

Sed contra est, quod super illud primæ, ad Corinth. decimoquinto. Si Christus prædicatur, quod resurre-

1ᵐ antecedēs, Posita causa sufficienti, necesse est effectum poni. ℞. Secundum dispositionem illius causæ §. Maxime uerò, si uoluntarie agat. Tunc nihil, &c. Nam resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis per uirtutem, &c. ut in tex.

* q.53.a.3. † li.2.cō.4.

2ᵐ minor. Institiam Dei necesse esset impleri, si etiam Christus non resurrexisset ℞. Si Deus uoluisset, iustitiam suā circa tale quid impleri sine medio tali. §. Puta, sine resurrectione Christi. Tunc nihil, &c. Nam Deus uoluit, quamuis ad hoc, non obligaretur quod sua iustitia talis (de qua d. maior) impleretur solum mediante resurrectione Christi.

3ᵐ de minori. Sed non est causa exemplaris, similiter etiam non est causa effectiua. ℞. Negatur hoc totum. §. Nā resurrectio Christi est causa efficiēs quidem, inquantum humanitas, &c. ut in tex. Ex quo etiam patet, quid respondendum sit ad probationes illarū duarum negatiuarum in argumento.

† cap. 13. nō multū ꝓcul a prin.

4ᵐ illatio conclusionis secundæ. Non ergo eius, &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam secundum rationem efficientiæ, quæ depēdet ex uirtute, &c. ut in text. Ex quibus etiam facile patet sapienti, quid dicendum sit ad præmissas.

* in cor. ar.

³ alias participandū.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, quod resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ. Vt per dictum 1. Cor. 15. Si Christus, &c. secundum quod cum gl. est in argumen. contr. Pro cuius ampliori captu, vide capitulum illud, ubi ex ipsius Apostoli perspicuis & uerbis & argumentationibus patet, quod non potest negari hæc aperta ibi ueritas, scilicet q᷑ resurrectio Christi sit causa resurrectionis nostræ. Item per dictum Iob cap. 19. Scio, quod redem-

* q.46.ar. 2. & 3.

surrexit a mortuis, &c. dicit Gloss. Qui est causa sufficiens resurrectionis nostræ.

Resp. Dicendum, ꝙ illud, quod est primū in quolibet genere, est cā omnium, quæ sunt post, vt dicitur in 2. Metap. * Primum autem in genere nr̄æ resurrectionis fuit resurrectio Christi, sicut ex supradictis † patet: vnde oportet quod resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis, & hoc est quod Apost. dicit 1. ad Corin. 15. Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium; quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & hoc rationabiliter: nam principium humanæ uiuificationis est uerbum Dei, de quo dicitur in ps. 35. Apud te est fons uitæ, vnde, & ipse dicit Io. 5. sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic, & Filius quos vult viuificat. Habet autē hoc naturalis ordo rerum diuinitus institutus, vt quælibet causa primo operetur in id, quod est sibi propinquius, & per illud operetur in alia magis remota: sicut ignis primo calefacit aerem, sibi propinquum, per quem calefacit corpora distantia, & ipse Deus primo illuminat substantias sibi ꝓpinquas, per quas illuminat magis remotas, ut Dion. † dicit 13. c. Cęl. Hier. & ideo verbum Dei primo tribuit vitam immortalē corpori sibi naturaliter unito, & per ipsum operatur resurrectionē in omnibus aliis.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis per uirtutem Verbi uniti, quod quidem operatur, secundum uoluntatem, & ideo nō oportet, ꝙ statim sequatur effectus, sed secundum dispositionē verbi Dei, ut scilicet primo conformemur Christo patienti, & morienti in hac uita passibili, & mortali, deinde perueniamus ad ꝑcipiendum similitudinem resurrectionis ipsius.

Ad secundum dicendum, ꝙ iustitia Dei est causa prima resurrectionis nostræ, resurrectio autem Christi est causa secūdaria, & quasi instrumentalis. Licet autem uirtus principalis agentis non determinetur ad hoc instrumentum determinatè, tamen ex quo per hoc instrumentum operatur, instrm̄ illud est causa efficiens, sic ergo diuina iustitia, quantum est de se, nō est obligata ad resurrectionem nostram causanda per resurrectionē Christi: potuit enim alio modo nos Deus liberare, q̄ per Christi passionem, & resurrectionem, vt sup. * dictum est. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, manifestū ē, ꝙ resurrectio Chr̄i est cā nr̄æ resurrectionis.

Ad tertium dicendum, ꝙ resurrectio Christi non est, propriè loquendo, causa meritoria nostræ resurrectionis, sed est causa efficiēs, & exemplaris. Efficiens quidem, inquantum humanitas Christi secundum quam resurrexit, est quodammodo instrumētum diuinitatis ipsius, & operatur in uirtute eius vt supra dictum est. † Et ideo sicut alia, quæ Christus in sua humanitate fecit, uel passus est, ex uirtute diuinitatis eius sunt nobis salutaria (vt supra dictum est*) ita & resurrectio Christi est causa efficiens nostræ resurrectionis uirtute diuina, cujus proprium est mortuos viuificare, quæ quidē virtus præsentialiter attingit omnia loca, & tempora, & talis contactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (vt dictum est†) primordialis causa resurrectionis humanæ, est diuina iustitia, ex qua Christus habet potestatem iudicium facere, inquantum filius hominis est, virtus effectiua resurrectionis eius se extendit, non solum ad bonos, sed etiam ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti; Sicut autem resurrectio corporis Christi, ex eo qd̄ corpus illud est personaliter Verbo unitum, est prima tempore ita etiam est prima dignitate, & perfectione, dicit gl. 1. ad Cor. 15. Semper autem id, quod est perfectissimum, est exēplar eius, quod est minus perfectū secundum suum modum, & ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ resurrectionis. Qd quidē necessarium est, nō ex parte resuscitantis, qui non indiget exemplari, sed ex parte resuscitorū, quos oportet illi resurrectioni conformari, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Licet autē efficientia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionē tam bonorum, quam malorum: exēplaritas tamen eius se extendit propriè solum ad bonos, qui sunt facti conformes filiationis ipsius, ut dicitur Rom. 8.

Ad quartum dicendum, ꝙ sm̄ rationem efficientiæ, quæ depēdet ex virtute diuina cōiter, tā mors Christi, quam etiam resurrectio, est causa tam destructionis mortis, quā reparationis uitæ, sed secundū rationem exemplaritatis, mors Christi, per quam recessit a uita mortali, est causa destructionis mortis nostræ, resurrectio uero eius, per quam inchoauit uitam immortalem, est causa reparationis uitæ nostræ, passio tamen Christi est insuper causa meritoria, ut supra dictum est. *

redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Constat enim hic, quod post ly uiuit, ponitur ly surrecturus sum: ac si dicatur: ex ordine contextus agnosce, quod vita immortalis, quæ est resurrectio, Christi est causa, ad quam sequitur resurrectio mea. Item per dictum Roman. 8. Qui suscitauit Christū a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ecce, quod propter Christi resurrectionē, cuius spiritus habitat in electis, tamquam per causam instrumentariā (ut d. respon. ad secundum,) Deus suscitabit corpora ipsorum. Licet autem Apostolus per ly propter inhabitantem spiritum, restringat sermonem suum ad electos, eo quod intendit hic loqui de resurrectione cum bona immutatione dotiū quatuor postea ab eodem expressarum, 1. Corinth. 15, & consequenter de resurrectione, ut est causa etiam exemplaris (ut in respon. ad tertium.) tamen ex suo hoc dicto habetur quoq; vniuersaliter, quod omnium hominum corpora suscitabuntur a Deo propter Christi resurrectionem, tamquam instrumētum effectiuum solum respectu resurrectionis malorum. Christus enim est caput omnium absolute etiā infidelium, dum hic uiuerent, quæstione octaua, articulo tertio. & hoc sufficit ad resuscitari à Deo propter Christum. Item à 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Cum enim in contextu docuisset Apostolus, resurrectionē Christi esse causam resurrectionis nostræ, oportet in ly omnes resurgemus, intelligere secundum planum eiusdem Apostoli sensum, non bonorum tantum, qui immutabūtur, sed etiam malorum, q non immutabuntur, resurrectionis causam esse resurrectionem Christi. Secundò uides, quomodo ex iis benè pēsatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

† q.13. art. 2. & 3.

* q.48. ar. 6

tia sol. prę ced. ad 2.

a

* q.48. ar. 5

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio: Resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Probatur tripliciter. Primò ratione principis in quolibet genere, &c. secundo auctoritate Apostoli; tertio ex consonantia uerbi incarnati; Omnia clara, & distincta sunt in litera.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quod humanitas Christi, quia est organum coniunctum personaliter uerbo Dei, est uelut uniuersale instrumentum Dei ad miracula facienda, ut ex superius dictis habetur. Determinatur autem ad esse instrumentum ad hoc, vel illud opus miraculosum, per aliquam ipsius conditionem: ita quod ex hoc quod passa est, intelligimus communicatam sibi per quandam appropriationem uirtutem remissiuam peccatorum, & ex hoc, quod resurrexit, communicata similiter est sibi uirtus resuscitatiua mortuorum, & sic de aliis similibus instrumentalibus actionibus, quæ humanitati Christi tribuuntur instrumentaliter, Deo autem principaliter; sic enim resurrectio Christi dicitur causa nostræ resurrectionis: quoniam per ipsam: vt dictum est, Christus homo instrumentum efficax cōstitutus est ad resuscitandos homines in uitam æternam.

ARTICVLVS II.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarum. Dicit enim August.* super Ioan. quod corpora resurgunt per dispensationem humanam, sed animæ resurgunt per substantiam Dei: sed resurrectio Christi nō pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam. ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, non tamen uidetur esse causa resurrectionis animarum.

Locis sup. ar. 1. no.

* trac. 23. I Euang. Io. ante med. to. 9.

¶ 2 Præt. Corpus non agit in spiritum, sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortē. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 3 Præt. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporū omnium corpora resurgent, secundum illud 1. ad Corint. 15. Omnes quidem resurgemus, sed nō omniū animæ resurgent, quia quidam ibūt in supplicium æternum, ut dicitur Matth. 25. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 4 Præt. Resurrectio animarum fit p remissionem peccatorum, sed hoc factum est per Christi passionē secundum illud Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. ergo resurrectionis animarum magis est causæ Christi passio, quam eius resurrectio.

SED CONTRA est, quod Apoc. dicit Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram, quæ nihil aliud est quam resurrectio animarū. Et super illud ps. 29. Ad uesperum demorabitur fletus, dicit gl. quod resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ, & animæ in præsenti, & corporis in futuro.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio agit in uirtute diuinitatis, quæ quidem se extendit, non solū ad resurrectionem corporum, sed etiam ad resurrectionem animarum, a Deo enim est, & quod anima uiuat per gratiā, & ꝙ corpus uiuat per animam. Et ideo resurrectio Christi habet īstrumentaliter uirtutem effectiuā, non solum respectu resurrectionis corporum, sed etiam respectu resurrectionis animarū: similiter etiam habet rationē exemplaritatis respectu resurrectionis animarū, quia Christo resurgenti debemus etiam secūdum animam conformari, ut sicut secūdum Apost. Ro. 6. Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, & sicut ipse resurgens ex mortuis iam non moritur, ita & nos existimemus nos mortuos esse peccato, ut iterum uiuamus in illo.

* art. præc. ad 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug.* dicit resurrectionem animarum fieri per Dei substantiam, quātum ad participationem, quia, s. participando diuinā bonitatem, animę fiunt bonæ, & iustæ, non aūt participando quamcūq; creaturā, unde cū dixisset, † Aīę resurgunt per substantiam Dei subdit, participatione eīm Dei fit anima beata, nō participatione animæ sanctæ, sed participando gloriam corporis Christi, efficiuntur corpora nostra gloriosa.

* trac. 23. I. Ioan. inter prin. & medium to. 9.

† eodem loco nunc dicto.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ efficientia resurrectionis Christi ptingit ad animas, nō per propriam uirtutem ipsius corporis resurgentis, sed per uirtutem diuinitatis, cui personaliter unitur.

AD TERTIVM dicēdum, ꝙ resurrectio animarum pertinet ad meritum, quod est effectus iustificatoris, sed resurrectio corporū ordinatur ad pœnam, uel præmium, quæ sunt effectus iudicantis. Ad Christum autem non pertinet iustificare omnes, sed iudicare, & ideo omnes resuscitat secundum corpus, sed non omnes secundum animam.

* alias iustificationis.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ in iustificatione aīarum duo concurrunt, s. remissio culpæ, & nouitas uitæ per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quæ est per uirtutem diuinam, tam passio Christi, q̃ resurrectio est causa iustificationis quo ad utrumq; sed quantum ad exemplaritatem propriè, passio, & mors Christi, est causa remissionis culpę per quam morimur peccato; resurrectio autem Christi, est causa nouitatis uitæ, quæ est per gratiam, siue iustitiam. Et ideo Apost. dicit Rom. 4. ꝙ traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra, scilicet tollenda, & resurrexit propter iustificationem nostram, sed passio Christi est etiā causa meritoria, ut dictum est: *

* art. præc. ad 3. argu.

SVPER Q. LVI.

ART. II.

CONCL. Resurrectio Christi habet instrumentaliter uirtutem effectiuam respectu resurrectionis animarum, respectu quarū habet etiam rationem exemplaritatis.

¶ PROB. Quia resurrectio Christi agit in uirtute deitatis (ut patet ex dictis), & a Deo est, quod anima uiuat per gratiam. Secunda uerò pars, scilicet respectu quarum, &c. probatur. Quia Christo resurgenti debemus, secundum animam conformari (ut declaratur Rom. 6.

1^m illatio conclusionis. Ergo resurrectio Christi, & cæt. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. Nā sensum illum, quē ei tribuit argumētum, Beatus Augustinus nō habet in uerbis illis, sed alium. Intendit si quidem, resurrectionem animarum fieri per Dei substantiam, &c. vt in tex.

2^m de maiori. Corpus. R. Consideratum secundum propriā uirtutem corporis, ut sic. §. Tunc nihil, &c. Nam efficacia resurrectionis Christi, &c. ut in tex.

3^m illatio conclusionis. Ergo resurrectio Christi non est, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis idem iudiciū de resurrectione corporum, & de resurrectione animarum facere intendentibus, cum tamē non idem, sed diuersum, de utrisque sit faciendum. Nam resurrectio animarum pertinet ad meritum, &c. vt in tex.

4^m de conclusione. Resurrectionis animarum. R. Consideratæ quantum ad remissionem culpæ. §. Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio, quando dicit quod resurrectio Christi est exemplaris causa resurrectionis animarum, considerat in ipsa rū resurrectione aliud, scilicet nouitatem uitæ per gratiam (ut patet ex ipsius conclusionis probatione per Roman. 6.)

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, & glossa: ꝙ resurrectio Christi est causa resurrectionis animarum. A scripturis quidem, ut Roman. 4. Secundum quod est in argumen. contr. Item Roman. 14. In hoc mortuus est Christus, & resurrexit, ut & viuorū & mortuorum dominetur. Idest (ut ex contextu habetur) ut ei, scilicet Christo & uiuamus & moriamur. Vbi nota, quod ly ut, dicit non solum causam finalem, sed etiam efficientem, & exemplarem. Ac si aperte dicat. Resurrexit* Christus non tantū ad hunc finem, ut sibi uiuamus, sed etiam resurgendo causauit efficienter

Quartum

QVAE-

cienter & exemplariter hoc, scilicet quod sibi uiuamus. Pro intellectu quoque eiusdem sententię Apostoli ad propositum nota, quod uiuere Christo, est uiuere secundum uoluntatem Christi, quod est uiuere in gratia eius operando secundum ipsam, per quã gratiam anima vere dicitur resurgere. Hoc modo exposuit idem Apostolus dicendo Galat. 2. Viuo ego iam non ego; viuit vero in me Christus. Idest (ut dicit 1. Cor. 15.) Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit. Laboraui, non ego autẽ, sed gratia Dei mecum. Item à 2. Cor. 5. Pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt iam nõ sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Expone, tum ut supra, ad articuli propositum, & pro huius captu, uide etiam respon. ad 4. A glossa autem insinuatur id in principio dictum per hoc, quod super ps. 29. Ad vesperum &c. dicit, ut recitatur in argu. cont. Secundò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est. Intelligenti resurrectionem animæ esse a morte peccati: mors enim animæ peccatum est, & vita eius est gratia Dei.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones. Prima est. Resurrectio Christi habet uirtute in instrumentaliter effectiuam respectu resurrectionis animarum, & non solum corporum Probatur: Resurrectio Christi agit in uirtute deitatis, extendentis sed non solum ad uitam corpoream, sed animæ ergo.

¶ Aduertẽ hic, quod consequentia; seu ratio ista præsupponit supradicta de potentia, seu omnipotentia humanitatis Christi, q scilicet extendat se potestas eius instrumentalis ad quæcun ... mirabilia opera exceptis his, quę spectant ad primam rerum creationẽ, &c. ubi latius patuit. Supposita enim adæquatione organi, gratia materiæ subiectę tenet argumentum. uirtus deitatis principalis extendit se ad uitam corporum. & animarum, ergo uirtus instrumentalis humanitatis extendit se ad eadem.

¶ Secunda conclusio est: Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis aliarum. Probatur, quia Christo resurgenti debemus etiam secũdum animam conformari. Et hoc declaratur auctoritate Apostoli quo ad duo scilicet nouitatem uitę. & quo ad vitationem vlterioris mortis.

SVPER Q. LVII. ART. I.

COncl. Conueniẽs fuit, quod Christus post resurrectionem ascenderet in cœlum.

¶ Prob. Quia conueniens est, quod Christus incorruptibilis maneat in loco incorruptibili (cum locus, atque locatum debeant proportionari): & Christus per resurrectionẽ factus est incorruptibilis, cęlumque est incorruptibile (ut patet).

1^m de minori.

Optime. R. Secundum quid §. Loquendo, scilicet de Christo, ut homo, id est de Christi humanitate. Nam optimè, simpliciter secundum absolutam cõsiderationem, se habet solummodo Deus, & propterea Christus, ut Deus. Tunc nihil &c. Non enim minor illa subsumitur in sensu eodem cum maiore, unde fit, ut argumentum sit inualidum Illud namq; optime se habens (de quo est maior) quod sine motu, &c. ut in tex.

310 3. d. 22. q. 3. art. 1. Et opusc. 3. ca. 247. Et opusc. 60. ca. 23. princ. *li. 2. com. 64. 65. 66. 80. 2.

2^m de maiori.

Propter aliquid melius R. Vel quantum ad suũ substãtiale esse, uel quãtum ad suum decentius esse. §. Tunc nihil, & c. Nam ly per hoc, quod Christus ascendit in cęlũ, nil ei accreuerit quãtum ad ea &c. ut in tex.

3^m minor. Magis fuisset salutare hominibus, qđ semper conuersaretur nobiscum in terris. R. Negatur. §. Loquendo, scilicet de conuersari corporaliter, de quo est sermo Immo ipsa subtractio præsentiæ corporalis, per ascensionẽ Christi in cęlum, fuit nobis utilisquantum ad ... tria, ut declarat in tex.

Quartum

QVAESTIO LVII.

De ascensione Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de Ascẽsione Christi. Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum fuerit cõueniens Christum ascendere.

¶ Secundò, Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.

¶ Tertiò, Vtrum propria uirtute ascenderit.

¶ Quartò, Vtrum ascenderit super omnes cœlos corporeos.

¶ Quintò, Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas.

¶ Sextò, De effectu ascensionis.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens, Christum ascendere.

AD PRIMVM sic proceditũ. Vr, q non fuerit conueniens Christum ascendere. Dicit. n. Phil.* in 2. de Cœl. quod illa, quæ optimo modo se hñt, possident suum bonũ sine motu; sed Christus optime se habuit: quia, & ẽm diuinam naturã est summum bonũ, & ẽm humanã naturã, est summè glorificatus. ergo suum bonum habet sine motu, sed ascensio est quidam motus. ergo nõ fuit cõueniẽs, q Christus ascẽderet.

¶ 2 Præt. Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius, sed Christo non fuit melius esse in cœlo quam in terra, nihil enim accreuit sibi per hoc, quod fuit in cœlo, neque quãtum ad animam, neq; quantũ ad corpus. ergo vr q Chrs non debuerit in cęlum ascendere.

¶ 3 Præt. Filius Dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutẽ, sed magis fuisset salutare hominibus, quod semper conuersaretur nobiscum in terris: vnde ipse dixit discipulis suis, Luc. 17. Venient dies, quãdo desideretis videre vnum diẽ Filii hominis, & non uidebitis. videtur ergo, quod non fuerit conueniẽs Christum ascendere in cœlum.

¶ 4 Præt. Sicut Greg.* dicit 14. Mora. corpus Christi in nullo mutatum fuit post resurrectionẽ, sed nõ immediatè post resurrectionem ascẽdit in cœlum, quia ipse dicit post resurrectionem, Io. 20. Nondũ ascendi ad patrem meum. ergo uidetur quod nec post quadragima dies ascendere debuerit. *li. 14. c. 31 a med.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum.

RESP. Dicendum, quod locus debet esse proportionatus locato. Christus autem post resurrectionem, uitã immortalem, & incorruptibilem inchoauit. Locus autẽ, in quo nos habitamus, est locus gñationis, & corruptionis, sed locus cęlestis est locus incorruptionis, & ideo non fuit conueniens, quod Christ* post resurrectionem remaneret in terris, sed conueniens fuit, quod ascenderet in cœlum. * alias per.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illud optimè se hñs, qđ sine motu possidet suum bonum, est ipse Deus, quia est omnino immutabilis, ẽm illud Malach. 3. Ego Deus, & nõ mutor. Quęlibet autem creatura est mutabilis, aliquo modo, ut patet p Aug.* 8. sup Gen. ad literã. Et quia nã assumpta a filio Dei, remansit creatura (ut patet ex his, quę † s. dicta sunt) non est inconueniens, si ei aliquis motus attribuatur. *li. 8. c. 54. to. 3. † q. 2. ar. 1.

AD SECVNDVM dicendum, q per hoc, q Christus ascẽdit in cœlum, nil ei accreuit, quantum ad ea quæ sunt de essentia gloriæ, siue secundum corpus, siue secundum animã, tamen accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiã, quod est ad bene esse gloriæ, non quod corpus eius aliquid, aut perfectionis, aut conseruationis acquireret ex corpore cœlesti: sed solummodo propter quandam decentiam, hoc autem aliquo modo pertinebat ad eius gloriam. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidem, quod tunc de nouo, de hoc gaudere inciperet, quando in cœlum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gauisus est; sicut de re impleta, unde super illud Psalm. 15. Delectationes in dextera tua usque in finem, dicit glo. Delectatio, & letitia erit mihi in consessu tuo, humanis obtutibus subtracto.

AD TERTIVM dicendum, quod licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus, secundum quod ipse dicit Matth. vltimo. Ecce, ego nobiscum sum usque ad consummationem sęculi. Qui enim ascendit in cœlos, non deserit adoptatos, ut Leo Papa dicit: sed ipsa ascensio Christi in cœlum, qua corporalem suam præsentiam nobis subtraxit, magis fuit utilis nobis, quam præsentia corporalis fuisset. Primo quidem, propter fidei augmentum quæ est de non uisis, unde ipse Dominus dicit discipulis suis Io. 16. quod Spiritussanctus adueniens arguet mũdum de iustitia, scilicet eorum, qui credunt, ut Aug.* dicit super Io. Ipsa quippe fideliũ cõparatio * trac. 95. i Ioan. ante med. co. 9

infide-

iofidelium est uimperatio, vnde sibi dit, qoia ad patrē uado, & iā non ui debitis me, Beati.n. qui oon uident, & credunt. Erit igitur vestra iustitia de qua mundus arguetur, qm̄ in me quē n̄ uidebitis creditis. Sdō, ad spei subleuatioaē, uode ipse dicit Io. 14. Si abiero, & p̄parauero uobis locū, iterū ueniā, & accipiā uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Per hoc. n. q̄ Christ⁹ humanā oaturā assumptā, in cęlo collocauit: dedit nobis spē illuc pueniēdi, q̄a ubi fuerit corpus illuc congregabunt̄, & aquilæ, ut dicitur Mat. 24. vnde & Mich. 22. dr̄. Ascendit pādēs iter ante eos. Tertio ad erigendum charitatis affectū in cęlestia, unde dicit Apost. Coloss. 3. Quæ sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedēs, q̄ sursum sunt sapite, non q̄ sup terrā, ut.n.dicitur Mat. 6. Vbi est thesaur⁹ tuus, ibi est, & cor tuum. Et quia Spiritussānc. est amor, nos I cęlestia rapiens, iō Dn̄s dicit discipulis Io. 16. Expedit uobis ut ego uadā, si.n. non abiero, paracletus nō ueniet ad uos, si autē abiero, mittā eū ad uos, q̄ exponens Aug.* super Io. dicit: Non potestis capere Spiritum, quamdiu s̄m carnē nosse p̄sistitis Christum. Christo autem discēdente corporaliter, non solū Spiritussanctus, sed, & Pater, & Filius illis affuit spūaliter.

Ao QVARTVM dicendū, q̄ licet Christo resurgenti in vitam immortalem congrueret locus cœlestis, tñ ascensionem distulit, ut ueritas resurrectionis comprobaretur, unde dr̄ Act. primo, quod post passionē suā prębuit seipsum viuum discipulis, in multis argumentis, per dies 40. Vbi dicit q̄dam gl.* quod quia p 40. horas mortuus fuerat, 40. dieb⁹ seuiuere confirmat. Vel p 40. dies tp̄s * præsentis sæculi, quo Christus in ecclesia conuersatus, potest intelligi, quia homo constat ex quatuor elementis, & eruditur contra transgressionem decalogi.

4m ex D. Gregorio. Corpus Christi in nullo mutatū fuit post resurrectionem. §. Quasi quod statim post resurrectionem corpori eius non congrueret de se locus cœlestis, non autem quasi quod post resurrectionē mutatum non fuerit localiter, id est ascenderit in cęlum, transactis multis diebus. §. Tunc nihil &c. Corpus enim Christi ascēdēdo i cęlū fuit quidem mutatum localiter (quod D. Gregor ibi non negat), sed non fuit mutatum aptitudinaliter, i. ita quod non prius, sed solū tunc esset quantum est de se aptum ad eundem in cęlum & ad existendū i tali loco. In signum huius die prima resurrectionis Christus dixit Io. 20. Ascēdo ad patrē meū. Nō dicit Ascēdā, licet post dies multos solum, & non tunc illa die, localiter ascenderit sed dicit Ascendo, quia tūc prima die erat, quā tum est ex parte sua, aptus ad illum locum cęlestem non minus, quā die quadragesima. Erat enim tūc in resurrectione immortalis factus, ratione cuius immortalitatis sibi congruebat locus cęlorum. Quamuis autem Christo resurgenti in uitam immortalem congrueret statim locus cęlestis, tamen ascensionem localem distulit, vt veritas resurrectionis, &c. ut in tex. Ex quibus omnibus dic summatim, quod & B. Greg. loquitur ibi de mutatione aptitudinali (modo exposito) non autem de mutatione locali, & quod ascensione aptitudinali ascendit prima die Christus ad patrem (iuxta Io. 20.) & quod ascensionem localem ad quadraginta dies distulit propter nos, licet etiam hanc ascensionem executus fuerit propter nos (ut in resp. ad tertium.)

¶ Corol. Aureum. Vide ergo hic, & alibi, tum supra tum infra, quot & quanta fecerit Christus propter nos, & propter nostrā salutem, vt attraheret nos exemplo suo ad faciēdum omnia propter se, idest propter amorem, atque honorem suum, & propter salutē nostrā. Vere ergo (ut extendamus Apost. 2. Cor. 5.) conceptus, natus, in mundo conuersatus, in ieiunando, in p̄dicando, in vigilando, fatigatus, passus, crucifixus, mortuus, est Christus: vt & qui uiuūt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis conceptus, &c. mortuus est, & resurrexit, immo & ascensionē prorogauit, & actu ascendit, &c.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem internimas hæresin Albanensium dicentium, q̄ Christus in cęlom non ascendit. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito dānari à Symbolo fidei catholicæ per ly ascendit ad cęlos. Item ab Actu. 1. Videntib⁹ illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorum, &c. Itē Mar. 16. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum. Item à ps. 67. Ascendisti in altum, cępisti captiuitatē. Qđ propheta de Christo adimplendū propter certitudinem dixit in pręterito, & Apostolus iam adimpletū de eodē prędicauit Eph. 4. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cęlos. Item ab ecclesia catholica per hoc, q̄ solēnissimè celebrat, & multifariè in ipsis officiis protestatur, admirabilem ascensionem Christi. Quam magnę uero authoritatis sit consuetudo ecclesiæ catholicæ, uide 2. 2. q. 10. ar. 12. corp. Item a Io 20. Ascendo &c. ut in argum. contr. Hoc est mihi ex nunc congrui ascendere (ut in ad 4.) & tempore suo actualiter ascendam. Tertiò vides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

1

* trac. 94. in Ioan. post med. to. 9.

* gl. or. ibi.

* alias typus.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio. Conueniens fuit Christum non remanere in terris, sed ascendere in cęlum. Probatur: Locus debet esse proportionatus locato, &c. Clare patet in litera.

SVPER Q. LVII. ART. II.

Concl. 1. Christus ascendit io cęlom, non secundum quod Deus, sed secundum qđ homo. Si ly secuodum quod dicat conditionē ipsius ascendentis.

319 3. d. 22. q. 3. art. 1. ad 2. Et opusc. 3. c. 247.

¶ Prob. Primò, quia nihil est deitate altius (vt patet) & ascēsio dicit tendentiam in aliqd altius ascendente (ut patet ex terminis, & ar. 1. arg. 2.) Secundò, quia naturæ diuinæ non potest competere motus localis (cū Deus sit omnino immobilis, 1. q. 9. ar. 1.) & ascensio est motus localis (ut patet.) Secunda autem pars, i. sed secundum quod &c. patet primò a sufficienti diuisione (si enim ascendit Christus, & non ascēdit secūdū quod Deus, sequitur necessario, qđ ascenderit secūdū quod homo.) Secundo patet, quia natura humana & continetur loco, & motui subiici potest, & aliquid est altius, quam ipsa, in qđ tendere possit.

¶ Concl. 2. Christus ascendit in cęlum, nō secundum quod homo, sed secūdum quod Deus, si ly s̄m quod, dicat causam ascensionis.

¶ Prob. Quia Christus ascendit in cęlum ex uirtute suæ diuinitatis, non autem ex uirtute humanitatis, ut sic (vt patet per D. Aug. in sermo. de Ascens.)

Primum

ARTICVLVS II.

Vtrum conueniat Christo ascendere in cœlum secundum diuinam naturam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod ascendere in cœlum conueniat Christo secundum diuinam naturam. Dicitur enim in ps. 46. Ascendit Deus in iubilatione, & Deuteron. 33. Ascēsor cœli, auxiliator tuus, sed ista dicuntur de Deo etiam ante incarnationem. ergo Christo conuenit ascēdere in cœlum, secundum quod Deus.

¶ 2 Præt. Eiusdem est ascendere in cœlum, cuius est descendere de cœlo, secundum illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, & Eph. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit, sed Christus descendit de cœlo, non secundum quod homo, sed secundum q̄ Deus, non enim humana eius natura ante in cęlo fuerat, sed diuina. ergo videtur quod Christus ascenderit in cœlum, secundum qđ Deus.

¶ 3 Præt. Christus sua ascensione ascendit ad Patrem, sed ad patris æqualitatem non peruenit, secūdum quod homo sic enim dicit, pater maior me est, ut habetur Ioan. 14. ergo videtur quod Christus ascendit secundum quod Deus.

SED CONTRA est, quod Eph. 4. super illud, quod autem ascendit, quid est nisi quia, & descendit, dicit gl.* Constat quod secūdum humanitatē Christus descendit, & ascēdit.

* Et gl. interlinearis.

RESP. Dicendum, q̄ ly secundum, duo potest notare, scilicet conditionem ascendentis, & causam ascensionis. Et si quidem designat conditionem ascendentis, tunc ascendere non potest conuenire Christo secundum conditionē diuinæ naturæ, tum quia nihil est diuinitate altius, quo possit ascendere: tum etiam, quia ascēsio est motus localis, qui diuinæ naturæ non competit, quæ est immobilis, & inlocalis, sed per hunc modum ascensio competit Christo secundum humanam naturam, quæ cōtinetur loco, & motui subiici potest, unde sub hoc sensu poterimus dicere,

quod

1m minor. Ista dicuntur de Deo, etiam ante incarnationem. ℞. Tamen prophetice intelliguntur dici de ipso, secundum quod erat incarnandus. §. Tunc nihil &c. Nã dici prophetice ascensionem de Deo, secundum quod erat incarnandus, est ipsam attribui Deo, secundum quod homo erat futurus.

Item (de conclusione.) Ascẽdere. ℞. Metaphoricè. §. Tũc nihil &c. Nam prima cõclusio, quæ oppugnatur sumit ly ascendere propriè (ut patet ex suis ꝓbationibus), non autem metaphoricè. Argumẽti igitur conclusio licet sit uera; tamen cum aliter, quam in articuli conclusione, sumat ly ascendere, loquitur extra propositum. Vide secundum responsum in textu ly potest tamen dici, quod ascẽdere, &c. Ex his patet intelligenti, quod hoc secundum responsum directe tendit ad glossandum authoritates illas ps. 46. & Deuter. 33. potius, quã ad ascẽsionem localem Christi.

† in ser. 3. & est 176. in ord. a med. t. 10.

2m de maiori. Eiusdem. ℞. Sed, non secundum idem. §. Tunc nihil &c. Ex eo enim ꝙ eiusdem est ascendere in cœlum, cuius est descendere de cœlu (ut d. maior, ex Io. 3.) non sequitur, quod Christus, cuius fuit descendere de cœlo & ascendere in cœlum, uel descenderit de cœlo secundum quod Deus, uel quod ascenderit sm ꝙ Deus. Differunt si quidem istæ propositiones, scilicet eiusdem est, ascendere in cœlum cuius est descendere de cęlo: & eiusdem secundum idem est ascendere in cęlum cuius est descendere de cęlo. Nam harum duarum propositionum prima conceditur in textu ex D. Aug. in libro de Symbolo. Secunda autem negari intelligitur in textu a ly descensus tamen dupliciter, &c. vsque ad ly alius autem est descensus, quo &c. Et ad primam quidẽ cum sit in se sine limitatione, id est sine ly secũdum, non sequitur; quod Christus vel ascenderit secundum quod &c. uel descenderit secundum quod &c. sed hoc sequitur solum ad secundam illarum, quoniam ipsa est (ut patet supra) cum limitatione, id est cum ly secundum. Quia ergo hæc secunda propositio est falsa (ut respõsum formale etiam innuebat dicens. ℞. Sed, non secundum idem,) ideo ex ipsa non potest concludi uerum. Quia uero prima est sine ly secundum, ideo sub ipsa non potest recte subsumi ly Christus, secundum quod. &c. neque cõcludi ly Christus secundum quod &c. Argumentum igitur, quocunque uertatur est inualidum (ut patet expertis in logica.)

† lib. 4. c. 7. circa prin. to. 9.

¶ Exam. Ly descendit. Hoc dissimiliter sumitur in Ephes. 4. & in Ioan. 3. Nam in Euangelio stat pro descensu de cœlo (ut & ibi expresse patet per ly nisi qui descendit de cœlu), in epistula uerò stat pro descensu non de cęlo, sed immediate de terra, id est de superficie terræ. Vnde ibi in Euangelio denotatur descensus de cęlo in terram, id est incarnatio, in epistola autem ibi significatur descensus de terræ parte superiori in inferiores eius partes, id est descensus Christi ad inferos. Hæc sint dicta, ad uidendum, quod defectum non paruum continet argumentum etiam in hoc, quod authoritates duas, quæ re uera ad diuersa tendunt, trahit ad unũ sensum. Quem quidem defectum & textus responsalis annotare voluit per ly alius autem descensus, quo descendit in inferiores partes terræ, &c. Aliud, scilicet ab illo, quo descendit de cęlo (ut præmissum ibidem fuerat).

3m illatio conclusionis. Ergo uidetur, quod &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis male intellectis. Putant namque, quod ascendere ad patrem (de quo dicitur Ioan. 20.) sit peruenire ad æqualitatem patris, & tamen non est hoc, sed aliud, scilicet peruenire ad consessum paternæ dexteræ. Ac si ergo in Euangelio ibi dixerit Christus: Ascendo ad patrem, id est ad collocandum humanitatem meã in dextera paterna, ut scilicet ego sicut ab æterno ibi, secundum quod Deus, sedeo æqualis patri, ita ex nunc & deinceps inibi, secundum quod homo, cõsedeam minor patre præ creaturis omnibus ei charior existens. Vide quæstione 58. articulo secundo, tertio.

quod Christus ascendit in cœlum secundum quod homo, non secundum quod Deus. si uerò ly secundum quod, designet causam ascensionis, cum Christus ex uirtute diuinitaris in cęlum ascenderit, non autem ex uirtute humanæ naturæ, dicendum est, quod Christus ascẽdit in cœlum, non secundum quod homo, sed secundum quod Deus, vnde Aug. † dicit in sermo. de Ascen. De nostro fuit, quod filius Dei pepẽdit in cruce, sed de suo, quod ascendit.

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritates illæ, prophetice dicuntur de Deo, secundum quod erat incarnandus, potest tamen dici, quod ascendere, etsi non propriè conuenit diuinæ naturæ, potest tamen ei metaphoricè cõuenire, ꝑut scilicet dicitur, in cor hominis ascẽdere, quando cor hominis sę subiicit, & humiliat Deo. Et eodem modo metaphoricè dicitur ascendere, respectu cuiuslibet creaturæ, ex eo quod eam subiicit sibi.

Ad secundum dicendum, ꝙ ipse idem est, qui ascendit, & qui descendit, dicit enim August. † in lib. de Symbolo, Quis est, qui descendit? idem ipse Deus homo: descensus tamen duplex attribuitur Christo, unus quidem, quo dicitur descẽdisse de cœlo, qui quidem attribuitur Deo homini, secundum quod Deus: non enim est iste descensus intelligendus secundum motum localem, sed secundum exinanitionẽ, qua cum in forma Dei esset, serui formam suscepit; sicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quod suã plenitudinem amiserit, sed ex eo quod nostram paruitatem suscepit, ita dicitur descendisse de cœlo, non quod cœlum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in unitatem personæ. Alius autem est descensus, quo descendit in inferiores partes terræ, ut dicitur Ephes. 4. Qui quidem est descẽsus localis, vnde competit Christo secundum conditionem humanæ naturæ.

Ad tertium dicendum, quod Christus dicitur ad patrem ascendere, inquantum ascendit ad consessum paternæ dexteræ, quod quidem conuenit Christo aliqualiter secundum diuinam naturam, aliqualiter autem secundum humanam, secundum quod infra dicetur.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem tamquam in fundamento, subruas & interimas hæresim Appellitarum dicentium, quod Christus sine carne & resurrexit, & in cęlum ascendit. Et hæresim Carpocratianorũ dicentium, quod Christi anima, post crucifixũ corpus, fuit in cęlum recepta; caro autẽ in terra dimissa, nec umquã glorificata. Et hæresim Seleuciani dicentis, quod Christus carnem spoliauit, antequã in cœlum conscenderet, & in sole posuit. Et hæresim Passionistarum dicẽtiũ, quod Christus in passione ita carnem dimisit, & in cęlum sic ascendit, ut non sit iam in carne diuinitas, neq; enim (inquiũt) post passionem surrexit in carne, neque cum carne ascendit. Articulus namque præsens per hoc, quod dicit, Christum secũdum quod homo est ascendisse, securim ponit ad radicẽ, id quod est funditus subruere omnes prædictas hæreses. Nam si secundum quod homo ascendit, vtique carnem humanam, neque in passione, neque in terra dimisit, & ipsam neque spoliauit, neque in sole posuit; sed cum eadem, quam prius habebat, in cœlum ascendit. Cæterum illas ipsius hæreses, pro quanto dicunt Christum non surrexisse in carne, neque cum carne glorificata, impugnat & expugnat per rationem, quæst. 54. articulus 1. 3. & per scripturas in eorumdem Elucidat. append. Similiter contra eas, pro quantu diuinitatem Christi post passionem non esse in carne, militat efficaciter, quæstio. 50. articulus 2. 3. & mihi Elucidat. append. Sat erit ergo nunc illas, inquantum Christum sine carne dicunt accendisse, tamquam directe contra præsentem articulum existentes, esse damnatas à scripturis &c. demonstrare. Secundò igitur habes, quomodo per rationem ostendas, eas meritò condẽnari ab Ephe. 4. cum glossa, secundum quod est in argum. cont. Item à Concilio Lateranensi sub Innoc. III. in De sum. Trin. & fid. cath. Firmiter credimus, & simpliciter cõfitemur &c. quod vnigenitus Dei filius à tota trinitate communiter incarnatus ex Maria semper Virgine &c. descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, ascendit in cœlum, sed descendit in anima, resurrexit in carne, ascenditque pariter in vtroque. Hæc ibi. Item ab Isa. 63. Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Quare rubrum est indumentum tuum, & uestimenta tua, sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus. Hæc enim sunt uerba in persona Angelorum dicta (secundum Dionys. in lib. de Cęl. Hierar.) admirantium, Christi ascendentis carnem esse rubricatis vulneribus stigmatizatam (ascẽdit enim cum cicatricibus, quæstione 54. art. 4.) quæ procul dubio non affuissent ibi, nisi Christus cum corpore, quod crucifixum fuerat, ascendisset. Item ab Ephes. 2 Conresuscitauit nos, & consedere fecit in cœlestibus, in Christo Iesu. Quod utique dicitur ad denotandum, quod Christus resurrexit, ascendit, & ad patris dexteram sedet, cum carne nobis consubstantiali. Item ab ecclesia, dum inter multa hocipsum de Christo ascendentem in Missis, officiisque manifestantia dicit in Hymno ascensionis; Regnat Deus, Dei caro. Tertiò uides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis, doctrina pręsens Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ut sonat sumendus est.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris cum suis conclusionibus. Distinctio est circa ly secundum quod, & conclusiones sunt claræ. Vbi nota in hac materia, quod sicut suppositum diuinum passum est secundum naturam humanam, ut ly secundum, dicit conditionem patientis, ita persona filii Dei est ille, qui ascendit in cœlum secundum naturam humanam, ut naturam ascendentem, & secundum naturam diuinam, ut causam ascensionis.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus ascenderit propria uirtute.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non ascenderit propria uirtute. Dicitur enim Mar. vlt. quod Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum. Et Actu. 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: sed illud, quod assumitur, & eleuatur, ab alio videtur moueri. ergo Christus non propria virtute, sed aliena ferebatur in cœlum.

¶ 2 Præt. Corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpora nostra, corpori autem terreno, contra naturam est ferri sursum. nullus autem motus est ex propria uirtute eius, quod cōtra naturam mouetur. ergo Christus non ascendit propria uirtute in cœlum.

¶ 3 Præt. Propria virtus Christi est virtus diuina, sed motus ille non videtur fuisse ex uirtute diuina quia cum uirtus diuina sit infinita motus ille fuisset in instanti, & sic non potuisset uidentibus discipulis eleuari in cœlum, ut dicitur Act. 1. ergo uidetur, quod Christus non ascenderit propria uirtute.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 63. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et Gregor.* dicit in Hom. Ascensionis, Notandum est, quod Helias in curru legitur ascendisse, vt uidelicet apertè demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru, non angelis sublenatus legitur, quia qui fecerat omnia, super omnia sua uirtute ferebatur.

*Hom. 29. in Euang. circa med.

RESPON. Dicendum, quod in Christo est duplex natura, diuina, scilicet, & humana: vnde secundum vtramque naturam potest accipi propria virtus eius, sed secundum humanam naturam potest accipi duplex virtus Christi. Vna quidem naturalis, quæ procedit ex principiis naturæ, & tali virtute manifestum est, quod Christus in cœlum non ascendit. Alia autem virtus gloriæ, secundum quā Christus in cœlum ascendit. Cuius quidem uirtutis rationem, quidam accipiunt ex natura quintæ essentiæ, quæ est lux, ut dicunt, quam ponūt esse de cōpositione humani corporis, & per eam elementa contraria conciliari in unum, ita quod in statu huius mortalitatis natura elemētaris in corporibus humanis dānatur, & ideo secundum naturam elementi prædominantis, corpus humanū naturali virtute deorsum fertur. In statu autem gloriæ prædominabitur natura cœlestis, per cuius inclinationem & virtutem corpus Christi, & alia sanctorum corpora feruntur in cœlum, sed de hac opinione, & in 1. par.* habitum est, & infra magis agetur in tractatu de resurrectione† communi. Hac autem opinione prætermissa, alii assignāt rationem prædictæ uirtutis ex parte animæ glorificatæ, ex cuius redūdantia glorificabitur corpus, ut August.* dicit ad Diosc. Erit enim tanta obedientia corporis gloriosi ad animam beatam (ut sicut Aug.† dicit 22. de Ciuit. Dei;) vbi uolet spiritus, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritū possit docere, nec corpus. Decet autē corpus gloriosum, & immortale esse in loco cœlesti, sicut dictum est.* Et ideo ex uirtute animæ uolentis, corpus Christi ascendit in cęlum, sicut autem corpus efficitur gloriosū participatione animæ, ita, ut Aug.† dicit super Io. participatione Dei fit aīa beata: vnde prima origo ascensionis in cęlum est uirtus diuina, sic igitur Christus ascendit in cęlū propria uirtute, primo quidem uirtute diuina, secundo uirtute animæ glorificatæ mouētis corpus, prout vult.

* 1. p. q. 76. ar. 6.
† Non cōpleuit.
* Epist. 56. ante med. to. 2.
† lib. 22. c. ult. non remote a princip. c. 5.
* art. 1.
† tract. 23. in Ioā. inter prin. & medium. t. 9.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ sicut Christus dicitur propria uirtute surrexisse, & tamē est suscitatus a patre, eo quod eadem est uirtus Patris, & Filii, ita etiam Christus ex propria uirtute ascendit in cœlum, & tamen a patre est eleuatus, & assumptus.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa probat, q̄ Christus non ascendit in cęlum propria uirtute, quæ est naturæ humanæ naturalis: ascendit tamen in cœlum propria uirtute, quæ est uirtus diuina, & propria uirtute, quę est animæ beatæ. Et licet ascendere sursum, sit contra naturam humani corporis secundum statum pręsentem, in quo corpus non est omnino subiectum spiritui, tamen non erit contra naturam, neque uiolentum corpori glorioso, cuius tota natura est omnino subiecta spiritui.

AD TERTIVM dicendum, quod etsi uirtus diuina sit infinita, & infinite operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus uirtutis eius recipitur in rebus secundū earum capacitatem, & secundum Dei dispositioné. Corpus autem non est capax, ut in instanti localiter moueatur: quia oportet, quod commetiatur se spatio, secundum cuius diuisionem diuiditur tempus, ut dicitur 6.* Phys. Et ideo non oportet, quod corpus motum a Deo, moueatur in instanti: sed mouetur ea uelocitate, qua Deus disponit. li. 6. tex. 37. 38. & 39. *to. 2.

Medina ar. 3.

SVPER Q. LVII. ART. III.

312 COncl. 1. Christus non ascendit in cęlum propria virtute humana naturali, id est ex principiis naturæ humanæ procedente. Opu. 3. c. 247. Et op. 60. c. 23.

¶ Prob. Quia hoc de se manifestum est. (vide argumen. 2. cum respon.)

¶ Concl. 2. Christus in cœlum ascendit propria uirtute & diuina, & humana glorificata.

¶ Prob. Quia patet Secunda autem pars, scilicet & humana, &c. probatur. Quia anima Christi glorificata uoluit, tunc corpus suum gloriosum moueri ad cęlum (cum deceat, corp⁹ gloriosum esse in loco cęlesti), & corporis gloriosi obedientia ad animam beatam est tanta, vt vbi volet, ibi protin⁹ sit corpus (secūdum D. August.)

1m illatio conclusionis. Ergo Christus non, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis putātib. q̄ Christū assumi, & eleuari ab alio, s. a patre nō sit idem, q̄ Christum ascendere propria uirtute diuina. Quod vtique falsum est. Nam virtus patris & virtus diuina Christi est eadem numero, licet pater & filius sint duæ personæ realiter numero distinctæ. Sicut ergo Christ⁹ verè dicitur ꝑpria, &c. vt in tex.

2m de minori. Corpori terreno. R. Cōsiderato secundum præsentem statum. §. Tunc nihil &c. Licet em̄ corpus Christi post resurrectionem esset terrenū, id est carne, ossibus, &c. q. 54 ar 2. consistens, tū erat glorificatum. Ratio ergo illa, i. augmentum illud, probat, q̄ Christ⁹ non ascendit, &c. ut in tex.

3m minor. Mot⁹ ille si uidetur fuisse ei ex uirtute diuina. R. Negatur §. Ex uirtute enim diuina fuit, ut in cōcl. 2. Ad probationē in contrariū dicitur, quod nō probat negatum. Nam licet uirtus diuina sit infinita, &c. ut in tex.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdā a simili de resurrectione (ut supra artic. numero 297. appen.) dicentis, q̄ Christus non ascendit propria uirtute diuina. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari ab Isa. 63. secundum qd̄ cum D. Greg. ponitur in argu cont. Item à dictu ibid. artic. 297. pro quanto possunt a simili adaptari ad propositum ascēsionis: maximè demonstrando, quod Christus ascendens est verus Deus per loca ibi citata. Patet em̄ omnibus, quod Deus uerus propria virtute potest non solum corpus illud eleuare in cęlum, sed & quæcūque alia facere, etiam supra id, qd̄ nos intelligimus, quoniam Deus ipse est omnipotēs, 1. q. 25. ar. 2. 3. & in Veritatib. Autem super totam legem veterem, Genes. 1. concl. 1. &c. Tertiò vides, quomodo ex iis benè pensatis, & applicatis doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atq; confirmetur. Veritas pro Eccles. S. Dei.

Comm.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore artic. conclusio est: Christus ascendit in cœlum propria virtute: primo quidem diuina, secundo autem animę glorificatæ mouentis corpus, prout vult. Declaratur conclusio, distinguendo in Christo naturam diuinam, scilicet & humanam, & subdistinguendo virtutem humanam in uirtutem naturæ, & virtutem glorię, & exclusa uirtute naturali afferendo duas opiniones du de radice virtutis gloriæ vel ex parte lucis cœlestis, scilicet uel ex parte beatitudinis animæ. Et prætermissa prima opinione, quia beatitudo animæ in Dei participatione consistit infertur conclusio quoad omnes sui partes clarissima, ita quod expositione non eget.

¶ Aduertè hic, quod cum dicitur. Christum propria uirtute glorificatæ animæ ascendisse in cœlum, non intelligitur, nisi de ipso locali motu ascensionis, utrum enim uirtute glorificatæ animæ potuerit motu ille penetrare cęlos, alia quæstio est in ferius tractanda.

Ferr. 4. cont. c. 87.
Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus ascenderit super omnes cœlos.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non ascenderit super omnes cęlos. Dicitur enim in ps. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cęlo sedes eius, quod autē est in cœlo, non est supra cęlum. ergo Christus non ascendit super omnes cœlos.

¶ 2 Prę. Super omnes cęlos non est aliquis locus, ut probatur in primo de cœlo,* sed omne corpus oportet esse in loco. ergo corpus Christi nō ascendit super omnes cęlos.

¶ 3 Præt. Duo corpora nō possunt esse in eodem loco. Cum igitur non sit trāsitus de extremo in extremū, nisi per medium, uidetur ꝙ Christus non potuisset ascendere super omnes cęlos, nisi cęlum diuideretur, quod est impossibile.

¶ 4 Præt. Act. 1. dicitur, ꝙ nubes suscepit eum ab oculis eorum, sed nubes non possunt eleuari sup. cęlum. ergo Christus non ascendit sup omnes cęlos.

¶ 5 Præt. Ibi credimus Christū in perpetuum permansurum quo ascēdit, sed quod contra naturam est, nō potest esse sempiternum, quia id, quod est secundum naturam, est ut in pluribus, & ut frequentius. Cum ergo contra naturam sit corpori terreno, esse supra cœlum, uidetur, ꝙ corpus Christi supra cœlum non ascenderit.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Eph. 3. Ascendit super omnes cęlos, ut adimpleret omnia.

RESPON. Dicendum, quod quāto aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tanto sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis, unde uidemus qđ corpora, quæ sunt magis formalia, sunt naturaliter superiora (ut patet per Philosophum in 4. Physicor. & in secundo * de Cœlo) per formam enim unumquodque corpus participat diuinum esse, ut patet in primo Physic.† Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam, quam quodcumque corpus naturale per formam suæ naturæ. Et inter cætera corpora gloriosa, manifestum est, quod corpus Christi maiori refulget gloria. vnde conuenientissimum est sibi, quod sit supra d omnia corpora constitutum in alto, & ideo super illud Eph. 4. Ascendens in altum, dicit gl. Loco, & dignitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sedes Dei dicitur esse in cœlo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento. vnde nō oportet aliquā partem in cœli eo superiorem esse, sed ipsum esse super d omnes cœlos, sicut & in ps. 8. dicitur, Eleuata est magnificētia tua, super cœlos, Deus.

AD SECVNDVM dicendum, quod locus habet rationem continentis. vnde primum continens habet rationem primi locantis, quod est primum cœlum. Intantum igitur corpora indigēt esse in loco per se, inquantum indigent contineri a corpore cœlesti. Corpora autem gloriosa, & maximè corpus Christi, non indiget tali continentia: quia nihil recipit a corporibus cœlestibus, sed a Deo mediante anima. vnde nihil prohibet, corpus Christi esse extra totam continentiam cœlestium corporum, & non esse in loco continente: nec tamen oportet, quod extra cœlum sit uacuum, quia non est ibi locus. Nec est ibi aliqua potentia susceptiua alicuius corporis sed potentia illuc perueniendi est in Christo. Quod autem Aristoteles * probat 1. de Cœlo, ꝙ extra cœlum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis, ut per probationes apparet. *li. 1. corp. 19. to. 2.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quamuis de natura corporis non sit, ꝙ possit esse in eodem loco cum alio corpore: tamen potest hoc Deus facere per miraculum, quod in eodem loco possit esse cum alio corpore, sicut, & fecit, ut corpus Christi de clauso vtero B. Virginis exiret, ꝙ intrauit ianuis clausis ad discipulos, sicut dicit B. Greg.† Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis, sed per virtutem diuinam assistentem, & hoc operantem. †Ho. 26. in Euan. non procul a prin.

AD QVARTVM dicendum, quod nubes illa, non præbuit adminiculum Christo ascendenti per modum vehiculi, sed apparuit in signum diuinitatis, secundum quod gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ corpus gloriosum non habet ex principiis suæ naturæ, ꝙ possit in cœlo, aut supra cœlum esse, sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus gloriosi corporis sursum, non est violentus, ita nec quies uiolenta, unde nihil prohibet eam esse sempiternam.

SVPER Q. LVII. ART. IIII.

301 CONCL. Conuenientissimum est Christi corpori glorioso, ꝙ sit supra omnia corpora constitutum in alto. 3. d. 22. q. 3. a. 3. q. 1. & 4. con. c. 67. Et opu. 6. c. 9.

¶ PROB. Quia corp^9 Christi gloriosum plus participat de diuina bonitate, quam quælibet corpora (cum ipsum inter cętera corpora gloriosa refulgeat maiori gloria), & quāto aliqua corpora plus participāt de bonitate diuina, tantò sunt aliis corporib^9 superiora (ut patet per Philosop. in Physicis.) * lib. 1. tex. 69. to. 2.

1^m de minori. Quod est in cęlo, ℞. Tā quam in continente. §. Tunc &c. Nam corpus Christi est in cęlo, tanquam in cōtento. vnde non oportet, aliquā partem cęli eo superiorē, &c. ut in tex.

2^m de conclusione. Non ascendit sup omnes cęlos. ℞. Sicut ad locum continentem. §. Id est, ita, ut sit ibi sup omnes cęlos, tanquam in loco continente. Tunc nihil &c. Cōclusio enim articuli, quando ipsum dicit esse super omnes cęlos, intendit dicere, ꝙ in Christo fuit potētia perueniendi illuc (sicut & de facto illuc secundum corpus peruenit); non autem intendit dicere, ꝙ corpus illud sit ibi, tanquā in loco. Locus namq; habet rationem continentis; vnde primum continens &c. vt in tex.

3^m de antecedente. Nō possunt. ℞. Per uirtutē propriam. §. Tūc &c. Nā artic. cōclusio intendit, ꝙ corpus Christi in eodē loco cū cęlesti corpore, per quod trāsibat, fuit tantum per uirtutē diuinam. * l. 2. de cęlo, tex. 30. †lib. 1. tex. 82. to. 2.

4^m illatio conclusionis. Ergo Christus non &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis malam intelligentiam habētibus de illa nube, quæ suscepit Christum ab oculis discipulorum. Nubes siquidē illa non præbuit, &c. ut in tex. D. 243.

5^m de conclusione. Corpori terreno. ℞. Cō siderato secundum conditionem suam naturalem. §. Tunc &c. Nā corpus Christi sup cœlos est alio modo, i. secū dum proprietatem suę gloriæ, quia, scilicet corpus gloriosum ibi protinus est, ubi vult spirit^9, id est anima beata. Vide ar. 3. corp. D. 329. & 330.

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse a scripturis insinuatū, ꝙ Christus ascēdit super omnes cęlos. vt ps. 18. A summo cęlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius. Vsq; ad summum eius, id est super omnes cœlos. Vide art. 2. ad secundum. Item Hębr. 7. Excelsior cœlis factus. De Christo enim dicit hoc. Excelsior Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

sior coelis factus, id est est super omnes cœlos, & nullam cęlurum partem habet seipsu superiorem. Item per hoc, quod dicitur Luc. 14. Dicebat ad inuitator parabolam, intendens, quomodo primos recubitus eligerent, &c. Ibi enim constat, quod recumbens in nouissimo loco, uocatur postea ad locum superiorem, in quo sibi gloria est coram discumbentibus. Secũdum ergo hanc parabolæ regulam denotatur, quod Christus ascendit super cœlorum locum superiorem, quod est ascendisse super omnes cœlos. Christus enim à patre missus in hunc mundum ad desponsandum ecclesiam sanctam, & consequenter a patre missus ad nuptias, recubuit semper ante mortem in nouissimo loco. Nam & nascitur in uilissimo loco id est in stabulo inter bouem, atque asinum: & conuersatur penè sine ullius æstimationis loco, dum, s. non habet ubi caput suum reclinet, uulpibus in hoc, atque cœli uolucribus pauperior. Luc. 9. Et mori-
moritur in turpissimo loco; s. Caluarię, loco damnatorum, necnõ in cruce patibulo, maledictorum, Deuteron. 21. (ut etiam quò ad locum, atque patibulum dicere possit illud psal. 17. Dolores inferni circumdederunt me.) Vide q. 50. ar. 2. uel 3. appen. Relinquebatur ergo secũdũ scripturam illam, q assumptus à Deo esset Christus ad locum omni alio superiorem, in quo esset sibi gloria præ, & coram, simul discumbentibus, i. omnibus cęteris compręhensorib. Item ab Apostolo Eph. 4. qui dicitur* id, quod præsens artic. habet in argu. contr. quasi exponens præmissæ parabolæ regulam, antedixerat ly quod autem ascendit quid est, nisi quia & descẽdit primũ in inferiores partes terræ? Ac si aperte diceret. Christo debebatur talis super omnes cęlos ascensus ex sua infra terrarum uiscera humilitate. Secundò uidet, quomodo ex iis bene pẽsatis, & applicatis, doctrina pręsens Angel. uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ut sonat intelligendus est.

¶ In corpore vna est conclusio. Conuenientissimum est Christo, quod sit super omnia corpora constitutus in alto. Probatur. Quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tãto sunt superiora localiter, sed corpus Christi gloriosum perfectius participat, &c.

¶ Aduerte hic, Auctori opinari Christum secundũ corpus esse supra cœlos omnes, sic quod planta pedis eius est supra superficiẽ conuexam supremi cęli, hoc enim concludit, & ratio in corpore allata, q quanto corpus est perfectius, tanto est superius secundũ locum, & hoc expresse explicatur in responsione ad secundũ dicendo. Nihil prohibet corpus Christi esse extra totam continentiã cęlorum corporeorum, & non esse in loco continente. Et hoc ideo dictum sit, ut sciant dicentes corpus Christi sic esse supra omnes, cœlos, quod est in suprema parte supremi cęli, quod non sequuntur doctrinam Auctoris, ex hoc enim sequitur manifeste, quod nõ est superius supremo cęlo. & quod non est extra totam continentiam cœlorum corporeorum, quorum primum contrariatur corpori articuli, serandum autem responsioni ad secundum.

¶ Sed occurrit hic Duran. in 3. Sent. dist. 22. artic. ult. obiiciens contra hanc positionem, quia sequeretur q Christus nec se, nec alia uideret corporali uisione, quia uisio fit per diaphanum mediũ quod supra conuexum supremi cœli non inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, q sicut supra naturæ ordinem corpus Christi locatur supra connexum cęli suprẹmi, ita supra naturæ ordinẽ exercetur uisio corporalis absque diaphano medio continuo vsq; ad oculum.

¶ Mirum est autem de sic obiicientibus ad concludendum. Dicant quæso quomodo tam Christus, quam alii sancti post resurrectionem si infra conueaum cęli continentur, auditionem, incorporalem exercebunt, cum auditus fiat per medium aerem, qui ibi non est, nec cęlum suplet uicem aeris, quoniam non inquantũ diaphanus aer mediat in auditu, ut patet ex hoc, quod absq; diaphano in actu audimus, in tenebris constitutis nobis, & sonantre, & sono. & rursus cęli quasi ære fusi sunt, vt non possint percussi, &c. Mittamus hæc, supernaturalis futuri sęculi, scientiæ futuri sæculi.

Medina ar. 5.

SVPER Q. LVII. ART. V.

302 CONCL. Corpori Christi, considerato secundum dignitatẽ Inf. q. 58. vnionis personalis, debe ar. 3. corp. tur locus altior ultra Et Ps. 8. S. omnem creaturam etiã Et Eph. 1. spiritualem. lect. 3. S.

¶ PROB. Quia corp Christi, secũdum rationem vnionis personalis consideratum, est nobilius omni substãtia creata etiam spirituali (ut patet ex terminis), & † q. 52. rei nobiliori debetur altior locus (ut patet art. 4. corp.)

I^m maior. Eorũ, q non dicuntur secundum rationem unam, non potest conuenienter fieri comparatio. R. Secundum quod in ratione una nõ conueniunt. §. Tunc nihil &c. Potest enim fieri conuenienter eorum comparatio, secundum quod aliter considerata conueniunt in aliqua una communi ratione, & sic est in proposito. Nam licet alia ratione attribuatur locus, &c. ut in tex.

*ca. 55. aliquantulũ a prin. to.

2^m ex D. Aug. Omni corpori. R. Considerato secundum conditionem corporeę naturæ. §. Tunc &c. Nam arti-

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q corpus Christi non ascenderit super oẽm creaturã spiritualem. Eorum enim quæ non dicũtur secundum unam rationem, non potest conuenienter fieri comparatio, sed locus non eadem ratione attribuitur corporib. & spiritualibus creaturis, ut patet ex his, quæ dicta sunt in 1. par. † ergo uidetur, q non possit dici corpus Christi ascendisse super oẽm creaturam spiritualem.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit in lib. de Vera relig. q omni corpori spiritus pręfertur, sed nobiliori rei sublimior debetur locus. ergo uidetur, qđ Christus non ascenderit super omnẽ spiritualem creaturam.

¶ 3 Præt. In omni loco est aliquod corpus, cum nihil sit uacuũ in natura. Si ergo nullum corpus obtinet altiorẽ locum, quã spiritus in ordine naturalium corporum, nullus locus erit super omnem spiritualem creaturam. non ergo corpus Christi potuit ascendere super omnem spiritualem creaturam.

SED CONTRA est, q dr Eph. 1. Cõstituit illum supra omnem principatum, & potestatem, & supra omne nomen quod nominatur, siue in hoc sæculo, siue in futuro.

RESP. Dicendum, quod tanto alicui rei debetur altior locus, quanto est nobilior, siue debeatur ei locus per modũ contactus corporalis sicut corporibus, siue per modũ cõtactus spiritualis, sicut spiritualibus substantiis. Exinde enim spiritualibus substantiis debetur secũdũ quãdam congruentiam locus cælestis, qui est supremus locorum, quia illę substantiæ sunt supremæ in ordine substantiarum. Corpus autem Christi, licet considerando condũnes naturæ corporeæ, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatem unionis, qua est personaliter Dei coniunctum excellit dignitatem omnium spiritualium substãtiarum. Et ideo secundum prædictæ congruentiæ rationem debetur sibi locus altior ultra [d] omnem creaturam etiam spiritualẽ. Vnde & Gregor.* dicit in Hom. Ascensionis, qđ qui fecerat omnia, super omnia sua uirtute ferebatur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q licet alia rõne attribuatur locus corporali, & spirituali substantiæ, tñ hoc est in utraq; ratione cõe, quod digniori rei attribuit superior loc.

AD SECVNDVM dicendum, q ratio illa procedit de corpore Christi secundum conditionem naturæ corporeæ, nõ autem secundum rationem unionis.

AD TERTIVM dicendũ, q cõparatio ista põt attẽdi, uel sm rõnẽ locorũ, & sic nullus locus est tã altus, q excedat dignitatẽ spiritualis substãtiæ, sm q procedit obiectio. Vel secundum dignitatem eorum, quibus attribuũtur locus, & sic corpori Christi debetur, ut sit supra spirituales creaturas.

articuli conclusio, quando pręfert corpus Christi spiritibus Angelicis, cõsiderat illud alio modo, scilicet secũdum qđ unitum est personaliter Deo, ut patet ex ipsis uerbis eiusdem conclusionis.

3^m de conclusione. Nullus locus. R. Secundum rationem loci consideratus, non autẽ, secundum dignitatẽ locatorum. §. Tunc &c. ut patet in tex. Vide & ar. 4. ad secundum.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem & ostendas, & rectè intelligas, merito à scripturis insinuatum esse, quod Christus ascẽdit corpore super oẽm creaturam spiritualem: Vt per dictum Ephe. 1. constituit, &c. sm quod ponitur in argu. con. Itẽ p dictũ Hęb. 1. Nouissimè *Deus locutus est* nobis

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. D. 243.

*Hom. 29. in Euang. in med.

A R-

nobis in filio suo, &c. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. His enim verbis filium incarnatũ, in quo sane Deus nouissime nobis locutus est, ascendisse super omnem creaturam spiritualem, doceat Apostolus: alioquin (ut patet) non sederet nũc ex tempore ad dexteram maiestatis in excelsis melior Angelis effectus. Itẽ per dictum Phil. 2. Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Vbi nota ly propter quod, id est propter dictam humilem obedientiam eius. Ad planum ergo sensum loquitur de Christo quantum ad humanam naturam. Constat ergo ad literam ibi, quod Christus quò ad humanitatem suam, qua crucifixus est, id est etiam secundum corpus, habet nomen super omne nomen, i. dignitatem realem (nomẽ siquidem refert rem, quam significat, secundum Philos.) supra omnem aliam realem dignitatem creatam etiam spiritualium substãtiarum. Dico ly creatam, quia illa dictio vniuersalis, s. omne, nõ tenetur vniuersaliter absolute, sed tantum vniuersaliter accommode, id est in genere tali, scilicet creaturarum. In cuius signũ Christus loquens de ascensione, qua iuit ad patrem, dixit Ioan. 14. Vado ad patrem, quia pater maior me est. Hoc est, stando in isto proposito. Vado ascendere ad patrem, & tanta erit excellentia magnitudinis humanæ naturæ per talem ascensionem sibi collatæ, vt solus pater (cointellige & Deum filium, & Spiritumsanctum, 1. q. 31. ar. 3. 4.) sit maior me secundum humanitatem meam. Per hoc ergo intelligi datur non solum, quod ex obedientia ad patrem, qui Christo secundum humanitatem maior est, ascendebat in cęlum (quod est sensus planior), sed etiam illud ad primum illud consequens, scilicet quod Christi humanitas remanet ibi omnibus aliis rebus maior. Item per dictum Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Ab oppositis enim conuertas etiam hanc regulam, scilicet, Quantum humiliauit se, & in pęnis fuit, tantum date ei honorem, & gaudium. Cum igitur Christus humiliauerit se, & in pœnis fuerit, plusquam omnes creaturę (ut patet de humilitate, Phil. 2. & de pęnis, ps. 74. Nam calix Christi fuit uini meri, quæstione 46. art. 6. cęterorum autem fuit plenus mixto, scilicet per consolationem) sequitur, quod Apocalypsis ipsa ab oppositis dixerit ad propositum, quod homo Christus in ascensione ad cęlos adeptus est ex diuina iustitia honorem, exaltationem, & gaudium, supra omnes creaturas, quęcunq; sint illæ, scilicet tum factæ tum factibiles. Secundò consequenter ex dictis habes reprobatam meritò esse hæresim Metamorphistarum dicentium, corpus Christi, cum ascendit in cęlum planè Deũ esse factum, & hoc scilicet corpus Christi esse Deum, omninò proprie dici debere. Articulus enim præsens, maxime iunctus artic. 4. cum totam corporis Christi dignitatem dependere supponat ex participatione bonitatis diuinæ, pro certo tenẽdum esse relinquit, quod tunc corpus Christi non est factum Deus, & huius contrarium non tãtum impropriè, sed etiam falsissimè dici, atq; ideo hæresim prædictam efficaciter impugnat, & expugnat. Pro ampliori quoque eius damnatione, uide supra articulorum numero 109. 145. Elucidat. & pri. par. quæstio. 14. articu. 16. & quæstione 75. art. 7. Elucidat. Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina præsens Angelica uicissim declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intelligendus est cum grano salis prout respondendo apparet, hoc est, quod ponit ut ibi locatum pro loco, ita quòd per ly omnem creaturam spiritualem, intelligimus locum omnis creaturæ spiritualis. Secutus est enim Auctor usitatum modum loquendi, quo consueuimus dicere aliquem episcopum, vel principem ascendisse super tales, & tales, qui ascendit ad locum superiorem locis talium & talium. Vnde sensus tituli est an locus, quo ascendit Christus, sit superior locis, in quibus sunt quæcumque spirituales creaturæ.

¶ In corpore una conclusio: Corpus Christi debet locus altior ultra omnem creaturam, etiam spiritualem. Probatur. Tanto altior locus rei debetur, quanto est nobilior, sed corpus Christi, secundum dignitatem personalem excellit omnes substantias spirituales. ergo, &c.

¶ Circa comparationem dubium occurrit, quoniam uana uidetur, nam supra conuexum, seu in superficie conuexa cęli empyrei non datur locus altior, aut minus altus, cum sit perfecte sphęricũ constat autem illic esse angelos beatos, & corpus Christi illic esse conclusum est ex artic. præced.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet secundum longitudinem diametri a centro ad circumferentiam nulla pars conuexæ superficiei corporis perfecte sphęrici sit altior alia, ut patet ex eo, quòd omnes lineę ductæ a centro ad circũferentiam sunt æquales, & secundum hũc sensum procedit dubium, si tamen eadem superficies conuexa cõsideretur ut ordinata ad aliquid unum in ea agendum (uerbigratia ad exercendum actum iudicii) sic unus locus, seu una pars eius inuenitur altior altera, iuxta approximationem ad solium principis, sumitur enim pars illa solii ut altior, & reliquæ ut inferiores sunt. Et sic diuina sapientia superficiem cœli empyrei, quamuis secundum se fecerit æquales, secũdum tñ, quòd uenit in usum habitionis creaturarum beatarum, disposuit unam partem, quasi solium, & reliquas in ordine ad illam, superiores, uel inferiores. Et sic Christus, secundum corpus in parte illa solii stans, in suprema parte, supremoque loco residere dicitur, & reliquę creaturæ beatæ hinc, & inde inferiores partes tenent.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ascensio Christi sit causa nostræ salutis.

502 AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod ascensio Christi non sit causa nostræ salutis: Christus enim fuit causa nostræ salutis, inquantum salutem nostram meruit, sed per ascensionem nihil nobis meruit quia ascensio pertinet ad præmium exaltationis eius. non est autem idem meritum, & præmium, sicut nec uia, & terminus. ergo videtur quod ascensio Christi non sit causa nostræ salutis.

¶ 2 Præt. Si ascensio Christi est causa nostræ salutis, maximè hoc uidetur quantum ad hoc, quod ascensio eius sit causa nostræ ascensionis, sed hoc collatum est nobis per eius passionem, quia ut dicitur Hæbr. decimo. habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ipsius. ergo uidetur quod ascensio Christi non fuerit causa nostræ salutis.

¶ 3 Præt. Salus nobis per Christum collata, est sempiterna secundum illud Isa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit, sed Christus non ascendit in cœlum, ut ibi in sempiternum esset, dicitur enim Act. 1. Quemadmodum vidistis eũ ascendentem in cœlum, ita ueniet. Legitur etiam, multis sanctis se demonstrasse in terris post suam ascensionem, sicut de Paulo legitur Act. 9. ergo uidetur, quod eius ascensio non sit causa nostræ salutis.

SED CONTRA est, quòd ipse dicit Io. 16. Expedit uobis, ut ego uadam, id est, ut recedam à nobis per ascensionem.

RESPON. Dicendum, quod ascensio Christi est causa nostræ salutis dupliciter. Vno modo, ex parte nostra, alio modo ex parte ipsius. Ex parte quidem nostra, inquantum per Christi ascensionem mens nostra mouetur in ipsum, quia per ei* ascẽsionem (sicut sup.* dictum est) primo quidem datur locus fidei: secũdo, spei: tertiò charitati, quartò, & per hoc reuerẽtia nostra augetur ad ipsum dum iam nõ existimamus eũ sicut hominem terrenum, sed sicut Deum cęlestem, sicut, & Apost. dicit 2. ad Cor. 5. Et si cognouimus secundum carnem Christum (.i. mortalem, per quod putauimus eum tm̃ hominem, ut gl.* exponit, sed nunc iã non nouimus. Ex parte autẽ sua, quantum ad ea, quæ ipse fecit, ascendens propter nostram salutẽ: primo quidẽ viam nobis præparauit ascẽdendi in cœlum, secundum quod ipse dicit Ioan. 14. Vado parare vobis locum, & Mich. secundo. Ascendit, pandens iter ante eos. Quia enim ipse est caput nostrum, oportet illuc sequi membra, quo caput

Medina ar. 6.

SVPER Q. LVII. ART. VI.

CONCL. Ascensio Christi est causa nostræ salutis & ex parte nostra, & ex parte ipsi* Christi.

¶ PROB. Quia per Christi ascensionem, & ex parte nostra datur locus fidei, spei, charitati, augmentationiq; reuerentię nostrę ad ipsum, & ex parte sua pręparatur nobis locus ascendendi in cœlum, assistẽtia Christi continua coram patre ad interpellãdum pro nobis, missioq; donorum cęlestium nobis a Christo tamquam Domino in cœlorũ sede constituto (ut de his septem singillatim patet in tex.)

Primum

ar. 2. hui q. ad 3.

* gl. ord. & interli. ibi.

1^m maior. Christus fuit causa nostræ salutis, inquantum salutem nostram meruit. ℞. Vel inquantum ipsam, per modum efficientiæ, causauit. §. Tunc nihil &c. Nam licet ascēsio Christi non sit nostræ salutis causa meritoria (ut d. minor); est tamen eius causa efficiens (ut septempliciter ex corpore constat). Vide quæstio. 56. art. 5. ad tertium.

2^m de maiori. Sit causa. ℞. Directa. §. Inchoando, scilicet nostram ascensionem in capite nostro. Tunc nihil, &c. Nā passio Christi est aliter causa nostræ ascensionis in cœlum, quoniam huius est causa remouens prohibens (ut in tex.)

¶ Not. Hoc responsum (ut facile patet cōsideranti) loquitur de causa exemplari. Ideò enim dicit ly inchoando, &c. cui oportet, mēbra coniungi, id est conformari, ideò & inouit passionem non esse causam directam ascensionis nostræ. Nam si de causa meritoria, aut efficiente intelligeret; diceret, passionem esse causam directam, quoniam directe meretur ascensionem nostram tempore suo futuram, q. 6. 19. ar. 4. & q. 49. ar. 1. (quod non facit ascensio, ut in ad primum) ipsamq; directe per modum efficientiæ causat, q. 56. artic. 1. ad tertium (quod & ascensio facit.) In genere ergo exemplaris passio est causa tantum remotiua prohibentis, si proprie loquamur, q. 56. ar. 1. ad quartum.

3^m de maiori. Est sempiterna. ℞. Quantum ad ius, & dignitatem. §. Tunc &c. Nam Christū è cęli summitate, quo ascendit, descendere quandoque corporaliter nō facit, quod salus nobis per Christi ascensionem aut non sit collata, aut non sit durans in sempiternum, quantum ad ius & dignitatem in tali loco existendi. Sicut & ex eo, q Pontifex ab alta, i. nobilissima sede sibi de iure debita descendit aliquando corporaliter, non fit, q perdatur, uel interrumpatur ius atq; essentialis dignitas Pontificis. Immo non tantum essentialia ipsa nec perdit, nec interrumpit Pontifex ex hoc, sed neq; accidentalia, in hoc tamen sensu, inquantum, scilicet relatio iuridica ad talem locum remanet semper in Pontifice, ubicunque reperiatur. In sede enim tam nobilissima semper, cum sibi placuerit, potest residere.

put præcessit: vnde dicitur Ioā. 14. Vt ubi ego sum, & uos sitis, Et in huius signū, animas sanctorum, quas de inferno eduxerat, in cœlum traduxit, secundum illud ps. 67. Ascendens Christus in altum, captiuā duxit captiuitatem, quia, scilicet eos, qui fuerant a diabolo captiuati, secum duxit in cœlum, quasi in locū peregrinum humanæ naturę, bona captione captiuos, vtpotè per victoriam acquisitos. Secundò, quia sicut Pontifex in veteri testamento, intrabat sanctuariū, ut assisteret Deo pro populo, ita & Christus intrauit cœlum ad interpellandum pro nobis, ut dicitur Hebr. 7. Ipsa enim repræsentatio, sui ex natura humana, quam in cœlum intulit, est quædā interpellatio pro nobis, ut ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertiò, vt in cœlorum sede quasi Deus, & dominus constitutus, exinde diuina dona hominibus mitteret, secundum illud Ephes. 4. Ascendit super omnes cęlos, ut adimpleret omnia, scilicet donis suis, secundū glossam.

Ad primum ergo dicendum, quod ascensio Christi est causa nostræ salutis, nō per modum meriti: sed per modum efficientiæ, sicut supra de resurrectione dictum est.*

Ad secundum dicendum, q passio Christi est causa nostræ ascēsionis in cœlum, propriè loquendo, per remotionem peccati prohibentis, & per modum meriti: ascensio autem Christi est directè causa ascēsionis nostræ, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet mēbra coniungi.

Ad tertium dicendum, q Christus semel ascendens in cęlum adeptus est sibi, & nobis in perpetuum, ius, & dignitatem mansionis cœlestis, cui tamen dignitati nō derogat, si ex aliqua dispēsatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat, uel ut ostendat se omnibus, sicut in iudicio, uel ut ostēdat se alicui specialiter, sicut Paulo, vt habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factum fuisse non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc, quod ipse Apostolus dicit 1. ad Corin. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem, Nouissime omnium tamquam abortiuo uisus est, & mihi. Quæ quidem uisio veritatem resurrectionis non probaret, nisi uerum Christi corpus uisum fuisset ab eo.

QVAE-

*q. 56. a. ar. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Pauperum de Lugduno (ut refert Card. Turrecrem. De ecclesia lib. 4. c. 35.) dicentium: Post ascensionem Christi nulla esse seruanda statuta ecclesiæ, nec alicuius esse ualoris. Constat enim, q data ista heresi, ascensio Christi fuisset causa diminutionis nostræ salutis, & consequenter fuisset causa nostri damni. Diminuitur nā que salus nostra ex eo, q minus astringimur ad obseruantiā mandatorū diuinorum, quoniam tanto quis est melioris conditionis, quanto magis coniungitur Deo, q fit per custodiam mandatorum ipsorum a charitate procedentē. Doctrinā hanc tradit S. Tho. his verbis, in 2. 2. q. 98. ar. 5. ad secundum. Homo, quantò Deo magis coniungitur, tanto efficitur melioris conditionis. Et ideo quantò populus Iudæorū erat astrictus magis ad diuinū cultum, dignior erat aliis populis. vnde dicit Deuter. 4. Quæ est alia gens sic inclyta, ut habear ceremonias, iustaque iudicia, & uniuersā legem? Similiter ēt, quātum ad hoc, sunt melioris conditionis clerici, q laici, & religiosi, quā seculares. Hæc ille. Vbi ex eo, quod ad plura seruāda obligabantur Iudæi, quā gentiles (ut argūm concluserat) salutis maioris causam esse datam Iudæis ipsis, q gentilib* manifeste eē vult. Nec hoc diminuit uerā hominis libertatē, astringi mandatis diuinis; immo eam auget, & dicere contrariū est astuta tentatio hominū diabolicorum, ut de his omnib. patet in Veritatib. Auteis super totam legem veterem, Gen. 3. concl. 1. 2. & Num. 2. concl. 10. & Exod. 18. concl. 1. Itē 2. 2. artic. num. 81. 217. 552. Elucid. Quod uerò mādata ecclesiæ sint mandata diuina, id est a Deo profecta, non quia Ecclesia sit Deus, sed quia est loco Dei, patet per dictū Christi ad ecclesiam ipsam Luc. 10. qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Saluiferum ergo uehementer est, statutis ecclesiæ seruandis obligari, & oppositū est damnificatiuū. Cæterum (quo ad ultimam partē illius hæresis) quis non uideat, qđ ascensio Christi fuisset causa dāni ecclesiæ, si ex hoc, qđ Christus iam ascendisset, sequeretur: quod deinceps statuta ecclesiæ nullius essent ualoris? Igitur cum sanctus Doctor demonstret in articulo præsenti, quod Christi ascensio est causa nostræ salutis, patet, quod hæresim illam efficaciter hic oppugnat, & expugnat. Secundò habes, quomodo per rationem (ut explicatum, & applicatum, est) ostēdas, illam meritò damnari a Ioan. 16. Expedit, &c. vt in argumen. cont. Item à Symbolo fidei per hoc, quod Patres Cōcilii Niceni exponendo dicunt; Qui propter nos homines, & propter nostram salutem ascendit in cœlum. Vbi nota, quod ly propter nos homines, & propter nostram salutem, cadit super singulos articu. sequentes, ita ut dicamus hæc omnia esse de fide, i. Qui conceptus est, propter nos, & propter nostram salutem; Natus est, propter &c. Passus, propter &c. Mortuus, propter &c. Sepultus, propter &c. Descendit ad inferos, propter &c. Tertia die resurrexit, propter &c. Ascendit in cęlum, propter &c. Sedet ad dexteram patris propter &c. Venturus est iud. ui. & mor. &c. propter nos homines, & propter nostram salutem. De fide ergo firmissimè tenendū est, quod & ascensio Christi, & singula præmissa humanitatis eius mysteria, sunt causa nostræ salutis. Tertiò uides, quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis; doctrina pręsens Angel. &c.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Ascensio Christi est causa nostræ salutis, & ex parte nostra, & ex parte ipsius. Probatur quo ad primam partem quadrupliciter, & deinde quo ad secundam tripliciter. Omnia clara & ordinata sunt in litera.

¶ In respōsione ad tertium, aduertē propter importunos, quod Christum corporaliter visum fuisse a Paulo, non est uertendum in dubium, quoniam uerba ipsius Pauli, Nouissime autem tamquam abortiuo, &c. hoc conuincunt ad literā, sed an ista uisio fuerit tunc cum dixit, Saule, Saule quid me persequeris, dubitari ab aliquibus vī, nec ulla dubium rō sonet, nisi quia uolunt dubitare. Auctor autem, quia nulla alia corporalis apparitio Christi, ad Paulum in sacra scriptura inuenitur nisi illa, quæ fuit in sua conuersione, illa dicit esse qua Christus in proprio corpore sibi apparuit. Constat autem ex scriptura, illam fuisse corporalē, & rationabile est scripturam, scriptura expōnere, irrationabile autem apparitiones pro uoluntate multiplicare. Indisciplinati quoque quærere in omnibus certitudinem demonstratiuam sed, ut Philosophi etiam tradiderunt, iuxta subiectam materiam certitudo amplectenda est.

Medina.

Medina per totam quæstionem.

SVPER Q. LVIII.

ART. I.

CONCL. Conuenit Christo ad dexteram patris sedere, & vt sessio dicit quietem, & vt sessio dicit regiam, seu iudiciariam potestatem.

¶PROB. Quia Christo conuenit & manere quietem immo æternaliter in beatitudine patris (ut patet ex D. Augustino in symbolo), & a patre, ei conregnādo, habere iudiciariam potestatem (vt patet ex eodē in sermone de symbolo.)

¶CONCL. Ergo Christum sedere ad dexteram patris est ipsum & habitare in gloria patris, & iudiciariam, regiamq; potestatem habere a patre.

517 3.d.32.q.3 a.3.q.2. Et opu.3.cap. 147. Et op. 6.cap.9. Et ad Heb. 8. lec.1.

1^m de maiori. Dextera' R. Corporaliter sumpta. §. Tunc nihil, &c. In conclusione enim articuli dextera sumitur non corporaliter, sed spiritualiter; ac si dicatur, sedet ad spiritualem dexteram patris. Nam sicut Damasc. d. in 3. lib. Non &c. ut in tex.

2^m de antecedente. Si aliquis sedet ad dexteram. R. Corporaliter acceptam. §. Tunc nihil, &c. Alio enim io sensu articulus loquitur de dextera.

3^m maior. Sedere & stare uidentur oppositionem habere. R. Nisi, quando ad officiorum diuersitatem referūtur. §. Puta, quando sedere repræsentat officiū iudicis, stare autē repræsentat officium pugnantis. Tunc nihil, &c. Nā in proposito ly sedere & stare, non sumuntur, ut dicunt situm localē (quo modo habent oppositionem, id est non possunt uni & eidem simul conuenire), sed sumuntur, ut dicunt officia, modo nunc prædeclarato. Stephanus enī ī labore certaminis, &c. ut in tex.

QVAESTIO LVIII.

De sessione Christi ad dexteram Patris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de sessione Christi ad dexteram Patris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christus sedeat ad dexteram Dei patris.

¶ Secundò, Vtrum hoc conueniat sibi secundum diuinam naturā.

¶ Tertiò, Vtrum conueniat sibi secundum humanam naturam.

¶ Quartò, Vtrum hoc sit propriū Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat sedere ad dexteram Dei patris.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christo non conueniat sedere ad dexteram Dei patris. Dextera enim & sinistra sunt differentiæ positionum corporalium, sed nihil corporale conuenit Deo, quia Deus spiritus est, ut habetur Ioan. 4. ergo uidetur, quod Christus non sedeat ad dexteram patris.

¶ 2 Præt. Si aliquis sedeat ad dexteram alicuius, ille sedet ad sinistram eius. Si ergo Christus sedet ad dexteram patris, sequitur quod pater sedeat ad sinistram Filii, quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Sedere, & stare, uidentur oppositionē habere, sed Stephanus dicit Act. 7. Ecce uideo cœlos apertos, & Filium hominis stantē a dextris uirtutis Dei. ergo uidetur quod Christus non sedeat ad dexteram patris.

SED CONTRA est, quod dicitur Mar. ul. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascēdit in cœlum, & sedet a dextris Dei.

RESP. Dicendum, quod nomine sessionis possumus duo intelligere, uidelicet quietem, secundum illud Luc. ul. Sedete hinc in ciuitate, & etiam regiam, uel iudiciariam potestatem, secundum illud Prou. 20. Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Vtroque ergo modo Christo conuenit sedere ad dexteram patris. Vno quidem modo, inquantum æternaliter manet incorruptibilis in beatitudine patris, quæ eius dextera dicitur, secundum illud ps. 15. Delectationes in dextera tua usque in finem. unde Augustin.* dicit in libro de Symbolo. Sedet ad dexteram patris; Sedere, habitare, intelligite, quomodo dicimus de quocumque homine, in illa patria sedit per tres annos. sic ergo credite Christum habitare in dextera Dei patris: beatus enim est, & ipsius beatitudinis nomen est dextera patris. Alio modo, dicitur Christus sedere in dextera Dei patris, inquātum patri corregnat, & ab eo habet iudiciariam potestatem, sicut ille, qui consider regi ad dexteram, assidet ei in regnando, & iudicādo. Vnde August. † dicit in alio sermo. de Symbolo; Ipsam dexteram, intelligere potestatem, quam accepit ille homo susceptus a Deo, ut ueniat iudicaturus qui prius uenerat iudicandus.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ (sicut Damasc. * dicit in 4. lib.) non localem dexteram patris dicimus: qualiter n. qui incircumscriptibilis est, localem adipiscere dexterā, Dextera n. & sinistra eorum, quæ circūscribuntur sunt. Dexteram autem patris dicimus, gloriam, & honorē diuinitatis.

AD SECVNDVM dicēdum, ꝙ ratio illa procedit, sm ꝙ sedere ad dexteram intelligitur corporaliter. Vnde Aug. † dicit in quodam serm. de Symbolo, Si carnaliter acceperimus, quod Christus sedet ad dexteram patris, ille erit ad sinistram. Ibi autē, scilicet in æterna beatitudine, omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ (sicut Greg. † dicit in Hom. ascēsionis) sedere iudicātis est, stare uerò pugnantis, uel adiuuātis. Stephanus ergo in labore certaminis positus, stantem uidit, quem adiutorem habuit, sed hunc post ascensionem Mar. sedere describit, quia post ascensionis suæ gloriā iudex in fine uidebitur.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum a scripturis, symbolo, August. Chrysost. quod Christo conuenit sedere ad dexterā patris. A scripturis quidem, vt in argu. cont. A symbolo autem per ly sedet ad dexteram patris. A D. Aug. quoque in sermo. de Ascensio. Quos uirulentus inimicus primi habitaculi fœlicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei filius ad patris dexteram collocauit. A D. Chrysost. etiā in serm. de Ascen. Nos, qui & terra videbamur indigni, hodie eleuati sumus ad cœlum. & cœlorum transiuimus fines, & ipsa sede regali decoramur. Hæc autē ab vtroq; istorum Doctorum dicuntur (ut patet legenti) de Christo etiam secundum humanitatem, sedente ad dexteram patris. De conuenientia tādem, pro quāto ad præsentem materiam consequentiarum subintelligendarū seruit, uide q. 55. art. 4. append. Secundò uides, quomodo ex iis benè pēsatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica uberius declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*li. 1. c. 4. in prin. to. 9

† lib. 2. de Symbo. c. 7. non longe a prin. to. 9.

*li. 4. orth. fid. c. 2.

† lib. 1. de Symb. c. 4. circa med. to. 9.

* Ho. 29. I Euan. post med. illi.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut sonat.

¶ In corpore articu. distinguit Auctor duos sensus quæsiti & respondetur unica conclusione, scilicet; Vtroque modo Christo conuenit sedere ad dexteram patris. Distinctio est explicita de ly sedere, quod significat, uel quietem, uel regiam, seu iudiciariam dignitatem. Imiscetur quoque distinctio de ly dextera, quod significat, uel beatitudinem patris, uel iudiciariam, seu regiam potestatem. Declaraturque conclusio, & firmatur auctoritatibus Augustini.

¶ Aduerte pro tota hac materia duo. Primum est, quod tam Sedere quam dextera sumitur non proprie, sed metaphorice, ut clare patet in litera. Si tamen de positione Christi inquātum homo quæratur, an stet, uel sedat in cœlo? dicendum est quod stat. Et ratio est, quoniam positiones corporis dupliciter assomi possūt, uel in ordine ad officia humana, uel in ordine ad naturam. Et licet secundum officia, diuersi conueniant homini situs: quoniam pugnantis est stare, iudicantis sedere &c. secundum tamen naturam unus est naturalis situs, scilicet stare: sedere enim, cubare, & huiusmodi, infirmitatis, seu imbecillitatis naturę sunt. Vnde cum Christus ad uitam impassibilem resurrexit, naturali situ proprię naturæ in sua fortitudine, quæ est stare, utitur.

¶ Secundum est, quod sedere metaphoricè sumptum in proposito importat, uel quiescere, seu habitare, uel regiam, seu iudiciariam non potestatem, sed dignitatem. Et in hoc differt à tertia significatione dexteræ metaphorice sumptæ, dextera enim

Patris sumitur tertio modo pro regia,seu iudiciaria potestate:sedere autem pro dignitate,vt patet in seq.art. Nec obstat q̃ in hoc articulo dicitur, quod sessio secunda significatione significat regiam uel iudiciariam potestatem,procedens enim Auctori naturali doctrinæ ordine de confusis ad distincta,vsus est hic potestatis nomine,prout confundit in se dignitatem,explicaturur in seq.artic.distincte dignitatem seorsum à potestate,& illum sessioni,hanc dexteræ attributurus.

ctrinæ

SVPER Q. LVIII. ART. II.

CONCL. Manifestum est,quod Christus, secundum quod Deus, sedet ad dexterã patris.

517 ¶ PROB. Quia simul
Heb. 1. le. idest æqualiter cum pa
3. & lec.6. tre gloriã deitatis, bea-
princ. & c. titudinem,iudiciariãq;
8. lec. 8. & potestatem, habere im-
c.10.lec.1. mutabiliter conuenit Christo, secundum q̃d Deus (ut manifestũ est de æqualitate ipsorũ, 1. q.42.a.1.4.6.)& ly dextera, significat illa tria.

1ᵐ minor. Nõ videtur idem esse dextera alicuius & ille, qui sedet ad dexteram. ℞. Si ly dextera, sumatur eodem modo vtrobiq;.§.Tunc nihil &c. Nam diuerso modo sumitur hoc nomen dextera, utrobiq;. Filius enim Dei dicitur dextera,&c.ut in tex.

2ᵐ illatio conclusionis. Ergo etiã neque,&c. ℞. Negatur illatio.§.Procedit enim ex præmissis malè intellectis.Nam putat,quod B.Marcus ibi uelit dice-
*li.4.5.2.8 re, quod Christ⁹ à dextris Dei sedet tantum per assumptionem illã, & tamen non hoc falsum,sed hoc verum dicere intendit,scilicet q̃ Christus secundum q̃d
†ar. prece. homo ex tẽpore assumptus est ad &c.ut i tex.

†lib.4.c.8. 3ᵐ de conclu-
*lib. 1. de sione. Pari ratio-
symbo.c.4. ne. ℞. Sed,
to.9. non pari appropriatione.§. Tunc nihil &c. vt
†ar.præc. patet. Ex eo igitur, q̃d non pari appropriatione dicitur hoc de Spiritusancto procedit illud scilicet quod nũquam in scripturis inuenitur, quod Spiritussanctus sedeat ad dexteram patris uel filii, non autem procedit ex eo, quod hoc non dicatur pari ratione, id est proprie,de Spiritusancto.

¶ EXAM. Ly sedeat ad dexteram, &cæt. Hoc est. Sedere ad dexteram alicuius personæ diuinæ est originem trahere ab illa. Huic dicto si adnumeris illa tria de dextera, quæ dicuntur in corpor.collectum dices. Sedere ad dexteram alicuius personæ diuinæ est deitatem, beatitudinem,iudiciariam potestatem,immutabiliter, simul cum ea, & originaliter habere ab ea, Pro meliori captu de ly secundum quandam appropriationem, vide 1.quæst. 39.art.7.8.

AP-

ARTICVLVS II.

Vtrum sedere ad dexteram Patris, conueniat Christo secundum quod Deus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo,secũdum quod Deus. Christus enim, secũdum quod est Deus, est dextera patris: sed non uidetur idem esse dextera alicuius, & ille, qui sedet ad dexterã eius.ergo Christus, secundum quod est Deus non sedet ad dexteram patris.

¶ 2 Præt.Mar.ult.dicitur,q̃ Dominus Iesus assumptus est in cœlũ, & sedet a dextris Dei, Christus autem non est assumptus in cœlum, secundum quod Deus. ergo etiam neq; secundum,quod Deus, sedet a dextris Dei.

¶ 3 Præt. Christus,secũdum quod Deus,est æqualis patri, & Spirituisancto. ergo si Christus,secundum quod Deus,sedet ad dexterã patris, pari ratione Spiritussanctus sedebit ad dexteram Patris, & Filii, & ipse Pater ad dexteram Filii,& Spiritussancti,quod nusquam inuenitur.

SED CONTRA est, quod Damasce.* dicit,quod dexteram patris dicimus gloriam, & honorem diuinitatis, in qua filius Dei extitit ante sęcula, vt Deus, & patri consubstantialis.

RESPON. Dicendum, quod vt ex prædictis † patet, nomine dexteræ tria intelligi possunt. Vno modo,secundum Damasc. † gloria diuinitatis:alio modo,secundũ Aug.* beatitudo patris:tertio modo, secũdum eundem, iudiciaria potestas. Sessio autem,ut dictum est,† vel habitationem vel regiam,seu iudiciariam dignitatem designatur. Vnde sedere ad dexteram Patris nihil aliud est, quam simul cum patre habere gloriam diuinitatis, & beatitudinem, & iudiciariam potestatem, & hoc immutabiliter, & realiter. Hoc autem conuenit filio Dei, secundum quod Deus;vnde manifestum est, quod Christus secundum quod Deus sedet ad dexteram patris: ita tamen quod hæc præpositio ad, quæ transitiua est, solam distinctionẽ personalem importat, & originis ordinem, non autem gradum naturæ, uel dignitatis, qui nullus est in diuinis personis, ut in prima parte habitum est. †

AD PRIMVM ergo dicendum, quod filius Dei dicitur dextera patris appropriatè, per modum, quo etiam dicitur uirtus patris, sed dextera patris secundum tres significationes prædictas, † est aliquid commune tribus personis.

AD SECVNDVM dicendum,q̃ Christus secundum quod homo, est assumptus ad diuinum honorem, qui in prædicta sessione designatur, sed tamen ille honor diuinus conuenit Christo, inquantum est Deus, non per aliquam assumptionem, sed per æternam originem.

AD TERTIVM dicendum, quod nullo modo potest dici, quod pater sedeat ad dexteram Filii, uel Spiritussancti, quia Filius & Spiritussanctus trahunt originem à patre, & non econuerso: sed Spiritussanctus proprie potest dici sedere ad dexteram patris, uel Filii, secundum sensum * prædictum,licet secundum quandam appropriationem attribuatur Filio, cui appropriatur æqualitas, sicut dicit August. † quod in patre est unitas, in Filio æqualitas, in Spiritussancto unitatis, æqualitatisque connexio.

AR-

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per ra- Vtilitas
tionem ostendas, meri- pro Eccl.
tò esse insinuatũ à scri- S.Dei.
pturis,& Damasc.quod Christus,secundum q̃d Deus,sedet ad dexterã patris.A Damas.quidẽ ut in argu.contr. A scripturis autem,vt Phil.2. Non rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ Deo, Per hoc enim q̃ Christũ esse veraciter ęqualẽ Deo psi,dicit Apost. subindicat uirtualiter, q̃
Christus,sẽm q̃ De⁹, se- †p.p.q.42.
det ad dexterã patris.Si ar.3.
enim est,sẽm q̃ Deus, ęqualis patri, vtiq; deitatẽ,beatitudinẽ, iudiciariamq; potestatẽ,habet immutabiliter simul, i. æqualiter,cũ patre,& à
patre, à quo per genera † in cor.ar
tionẽ accipit essentiam diuinã, quæ realiter est omnia hæc,s. deitas,beatitudo, iudiciariaq; potestas. Dũ ergo quis dixit,filium Dei non p rapinã,sed uere per naturã, esse æqualem patri, ille breuib.uerbis dicit, Christũ, ut Deũ, sedere ad dexteram patris. Pro rimus rei ampliori notitia,vide Exam. post ad 3. Item à Ps.109. Dixit Dñs Dño meo sede a dextris meis. Hoc est. Dixit Deus pater Christo, ut Deo. Sede, &c. Quod quidem sic exponendũ fore docet illud Mat.22. Quid uobis vĩ
de Christo? Cuius filius * in cor.ar.
est? Dicũt ei,Dauid. Ait illis. Quõ ergo Dauid ĩ spiritu vocat eũ dñm di
cens: dixit Dñs Dño †li.1.de do
meo, sede a dextris ctr. Chris.
meis? Si ergo Dauid vo cap.5.circa
cat eũ dñm, quõ filius fi.to.1.
eius est? Et nemo poterat ei rñdere uerbum. Christus ergo (sẽm Euãgelii dictum) est filius Dauid,& est dñs Dauid, & ipse,sẽm q̃ est filius Dauid,non est dñs Dauid;& è conuerso, i. secundũ q̃ est dñs Dauid,non est filius Dauid Sedet aũt,ut dñs Dauid,a dextris patris. Non.n.inquit Dauid in psal.illo: Dixit dñs filio meo,sede &c. sed inquit; Dixit dñs dño meo. Christus uerò,ut filius Dauid, est homo,& ut dñs Dauid,est Deus (Alioqoin,si propter quãdã solũ reuerentiã ciuilẽ quibusdã patribus solitam ipse Dauid vocasset filium suũ dñm,tunc aliquis pharisęorum potuisset Christo talia de psalmo referenti respondere). Ergo,secundum psalmum illũ, Christus secundum quod Deus est,sedet ad dexterã patris. Secũdò uides, quomodo ex iis bene pensitis,& applic.&c.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Christus secundũ quod Deus sedet ad dexteram Patris, Probatur. Sedere ad dexteram Patris nihil aliud est, quam simul cum patre gloriam deitatis, & beatitudinem & iudiciariam potestatem immutabiliter, & realiter habere. ergo. Antecedens declaratur, ponendo tres significationes dexteræ, & duas sessionis. Consequentia probatur, quia totum illud conuenit Christo secundum quod Deus. Et quia ponitur in conclusione illa præpositio; Ad, dicendo,

tris

ad

ad dexteram: ideo Auctor subiungit, quod in hac conclusiona ly Ad, duo denotat distinctionem personalem solam, & solum ordinem originis. Ex eo enim quod ly ad, præpositio transitiua est: ac per hoc accessum quendam vnius ad alterum in hac materia designat, & huiusmodi accessus secundum rem, sine distinctione.

stinctiua & ordine nequit intelligi, & cum inter personas diuinas nulla sit distinctio nisi personalis, & nullus sit ordo, nisi originis, consequens necessario fuit, vt ly ad, solam personalem distinctionem soluumque originis ordinem importaret.

ARTICVLVS III.

Vtrum sedere ad dexteram Patris conueniat Christo, secundum quòd homo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo secundum quod homo. Vt enim Dam.* dicit, dexteram patris dicimus gloriam, & honorem diuinitatis: sed honor, & gloria diuinitatis non conuenit Christo, secundum quod homo. ergo videtur quod Christus, secundum quòd homo, non sedeat ad dexteram patris.

¶ 2 Præt. Sedere ad dexteram regnantis subiectionem excludere vr, quia qui sedet ad dexterã regnantis, quodammodo illi conregnat. Christus autem, secundum quod homo est subiectus patri, vt dicitur 1. ad Cor. 15. ergo uidetur quod Christus, secundum quod homo non sit ad dexteram patris.

¶ 3 Præt. Rom. 8. super illud, Qui est ad dexteram Dei, exponit glo.* idest, æqualis Patri in honore, quo Deus pater est, vel ad dexteram patris, idest in potioribus bonis Dei. Et super illud Hebr. 1. Sedet ad dexteram Dei in excelsis, glo.* idest ad æqualitatem patris super omnia; & loco, & dignitate: sed esse æqualem Deo, non conuenit Christo, secundum quod homo: nam secundum hoc ipse dicit Ioan. 14. Pater maior me est. ergo uidetur quod sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo, secundum quod homo.

SED CONTRA est, quod August.* dicit in sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem, quã accepit ille homo susceptus a Deo, vt ueniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est*) nomine dexteræ patris, intelligitur, vel ipsa gloria deitatis ipsius, vel beatitudo æterna eius, vel potestas iudiciaria, & regalis. Hæc autem præpositio, ad, quendam accessum ad dexteram designat, in quo designatur conuenientia cum quadam distinctione, vt supra dictum est.* Quod quidem potest esse tripliciter. Vno modo, vt sit conuenientia in natura, & distinctio in persona, & sic Christus, secundum quod filius Dei, sedet ad dexteram patris, quia habet eandem naturam cum patre. Vnde prædicta* conueniunt essentialiter Filio, sicut & Patri, & hoc est esse in qualitate patris. Alio modo, secundum gratiam vnionis, quæ importat econuerso distinctionem naturæ, & unitatem personæ. Et secundum hoc Christus, secundum quod homo, est filius Dei, & per consequens sedens ad dexteram patris, ita tamen quod ly secundum quod, non designet conditionem naturæ, sed vnitatem suppositi, vt supra expositum est.* Tertio modo, potest prædictus accessus intelligi secundum granã habitualem, quæ abundantior est in Christo præ omnibus aliis creaturis, intantum quod ipsa natura humana, in Christo, est beatior cæteris creaturis, & super omnes alias creaturas habens regiam, & iudiciariã potestaté. Sic igitur si ly secundum quod, designet conditionem naturæ, Christus, secundum quod Deus, sedet ad dexteram Patris, idest in æqualitate Patris: secundum aũt quod homo, sedet ad dexteram Patris, idest in bonis paternis potioribus, præ cæteris creaturis, idest in maiori beatitudine, & habens iudiciariam potestatem. Si verò ly secundum quod, designet vnitatem suppositi, sic etiam secundum quòd homo, sedet ad dexteram Patris, secundum æqualitatem honoris: inquantum, s. eodem honore ueneramur ipsum filiũ Dei cum natura assumpta, vt supra dictum est.†

AD PRIMVM ergo dicendum, quod humanitas Christi secundum conditiones suæ naturæ non habet gloriam, vel honorem deitatis, quã tamen habet ratione personæ, cui unitur. Vnde ibidem Dam.† subdit, in qua, scilicet gloria deitatis, Dei filius existens ante sæcula, vt Deus, & Patri consubstantialis, sedet conglorificata carne:†adoratur enim vna hypostasis una adoratione cum carne eius, ab omni creatura.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus secundum quod homo, subiectus est Patri, prout ly secundum quod designat conditioné naturæ, & secundum hoc non competit ei sedere ad dexteram Patris, secundum rationem æqualitatis, secundum quod est homo. Sic autem competit ei sedere ad dexteram patris, secundum quod per hoc designatur excellentia beatitudinis, & iudiciaria potestas super omnem creaturam.

AD TERTIVM dicendum, quod esse in æqualitate patris, non pertinet ad ipsam naturam humanam Christi, sed solũ ad personam assumentem: sed esse in potioribus bonis Dei, secundũ quod importat excessum aliarum creaturarum, conuenit etiam ipsi naturæ assumptæ.

SVPER Q. LVIII. ART. III.

CONCL. 1. Christus, sm quod homo (si ly secundum quod, designet unitaté suppositi) sedet ad dexteram patris, sm æqualitatem honoris.

318 Locus sup. ar. 2. inductus.

¶ PROB. Quia illud suppositum naturæ humanæ, quod ideo uocatur homo, est secũdum se Deus (vt patet. q. 2. ar. 6. item q. 4. ar. 2. 3.): & eodem honore veneramur ipsum Dei filiũ cum eadem natura assumpta (vt patet. q. 25. art. 1. 2.).

* Li. 4. c. 2. a med.

¶ CONCL. 2. Christus, sm quod hõ (si ly sm quod, designet conditioné naturæ) sedet ad dexterã patris. i. in maiori tum gratia habituali, tũ gloria, tum iudiciaria potestate, præ cæteris creaturis: Licet nõ in æqualis ad patrem.

* gl. Amb. in hoc loco, to. 5.

¶ PARS 2. Quia supponitur esse clara ex dictis in q. 7. ar. 9. 10. item q. 15. art. 10. (vnde. s. patet summam in quod humana Christi natura est infra Deum & supra cæteras res creatas.)

*gl. interlinearis ibid.

1^m de minori.

Non conuenit Christo, sm quod homo. R. 1. nõ cõuenit Christo homini, secundum cõditionem naturæ humanę. § Tũc nihil, &c. Sufficit. n. primæ cõclusioni, quæ impugnatur: quod honor & gloria diuinitatis cõueniant Christo homini. i. Christi humanitati, ratione suppositi; cui ipsa unitur: vt in præmissa conclusione expresse patet.

* lib. 2. de symb. ca. 7. nõ longe a prin. to. 9.

* art. præc.

2^m de maiori.

Sedere ad dexteram regnantis. R. Secundũ rationem æqualitatis regnãti. §. Tunc n. &c. Nam Christus sm quod homo subiectus patri sedet ad dexteram patris, non sm rationem æqualitatis ei habens tria illa, quæ significantur per ly dextera, ar. 2. corp. sed sm rõné excellentię maioris pro cæteris creatis in habẽdo illa: vt patet in 2. concl.

* art. præc.

* in isto met ar.

3^m illatio conclusionis.

Ergo videt, quòd sedere, &c. R. Negatur illatio. §. Procedit enim ex præmissis inordinate intellectis & applicatis: quoniam non distinctè accipiũt quod distinguendũ necessario est, circa ly secundum quod homo. Nã esse in æqualitate patris non pertinet, &c. vt in tex.

*quæst. 16. ar. 10.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse insinuatũ a scripturis, & Aug. & Chrysost. quod Christus, sm quod homo sedet ad dexteram patris. A D. Aug. quidem: vt in argumẽt. contr. A scripturis aũt: vt Apocalyp. 5. Dignus est agnus, qui occisus ẽ, accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriã, & benedictionem. Omnes audiui dicentes sedenti in throno, & agno. Benedictio, & honor, & gloria, & potestas, in sęcula sæculorum Amen. Ecce: quod agno, qui occisus est. i. Christo secundum quod homo, omnes cœlestes curiæ attribuunt diuinitatem, gloriam, potestatem; simul & sedẽti in throno. Hoc autẽ est; dicere, Christum, secundũ quod homo est, sedere ad dexteram patris (vt patet art. 1. not. post ad tertium.) A D. Chrysosto. item: vide hoc, cum D. Aug. habetur. art. 1. append. Secũdò consequẽter habes: quomodo per rationé, tamquam a simili, inter rimas hæresim Ang. de Roma, (vt refert Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia lib. 2. cap. 68.) dicentis: quòd Christi anima uidet Deum tã claré & intense, quantum clare & intensé Deus videt seipsum. Hoc enim dictum ipsius idem valet, (ut patet

D. 243.

† q. 25. a. 1.

† li. 4. c. 2. a med.

† Al. Adorat n. cum sua carne ab omni creatura.

AR-

tet ex dictis,) quod dicere: quod Christus ſm quòd homo, ideſt ſecundum humanitatem ſuam, ſedet æqualiter ad dexteram patris. Conſequenter ergo etiam per huius articuli rationem, velut
3 a ſimili, poteſt & debet, reiici hæreſis illa. Tertio habes: quomodo per rationem ſimiliter oſtendas, hanc meritò damnari in ſuo ſimili

ſimili à concilio &c. vt patet ſupra articulorum numero 90. 68. 69 104. 145. Elucid. Item 1. q. 75. ar. 7. Elucid. Item Addition. articulorum numero 389. 398. Elucid. Quartò vides: quomodo ex 4
iis bene penſatis, & applicatis, doctrina præſens Angelica viciſſim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore, tria fiunt. Primo reſumitur quid importet, ſedere ad dexteram patris ponderandu maxime id quod inſinuat ly ad. Secundo fit una diſtinctio trimembris iuxta triplicem modum conuenientiæ, & diſtinctionis. Tertio diſtinctionem bimembrem, ſcilicet naturæ, vel ſuppoſiti determinabilis per ly ſecundũ quod ponens tres concluſiones declarat.

¶ Circa primum aduerte quòd auctor non reſumit omnia, ſed ſacientia ad ſuum propoſitum: prætermittit enim ordinem, quẽ in reſponſione ad tertium præcedentis articuli tanti fecit, vt propterea negandum omnino dixerit, Patrem ſedere ad dexteram Filij.

¶ Circa ſecundum aduerte, ꝙ in ſecundo membro Auctor vtitur illa propoſitione: quæ tamen magis eſt neganda, quàm affirmanda, iuxta doctrinam ſuperius habitam utitur enim propoſitione illa, Christus, ſecundum quòd homo, eſt filius Dei, quam tamen vallauit aure, & poſt, ita ut nulli errãdi occaſio præberetur, vt patet in litera.

¶ Circa tertiũ aduerte, quod prima concluſio Chriſtus ſecundum quòd Deus ſedet ad dexteram patris, reſpondet primo dictis in ſecunda parte huius corporis. Secunda autem concluſio, Chriſtus ſecundum quod homo, ſedet ad dexteram patris, prout ly homo ſtat pro natura, reſpondet tertio loco dictis in ſecunda parte corporis. Tertia uerò concluſio, ideſt Chriſtus ſecundum quod homo, ſedet ad dexteram patris, vt ly homo denotat unitatem ſuppoſiti, reſpondet ſecundo in dictis in ſecunda parte corporis coactus eſt autem Auctor ad has diſtinctiones, ut dignitatem Chriſti humanis, & auctoritates ſane intellectas ſaluaret.

SVPER Q. LVIII. ART. IIII.

CONCL. Nulli alii côuenit, nec angelo, nec homini, ſedere ad dexteram patris, ſed ſoli Chriſto. (519 3. d. 22. q. 3 ar. 3. q. 3.)

¶ PROB. Quia ſoli Chriſto, ad differentiã creaturarum, conuenit eſſe æqualis patri ſm diuinitatem; ac eſſe in bonis potioribus patris creaturæ communicabilib. ſecundum humanitatẽ (ut patet ex dictis): & illa duo ſcilicet eſſe in æqualitate vel ſaltem in potiorib. bonis, ſignificantur per ſedere ad dexteram patris (vt patet ex dictis) (*li. 2. de ſymbo. c. 4. ante me. to. 9)

1

1ᵐ illatio concluſionis. Ergo pari ratione, &c. ℞. Negatur illatio. §. Procedit enim ex pmiſſis male intellectis. Nã Apoſtolus non intendit ibi (ut putat argumentum) de reſuſcitatione nec de ſeſſione noſtra in nobiſmetipſis: ſed ſolum in Chriſto. Quia enim Chrs eſt caput noſtrum, &c. vt in tex.

2ᵐ ex D. Aug. Habitare in eius beatitudine. ℞. Cum quadã dominatiua poteſtate, & quaſi in propria beatitudine atque naturali. §. Tunc nihil, &c. Nã totũ hoc, quod D. Auguſt. intelligit, nulli cõuenit creaturæ; ſed ſoli Chriſto. Aliud enim eſt ſedere, aliud eſt eſſe, & ſtatui, ad dexterã Dei: vt patet in tex.

3ᵐ de concluſione. Ad dexterã patris. ℞. Non. Sed, In throno Chriſti. §. Sic enim ſequitur ex Apocalipſis ſententia illa; ut patet conſideranti eam, & textum. (*art. 1. 2. & 3. huius q.)

4ᵐ de minori. Niſi eſſet aliquibus paratum. ℞. Vel, niſi hoc Chriſtus reſponderet, quaſi condeſcens ſupplicationi interrogantiũ. §. i. volens uti uerbis eorum. Quibus. f. hoc vnũ ſolum quærebant, præ aliis ſtare apud ipſum Chriſtum. Tunc nihil, &c. vt de ſe patet.

Itẽ ex Mat. 20 Ad dexteram meam. ℞. Non autem dicit, ad dexteram patris. §. Tũc nihil, &c. Nam articuli concluſio exprimit tantum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſedere ad dexteram Patris, ſit proprium Chriſti.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod ſedere ad dexteram patris, non ſit proprium Chriſti, Dicit enim Apoſtolus Eph. 2. quod Deus correſuſcitauit nos, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu: ſed reſuſcitari non eſt proprium Chriſti. ergo etiam pari ratione, nec ſedere, ad dexteram Dei in excelſis.

¶ 2 Præt. Sicut Auguſ. dicit in lib.* de ſymbolo, Chriſtum ſedere ad dexteram patris hoc eſt habitare in eius beatitudine: ſed hoc multis aliis conuenit. ergo videtur quod ſedere ad dexteram patris, non ſit proprium Chriſti.

¶ 3 Præt. Ipſe dicit Apocaly. 3. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut, & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Sed per hoc ſedet Chriſtus ad dexteram patris, quod ſedet in throno eius. ergo etiam, & alii, qui vincunt, ſedent ad dexteram patris.

¶ 4 Præt. Matt. 20. Dominus dicit, Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratũ eſt a patre meo: hoc autem fruſtra diceretur, niſi eſſet aliquibus paratum. non ergo ſedere ad dexteram, conuenit ſoli Chriſto.

SED CONTRA eſt, quod dicitur ad Hebr. 1. Ad quem angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis, ideſt in meis bonis potioribus, vel mihi ſecundum diuinitatem æqualis? quaſi dicat, ad nullum: ſed angeli ſunt ſuperiores aliis creaturis. ergo multo magis nulli alii conuenit ſedere ad dexteram patris, quam Chriſto.

RESP. Dicendum, quod (ſicut dictum eſt*) Chriſtus dr̃, ſedere ad dexteram patris, quantum ſecundum diuinam naturam eſt in æqualitate patris, ſecundum aũt humanam naturam in excellenti poſſeſſione diuinorum bonorum præ cæteris aliis creaturis. Vtrumque autem ſoli Chriſto conuenit. vnde nulli alii, nec angelo, nec homini conuenit ſedere ad dexteram patris, niſi ſoli Chriſto.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia Chriſtus eſt caput noſtrũ, illud, quod collatum eſt Chriſto, eſt etiam nobis in ipſo collatum. Et ꝓpter hoc, quia ipſe iam reſuſcitatus eſt, dicit Apoſtolus, quod Deus nos quodammodo ei correſuſcitauit, qui tamen in nobiſipſis nundum ſumus reſuſcitati, ſed reſuſcitandi, ſecundum illud Rom. 8. Qui* ſuſcitauit Ieſum a mortuis viuificabit, & mortalia corpora nuſtra, & ſecundum eundem modum loquẽdi ſubdit Apoſtolus, quod conſedere nos fecit in cœleſtibus, ſcilicet in hoc ipſo, quod caput noſtrum, quod eſt Chriſtus, ibi ſedet.

AD SECVNDVM dicendum, quod quia dextera eſt diuina beatitudo ſedere in dextera, non ſignificat ſimpliciter eſſe in beatitudine, ſed habere beatitudinem cum quadam dominatiua poteſtate. & quaſi propriam, & naturalem ꝙ ſoli Chr̃o conuenit, nulli aũt alii creaturæ. Poteſt tñ dici, ꝙ oĩs ſanctus, qui eſt in beatitudine, eſt ad dexterã Dei conſtitutus. vnde, & dr̃ Matt. 25. quod ſtatuet oues a dextris.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ per thronum ſignificatur iudiciaria poteſtas, quã Chriſtus habet a patre, & ſecundũ hoc dr̃ ſedere in throno patris. Alii autem ſancti habent eam a Chriſto, & ſecundum hoc dñr in throno Chriſti ſedere, ſm illud Mat. 16. Sedebitis, & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

AD QVARTVM dicendum, (ſicut Chryſoſt.* dicit ſuper Matth.) locus ille, i. conſeſſus dexteræ, inuius eſt omnibus non ſolum hominibus, ſed etiam angelis ſicut enim præcipuũ vnigeniti, ponit Paulus dicens, Ad quẽ autem angelorum dixit vnquam, ſede a dextris meis? Dominus ergo non quaſi exiſtentibus quibuſdam, qui ſeſſuri ſint, ſed condeſcendens interrogantium ſupplicationi reſpondit: hoc. n. vnum ſolum quærebant præ aliis, ſtare apud ipſum. Põt tamen dici, ꝙ petebant filii Zebedæi, excellentiã habere præ aliis in participando iudiciariam poteſtatem eius. vnde non petebant ꝙ ſederent ad dexteram, vel ſiniſtram patris, ſed ad dexteram, vel ſiniſtram Chriſti. (*hom. 66. in Matt. inter princip. & med. to. 2. — Alias, ſuſpicationi.)

QVAE-

tum dexterâm patris. Vide secundum responsum in textu ly. Potest tñ dici, q filij, &c. Ex quo dic: q hi filij non petebant dignitatem Christo singulariter competentem (nimis enim fuisset, & ab ipsis habitum erat, pro re præsumptuosa) nec sibiipsis intendebât arrogare primatum Christo, etiam sm q homo est, æqualem: & consequenter neq; petebât, neq; intêdebant, sedere ad dexterâ patris. Argũ ergo ex occasione petitionis horũ filiorũ concludere vulês de sedere ad dexterâ pris est êr deficiês in hoc. s. in attingêdo sensum petitionis eorũ: ideoq; authoritates adducit extra ppositũ. Sicut. n. esse, & statui ad dexterâ Dei est minus, quam sederé ad dext. pat. (vt hr ex ad 2. sin): ita sedere ad dexterâ Chri est, sm opin. istorũ ad eflagitantiũ, minus; q sedere ad dexteram patris.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei — EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostêndas, meritò esse insinuatum a scripturis; quod sedere ad dexterâm patris soli Christo conuenit. Vt ab Hebr. 1. Ad quem &c. vt cum discursu ponitur in argum. contr. Pro quo notabis: quod ly sede a dextris meis, adducitur ibi, tamquam quoddam eminentissimum. Intendit enim per talem sententiam Apostolus, ostendere: Christum esse præstantiorem Angelis: & consequenter legem nouam lege Veteri, vt quæ per Christum data sit, vetus autem per Angelos. Ac si diceret ibi Apostolus. Cui Angelorum dedit aliquando Deus pater locum tam eminentem; qui est sedere a dextris suis? Quasi respondeat dicens. Est tam altus iste locus; vt nullus Angelorum, & multò minus aliarum creaturarum, illuc attingere possit. Cæterum tu & hic & alibi obserua notationem pro lectoribus in 2.2.q.70.ar. append. positam. Secundò vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Sedere ad dexteram patris est proprium Christi. Probatur: Sedere ad dexteram patris, secundum diuinam quidem naturam, est esse in æqualitate Patri: secundum autem humanam, est esse in excellentissima possessione paternæ hæreditatis: sed vtrumque soli Christo conuenit ergo. Reliqua clara sunt in litera.

QVÆSTIO LIX.

De iudiciaria potestate Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iudiciaria potestate Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum iudiciaria potestas sit attribuenda Chro.

¶ Secundo, Vtrum conueniat sibi secundum q est homo.

¶ Tertio, Vtrum eam fuerit ex meritis adeptus.

¶ Quarto, Vtrum eius potestas iudiciaria, sit vniuersalis respectu omnium hominum.

¶ Quinto, Vtrum præter iudicium, quod agit in hoc tempore, sit expectandum aliud vniuersale iudicium futurum per ipsum.

¶ Sexto, Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

¶ De executione autem finalis iudicii* conuenientius agetur, cum considerabimus de his, quæ pertinent ad finé mundi: nunc auté sufficit ea sola tangere, quæ pertinent ad Christi dignitatem.

* Nõ compleuit morte pnẽtus.

ARTICVLVS I.

Vtrum iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuẽda.

320 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q iudiciaria potestas non sit specialiter attribuenda Christo. Iudicium. n. aliquorum vr pertinere ad dominum. vnde dicit Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Sed esse dominum creaturarum, est commune toti Trinitati. non ergo specialiter debet attribui Chro iudiciaria potestas.

¶ 2 Præt. Daniel 7. dicitur. Antiquus dierum sedit, & postea subditur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt, sed antiquus dierum intelligitur pater, quia, vt Hilar.* dicit, in patre est æternitas. ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda patri quam Christo.

* lib. 2. de Tri. paulo a prin. & li. de synodis paulo post prin.

¶ 3 Præt. Eiusdem videtur esse iudicare, cuius est arguere: sed arguere, pertinet ad Spiritumsanctum: dicit enim Dominus Ioan. 16. cum autem venerit ille (s. Spiritussanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia & de iudicio. ergo iudiciaria potestas magis debet attribui Spirituisancto, quam Christo.

SED CONTRA est, quod dicitur Actuum 10. de Christo, Hic est, qui constitutus est a Deo, iudex viuorum, & mortuorum.

RESPON. Dicendum, q ad iudicium faciédum, tria requiruntur. Primo quidem, potestas subditos coercendi. vnde dicitur Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, vt scilicet aliquis non ex odio vel liuore, sed amore iustitiæ iudicium proferat, secundum illud Prouerb. 2. Quem enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudiciũ. vnde dicitur Eccl. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Prima autem duo, præexiguntur ad iudicium, sed propriè tertium est, secundum quod accipitur forma iudicii, quia ipsa ratio iudicii, est lex sapientiæ, vel ueritatis, secundum quam iudicatur. Et quia Filius est sapientia genita, & veritas a patre procedens, & ipsum perfectè repræsentans, ideo propriè iudiciaria potestas attribuitur filio Dei. Vnde Augustin.* dicit in lib. de Vera religione. Hæc est incommunicabilis illa ueritas, quæ lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotentis artificis. Vt autem nos, & omnes animæ rationales, secundum veritatem de inferioribus rectè iudicamus, sic de nobis quando eidem cohæremus, sola ipsa veritas iudicat: de ipsa uero nec pater: non enim minus est, quam ipse. Et ideo quæ pater iudicat, per ipsam iudicat. Et postea concludit, pater ergo non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.

* cap. 31. in prin. to. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illa ratione probatur, q iudiciaria potestas sit communis toti Trinitati, quod verum est: sed tamen per quandam appropriationem, iudiciaria potestas attribuitur Filio, vt dictum est.*

* in cor. ar.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut August.† dicit in 6. de Trinit. Patri attribuitur æternitas propter commendationem principii, quod importatur in ratione æternitatis. Ibidem etiam August.† dicit, quod Filius est ars patris. Sic igitur auctoritas iudicandi attribuitur patri, inquantum est principium Filii, sed ipsa ratio iudicii attribuitur Filio, qui est ars, & sapientia patris, ut scilicet sicut pater facit omnia per Filium, inquantum est ars eius, ita etiam iudicet omnia, inquantum est sapientia, & ueritas eius. Et hoc significatur in Daniele, ubi primo dicitur, quod antiquus dierum

* li. 6. c. 10. circa prin. to 3.

† Eodem nũc dicto c. 10. to. 3.

S *Medina ar. 1.*

SVPER Q. LIX. ART. I.

CONCL. Iudiciaria potestas attribuit proprie filio Dei.

¶ PROB. 1. Quia filius Dei est sapiẽtia genita. (vt patet:) & sapiẽtia est proprie, sm quã formatur iudicium, seu (quod in idem redit:) est ratio iudicij. Secundo quia Aug. lib. de ue. relig. hanc conclusioẽ insinuat.

1m de conclusione. Specialiter. B. idest. Propriè. i. excludendo alias diuinas psonas. §. Tũc nihil, &c. Nam articuli conclusio, quæ dicit, q iudiciaria potestas ppriè attribuit filio, sonat ly proprie in alio sensu. s. p ly appropriate (vt ex sua probatione faciente vim in ly sapientia prudés lector facile cognoscere potest). vide 1. q. 39. art. 7.

2m de conclusione. Patri. B. Tanquam primo principio iudicãdi. §. A quo. s. filius accipit ptãtem iudicandi; sicut & essentiam. 1. q. 27. ar. 2. & q. 33. ar. 1. & q. 41. ar. 3. & q. 42. art. 2. 3. 4. 6. Tunc ni. &c. Nam conclusio

clusio articuli attribuit iudicium filio fm alio sensu, scilicet tanquã rationi iudicij (vt patet in sui probatione).

3m de minori. Sed arguere. ℞. Sumptum pro affectu libere arguenti. §. Tunc nihil, &c. Nam in articuli conclusione & arguere, & iudicare, accipiuntur in alio sensu, scilicet pro ratione iudicij, seu arguitionis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei. EX articulo habes primò: quò per rõnẽ & ostẽdas, & rectè intelligas, meritò esse insinuatum a scripturis: q iudiciaria potestas est attribuenda filio Dei. Vt Act. 10. fm q est in argum contr. Item in Ioan. 5. Pater non iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio. Itẽ (complectendo oĩa dicta scripturarũ de hoc) a ly & iterũ vẽturus est iudicare viuos & mortuos, s. fm scripturas. Hoc.n. de filio Dei dr in symbolo fidei. Quod quidẽ exponendo Patres Cõcilij generalis secundi, explicitè apposuerunt ly fm scripturas (quđ implicitè ibi per Apostolos intellectum fuerat); dicentes resurr. tertia die fm scripturas. Nam licet hoc ad articulum resurrectionis, tanquã ad difficillimum credẽdu (cum a priuatione ad habitũ non detũ regressus; secundum philosophos naturales) ponatur immediatè: non tñ illi soli articulo seruit, sed toti symbolo. Vt dicamus. Credo in Deum patrem; creatorem cęli & terræ: fm scripturas. Et in &c. qui conceptus est &c. fm scripturas. Natus, &c. Secundũ scripturas Passus, crucifixus, mortuus & sepultus, fm scripturas. Descendit ad &c fm scripturas. Resurr. &c. secundum script. Ascẽdit &c. secundum script. Sedet ad &c fm scripturas. Inde venturus* est iudicare, &c. fm script. Credo in Spm sanctũ, viuificantem, fm script. Qui locutus est, &c. fm script. Et vnam Sanctã Catholicam &c. fm scripturas. Confiteor unum baptisma, &c. secundũ scripturas. Expecto resurrectionẽ &c fm script. & uitam uenturi, &c. fm scripturas. Sic quoq; ad omnes, & singulas, particulas a Patribus in prædicto Concilio, explicatas subintellige ly secũdum scripturas. Vt. Cõsubstantialem patri; fm scripturas. Genitũ, non factum; fm script. Simul adoratur, & conglorificaĩ: fm script. Qui ex patre procedit; fm script. Et sic de aliis. Vnde, cum secundum scripturas ipse. Spũsanctus procedat etiam a filio de necessitate, si procedit a patre (vt declaratur a Conciliis, maxime Florentino; & in 1. q. 36. art. 2. cum Elucid.); constat aperte, quod idem spũs ex patre filioq; procedit, secundum sensum etiam Concilij primi Constantinopolitani, quod est illud secundum Concilium generale. Chrs igitur (vt reuertamur ad principium) habet iudiciariam potestatem, secundum symboli, & scripturarum sanctarum multiplex, testimonium. Secundo uides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Tra. 95. in Ioan. inter princip. & med. to. 9.

dierum sedit, & postea subditur, quod filius hominis peruenit vsque ad antiquum dierum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnũ: per quod datur intelligi, quod auctoritas iudicandi est apud Patrem, a quo Filius accepit potestatem iudicandi.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut Ang.* dicit super Io.) ita dixit Christus q spiritussanctus arguet mundum de peccato, tanquam diceret, ille diffundet in cordibus vestris charitatem: sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Sic ergo spiritui sancto attribuitur iudicium, non quantum ad iudicii rationem, sed quantum ad affectum iudicandi, quem homines habent.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio; Iudiciaria potestas propriè attribuitur Christo. Probatur: Trium requisitorum ad iudicium, scilicet potestatis, rectitudinis zeli, & sapientiæ, tertium est, secũdum quod accipitur forma iudicij: sed Filius est sapientia genita, & veritatis a patre procedens. ergo iudiciaria potestas propriè attribuitur filio Dei. Maior declaratur discurrendo per illa tria. Et probatur: quia ipsa ratio iudicii est lex sapientiæ, & ueritatis. Et confirmatur auctoritate Augustini.

Cap. 4. d. 48. q. 1. ar. 1. & d. 49. ar. 1. con. 1. Medina ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudiciaria potestas conueniat Christo secundum q est homo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q iudiciaria ptãs nõ conueniat Christo, fm q est hõ. Dicit enim Aug. in lib. de Vera religione, q iudicium attribuitur Filio, inquantum est ipsa lex primæ ueritatis: sed hoc pertinet ad Christum, secundum quòd est Deus. ergo iudiciaria potestas non conuenit Christo, secundum quòd est homo, sed secundum quod est Deus.

¶ 2. Præt. Ad iudiciariam ptãtem ptinet præmiare bene agentes, sicut, & punire malos: sed præmium bonorum operum est beatitudo æterna, quæ non datur nisi a Deo: dicit enim Ang.* super Ioan. q participatione Dei, fit anima beata, non autẽ participatione animæ sanctæ. ergo videtur, q iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum q est homo, sed fm quod est Deus.

¶ 3. Præt. Ad iudiciariam Christi potestatem pertinet iudicare occulta cordium secundum illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tẽpus iudicare, quousq; veniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: sed hoc pertinet ad solam virtutẽ diuinam, fm illud Hier. 17. Prauum est cor hoĩs, & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego dñs scrutans corda, & pbans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam. ergo iudiciaria potestas non conuenit Christo secundum q est homo, sed fm quod est Deus.

SED CONTRA est, quod dicit Ioan. 5. Ptãtem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

RESP. Dicendum, quod Chrys.* super Io. sentire vr, quod iudiciaria ptãs non conueniat Christo, secundũ quod est homo, sed solum fm qđ est Deus. Vnde auctoritatẽ Ioan. inductam, sic exponit. Ptãtem dedit ei iudicium facere, & postea subdit, quia Filius hominis est nolite mirari hoc, non. n. propterea suscepit iudicium, qm̃ homo est: sed quia ineffabilis Dei filius est, ppterea iudex est: quia vero ea, quæ dicebant, erãt maiora, q̃ fm hominem, ideo hanc opinionem soluens dixit. Ne miremini, quia filius hominis est etenim ipse est & filius Dei: quod quidem probat per resurrectionis effectũ, vnde subdit. Quia uenit hora, in qua omnes, qui in monumẽtis sunt audient uocem filii Dei. Sciendũ tñ, quod quãuis apud Deũ remaneat primæua auctoritas iudicandi, hoĩbus tñ committitur a Deo iudiciaria ptãs respectu eorum, qui eorũ, iurisdictioni subiiciunt. Vnde dicit Deuter. 1. Quod iustum est iudicare. & postea subdit, Quia Dei

*Ho. 38. in Ioan. parũ ante med. to. 3.

SVPER Q. LIX. ART. II.

321 Ca. 31. circa prin. t. 2. COnclusio. Potestas iudiciaria competit Christo secundum quod est homo talis, & hoc propter tria.

¶ PROB. 1. Quia Christus in natura etiã humana consideratus est talis. i. caput Ecclesiæ, suis pedibus ideo omnia subiecta habens. q. 8. artic. 1. 3. Et iis, qui habent subditos, Deus committit iudiciariam ptãtem respectu subditorũ ipsorum (vt cõstat ex Deuter. 1.) Secũdo, Quia & propinquitas Christi hoĩs ad hoĩes, & resurrectio corporũ in finali iudicio fienda per Christũ & hoĩem, visio Christi hominis a malis in tali iudicio futura, conclusionem ipsam suadent (vt de his tribus mediis singillatim declaratur in tex.)

Tra. 23. in Ioan. inter princip. & med. t. 8.

¶ RESPON. tacit. Licet ex conclusione præmissa, sic probata uideatur improbari opinio. D. Chrysostomi tacta in principio textus corporis. s. q iudiciaria potestas nõ cõpetit Chrõ secundum q est homo: non tñ re uera improbaĩ. Conclusio namq; attendit in Chro humanitatem fm cõditionem nõ humanitatis ut sic, sed gratiæ capitalis) ut per ly hõ talis, ibi insinuatur): D. autem Chrysost. attendit in Christo humanitatem fm conditionem nõ humanitatis ut sic, idest ut humanitas præcisè est (vt in tex. corp. circa medium innuit). Cum ergo in iisdẽ uerbis, s. Christus, fm quod homo, habeant diuersum sensum: nõ contradicunt ad inuicẽ. Stant enim simul & q Chrs fm q homo, fm conditionem humanitatis vt sic, non sit iudex oĩum (alioquin omnes hoĩes essent tales). & quod Christus fm quod homo, fm conditionẽ capitalem. i. qua oĩum caput est, sit iudex uniuersorũ. Propter hoc Christo homini omniũ scientiam conuenire, dictũ est q. 10. ar. 2. ad 1. Vnde etiam haberi põt id, quod nunc pro concordantia præmissorum dictum est de sensu. D. Chrysost. quoniã ipse ibi

ibi(vt allegatur)dicit;hominem Christum esse iudicem;inferẽs ex hoc,quod sit vt homo tempus iudicij.

1m ex D. Aug. Filio. R. Sicut primæ regulæ iudicij. §. Et sic iudicare conuenit filio, secundum quod est Deus. Tunc tamen nihil,&c. Nam conclusio articuli quando attribuit iudicium filio ſm quod est homo,cõsiderat filium nõ ut primam regulam iudicij, (vt facit ibi August.) sed ut secundam immediate regulam eiusdẽ. Et hoc est considerare Christum hoiem,ut ueritate prima præ cæteris creatis imbutus est. Cõstat autẽ apud recte discurrẽtes;ꝙ ad hominẽ,qui veritate imbutus est, pertinet &c. vt in tex. Ex quo formaliter dic: ꝙ iudicium attribuitur Christo & ut est Deus, & ut est homo:sed alia,atq; alia,ratione.

quæst.8.
†trac.19. Ioan. post med. to.9.
*Hom.13. in Io. parũ ante med. to.3.

2m de maiori. Pertinet, præmiare bene agentes. R. Vel adducere eos ad præmium ab alio paratum.§.Erat ergo truncatũ id, quod argumentum dicebat. Tunc nihil,&c. Nam licet solius Dei sit, sui participat.ani.be.fa. tamen adducere homines &c. vt in tex. Hinc intelligas illud a Chro dictum Matth.25. Venite benedicti, possidete regnum uobis paratum.i.a patre meo. Et illud Math.20. Non est meum dare uobis, sed quib. paratum est a patre meo.Ecce: ꝙ Chrs homo semper adducere se monstrat ad præmium ab alio paratum: & dicit, nõ esse suum.i. non pertinere principaliter ad se ut homo est præmiare (hoc enim solius Dei est, & consequenter ipsius, vt Deus,) sed dare præmium paratum ab alio,scilicet a patre,& a se vt Deo,& a spiritusancto.

*al. pro similitudine
* tract. 33. in Io. ante med. to.9.
*In ser.64. & est vltimus a me. illius, t.10.

3m de minori. Sed hoc pertinet. R. Per se.§. Tunc ni.&c. Nam ad hoc, ꝙ Chrs ut homo sit iudex vniuersalis,sufficit;ꝙ ad eũ,vt hominem,pertineat quodammodo per accidens.i.ex refluẽtia diuinitatis,cognoscere occulta cordiũ.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo:qũo ꝑ rationem ostendas,meritò esse insinuatũ a scripturis;ꝙ Chrs,ſm ꝙ hõ, iudex est vniuersalis. Vt Ioan.5. potestatem &c.prout est in argum.contr. Pro cuius captu adhibe expositionem B. August. in tractatu. 19. super Ioan. quæ & breuibus summatur hic in tex. corp. ante medium. Item per hoc; quod dicitur Mat. 25. cum venerit filius hominis,&c. Congregabuntur ante eum omnes gẽtes,&c. Ibi enim tractat de iudice uenturo ad iudicandum omnes tum oues tum hedos; & ipsum iudicẽ uocat filiũ hominis†. Hoc autem nomine significatur (more solito) Christus,secũdum ꝙ homo. Item per hoc,quod subditur ibid. Quamdiu fecistis vni de his fratrib. meis, &c. Manifestum est enim ꝙ homines nõ sunt fratres Christi secundum diuinitatem, sed ſm humanitatem. Christus ergo ibi loquitur,prout est homo; & qui ibi loquitur est iudicaturus: ideoq; etiam manifestum inde est,ꝙ Christus, secundũ ꝙ homo, iudicaturus est. Valent ad hunc locum dicta in q.54.ar.4.scilicet, quod Christus cum cicatricibus resurrexit, ascendit in cœlum, & uenturus est. Nam dr Act.1. Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum,ita ueniet,idest secũdum modum illum, quo ascendit, ad iudicandum redibit. At cum cicatricibus ascendit (vt dictum est) ergo cum cicatricibus ueniet ad iudicandum. Est igitur,secundum scripturam illam Actu.1.iudex, secundum ꝙ homo. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis,doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S Dei
†li. de ver. relig. c.31. a me. to.1.
*q.10.ar.2

Dei est iudicium cuius.s.auctoritate vos iudicatis. dictum est autem supra * quòd Christus & in natura humana est caput totius Ecclesiæ, & ꝙ sub pedibus eius Deus omnia subiecit.vnde ad eum pertinet, etiã ſm naturam humanam,habere iudiciariã ptãtem. Propter quod August.†auctoritatem prædictã. Euangelii sic dicit esse intelligendam. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est,non quidem pp conditionem naturæ: quia omnes hoies huiusmodi ptãtem haberẽt,vt Chrysost.*obiicit,sed hoc ptinet ad gloriam capitis, quam Chrs in humana natura accepit. Competit autem Christo hoc modo ſm humanam naturam iudiciaria ptãs,ꝑpter tria. Primo quidem, propter conuenientiã & affinitatem ipsius ad homines: sicut.n.Deus per causas medias, tamquã propinquiores effectib.operatur,ita iudicat per hominem Christũ hoies, ut sit suauius iudicium hominibus. vnde Apostolus dicit Heb.4. Non habemus pontificem qui nõ possit cõpati infirmitatibus nostris, tentatum per nĩa *ꝑ similitudinem absq; peccato: adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius.Secundo, quia in finali iudicio, ut Aug.† dicit super Ioan. erit resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitat Deus per filium hominis,sicut per eundem Christũ suscitat animas inquãtum est filius Dei.Tertio,quia vt Augu.*dicit in lib.de verbis dñi, rectum erat ut iudicandi viderent iudicem,iudicandi autẽ erant boni,& mali: restabat vt in iudicio,forma serui,& bonis, & malis ostenderetur,forma Dei solis bonis seruaretur.

Ad primum ergo dicendũ,ꝙ iudicium pertinet ad ueritatem, sicut ad regulam iudicii: sed ad hominem, qui est veritate imbutus pertinet ſm quod est vnum quodammodo cum ipsa ueritate quasi quædam lex,& iustitia animata.vnde & ibidem August.† introducit quod dicitur Corin. 2.Spiritualis iudicat oĩa. Anima aũt Christi præ cæteris creaturis magis fuit unita veritati,& magis ea repleta ſm illud Io.1. Vidimus eum plenũ gratiæ, & veritatis, & secũdum hoc ad animã Chri maxime pertinet omnia iudicare.

Ad secundum dicendum, ꝙ solius Dei est, sui participatione animas beatas facere. sed adducere homines ad beatitudinem, conuenit Christo,inquantum est caput & auctor salutis eorum, secundum illud Hebr.2. Qui multos filios in gloriam adduxerat,auctorem salutis eorum per passionem cõsumari.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ cognoscere occulta cordiũ & diiudicare, per se quidem pertinet ad solũ Deum,sed ex refluentia diuinitatis ad animã Christi, conuenit & ei cognoscere & iudicare occulta cordium, vt sup.dictũ est,* cũ de sciẽtia Christi ageretur & id dr Ro.2. In die cum iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore, tria fiunt. Primo recitatur opinio Chrysostomi,qui aliter punctuat textum euangelii, quam nos,ipse enim illa verba,Quia Filius hominis est,non coniungit cum præcedentibus,scilicet potestatem dedit ei iudicium facere: sed coniungit ea cum sequentib.scilicet nolite mirari hoc ita,quod apud Chrysost.concluditur prima sententia ibi, Potestatem dedit ei iudiciũ facere,& inchoat secunda sententia ibi, Quia Filius hominis est, & concluditur ibi, Nolite mirari hoc. Et est sensus, quod propterea quia Filius hominis est,non accipiant admirationem de antedicta sententia, potestatem dedit ei iudicium facere, vt clarè patet in hac litera. Secundo, respondet quæsito una conclusione: ad Christum,etiam secundum humanam naturam pertinet habere iudiciariam potestatem. Probatur iudiciaria potestas committitur a Deo hominibus respectu eorum, qui illorum iurisdictioni subduntur, remanente apud Deum primæua potestate iudicandi:sed Christus, vt homo, est caput Ecclesiæ, & omnia habet sub pedibus suis:ergo. Minor probatur auctoritate Deuter. & minor habetur ex supradictis. Tertio, respondetur ad Chrysostom.ex auctoritate August.soluitque obiectionem eius. Et solutio consistit in hoc, quod cum dicitur, quia Filius hominis est, non significatur sola natura Filii hominis, sed,& gratia, qua plenus erat Filius hominis, & concludit præcedentem sententiam. Et verè sic clarior apparet litera euangelii. Quarto, reddit triplicem rationem quare conuenienter Christo ſm humanã naturam competit iudiciaria potestas. Et clare patet in litera.

322 Fer.4.com.c.45. Media ar.3.
4.d. 8.q.1. ar.1.Et 4. cont. c.95. pri. Et op. 3.c.249.

SVPER Q. LIX. ART. III.

Concl. Homo Christus ex merito obti-

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ Christus non ex meritis fuerit adeptus iudiciariam ptãtem iudiciaria.n.potestas assequitur regiam dignitatẽ,ſm illud Prouer.2.Rex,qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo, sed regiam dignitatem Chrs obtinuit iudiciariã potestatem: vt.s.ſm Dei iustitiã iudex esset,q. ꝑ Dei iustitia pugnauit,& vicit; ac iniuste iudicatus est.

¶ Prob. 1. Quia pa tet a

tet a simili de gloria corporis Christi resurgentis (ut declaratur in tex.) Secundò, Quia hæc conclusio docetur ab Apocalyp. 3. cum psalmo 9.

1m de conclusione. Non obtinuit ex meritis. R. Solis. §. Tunc nihil, &c. Nam articuli conclusio nõ dicit, q Christus eam obtinuerit ex meritis solis; sed tantũ dicit, q obtinuit eam ex meritis. Ratio ergo illa, idest argumentũ illud, non attingit uerum sensum conclusionis articuli: sed procedit alio, idest efficaciter concludit de iudiciaria potestate, secundum quod &c. ut in tex.

* art. præc.

2m de conclusione. Non habuit ex meritis. R. Solis. §. Tunc ni. &c. Stant enim simul ista duo. s. q Christus iudiciariam ptãtem habeat ex gratia capitis (ut dicit ratio illa, idest argumentum); & q eam habeat ex meritis (ut dicit articuli conclusio.) Vide ad primum, & vicissim te inde iuua, mutatis mutandis. Vtraq; enim formalis applicatio, post ly tunc nihil, &c. est bona.

3m de conclusione. Sed ex sola gratia. R. Negat ly sola. § Nõ enim sequitur ex præmissis (vt patet consideranti): licet inde sequatur ly, sed ex gratia. Quo concesso, scilicet q sit ex gratia; negatur, q non sit etiam ex meritis; cuius tamen appositũ deducere nitebatur argumentũ in sua ista conclusione. Stant enim simul duo hæc, scilicet quod sit Christo ex gratia habituali; & q sit Chr̃o ex merito humilitatis & passionis.

* In ser. ult. aliquantũ a med. to. 10.

nuit absq; meritis: competit enim ei ex hoc ipso, quod est vnigenitus Dei. dicitur enim Luc. 1. Dabit ei Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. ergo Christus iudiciariã potestatem nõ obtinuit ex meritis.

¶ 2 Præt. Sicut dictum est, † iudiciaria potestas competit Christo, inquantum est caput nostrum: sed gratia capitis non competit Christo ex meritis, sed consequitur personalem vnionem diuinæ, & humanæ naturæ, secundum illud, Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, quod pertinet ad rationem capitis. ergo videtur quòd Christus non habuerit ex meritis iudiciariã potestatem.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit primæ ad Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia? sed homo efficitur spiritualis per gratiam, quæ nõ est ex meritis: alioquin iam non esset gratia, vt dicitur Roma. 11. ergo videtur quòd iudiciaria potestas non conueniat, nec Christo, nec aliis ex meritis, sed ex sola gratia.

SED CONTRA est, quòd dicitur Iob 36. Causa tua quasi impii iudicata est, iudicium, causamque recipies. & Aug.* dicit in lib. de verbis domini, Sedebit iudex, qui stetit sub iudice: damnabit vero reos, qui falso factus est reus.

RESP. Dicendum, quòd nihil prohibet, vnum, & idem deberi alicui ex causis diuersis, sicut gloria corporis resurgẽtis, debita fuit Christo non solum propter congruentiã diuinitatis, & propter gloriam animæ, sed etiam ex merito humilitatis passionis. Et similiter dicendum est, quòd iudiciaria potestas homini Christo competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinẽ gratiæ habitualis: & tamen etiam ex merito eam obtinuit, vt. s. secundũ Dei iustitiã iudex esset, qui pro Dei iustitia pugnauit, & vicit, & iniuste iudicatus est. vnde dicit Apoc. 3. Ego vici, & sedi in throno patris mei. In throno autem intelligitur iudiciaria potestas, secundum illud Psal. 9. Sedes super thronum, qui iudicas iustitiam.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd ratio illa procedit de iudiciaria potestate, secundum quòd debetur Christo ex ipsa vnione ad verbum Dei.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ capitis.

AD TERTIVM dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ habitualis, quæ est perfectiua animæ Christi: per hoc tamen, quòd his modis debetur Christo iudiciaria potestas, non excluditur quin debeatur ei ex merito.

APPENDIX.

Vtilitas pro Ecclę. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse a scripturis; quod iudiciariam potestatẽ habet Christus ex merito. Vt Iob 36. secundũ q cum expositione Beati Augustini ponitur in argum. contr. Item Matt. 26 Ammodo videbitis filium hominis sedentem a dextris Dei, & uenientẽ in nubibus cœli. His enim verbis Chrs se uenturum iudicem illorum manifestat: ut uel sic, scilicet timore ducti prospiciant suæ ipsorũ saluti, saltem postquam occiderint seipsum. Vbi nota ly ammodo: quasi dicat, propter hanc causam. Propter hoc enim (inquit) quod ego iudicor iniquè a uobis, ego idẽ iustè iudicabo uos. Igitur se mereri, iudicẽ sectum aliorum a Deo fieri, demonstrat ex eo: q spontanea uoluntate se subiicit distorto iudicio illorum. Si enim Deus facit iudicium iniuriam patientibus, Psalmo 145. idest si iniuriam ab hominibus illatam patienter amore Dei sustinentes merentur ex hoc, & uindicari de facientibus sibi iniuriam, & remunerari de sua patientia: nulli dubium esse debet, quod Christus ex hoc; quod tot tantasque iniurias patienter sustinuit, meruerit; & uindicari de suis inimicis a Deo, & de tanta sua patientia, remunerari ab ipso. Pro tali autem uindicari & remunerari computatur, ipsum Christum esse a Deo iudicem iustum uniuersalem constitutum. Cõfirmatur uero glossa data super ly Ammodo, ex Luca dicente capit. 22. Ex hoc autem erit filius hominis a dextris uirtutis Dei. Vbi patet expresse, meritum designari per ly ex hoc. Secundo vides: quomodo ex ijs bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Iudiciaria potestas homini Christo competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter gratiæ habitualis plenitudinem, & cum his ex merito, eam obtinuit. Probatur, & primo quoad simultatẽ tot modorum; quia vnum potest deberi alicui ex causis diuersis, quod declaratur exemplo gloriæ corporis Christi. Deinde quoad vltimam partem; quia qui pro Dei iustitia iudicatus pugnauit, & vicit, debet esse iudex, &c. Et confirmatur auctoritate Scripturæ.

S Medina ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christo conueniat iudiciaria potestas, quantum ad omnes res humanas.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃ q ad Chr̃m nõ pertineat iudiciaria ptãs, quantum ad oẽs res humanas. Vt. n. legitur Luc. 12. cũ quidã de turba Christo diceret: Dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem, ille r̃ndit, Homo quis me cõstituit iudicem, aut diuisorẽ super vos? non ergo habet iudicium sup omnes res humanas.

¶ 2 Præt. Nullus habet iudicium, nisi super ea, quæ sunt sibi subiecta: sed Christo nondum videmus oĩa esse subiecta, vt dr̃ Hebr. 2. ergo videtur q Christus, non habeat super omnes res humanas iudicium.

¶ 3 Pręt. Aug. dicit 20. de Ciu. Dei,* q ad iudicium diuinũ pertinet hoc, quod interdũ boni affligunt in hoc mundo, & interdũ prosperantur, & similiter mali: sed hoc fuit etiam ante Christi incarnationẽ. ergo nõ omnia iudicia dei circa res humanas p tinent ad iudiciariam ptãtẽ Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur

SVPER Q. LIX. ART. IIII.

323 Quol. 10. ar. 2. co.

CONCL. Ad iudiciariam potestatẽ Christi etiam secundũ humanitatẽ omnes res humanæ pertinent.

¶ PRAE. Quia hoc patet & ex habitudine animæ Christi ad uerbum Dei; & ex merito mortis Christi; & ex comparatione rerũ humanarum ad finem humanæ salutis (ut de his tribus mediis singillatim declaratur in tex.)

¶ NOT. Pro ly ẽt. quod in conclusione ponebatur aduerte: quod eius probatio ponitur in principio tex. corp. prædeclarato sensu q supponitur a ly etiam. Vt dicamus formaliter. Conclus. Res omnes pertinent ad iudicium Christi, secundũ diuinitatem. Probat. Quia sicut pater facit omnia uerbo suo, ita & iudicat omnia Verbo suo. Vide 1. quæst. 36. art. 3.

art.3.& q.37.art.2.& q.42.ar.6.ne erres in intelligendo ly verbo suo; siue (quod idem est) per verbum suum.

1m illatio conclusionis. Non ergo habet, &c. R. Negatur illatio. §. Proceditur n. ex antecedente malé intellecto. Putas namq; q illa ratio Christi sit intelligenda de iudicis potestate, quasi. s. q Christus non habuerit legitimam ptātem iudicandi res illas. Et tamē non sic, sed aliter, intelligi debet. s. de executione potestatis prædictę. Nā quamuis Chrs esset rex, & consequenter iudex, cōstitut⁹ a Deo; non tamē in terris &c. vt in tex. Pro cuius meliori noticia scito, q exponendum est ly constitutus. s. ab ęterno; si loquamur de Chro, vt De⁹ est. 1. q. 42. a. 2. & 6. Et exponēdū ē ly cōstitutus. s. ab istāti cōceptionis in utero B. virg. si loquamur de Chro, ut hō est. Tūc. n. stati rex oium creaturarū quo ad nia, & idō iudex (nā ptās iudiciaria cōseqt dignitatē regiā, ar. 3.) earundē fuit; semp talis rex, iudexq; pmāsit, & numquā talem iurisdictionem amisit. Ex hoc item loco textus confirmantur esseq; de mente sancti Thomæ ostenduntur aperte, dicta in q. 31. ar. 2. vel potius q. 35. ar. 7. Eluc. de regno Christi. s. q ipse etiam sm q homo ab initio conceptionis fuerit rex temporalis quo ad potestatem; licet (ipso sic volente) non quo ad executionem. Et uice uersa ex loco illo corroborat, magisq; apit, iste.

2m de maiori. Sibi subiecta. R. Vel quo ad potestatem, vel quo ad executionē. §. Tunc n. &c. Christo. n. omnia sunt subiecta, quantum ad potestatem, &c. vt in tex. Pro cuius captu facinnt dicta, & citata, in formali respon. ad primum.

3m conclusio. Non omnia iudicia Dei circa res humanas pertinent ad iudiciariā ptātem Christi. R. Nisi Chrs esset ēt Deus. §. Tunc or. & Nam ipse, ut Deus, erat ante incarnationem suam: & tunc huiusmodi iudicia (de quib. loquitur argumentum) exercebantur per Christum &c. vt in tex. Ex quo valde clarificatur, extensaq; demonstratur, articuli cōclusio: dum ad iudiciariam Christi potestatem & omnes res humanæ, & omnia Dei iudicia circa qualcunq; res humanas ab initio etiam mundi facta, nunoq; ac deinceps facienda, pertinere dicuntur.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quō p rationem ostendas, meritō esse insinuatū a scripturis; & conciliis; q ad iudiciariam Christi potestatem pertinent & omnes res humanæ, & omnia Dei iudicia etiam antiquitus facta circa res humanas. A scripturis quidem, vt Io. 5. Pater &c. sm q est in argum contr. Vbi signanter pondera ly omne: & inde statim patebit intentum. Ad quod simul recole conclusionē implicitā in prima. i. in illa, quæ exprimit. Vide in Elucid. princip. & not. post eius probat. Itē Matth. 12. de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rōnē in die iudicij. Itē Rom. 2. testimonium reddēte conscientia ipsorū & inter se cogitationū accusantium aut ēt defendentium, in die; cū iudicabit Deus occulta hominū p Iesum Chrm. Item Eccl. 12. Oia, q fiunt, adducet Deus in indicium, p omni errato; siue bonū, siue malum, sit. Itē Lu. 16. Redde rōnem villicationis tuæ, &c. Item Matt. 25. Homo quidam vocauit seruos & tradidit illis bona sua. &c. Venit dñs seruorum illorū: & posuit rōnem cum eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, &c. Euge serue bone & fidelis &c. Accessit aūt & qui talenta, &c. Euge, &c. Intra in gaudium dñi tui. Et qui unū talentū, &c. Serue male & piger, sciebas, &c. seruū inutilem eiicite in &c. Ecce. De reb. humanis oia, & uerba per Mat. 12. & cogitata p Rom. 2. & facta per Eccl. 12. & possessiones, mercationes, cōmutationes, &c. per Luc. 16. & quæcunque nobis a Deo credita tū in maiori, tū in mediocri, tum in minori, numero beneficia p Mat. 25. iudicio Christi, tum quo ad premiationem, tum quo ad punitionem, subsunt. Tu autem (quod facile est: & alibi quoque facere debes) obserua diligenter notationem pro lectoribus in 2. 2. q. 70. art. 1. positam. A concilio Sirmiēsi autem, pro illa parte, qua fuit sacrū (ad differentiam partis, qua fuit profanum) intentum in principio expressum insinuatur canon. 13. Si quis, quod scriptum est, faciamus hominem, non patrem ad filium, sed ipsum ad semet ipsum asserit dixisse; anathema sit. Et canon. 15. Si quis illud, quod scriptum est, Pluit dñs a domino, non de patre & filio perceperit; sed ipsum a semetipso pluere dixerit, anathema sit. Pluit. n. dñs filius a dño patre. Hæc ibi. Vbi patet: quod iudicia Dei & in bonū facta, ut est illud Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem, &c. & in malum facta, ut est illud Gen. 19. Pluit, &c. exercentur a patre per filium, atque ideo pertinent ad iudiciariam potestatem Chri. Secundo vides: quomodo ex iis bene pensatis, & applicatis, doctrina præsens Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

q. 12. a. 8.

Io. 5. Pater, oē iudicium dedit filio.

RESP. Dicendū, q si de Christo loquamur sm diuinam naturā, manifestum est, q omne iudiciū patris pertinet ad Filium: sicut. n. Pater facit oia uerbo suo, ita & oia iudicātur uerbo suo. Si uero loquamur de Christo sm naturam humanā, sic ēt manifestum est, q oēs res humanæ subduntur eius iudicio. Et hoc manifestum est: primo quidē, si consideremus habitudinem animæ Christi ad verbum Dei: si. n. spiritualis iudicat oia, ut dr 1. ad Cor. 2. inquantū mēs eius verbo Dei inhæret, multo magis aīa Christi, q est plena veritate Verbi Dei, sup oia iudicium hēt.

Scdo apparet idē ex merito mortis eius: quia vt dr Rom. 14. in hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorū, & mortuorū dñetur. Et idō super oēs habet iudiciū: pp qd, & Apostolus ibi subdit, q oēs stabimus añ tribunal Christi. Et Dan. 7. dicitur, quòd dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei.

Tertio apparet idē ex cōparatione rerū humanarū ad finē humanæ salutis; cuicumq;. n. cōmittit̃ principale, cōmittit̃, & accessoriū. Oēs autem res humanæ, ordinantur in finē beatitudinis, quæ est salus æterna, ad quā hoīes admittuntur, uel etiā repelluntur iudicio Christi, ut patet Matth. 25. Et ideo manifestum est, quòd ad iudiciariam potestatē Christi, pertinent omnes res humanæ.

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut dictū est,* iudiciaria ptās consequitur regiam dignitatem. Christus aūt quamuis esset rex constitutus a Deo: non tñ in terris uiuens, terrenū regnū tpaliter administrare uoluit: vnde ipse dicit Io. 18. Regnū meū non est de hoc mundo. Similiter ēt iudiciariā potestatē exercere noluit super res temporales, q venerat hoīes ad diuina transferre: vnde Ambr. ibidē dicit,* Bene terrena declinat, qui propter diuina descenderat: nec iudex dignatur esse litium, & arbiter facultatum, uiuorum habens, mortuorumque iudicium, arbitriumque meritorum.

*ar. præce. in arg. 1.

*li. 7. ſ Lu. sup illud. Quis me cōstituit iudicem inter uos to. 5.

AD SECVNDVM dicendū, q Christo sunt oia subiecta quantū ad ptātem, quam a Patre sup oia accepit, sm illud Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Nondū tñ sunt oia ei subiecta, quantum ad executionē suæ potestatis, quod quidem erit in futuro: quādo de omnibus voluntatem suam adimplebit, quosdam quidem saluando, quosdam autem puniendo.

AD TERTIVM dicendum, q ante incarnationem huiusmodi iudicia exercebantur per Christū, inquantum Dei verbū est, cuius potestatis facta est particeps, per incarnationē anima, ei psonaliter unita.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore, duæ sunt conclusiones. Prima est, Chro sm diuinam naturā conuenit omnium iudicium Probat̃: quia sicut. Pr oia facit per Verbum, ita oia iudicat per illud. Secunda cōclusio est: Omnes res humanæ subdunt̃ iudicio Chri sm humanam naturam. Probatur tripliciter: & omnia clara sunt in litera.

Ferr. 4. con c. 95.
Medina ar. 5.

524
4. d. 47. q. 1. ar. 1. q. 1. Et 4. cō. c. 95. prin. Et op. 3. c. 249 Et o. 10. a1. 27. Et Isa. 30. lect. 3. prin.

SVPER Q. LIX. ART. V.

COnc. 1. De homine aliquo iudicium perfecte dari non potest; quamdiu uita eius terminetur.

¶ PROB. Quia homo, priusquā moriatur, pōt multipliciter mutari (ut patet io tex. ac experientia): & de aliqua re mutabili iudiciū dari non potest perfectē, ante eius cōsumationē (vt patet ab exemplo de actionibus.

¶ CONC. 2. Licet p mortem uita hoīs, sm seipsam

ARTICVLVS V.

Vtrū post iudiciū quod agitur in præsenti tempore restet aliud iudiciū.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr q post iudiciū, q in p̃senti tpe agit̃, non restet aliud iudiciū gñale. Post vltimā. n. retributionē p̃miorū, & pęnarū, frustra adhibet̃ iudiciū: sed in hoc p̃senti tpe fit retributio p̃miorū, & pęnarū: dixit. n. dñs latroni in cruce Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso, & Luc. 16. dr, qd mortuus est diues, & sepultus est in inferno. ergo frustra expectatur finale iudicium.

¶ 2 Præt. Nahū 1. dr sm aliā literā, Nō iudicabit Deus bis in idipsum: sed in hoc tpe dei iudiciū exercet̃,

tur illatio. §. Procedit.n.ex ꝑmissis fallaciā ſm non cām, vt cām, cõcernentib. Nā putant, nos dicere finale iudiciū eſſe futurū pp hāc cām quaſi.ſ. pręmiū, & pęna corporis nõ dependeāt ex ꝑmio & pęna aiē: & tñ dicimus id pp hāc cām, ſed pp aliā.ſ. ꝓpter mutabilitatē corporis vſq; in finē ſęculi durātē; & immutabilitatē ſtatus aię mox, poſtq̄ ſeparata fuerit, habitā. Ideo.n. mox de aia fert̃ iudiciū; & differt̃ iudiciū de corpore vſq; ad nouiſſimū idē. Propterea ad ꝓbādā concl̃onē articuli inducebat̃, tāq̄ propoſitio maxima, illud.ſ. ꝙ de re mutabili, q̄diu mutabilis eſt, non põt dari pfectū, & manifeſtū iudicium. Vnde prob. concl. t. 3. & exami. ibi mox ſequens.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei. EX artic. habes primo: q̄ꝺ ꝑ rõnē intertimas hęſim Barborianorū, Gnoſticorū, Albanenſiū, Sadducęorū & Flagellātiū, dicentiū: Iudicium vlē, ſeu extremum, non eſſe futurū. Secūdo hēs. q̄ꝺ per ꝑ rõnē oſtendas, hanc meritò dānari a Io. 22. vt cū applicatione ponit in arg contra. Itē a ſymbolo fidei ꝑ ly venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Itē a Matt. 25. Cū venerit filius hoīs in maieſtate ſua & ſeparabit eos, &c. Ibūt hi in ſuppliciū ęternū, iuſti aũt in uitā ęternā. Itē a Mat. 13. Sic erit in cõſummatione ſęculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorū, & mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dētiū. Hoc.o. fiet iuſſu Chr̃i iudicis iuxta illud ibid. in tpe meſſis dicā meſſorib. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad cõburendū: Triticū autē congregate in horreū meū, &c. Meſſis (vt ibi ſubdit) eſt cõſummatio ſęculi; Meſſores ſunt Angeli. Mittet ergo filius hoīs Angelos ſuos, &c. vt ibi. Itē a dictis in Addit. art nu. 366. cū Eluc. & in Veritatib. aureis ſup totā legem veterem, Gen. 17. concluſ. 1. Tertio uides; 3
quomodo ex iis bene penſatis, & applicatis, doctrina pręſens, &c.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpe vna cõcluſio: Vltra iudicium ꝙ in cuiuslibet hoīs morte fit, oportet eſſe finale iudiciū in nouiſſimo die. Probat̃ ſic: Iudiciū de aliqua re mutabili, dari pfectè non pt ante eius cõſumationē. ſed uita hoīs licet ſit ꝑ mortē terminata ſm ſe, remanet tñ ſm qd mutabilitati ſubiecta uſq; ad finē mundi dependens ex futuris. ergo non põt uita hoīs, ſm id, qd̃ quolibet ad unūquēq; ꝑtinet pſectè iudicari ante finē mūdi. ergo oportet eſſe finale iudiciū in nouiſſimo die: vltra particulare, qd̃ fit in cuiuſq; morte: Maior ꝓpoſitio manifeſtat̃ dupliciter: primo in actionib. ſecūdo in hoibus, & ad hoc affert auctoritas Apoſtoli. Minor āt ꝓpoſitio manifeſtat̃ in quinq; ꝗbus reliquiarum uitę humanę, ſ. in memoriis, in filiis, in effectibus, in corporib. & in amatis. Et qm̃ dixiſſet fortaſſe aliquis, ꝙ reliquię iſtę ſunt impertinentes ad Chr̃i iudicium, id ad hoc excludendū auctor apponit rõnē, quā perficit in cõſione ad primū. Eſt āt rõ integra. ꝙ hęc oia q̄ claudunt̃ ſub gn̄e ꝑmij, vel pęnę, id cadunt ſub ęſtimatione diuini iudicij, ꝙ ad oia humana ꝑmia, oēſq; humanas pęnas ſe extēdit. Patet aũt diſcurrēdo ꝑ ſigula enumerata, ꝙ nõnulla pęna, & nõnullū ꝑmiū eſt hoīs i ſup. dictis reliquiis ꝑſuppoſita immortalitate aię, & corporis poſt reſurrectionē, vt hic ſupponimus.

¶ Aduerte hic. ꝙ maior ꝓpoſitio eſt per ſe nota, loquēdo de iudicio alicuius rei ex ꝓpriis ipſius, vt patet. Et hoc dico ne fallaris a captioſis, obiicientib. de ęterno Dei iudicio, quo ſingula pſectiſſime iudicat anteq̄ fiant. Chr̃s ēt ſm ꝙ hō ab initio cõceptionis ſuę pfectiſſimè cognouit oēs has reliquias anteq̄ fiant: ſed hęc ſunt ex parte cognoſcentis: phs aũt rõ ex rei cognitę ſe tenet, & ꝑ ſe notā ꝓpoſitionē aſſumit, ꝙ rei mutabilis pfectum iudiciū dari non põt ante illius conſummationē. Et ſi ipſi iungas, ꝙ diuina ſapientia diſponit oia ſuauiter, ac per hoc, quia ſuauis diſpoſitio iudicij rei mutabilis, exigit ut diſcutiat̃ ſm modum naturę ſuę, uidebis quod ſapientiſſime, pceſſit Auctor ad concludēdū finale iudiciū, ea eo ꝙ ꝑfectū iudiciū rei mutabilis nõ pt ſuauiter dari an illi᷒ cõſumationē.

¶ Et hęc dicta ſint de iudicio, quatenus infra cognitionis, ſeu ſpeculationis limites conſiſtit: ut aũt extenſione ſit practicū ad puniendum, vel ꝑmiandum, abſq; diſtinctione aliqua, patet propõnem maiorem eſſe vſiter uetiſſimā: q̄ſi reddere pręmium, uel pœnā perfectè, ꝑſupponit conſummationem operis puniendi, vel ꝑmiādi. Et iuxta hunc ſenſum clare patet proceſſus lrę abſque obiectione aliqua: quia nec Deus prius punit quam fiat ꝙ puniendum eſt, &c.

¶ Circa reliquias ſpectantes ad pęnā vel pręmium ſm Auctoris ſnīam, aduerte ꝙ licet apud nr̃a iudicia hęc uideant̃ ꝑ accidēs, & cõſequentes aliena ab examinatione iudicii: apud tñ diuinū iudicium oīa ęſtimāda eſſe ex ſacris põt colligi literis. Legimus.n. Nabuchodonoſor ꝑmiū a Deo ob ſeruitiū ſibi exhibitū ſatis per accidens in oppugnatione Tyri, vt patet Ezech. 28. Dauid quoq; punitū legimus ob effectū ſatis per accidēs, quia inquit Nathā propheta, inimicos fecilti blaſphemare nomen dñi, filius, qui natus eſt tibi, morietur. 2. Reg. 12. Vnde patet ad ea etiam, quę per accidens ſunt, diuina ſe extendere iudicia.

¶ In cõſione ad primum, & tertium, aduerte, ꝙ aliud eſt, hoiem poſt mortē ſortiri ſtatū immutabilē ſm aiam, & aliud eſt ſortiri ſtatū non impedibile: aia.n. per mortē peruenit ad ſtatū immutabilē de bonitate in maliti, aut econtra: & aut eſt confirmata in bono, aut obſtinata in malo, aut ciuis cęleſtis, aut inferni. Et penes hoc attendit̃ immutabilitas ſtatus, cū qua immutabilitate ſtat, ꝙ poſſit impediri ad tps, ne ad ſuā ciuitatē perueniat. Et hmōi impedimēta ꝑtinet ad purgatoriū, ꝙ non cõſtituit tertiū ſtatū aiarū, neq; facit mutationē aliquā in ſtatu aię, q̄ eſt immutabilis, ſed impedimentum ꝑſtat cõſumationi ſtatus illius. Et ſimile eſt ei, ꝙ inuenit̃ in motib naturalibus: leue.n. aſcendens ſurſum ſi impediat̃ in uia, nõ propterea mutat ſui motus naturam, nec ceſſante impedimēto, aſcēdendo nouum acquirit principium motus: ſed remoto ꝓhibēte, a primęuo immutato principio aſcenſum proſequitur. Sic enim anima immutata ſecundum ſtatum ſuum, ſoluto purgatorio tamquam remoto prohibente, ad ſocium ſui immobilis ſtatus, in quo confirmata per mortem, gratia duce peruenit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum iudiciaria poteſtas Chriſti ſe extendat ad angelos.

325 AD SEXTVM ſic proceditur. Vr ꝙ ptās Chriſti iudiciaria non ſe extendat ad angelos. Angeli.n. tā boni, q̄ mali iudicati ſunt a principio mundi, qñ quibuſdam cadentib. ꝑ peccatū, alii ſunt in beatitudine confirmati: ſed illi, qui iudicati ſunt, non indigent iterum iudicari. ergo poteſtas iudiciaria Chriſti non ſe extendit ad angelos.

¶ 2 Prȩt. Nõ eſt eiuſdē iudicare, & iudicari: ſed angeli uenient cum Chriſto iudicaturi, ſecundū illud Matt. 25. Cū venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo. ergo videtur, quod angeli non ſunt iudicandi a Chriſto.

¶ 3 Prȩt. Angeli ſunt ſuperiores aliis creaturis. ſi ergo Chriſtus eſt iudex non ſolum hoium, ſed etiam angelorum, pari rõne erit iudex omnium creaturarum, ꝙ vr̃ eſſe falſum, cū hoc ſit proprium prouidētię Dei. vnde dicitur Iob. 34. Quē conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbē, quē fabricatus eſt? non ergo Chriſtus eſt iudex angelorum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Apoſt. dicit 1. Cor. 6. An neſcitis qm̃ angelos iudicabim᷒? ſed ſancti nõ iudicabūt niſi auctoritate Chr̃i. ergo multo magis Chr̃s hēt iudiciariā ptātē ſup angelos.

RESP. Dicendū, ꝙ angeli ſubſunt iudiciarię ptāti Chr̃i, non ſolū quantū ad diuinā naturā, prout eſt uerbū Dei, ſed ēt rõne humanę naturę, ꝙ patet ex tribus. Primo quidē, ex propinquitate naturę aſſumptę ad Deū: quia, ut dr̃ Heb. 2. nuſquā angelos apprehendit, ſed ſemē Abrahę apꝓhendit: & iō aīa Chr̃i magis eſt repleta uirtute verbi Dei, q̄ aliqs angelorū, vnde, & angelos illuminat, ſicut Dion. dicit 7. c. cęl. hier.* vñ de eis hēt iudicare. Scđo, q̄ ꝑ humilitatē paſſionis, humana natura in Chr̃o, meruit exaltari ſup angelos: ita ſicut dr̃ Phi. 2. Vt in noīe Ieſu oē genu flectat̃, cęleſtiū, terreſtriū, & infernorū; & ideo Chr̃s hēt iudiciariā ptātem, ēt ſup oēs angelos, & bonos, & malos. In cuius ſignū dr̃ Apocal. 7. ꝙ oēs angeli ſtabāt in circuitu throni. Tertio, rõne eorū, q̄ circa hoīes opetant̃ quorū Chr̃s ſpeciali quodā mõ eſt caput. vnde dr̃ Hc. 2. Oēs ſunt adminiſtratorii ſpūs, in miniſteriū miſſi, pp eos, qui hr̃ditatē capiunt ſalutis. Subſunt autē iudicio Chriſti, uno quidē modo quantum ad diſpõnem eorū, quę ꝑ ipſos aguntur, q̄ quidem diſpõ fit ēt per hoiem Chr̃m, cui angeli miniſtrabant, ut dr̃ Matt. 4. & a quo dęmones petebant, vt in porcos mitterent̃, vt dr̃ Mat. 8. Secūdo, quātū ad alia accidētalia ꝑmia bonorū angelorū, q̄ ſunt gaudia, q̄ habēt de ſalute hoīum, ſm illud Luc. 15. Gaudiū erit angelis dei ſup uno pcō re pœnitētiā agente, & ēt quantū ad pœnas accidentales dęmonū, q̄b. torquent̃, vel hic, vel recludunt in inferno. Et hoc ēt ꝑtinet ad hoiem Chr̃m. vñ Mar. 1. dr̃, ꝙ dęmon clamauit, quid nobis, &

Aredima ar. 6.

*c. 7. a me

SVPER Q. LIX.
ART. VI.

COncl. Angeli & boni & mali ſubſūt iudiciarię ptāti Chr̃i; nõ ſolū ut Deus eſt, ſed ēt vt eſt hō. i. non ſolum quātum ad naturā diuinam, ſed etiam ratione humanę naturę.

¶ PROB. Quia ſupponit clara Secunda uerò pars. ſ. ſed ēt ut &c. probat̃. Quia huc patet, & ex propinquitate naturę Chriſti humanę ad Deū; & ex merito humillimę paſſionis eius; & ex operationib. Angelorū circa hoies mēbra eiuſdē myſtica (vt de his trib. mediis ſingillatim declarat̃ in tex. vſq; ad ly ſubſunt autem iudicio Chriſti, &c.

Primum

1m de minori. Non iterū indigent iudicari. R. Quātū ad illū penitus modū, quo prius iudicati sunt. §. Tūc, &c. Nā angeli non iudicabunt iterū quātū ad pmiū uel suppliciū essentiale, seu principale (hoc.n. iudicio iudicati fuerūt, vt dicit rō illa. 1. argm̄ illud) sed iudicabuot quātū ad aliqua alia. Vno qdē mō quātū ad dispēsatione eorū, &c. Scdo, quātū ad accidētalia pmia bōrū, &c. vide in tex. corp. versus finē; vsq; ad ly, Tertio, quātū ad pmiū essentiale. Ex rōso illo formali aperit tibi maior lux ad cōfirmandum i nfionem formalē datam in art. 5. ad 2.

2m maior. Nō est eiusdē iudicare, & iudicari. R. Ab his, quos ipse iudicat. §. Tunc, &c. Nā talis iudicās alia, pt iudicari a superiore: & sic est i pposito. Licet.n. angeli ex eo, q sunt &c. vt in tex. vbi expone ly inquātū est ueritas. s. vel p essentiā; vel p hypostaticā unionē ad ipsā veritatē. Nā Chrs &, vt Deus, iudicat angelos; sicq; inquātū est ueritas p essentiā, iudicat eos: &, ut hō, iudicat angelos; sicq; inquātum sua humanitas est unita hypostaticē veritati essentiali, idest Deo, iudicat eos.

*ca. 31. t. 1

3m de cōclusione prima. Quod vr, esse falsū. R. Negat hoc. §. Nā Chrs hēt iudicium nō solū sup angelos; sed ēt sup administrōne totius creaturæ. i. est iudex oīum creaturarū (vt cōstat ex Heb. 3. Nō.n. angelis subiecit Deus orbē, &c. vt in tex.) Ad pbōnē uerò in cōtrarium p Iob 34. rñdet: q non pbat negarū. Ex eo.n & q iudicare orbē uniuersum est pprīū puidētię Dei, & q nullū aliū s. a se Deo diuersum, cōstituit sup ipsum orbē, nō sequit q Chrs non sit totius creaturæ iudex, seu gubernator p iudiciariam ptāsem. Neq;.n. pp hoc alium cōstituit Deus sup terrā; qa unus, &c. vt in tex. Pro cuius captu firmiori recole dictum ps. 80. Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deū alienū. Nā ibi Deus, qui iā Gen. 22. pmiserat Abrahæ Chrm per ly in semine tuo (s. in Chro, Gal. 3.) benedicent oēs gentes, loquit Israeli; cui daturus erat ipsum Chrm: q nun tm hō, sed ēt Deus, erat; sm illud Is. 7. Vocabit nomen eius Emmanuel. i. (vt exponit Mat. 1.) nobiscū Deus; nobiscū. s. simplr i. oib. modis, qb. est cū creatura: uidelicet p essentiā, pñtiā, potentiā. 1. q. 8. ar. 3. p grām habitualē. ibid. ad 3. & p grām unionis. 3. q. 2. ar. &c. Quia.n. in humanitate Chri Deus fuit his quinq; modis simul; iō Chrs iure optimo uocatus est Emmanuel. Pręceperat uerò Deus ipse, qui loquit ibi in psal. vt Israel reciperet Chrm, què anthonomaticè uocat prophetā, Deut. 18. & obediret ei. Qui uerba eius (inquit) audire noluerit; Ego ultor existā. Vide ibid. cōcl. 6. Veritates aureas sup totā le. vet. Cū igit Deus pr uellet, & tā ab ante manifestasset populo, q Chrs futurus erāt inter eos, recepturus, & honoratus ab eis; quare nūc, quasi sui oblitus, dicit in ps. 80. non erit in te Deus, recens, neq; adorabis Deum alienū? Quia per hoc dictū suū uult apertè cōstrare: q Chrs pmissus, uenturus, & sm uoluntatē suam recipiendus; audiēdus, atq; honorādus, nō erat Deus recens, neq; Deus alienus; licet (sm script.) uerus esset Deus. Dixit ergo ly recens, & ly alienus, ad pseruandum Chrm: ne Iudæi, quasi hac authoritate cooperientes se, uiderent excusari; si non reciperent Chrm, quem recenter in humanitate natū dicamus esse Deū. Aliud.n. est esse Deū recentē, aliud est esse hoiem recentē; sicut etiā aliud est esse Deum alienum, aliud est esse ab aliquo in persona aliū. Porrò, Chrm esse recentem hoiem, scripturę dnt; quem, esse recentē Deū, negant: sicut etiam, ipsum esse a Deo patre in persona alium, asserunt; quem, esse Deum alienum, inficiantur.

Coroll. Ex pdictis ergo, patēter manifestatū est, relinquit; q optime dixerit text⁹ ly Nec tñ pter hoc aliū cōstituit Deus sup terrā, qa vnus & idē est Deus & hō dñs IESVS Chrs.

bis, & tibi: Iesu Nazarene? uenisti añ tempus perdere nos. Tertio: quantū ad præmium essentiale bonorum angelorum, quod est beatitudo æterna, & quantum ad pœnam essentialem angelorum malorum, quæ est damnatio æterna; sed hoc factum est per Christum, inquantum est uerbum Dei, à principio mundi.

Ad primum ergo dicendū, q ratio illa procedit de iudicio quantū ad præmium essentiale, & pœnam principalem.

Ad secundum dicendum, q sicut dicit † Aug. in lib. de vera religione, licet spiritualis iudicet omnia: tamē iudicātur ab ipsa veritate: & ideo licet angeli, ex eo q suot spirituales, iudicent, iudicantur tamen a Christo, inquantum est veritas.

Ad tertium dicendum, q Christus habet iudicium non solum super angelos, sed etiam super administrationem totius creaturę: si enim vt Aug. *dicit in 3. de Trin. inferiora quodam ordine reguntur à Deo per superiora, oportet dicere, q omnia regantur per animam Christi, q̄ est supra omnem creaturā: vnde & Apost. dicit Heb. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, s. subiectum ei, de quo loqmur, idest Christo, nec tamen pter hoc alium constituit Deus super terram: quia vnus, & idem est, & Deus & homo, dominus Iesus Christus. De cuius incarnationis mysterio ad præsens dicta sufficiant.

* lib. 3. c. 4. to. 9.

Vide in pro Eccl. S. Dei.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: ipso per rōnē ondas, merito esse a scripturis insinuatum: q iudiciaria ptās Chri extenditur super angelos. Vt 1. Cor. 6. sm q cum discursu ponitur in arg contr. Pro cuius clariori noticia aduerte. q quilibet prudens, vt prudens dñs, ab his quib. administratioem, seu dispensationē de aliquib. reb. cōmisit, exigit rōnem dispensationis, seu administrationis eorum (ut de hoc habes exemplum in Luc. 16.) Cum igitur Chrs angelis bonis cōmiserit administrationem custodiæ circa hominum salutem. 1. q. 113. ar. 1. 2. 3. & permiserit malis impugnationē contra hoies, ibid q. 114. ar. 1. oportet dicere; q ipse Christus, qui non nisi prudentissime oia agit atq; gubernat. 1. q. 103. ar. 5. 7. 8. rōne exiget ab angelis tum bonis tum malis de his oibus, quæ circa hoies operati fuerint: & bonos quidem de bona administratione pmiaturus, malos aūt de mala puniturus. Maxime uerò ad ipsum hoc facere pertinebit; quia est caput oīum tū hoīum tum angelorū, ēt sm q hō. q. 8. ar. 3. 4. & officium capitis est solicitum esse de statu membrorū (vt patet). Illud autem. s. rōnem exigere a dispensatoribus eos iuxta qualitatem suæ dispensationis tractare; de membrorum etiam statu solicitum esse, disponere, ordinare, ac recognoscere illud, inqnā, est iudicare (ut sapienti cuique facile patere potest.) Et hoc per ly iudicabimus, Christo a fortiori applicatum designauit ibi Apostolus. Vbi quoque annotandum est; q interrogatio illa, qua utitur, quandam emphasim ad propositum præsens ualdè sacietem habet. An nescitis (inquit); q angelos iudicabimus? Ac si aperte dicat. Hoc tam manifestum est, q scire deberetis: & mirror, si non sciatis. Multò igitur magis. sm hanc emphaticam Apostoli locutionem, manifestum esse docetur; quod Christus angelos iudicabit. Item a malis dæmonibus tanquam a veritate coactis (licet de se aliàs mentiantur. Ioan. 8.) idipsum insinuatur per hoc, quod Christo dicunt Matth. 8. Venisti huc antè tempus torquere nos. Vbi constat penetrantibus: quod ipsi uel nolentes subindicant, Christum esse venturum iudicem ad torquendum semetipsos (id quod erit in nouissimo die). quamuis de suo apponant mendacium aliud, s. quod ipse nunc uenerit ante tēpus ad sic torquendum eos, scilicet ad eiiciendum coacte eos, tamq̄ iudex, de corpore illo, qd tyrannice q. 49. art. 2. possidebant. Per locum ergo a simili (quandoquidem & hi natura sunt angeli) designatur ibid. quod Chrs est venturus iudex bonorū angelorū; opposito tñ mō. s. ad pmiandum eos. Secundo, vides: quō ex ijs bene pensatis, & applicatis. s. si a te bene pensentur, & applicentur (id quod ubique sic exponendū est) declaretur, atque confirmetur mentem doctrina præsens Angelica & sanctæ Ecclesiæ, Doctoris: Cuius meritis & precibus expliciunt Elucidationes formales, MINAVA DEI, super tertiam suā partem (De Saluatore nostro) per fratrem Seraphinum à Portecta, &c.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore, duo fiunt. Primo, rñdet qsito una cōclusione: Angeli subsunt iudiciariæ ptāti Chri ēt inquantum est hō. Et probat tripliciter. Secūdo declarat, quo ad qd angeli subsunt sic Chro. Et fit distinctio trimēbris, s. de ministerio, vel pmio, aut pęna accidētali, vel pmio, aut pęna essentiali, Et omnia clara sunt in litera.

¶ In rñsione ad tertiū aduerte, q cū dr inferiora regi, p superiora, nō intelligit de inferiori, & supiori quocūq; mō, nec de iferiori, alioqn sequeret q multi angeli regerent p multos sanctos hoies, et supiorique ad btitudinē quos eleuatos credim⁹ supra multos angelos, & cōsequenter multi scti hoies cōcurrerent ad administrōnē mūdi huius inferioris: qm administrō hæc minimis vr credita angelis. Cōsequēs aūt hoc credimus esse falsum, qm sancti hoies, quātūcūq; beatiores sint angelis, nō tñ psunt regimini uñi spūalis, aut corporalis creaturæ: sed hoc officium reseruatum est angelis, qb. congruit ex natura. Vñ intelligēdū est inferiora regi p superiora n sm qd, sed simplr, & absolute & ppea qa Chrs hū ē simplr, & absolute superior angelis: qa est caput totius ecclesiæ triumphātis, aīæ autē beatorum hoium supra multos angelos, sunt angelis supiores solū sm qd. s. sm beatitudinē iō ex dicta maxima Augu. & Diu optime cōcludit, q Chrs est super administratione totius creaturæ, & cum hoc aīæ beatorum hominum non psunt vñi regimini creaturarum.

¶ Et hæc sufficiant de principali parte huius libri, quæ de mysterio incarnati Verbi tractauit.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.